


at the
CORNER
A
23
TODAY
23


3-a-5-b

No. 3
27-32

3-a-5-b



*Prezato al P.^e Miguel Vazquez
R. 2114*



GLOSSAE MAGNAE IN SACRAM GENESIM,

In qua post diuerfas editiones, voces, phrasęq; Hebraicas calculatas, interpretationes, ac obseruationes Literales, & Mysticae, ex ducentis ferè Patribus deprompta, comprehensis cunctis iis, quae Glossa, Interlinearis, Ordinaria locupletata, Catenae, Postillae, & Appendices adnotarunt, ad declarandam sacram Scripturam adhibentur:

De Patrum sententijs per Catenas deductis iudicium fertur, & selectiores emergentes quaestiones cumulatè disputantur,

Del Colegio de la Compañia de Ies. de Granada

Tomus Primi Pars altera,

Authore D. ASCANIO MARTINENGO Brixiano Can. Reg. August.
Congreg. Later. eiusdemq; his annis Abbate Generali.



Patauij. In Canonica D. Præcursoris Ioannis in Viridario:

Laurentio Pasquato Patauino Typographo. M. D. XCVII.



D E R E B V S G E S T I S
in quarta die.



De genesi Solis, Lunæ, et syderum.



VM ad Solis, Lunæ, syderumq; genesis narrationem me iterum sublatum agnosco, vehementer animo angor propter obiecta rei amplitudinem, atque ex coruscantissimæ lucis candore me obrutum iri expauesco. Diuiniq; Iob verborum non obliuiscor, quibus quasi nimis procacis animi mei ausum redargui vereor, cum dicitur; Nunquid nosti ordinem Cœli, & pones rationem eius in terra? Quis nanque attingere, aut assequi poterit machinæ huius flammata, qua tegimur, imperispicabilem, & nunquam relaxatam, aut dissolutam compagem & cōstructionem? Quis huius verticis Mundi moderatam lationem, ac perenni ordine insignitum reptatum? Quis luminis illius splendidissimi candescentem, atque rutilantem naturam, qua cuncta animantur? Quis Solis syderum principis coruscantissimum iubar? Quis Lunæ semper nouellas formas, atque candores, mutatasvè facies? Quis syderum numerositatem, situm, fulgorem, virtutem? Splendidissima hæc certè sunt, & humana mentis aciem vehementer obnubilantia, & retudentia. Det mihi Deus, eo animi candore eandem mentis aciem aperire, vt ipse luce beatissima spiritus sui eam illustret: spiritu inquam sapientiæ, & intellectus repleat cordis intima, quò ex sapida suprema scientia, quid verè intelligendum sit, assequar, & depromam.

Iob. 38.

Ordo is mihi ex serie textus præscribitur, vt primùm quasi præfationis loco mihi indagandum sit; Cur tam sublimes res, quales Sol, Luna, & alstra sunt, Deus quarto die post terram denudatam, post mare coactum, ac præcipuè post plantas productas, condiderit. Vimq; eò maiorem desumit hæc difficultas, cum sydera tum ordine naturæ, (plantas enim præcipuè Solis, Lunæ, syderumq; virtute florescere, ac germinare cōspicuum est) tum dignitatis præstantia, longè dictas plantas antecedant.

Dixitque Deus, Fiant luminaria.

Qua de causa quarta dies astrorum effectiōni ascripta fuerit.

Disceptationi huic, Quorsum Deus præcipuè post plantas tertio die productas, quarto die Solem, Lunam, & stellas, res adeo conspicuas, & præstantes congesserit, occurrunt Patres, grataq; & iucundas contemplationes nobis exhibent, ac subministrant.

a. Ne Solem, vt germinum rerumq; auctorem, mortales colerent.

PHILO libro de Mundi Opificio primus hanc rationem excitauit, prolixioriq; oratione digessit, hac scilicet de causa Deum post plantas, Solem & alstra condidisse, ne homines per imprudentiam, seu ignorantiam, creaturas vllas Deos, primaq; causas asserere possent, præcipue Solem Lunam, ac sydera. Nam licet Sol & sydera cursu suo, ac æstiuis, vernis, hibernis, autumnalibusq; mutationibus, omnium, maxime germinantium, causa videantur, id tamen non à se ipsis, sed à Deo accepisse liquidò constat, cum prius à Deo productæ essent plantæ quàm lumina.

Quapropter (inquit grauisimus iste Doctor) inchoata Dominus Deus perduxit ad finem propevè, rursumq; à fine reflexit ad initium. E plantis enim sit fructus, tanquam è principio finis: & fructu semen intra se denuò plantam continens, tanquam è fine principium. Quarto autem die Cælum picturis exornauit, non quòd terræ id possideret, dans inferiori naturæ priuilegium, potiorevè ac diuinorem secundo lo-

Anno Mūdi
primo.
Die quarta.

Dixitque Deus, Fiant luminaria.

Luminaria quarto die post plantas, & ante animalia.

a. Ne Solem, vt germinum, rerumq; auctorem mortales colerent.

do loco ponens, sed vt euidētissimē imperij sui potentiam ostenderet. Quippe qui prouidens opiniones nondum creatorum hominum, coniecturas verisimiles & credibiles libenter sequentium, que multam quidem rationis speciem habent, non item sinceram veritatem: & quod suis oculis magis credituri essent quam Deo, admiratores sophisticæ potius quam sapientiæ: quodque Solis ac Lunæ cursibus, tum æstiuis, hibernis, vernis, autumnalibusque mutationibus, annuorū terræ prouentuum, omniumque nascentium causas acceptum laturo essent siderum cælestium ambitibus: ne cui creaturæ ascribere primas causas audeant, siue per impudentiam, siue per ignorantiam nimiam: recurrant, inquit, mentibus ad primam huius vniuersitatis generationem, meminerintque ante Solem & Lunam omnigenas stirpes, omnigenosque fructus à terra proditos: Atque ita sibi persuadeant, & in posterum eam prolaturam eos ex cælestis Patris arbitratu, quoties ei placuerit non expectato Cæli fauore, cui dedit quidem potentiam, sed non liberam. Nam ipse quemadmodum aurigæ habenas, aut gubernator clauum tenens, dirigit quæ vult recto more ac lege singula, nullius ope indigens: omnia enim Deo possibilia. Atque hæc est causa, cur terra prior germinaret, & herbam protulerit.

BASILIVS Hexameron Homilia quinta prolixius, sexta autem breui epilogo à Deo, Solem, Lunam, & astra post plantas condita esse edocet, ne Solem vt lucis ac germinum auctorem, mortales suspicerent.

Cælum ac terra præcesserunt: lux post Cælum & terram creata est: nox & dies discretæ sunt: tum firmamentum est ortum, arida dein emerit, atque aquæ confluerunt vnum in locum sibi præstitutum ac definitum. Terra demum suis est germinibus referta, cum innumeris herbarum generibus editis, tum formis varijs fructuum arborumque momento exortis exuberans. Sed nondum erat Sol, neque Luna, ne lucis principem patremque Solem appellarent: nec eorum quæ nascuntur à terra, creatorem censerent esse qui Deum ignorant. Idcirco quartus iam dies accessit, & tunc dixit Deus; Fiant luminaria &c.

AMBROSIVS Hexameron libro quarto, capite primo, Basilij adductam doctrinam sequitur, hæc vberiori oratione pertractat.

Cave igitur ne & tuum radius Solis exoriens confundat aspectum. Et idcirco prius firmamentum Cæli aspice, quod ante Solem factum est: terram aspice, quæ antequam Sol prodiret, cepit esse visibilis atque composita: germina eius aspice, anteriora Solis lumine. Anterior rubus quam Sol, antiquior herba quam Luna. Noli ergo Deum credere, cui vides Dei munera esse prælata; Tres dies transacti sunt, & Solem nemo quasiuit, & luminis claritas abundauit. Habet enim & dies suam lucem, quæ præcurfor est Solis. Non igitur te tanto splendore Solis temerè committas. Oculis est enim Mundi, intunditas diei, Cæli pulchritudo, nature gratia, præstantia creature. Sed quando hunc vides, auctorem eius considera: quando hunc miraris, lauda prius ipsius creatorem. Et post. Ergo cum vides Solem, attende terram, quæ ante fundata est: attende herbam feni, quæ præstat ordinis privilegio: attende ligna quæ plaudunt quod priora luminibus Cæli esse ceperunt. Nunquid merita feni maiora quam Solis? aut nunquid potior ligni prærogatiua? Absit vt insensibilia tanti muneris præferamus ministro. Quid igitur prouidit altitudo sapientiæ & scientiæ Dei, vt prius inciperent ligna esse, quam illa duo Mundi luminaria, & quidam cælestis oculi firmamenti, nisi vt cognoscerent omnes diuine testimoniis, terram sine Sole posse esse fecundam? Nam quæ potuit sine Sole prima rerum semina germinare, potest vti que semina accepta nutrire, & proprio fotu sine calore Solis pariter edere.

CHRYSOSTOMVS Homilia sexta in Genesim id ipsum animaduertit. Diuina quoque Scriptura prouidens propensos ad errorem ignauos, docet nos, post tertium diem hoc elementum esse conditum, postquam terra omnigena semina protulit, & suum accepit ornatum: vt nulli possit dicere liceat, quod sine Solis cooperatione non maturescant fruges, & prouentus terra. Et idcirco monstrat tibi, antequam Sol formaretur, omnia fuisse impleta, vt ne Soli fructuum prouentus ascribas, sed omnium opifici Deo, qui dixit ab initio; Germinet terra herbam feni.

Et post pauca inquit.

Hæc si cognouissent Gentiles, nequaquam in tantum incidissent errorem, sed vidissent bene, quod ex creaturarum contemplatione conueniat ad creatorē se conferre. Propter hoc & quarto die Solē fecit, ne putes illū diei auctorem. Nā quod de sermonibus à nobis dictū est, & de die licet dicere, quod fuerunt tres dies ante Solis formationē.

S E-

Anno Mūdi
primo.
Die quarta.

Dixitque Deus, Fiant luminaria.

Luminaria quarto die post plantas & ante animalia.

a. Ex quaternarij numeri excellentia.

SEVERIANVS, vt in Catena Lippomani, hæc eadem edocuit.

Sed quare Deus terram prius Cælo exornauit? Propter futurum errorem circa plures Deos, vt Solem, & Lunam, & Stellas. Et cur prima die Solem & luminaria non fecit? Tum quia nondum erat firmamentum in quo ponerentur; tum quia nondum erant terræ nascentia, quæ luminarium calore fouerentur; tum etiā ne quis fructus terræ luminarium vi ac natura editos existimaret. Sed posteaquam terra germinauit, tunc Deus Solem & Lunam effecit.

PROCOPIVS his subscribit Commentarij in Genesim cap. primo. Plantis, herbis, & germinibus successit Sol in creationis serie, ne quis credat eum prædictorum esse auctorem. Sic lucis creatio longè eum antecessit, ne quis fortè tacitè iudicet & existimet, Solem esse lucis largitorem, & ob id diuinus ei decernatur cultus. Quæ ratio enim patitur, vt Sol lucis origo sit, cum lucis creatio eum anteuierit?

OBSERVATIONES Hebraicæ.

Sol quarto die creatus est, & ante eum lux, herba, & arborum, ne homines sibi persuaderent Solem esse primam causam lucis, & generationis herbarum & arborum, atque ita acciperent ansam idololatriæ.

Ex quibus demonstrare contendunt Patres hi, Deum lucem, Cælum, maria, terram, plantas ante Solem, Lunam, vel stellas condidisse, vt idololatriæ occasionem tollerent. Propter eximiam nanque Solis, Lunæ, & Astrorum pulchritudinem, quinimmo ob innumera commoda, & utilitates, quæ ex ipsis in mortales descendunt, facillimè genus humanum in errorem laberetur, vt diuinum eis cultum exhiberet. Vnde priscos homines Solem, & Lunam, ut Deos coluisse, Diodorus de Antiquitatibus libro primo, tradit; Hebræosque in id facilè prolabantes Moses redarguit. Nec certè inter creata cuncta, quæ spectantur, sublimius aliquid, excellentiusve Sole ipso reperiri potest. Vt igitur perpetuam hanc humani generis ad creaturarum cultum procliuatē, atque propensionē Deus amoueret, atque ut lucē, & plantas à Sole non manasse, sed à seipso demonstraret; in Mundi emolitione eas ante Solem produxit; Mosesque mandato eas ante Solem effectas descripsit. Non modicos etiam hac de causa defectus ipsis astris Deum adiunxisse, Theodoretus libro tertio de Dijs edisserit, Chrysostronus pariter Homilia præcitata.

a. Ex quaternarij numeri excellentia.

PHILO libro asserto, quaternarij numeri præcellentiam longa enarratione disceptat, ex quo consequi existimat, quarto die à Deo præstantes res condidit esse. His itaque eam explicat.

Cælum verò post sit ornatum in numero perfecto quaternario, quem denarij omnium absolutissimi causam, fontemque non falsò dicere licet. Quod enim actu est denarius, hoc quaternarius potentia esse videtur. Si igitur ab vnitatem usque quaternionem deinceps componantur numeri, denarium consicient: qui est immensitatis numerorum terminus, ad quem ceu metam circumaguntur, & se reflectunt. Quin & musicas symphoniarum rationes idem quaternio continet, videlicet diatessaron, diapente, diapason, disdiapason, & quibus concentus sit absolutissimus. Nam diatessaron proportionem habet super tertiam, diapente sesquialteram, diapason duplam. Eas proportionem omnes quaternio in se continet, super tertiam in quatuor ad tria: sesquialteram in tria ad duo, duplam in duo ad vnum, aut quatuor ad duo, quadruplam verò in quatuor ad vnum. Est & alia vis quaternarij dictu cogitatuque miranda. Primus enim hic solidi naturam ostendit, cum præcedentes numeri incorporeis rebus dicati sint. Nam in vnitatem censetur punctum quod vocant Geometra, in binario linea. Ea est longitudo sine latitudine, quæ vbi accessit, fit superficies ad ternarium pertinens. Hæc quominus sit corpus natura solidum, vna desinitur altitudine: qua iuncta ad ternarium, fit quaternarius. Vnde multum existimationis contigit huic numero, qui ab incorporea intelligibili que essentia duxit nos ad considerationem

a 2 tionem

Anno Mūdi
primo.
Die quarta.

Dixitque Deus, Fiant luminaria.

Luminaria quarto die post plantas & ante animalia.

- a. *Vt lucem tridui primi coruscantissimam ante animantium procreationem Deus temperaret.*
b. *Vt preparato homini conuiuium lucerna accenderentur.*

tionem corporis trifariam patens, quod suapte natura primum sensu percipitur. Id qui parum intelligit, è lusu quodam vulgato cognoscet. Qui nucibus ludunt, solent positus prius in plano tribus quartam superimponere in formā pyramidis. Triangulus igitur ille in plano consistit intra ternarium: cui superimposita quaternarium in numero facit, in figura verò pyramidem, solidum iam corpus. Præterea nec illud ignorandum, quòd primus numerorum quatuor, quadrangulus est pariter par, mensura æquabilitatis ac iustitiæ, quodque solus ex eisdem, & compositione, & innata potentia consistit. Compositione ex duobus, & duobus. Rursum potentia ex bis duo, pulcherrimam quandam consonantiæ speciem præferens, quæ nulli inest ex alijs numeris. Mox enim senarius compositus è duobus ternarijs, non amplius gignitur bis per se multiplicatis, sed alius, nempe nouenarius. Alijs quoque multis viribus præditus est quaternio, quæ accuratius, & copiosius in proprio tractatu indicandæ sunt. Nunc illud addidisse sat erit, cum totius Cæli Mundique generationi dedisse iniuium. Nam quatuor elementa, ex quibus vniuersum hoc cõditum est, tanquam à fonte manauerunt à numero quaternario: atque aded hæc quatuor, quibus annus distinguitur, tempora, vnde animantes plantaque proueniunt, scilicet Hyems, Ver, Aestas, & Autumnus. Cùm igitur tot priuilegijs à natura honoratus sit modò dictus numerus, necessariò conditor rerum ornabat Cælum quarto die, adhibitis ornamentis pulcherrimis, ac diuinissimis, hoc est, stellis luciferis: & gnarus lucem esse omnium rerum præstantissimam, fecit eam instrumentum visus, sensuum excellentissimi.

D I D Y M V S confirmilia docuit.

Luminaria etiam magna idè quarta die condita sunt, quia quaternarius numerus honorabilis est. Vnitas enim, dualitas, & trinitas, & quaternitas simul coniunctæ, denarium numerum efficiunt. Nam per totam sacram Scripturam denarius numerus laudatur. Nam & Moses decem verba populo dedit, & decima dari iubentur.

P R O C O P I V S hæc adiecit Commentarijs in Genesim, cap. primo.

Hinc & luminaria, propter suam præstantiam, commemorantur die quarto apparuisse. Siquidem tetras, quæ potentia est decas, preciosus, & insignis habetur numerus. Vnitas, binarius, ternarius, & quaternarius inter sese additi, decada constituunt. Cæterum in vniuersa Scriptura decas insigni laude fertur. Præcepta decem dedit Moses, decima soluuntur.

- a. *Vt lucem tridui primi coruscantissimam ante animantium procreationem Deus temperaret.*

A T H A N A S I V S primus fortè excogitauit hanc causam: siquidem Quæstionibus in Genesim, quæstione octuagesima quinta inquit.

Post luminaria verò tandem animalia creata sunt. Nam lucem illam magnam quam Deus fecerat, in luminaria diuisit: quæ lux hinc inde dispersa, aliquatenus est immixta: quod nisi factum fuisset, non potuissent animalia sustinere magnum inbar & splendorem tanti ignis. Atque huius quidem rei gratia, post Solem & Lunam sunt animalia creata, vt illius ignis splendorem perferre possent.

T H E O D O R E T V S Quæstione sextadecima in Genesim ait.

Oculos habent animalia, nec lucis excessum ferre potuissent: Lux verò distributa in parua & magna luminaria, conuenientem oculis animalium splendorem reddit: plantarū autem natura sensus prorsus est expers.

- b. *Vt preparato homini conuiuium lucerna accenderentur.*

P R O C O P I V S Commentarijs in Genesim capite primo, hanc excitauit elegantem comparationem.

Que

Anno Mūdi
primo.
Die quarta.

Dixitque Deus, Fiant luminaria.

Luminaria quarto die post plantas & ante animalia.

- a. *Vt ante hominem veluti imperatorem rerum genera vt subdita, secundum conditionem imperfectionis præmitterentur.*
b. *Sen, Vt dies medius in creatione ornatioer eminenter ex præstantia rerum earum, quæ in ipso creabantur.*

Que hæcenus cõmemorauimus simillima sunt magnifici epuli apparatus. Primum locus mundatur, ne que offendant conuiuas sordes. Dein conuiuium paratur & instruitur. Deinde lucerna accenduntur. Postremo via, quæ conuiuæ veniant præcedentibus seruis & ministris, nempe brutis animalibus: Nouissimè accedit ad id epulum quasi dominus & rex rationalis creatura, nempe homo.

Glossa Locupletata hucusque. Prosequitur deinde **Procopius**.

Nec hæc absurda cui videantur, meminerit Christum in parabolis docuisse, Deum apparasse conuiuium mortalibus. Quod quidem ad Deum spectat, cene admodum proluxæ & dubiæ nos adhibuit, cum nos induxisset in locum & amenissimum & pulcherrimum, omni que voluptate diffluentem, cuius dominio excidimus sequuti nostram voluntatem & non Dei.

Mundato igitur tertia die loco seiunctione maris ac terræ, parato germinū cõuiuium, quarto die acceduntur lumina, & quinto, & sexto, præcedentibus auiibus, piscibus, & animalibus, & inferuentibus, accedit homo ad epulas.

- a. *Vt ante hominem veluti imperatorem rerum genera vt subdita, secundum conditionem imperfectionis præmitterentur.*

Contendebat Deus regio more hominem in Mundum, vt in regnum ei collatū deducere. Igitur sicut ante Reges, Regulos, Duces, Comites, Proceres eo ordine præire conspicimus, vt humiliores præcedant, illustriores vero Regi ipsi comminibus adhæreant, & ipsum propius comitentur. Ita ante hominem ea ordinis ferie præmissæ sunt rerum species, vt imperfectiones præcesserint, sublimiores sint insequuntæ. Cùm igitur ignobiliora dijudicentur sydera, quàm ea, quæ sensu pollent, decuit Solis, Lunæ, & astrorū, vt potè digniorum natalia: post plantarum productionem, & ante aues, pisces, & animantes recenserent. Deducunt Patres hanc præstantissimam causam, cùm illud exquirunt; Quorsum homo postremo loco conditus sit. Sed huius rei catenam proprio loco deducemus.

- b. *Vt dies medius in creatione ornatioer eminenter, ex præstantia rerum earum, quæ in ipso creabantur.*

D. A V G V S T I N V S de Genesi ad literam libro secundo, capite decimotertio, his verbis hanc à nobis deductam percunctationem excitat.

In hoc quarto die querendum est, quid sibi velit ista ordinatio, vt prius vel fierent, vel fecerentur aqua & terra, prius quàm terra germinaret, quàm in Cælo sydera fierent.

Cui percunctationi respondet primò quasi sub hæsitatione.

Neque enim possumus dicere electa esse quæque meliora, quibus dierum series ita distingueretur, vt finis & medium maximè ornatiùs emerent. Septem quippe dierum medius est quartus. Occurrit enim illud, quia septimo die non est facta vlla creatura. An fortè lux primi diei magis respondet ad quietem diei septimi, vt eo modo concinentibus finibus iste ordo texatur, eminentibus de medio luminibus Cæli. Sed si primus dies septimo concinit, debet ergo & secundus sexto concinere. Quid autem simile habet firmamentum Cæli cum homine factò ad imaginem Dei? An quia Cælum totam superiorem Mundi partem occupat, & homini in totam inferiorem potestatis dominandi tributa est? Sed quid agimus de pecoribus & de bestijs, quæ ipso die sexto in suo genere terra produxit? Que illis cum Cælo potest esse collatio.

Quia

Anno Mudi
primo.
Die quarta.

Dixitque Deus, Fiant luminaria.

Luminaria quarto die post plantas & ante animalia.

a. Quia in exornando Mundo, iuxta ordinem discretionis eius superior pars erat prius venustanda.

a. Quia in exornando Mundo, iuxta ordinem discretionis eius superior pars erat prius venustanda:

AVGVSTINVS huic non acquiescens responsioni, alteram iam propositam his explicat.

An potius, quoniam primam facta intelligitur lucis nomine spiritualis creaturae formatio, consequens erat, ut corporalis quoque creatura, id est Mundus iste visibilis fieret: qui factus est biduo propter duas partes suas maximas, quibus constat uniuersus Mundus, Caelum scilicet, & terram: secundum hanc rationis collationem, qua & ipsa uniuersa creatura spiritualis & corporalis, sepe Caelum & terra nominatur, ita ut globus quoque iste turbulentioris aeris terrene parti deputetur: exhalationibus quippe humidis corporascit, si quid vero tranquilli aeris est, ubi uentosi atque procellosi motus non possunt existerere, ad caelestem partem pertineat. Post hanc uniuersitatem motis corporeae fabricatam, quae uno loco tota est, quo locatus est Mundus, consequens erat, ut impleteretur partibus intra uniuersum, quae de loco in locum congruis motibus agerentur, cuius generis herbae atque arbores non sunt. Radicibus quippe ista fixa sunt terra: & quamuis habeant motus incrementorum suorum, de locis tamen proprijs non mouentur nisi suis, sed ubi fixa sunt, illic aluntur & cresunt: propterea magis pertinent ad terram, quam ad genera rerum, quae in aquis & terris mouentur. Quia ergo visibili Mundo constituendo, hoc est Caelo & terra, duo sunt attributi dies, restat ut his mobilibus & visibilibus partibus, quae creantur intra illum, tres dies reliqui deputentur. Et quia sicut prius Caelum factum est, ita prius est ornandum huiusmodi partibus suis, quarto die sunt sydera, quibus super terram lucentibus habitatio quoque illustratur inferior, ne habitatores eius in habitationem tenebrosam inducantur: & ideo quia infirma corpora inferiorum habitatorum, succedente moribus quiete reparantur, factum est ut circumeunte Sole, dici noctis quae vicissitudine propter vicissitudinem dormiendi & uigilandi potirentur: nox uero illa non indecora remaneret, sed Lunae ac syderum luce ipsos consolaretur homines, quibus plerumque operandi est etiam nocturna necessitas, & quibusdam animantibus, quae lucem Solis ferre non possunt, ad sufficientiam temperaretur.

BEDA Expositione in Genesim Augustinianam doctrinam his hausit.

Quid sibi uult, quod prius terra germinaret, quam in Caelo fierent luminaria? Supra dictum est, quia lucis nomine spiritualis creatura dicta est prima die formari, ac die secunda pars Mundi huius sublimior, id est Caelum, formatur. Tertia die terra cum herbis & lignis, quia etsi mouentur ligna & herba per incrementum, radicibus tamen sunt fixa terris: ac per hoc non terra prius recepit ornamentum, sed Caelum. Prima enim dies deputatur spirituali creaturae: secunda & tertia Mundo isti uisibili, propter duo maxima elementa, id est Caelum & terram: quarta uero die in Caelo luminaria: & sicut Caelum prius factum, ita prius ornatur.

IVNILIUS in Hexameron consimilem reddit causam.

Decente satis ordine, Mundus ex materia informi congruam procedit ad formam. Postquam enim ante omnem huius saeculi diem, Caelum & terram & aquam Deus creauit, hoc est, spirituales illum superiores cum suis incolis Mundum, & informem totius Mundi materiam, iuxta hoc quod scriptum est; Qui uiuit in aeternum creauit omnia simul. Primo huius saeculi die lucem fecit, quae ceteras creaturas speciei capaces redderet: & secundo firmamentum Caeli, superiorem uidelicet huius Mundi partem, in aquarum medio solidauit: tertio in inferioribus, mare, terrasque suis discreuit finibus, aëremque suis in locis cedente aqua diffudit. Oportuit ergo, ut eodem quo creata sunt ordine, profecto caperent elementa amplioris ornatus, & idem quarto die Caelum luminaribus insigniretur; quinto aër & mare; sexto terra, suis implerentur animantibus. Nam quod die tertio terra herbis, & arboribus uesita, non ad ornatum eius, sed ad ipsam (ut ita dixerim) figuram eius superficiem pertinet.

MAGISTER libro secundo Sententiarum, distinctione quartadecima, Iunilio adhæsit.

Fiant luminaria in medio Caeli, & diuidant diem, ac noctem. In precedenti triduo disposita est uniuersitas huius Mundi machina, & partibus suis distributa. Formata enim luce prima die, quae uniuersa illustraret, duo sequentes dies attributi supremæ & infimæ parti Mundi, firmamento scilicet, aëri, terræ, & aquæ. Nam secunda

Dixitque Deus, Fiant luminaria.

Luminaria quarto die post plantas, & ante animalia.

a. Caelum primo memoratum, & primo distinctum, primum etiam exornatur.
b. Ornatur prius Caelum quam terra, quia luminaria ad speciem spectant, quoniam motu predita; non germina, quia fixa.

secunda die firmamentum desuper expansum est. Tertia uero aquarum molibus intra receptacula sua collectis, terra est reuelata, atque aër serenatus. Quatuor ergo Mundi elementa, illis diebus suis locis distincta sunt & ordinata: tribus autem sequentibus diebus ornata sunt illa quatuor elementa. Quarta enim die ornatum est firmamentum Solis, & Luna, & stellis. Quinta aër in uolantibus, & aqua in piscibus ornamenta acceperunt. Sexta accepit terra iumenta, & reptilia, & bestias. Post quae omnia factus est homo de terra, non tamen ad terram, nec propter terram, sed ad Caelum, & propter Caelum. Quia ergo Caelum ceteris elementis speciem praestat, priusque alijs factum est, ideo ante alia ornatur in quarto die, quo sunt sydera.

GLOSSA Ordinaria.

Quia visibili Mundo duo dies sunt attributi, supremæ scilicet, & infimæ parti Mundi: Visibilibus & mobilibus Mundi partibus, quae intra Mundum creantur, tres reliqui deputati sunt. Et quia Caelum prius factum, prius erat ornandum, quarto sunt sydera, quibus illustratur inferior pars, ne esset habitantibus tenebrosa.

GLOSSA Interlinearis.

Hic ordinantur ornamenta superioris Mundi.

a. Caelum primo memoratum, et primo distinctum, primum etiam exornatur.

D. THOMAS prima parte, quaestione septuagesima, articulo primo, ostendit, quod cum Moses triplex opus proposuerit, creationis, distinctionis, & ornatus; in creatione uero mentionem habuerit de Caelo, aqua, terra; tresque dies eadem ferie ad ea distinguenda fuerint distributi, tres quoque postremi ad eorundem ornatum eodem essent ordine adhibendi. Qua ex ferie quartus dies Caelorum ornatum expetebat, ac Solem, Lunam, astra in eo condita eleganter perhibentur, ueluti & primo distincta.

Dicendum, quod in recapitulatione diuinorum operum, Scriptura sic dicit; Igitur perfecti sunt Caeli & terra, & omnis ornatu eorum. In quibus uerbis triplex opus intelligi potest, scilicet opus creationis, per quod Caelum, & terra producta leguntur, sed informia: & opus distinctionis, per quod Caelum, & terra sunt perfecta: siue per formas substantiales attributas materiae omnino informi, ut Augustinus uult: siue quantum ad conuenientem decorem & ordinem, ut alij sancti dicunt. Et his duobus operibus additur ornatus, & differt ornatus à perfectione. Nam perfectio Caeli & terra ad ea pertinere uidetur, quae Caelo & terra sunt intrinseca: ornatus uero ad ea, quae sunt à Caelo & terra distincta: sicut homo perficitur per proprias partes & formas, ornatur autem per uesimenta, uel aliquid huiusmodi. Distinctio autem aliquorum maxime manifestatur per motum localem, quo ab inuicem separantur: & ideo ad opus ornatus pertinet productio illarum rerum, quae habent motum in Caelo & in terra. Sicut autem supra dictum est, de tribus fit mentio in creatione, scilicet de Caelo, aqua, & terra. Et haec tria etiam formantur per opus distinctionis trium dierum. Primo die Caelum: secundo die distinguuntur aquae: tertio die fit distinctio in terra, maris, & aëris. Et similiter in opere ornatus, primo die, qui est quartus, producuntur luminaria, quae mouentur in Caelo, ad ornatum ipsius: secundo die, qui est quintus, aues, & pisces ad ornatum medij elementi, quia habent motum in aëre & aqua, quae pro uno accipiuntur: tertio die, qui est sextus, producuntur animalia, quae habent motum in terra, ad ornatum ipsius.

HVGOCarenfis in Postillis.

Prosequitur opus quartae diei, in qua & in sequentibus agit de ornatu Mundi. In prima enim egit de creatione: in duobus sequentibus de distinctione. Incipit autem ab ornatu superiorum, id est firmamenti, sicut & in distinctione fecerat.

b. Ornatur prius Caelum quam terra, quia luminaria ad speciem spectant, quoniam motu predita; non germina, quia fixa.

PETRVS Comestor in Scholastica Historia, capite sexto.

Quarto die, quae disposuerat, cepit ornare rebus illis, quae infra uniuersum Mundum congruis motibus ageren-

Anno Mudi
primo.
Die quarta.

Lib. 2. super
Genes. c. 11.

Anno Mudi
primo.
Die quarta.

Dixitque Deus, Fiant luminaria.

Luminaria quarto die post plantas & ante animalia.

a. *Post terra exornationem congruum erat, ut Cælum suis luminibus insigniretur; cum Deus ut pictor ordinem in delineandis Mundi partibus non obseruaret.*

agerentur. Plantæ enim, quia terra hærent, ad dispositionem terræ quasi magis spectant, & sicut dispositione sic & ornatum à superioribus inchoauit.

ALBERTVS magnus prima parte Summæ, quæstione duodecima, articulo decimoquarto.

Si autem queritur; Quomodo hæc luminaria pertinent ad ornatum Cæli, cum plantæ affixæ terræ pertineant ad dispositionem? Dicendum, ut supra habitum est, quod Stellæ sunt motores determinati in specie, & licet non moueantur nisi motu suorum circularum, secundum naturales Philosophos: tamen diuersificantur in situ, & proportione mouendi per renouationem situs in motu, quod non accidit plantis, & ideo pertinent ad ornatum, & non plantæ.

LYRANVS in Postillis.

Considerandum, quod ad ornatum hominis pertinent illa, quæ sunt separabilia, ut dictum est: & ad similitudinem huius, in firmamento Cæli dicuntur pertinere ad ornatum illa, quæ habent proprium motum secundum rem, vel saltem secundum apparentiam sensus. Septem uero planetæ habent proprios motus distinctos à motu firmamenti. Stellæ autem fixæ, licet non habeant motum proprium, sed moueantur tantum motu firmamenti, ueruntamen quantum ad apparentiam sensus deprehenduntur manifestè moueri: non sic autem motus corporis firmamenti, sed solum ratione arguitur ex motu stellarum. Et quia Moyses rudi populo loquebatur, ut supra dictum est, qui capiebat tantum sensibilia, ideo non solum planetæ, sed etiam stellæ fixæ describuntur pertinere ad ornatum firmamenti: & hoc est, quod dicitur; Fiant &c.

TOSTATVS pariter in Postillis.

Hic agitur de opere quarti diei, & incipit hic ornatu rerum creaturarum & distinctarum. Supra ponebantur arbores & herbe in terra, non quidem pertinentes ad ornatum, licet terram decorent: sed ad distinctionem. Ratio, quia ista uidentur esse quedam partes terræ, cum radicibus suis firmiter inhereant terræ: ornatu autem propriè pertinet ad aliquid extrinsecum adueniens, sicut sunt animalia bruta, & homines, aues, & pisces: omnia enim hæc elementis suis superaddita sunt per se mota. Et si fortè aliquis dicat, quod sunt partes orbium Sol & Luna cum cæteris astris, ideo quod debent pertinere ad distinctionem, & non ad ornatum. Respondetur, quod septem planetæ, licet sint partes orbium suorum, habent tamen motum per se distinctum à motu orbium suorum, ut patet manifestè in Astrologia: sicut aues à motu aëris, sed non tantum: ideo bene dicuntur ornatu. De astris autem octauæ spheræ non ita uidetur, quod sint ornatu, quia fixa sunt, nec uidentur moueri motu distincto contra motum firmamenti sui, licet aliqui ponant ea in centr. is, & epicyclis moueri: non tamen declinant sicut erratica astra, quare non sunt propriè de ornatu, sed sunt sicut arbores in terra. Quia tamen populus, cui Moyses loquebatur, erat rudis, uidens illa astra moueri, non attinguebat, an per se astra mouerentur, an cum toto orbe: & quia orbem non uidebant, iudicabant ea per se moueri. Ideo secundum eos ad ornatum pertinebant.

a. *Post terra exornationem congruum erat, ut Cælum suis luminibus insigniretur; cum Deus ut pictor ordinem in delineandis Mundi partibus non obseruaret.*

Patrum nonnulli, non ita subtili indagazione ut Scholastici, rem perpendentes, & germina terræ fuisse specimen fatentur, & à terræ ornatu ad Cæli uenustationem proficiscendum arbitrantur. Quasi Deus, ut pictor, manum suam modò ad unam, modò ad alteram opificij sui partem delineandam, ut sibi complacitum est, admoueat.

ORIGENES in Genesim Homilia prima.

Post hæc uero iam firmamentum meretur etiam luminaribus adornari.

CHRYSOSTOMVS Homilia sexta in Genesim.

Postquam heri nos docuit beatus Moyses, quomodo informem terram ornauerit. Vniuersi conditor herbæ, & flo-

rum

Dixitque Deus, Fiant luminaria.

Luminaria quarto die post plantas & ante animalia.

a. *Quod naturæ ordine distributio lucis in astra ad munera sua peragenda posterior sit opere tertiæ diei.*

rum uarietate, & seminum germine: hodie sermonem ad ornatum Cæli uertit. Nam sicut terra ornatur per ea quæ ex ipsa proueniunt, sic Cælum hoc uisibile clarius & fulgidius fecit, astrorum uarietate illud interpolans: præsertim formatione duorum magnorum luminarium, Solis (inquam) & Lune.

Anastasius Synaita Commentarijs in Genesim libro sexto confirmata habet, quæ in Glossa mystica adducuntur.

a. *Quod naturæ ordine distributio lucis in astra ad munera sua peragenda posterior sit opere tertiæ diei.*

CAIETANVS Commentarijs in Genesim.

Occurrit autem hic aduersus Mosén quæstio, eò quod præposterum desinierit ordinem operum tertiæ diei & quarti: nam opera tertiæ diei præsupponunt opus quarti, & non è conuersò; distinctio siquidem luminarium & stellarum prior est secundum naturæ ordinem, quàm condensatio aquarum, & eleuatio terræ, & uniuersa congeries uergetabilium, quàm hæc dependant ab astris, & non è conuersò. Solutio est, quod distinctio lucis in astra potest considerari dupliciter: uel quatenus est in astra absolute, uel quatenus est in astra secundum officia in textu expressa. Et distinctio quidem lucis in astra absolute, prior naturæ ordine est condensatione aquarum, & apparitione terræ, cumctisq; uergetabilibus: quoniam distinctio per se & incorruptibilium partium uniuersi (quales sunt astra) prior naturaliter omni alteratione est. Distinctio uero lucis in astra relatiuè ad hæc officia, posterior est ordine naturæ causis operum tertiæ diei. Quod est dictum, quod etiam si non esset distinctio lucis in astra relatiuè ad hæc officia, saluè essent causæ sufficientes ad opera tertiæ diei: hoc est, quod celestia corpora, ut proueniunt distinctionem horum officiorum, sufficiunt ad causandum quicquid descriptum est factum in tertiæ die est. Et propterea Moyses non uolauit naturæ ordinem in operibus horum dierum.

A V C T O R.

Plures itaque à Patribus deductæ sunt causæ, quare astrorum emolitionem Deus conditor sapientissimus in quartum diem reiecerit. Harum prima à Philone excitata, à Basilio, Ambrosio, ac Ioanne Chrysofomo amplexata, qua Solem, Lunam, astra, post lucem, terram, maria, plantas præcipuè, condita ipsi existimant, ut ex hac edocti historia ediscerent mortales, Solem non esse lucis, uel germinum auctorem, sed Deum: ac ob id ab idololatria desisterent, tropologica magis censenda est, quàm literalis. Altera à Philone, Dydimò, ac Procopio delata, quæ ex quaternarij numeri singularibus dotibus eleganter quartum diem Soli, ac astris ascribere contendit, non absolute, meo iudicio, quod efflagitatur concludit. Nam de quouis alio numero plura, & alia insignia efferri possunt, sicut ipse Philo de septenario numero plura eomet libro ueriori oratione complectitur, ac disserit. Theodoretus, & Athanasij placitum, quo quarto die Solem congestam putant, ut lux, quæ triduo eo primo fulgentissimis radijs coruscabat, ad eò cohiberetur, ut aues, pisces, & animalia omnia quæ procreanda erant, eam ferre ualere, non certè tutum est, & exploratum. Singulare equidem est placitum, & à Steucho solo defensatum, nam cæteri omnes, tum uerusti Patres, tum nuperi Doctores, lucem primo die à Deo effusam, uel Solis lumen eo, quo nunc fulgore coruscans, uel lucem ipsam debiliorem, ac pallentiolem dixere, adeò ut cum exilis esset, in illa flamma Solis rota coacta, fulgentiolem ac coruscantiolem radium emiserit, ut supra retulimus. Duæ postremæ causæ, quibus mirificè hominis effertur dignitas: Altera, quod præparato habitaculo, ac pabulo tertiæ die, quarto deinde luminaria accendenda erant, ut conuiuæ

Causæ superior adductæ perpèduntur.

b Pisces,

Causa à D.
Augustino
deducta pro-
batior.

Pisces, Aues, Animalia, Homo, tanto lætarentur apparatu; Altera, quòd præeuntibus rerum speciebus ante hominem, instar procerum ante Regem, decebat, ut rerum genera sensus expertia tanquam ignobiliora præirent: elegantes profectò sunt, sed non exactè vel affatim scopum attingisse mihi videntur. Reliquum est igitur, vt existimemus causam à D. Augustino motam, à Iunilio, & à D. Thoma, licet diuersa serie, receptam, probatiorem esse, litterarq; magis appositam, propensiores, atq; aptiorem planè interpretationem deferre. Cùm siquidem ante omnem diem opifex summus Mundi molè rudem condiderit, tribusque primis diebus eius potiores partes seiunxerit, ac perfecit: decebat vt tribus reliquis eas ipsas etiam venustaret. Quamobrem rationi consonum erat, vt primus ex his, qui est quartus, sublimiori parti, hoc est Cælo, ascriberetur, in eoque Cæli specimen, ac ornamentum, quod astra sunt, conderetur. Cùm autem seiunctionis tres dies prisci, tribus postremis, quibus cohonestatus est Mundus, respondere debeant, altercatio est inter Patres, quam ex priscis quarta dies ipsa respiciat, primamne, uel secundam; eò potissimum, quòd in recensendis primi, ac secundi diei operibus, non conformi incedunt sententia. Nam Augustinus, Eucherius, & Beda, Angelum primo die: Basilius, Ambrosius, Iunilius, Damascenus, Theodoretus, Chrysostomus, lucem sine apparente globo: D. Thomas verò Cælum, ac Solem manasse edocent. Rursum quid præcipuum sit alterius secundi diei opus non etiam consentiunt. D. Basilius, Augustinus, Iunilius, Beda, Magister, Cælum conditum secunda die tradiderunt: D. Thomas aquarum seiunctionem factam maluit. Verùm cùm nos ex Græcorum sententia lucem primo die conflatam; & cum D. Augustino, Iunilio, Ambrosio, Basilio, Theodoro, Chrysostomo, innumerisque priscis Patribus, opus secundæ diei fuisse Cælum, seu ex igne constitutum, seu ex aquis coactum, seu ignoto nobis constitutionis genere conflatum, aquas vero contingenter seiunctas; ac tertio die etiam aërem infimum defecatum atque purgatum, & terram arefactam, exornatamque, & aquas in maria, lacus, amnes, fontes, fuisse congregatas, vt probatius, arbitremur: superest vt cum Basilio, Augustino, Beda, ac Iunilio, diem quartum secundo, quintum verò ac sextum tertio respondere perhibeamus; quasi quarto die ornatum fuerit Cælum, secundo die conditum; quinto, & sexto propria sortita sint specimina aër, aqua & terra, quæ tertio die vel effecta vel in sua loca redacta fuerat. Et rectius ex tribus diebus Mundo perficiendo additis, cum Augustino & Iunilio primum vel luci spirituali, vel luci corporeæ, quæ cæteras rerum species spectabiles redderet, ascribere decet, secundumque cælesti, & tertium elementari naturæ: quàm cum D. Thoma primum Cælo, secundum aquæ, tertium verò terræ ipsi destinare. Cum nec primo die Cælum vere conditum à Mose dicatur, nec secundo aquas in maria, & lacus, & amnes, fontesve cōgregatas fuisse, sed tertio potius, Scriptura perspicuè prodatur.

AE G I D I V S secunda parte Hexæmeron, capite trigésimo, D. Augustini sententiam insequutus D. Thomam redarguit: eius siquidem recitata sententia adiecit,

Sed hæc multum pulchrè sonant, sed fortè non aequè concordant rebus; nam supra in hac opinione residebamus, quòd prima die facta fuit distinctio Angelorum, secunda Cælorum, tertia elementorum. Sed opinio iam dicta primam diem adaptat distinctiōni Cælorum, secundam distinctiōni aquarum: Et si considerare volumus de ipsis, præfata positio non est realis, sed verbalis & æquiuoca. Nam sequendo litteram Genesis, cùm diuisa fuerunt aquæ, non fuit facta immutatio circa elementa, sed circa Cælus: cùm autem fuerunt ornata aquæ per pisces & aues, non fuit facta immutatio circa Cælus, sed circa elementa, quòd sine æquiuocatione aquarum esse non potest. Si enim acciperemus firmamentum pro aëre, ad quem ascendunt nubes, posset dicta positio stare; sed accipiendo firmamentum pro firmamento Cæli, in quo posita sunt sydera, vt sonat littera Genesios, cuius est maior auctoritas, quàm totius humani ingenij perspicacitas, stare non potest.

Chrysostomi, & Origenis causa, vt elegans, & Patrum præstantissimorum munita auctoritate, non est spernenda. Caietani placitum potius Scholasticorum, quàm Patrum, Scripturarumque studiosorum votis recipere.

Dixit

Dixit Deus.

- a. Pater Filio, per quem creabat, Fiant luminaria, q. Sol condendus non erat, nisi à Sole iustitiæ.
b. Verbo Dei recensentur facta luminaria, quòd non esset aliquid creandum, quin prius in Verbo ab æterno simul conditum non fuisset.

Fiant luminaria.

- c. Legendum; Erit luminaria in expansione Cælorum.

a. *Dixit Deus Pater Filio, per quem creabat, Fiant luminaria, quòd Sol condendus non erat, nisi à Sole iustitiæ.*

B A S I L I V S Hexæmeron Homilia sexta:

Cùm perceperis eum qui dixit, illicò cogitatione cum ipso copules eum velim, qui audiuit. Deus dixit; Fiant luminaria, & fecit Deus duo luminaria. Quis dixit? Et quis fecit? nome animaduertis in hisce duas esse personas? Vbiq; dogma illud Theologie hac in enarratione mysticè inspersum esse videtur.

A M B R O S I V S Hexæmeron libro quarto, capite secundo.

Audi dicentem; Fiant luminaria in firmamento Cæli ad illuminationem terræ. Quis hoc dicit? Deus dicit. Et cui dicit nisi Filio? Deus ergo Pater dicit; Fiat Sol, & Filius fecit Solem. Dignum enim erat, vt Solem Mundi faceret Sol iustitiæ. Ipse ergo eum in lumen adduxit, ipse eum illuminauit, ipse ei donauit fundendi luminis potestatem. Factus est ergo Sol: ideo & ipse seruit, quoniam dictum est; Fundasti terram & permanet. Dispositione tua permanet dies, quoniam vniuersa seruiunt tibi.

Psal. 118.

b. *Verbo Dei recensentur facta luminaria, quòd non esset aliquid creandum, quin prius in Verbo ab æterno simul conditum non fuisset.*

B E D A libro de sex dierum Creatione.

Quando verò dicit, dixit Deus; Fiat, intelligimus Scripture intentionem ad æternitatem Verbi Dei recurrentem. Non enim inuenit aliqua recreanda, quæ in Verbo Dei non inuenisset creata. Non ergo totiens dixit Deus; Fiat illa, vel illa, quotiens in hoc libro reperitur scriptum. Vnum enim Verbum ille genuit, in quo dixit omnia, priusquam facta sunt singula.

Fiant luminaria.

Hebraicam lectionem sic Chaldaica est interpretata; Sint luminaria in firmamento Cæli: Græca autem γεννηθησαν φωσφαι εν τω στερωματι της ορανης, idest, Fiant luminaria in firmamento Cæli. Vulgata nostra à Græca non discrepat. Pagninus, & Vatablus; Sint luminaria in expansione Cæli. Hos sequuti sunt Lufitanus, & alij Hebraicæ linguæ æmulatores. Caietanus: Et dixit Elohim; Erit luminare in extensione Cælorum.

c. *Legendum; Erit luminaria in expansione Cælorum.*

Lufitanus sic legit. Erit Luminaria, pro luminaria erunt.

C A I E T A N V S verò hoc loco duo animaduertit. Primum, quòd legendum sit in singulari; Erit, & non Erunt, uel Sint, uel Fiant; quòdque hoc loco subintelligatur lux, quia distributio lucis effusa narratur in plura luminaria.

Et dixit Elohim; Erit luminaria in extensione Cælorum ad diuidendum inter diem & inter noctem. In singulari numero legendum est, Erit, luminaria in plurali numero: subauditur enim lux primo die creata. Et est sensus; Lux erit luminaria. Ita quòd distinctio lucis in luminaria ad litteram describitur. In primo enim die consideratur ipsa lux secundum se, non considerata diuisione, seu diffusionem ipsius in Solem, Lunam, & stellas. Dico autem diuisione, vel diffusionem, quia incertum nobis est, an stellæ sint

b 2 ex se

Anno Mudi
primo.
Die quarta.

ex se lucentes, an recipiant lumen à Sole. In quarto autem die eadem lux consideratur, vt distincta in plura luminaria, & stellas.

Adnotat secundò, dici In expansione Cœlorum, vt secludatur primum mobile.

Adiungitur autem, in extensione Cœlorum, ad differentiam primi mobilis, quod appellatum est aque super extensionem. In primo enim mobili nullum decretum est astrorum, sed in Cœlis sub eo, qui extensio, siue expansio Cœlorum appellatur.

A V C T O R.

Caietani placitum repudiat.

Caietani cogitatum, ut uiri ingenij acumine præstantissimi, notatu dignum est, sed singulare; cum editiones cætera ferè omnes ab eo discedant: nec reputo Septuaginta interpretes, & Hieronymum uim uerbi Hebraici, cuius loco ediderunt, Fiat, non penetrasse. Quod autem ipse adijcit, hoc loco designari primordialis lucis distributionem in astra, quanquam id inficiantur Scholastici omnes, atque Doctores nuperi, qui Solem primo die manasse produnt, admitteretur attamen hilari animo à Basilio, Nysseno, Iunilio, Hugone, qui Solis orbem hoc die conflatum arbitrantur. Sed distributionem hæc, seu ignis, seu nubis lucida, seu lucis, elici ex his uerbis; Erit luminaria, nõ attingerunt certè, immo & agrè forsan id reciperent; quòd subtilitas sit à plano literæ sensu, & à cunctis interpretationibus longinqua; nec ita tuta, vt ab extraneis passim concedi possit. Multoque minus Patres ijs subscriberent, quæ postea ille profert.

C A I E T A N V S enim iam dictis hæc adiungit.

Verum tamen est, quòd distinctionem lucis in astra absolute silentio præterit, ne impedimentum futuris cautelis apponeret. Sciebat enim se mandatum Deuteronomij quarto; Ne forte eleuatis oculis ad Cælum videas Solem, & Lunam, & omnia astra Cæli, & errore deceptus adores ea & colas, quæ Creati Dominus Deus tuus in ministerium cunctis gentibus, quæ sub Cælo sunt. Ob hæc siquidem rationem meminit Moses solius distinctionis lucis in astra, quatenus sunt officiosa nobis. Et propter hoc significanter absque nota coniunctionis in textu dicitur; Erit luminaria in extensione Cœlorum ad diuidendum inter diem & inter noctem, &c. Et non dicitur; Erit luminaria in extensione Cœlorum, & diuidant, vt Vulgata editio habet: clarè enim textus ipse significat Deum dixisse, quòd erit lux in luminaria ad officium diuidendi, & reliqua subiuncta officia.

Hæc siquidem longè distant ab eorum doctrina, qui & distributionem lucis in astra absolute effectam hoc die censent, & ipsis astris collata munera. Argumentum adductum à Caietano, quo legendum esse, Ad diuidendum inter diem & noctem, diffinit; irrident & elident, cum lectio illa sit repugnans Vulgatae editioni, & Græcæ, & ferè sit arbitraria. Quòd verò secundo loco asserbat, scriptum esse; In expansione Cœlorum, & non In firmamento Cæli, ut secluderetur primum mobile, elegans quidem est animaduersio, sed parum ad propositum. Nullus enim est, qui reputet astrorum orbis in supremo Cælo fuisse intextos & collocatos.

Quid quarto die effectum sit:

Difficillima certè indago: Quod fuerit hac in quarta die à summo opifice congestum opus, mihi obiectatur, nisi iam dudum præcæ diei mirificam lucis conditionem perpendens, exactiusque, quæ lux ea extarit, inuestigans, num lucis Idæa, num lux ipsa spiritalis Angelus, num ignis, num nubes lucida, num lux Solis sine apparente corpore, num Sol ipse nondum suis numeris undique refertus, num Sol absolutus; ex sententia præcorum Patrum omnium, Solis astrorumque globos, uti lucis uehicula, quarta die compactos fuisse, quasi sancitum, ac diffinitum demonstrassem. Summatim igitur hoc loco iam expolita restringam, & cum nobis colluctatio sit cum neotericis Doctoribus, eorum sententias singulas particulatim referre, effringere, & explodere; deinde Patrum uetustissimam assertionem firmare, diuinis inuocatis auspicijs, studebo.

Repetitur

Fiant luminaria.

a. Repetitur Solis creatio, primo die effecta: & absoluntur Luna, & stellæ à primæua die inchoatæ.

Anno Mûdi primo. Die quarta.

a. Repetitur Solis creatio, primo die effecta: & absoluntur Luna, & Stella à primæua die inchoata.

S T E V C H V S in Cosmopeia, Solem primo die non tantum fuisse congestum, sed amplissima luce coruscasse cum existimet, hac quarta eius procreationem repeti, atque iterum enarrari existimat; lunam verò & astra ab exordio inchoata, hac ipsa etiam die absoluta autumat. Et cum prolixiori oratione hæc enarret, his tamen præcipue suam explicat sententiam.

Creatis rerum cunctarum, terra & aqua, initijs: aqua rerum cœlestium, id est aëris, ætheris; terra stirpium, & animantium, cæterarumque mole præditarum rerum, ex his postea has ipsas res creauit, quæ, & ipse quædam aliarum rerum essent origines. Omnium autem origo, & auctor, id est cuius ope & auxilio, omnes superne inferneque nature nascerentur, fuit Sol: quem ante omnia, quæ eius ope essent creanda, fuisse creatum, hæc ipsa necessitas demonstrat. Creato Sole, duo rerum natarum ordines sunt in duas partes secuti, terrestrium, & cœlestium: cœlestes res appello nunc omnem Cæli ornatum, innumerabilem astrorum multitudinem: terrestres sunt, vt dixi, aër, quatenus eius respirationibus uiuunt animantes, ipsi animantes, planta, mare, terra separata. Harum rerum diuinus scriptor, cum totam ante oculos haberet creationem, alterumque post alterum, etsi simul fuissent creata, esset ei commemorandum: maluit tamen quod natura monstrabat iter sequi, & explicare cuncta deinceps, unumque ordinem aggressus, eoque absoluto, reuertitur ad alterum. Prior ordo fuit, quòd creato Sole, fuisse & extenuatæ aque aërem fecerunt, nudatæ sunt terræ, immensaque residuarum aquarum copia in unam voraginem coërcita. Terris autem nudatis, natae sunt omnigenæ stirpes, ueritatis floribus, herbis, arboribus, montes & campi. Vides unum deinceps ordinem, quem totum absolute describendo coactus sit Theologus. Eodem autem tempore, quo factus est aër, mare intra legitimos fines coërcitum, terræ nudatæ, stirpes & herbae genitæ, desuper Luna & omnia sydera creabantur. Conglobatus & accensus, sapientissimèque constipatus Sol, in terris quidem ipse reliqua opera faciebat. Ipse factus fecit diem, fecit aërem, fecit denudationem terræ, aquas exhausit, stirpes & animalia creauit. Desuper autem Deus cœlestia lumina ex eadè atque Solè, sed diuersa ratione, massa creabat, processitque opus usque ad quartum. Primum enim creatus est Sol, post Luna, post septem erroneas, demum sydera, vel ἀπλανῆς. Prima dies nata est à Sole creato, secunda creata est Luna, tertia creatæ septem errantes, quarta omnium syderum multitudo.

Et post nonnulla, demonstrat ad congectionem astrorum diuturnius spatium quam unius diei fuisse absumptum, ita argumentans.

An si una dies in creatione Solis, id est spatii simili unius diei, est exactum, in omnium opere stellarum, quarum singule vix credibili magnitudine dicuntur excedere terras, non diuturnius spatium absumptum debemus arbitrari?

Deinde, quibus ex rebus compacta sint astra edisset, cum ait.

Atque illud est verissimum, & à Theologis quoque vetustissimis assertum, eadem ratione fuisse ex aquis educiam ætheriam substantiam, atque ipsum Cælum, expirationesque cœlestes. Videmus enim aquam in aërem, in nubes, in faeces, vapores igneos mutari. Itaque eodem illo tempore id factum existimandum est, cum sapientia, ingeniumque Dei ferebatur super aquas, & ex his puriores substantias educerat; Solem primum, cuius operosa magnitudo & pulchritudo vincit omnia cœlestia & terrestria. Agitans igitur, & concutiens, creatas ab se aquas secreuit & accendit ignem, purissimæque lumina, defecatasque materias veluti speculorum, & nubium, vt eadem, & luminose sint & leuissimæ, quales nitidissima nubes, quæ quò puriores sunt hoc altiores sedes appetunt, ipseque ignis, id est flamma, non est aliud, quam accensus aër. Ideoque aquarum magnitudinem tantam fuisse credendum est, quanta & ad spiritus aërios efficiendos, & ad effundendum totum æthera, cœlestesque substantias, sufficeret.

Et deinceps, magisque explicans, & roborans quod excogitauerat, subdidit,

Ne videamur autem somnia, commentitiasque fabulas, quanquam est ratio in promptu eorum quæ dicta sunt, induxisse, & Solem qui prima die fuisset factus, quasi repetitum quarta die fuisse, & cætera sydera cum Luna,

Anno Mdi
primo
Die quarta.

Fiant luminaria.

a. Hoc est, astrorum corpora recipiant lucis plenitudinem, retrogradum motum, & ad mirificos effectus gignendos virtutem.

Luna, totum illud spatium, dum ferent, consecisse, quasiq; rememorationem primi diei esse quartam, nec debere nos his repetitionibus turbari, nonnullas eiusmodi his ipsis etiam locis ostendam. Quod etsi feci superius, addam tamen exempli causa hoc quoque loco. Bis homo creatur, bis in Paradiso ponitur, bis bestia nascuntur, bis plantatur Paradisus. In quibus est etiam ordo preposterus. Quod repetatur hominis creatio superius ostendi, sed & subijcio hoc loco. Primo capite sexta die creatur. In secundo; Formavit igitur Dominus hominem de limo terrae, & insuflavit in faciem eius. Hic tunc repetitur humana creatio, tunc additur quod fuerat pretermisum. Non enim sexta die scribitur, Deum hominem de limo fecisse, & in eum spirasse. Quasi ergo fuerat omisum. Sic tamen omisa est in prima die commemoratio syderum, non est quod sensum, quem ostendimus, id vel tantillum dimoueat loco.

Deductaque repetitione, quae de hominis formatione habetur Genesis secundo, his concludit.

Dico autem ex his exemplis tria de ornatu Caeli: Tunc omisam esse in prima die partem Caeli, id est aliorum syderum creationem, sicut pars hominis quod insuflauerit, & ipsius mulieris constructio. Et ut reuocata est postea, sic postea reuocata luna, stellarumque creationem prius omisam. Tunc Solem, etsi primum fuisse editus, repetitum esse postea cum ceteris, tamen si constet ea post absoluta. Postremo totum opus à primo ad quartum diem dico peruenisse. Superest vnus scrupus, qui tantum animum torqueat, de die quarta, in qua haec creata memorantur, ut spatium quasi temporis certum praefigatur: quem sic remoueo, ostendens non in die ea opera facta, ut quasi narretur hoc die factum esse Caelum, altera primum sydus: sed hunc esse veriorum sensum ostendo, his operibus exactis, diei spatium circumactum & absolutum. Sicque ordinem fuisse conditorum, ut neque noctu, neque interditi, prima causa ab effectibus producendis interqueuerint. Quod ne fieri quidem poterat. Eundemque ordinem cetera opera habuisse, quem primum opus, quo nato & facto, dies est secuta.

a. Hoc est, astrorum corpora recipiant lucis plenitudinem, retrogradum motum, & ad mirificos effectus gignendos virtutem.

DIONYSIUS Carthusianus Enarratione in Genesim articulo duodecimo.

Dicuntur autem luminaria facta, non quod tunc creata sint aut ex materia praeciocenti producta, sed quia tunc acceperunt plenariam lucem sibi congruentem, & virtutem actiuam perfectam ad determinatos variosq; producendos effectus in inferioribus istis, ut dictum est plenius. Iuxta quem modum aliquid dicitur fieri, quando recipit notabilem in accidentalibus mutationem, quemadmodum Dauid libro secundo Regum à magna persecutione ereptus, dixit; An ignoro me hodie factum Regem super Israel? Hinc asserit Thomas super secundum, distinctione decimaquinta; Praeter principia communia actiua in rota natura, exiguntur determinatae virtutes mouentes ad determinatas formas, ac species, huiusmodique virtutes rebus sunt indite per opus ornatus. Sicut autem actio virtutum inferiorum communiter agentium reducitur in virtutem celestem vniuersaliter actiuam: sic virtutes in inferioribus mouentes ad determinatos effectus seu species, reducuntur in quasdam virtutes caelestes determinatas: & tales virtutes praecipue sunt in stellis atque planetis, quae secundum diuersos aspectus & coniunctiones imprimunt ad species determinatas, prout vndecimo Metaphisices asserit Commentator. Hinc inferiores virtutes causales sunt tanquam instrumenta superiorum virtutum, secundum eundem Commentatorem octauo Physicorum. Itaque propter tam notabilem in accidentalibus proprietatibus, dispositionibus, virtutibus, & influentijs immutationem ac meliorationem, recte dicuntur luminaria facta die quarta, quae complementum suum sortita sunt.

PERERIVS Commentarijs in Genesim libro primo, in hanc sententiam profectus est, cum ait.

Videamus igitur quemadmodum hoc quarto die facta sint astra. Quoniam non sunt aliud astra, quam partes Caeli densiores, quae lucem habent & transmittunt: Caeli autem in principio creati sunt, ut supra docuimus, perfecti

Anno Mdi
primo.
Die quarta.

Fiant luminaria.

a. Solis creatione rememorata. Luna, & sydera producuntur.
b. Id est Sol, Luna, & astra exactam suscipiant condensationem, & lucem.

perfecti secundum substantiam, numerum orbium, magnitudinem, figuram, & aliarum partium densitatem, aliarumque raritatem: necessario efficitur, astra secundum materiam suam, quae non est alia quam substantia Caeli, & secundum figuram, magnitudinem, & densitatem, à principio esse facta. Quid ergo his deest? Forma nempe, quae principaliter dat rei & esse, & nomen. Est autem astri forma ipsa lux, quae hoc quarto die illis data est, Deo partes illas Caeli densiores spissa luce complente. Datus est illis praeterea proprius motus, nam alio motu cietur Luna, & alio Mercurius, itemque alia sydera: siquidem ante hunc quartum diem, Caeli non alio quam vno primi Caeli motu communiter mouebantur. Tertia loco data est astra vis & potentia variis & mirabiles effectus producendis, ex motu proprio & luce cuiusque astri proueniens. Et Post. Sed dicit aliquis, primo die creata est lux Solis, ut nos supra docuimus, & iam tunc Caeli habebant partes quasdam densiores: quomodo igitur non eas tunc Sol luce sua illustrauit, atque ita fecit, ut essent astra? Huic respondendum est, lucem illam primi diei fuisse admodum tenuem, & ut inquit Beda, similem luci Aurorae, ideoque non potuisse densas illas Caeli partes luce implendo, facere astra: quanquam non est certum, quin etiam doctissimis viris falsum videtur, reliqua astra non sua, & propria luce, sed aliena tantum, & à Sole mutuata lucere. Qualis verò, & quam multiplex hoc die quarto luci Solis facta sit accessio, propter quam vere dicatur hoc die Sol creatus, supra ostendimus, cum opus primi diei explanarem.

a. Solis creatio rememoratur. Atque Luna, & sydera producuntur.

CATHERINVS Solem primo die productum absolutum, ac omni suo numero refertum, hoc quarto die per modum recapitulationis, & ex occasione collectionis omnium luminarium fuisse rememoratum, Lunam verò & astra hoc quarto die condita existimauit, Enarratione in primum caput Genesios, inquit.

Hic primum aduertit, non dictum à Mose, tunc facta duo luminaria, cum iam declarauerit luminare maius conditum fuisse prima die, sed per modum recapitulationis & collectionis omnium luminarium, quae inuenta sunt perfecta in quarta die, ait; Fecitque Deus duo luminaria magna: non autem dicit, Deum in quarta die illa fecisse. Nam patet in usum Dei in hac quarta die fuisse circa luminaria, quae sunt in firmamento. At Solem quidem iam constat prima die (ut dictum est) conditum fuisse. De Luna verò, & alijs planetis non ita explicitè, quando creata sunt, declaratur: verisimile tamen est, omnia praeter Solem condita fuisse quarta die. Porro cum Moses ipse hoc tacuerit, non est facile diuinare, etsi non vacare mysterio sit omnino credibile.

Sed hanc vnà cum ceteris commentitiam esse facile post demonstrabimus.

b. Id est Sol, Luna, et Astra exactam suscipiant condensationem, & lucem.

AE G I D I V S Deum primò Solem, ac Lunam, & astra cōfasse in ipso tempore primordio nulla luce adiecta; deinde Soli primo die exilem impertitum fuisse obdensationem, & lucem: quarto verò die, tam Solem, quam Lunam, & Astra absoluisse tradit Hexameron secunda parte, capite trigesimo primo.

Itaque tripliciter fuit Sol condensatus: primò in ipsa primordiali factione, per quam condensatione in lucere non poterat: secundam autem condensationem accepit, cum primo die facta fuit lux, ex qua condensatione lucebat, non tamen recipiendo lumen ab alio corpore, sed non lucebat ita clarè, & ita splendide, sicut nunc lucet: sed postea quarta die est illa materia terribi condensata, ex qua condensatione dicitur factus Sol lucens clarè & splendide, sicut nunc videmus. Sed Luna & stella duplicem condensationem tantum acceperunt: vnā primordiale, ex qua non lucebant, nec potuissent lucere, etiam recipiendo lumen ab alio: secundam autem condensationem acceperunt, quod possent lucere, non per se, sed recipiendo lumen ab alio; quam condensationem acceperunt quarta die, qua dicitur, Deum fecisse Lunam & stellas. Ex quo patet, quod etiam secundam condensationem

Anno Mudi
primo.
Die quarta.

Fiant luminaria.

- a. Sol, Luna, & Astra, ad influendum nanciscantur determinatam virtutem.
b. Sine Sol suam ad influendum vim adipiscatur, Astra, & Luna hac die proferantur.

Condensatio Solis fuit maior quam secunda condensatio Lunæ & Stellarum, quia ex illa condensatione secunda lucebat illa lux, quæ postea facta est Sol, non accipiendo lumen ab alio corpore: sed ex condensatione sua secunda non lucent Luna & Stella, nisi recipiant lumen à Sole.

a. Sol, Luna, et Astra, ad influendum nanciscantur determinatam virtutem.

D. THOMAS ex D. Dionysij auctoritate, tam Solem, quam Lunam, & Astra, substantiales suas partes, globum, & lucem primo die suscepisse docuit: quarto verò ad influendum determinatam nacta esse virtutem tradit, præcipue prima parte, quaestione septuagesima, articulo primo, ad primum.

Sed secundum eos, qui ponunt corpora caelestia esse alterius naturæ ab elementis, & incorruptibilia per naturam, oportet dicere, quod substantia luminarium à principio fuit creata, sed prius erat informis, & nunc formatur: non quidem forma substantiali, sed per collationem determinatæ virtutis. Ideo tamen non fuit mentio à principio de eis, sed solum quarta die, ut Chrysostomus dicit: ut per hoc remoueat populum ab idololatria, ostendens luminaria non esse Deos, ex quo nec à principio fuerunt. Et post. Si autem lux primo die facta, intelligitur lux corporalis, oportet dicere, quod lux primo die fuit producta secundum communem lucis naturam: quarto autem die attributa est luminariis determinatæ virtutis ad determinatos effectus, secundum quod videmus alios effectus habere radium Solis, & alios radium Lunæ, & sic de alijs. Et propter hanc determinationem virtutis, dicit Dionysius quarto capite de Diuinis nominibus, quod lumen Solis, quod primo erat informe, quarto die formatum est.

LYRANVS in Postillis.

Istud, fieri, secundum istam expositionem non intelligitur quantum ad substantiam luminarium, nec quantum ad lucem quæ facta est primo die: quia tunc facta fuit lux Solis, ut prædictum est, & per consequens aliorum luminarium, quia illuminantur à Sole: sed intelligitur quantum ad quandam informationem huius luminis, quod fuit informe aliquo modo usque ad quartam diem in qua fuit formatum: quia tunc accepit à Deo virtutem influendi ad varios effectus in inferioribus, sensibiliter enim percipitur, quod radij diuersorum luminarium Cæli habent varios effectus & distinctos circa inferiora.

b. Sol, suam ad influendum vim adipiscatur Astra, & Luna hac die proferantur.

VIELMIUS lectione uigesima, definiens hanc difficultatem de Solis emolitione, Diuo Thomæ assensit: de Lunæ ac syderum, Catherino adhæsit.

Proinde in abditissima perscrutatione hac ita ego sentio, Solem quidem prima die creatum fuisse solum, sed non fuisse tunc omnibus numeris absolutum, sed hodie dumtaxat, non quidem ut illustrior splendidiorque in se ipso redditus fuerit, ceu fieri potuisse Aegidius arbitratur in secundo, distinctione quartadecimæ: sed primum quidem, quod acceperit à Deo speciales quasdam vires & facultates, quas in sua creatione non acceperat, uti D. Dionysius de Diuinis nominibus, capite quarto: & S. Thomas prima, quaestione sexagesima septima, docent. Et post. Existimo autem astra dici hodie fuisse effecta, non ea tantum ratione, quod Soli, à quo illuminarentur, fuerunt obiecta, atque adeo perfusa luce, vel simpliciter si totam quam habent lucem à Sole recipiunt (ut communis ferme opinio est) vel certe ampliore, viuacioraque si ipsa quoque lucida sua natura sunt, quod video eruditissimis quibusdam placere, sed & multo magis, quod eorum materiam opifex hodie ferruminauerit, & condensauerit, ut recipere & repercute Solis radios possent, quam et si vnquam Cælis creauerit, non tamen aptauerat, & idoneam fecerat ad fulgorem Solis regendum: id verò præstitit hodie.

AUCTOR.

Cæteri assertiones istæ omnes trecentis ab hinc ferè annis enatæ, quæ duces sibi peripateticam Philosophiam, Cælos ex quinta essentia cõgestos astruentem, prælegerunt, haud mediocriter diffidere à Mosis litera euinci possunt. Quantum ad ea quæ ad Solem spectant, quod ipse prisca omnium die absolutus prodierit, ut Steuchus, & Catherinus arbitrati sunt; seu cum orbe non apprimè condensato, neque cum luce splendida, ut voluit Aegidius; seu cum globo quidem absolute compacto, sed exili luce prædito, ut censuit Dionysius Carthusiensis & Pererius; etiam seu ex optime globo & luce ferruminatus, sed ad peculiare influxum virtute non insignitus, ut maluit D. Thomas, & Vielmus: Et quantum ad ea quæ ad Lunam, & astra pertinent; quod prima die inchoata sint, & quarto absoluta; seu quod quarta tantum emanarint; seu quod eis accesserit ad speciales effectus determinata vis, & facultas; certè omnes hæ sententiæ à litera maxime discedunt: cum primo omnium die nullo modo Solem (quiuis ille fuerit) emanasse ex Mosis narratione decerpi possit. Primò nanque hæ sententiæ operum sex numerum, quæ sex diebus Mosis historia facta enarrat, inuertunt, & perturbant; nec dilucide quid primo die, quidve quarto effectum sit à primo diuersum, explicant: Cum tamen consentaneum valde sit, opera Dei ita fuisse distributa, ut singulæ diei singulum opus complete, & ad amissum patratum assignetur, quemadmodum & Patres assignarunt. Assertionem vero istam idipsum opus duobus diebus ascribunt, adeo ut huic quarto diei exiguum, & debile factum tribuant, & eum vel feriatum faciant (quasi in Hebdomada geminum Sabbatum habeamus) vel inopem, deteriorisque conditionis quam sint cæteri omnes antea acti dies, dum in ipso non nouum, & recens opus patris, sed quod primo die congestum erat, in hoc tantum perfici; & quod ei accidens est superaddi opinantur. Verum quod eis maximum negotium facit, est ipsa litera Mosis. Prodit enim; Dixit Deus; Fiant luminaria: siue ut Hebraica litera habet; Sint luminaria. Queritur, si iam erant luminaria, vel saltem, si iam erat Sol luminare maius, quid fieri imperauit Deus? Et post; Fecit Deus duo luminaria magna, & stellas. Si fecit, iam igitur facta non erant. Et quis interpretabitur; Fecit Deus Solem, hoc est, adiecit Soli corporis obdensationem, seu lucis fulgorem, seu ad influendum vim & facultatem? Aliud siquidem est facere, aliud iam effecto aliquid adijcere. Et quis dicet, quod eius emolitionis descriptionem repetat? Cum primo die de lucis Genesi sit enarratio, seu de Or; nunc vero de Maor, seu lumifero, seu lucis vehiculo, ut supra edisseruimus. Quod si interpretari quis ausus fuerit; Fecit Deus, hoc est, iam fecerat, quasi Fecit positum sit pro Fecerat; importunam certè, textumque destruentem asseret glossam, & pari arbitratu Scriptura omnis perturbari poterit, adeo ut cum prodat Moses; In principio creauerat Cælum & terram. Quo quid periculosius, & absurdus, & quid ad peruertendos sensus accommodatus? Rursum ait Moses; Posuit ea in firmamento Cæli: voluntque Patres, præcipue Chrysostomus, opificem nostrum non primò ea congestisse, & post in firmamento constituisse, quomodo Adam extra formatum in Paradisum transtulit: sed ea in ipso firmamento cõgestisse; Cum autem firmamentum secunda die effectum testetur Scriptura, quo pacto prima die in firmamento, si nondum factum erat, cogi potuerit? Quod si firmamenti nomine, non Cælos astrigeros, sed quid aliud interpretari maluerimus, quomodo in firmamento luminaria posita, insitaque hac quarta die prodit Moses? Longe igitur abscedunt à litera hæ interpretationes. Quod vero Solis genituræ descriptio hoc loco per repetitionem tradatur, ut inquit Steuchus, & Catherinus, lunæ vero, & astrorum effectio recitetur, quasi ista uel absoluta, uel recenter condita hac quarta die fuerint, quibus assentit & Vielmus, non admodum verisimile est. Nam qui fieri potest, ut Sol, Luna, & astra, eadem serie enarrationis, eorundem uerborum confimili expressione, nempe Fiant luminaria in firmamento Cæli; Et fecit Deus luminaria &c: producta describantur, & non simul eodemque modo effecta intelligantur? Quæ enim est emphasis horum uerborum, ut de Sole dictum id per repetitionem, de Luna autem, & astris per enarrationem arbitremur? Vtroneque igitur sunt istæ expositiones, eliduntque

c maxime

maxime literæ perspicuitatem . Nullus certè Patrum in consimilem præcipitatus est commentationem.

T H E O D O R E T V S Commentarijs in Psalmum septuagesimum primum, alio modo hunc interpretatus est locum.

Sol nanque & luna eiusdem temporis sunt ; eodem enim tempore facti fuerunt . Dixit enim, inquit, Deus ; Fiant luminaria in firmamento Cæli ; & fecit Deus duo luminaria magna.

Deinde, & hæc successiua siue globorum, siue lucis auctio, qua alij Solis vehiculum primo exiliter congestum, post maxime coactum arbitrantur, vt Aegidius, alij Lunam, & Stellam diurnam suscepisse successiuamque globi condensationem, vt Steuchus, & Aegidius : alij globis in eamet conspissatione permanentibus, lucem fulgentiorè adiectam fuisse ducunt, ut Pererius ; certè ex litera elici non potest, cum illa perspicuè constanterque prodatur prima die lucem manasse, quæ bona erat, hoc est absoluta ; & quarta Solem, Lunam, & astra pariter bona, hoc est perfecta . Rursum hac quarta die Soli Lunæ & astris iniunctam fuisse influendi vim, nec ab ipsa enarratione historiæ Mosis explicatur, insinuaturve, nec rationi videtur consentaneum . Siquidem si prima die extabant orbis, extabant astra, Sol, & Luna, congrua sibi luce prædita, extabant orbium conuersio, quibus dies ac noctes consueta gignebantur, vt volunt ipsi, & Cælum in hæc sublunaria non influit, nisi motu, & luce : quid eis influendi peculiarem vim prohibere poterat ? Inuicem igitur non consentiunt hæc sententiæ, nec Mosis narrationi admodum conueniunt . Quod si congestos esse Cælos, & astra ex quinta essentia existimantes in has corrumpere sententiæ : certè ab ipsismet suis fundamentis multum declinarunt . Si enim ex quinta essentia conflata sunt : igitur vel æterna, ut censuit Peripateticus ; vel in primordio temporum ex nihilo producta . Non igitur in prima die, si illud Patrum axiomata verum est, quod Deus Chaos ex nihilo in primordijs temporum creauerit, dierum vero sex opera ex iam condito Chaos, seu materia digesserit . Deinde si ex quinta imperfecta essentia conflata, igitur omnis alterationis expertia . Qui fieri igitur potuit, vt Soli adiecta fuerit vel corporis maior conglobatio, vel lucis accessio, uel motus, seu lucis adiectio, qua ad influendum particulares effectus, uires nactus sit ? Et qui fieri potuit, ut Lunæ, & Stellis pariter indita sit uel substantiæ maior conspissatio, vel lucis collatio, & quarto die post Solem manarint ? Sed hæc satis, si ea, quæ prima die aduersus has sententiæ digessimus, connectentur .

Verum pro fine duas Patrum attestations, quæ astra cuncta, tam Solem quam Lunam, & sydera consimul manasse euincunt, ad suprascripta munienda, & comprobanda proferamus .

A T H A N A S I V S contra Arrianos Sermone tertio, ostendens omnes creaturas similis generis simul ad essentiam fuisse uocatas, ait .

Omnia enim pariter cum omnibus ortum suum originemque adeptæ sunt, quanquam inter se alia ab alijs gloria differunt . Non enim vllum ex astris, aut ex magnis luminaribus ita apparuit, vt hoc prius, illud posterius in rerum naturam emerget, sed omnia eodem die, eodemque insu ad essentiam uocata sunt . Eadem quoque ratione quadrupedum, volucrum, natatiliū, pecorum, & stirpium natura formata est .

T H E O D O R E T V S in Psalmum septuagesimum primum, in illud, ante Solem permanet nomen eius .

Hæc particula, Ante, Sole & Luna vetustiore ipsam esse declarat . Non enim simpliciter ante Solem permanet, sed generatione generationum ante Solem, & Lunam posuit . Sol nanque & Luna eiusdem temporis sunt, eodem enim tempore facti fuerunt . Dixit enim, inquit, Deus ; Fiant luminaria in firmamento Cæli, & fecit Deus duo luminaria magna . Si igitur est ante Lunam generatione generationum, est etiam ante Solem .

Reliquum est, vt ad sententiam Patrum præscorum proferendam transeamus, uniformem quidem, cum omnes Solem, Lunam, ac sydera hac die effecta autument, sed de modo effectationis non consentientem . Quapropter muneris nostri est, ut singulariter uniuscuiusque assertiones proferamus .

Secun-

Fiant luminaria .

- a. Secundum lucis Idæam prima die productam, luminaria ac sydera hac quarta efficiantur .
b. Prima die luce spiritali, hoc est, Angelo ad gloriam assumpto, hac quarta Sol, Luna, & Astra producantur .

a. Secundum lucis Idæam prima die productam, luminaria ac sydera hac quarta efficiantur .

P H I L O de Mundi opificio, cum primo die lucis Idæam productam existimasset, hoc quarto Solem, Lunam, quæ duo stellas appellat, ac sydera producta tradit .

Cæterum opifex respiciens ad intelligibilis lucis Idæam, de qua dictum est in mentione Mundi incorporari, condidit has sensibiles stellas, simulachra diuina & pulcherrima, quas tanquam in templo inter corporeas essentias pulcherrimo collocavit in Cælo multis de causis : primum lucis inferende : deinde signorum : tum temporum, quibus annus distinguitur : postremo dierum, mensum, annorum, quæ sunt mensuræ temporis, ex quibus nata est natura numeri . Quem autem singula hac usum, quamve utilitatem præbeant, liquet ex eorum effectibus .

b. Prima die luce spiritali, hoc est Angelo ad gloriam assumpto, hac quarta Sol, Luna, & Astra producantur .

A V G V S T I N V S, qui prima die non lucem corpoream, sed lucem spiritualementem, Angeli scilicet emolitionem tradi, totis demonstrare uiribus enitebatur ; nunc quarta die Solem, & Astra hæc corporea condita fuisse disertius edocet, id maxime explicare contendens, qua serie tres prædicti dies sine luce transacti fuerint . Ait enim in libro de Genesi imperfecto, capite duodecimo .

Quarto die luminaria facta sunt, de quibus dicitur ; Et sint in diebus . Quid ergo uolunt tres dies transacti sine luminaribus ? Aut cur ista erunt in diebus, si etiam sine istis dies esse potuerunt ? An quia euidentiùs productio illa temporis, & morarum interuallum, motu istorum luminarium distingui ab hominibus potest ? An ista dierum & noctium enumeratio ad distinctionem ualet inter illam naturam, quæ facta non est, & eas, quæ factæ sunt, vt mane nominaretur propter earum speciem factarum, uespera uero propter priuationem, quæ quantum attinet ad illum à quo facta sunt, speciosa, atque formosa sunt : quantum autem in ipsis est, possunt deficere, quia de nihilo facta sunt : & in quantum non deficiunt, non est eorum materia, quæ ex nihilo est, sed eius qui summus est, & illa facit esse in genere & ordine suo ?

Et de Genesi contra Manichæos libro primo, capite quartodecimo .

Hic primò querunt, quomodo quarto die facta sunt sydera, id est Sol, & Luna, & Stella . Tres enim dies superiores quomodo esse sine Sole potuerunt, cum uideamus nunc Solis ortu, & occasu diem transigi, noctem uero nobis fieri Solis absentia, cum ab alia parte Mundi ad Orientem redit ? Quibus respondemus, potuisse fieri, vt tres superiores dies singuli per tantam moram temporis computarentur, per quantam moram circumit Sol, ex quo procedit ab Oriente, quousque rursus ad Orientem reuertatur . Hanc enim moram & longitudinem temporis possent sentire homines, etiam si in speluncis habitarent, ubi orientem & occidentem Solem uidere non possent . Atque ita sentitur potuisse istam moram fieri etiam sine Sole, antequam Sol factus esset, atque ipsam moram in illo triduo per dies singulos computari . Hoc ergo responderemus, nisi nos reuocaret, quod ibi dicitur, Et facta est uespera, & factum est mane, quod nunc sine Solis cursu uideamus fieri non posse . Restat ergo, vt intelligamus in ipsa quidem mora temporis ipsas distinctiones operum sic appellatas, uesperam propter transactionem consummati operis, & mane propter inchoationem futuri operis, de similitudine scilicet humanorum operum, quia plerique à mane incipiunt, & ad uesperam desinunt . Habent enim consuetudinem diuine Scripturæ, de rebus humanis ad diuinas res uerba transferre .

Et undecimo de Ciuitate Dei, capite septimo .

Uideamus quippe istos dies notos non habere uesperam, nisi de Solis occasu, nec mane, nisi de Solis exortu, illorum autem priores tres dies sine Sole peracti sunt, qui quarto die factus refertur .

c 2 EV-

Anno Mudi
primo.
Die quarta.

Anno Mudi
primo.
Die quarta.

Fiant luminaria.

- a. Ex igne in supernis lucente, hac quarta die Sol, Luna, & sydera conficiantur.
b. Ex nube ignita primo die producta cum forma, & splendoris incremento luminaria congerantur.

EVCHERIVS Commentarijs in Genesim libro primo, cap. quinto.

Fiant luminaria in firmamento Cæli. Si quarto die facta sunt luminaria, quomodo tres dies iam ante fuerunt? Nisi ut intelligamus, in ipsa hora temporis ipsas operum distinctiones ita appellatas: vesperum, propter transactionem consummati operis: mane, propter inchoationem futuri diei, in similitudinem humanorum operum, quod plerique mane incipiunt, & in vesperam desinunt.

BEDA Libro de sex dierum Creatione.

Ut quod ibi erat in verbo Dei secundum genitam sapientiam. Deinde factum est in creatura spiritali, hoc est in Angelis: Deinde facta sunt ipsa luminaria, ut essent in genere proprio. Ut sint in signa & tempora. Quis non videat quam obscure positum sit, quarto die cepisse tempora, quasi superius illud triduum sine tempore praterire potuisset, que sue tamen creationis tempus habuerunt, quia mutuo creatura nomen accepit, syderum tamen distinctione illud triduum non habuerunt.

Et Expositione in Genesim.

Quarta verò die in Cælo luminaria: & sicut prius Cælum factum, ita prius ornatur. Illud autem quod dictum est; Ut sint in signa, & in tempora, & in dies, & annos: quam obscure positum quarta die tempora cepisse, quasi superius triduum sine tempore potuerit pertransire: aut quasi potuisset esse tempus ante sydera, quum dies, & hora, & anni, & menses syderibus distinguantur. Sed supra diximus, quia noctem propter consummatum opus, & diem propter aliud opus inchoandum vocet.

Confimilia ferè habet Quæstionibus in Genesim.

RVPERTVS his assentit Commentarijs in Genesim lib. primo, cap. quædragesimo secundo, cum ait.

Fiant luminaria in firmamento Cæli, &c. Luminaria Solem, & Lunam dixit: sic enim sequitur &c.

D. THOMAS Augustini sententiã explicat elegantius prima parte, quæstione septuagesima, articulo primo.

Dicendum, quod secundum Augustinum nulla sequitur difficultas: quia lux, de qua prima die facta est mentio, fuit lux spiritalis, nunc autem fit lux corporalis. Et ante. Nulla difficultas ex hoc oritur, non enim ponit successionem temporis in istis operibus, & ideo non oportet dicere, quod materia luminarium fuerit sub alia forma.

Et ante adhuc.

Sed sciendum est, quod in productione luminarium non discordat Augustinus ab alijs sanctis, dicit enim luminaria esse facta in actu, non in virtute tantum. Non enim habet firmamentum virtutem productivam luminarium, sicut habet terra virtutem productivam plantarum, Unde Scriptura non dicit; Producat firmamentum luminaria, sicut dicit; Germinet terra herbam viventem.

- a. Ex igne in supernis lucente hac quarta die Sol, Luna, et sydera conficiantur.

GREGORIVS Nyssenus erudita, ac prolixiori enarratione, ex igne defecatori & puriori secundum similes partes se coaceruante, hac quarta die confectum Solem, ac Lunam, & stellas edocet in Hexæmeron, seu de Historia sex dierum, hisque concludit.

Facta est igitur una cum omnibus rebus cæteris lux, sed quandiu splendoris expertes creaturæ partes illuminatrici facultati officientes manebant, non protinus rebus omnibus preluxit: simulatque autem à Deo creaturæ data est occasio ad sui digestionem, ignea atque illuminatrix vis leuitate, agilitateque naturæ ante res cæteras emicans, atque exiliens creaturæ preluxit, atque initio quidem tota circa seipsam collecta, atque coaceruata erat, vniuersitatemque rerum circumibat. Et post. Quod si hæc ita sunt, non opinor nostram opinionem ab eo, quod probabile, atque consentaneum est, aberraturam esse, si hoc Moyses intellexisse existimemus, quod ab initio quidem omnis illuminatrix vis apud seipsam coaceruata, atque collecta,

lecta, facta sit lux: sed quoniam magna quedam in illo subtili & agili, ratione maioris & minoris, differentia in vniuersarum rerum natura esse cernebatur, tridui temporis spatium satis fuit, ut horum vnumquodque perspicuè & absque confusione alterum ab altero diduceretur atque secerneretur, ut id quidem, quod ex ignea natura summè subtile & leue, ac planè materia expertes esset, in summo loco sub sensum cadentis naturæ versaretur: quam partem ea, que mente cernitur & incorporea est, excipit natura. Quicquid autem & tardum & ignauium esset, intra complexum tenuis & leuis illius circa sese coiret, atque hoc rursus pro differentia insite sibi proprietatis in septem partes secaretur, omnibus particulis lucis, que & æquales & eiusdem naturæ essent, pro cognatione inter sese coalescentibus, & ab ijs, que alterius generis essent, separatis atque diremptis. Sic igitur quicquid solaris naturæ illuminatrici naturæ inspersum erat, cum omnes hæc particule aliæ ad alias concurrissent, vnum magnum lumen factum est. Itidem etiam in Luna, & in vnaquaque cæterarum tum errantium, tum inerrantium & fixarum stellarum, vniuersarumque particularum ad sui generis res concursus vnum quiddam ex ijs, que in Cælo apparerent, efficit, atque ita vniuersa facta sunt. Satis autem magno Mosi fuit, cum maximè insignia duntaxat in his nominasset, magnum luminare & minus, reliqua omnia generaliter stellarum nomine appellare.

Cumque hæc vberius differuisset, concludit.

Hæc igitur quarto die fiunt, non tunc luce creata, sed illuminatrice proprietate pro commoditate sue naturæ in vnum congesta atque coaceruata, cum cæteræ stelle emicuerunt & emerferunt in apertum, tum ille, qui in corpore maiore quam cætera conspicuntur, Sol & Luna, quorum natura quidem in prima confectione lucis materias adepta est.

CLAVDIVS Marius Victor orator Massiliensis Commentariorum in Genesim libro primo, hanc profæqui assertionem his visus est.

Iam tribus exactis, motu succensa citato,
In flammis ignisque globum se cogere iussa est
Solis prima dies, fundataque semina lucis
Puniceos roseo sparserunt fomite erines:
Lunaque noctis honor quæsito lumine fulgens,
Inferiore via Soli subiecta pependit,
A quo susceptos radios percussa refudit.
Astraque distinctis Cælum pingentia Zonis,
Floribus æthereis varios vibrare colores,
Et magis ornatis se respicere tenebris.
Cerulea nox stupuit, rutilis dum spicula flammis
Fusa micant, vrgenteque alacres noua sydera iactus,
Que solare iubar radijs obducit apertis,
Tempora quadrifidi mensurans quatuor anni.
Sol quoque cum cursus Luna sit mensurans, vna
Contentus cursu reuolutum conficit annum,
Artificemque sacrum mira compage fatetur.

Quibus visus est Claudius Marius Victor Solem nil aliud existimasse quam flammam, ignisque globum, conformi cum Nysseno definitione.

Ecclesia id ipsum sensisse uisa est, quæ canit.

| | |
|--------------------------|--------------------------|
| Cæli Deus sanctissime, | Quarto die qui flammeam |
| Qui lucidum centrum Poli | Solis rotam constituens, |
| Candore pingis igneo | Lunæ ministrans ordinem, |
| Augens decoro lumine. | Vagosque cursus syderum. |

- b. Ex nube ignita primo die producta cum forma, & splendoris incremento luminaria congerantur.

HVG O Victorinus noster Adnotationibus in Genesim capite sexto, expresse hæc edocuit.

In quarta die, de luce, siue igne prædicto meliorando cum forma, & splendore fecit Solem. Quod de supra memorato igne factus sit Sol, inde conijcimus, quod de lege factum est quodammodo Euangelium, & in nuptijs de aqua vinum. Sicut enim per significantia aliquando comprehendimus veritatem significantium, ita de contrario per significata, & hic, & alibi sæpe possumus conijcere veritatem significantium. Solus Sol propriam habet lucem, & solus de igne factus est. stella autem omnes, sicut & Luna, de ære materia factæ sunt, & tantum relucunt & non lucent.

Et de Sacramentis libro primo, parte prima, capite quintodecimo.

Igitur

Igitur Deus prius lucem facere voluit ad illuminandum Mundum, antequam Solem crearet ope vicariae praecurrentem donec veniret quod perfectum est.

Et post, cum quid de ea luce factum fuerit diuersas sententias retulisset, quasi definiendo adiecit.

Sed quis scit, verum ipsa eadem lux postea in Solis substantiam translata sit, & ampliata claritate formam meliorem acceperit, quemadmodum in nuptiis Iesus de aquis vinum fecit, ut reformationis statum in melius, & reformationis sacramentum demonstraret. Nam erat lux antequam Sol factus est: hoc erat aqua priusquam in vinum mutata est, ut non aliud fieret, quod potius exhibitum est: sed de eo ipso, quod ante vilius habebatur. Ita de rebus dubijs nemo est, qui possit certum aliquid definire.

M A G I S T E R Sententiarum secundo, distinctione tertiadecima, ut supra referebamus.

Si autem queritur, quid de illa luce factum sit, cum modò non appareat: potest dici, aut de ea corpus Solis formatum, aut in ea parte Caeli esse, in qua Sol est, non quòd ipsa sit Sol, sed sit ei sic vnita, ut discerni non valeat.

P E T R V S Comestor in Scholaistica Historia capite sexto, cum lucis primordialis euentus enumerat, hunc non omittit.

De illa autem nube lucida supradicta traditur modò, quòd vel redierit in materiam vnde facta fuerat, ut stella quae apparuit Magis: & columba in qua visus est Spiritus Sanctus: vel quòd semper Solem comitatur: vel quòd de ea factum est corpus solare.

A L E X A N D E R Alensis secunda, quaestione quinquagesima prima, membro primo.

Ad quod facit, quòd lux, quae facta est in primo die, non deserit esse hac enim magis videtur conuersa in luminaria, ut quae prius distinguebat diem: & noctem, tunc ampliori modo vsui accommodata, & eidem modo perfectiori, eò quòd in eo sit lumen perfectius, & distinctius.

D. BONAVENTURA in Commentarijs super praecitatam distinctionem, cum sententiam eam, quae lucem astruebat in praecipientem materiam reddisse, improbasset, ex eò quòd existimandū non sit, Deum mox creata recidisse, alteram quoque assertionem, quae autumabat lucem illam perpetuò adiunctam Soli, reiecit, eo quia non appareat, quem effectum cum Sole gignat, subijcit.

Ideo est tertius modus dicendi, quòd ex ipsa factus sit Sol, & in ea saluatur tanquam in re eiusdem generis. Sed quoniam non videtur Scriptura exprimere, quòd Deus post primum diem produxerit nouam lucem, sed solummodo luminaria distinxit: ideo est quarta opinio, quòd ex illa luce facta sunt corpora luminosa: inter quae principatum tenet Sol: nec fuit ibi aliqua violentia, quia vnaeque creatura cum locum accipiebat, quem sibi Dominus per naturam deputabat: & sic patet obiecta, quia nec fuit illius lucis corruptio, nec eius violentia: sed maior quadam & perfectio, & distinctio. Quod autem dicit Damascenus, opus prima diei fuisse perfectissimum, hoc dicit per comparationem ad alia corpora, quae à luce habent recipere influentiam, non per comparationem ad luminaria, quae ex ipsa luce sunt formata.

L Y R A N V S in Postillis in secunda expositione.

Hic describitur opus quartae diei, & intelligitur hic, fieri luminarium, quantum ad suas formas substantiales specificas: & secundum istam expositionem, Sol factus est de illa nube lucida praedicta, quae tribus diebus praecedentibus fecit diem & noctem motu diurno. Nec valet quod contra hoc obijcit frater Thomas prima parte summae suae dicens, quòd non potest conuenienter dici, quòd in prima rerum productione aliquid sit productum satis citò corruptendum; ex quo concludit inconuenienter dici Solem factum ex illa nubecula, quia sic fuisset corrupta. Non enim corrumpitur, proprie loquendo de corruptione, secundum perfectam eius rationem, quod transmutatur in melius, ut dicitur primo libro de generatione: sicut non dicuntur elementa proprie corrumpi, quando ex eis sit corpus mixtum: quia corruptio proprio modo dicta est via ad defectum: hic verò ad perfectum. Illa autem nubecula erat quid imperfectum respectu Solis. Ipse etiam Thomas incidit in id quod reprobatur: quia in opere quinta diei dixit quòd aues & pisces facta sunt ex quatuor elementis, licet in textu solum nominetur aqua, quod non potuit fieri, nisi per corruptionem formarum elementarium modo praedicto. Alia autem luminaria Caeli, Luna & Stella dicuntur facta quarta die quantum ad suas formas specificas ex aliqua parte suorum orbium: & sic patet litera secundum istam expositionem.

B V R G E N S I S Additione septima probè carpit Lyranum, quasi D. Thomae mentem non perceperit. Recitata enim prima D. Thomae sententia, quam habet prima parte, quaestione sexagesima septima, articulo ultimo, ad secundum, adiecit.

Ex quibus verbis manifeste patet, quòd Sanctus Thomas non improbat tertiam positionem, quae dicit Solem esse factum de illa nube lucida, per hoc quòd in prima rerum productione non est dicendum, quòd aliquid sit productum satis citò corruptendum, prout Possillator eidem imponit, sed Sanctus Doctor improbat hanc positionem per aliud medium, & conditionaliter, scilicet si ponatur corpus Solis esse incorruptibile per naturam: quia

Fiant luminaria.

a. Ipsi Astrorum globi lucis vehicula compingantur, in ipsisque distribuatur lux primogenia.

quia secundum hoc materia eius non potuit esse sub forma nubis lucidae, seu alia forma quacunque distincta à forma Solis, quae nunc est. Primam autem positionem, quae dicebat illam nubem lucidam postmodum facto Sole, in materiam praecipientem rediisse, improbat Sanctus Thomas per hoc, quòd non est dicendum, quòd aliquid in prima rerum productione sit productum satis citò corruptendum. Quae quidem improbatio est manifesta quoad istam positionem primam: nam si nubes illa lucida in materiam praecipientem rediisset, certum est ipsam corruptam fuisse, secundum perfectam rationem corruptionis, non enim transmutabatur in melius. Vnde in hoc loco videtur, quòd Possillator aut non legit verba D. Thomae praedicta, aut voluit inuoluere sententias eius, ut eum irrationabiliter reprehenderet. Quod autem subiungit Possillator de D. Thoma, quòd incidit in illud quod improbat, eò quòd in opere quinta diei dicit, quòd aues & pisces facti sunt ex quatuor elementis & c. nihil rationis videtur continere, nam S. Thomas non improbat quòd aliqua natura in principio Genesis commemorata, secundum aliquid sui produceretur aliqua alia natura, sicut herbae vel plantae ex terra, & aues & pisces ex aqua, seu ex quatuor elementis: sed dicit esse inconueniens, quòd aliquid tunc factum fuerit, & postmodum esse deserit, scilicet secundum totum, ut quòd totum elementum aquae, vel huiusmodi nunc perseveraret, sed post modicum desereret esse: quod esset contra constitutionem naturae, quae perseverans est.

Dionysius Carthusianus enarratione in Genesim, articulo duodecimo, haec ipsa conatus. Quamquam considerate, & merito Burgenis D. Thomam tutatus sit à Lyranobiurgationibus, non attamen, quòd D. Thomas Hugoni obiecit offendiculum, adeò solidum est, ut effringi elidique nequeat.

D. THOMAS ait prima parte, quae est sexagesima septima, articulo quarto.

Et ideo alij dicunt, quòd ex illa nube formatum est corpus Solis, sed hoc etiam dici non potest, si ponatur corpus Solis non esse de natura quatuor elementorum, sed esse incorruptibile per naturam; quoniam secundum hoc materia eius non potest esse sub alia forma, & ideo dicendum &c.

Cæterum, & libenter admitteret Hugo, solare corpus ex igne, seu ex elementis compactum; quapropter potuisse ex illa lucescente nube effici: cui quidem Hugonis sententiae astipulantur omnes ferè Patres, nec ipse D. Thomas eam opugnare ausus est, nisi Peripateticorum placitis astra corruptioni obnoxia astruentium, concessis, & subscriptis.

T O S T A T V S in Genesim.

In quarto die factus fuit Sol, qui nobiliori modo circuibat quam illa lux. Vnde creditur, Solem de illa nubecula factum, perfectum substantialiter in aliam speciem, & accidentaliter in fulgore, & virtute influendi.

a. Ipsi Astrorum globi lucis vehicula, compingantur, in ipsisque distribuatur lux primogenia.

Patres, qui lucem priscam, lucem Solis, sed non suo orbi in fitam censent, hac quarta die & globos effectos, & lucem in ipsis distributam effulisse tradunt.

B A S I L I V S Hexameron Homilia sexta dissertius, ac clarius, & globos tanquam primogenitae lucis uehicula congestos, hac die perhibet.

Non aduersantur haec illis sanè quae de luce sunt dicta: tunc enim ipsa natura lucis producta est, nunc autem hoc Solis corpus eò conditum est, ut illi primogenitae luci uehiculum esset. Nam ut alia, diuersaque sunt, & non eadem, ignis, atque lucerna: & ignis quidem illuminandi vim obrinet, lucerna autem idcirco facta est, ut vel moderatam lucem subministraret egentibus, sic & illi purissima, sincera, immaterialique luci, seu uehiculum nunc ipsa luminaria sunt extructa.

Aliud verò lucem esse, aliud lucis uehiculum, uti aliud sunt lucerna, aliud ignis, comprobatur prolixius, deductis comparatione, ratione, exemplo. Comparatione, uti aliud sunt Sancti, quos Apostolus dixit luminaria, aliud lux Mundi ipse Christus, cuius participatione illi sunt luminaria. Ratione, quia aliud est essentia susceptrix, ut corpus, aliud

Anno Mudi primo.
Die quarta.

qualitas suscepta, ut albedo; Et exemplo, ut dilucidè apparet, aliud esse corpus Lunæ, aliud lacem à Sole ipsi infusam, cum maximè deficiente luce, ipsum Lunæ corpus non absumatur. Hanc autem separationem lucis à Solis corpore effici à Deo potuisse arguit, primò quoniam quæ à nobis sola cogitatione seiunguntur, ea ipsa Creatoris uirèvera disungi possunt. Confirmat exemplò, cum in rubro splendorem in igne à flagrandi facultate seiunxerit. Amplius attestatione Dauidis dicentis; Vox Domini intercedentis flammam ignis. Tandem experimento, cum ignis à Deo ita distributa fit natura, ut in Cælo lux perennis splendeat Sanctis, in inferno uis uisui supplicij ad dictos urat, ac cruciet. Hoc est argumentum eorum, quæ Basilii prolixiori oratione de hac re disputauit, & quæ supra in primo die retulimus.

Gal. 28.

GREGORIVS Nazianzenus Oratione in nouam Dominicam.

Primum luminis huius vim splendidam protulit: conueniebat enim lumini magno, ut opificium ex lumine inchoaret, quo tenebras, inornatamque, & rudem, ac eoque cuncta obtinentem dissolueret confusio: & hoc sub initium, non per instrumentum aliquod, aut Solem, ut mea fert opinio, ostendit, verum incorporaliter, & absq; Sole. Postea verò, & Soli quoque lumen impartitus est, ut uniuersum illuminaret Orbem. Etenim postquam alijs materiam subdidit, formam inde fecit, unicuique ordinem, & figuram, & magnitudinem attribuens. Verum ut quid maiori admiratione dignum faceret, hic materiam formam preposuit: Solis enim forma, lux est. Inde verò materiam quoque introduxit, oculum nempe dici, Solem hunc condens.

DIDYMVS ut in Catena Lippomani.

Ac quemadmodum aquam prius super faciem terræ diffusam, postmodum tertia die Deus in unum congregauit, unde & maria, & flumina, & putei orta sunt: ita & primam illam lucem toto Cælo diffusam, quarta die in unum coactam, in Solem ac Lunam & stellas formauit, ita ut sol nil aliud quam dies sit.

DAMASCENVS Orthodoxæ Fidei libro secundo, capite septimo.

Quarta verò die fecit Deus luminare maius, Solem videlicet: & luminare minus, id est, Lunam & stellas. Et post. His luminarijs primigeniam lucem opifex indidit, non ut indigens alia luce, sed ne ociosa illabatur lux illa maneret: luminare enim est non ipsa lux, sed lucis susceptaculum.

APOLLINARIS interprete Steucho.

E primogenita luce quicquid purissimum esset in Solem selegit, reliquum Luna & astris deputauit.

THEODORETVS Quæstione quartadecima in Genesim, ex luce prima Deum luminaria quarto die condidisse, ita prodit.

Igitur & lucem creauit quemadmodum ei libuit. Sicuti verò firmamento distinxit aquarum naturam, & quasdam sursum collocauit, reliquas deorsum reliquit: sic lucem illam distinguens pro arbitrio suo, luminaria magna & parua condidit.

Et Commentarijs in Psalmum centesimum quadragesimum octauum.

Prima die Deus lucem fecit, quarta verò luminaria: & propterea seorsum luminis mentionem fecit, non quòd per se ipsum consistat; sed quòd luminarijs attributum sit.

ATHANASIVS Quæstione septuagesima quarta.

Deus lucem illam magnam quam fecerat, in luminaria diuisit.

ANASTASIVS Sinayta Commentarijs in Genesim, libro quarto.

Solem iustitiae significauit iste Sol, qui quarto die fuit à Deo conditus, quoddam nouum dignum quod scriberetur, nobis ostendens mysterium, propterea quòd quarto die factus est. Nam lux quidem trium dierum precedentium expansa ac dispersa per totam uniuersitatem, ostendit lucem increate Trinitatis quocumque peruenire, & nullum relinquere locum ea vacuum. Quando autem quarto die fabricatur orbis Solis, & lux illa quæ est ubique præsens, in eo ponitur, hoc significat, quòd diuina illa lux in orbe quodam primùm quidem ponitur obscura ob peccatum Adami: postea autem lucida propter unionem in Deo per hypostasim, in abiectione scilicet, & contempto homine, quem Filius hominis sibi assumet ex tota obscura & tenebrosa humanitate, sed ita quæ ut non coarctetur in arctum, neque circumscribatur. Quomodo enim lux rursus post eius in Sole positionem quarto die, adest ubique & per totam terram expenditur: ita etiam lux Diuinitatis post incarnationem non est circumscripta nec contracta, sed rursus sic etiam Deus Christus omnia intuetur, illustratque, & uiuificat. Illa enim Dei Verbi hypostasis etiam in carne est aperta, & illa etiam ex carne Mundum illustrat.

Animaduerrere vnusquisque certè potest, quòd quanquam Pater iste eruditissimus ad allegorias hæc trahat, restatur attamen cumulatè & luculenter, lucem primordiali die profiliisse, & hoc quarto globos cõgestos lucem eam priscam accepisse. Cæterum de hoc sensu allegorico suo loco. Consentiant his Poëtæ Ecclesiastici, cum clarissimè, & enucleatè lucem mirifica consensione primùm nituisse, deinde & Cælum emanasse, quarto tandem die astra emeruisse enarrent. Tertullianus carmine Heroico in quatuor Geneseos prima capita. Gregorius Nazianzenus carmine in laudem

Virgini-

Virginitatis. Claudius Marius Victor Commentarijs in Genesim libro primo. Alcimus Auitus libro primo de initio Mundi. Sybillarum oracula libro primo. Quorum deducta carmina iam habes supra recitata, cum de lucis origine negotium habebamus. Hymnus ab Ecclesia quarta feria decantatus. Dracontius Hexæmeron libro primo. Cæterum non prætermittendum, quòd Tertullianus Solem lampadem appellari conformi sententia cum Basilio, qui ipsum lychnum, & lucis vehiculum nuncupabat. Non tadeat iterum locum audire.

TERTULLIANVS enim cum de primo die dixisset.

Lux fiat; & claro nituerunt omnia cælo,
Quam Dominus primi compleset facta dici.

De secundo autem;

Condidit albenem nebulis nascentibus axem.

Tandem de quarto addit;

Quarta dies generat Solis cum lampade Lunam,
Et stellas tremulo radiantibus lumine fingit.

PROCOPIVS mirificè Basilio consensit Commentarijs in Genesim capite primo.

Primò lux in medium adducta est interuentu diuinae vocis: deinde demùm lucis receptaculum conditum est. Ut enim aliud est ignis, sic aliud est lychnum. Nam lucis, quæ materia caret, sol quasi corpus factus est. Siquidem & composita diuiduntur in subiectum & qualitatem quæ subiecto inhaeret. Semel autem à Deo composita cum sint lux & subiectum eius, à nobis non aliter, nisi sermone aut cogitatione dispesci possunt. Ei verò, qui utraque coniunxit & copulauit, facillè diuisibilia sunt. Cuius rei exemplum luculentum dedit in rubro ardenti, ubi igne vim vrendi abstulit, & solam illuminationis & splendoris virtutem reliquit, ut eo miraculo Moysen conuerteret. His consensit Psalmographus dicens; Vox domini dissecat flammam igneam. Cæterum tanta est potentia Dei, ut effectus producere queat citra substantias. Cum apud Aegyptios tribus diebus omnia inuoluta essent obscurissimis tenebris, lux alma recreabat Israëlitas. Lux illa primogenia, quæ instar fulguris coruscabat ab initio, trium dierum spatium expleuit & emensa est. Præterea fertur quidam sermo, at occultus, fore in extremo die, ut ignis diuidatur: lux ignea reddetur pijs, vis verò ignis quæ urit, attribuetur impijs, ut ea in æternum crucientur. Idem comprobatur Luna nunc plena nunc noua existens, qualitate nunc accedente nunc decedente à corpore lunari.

Et post pauca inquit.

Cæterum Deus purissimam partem primogeniæ lucis accipiens, transtulit in Solem: reliquam partem lucis distribuit inter Lunam, reliquaque astra. Quemadmodum Deus uniuersam aquam, quæ prius inundabat totam terram, in unum quasi receptaculum, nempe in maria, flumina, puteoque coniecit, sic lucem in omnia diffusam, vbertim in unum contraxit, Solem, Lunam, astraque inde illustrauit.

Glossa locupletatà à particula, Cæterum, hucusque hæc ipsa desumpsit.

BONAVENTURA secundo sententiarum, distinctione quartadecima hanc approbat sententiam.

Et ideo est adhuc tertius modus dicendi secundum Sanctos, scilicet Damascenum, & Basilius, quòd luminare non tantum dicitur lumen, sed lucis vehiculum, & lucis vasculum: propter quod Ecclesiastici quadragesimo sexto de Sole dicunt; Vas admirabile, opus excelsi. Vnde sicut lucerna, quæ dicitur vehiculum lucis, habet in se duplicem naturam, scilicet lucis quæ vehitur, & corporis quod vehit: sic voluerunt decore de luminarijs Cæli. At enim Basilius sic; Hoc solare corpus effectum est vehiculum illi primogenito lumini: sicut enim aliud est ignis, aliud lucerna, sic illi loci vehicula luminaria parata sunt. Item Damascenus; Luminarijs illis primùm clarum lumen conditor imposuit, non ut impotens dare eis aliud lumen: sed ut non vacans illud remaneret: luminare est non ipsum lumen, sed luminis receptiuum. Secundum igitur Basilius, & Damascenum, luminaria sunt constituta ex illa prima luce, quæ faciebat diem & noctem: & suis orbis naturæ quadam aggregatione diuina manu admodum vasis, & receptaculi lucis coadunata. Hunc igitur modum sustinendo propter Sanctorum reuerentiam, & quia securus est verbis eorum imitti in hac materia, in qua plus proceditur ex coniectura, quam ex ratione certè; Dicendum &c.

Patres, Solem Lunam & astra quarta die effecta fatentes,
sed modum non exponentes.

CHRYSOSTOMVS Homilia in Genesim sexta clarissimè Solē ac Lunam quarta die formatam ad Cæli decus tradit.

Postquam heri nos docuit beatus Moyses, quomodo informen terrā ornauerit uniuersi conditor herbis, & floribus
d. varietate,

Anno Mūdi
primo.
Die quarta.

Fiant luminaria.

a. Luce illa primogenia vt miraculosa euanescente, condita sunt ex nihilo Sol, & astra sua naturali luce pradita.

varietate, & seminū germinare: hodie sermonē ad ornatū Celi vertit. Nam sicut terra ornatur per ea quæ ex ipsa proueniunt, sic Cælum hoc visibile clarius & fulgidius fecit, astrorum varietate illud interpolans: præsertim formatione duorum magnorum luminarium, Solis inquam, & Luna.

Et clariùs infra inquit.

Hæc si cognouissent Gentiles, nequidam in tantum incidissent errorem, sed vidissent benè, quod ex creaturarum contemplatione conueniat ad creatorem se conferre. Propter hoc & Solem quarto die fecit, ne putes illum diei auctorem. Nam quod de seminibus à nobis dictum est, & de die licet dicere, quod fuerunt tres dies ante Solis formationem. Voluit autem Dominus & per hoc elementum clariorem diei lucem fieri: id quod & de minori luminari, hoc est, de Luna dixerimus: facta enim sunt tres noctes ante eius formationem, at tamen, & hæc producta suam affert utilitatem: dissipat enim noctis tenebras, & fermè (vt ita dicam) eadem quæ Sol ipse facit.

A M B R O S I V S Hexameron libro quarto, capite primo.

Nobis in lectione exoriendus est Sol, qui ante non fuerat. Primum iam diem sine Sole transiimus: secundū sine Sole transiimus: tertium sine Sole confecimus: quarto die iubet Deus fieri luminaria, Solem, & Lunam, & stellas. Et post. Caue igitur ne & tuum radius eius exoriens confundat aspectum. Et ideo prius firmamentum Cæli aspice, quod ante Solem factum est: terram aspice, quæ antequam Sol prodiret, cepit esse visibilis atque composita: germina eius aspice, anteriora Solis lumine. Anterior rubus quàm Sol, antiquior herba quàm Luna. Noli ergo Deum credere, cui vides Dei munera esse prælata. Tres dies transacti sunt, & Solem nemo quesuit, & luminis claritas abundauit. Habet enim & dies suam lucem, quæ præcursor est Solis. Non igitur te tanto splendori Solis temerè committas.

S E V E R I A N V S vt in Catena Lippomani.

Sed posteaquam terra germinauit, tunc Deus Solem & Lunam effecit.

L I P P O M A N V S in Catena.

Post tres igitur dies exactos sine Sole & Luna, sed non sine sua luce, quam prima die, licet nondum omnino absolutam produxerat. Nunc lumen illud Solem perficit, & Lunam illi opponit proprijs quibusdam motibus instruit, pro temporibus discernendis, numerandis, & operandi in eis conducendis. Stellas quoque creat pro varijs influxibus in rebus naturalibus producendis, omnibus tamen à prouidentia Dei, & bonitate pendentibus, tanquam à prima omnium caussa.

a. Luce illa primogenia vt miraculosa euanescente, condita sunt ex nihilo Sol, & astra sua naturali luce pradita.

B V R G E N S I S in Additionibus, cum supra dixisset.

Non est inquirendum, quid factum fuit de illa luce prima post creationem Solis, nam adueniente prouisione naturali, rationabiliter cessat prouisio miraculosa, sicut & legitur Iosue capite quinto; Defecit manna postquam comederunt de frugibus terræ. Et post. Circa productionem luminarium & stellarum varia sunt opiniones, sicut & circa multa alia in hoc capitulo contenta: secundum tamen expositionem quam sequor, luminaria & stelle fuerunt quarta die producta à Deo per creationem in suis proprijs & perfectis formis, quas formas sequuntur proprietates & virtutes, quæ exprimuntur in litera, & alia quæ ibi non sunt expressa, cum sacra litera in hoc loco non tradat nisi illa, quæ visui seu sensui hominum communiter subiacent, ut dictum est. Huic enim sententiæ litera valde consonat, cum dicit; Fiant luminaria, eo modo quo dixerat; Fiat lux. Non enim dixit, Producant Cæli luminaria, vel, Nubes lucida producat Solem, vel aliquid huiusmodi, in quo denotarentur ipsa fuisse ex aliquo facta: nec etiam dicit in eis esse aliquid informe quod perficeretur, sed simpliciter in primo eorum fieri, explicat eorum proprietates, vt litera planè testatur.

Et hæc quidem Burgenfis peregrino suo marte.

A V C T O R.

Consentiunt omnes hi præallegati Patres, hac die quarta producta fuisse luminaria, Solem, Lunā, & sydera; sed de compactionis modo dissentiant. Quapropter missam agamus eorum sententiam, qui Solem quoquo modo primæna die conditum à Deo autumarunt, cum eam supra in gratiam Patrum, præmissa semper, quantam debeo, in Scholasticos obseruantia, satis repudiauimus. Cæterum non immorabor, hanc, in qua conueniunt Patres quasi œcumenica definitione, sententiā, hac videlicet die condita esse astra, tum errantia, tum inerrantia, pluribus tutiorē, munitiorē, præstantiorēq; demonstrare, cum mihi ea sufficere arbitret, quæ de luce primæna disceptauimus. Hæc siquidem sententia, vt differebam, seriem textus dilucidam, perspicuamque præfert. Hæc singula opera clarè seiungit. Hæc (quod mirificum est) planiorem verborū sensum reddit, nullaque inducta literæ adulteratione, cuncta verè facta tradit, quæ Moses effecta contestatur. Fecit Deus (inquit Moses) duo luminaria magna: luminare maius, vt præset diei, & luminare minus, vt præset nocti & stellas. Et hæc assertio Solem, Lunam, astra, & luminaria, verè hoc quarto die fuisse condita asserit, & profiteatur. Hæc potiores habet assertores, & numero, & auctoritate præstantiores, nam in hac tot enumerati Patres conueniunt. Hæc antiquitate munitior est, cum mille ducentis ferè annis ante cæteras communibus Patrum suffragijs accepta in Ecclesia inoleuerit. Hæc Scripturarum comprobatione fulcitur, quæ vbiq; Solem, Lunam, stellasq; simul recenset, vt simul effecta. Vnde Psalmorum præcentor Dauid; Laudate eum, inquit, Sol, & Luna, laudate eum omnes stellæ, & lumen. Hæc ipsius Ecclesiæ astipulatione firmatur, quæ quarto die flammeam Solis rotam constitutam canit, vt supra attulimus. Hæc denique minora suscipit incommoda. Quapropter diutius in hoc calamum fatigare, tempusq; conterere, ineptum didico. Verum de modo genituræ astrorum nõ inticem consentiunt, Philo, Ambrosius, Augustinus, Chrysostomus, Seuerianus, & alij; neque ex qua materia congesta sint eorum corpora; nec modum, quo eis insita sit lux, num scilicet profuerit à forma, an à Deo ipsi collata iuerit, non explicant. Gregorius Nyilenus è contra, & Hugo Victorinus noster, (hos enim in vnâ ierè cõcedere sententiam arbitror) & congeriem, ex qua conflata sunt astra, proferunt, cum ipsam dicant fuisse ignem, uel nubem ignitam; & conglutinationis modum, cum astra ex similitudinū partium coaceruatione enecta velint; & lucis originem, quando quidem ignem suam natura clarere, & splendescere autumant. D. Basilius, Gregorius Nazianzenus, Didymus, Theodoretus, Apollinarius, Athanasius, Damascenus, & alij, orbium compactionem effectam tradunt, sed nec modum, nec materiam exponunt. Cæterum lucem eam primogenitam à Deo in ipsa sydera distributam clarè produnt. Verum Nysseni & aliorū sententia secundum Platoniam doctrinā admitti posse, ac sustineri, iam supra demonstrauimus: & in disceptatione, quam mox subijciemus; Nūm astra ignea sint, & calida, in via etiam Patrum non reijci debere, exactiùs ostendemus. Basilij ac reliquorum placitum, iuxta duas vias vel modos, posse intelligi animaduerto: siquidem si lucem eam præscam, qualitatem tantum fuisse, nullo in subiecto, vt aiunt, sitam, diuinæque virtute per collucida effusam, dies, noctesque genuisse acceperimus, certè (vt ex D. Basilij paginis elicere potui) & globos ignoto nobis constitutionis genere compactos tanquam vehicula lucis, & lumen diuina virtute eis insitum asserere debemus. Quem modum constanter defensari posse diiudico, si cuncta ad Dei potentiam sapientiamque referemus. Quod quidem & D. Bonauentura libro secundo Sententiarum, comprobatur; sicuti cum de lucis caussa in Sole disceptabimus, cumulatè referemus. Verum si Basilij sententiā cum Nysseni conciliantes, non aliud primænum lumen fuisse asseueratè dixerimus, quàm lucem ignis, seu ignitæ nubis adeo expansæ, & extensæ, vt nullum caput monstret, rotationeque sua dies & noctes pareret: certè à Platonica, Patrumq; via, qui astra ignea, & calida autumant, huiusmodi sententia non deuiabit. Burgenfis placitum, vti singulare, nullisq; sulcitur probationum adminiculis, indiscussum prætermittamus.

Luminaria
quarto die
effecta secun-
dum Patres.

Cõfirmatur
dicta senten-
tia.

Psal. 148.

De modo ge-
nituræ astro-
rum varia sen-
tentia.

Burgenfis pla-
citur reijci-
tur.

Anno Mudi
primo.
Die quarta.

Fiant luminaria.

a. Fiant luminaria ex igne.

*Num astra ex igne congesta, ignitaq; et calida
sint existimanda.*

Disputatio hæc diu agitata inter Peripateticos & Platonicos, neq; hucusque definita, nec fortè ynquam sedanda, à nobis prætermitti non potest, cùm in Patrum paginis sapius eam inpersam videam, & nobis negocium sit, astrorum substantiam ex propofita nobis literæ discussione inuestigare.

a. Fiant luminaria ex igne.

Gentilium priscorum Philosophia, si exactiùs uetustas paginas reuoluamus, astra ignea esse, & calida edocuit.

CYRILLVS Alexandrinus contra Iulianum, libro secundo, Hermetis sententiam, ipsius recitata oratione, ita deducit.

Hermes in libris Diexodicon sermone primo dicit: Omnium Dominus statim dixit suo sancto, & mentali, & vim condendi habente verbo, sit Sol: & simul apparuit ignis, qui natura sursum fertur, dico sanè purum & fulgidissimum, & efficacissimum, & fecundissimum: attracta est natura suo spiritu, & in altum ab aquis erexit.

Deducitque hæc Cyrillus, ut consimilia Mosis doctrinæ Hermetem edocuisse demonstraret.

THEODORETVS libro de Materia, & Mundo has priscorum de Sole, Luna, & astris sparsim retulit sententias.

Xenophanes præterea, Solem, Lunamque ignitas esse nubes affirmat: Anaxagoras, Democritus, ac Metrodorus, ignitum ferrum, aut lapidem flamma succensum. Quapropter Anaxagoras impietate accusatus à Cleone, quòd Solem dixerit candentem esse laminam, atheos ab Atheniensibus adiudicatus est. Euripides Anaxagoræ discipulus, in Phaëontis fabula Solem auream globam appellauit. Diogenes enim ex pumicea materia dixit compactum. Anaximenes, Parmenides, Heraclitus, Lunam è solo igne conflatam autumant. Thales quidem terrestrem eam esse dixit. Anaxagoras ex Mundi rotatu auulsas petras attolli, easque subinde ignitas, & in superna compactas regione, stellas nuncupari. Diogenes pumiceas stellas esse dixit, meatibusque nonnullis, ac respirationibus esse preditas. Anaximander illas esse inquit aëris quasdam compositiones in orbem globumque coactas, tum differtas igne, flammæ è quibusdam apertionibus iaculari. Diogenes præterea, nonnullas ipsarum decidere ad terram inquit, quæ cùm subinde extinguantur, manifestè significant igneam esse illarum naturam. Ad cuius sententiæ faciendam fidem, teste videtur globo illo lapideo, qui flammatus in Aegopontanum Hellepontum urbem è Cælo decidit. Plato autem, quasi prorsus eas ex igne constare inquit, accedere autem & aliorum quoque elementorum participatum. Xenophanes ex ignitis nubibus dixit stellas esse compositas, quæ cùm adueniente die extinguantur, rursus ad nocturnas tenebras carbonum ritu exuscitentur.

Prisca Aegyptiorum schola, stellas esse cœlestes ignes, quorum temperata commixtione cuncta nascerentur, asserbat. Stoicorum Academia, & sydera esse ignea, & vaporibus à terra attractis pasci edocebat. Hancque extremæ conflagrationis futuram esse causam, quòd humore aqueo, tanquam alimento, & pabulo astris deficientè, cuncta sint incendio arsuræ. De hac Stoicorum sententia Cicero de Natura Deorum libro secundo, plura disserit. Plinius libro secundo, & astra humore terrestri pasci, & maculas, quæ in Luna ac syderibus visuntur, terræ fordes cum humore raptas esse scribit. Sed descendamus ad nostros.

IUSTINVS libro de Aristotelis decretorum reprehensione, decretum Aristot-

sententia
de Sole, Lu-
na, & stellis
sententia.

Cap. 91

Aristotelis de calore excitato ab astris ex aëris attritione, his recitat.

Calor autem ab eis & lumen proficiscitur, quòd aër ab earum motu atteratur. Solet enim motu conflictuque & ex lignis, & ex lapidibus, & ex ferro ignis elici. Consentaneum est autem ex eo magis elici, quòd est igni vicinius: propior verò est aër. Id quòd in telis fieri cernimus: hæc enim ipsa ita ignescunt, ut plumbum etiam colliquecat, & cùm ardentia & flammea reddita sunt, hoc ipsum aër etiam qui circumfusus est, sentiat necesse est. Atque hæc quidem ipsa calent, quòd per aëra ferantur, qui pulsus icu ipso & tritu igneus redditur. Vnaqueque autem stella in sphaera mouetur, atque fertur. Ita fit ut non ignescant ipse, sed aër qui est infra naturæ rotundæ orbem, cùm ille fertur, necessario calefit, atque is maxime, in quo Sol inhaeret. Itaque eius accessu & ortu, & cùm supra nos est, calor oritur. Ac eas quidem non esse igneas, nec ferri in igne, hæc à nobis de illis dicta sint.

Deinde eleganter illud his redarguit.

Si id quòd mouetur, & quòd motu suo aliud calefacit, nisi antè ipsum motu suo calefeat, alterum calorem afferre non potest, qui orbis, & astra quæ in eo inhaerent, aëra calefaciunt suo motu, cùm ipsa non calefant? Si id quòd suo motu actiones caloris efficientes efficit, necesse est vel grauitate vel lenitate esse preditum, quoniam pacto Cælum atque astra, in quibus nec grauitas nec lenitas inest, actiones in quibus vis insit caloris, efficiunt?

PHILO libro de Somnijs.

Sunt certè qui dicant, Lunam non esse globum puri aetheris ut cætera sydera, sed mixtum ex æthere, aëreque, & apparentem in ea maculam, quam nonnulli vocant faciem, nihil aliud esse quam admixtum aërem, qui suapte natura niger vsque ad Cælum tenditur.

TERVLLIANVS libro de Anima, corpus Solis ignem dixit.

Solem noctuæ nesciunt oculis: aquila ita sustinent, ut natorum suorum generositatem de pupillarum audacia indicent: alioqui non educabunt, ut degenerem, quem Solis radius auerterit: est idèò alteri quid inuisibile, alteri non, quòd non idèò incorporale sit, quia non ex æquo vis valet. Sol enim corpus, siquidem ignis: sed quòd aquila confiteatur, neget noctuæ, non tamen præiudicans aquilæ.

BASILIVS Hexæmeron Homilia tertia, Aristotelem deridet Solem esse calidum negantem, cùm inquit.

Quamquam ne illi quidem concedunt Solem esse calidum. Tanta isti superfluunt ad deliras, & aniles nugæ copia temporis. Attendite, cuiusnam auctoritatis demonstratione nixi, efficaci aduersentur & operosa Solis actioni. Cùm Sol, inquit, colore candidus sit, & nec subrubens ei color, nec flauus insit, nec ignea profectò preditus est ob id ipsum natura, sed eiusmodi colorem illi accidere ex præpete ac veloci circumactû astrunt. Quid hinc isti procurant aut elicere volunt commodi? Ut nihil absumere humorum Sol credi possit. Ego proinde, quamquam hæc illorum sententia vera non sit, non tamen eam elidere velim ac reprobare, quasi eius euictione, meam ipsius rationem confirmem. Nam ob humoris consumptionem à caloris actione, necessariam esse copiam aquarum asserabamus.

GREGORIVS Nazianzenus carmine iambico decimoquinto.

Quid Astras flamma circuli cur sum tenens.

AMBROSIVS Hexæmeron libro secundo, capite tertio, eadem ipsa repetijt.

Vnde frequenter & Solem videmus madidum, atque vorantem. In quo euidens dat indicium, quòd alimentum sibi aquarum ad temperiem sui sumpserit. Tantum autem inest illis impugnandæ veritatis Studium, ut Solem ipsum negent calidæ naturæ esse, eò quòd albus sit, non rubicundus, aut rutilus in speciem ignis. Et idèò aiunt, quòd nec ignitus natura sit, & siquid habet caloris, ferunt ex nimio motu conuersionis accidere. Quòd idèò dicendum putant, ut nihil videatur humoris consumere, quia calorem quo humor vel minuitur vel plerumque exhauritur, non habeat naturalem. Et Post. Vel hinc saltem contemplantur Solis calorem, quòd diuersa ei Deus constituit cursus sui loca & tempora: ne si semper in iisdem moraretur locis, quotidiano ea vapore exureret. Mare ipsum idèò ferunt ipsi salsum, atque amaram aquam, habere quòd ea quæ fluuijs in freta influat, calore absumatur, tantumque vapore diurno consumi, quantum quotidie ex diuersis fluuiorum cursibus inuehatur. Quòd ex Solis quadam dijudicatione fieri perhibetur, qui quòd purum, ac leue est, sibi rapit: quòd graue, atque terrenum, relinquit, ex quo remanet salsum illud atque aridum, quòd sine visâ ac suauitate potandi sit.

CYRILLVS Hierosolymitanus Catechesi nona.

Aqua est Cælum, & igneus in illo Sol, & Luna, & sydera. Et quomodo ignea in aqua currunt? Quòd si quis de hoc propter naturas contrarias dubitat, recordetur ignis illius in Aegypto tempore Mosis exurentis in grandine, & consideret sapientissimum Dei opificium.

THEODORETVS Quæstione in Genesim vndecima, seiunctionis aquarum per firmamentum factæ reddens rationem, luminaria siue astra ignem esse fatetur.

Bis-

Bisariam autem Deus omnium diuisit aquarum naturam: & quasdam sursum collocauit, quæ suo liquore atque frigiditate non sinerent corrumpi firmamentum ab igne luminarium. Reliquæ uero aquæ deorsum remanserunt, quæ suis uaporibus aërem foucant exustum, & exiccatum ab igne superiore.

Et de Prouidentia fermone primo.

Hanc ergo ob causam, cum tantus circa hoc ignis uoluerit, Solis nimirum, Lune, & reliquorum syderum, tot tamen annorum euolutionibus nec liquefactum funditur, nec arefcit, nec incensum ardet. Hasce enim res ignis natura à Creatore acceptas habet. Aurum quippe & argentum, ferrum item & aes, plumbum & stannum, ceram & picem, & quæcumque alia sunt huius generis, liquefacta dissoluit, & in fluxam naturam transfundit. Lutum uero & palustris aquis uel cænoza loca humore consumpto arere facit. Lapides autem excoquit, & omni duritie exiit, quin solidissimam horum naturam in puluerem redigit. Lignum item, fenum & arundines citius & facillime incendit. Atqui nihil horum Cæli natura patitur. Nec enim quod in illo glaciale apparet, liquefactum funditur, cum tanta adfit illi ignis copia: nec eadem illius leuitati nocet, nec sphericam quæ in eo est figuram uel inaequalem reddit, sed quem primo situm accepit, eundem in finem usque conseruat. Qui enim hoc ceu fornicem constituit, & idem quasi tentorium ad inhabitandum extendit, contrarias sibi inuicem naturas amicitie legibus constrinxit. Nec ignis naturam aquarum copia extinguit, nec glaciale illud uel aërium & nubilum Cæli corpus nimio illo & ardenti ignis ardore liquefcit aut perit. Sed licet uicina sibi cohabitent, celant tamen hostiles uires, & Creatoris sui uerba persuasa perpetuum sanxerunt amicitiam, idque cum inanimata sint, & mente gubernatrice careant: manent tamen, & eum, qui ab initio ipsis constitutus est, terminum custodiunt.

Et Commentarijs in Psalmum centesimum quadragesimum octauum.

Firmamento aquarum naturam Deus diuisit inexplicabili sapientia, maximam ipsis distinctionem imperitens, & inter aquas in nubem coactas immensum luminarium ignem percurrere iussit: aqua autem & ignis sibi inuicem aduersantur, sed tamen neque ignis aqua extinguitur, neque coacta illa aqua immenso igni consumitur.

CHRYSOSTOMVS Homilia in Genesim sexta, Solem elementum appellat, ac ex ignis dotibus eum celebrat.

Nam non solum Sol calefacit, sed & arefacit. Et non solum arefacit, sed & adurit, multosque alios & uarios nobis usus præbet. Atque adeo magnum est miraculum elementum hoc, neque est qui laudes eius pro dignitate, predicauerit.

Sed clarius Commentarijs in Psalmum centesimum trigefimum quartum, cum ignium differentias tradit.

Et in igne, hic quidem est in Sole, ille uero in Luna, alius in fulgore, alius in aëre, alius qui fit ex lignis, qui est apud nos, & is qui est in lucernis, alius qui ex terra: est enim sæpe eiusmodi ignis, qui è terra editur, sicut fontes aquarum, alius qui fit ex collis lapidibus, alius qui est in comis arborum, quæ ipse quoque solidantur, alius autem in fulminibus.

Et Homilia ad Neophytos, dum iustos stellis comparat, ait.

Illarum ignea natura stellarum est, & iste edocetur igneam sortiri naturam. Sed ibi quidem ignis, quem humanus sensus inuenit: hic autem, quem secreta mentis ostendunt.

GREGORIVS Nyssenus libro de Historia sex dierum, quibus Mundus à Deo creatus est, Solem, Lunam, ac sydera ex ignis summitatibus coacta edocet, obscurissima certè oratione.

Non opinor nostram opinionem ab eo quod probabile atque consentaneum est, aberraturam esse, si hoc Moyses intellexisse existimemus, quod ab initio quidem omnis illuminatrix vis apud seipsam coacernata atque collecta, facta sit lux: sed quoniam magna quædam in illo subtili & agili, ratione maioris & minoris, differentia in uniuersarum rerum natura esse cernebatur: tridui temporis spatium satis fuit, ut horum unumquodque perspicue & absque confusione alterum ab altero deduceretur atque secerneretur, ut id quidem, quod ex ignea natura summè subtile & leue, ac planè materie expers esset, in summo loco sub sensum cadentis nature uersaretur: quam partem ea, quæ mente cernitur & incorporea est, excipit natura: quicquid autem & tardum & ignauum esset, intra complexum tenuis ac leuis illius circa sese coiret: atque hoc rursus, pro differentia insitæ sibi proprietatis in septem partes seceretur, omnibus particulis lucis, quæ & æquales, & eiusdem nature essent, pro cognatione inter sese coalescentibus & ab ijs, quæ alterius generis essent, separatis atque diremptis. Sic igitur quicquid Solaris nature, illuminatrici nature inspersum erat, cum omnes hæ particule alia ad alias concurrissent, unum magnum lumen factum est. Itidem etiam in Luna, & in unaquaque ceterarum tum errantium, tum inerrantium & fixarum stellarum, uniuscuiusque particularum ad sui generis res concursus unum quiddam ex ijs, quæ in Cælo apparent, efficit, atque ita uniuersa facta sunt. Satis autem magno Moyse fuit, cum maximè insignia duntaxat in his nominasset, magnum luminare & minus, reliqua omnia generaliter stellarum nomine appellare.

ARNOBIVS aduersus Gentes libro secundo.

Potestis

Potestis interrogati planum facere, quid sit Luna, quid stella? cur una specie aut illa non maneat, aut per omne Mundi corpus frustilla hæc ignea conueniant? atque oportuerit figura alia ex his parua, ampliora & maiora sint alia, obtusi hæc luminis, acutioris illa, & fulgidæ claritatis.

Et post libro octauo.

Sint fortuitis concursibus totius Mundi membra coalita digesta, formata: quis Deus machinatur? Sydera licet ignis accenderet, & Cælum licet sua materia suspenderit: licet terram fundauerit pondere, & mare licet influxerit è liquore, unde hæc religio, unde formido, quæ superstitio est?

ANASTASIVS Synaita Cōmentarijs in Hexæmeron, lib. secundo, Solem igneum existimasse his apparet.

Qui enim ex aquis firmavit Cælum, & super aquas suspendit terram: poterat etiam sine aqua, indissolubile custodire firmamentum etiam ex igne Solis.

LACTANTIUS libro secundo, capite sexto, dum in Gentiles inuehitur, quod astra, ac elementa, & ipsum Mundum Deum reputarent, astra ignes celestes appellat.

Iam illud quam repugnans, & absurdum, quod cum celestes ignes, cæteraque Mundi elementa Deos esse affirmant, item ipsum Deum Mundum dicunt?

PROCOPIUS Commentarijs in Genesim capite primo, Theodoretum doctrinam insequutus est.

Nascitur tamen quæstio, quare aquarum medietas supra firmamentum coniecta sit. Verùm hæc dabitur causa. Deus lucem, Solem, Lunam, astraque, quorum omnium substantia ignita est, disposuit ad eum modum, ut motum suum in firmamento peragerent. At ignis ea natura est, ut congelata, & ex aquis concreta potenter dissipet, & dissoluat. Ne igitur id eueniret fortè Cælo, necessariò tantam aquarum affluentiam in superiore regione collocauit, quæ Cælum illæsum, & inuolatum ab ignis ardore conseruaret.

Sed ne prætermittamus Poëtas.

IVVENCVS Presbyter Prologo libri primi de Historia Euangelica, sydera ignea his appellat.

Immortale nihil Mundi compage tenetur,
Non Orbis, non regna hominum, non aurea Roma,
Non mare, non tellus, non ignea sydera Cæli.
Nam statuit Genitor rerum irreuocabile tempus,
Quo cunctum torrens rapiat flamma ultima Mundum.

Et libro secundo in Exordio pariter.

Iamque dies prono decedens lumine pontum
Inciderat, furuamque super nox cærulea pallam
Sydereis pictam flammis, per inane trahebat.

Et libro tertio.

Fuderat in terras roseum iubar ignicomus Sol.

CLAUDIUS Marius Victor orator Massiliensis Commentariorum in Genesim, ut supra referrebamus libro primo.

Iam tribus exactis, motu successa citato,
In flammis, ignisque globum se cogere iussa est.
Solis prima dies.

Aduertendum autem hic, nomine primæ diei Solis, Claudium primo die creatam lucem intelligere.

PROBA Falconia clarissimo in poemate Centones appellato, ignea astra his asserit.

Nam neque erant astrorum ignes, nec lucidus æther.

Hymnus Ecclesiasticus.

Cæli Deus sanctissime,
Qui lucidum centrum Poli
Candore pingis igneo
Augens decoro lumine.
Quarto die qui flammeam
Solis rotam constituens,
Lune ministras ordinem,
Vagosque cursus syderum.

DRACONTIVS Hexæmeron libro primo.

Mox Solis radiare globum iubet igne salutis.
Flamma salutari perfundi lumine Mundum,
Cuncta salutifero rident elementa uapore.
Cuius ab igne suo Lunam iubet ire secundam.

Flam-

Et post. *Flammens ornatas Cælo per sidera fulsit
Officia, & stellis, numeros, & nomina iussit:
Tempora distribuit, loca contulit, ignibus egit,
Limitibus fixit, iubar inuivit, axe rotavit,
Cursibus aptavit, Cæli regionibus addit
Argymis innumeri, nes flammea sidera Cælum
Destituit.*

Alcuinus Quæstionibus in Genesim. Interrogationi, cuius naturæ Cælum esset, respondit, ignea rotunda, atque volubilis.

B E D A libro de Natura rerum, capite quinto.

Cælum subtilis, igneaque natura, rotundumque, & à centro terræ aquis spatijs vndique collectum.

Et capite decimonono.

Solis ignem dicunt aqua nutrire. Et Post. Qui dum natura sit igneus, motu quoque nimio calorem adauget.

H V G O Victorinus Annotationibus in Genesim, capite sexto, Solem igneum, & astra aërea esse tradit.

In quarta die de luce siue igne prædicto, meliorando cum forma & splendore fecit Solem. Quod de supra memorato igne factus sit Sol, inde conijcimus, quod de lege factum est quodammodo Euangelium: & in nuptijs de aqua vinum. Sicut enim per significantiã aliquando comprehendimus veritatem significatorum, ita de contrario per significata, & hic, & alibi sæpe possumus conijcere veritatem significantium. Solus Sol propriam habet lucem, & solus de igne factus est: stellæ autem omnes sicut & Luna, de aërea materia factæ sunt, & tantum relucunt, & non lucent.

A N S E L M V S Cantuariensis de Imagine Mundi libro primo, capite vigesimo tertio, de Sole hæc habet.

Sol dictus est Sol, quod solus luceat cæteris stellis obscuratis, vel quod sit super omnia lucens, forma sphaericus, natura igneus, magnitudine oculis terram vincens.

De Luna verò adiungit in eodem capite.

Luna corpus est globosum, natura igneum, sed aqua permixtum.

De stellis autem vigesimo quinto capite.

Sunt autem omnes stellæ rotundæ & igneæ, quarum dispositio soli Deo cognita est.

I S I D O R V S Ethymologiarum libro tertio, cap. quadragesimo octavo.

Sol dum igneus sit, præ nimio motu conuersionis suæ amplius incalescit: cuius ignem, dicunt Philosophi, aqua nutrire, & de contrario elemento virtutem luminis, & caloris accipere. Vnde videmus eum sæpius madidum, & vorantem.

M A G I S T E R Sententiarum secundo, distinctione quartadecima, Augustino hoc ascribit.

Quidam verò Cælum, quod excedit aëris spatia, igneæ naturæ dicunt, asserentes super aërem purum ignem esse, quia dicitur esse Cælum: de quo igne sidera & luminaria facta esse coniectant, quibus Augustinus consentire videtur.

Sed D. Augustinus de Genesi ad literam, libro secundo, capite tertio, hæc non ex sua prodidisse sententia, nec eis assensisse mihi visus est; cum ex eorum sententia loquatur, qui aquas supra Cælos confidere non posse, ex natia elementorū supernorum maiori leuitate, & infernorum grauitate, censuerunt, rati quod leuia grauia terre non possint.

A V G V S T I N I enarratio talis est.

Itaque super aërem purus ignis esse dicitur Cælum, vnde etiam sidera atque luminaria facta coniectant, illius videlicet igneæ lucis in eas formas quas in Cælo cernimus conglobata dispositaque natura: ac per hoc, sicut terrarum ponderibus & aër & aqua cedit, ut ad terram perueniant, sic aquarum ponderi, & ipse aër cedit, ut vel ad terram, vel ad aquam perueniat. Vnde intelligi volunt, hoc modo necesse fuisse, ut aër quoque si quis eius particulam in spatijs illis sublimibus Cæli posset dimittere, pondere suo caderet, donec ad aërea subter spatia perueniret. Quapropter colligunt multò minus esse posse aquis si: præ illud igneum Cælum aliquid loci, cum illic aër multò aquis leuior manere non possit.

S T E V C H V S de Perenni Philosophia libro septimo, capite quarto.

Maiores item indiderunt Cælo nomen æther, non ab æterno cursu, licet & id Plato asserat in Cratyllo, sed à nitore, ardore, lumine. Cuius substantia luminosa, puraque est, & nitens inardescit, vitalemque terris infundit calorem, omne nomine ætheris designatum. Hinc vnus de septem erroribus, Mars ardens, dicitur ab eis Aethon, & Solis equi cum sint quatuor, inditum est, vno excepto, cæteris nomen ab ardore, Pyrois, Phlegon, id est, igneus & ardens: ratioque nominis quod ardeat, designat eum esse celestem ignem ex elementorum puritate generatum. Tradit enim vetustissimus Trismegistus, quod apud alios quoque maiores videas, & in quo Plutarchus

Fiant luminaria.

- Componantur ex elementis, & corruptioni sint obnoxia, sed ignoto nobis naturæ genere.
- Seu ex exhalationibus ex aqua attractis.
- Vel, Ex quinto corpore, seu, ut aiunt, ex quinta essentia.

Plutarchus multos Græciæ Philosophos consentire scribit, ex limpidissima purissimaque aquæ substantia factum æthera & Solis orbem, sicut sunt purissime nubes, facesque & flammæ sublimes, & nubes aquosæ, collisse, flammæque longum aëris tractum illuminant. Hæc illi dixere ut ostendam, estque vehementer rationi consentaneum, cum videamus eisdem vis & substantiæ multa luminosa ex aqua, quæ variatur incredibiliter in pulcherrimas quasque, admirandasque species, fieri, ut aurum, crystallus, aër, nubes, ignes, colorum varietates, nubes luminosæ, vel in media nocte. Sic potuit à sapientissimo opifice liquidissima aëris substantia ex aquis secerni ac seligi. Plutarchus igitur auctor est, Empedoclem ex aëre ab igne instar crystalli densato, in quo igneum & aërium insit, Cælum credidisse. Aristotelem, ex quinto corpore, igne, vel ex calida & frigida contemperazione: Anaximandrum, plenum ignis esse Solem; Xenophanem, ex igniculis collectis: Stoicos, accensionem intelligentem ex mari: Platonem, ex igne plurimo: Anaxagoram, petram igneam: Philolaum, vitreum ex igne mundano sumentem. Quibus apparet, veteres æthera non à cursu perenni, sed ab ardore & igne nuncupasse.

Ampliore hanc deduxi catenam, ut quot præstantes habeat fautores hæc sententia, à nuperis Scholasticis adeo spreta, & neglecta, demonstrarem. Huius assertionis præcipua sunt fundamenta. Primum, quod ita à Scripturis sæpius proditum sit, ut infra manifestum fiet. Deinde quod sensu liqueat, Solem duas ignis affectiones, lumen, & calorem deferre. Coruscantissimo siquidem radio Sol Cælum illustrat, Mundum illuminat, has nostras infimas regiones calefacit, arefacit, exurit, torret, & exiccat.

a. Componantur ex elementis et corruptioni sint obnoxia, sed ignoto nobis naturæ genere.

D A M A S C E N V S Orthodoxæ Fidei libro secundo, capite septimo, composita astra, corruptionique obnoxia fatetur, sed compactionis ignorare genus his adijcit.

Manifestum autem & hoc, quia compositus est Sol, & Luna, & astra, corruptioni secundum propriam eorum naturam subiacere: quæ autem eorum sit natura, nescimus.

b. Ex exhalationibus ex aqua attractis.

S T E V C H V S in Cosmopeia, & nuperam, peregrinamque ex assumptis astris originem, his eam declarans.

Atque illud est verissimum & à Theologis quoque vetustissimis assertum, eadem ratione fuisse ex aquis educatam ætheriam substantiam, atque ipsum Cælum, expirationesque celestes. Videmus enim aquam in aërem, in nubes, in faces, vapores igneos mutari. Itaque eodem illo tempore id factum existimandum est, cum sapientia ingeniumque Dei ferrebat super aquas, & ex his puriores substantias educebat: Solem primum, cuius operosa magnitudo & pulchritudo vincit omnia, cælestia & terrestria. Agitans igitur & concutiens creatas ab se aquas secreuit & accendit ignem, purissimaque lumina, defecatasque materias veluti speculorum & nubium, ut eadem & luminosa sint, & leuissima: quales nitidissima nubes, quæ quò puriores sunt, hoc altiores sedes appetunt, ipseque ignis, idest flamma non est aliud, quam accensus aër.

c. Ex quinto corpore, seu, ut aiunt, ex quinta essentia.

Iustinus secundo libro de Aristotelis decretorum reprehensione, ex secundo de Cælo decerpit, Aristotelis fuisse sententiam, Cælestia corpora ex quinta quadam essentia ab elementari femota compacta esse, astraque ob id ignita & calida nuncupari non posse. Aristotelem insequuti sunt, non tantum Peripatetici, vno excepto Ioanne Grammatico,

Anno Mundi primo.
Die quarta.

rico, sed quod summopere miror, Doctores omnes nuperi Scholastici Peripateticorū placitis obuoluti, quorum classē, cum vna sit sententia, recensere superuacuum arbitror. Non reticebo autem saltem modum compactionis, quem tradunt eorum nonnulli. Peregrinum siquidem Cælum faciunt, atq; immune ab omnibus elementorum qualitibus, excepta densitate, & raritate: quas tamen non eiusdem generis cum ijs extare asseuerant, quæ in elementis, elementaribusque spectantur. Astra ob id ex corporis illius quinti densitate congeri decernunt, cuius confectionis naturā sic explicat

A L B E R T V S parte prima Summæ de quatuor coæqueis, quaestione quarta, articulo vigesimoprimo.

Dicendum, quod corpus quintum simplex est, nec habet diuersitatem in partibus, nec permixtionem alterius naturæ secum: sed tamen in aliqua parte plus consertas & constantes habet partes, & in aliqua parte minus: & ideo dicitur in libro De substantia Orbis, quod Cælum non habet aliquam communem qualitatem cum elementis, nisi rarum & densum: sed tamen rarum & densum non causantur ab eisdem in Cælo, & in elementis: in elementis enim causantur à frigido vel calido, dissolvente vel constringente partes materia: in Cælo autem causantur à natura Cæli, que influit Cælo esse, & figuram, & motum, & diuersitatem stellarum, vt habetur in libro De substantia Orbis.

D. BONAVENTURA autem lucis originem enucleatius nobis tradit, Sententiarum secundo, distinctione quartadecima in Commentarijs.

Potest dici secundum Philosophum, quod luminaria producta sunt ex aggregatione lucis, vel suorum orbium. Sicut enim si calor dispersus in vnum colligeretur, fieret intensior & fortior, sic dum natura lucis in orbibus repta virtute siue opificis in vnum colligitur, luminare constituitur, & secundum hoc luminare maius & minus est, secundum quod maior est in eo lucis aggregatio.

Cæterum, ut Peripateticas rationes vno verbo constringam, his astra ignea, & calida non extare sua natura, seu, ut secundum scholas loquamur, actu, & formaliter, sed tantum virtualiter, & effectiue, enuncere ducunt. Primum astra, inquit, ex quinta constata sunt essentia, alterationis, & corruptionis cernuntur expertia, non igitur ignea, cum ignis elementum sit, materiamque gerat, & contrarium, nec immunis esse possit ab alteratione, & corruptione. Deinde motus natius ignis est ferri sursum, astra verò in orbem voluntur; igitur vel ignea non sunt, vel motio illa præter naturam violenter ipsis contingeret, cum tamen illis perennem eam esse cognoscamus. Naturalis quippe ipsis effingi non potest, quoniam vnus corporis simplicis vnus est motus simplex; Quapropter si ipsis inesset motus ad supernas partes, vt naturalis: motus in orbem ex natura eis congruere nequiret. Insuper si astra ignea essent, igitur omnia desuper conflagrarent: ignis siquidem pabulo indiget; adsunt autem præter immensum Solem, & Lunam, & erroneos in octauo Cælo mille viginti duæ stellæ; quarum singulæ multis partibus ampliores sunt, quàm vniuersa terra, ingenti que ac feruescenti uigore sunt præditæ: cunctum igitur Orbem iam absumpsissent. Tandem si astra ignea sunt, & ex igne compacta, quā virtute fulgent? Ignis enim in propria sphaera splendoris expers est, definiēte Aristotele. Quod si Cælum ex prædominio igneum est, vt censuit Plato, & ignis homogenei corporis fulgorē habet, quorsum Cælum non vbique splendet, nec ubiq; coruscatur? Hæc, & his familia deducunt, qui astra ignea & calida non esse arbitrantur.

A V C T O R.

Quid ego sentiam afferre pertimesco. Conspicio siquidem Philonem præstantissimū Patrem percunctationem hanc adeo difficilē diiudicasse, vt diffiniri haud posse dixerit.

P H I L O enim libro de Somnijs hæc profert.

Quid stelle ipsæ sunt in terra: moles ignitæ? Nam quidam aiunt eas colles salusque ignitos, ipsi digni, pistrino & carcere, vbi hæc instrumenta sunt torquendis impijs istorum similibus. An forte sunt densi quidam ætheris glomi non dissimiles? Sed animatæ ac rationales, an ratione simul carentes, & animæ & voluntariosæ, an necessitate coactos motus habent? Quid Luna? natione an mutatio lucet lumine? suis radijs micans, an illustrata solaribus? an horum neutrum est, sed quiddam mixtum ex utroque igne vni alieno, vni proprio? Nam hæc & huiusmodi omnia in præcipuo Mundi corpore quarto, id est Cælo, incerta incomprehensibiliaq; coniecturis verisimilibus magis, quàm certis verisq; rationibus nituntur, vt iurare fas sit, neminem mortalem posse vnquam quicquam horum certè percipere.

Pertimesco magis, maximū subire discrimen me contruens, dū semper contra Peripateticos, & eorū sectatores Scholasticos, (quicquid illud sit) diffinire cogor. Primum igitur,

Peripateticorum fundamenta, quod astra non sunt ignea.

igitur, Peripateticā sententiam, vt in scholis vulgatam, atq; acceptam, ego quoq; non rejicio: sed cum mihi incumbat onus in Patrum gratiam, cum summa in ipsos obseruantia, eorum sententias afferre, & tueri; deferam ea, quæ ipforum nomine hoc loco dici possunt. Patrum sententiam, non passim repudiare, me plura compellunt. Compellunt primum (inquam) diuinæ Scripturæ oracula, sæpius Solem esse calidissimum prodentia. David nanque Prophetarum eximius hæc de Sole habet; Exultauit vt gigas ad currendam viam, à summo Cælo egressio eius, & occurfus eius vsq; ad summū eius; nec est, qui se abscondat à calore eius. Sapiens quoq; de Sole pariter ista pronuntiat; Sol in aspectu annuntiās in exitu, vas admirabile opus excelsum. In meridiano exurit terram, & in conspectu ardoris eius quis poterit sustinere? Fornacem custodiens in operibus ardoris, tripliciter Sol exurens montes, radios igneos exuffans & refulgens radijs suis obcauat oculos. Cum autem vbique Scriptura Soli attribuat calorem, nec eū vnquam à motu, seu reflexione radiorum profilire insinuet, & cum flagrantiam, & fulgorem æquè Soli Scriptura ascribat, & splendorem ipsius insidere substantiæ tanquam insitam natiuam qualitatem, seu formam, non sit dubium, ardorem pariter eadem ratione illi inesse arbitrandum est. Neq; enim Scriptura hæc vbique Soli ascriberet, si non formaliter, sed tantum effectiue, seu virtualiter (vt inquit illi) ipsi competeret. Compellit Ecclesiæ auctoritas, quæ Solē flammeam rotam appellat in Hymno relato. Non parum me compellit tantorum Philosophorum præcorū, ac Patrum eximiorū reuerentia; & quanquam Platonicis subscripserint placitis, non aspernandos attamen esse duco; cum platoniam Philosophiam à grauius viris receptam celebratamque, ac pariter in scholis defensatam videam, illamq; Scripturis ardentiorē experiar. Quapropter à Patribus præcis descire non valde consentaneum esse censeo, maximè cum ex hoc importuna Scripturis sacris explanationes afferantur, atque cum Peripateticis dogmata doctissimis ac sanctissimis Patribus repugnantia astruatur. Compellit me fortius experimentū quotidianū, quo astra, ac Solē præcipuè, illuminare, calefacere, & exurere iugiter experimur. Nec ea Peripateticorū distinctio de duplici calido allata, qua non formaliter, sed virtualiter, seu effectiue Solē nos calefacere aiunt, multū consistere, sed nutare mihi videtur. Non enim nobis alia restat via, qua quoduis corpus calidū esse præcipiè, & formaliter, vt aiunt, explorare possimus, quæ eius effectus iudicio sensus perceptus. Cum igitur non tū aërem, & alia corpora, sed nos ipsos radijs Solis calefcere sentiamus, quid est, quod de Solis flagrantia, & ardore ambigamus? Quod si de Sole iudicium sensuum non sufficit, proinde nec de igne illud ipsū sufficere phibebimus. Cumq; non aliter à Sole quæ ab igne nos calefcere experiamur, ignē etiam non calidū formaliter, sed tantum effectiue asseuerabimus, cum eadē sit ratio, vt post demonstrabimus. Huc accedit, quod Peripatetici (si quid ego iudico) in indaganda caloris Solis causa, nec vnā sententiā proferunt conformē, nec satis exploratā, conspicuamq;. Alij motui ipsi hoc ascribunt, alij radiorū reflexioni, alij luci; sed hæc oēs assertiones plures suscipiunt difficultates. Sciscitabor nāq; ego, quonā motu Sol torret, calefcitq;? Num eo motu orbis, quo & ipse mouetur? Non certè, tū quia motus ille agendi vim non habeat, tū quod perpetuò, tū in hyeme, quàm in æstate, tū noctu, quàm interdiu calefaceret, cum eadē celerrima, indefessaq; motione semper raptetur. Num motu, quo atterit aërem, vt visus est Aristoteles libro Meteororū, libroq; secundo de Cælo existimasse, prout Iustinus deprōpsit? Neq; hoc asserendū est: hac. n. ratione Luna velocior in conuersionibus suis, ac proximior nobis, magis calefaceret, quod prior magis cōcutere, ac attenuare queat aërem. Deinde, quā de causa superioris aëris pars, vt magis concussa, non magis calefcit? Philosophi siquidē mediā aëris regionē frigidā profusus, nostrā hanc calidā esse asserunt. Rursum experimēto noscimus, Solē non motū ardētius calefacere. Torret certè, vritq; cuncta, quādo diutius circa meridiē persistit, ac potentiores esse Solis radios ad vrendā rē stabilē, quæ motā tradit Aristoteles, ipse sectione quinta, Problemate trigesimo quarto. Et speculū cauū agitatū ignem non cōcipere, ocyus verò immotū flammā gignere experimur. Et nunquid cū ad Iosue imperiū Sol stetit, Mundus viuifico calore desitutus est: algore profecto & gelu cuncta obruta interisissent, nisi miraculo Deus ea præseruasset. Ad hæc, quod reflexione radiorum Sol calefaciat, vt ipsi asserunt, non passim admittendū esse arbitror. Primum enim, lumen

Sententiæ Patrum, quod astra sunt ignea, fundamenta. Psal. 18. Eccle. 43.

Distinctio Peripateticorū de calido virtualiter, vel formaliter rejicitur.

Causa quare Sol calefaciat.

Cap. 64

Lib. 2.

Peripateticorum rationes effluuntur.

Damaseni, & Steuchi placita examinantur.

ex se non calefaceret: nec repercussione certè calorem auget; Deinde si ex reflexione calor gignitur, Lunæ utique radij latiori, & uelociori motu circumuecti, & proximiores, saltem modicum quendam exilem æstum efficere deberent: attamen nullo profus modo calefaciunt. Hæc eadem & Pererius ipse in Genesim adnotauit. Tandem, si luce ipsa astra calefacere asseuerabunt, ac propterea Solem ad exurendum vigorosorem, ac potentioorem esse, quoniam in ipso copiosior, ac abundantior lux effluat, iam in nostram sententiam propè nolentes incident; Nam si motus vi id efficere lucem dixerint, iam supra allatas offendēt difficultates: si lucis ipsius virtute id ipsum agere asserent, igitur & Solem calidum esse fateri cogentur. Lux siquidem à Sole emanat, nec calorem sibi insitum deferre poterit, quin ipsum à globo à quo effluit, non hauriat. Quòd si aduentum sibi asciretur, postquam à globo emanasset, inquirendum adhuc esset, unde ipsum susciperet; an ab aëre per motum attrito, an à reflexu radiorum. Sed hæc dicere, est ad modò propulsatas, protritas, reiectas positiones redire. Non certa igitur exploratavè est apud Peripateticos calor Solis causa, & ratio. Nec arduum est negotium illatis satisfacere. Astra Peripatetici ex quinta constare essentia, & incorruptibili edocent. Sed è contra inuentum Platonici hoc aiunt esse Aristotelicum, nosq; iam ex doctrina Scripturarum, Patrum, ac Platoniorum, priscorumq; Philosophorū, corpora cœlestia ex elementorum summitatibus compacta, genere, modo nobis impercepto, & nulli sensibili alterationi, sed extremè tantum restorationi in Mundi excidio obnoxia Dei uoluntate esse, supra satis copiosè demonstrauimus. Vnius simplicis corporis, inquiunt Peripatetici, unam esse simplicem motionem perspectum est: quòd si motus ignis est sursum ferri, & aëris rapi in orbem; clarissimè euincitur, ipsa non esse ignem. Respondent Platonici, elementorum motum, quatenus in sua degunt sphaera, esse rapi in orbem, ferri autem sursum, uel deorsum, ipsis non competere nisi ex uiolentia, cum extra propriam sedem, seu sphaeram exulant. Cuius argumentum est, quòd elementorum motus in fine sit uelocior. Subinferunt Aristotelici; igitur iam pridem hucusque omnia incendiissent astra, consumpsissentq; cum præter Solem, & Lunam, tot stellæ uniuersa terra uastiores in Cœlis confideant. Satisfaciunt Platonici, asserentes ignem supernum non urere sua in sede, seu sphaera, quòd in aliena non uigeat cōbustibili natura. His adijciunt Patres, tam supernarum, quam infernarum aquarū copiam ideò fuisse effusam, ut illa reluctaretur ardoris ui, atque ferocia usque ad Iudicij diem, quo ita Deo iubente, a quo humore absumpto, cuncta deflagratione occyssa depurabuntur, ac restaurabuntur. Quòd si amplius quæsitant Peripatetici, quam vi splendeat ignis, cum ignis in sua sphaera non fulgeat? Et si splendet, quomodo in Hemisphaerio nostro ad Solis occasum, ac in densissimis ipsius noctis tenebris Cœlum igneum explens descere non uideamus? Satisfaciunt Platonici, fulgoremq; ipsum ex densitate cōpactionis ignis, quæ in astris est, euenire perhibent. Quapropter, inquiunt, Cœlū etsi igneum ex prædominio, non ubiq; emicat, coruscatq; sed in globis tantum, quòd in illis ignea densitas refulgeat. His similibusq; disceptationibus inuicem se insectantur hæc duæ Philosophorum sectæ, ex quibus nobis sufficiat elicere, Patrum sententiam in scholis etiam sustineri, defensariq; posse. Damascenus ad horū Patrum classem redigi potest. Si quidem si astra compacta, & corruptioni obnoxia existimat, certè & ex elementis constata, & ex prædominio ignea esse non negabit; præcipuè cū ea aliàs ignita nuncuparit. Steuchi placitum anceps est; nam si spirationum exhalationumq; nomine, similes ignis partes capit, incidit profectò in præfatam Patrum assertionē. Si verò ex spirationibus exhalationibus uè astra congesta credit, ut exhalationes sunt ex eorū genere, quæ in sublimi fiunt; ultronea certè est hæc assertio, atque ab omnibus irridenda: ea enim, quæ in sublimi fiunt, exilioris sunt substantiæ, nec multum consistere possunt. Quapropter astra, si ex eius generis substantia congesta fuissent, uel citò perijissent decidissentq; uel Dei miraculo consistenter; essetq; miraculum in natura perenne. Præterea cum & huiusmodi generis res perpetuam subeant alterationem, mutationem, augmentationem, & decidentiam; certè Solem, Lunam, astraq; sapius locum, & lucem, uel immutare conspiceremus, uel diuino miraculo consistere diceremus. Sed hæc proprio Marte prolata apud ingenuos viros agrè admittuntur.

Num

Num astra sint animata.

Difficilem modò, ac arduam, nec enodabilem profus disceptationem aggredior, cum, an Cœli astraq; anima prædita sint, indagandi prouinciam suscipio. Duoq; difficultatem adaugent. Alterum, quòd res hæc, quæ metaphysicas & altissimas sapit contemplationes, sit planè ab omni sensus conditione semota. Alterum, quòd maxima sit in controuersia, tum apud Philosophos, tum apud Patres, sibiq; inuicem ipsi refragentur. Adfunt enim nonnulli ex Philosophis, Patribus, Theologisq; nuperis, qui Cœlis, & astris animas ascribant: Adfunt, qui eas profus tollant: Adfunt, qui in utranque partem rapiantur: Adfunt, qui in hac re perplexi, suam non explicent sententiam. Rursum, qui animata astra perhibent: Alij Phantasiam tantum illis tribuunt: Alij non tantum internum sensum, sed tres etiam externos, nempe visum, auditum, tactūq; largiuntur: Alij semotis omnibus sensibus animæ viribus rationem eis ascribunt. Ex hisq; alij viatrices animas illas, alij beatas, alij semibeatas existimant. Ego, ut meū est institutum, breuiter & clarè quòd ad potero, placita omnia deducam, ac pro viribus tutiorem, præstantioremq; sententiam elicere enitar: hoc vno prius præmissio, de animatione ea nobis esse negotium, qua anima vitam præstat, specificasq; ut inquit in scholis, facultates præbet ac operationes; non de ea, quæ latiori locutione, etiam extrinsecè motum conferre perhibetur.

Classis Philosophorum, Patrum, Doctorumq; astra anima prædita censentium.

Cœlos ac sydera animam, ac vitam habere, plurimorum, insigniumq; virorum placitum fuit. Pythagorici nanque, Stoici, Platonici, ac Peripateticorum nonnulli (etsi Aristoteles in hac difficultate seipsum non explicet) id visi sunt censuisse.

CYRILLVS libro secundo contra Iulianum, Platonem primum omnium, Mundum animal, animatumq; esse asseruisse, Aristotelem verò id negasse, his tradit.

Item Plato Mundum animale esse dicit, & animal mente præditum, tribuitq; ei prouidentia gubernari, genitum esse, & corruptibile, quantum ad eius naturam attinet, definit. Verum discipulus eius non idem sensit, neque enim animatum totum, neque mentale, neque prudentia gubernatum: sed neque genitum esse tribuit ei, sed vult incorruptibilem ac ingenitum.

Et præter hæc ex Iuliani relatu Plato Cœlum, Solem, Lunam, Stellas Deos conspicuos appellat, ut recitat Cyrillus asserto libro contra Iulianum.

Deos nominat Plato conspicuos, Solem, Lunam, Stellas, & Cœlum: verum hi occultorum sunt imagines. Luens enim oculis nostris Sol, imago est mentalis, & non apparentis. Et iterum Luna apparens oculis nostris, & singule stelle, imagines sunt mentalium. Illos igitur mentales occultos Deos in opifice existentes, & simul existentes cum ipso, & ex ipso factos & profectos, Plato nouit. Vnde merito loquitur opifex apud illum: Dij (occulis loquens) Deorum conspicuorum scilicet, communis autem amborum opifex, hic est qui fabricauit Cœlum, & terram, & mare, & genuit astra in mentalibus, quæ horum exemplaria sunt.

Sed ad singulares sententias deueniamus.

Sententia, animam sensu tantum præditam astris ascribens.

Auicenna Cœlis animam sentientem ascripsit, sed tantum sensu interno, (quem Græci phantasiam appellant) præditam.

SIMPLICIUS inter Peripateticos eximij nominis Philosophus, in Commentarijs super textum quinquagesimum primi libri de Cœlo, non modò internum sensum, sed externos tres adiecit, visum, auditum, & tactum.

Mirum, si Cœlum est quidem sensibile & tangibile, non autem est sensituum, etiam quasi melius corpori non sentire, quàm sentire, ignobiliora quidem corpora sensum, quæ verò nobilissima omnium sunt atque diuinitissima, omnium sensu carere. Fortè materiales sensus & maxime passiuos, ut gustum & odoratum Cœlo tribuere non conuenit, ceteros autem nobiliores & certiores ei concedere non erit absurdum: tangentibus enim se inuicem non insensibiliter se tangunt, & omnia intuentur, & omnia audiunt.

Argu-

Argumentum igitur, quo astra sensibus prædita existimantur, est, quòd indecens videatur, entia nobilissima omnium atque diuinissima, ea carere sensu perfectione ac deo, quo ignobiliora corpora potiuntur & gaudent. Hanc iam relatam sententiã plures Philosophorum ac Theologorum infestant; sed sufficiat mihi alteram ex Philosopho præstantissimo; alteram ex Theologo eximio excipere redargutionem.

ALEXANDER itaque Aphrodisæus sic eam reprehendit.

Sensitivum non potest ubi vegetativum non adest, teste Aristotele secundo de anima. Quapropter cum orbis cælestes, & astra vegetali vi non sint prædita, nec siquidem quid augmenti villo unquam tempore susceperunt, nec unquam immutata sunt, ut Astronomi per longas ætates observarunt, pariter nec vi sensibili prædita esse possunt.

Nec Simplicius certè respondens Alexandro apprime satisfacit.

D. THOMAS prima parte, quæstione septuagesima, contra Avicennæ & Simplicij assertionem hæc habet fundamenta: Quòd organa potentiarum sensitiuarum requirant determinatam proportionem secundum commixtionem aliquam elementorum. Quòd omnis sensus super tactum fundetur, qui est qualitatum elementorum apprehensivus. Quibus adiciamus & nos, quòd omnis sensatio per medium fiat. Cum autem conspiciuntur sit saltem apud Peripateticos, cælestia corpora non ex elementorum compactione, sed ex quinta quadam essentia conflata esse, nec tactu pollere, nec inter elementa esse sita, sed longè nobiliorem sortita esse naturam: igitur & subiecti, & obiecti, & medij ratione, ut inquirunt in Scholis, sensibili anima gaudere non possunt.

Sententia Cælos, & astra rationali anima, sed viatrici, prædita asserens.

ORIGENES huius sententiæ fuit assertor præcipuus: & quod super Numeris Homilia vigesima octava innuerat, Periarchon libro primo, capite septimo, disertius expressit. Quatuor autem præcipua de his animabus edocuit: astra primò animantia ratione prædita esse his asserit.

Isa. 45.

Putamus ergo posse ea per hoc animantia designari, quòd & mandata dicuntur accipere à Deo, quod utiq; non nisi rationabilibus animantibus fieri solet. Ait ergo; Mandatum ego omnibus stellis præcepi. Quæ autem sunt ista præcepta? Scilicet ut unum quodque astrum suo ordine, suisque cursibus indulta sibi quantitate splendorem præbeat Mundo. Alijs enim, qui vocantur planetæ, moventur ordinibus, alijs hi quos Aplanetis vocant. In quo id manifestissime ostenditur, quòd neque motus illius corporis sine anima effici potest, neque quæ animantia sint, possint aliquando esse sine motu. Stelle verò, cum tanto ordine ac tanta ratione moventur, ut in nullo profus cursu earum aliquando visus sit impeditus, quomodo non est ultra omnem soliditatem, tantum ordinem tantamque disciplinam rationis observantiam dicere ab irrationabilibus exigi vel expleri? Apud Hieremiam sanè etiam regina Cæli Luna esse memoratur.

Deinde ea virtutis, ac vitij capacia esse, adeò ut profectum defectumque habere possint, & ab his ad illas conuerti, edocet dicens.

Iob 29.

Quòd si animata sunt stellæ & rationabiles, sine dubio videbitur inter eas & profectus aliquis & decessus. Hoc enim quod ait Iob; Stellæ non sunt mundæ in conspectu eius, talem mihi quendam videtur indicare intellectum.

Hunc autem Iob locum enucleatius desuper ita exposuerat.

Primò ergo videamus, quid ipsa, ratio de Sole, & Luna, ac stellis inueniat, si rectum est quod quidam putant, inconuertibilitatis eos esse alienos, & quantum fieri potest de sanctis Scripturis primum adhibeatur assertio. Iob nanque ita videtur ostendere, quòd non solum stellæ possunt esse subditæ peccatis, verum etiam, quòd mundæ non sint à contagione peccati. Ita nanque scriptum est; Stellæ quoque non sunt mundæ in conspectu eius. Quod non utique de corporis earum splendore sentitur, verbi causa, ut si diceremus, vestimentum non est mundum: quod si ita intelligatur, ad conditoris sine dubio reuocatur iniuriam, si quid immundum in splendore earum corporis accusetur. Si enim per industriam suam, neque lucidius sibi corpus assumere, neque minus purum per desidiam poterunt, cur quasi non mundæ stellæ culpabuntur, siue quæ mundæ sunt laudabuntur?

Similia Commentarijs in Ioannis Euangelium primo tomo edisserit. Rursum eam disputationem inducens; Num animæ istæ astrorum simul cum ipsis creatæ sint, ac ipsis astris simul inditæ, an post, an ante, & extra ipsa sint conditæ, inquit.

Iam verò ea, quæ animantia esse & rationabilia, consequentia disputationis inuenit, utrum cum corporibus pariter

pariter animata videantur eo tempore, cum dicit Scriptura; Quia fecit Deus duo luminaria magna, & luminare maius in principatum dici, & luminare minus in principatum noctis, & stellas: an non cum ipsis corporibus, sed extrinsecus factis iam corporibus inseruit spiritum?

Decernitque extrinsecus post fuisse à Deo effusas.

Ego quidem suspicor extrinsecus insertum esse spiritum, sed operæpretium videbitur de Scripturis hoc ostendere. Nam per coniecturam facilis assertio esse videtur: Scripturarum autem testimonio vti, difficilium affirmatur. Nam per coniecturas, ita possibile est ostendi. Si hominis anima, quæ utique inferior est, dum hominis anima est, non cum corporibus facta, sed extrinsecus propriè probatur inserta, multò magis eorum animantium, quæ cælestia designantur.

Hominum autem animam extrinsecus conditam fuisse, iuxtaque meritum, seu demeritum, conditionem corporum consequi, Iacob supplantatoris, Ioan. Baptistæ in vtero matris exultantis, & Hieremiæ sanctificati exemplo longè deducit, ratus eas ante corpora conditas, talia promeruisse priuilegia. Tandem, quòd relaxandæ sint animæ illæ à corpore cælesti exacto die iudicij, docet auctoritate Pauli ad Romanos sumpta.

Quoniam, inquit, vanitati creatura subiecta est, non volens, sed propter eum qui subiecit in spe; quia & ipsa creatura liberabitur à seruitute corruptionis in laudem gloriæ filiorum Dei. Rom. 8.

Vanitatem hanc ita exponit.

Ego quidem arbitror, non esse aliam vanitatem quam corpora: nam licet ætherium sit corpus astrorum, tamen est materiale. Unde & Salomon mihi vniuersam corpoream naturam velut onerosam quodammodo; & vigorem spirituum retardantem hoc modo videtur appellare; Vanitas vanitatum, & omnia vanitas, dixit Ecclesiastes. Omnia vanitas, respexi enim, inquit, & vidi vniuersa, quæ sub Cælo sunt, & ecce omnia vanitas.

Concluditque Solem, Lunam, & sidera vanitati subiecta, quia corporibus sunt obstricta, & ad illuminandum deputata. Quapropter sperent, ingemiscant, expectantes futuram Mundi reparationem, ut ab ea absoluatur seruitute, in qua nunc miserimè degunt, quòd demùm ad beatitudinẽ transferantur.

Qua in doctrina Origenis triplicem eum sumere ex Scriptura auctoritatem, ut astra animata confirmet, animaduertas. Alteram Iob vigesimo quinto; Et stellæ non sunt mundæ in conspectu eius; & alteram Pauli ad Romanos; Quòd omnis creatura ingemiscit; tertiam Esaiæ quadragesimo quinto, Et manus meæ tetenderunt Cælos, & omni militiæ eorum mandauit: quasi ex his arguens, quòd præcepta sumere, obnoxia esse peccatis, subijci nolle, sperare, ingemiscere, expectare, animæ rationis capacis dotes, & munera existant.

ATHANASIVS non modicam nobis præbuit ansam suspicandi, illum in hanc incidisse Origenis sententiam; Cum expositione in dictum illud; Omnia mihi tradita sunt à Patre meo, in parte inscripta: Hæc per compendium à superioribus descripta sunt contra eos, qui dicunt Spiritum Sanctum creaturam esse, hæc habeat.

Matth. 17.

Rursum in creatis nihil est immutabile natura, quippe cum Angeli quidam non seruauerint suum ordinem, & stellæ non habeantur puræ coram eo, & Diabolus ceciderit à Cælo: Adam autem præuaricatus sit, omniaque alterentur.

Contra Origenem suis temporibus plurimi ex Patribus acriter disputarunt; Basilium, Ambrosium, Theophilum Alexandrinum, Cyrillum, Ioan. Damascenum, Lactantium, Epiphanium, D. Hieronymum. Sed post in classibus eorum sententias colligere studebo.

Sententia astra animata, ac beata perhibens.

Astra non tantùm animata, sed & beata, ac Deos esse, plures ex vetustioribus Philosophis existimant.

Theodoretus libro tertio de Dijs malis, & Eusebius Cæsariensis de Præparatione Euangelica libro primo, capite sexto, ex Diodori Siculi testificatione, Aegyptios omnium vetustissimos, Solem, & Lunam Deos putasse, diuinorumque honores illis impendisse referunt: Gentilesque omnes, præcipuè Græcos arbitratos esse, crimen diuinæ læsæ Majestatis subire eos, qui inanima, & non Deos astra profiterentur. Stoici Philosophi omnia cælestia, quæ moventur, in Deorum numero habenda esse statuerunt.

LVCILLVS Stoicus apud Ciceronem sic loquitur, ut Lactantius libro secundo, capite quinto recenset.

Hanc

Hanc igitur in stellis constantiam, hanc tantam in tam varijs cursibus, in omni aternitate conuenientiam temporum, non possum intelligere, sine mente, ratione, consilio. Quae cum in syderibus esse videamus, non possumus ea ipsa non in Deorum numero ponere. Et ante. Restat, inquit, ut motus astrorum sit voluntarius, quae qui videat, non indocte solum, verum etiam impie faciat, si Deos esse neget.

Plato in Epimionide mortales hortatur, ut astra tanquam Deos caelestes colant, ac venerentur.

A V G V S T I N V S autem decimotertio de Ciuitate Dei, capite decimosexto, Platonis sententiam ex Timaeo desumptam, ac à Cicerone translata deducit.

Platonis haec verba sunt, sicut ea Cicero in Latinum vertit, quibus inducit summum Deum, Deos quos fecit alloquentem & dicentem. Vos qui Deorum satu orti estis, attendite, quorum operum ego parens, effectorque sum. Haec sunt indissolubilia nuntio meo, quanquam omne colligatum solui potest. Sed haudquaquam bonum est, ratione vinculum dissoluere velle. Sed quoniam estis orti, immortales vos quidem esse, & indissolubiles non potestis. Nec unquam tamen dissoluemini, neque vos vlla mortis fata periment, nec erunt valentior, quam consilium meum, quod maius est vinculum ad perpetuitatem vestram, quam illa quibus estis, tunc cum gignebamini, colligati. Ecce Deos Plato dicit, & corporis animaeque colligatione mortales, & tamen immortales Dei à quo facti sunt, voluntate atque consilio.

De qua sententia haec subdit.

Et hoc quidem vtrum Plato verum de syderibus dicat, alia quaestio est.

Sed de Genesi ad literam libro tertio, capite nono, nonnullos Philosophos astra Deos existimasse his enarrat.

Nec ignoro, ita quosdam Philosophos sua cuiusque elementi distribuisse animalia, ut terrena esse dicerent, non tantum, quae in terra repunt, atque gradiuntur, sed aues etiam, quod & ipsae in terra requiescant, volando fatigatae: aërea verò animalia Demones esse, caelestia Deos, quorum quidem nos partim luminaria, partim Angelos dicimus.

O L Y M P I O D O R V S Enarratione in Ecclesiasten, commentatus ea verba; Lustrans vniuersa in circuitu pergit spiritus, hanc de Sole animato Gentilium assertionem memorat, nec rejicit.

Literali quidem sensu, spiritum vocat Solem propter motus velocitatem. Nonnulli tamen à Gentilium opinione, ita etiam exponunt, quoniam ij putant Solem animam praeditum esse animal.

Igitur viguisse apud priscos Gentiles opinionem, quod astra Dij essent, certum est. At si Deos vetusta aetas illa reputauit, multò magis intellectu praedita ea existimasse arbitrandum est. Sed veniamus ad nostros.

P H I L O animata, ac beata visus est censuisse, cum libro de Mundi opificio, ait.

Caelum Deorum tam non apparentium, quam sensui patentium destinatum est domicilium.

Et certè Deorum nomine Angelos intellexit; per non apparentes, puros spiritus, per sensui patentes, caelestia astra explicare voluit. Verum libro de Somnijs apertius totum Vniuersum Deum animantibus expleffe, astraque verè animata esse his edocet.

Opifici Mundi omnes eius pars animalibus implere placuit, ideo terrestria terris attribuit, mari fluuijsque indidit aquatilia, Caelo verò sydera. Nam haec singula non solum animalia dicuntur, sed & mentes purissimae. Itaque & in reliqua parte huius vniuersi, videlicet aëre, animalia creata sunt: quod si non patent sensibus, quid tunc postea? nam & anima est invisibilis.

Et libro de Gigantibus adhuc id ipsum affirmavit.

Necessum est enim, ut totus Mundus in omnibus sui partibus animata habeat, quando primariae partes eius elementares sibi apta continent animalia, terra terrestria, mare, ac amnes aquatilia, ignis ex igne genita, quae feruntur plurima nasci in Macedonia; Caelum item sydera. Haec enim in totum sunt animae immortales diuinaeque, & ideo mouentur in orbem, qui motus mente cognatus est. Horum enim singulorum mens est inregerrima. Proinde necessariò sequitur, ut & aër sit plenus suis animalibus: haec autem nobis sunt inuisibilia, cum & ipse non sit sensui visibilis. Non tamen ideo, quia non possumus animarum figuras visu assequi, aër eis est vacuus: comprehendere autem eas intellectu necesse est, ut simile contemplerur per simile.

H I L A R I V S Enarratione in Psalmum centesimum trigessimum quintum, exponens illud; Qui fecit Caelos in intellectu, visus est id ipsum innuisse.

Faciendorum Caelorum sola misericordiae suae causa est, neque enim eguit, ut fierent: sed qui bonus est, in id vniuersa fecit; ut plures bonitatis suae copijs vterentur. Fecit autem Caelos in intellectu, non irrationabiles, neque informes, neque confusos & inordinatos. Sed cum regionem cognitionis suae, qui infinitus est, collocaret, Caelo superiore, atque primo, eodemque in Orbem collocato, terminum quandam virtutibus, quae primò ad cogno-

ad cognoscendum se gignerentur, inclusit. Neque enim gignenda creationes virtutem in conspicabilis Dei ferre potuissent, nisi naturae temperatioris obiectu sedem hanc moderate ad infirmitatem habitationis incolerent.

Ex nuperis Caietanus hanc sequutus est sententiam Commentarijs in Psalmum centesimum trigessimum tertium; & tractatu de Indulgentijs, duabus praecipue adductus auctoritatibus. Altera ex Psalmo deducta; Qui fecit Caelos in intellectu: ex qua elicit ipse, Caelos à Deo conditos esse cum intellectu: altera ex praefatione illa sacri Canonis; Per Christum Dominum nostrum, per quem maiestatem tuam laudant Angeli, adorant Dominationes, tremunt Potestates, Coeli, Coelorumque Virtutes, ac beata Seraphin fo-
cia exultatione concelebrant.

C A I E T A N V S enim putauit Virtutes Coelorum vocari animas. Proloquioque disunctiuo sic arguit.

Quid per Virtutes Coelorum intelligit? num Angelos motores? sed supra Angelos ipsos recensuit, nec eos repetere debuit. Num ipsas vires Coelorum? At cum ordinibus Angelicis insensata miscere non debuit, & inepta tunc fuisset oratio, si cum praestantissimis substantijs Coelorum vires accidentiaque copulerentur. Igitur ipsas Coelorum astrorum animas per virtutes Coelorum intellexit.

S C O T V S non dissentire uisus est, cum secundo Sententiarum, distinctione quartadecima ait.

Si astra non sunt animata, id creditum erit potius, quam demonstratum.

Ex hebraeis Rabbi Moses Caelos anima praeditos censuit, quod de ipsis prodat Dauid; Caeli enarrant gloriam Dei. Enarrare siquidem est intelligentiae munus, non rei cuiusvis intellectus expertis. Exsumamus igitur ex his omnibus probabiles rationes, quibus astra animata existimari possunt.

Ex Origene colligamus plures Scripturae auctoritates. Si Iob ait; Et stellae non sunt mundae in conspectu eius, igitur capaces labis peccati, igitur & ratione dotatae. Amplius Isaia quadragesimo quinto scribitur; Omni militiae Coelorum mandauit Deus. Si praecpta Coeli suscipiunt, intelligentiae non sunt expertes. Rursum Paulus ad Romanos octauo de Caelis loquens ait; Omnis creatura uanitati subiecta est, non uolens, sed propter eum qui eam subiecit in spe, & omnis creatura ingemiscit, & parturit usque adhuc, expectans redemptionem filiorum Dei. Certè cum Paulus astris attribuat spem, gemitum, expectationem, enixe eas ratione praeditas existimauit.

Ex Philone. Si omnis Vniuersi pars suis gaudet animantibus, igitur, & Caelum praestantissimis animabus non caret.

Ex Caietano duos elicimus locos, alium ex Psalmo centesimo trigesimo quinto dicente; Qui fecit Caelos in intellectu: & alium ex Ecclesia in Canone Virtutes Coelorum euocante, hoc est animas, ad Dei laudes reddendas; Per quem maiestatem tuam. Quibus addi potest & locus à D. Hieronymo excitatus Ecclesiastae primo, ubi Scriptura Solem spiritum vocat; Et illud Dauid; Caeli enarrant gloriam Dei, à Rabbi Mose adnotatum. Et adijcere possumus plures Coelorum, ac astrorum prosopopeias, qualis est illa; Letentur Caeli, & exultet terra; Et ea; Laudate eum Caeli Coelorum. Et illa; Benedicite Coeli Domino; Talis est etiam illa rursus apud Dauidem; Annuntiabunt Caeli iustitiam eius &c.

Classis Patrum ac Philosophorum, qui in utranque partem rapti, non suam expresse declararunt sententiam.

Aristoteles in rebus arduis, cum vel arte elabi, vel obuolutas suas deferre soleat sententias, in huius rei diffinitione ambiguus reperitur. Libro enim secundo de Caelo, Caelum esse animatum annuit: propterea positionis differentias, dextrum & finistrum, sursum & deorsum, ante & retro, naturaliter in eo esse perhibet. Rursum etiam alio in loco, eos qui astra inanimata putant, decipi asserit; cum uita, animaque praedita sint. Et secundo Caeli capite tertio, ut Iustinus libro de Aristotelis decretorum reprehensione recitat, Caelum diuinam naturam esse astruit, ob idque motum in orbem ei competere:

I V S T I N V S nanque loco citato, eius nedum mentem, sed uerba quoque in medium deducit, sic scribens.

Vnumquodque eorum, quorum opus est, operis est gratia; Dei autem actio est immortalitas, quae in uita postea est.

Psal. 135.

Psal. 18.

Rationes astra animata comprobantes.

Psal. 95.
Psal. 148.
Dan. 3.
Psal. 21.

Tex. 13.

Tex. 61.

ta est sempiterna, ita necesse est ei quod diuinum sit, motum aeternum conuenire. Quoniam autem Caelum tale est (diuina enim natura est quaedam) ob eius causam rotundum ei corpus datum est, quod natura vi circum se perpetua agitatione torquetur.

Contra libro octauo Phificorum, & duodecimo Methaphisica, intelligentias Caelos volentes puros actus ab omni prorsus potentia liberos, substantiasque absolutas extra Caelum collocatas, Caelorumque motrices nuncupat, eo euentu, ut mouentes, nec per se, nec per accidens ipsae rapiantur. Ex quibus elicitur clarè, intelligentias non esse Coelestium corporum specificas formas, operationes eis impartientes. Tunc etenim nec actus puri, nec potentiae expertes, nec substantiae absolutae nuncuparentur, nec immotae cernerent orbès, sed ipsis perpetuò inhærerent. Earumque contemplatio non ad Methaphisicum, ut ipse autumabat, sed potius ad Phificum pertineret.

A V G V S T I N V M ex nostris in utranque raptum sententiam ex eius elucubrationibus agnoscimus. In secundo enim de Genesi ad litteram capite decimo octauo, seu ultimo, ita solutionem huius difficultatis subterfugit.

Solet etiam queri, utrum Caeli luminaria ista conspicua corpora sola sint, an habeant retores quosdam spiritus suos: & si habent, utrum ab eis etiam vitaliter inspirentur, sicut animantur carnes per animas animalium, an sola sine ulla permixtione presentia. Quod licet in presenti facillè non possit comprehendere, arbitror tamen in processu tractandarum Scripturarum opportuniore loca posse occurrere, ubi nobis de hac re secundum sanctae auctoritatis regulas, etsi non ostendere certum aliquid, tamen credere licebit.

G L O S S A Ordinaria hæc sic repetijt.

Solet queri, utrum hæc luminaria corpora sola sint, aut habeant retores spiritus, & ab eis vitaliter inspirentur, sicut per animas animalium carnes animantur. Sed de tam obscura re nihil temerè credendum.

A V G V S T I N V S idem libro de Ciuitate Dei decimotertio, capite sextodecimo, Platonis sententiam inductam, non passim concedendam esse autumat, eam tamen indiffusam, & indefinitam relinquit.

Et hoc quidem utrum Plato verum de syderibus dicat, alia questio est. Neque enim ei continuo concedendum est, globos istos luminum, siue orbiculos luce corporea super terras, seu die seu nocte fulgentes, suis quibusdam proprijs animis viuere, easque intellectualibus & beatis, quod etiam de ipso vniuerso Mundo, tanquam vno animali maximo, quo cuncta cetera continebantur animalia, instanter affirmat. Sed hæc, ut dixi, alia questio est, quam nunc discutiendam non suscepimus.

Sed amplius in Enchiridion ad Laurentium capite quinquagesimo octauo familia prodidit.

Sed nec illud certum habeo, utrum ad eandem societatem pertineant Sol & Luna, & cuncta sydera; quamuis nonnullis lucida corporea esse, non cum sensu, vel intelligentia videantur.

Aduertas autem, quod Augustinus per societatem, eam quæ beatorum est, intelligit, Verum quod ibi diffinire distulit, & quod non concessit, uisus est affirmare libro de immortalitate Animæ, capite quintodecimo, cum inquit.

Per animam ergo corpus subsistit, & eo ipso est quo animatur, siue vniuersaliter, ut Mundus: siue particulariter, ut unumquodque animal intra Mundum.

Sed libro primo Retractionum, capite quinto, hæc eadem uerba repetens adijcit.

Hoc totum prorsus temerè dictum est.

Quasi pertæsus quod nondum diuinas consequutus Scripturas illum librum edidisset. Et Retractionum libro primo, capite vndecimo, hoc dogma tanquam in libro sexto de Musica insinuatum his reiecit.

Si autem infima pulchritudo in omnibus corporibus intelligatur, cogit ista sententia etiam ipsum Mundum animal credere, ut etiam id ipsum, quod in illo imitatur constantiam à summo Deo per animam traiciatur. Sed animal esse istum Mundum, sicut Plato sensit, alijque Philosophi quamplurimi, nec ratione certa indagare potui, nec diuinarum Scripturarum auctoritate persuaderi posse cognoui. Vnde tale aliquid à me dictum quo id accipi possit, etiam in libro de immortalitate animæ temerè dictum notauit. Non quia hoc falsum esse confirmo, sed quia nec verum esse comprehendo, quod sit animal Mundus.

Et libro de Cognitione veræ vitæ, capite sexto, scriptum reliquit.

Qui sydera rationabilia, vel saltem sensibilia corpora arbitrantur, iure tamen sensu carentes, inter irrationabilia computantur.

Sed quia liber iste Augustini fetura non creditur, quodnam D. Augustini expressum placitum fuerit, asseuerare non ualemus. Nam & de tempore Sermone centesimo quadragesimo tertio difficultatem hanc diffinire effugit.

Quid.

Quid quod inuenimus eundem Platonem, magistrum istorum omnium, in libro quodam suo, quem scripsit de constitutione Mundi, inducere Deum factorem Deorum, facientem scilicet Deos celestes, stellas omnes, Solem, & Lunam? Dicit ergo Deum opificem Deorum caelestium, dicit ipsas stellas habere animas intellectuales, quæ intelligunt Deum, & corpora visibilia, quæ cernuntur. Dico ut intelligatis; Sol iste qui videtur, non videtur, nisi corpus esset. Hoc verum est; Stella vlla, vel Luna non videretur, nisi corpus esset: verum dicit. Ideo dicit & Apostolus; Et corpora caelestia, & corpora terrestria. Et sequitur; Alia gloria caelestium, alia & terrestrium. Et rursus dicens de gloria caelestium corporum Apostolus adiunxit, & ait; Alia gloria Solis, alia gloria Lunæ, alia gloria stellarum. Stella enim à stella differt in gloria, sic & resurrectio mortuorum. Videtis, quia promissa est Sanctorum corporibus claritas, & diuersa species claritatis, quia diuersa sunt merita charitatis. Sed illi quid aiunt? Stelle ista quas videtis, corpora sunt quidem, sed habent suas animas intellectuales, & sunt dii. Interim de corporibus, quia corpora sunt, verum dicunt. Sed utrum habeant animas suas, ut quid discutio?

H I E R O N Y M V S rapi & ipse in utranque sententiam dignoscitur, nec quæ sit certa eius assertio, conspicuum esse arbitror. Astra inanima existimasse dicitur primò ex Epistola ipsius quinquagesimanona ad Auitum; cum enim Hieronymus ad eum transmississet librum Periarchon Origenis à se translatum, quem ille vehementer efflagitarat, ita scripsit.

Accipe igitur, quod petisti: sed ita, ut scias detestanda tibi in eis esse quamplurima, & iuxta sermonem Domini, inter scorpiones & colubros incedendum.

Recensitis autem pluribus Origenis erroribus, inter cætera hæc adiecit.

Solem quoque, & Lunam, & astra cætera esse animantia: immò quomodo nos homines, ob quaedam peccata his sumus circundati corporibus, quæ crassa sunt & pigra: sic & Caeli luminaria, talia vel talia accepisse corpora, ut vel plus, vel minus luceant.

Quòd si hoc ut detestandum recensuit D. Hieronymus, iam non illud approbavit. Deinde libro decimotertio Commentariorum in Esaiam, explicans illa verba; Militiæ Cælorum ego præcepi, hæc habet.

Illudque ego scriptum est; Ego omnibus stellis præcepi, occasionem quibusdam tribuit, quòd astra rationalia sint, & animam sensumque habeant. Neque enim, aiunt, præciperet, nisi intelligentibus: non recordantes, quòd in Iona scriptum sit; Præcepit Dominus spiritui comburenti. Et rursus; Præcepit vermi matutino. Et quòd in Euangelio Saluator ventos & mare increpauerit, in quibus sensum, atque rationem non esse perspicuum est.

Sic ab Origene deductam auctoritatem exposuit. Verum ex aduerso ipsdem Commentarijs in Esaiam, libro nono, illud commentatus; Et erit lux Lunæ, sicut lux Solis, & lumen Solis erit in septuplum, ita scribit.

Erit lumen Lunæ sicut lumen Solis, quando dederit Dominus Cælum nouum, & terram nouam, & transferit habitus Mundi huius, ut Luna, & Sol laboris & cursus sui præmia consequantur. Etenim expectatio creaturæ reuelationem filiorum Dei præstolatur: quia & ipsa creatura liberabitur à seruitute corruptionis, in libertatem gloriae filiorum Dei: licet ea quidam organa Solis intelligentes, insensibilia esse contendant.

Amplius Commentarijs in Ecclesiasten, explicans illud; Lustrans vniuersa in circuitu pergit spiritus, hoc est Sol, Solem posse spiritum dici altero duorum modorum tradit; seu quòd animet, spiretque, & vniuersa viuificet, suos explens quotidianos cursus; seu quòd spiritus perhibeatur, quia verè in ipso Lunæque globo, ac Astris spiritus insit. Hæc sunt verba.

Quòd autem ait; Gyrens gyriendo vadit spiritus, & in circulos suos reuertitur: siue ipsum Solem spiritum nominauit, quòd animet, & spiret, & vigeat, & annuos Orbis cursus expleat, ut ait Poëta.

Interea magnum Sol circumuoluitur annuum.

Et alibi. Atque in se sua per vestigia voluitur annuus.

Siue quòd & Luna lucentem globum, & astra Titania, spiritus intus alit, totamque infusa per artus mens agit molem, & magno se corpore miscet: non de annuo Solis cursu, sed de quotidianis semitis eius loquitur.

Quare ex his Hieronymus eam assertionem, quæ astra animata astruit, refutasse non videtur: Quin & in prioribus locis, nonnullis visum est Hieronymum non damnasse sententiam afferentium astra esse animata, sed causam ab Origene adductam; quòd videlicet animæ illæ ex merito, seu demerito sibi ascirent corpora illa: & quòd auctoritas ea; Præcepi militiæ, non cogat. Quapropter Vielmius redarguit Melchiorem Cano, & Adamum Sasbaut, qui D. Hieronymum in partem declinasse negatiuam ex his contestantur. Reliquum est igitur, ut D. Hieronymi de hac percunctatione sententiam esse perperam fateamur.

CASSIODORVS pariter ancipitē se in hac difficultate demonstrauit Expositione in Psalmum centesimum quadagesimum octauum, cum ait.

Laudate eum Sol, & Luna: Laudate eū omnes stellæ, & lumen Sol, Luna, stellæ, ut quidam dicunt, etsi aliquo spiritu proprio regantur, tamen quia carnalibus oculis patefcunt, inferiores esse virtutibus, quæ non videntur, non absurda æstimatione colligitur, quamuis Cæli speciem decore lumine ornare videantur. Nam illa ad quæ peruenit noster aspectus, licet sint lucida, atque subtilia, tamen corpora esse manifestum est: & necesse est ut illis cedant, quæ inuisibili virtute subsistunt. Quapropter Solem, Lunam, & stellæ, siue per propriam rationem, siue per alias sensibiles & indicabiles substantias, Propheta laudare præcepit Dominum, quia Creatoris beneficio existere meruerunt. Considerata enim tot lumina ingentes admirationes poterunt commouere, quando & mortales oculos videre faciunt, & ipsa in tam splendida claritate consistunt.

HAYMO pariter Commentarijs in eundem Psalmum sub hæsitacione astra anima insignita esse insinuat.

Laudate eum Sol & Luna: Laudate eum omnes stellæ. Et quid per singula? vniuersum lumen laudet eum. Si Sol dicatur habere spiritum, & Luna, & ceteræ stellæ, per se possunt Deum laudare: si non, bene te laudant, quia sunt materia quare te laudamus.

D. THOMAS autem illum clarissimum Theologiæ fontem in vtranc; declinasse sententiam perspicuum est. Astra animata esse disertè docuit, Quæstionibus disputatis, quæstione de Anima, articulo octauo, in responsione præcipuè ad tertium, quartum, & quintum: cum siquidem plures recitasset opiniones, his suam declarauit.

Dicamus aliquam substantiam intellectualem esse perfectionem corporis cælestis, ut forma, quæ quidem habet solam potentiam intellectualem, non autem sensitiuam, ut ex verbis Aristotelis accipi potest in secundo de Anima, & in vndecimo Metaph. Quamuis Auicenna ponat, quod anima Cæli cum intellectu habeat etiam imaginationem. Si autem habet intellectum tantum, vnitur tamen corpori ut forma, non per operationem intellectualem, sed propter executionem virtutis actiue, secundum quam potest adipisci diuinam similitudinem in causando per motum Cæli.

Prosequiturq; amplius, ac manifestat, quod licet animæ illæ ex naturæ conditione potuerint peccare, ex diuina tamē prædestinatione, & gratiæ auxilio nunquā peccarint quinimmo ad societate Angelorum pertineant. Consimilia tradidit in secundo contra Gentes, & in Opusculo de Angelis, capite secundo, quæ loca ut notissima relinquo. E contra in Summa prima parte, quæstione septuagesima, articulo tertio, Astra anima carere tutatur ratione à nobis recitanda, quam alij demonstrationem inconcussam existimarunt.

In hac autem opinionum diuersitate, ut veritas aliquatenus innotescant, considerandum est, quod vno animæ & corporis non est propter corpus, sed propter animam. Non enim forma est propter materiam, sed è conuerso. Natura autem & virtus animæ, deprehenditur ex eius operatione, quæ etiam quodammodo est finis eius. Inuenitur autem corpus nostrum necessarium ad aliquam operationem animæ, quæ mediante corpore exercetur: sicut patet in operibus animæ sensitiuæ, & nutritiue. Vnde necesse est, tales animas vnitæ esse corporibus propter suas operationes. Est autem aliqua operatio animæ, quæ non exercetur corpore mediante, sed tamen ex corpore aliquod adminiculum tali operationi exhibetur, sicut per corpus exhibentur animæ humanæ phantasmata, quibus indiget ad intelligendum. Vnde etiam talem animam necesse est corpori vniri propter suam operationem, licet contingat ipsam separari. Manifestum est autem, quod anima cælestis corporis non potest habere operationes nutritiue animæ, quæ sunt nutrire, augere, & generare: huiusmodi enim operationes non competunt corpori incorruptibili per naturam. Similiter etiam nec operationes animæ sensitiuæ corpori cælesti conueniunt, quia omnes sensus fundantur super tactum, qui est apprehensiuus qualitatum elementorum. Omnia etiam organa potentiarum sensitiuarum requirunt determinatam proportionem secundum commistionem aliquam elementorum, à quorum natura corpora cælestia ponuntur remota. Relinquitur ergo, quod de operationibus animæ, nulla potest competere animæ cælesti, nisi duæ; intelligere, & mouere. Nam appetere consequitur sensum & intellectum, & cum vtroque ordinatur. Intellectus autem operatio cum non exercetur per corpus, non indiget corpore, nisi in quantum ei per sensus ministrantur phantasmata. Operationes autem sensitiuæ animæ, corporibus cælestibus non conueniunt, ut dictum est. Sic igitur propter operationem intellectualem, anima cælesti corpori non vniretur. Relinquitur ergo, quod propter solam motionem. Ad hoc autem, quod moueat, non oportet, quod vnietur ei ut forma, sed per contactum virtutis, sicut motor vnitur mobili. Vnde Aristoteles libro octauo Physicorum, postquam ostendit, quod primum mouens seipsum componitur ex duabus partibus, quarū vna est mouens, & alia mota; assignans quomodo hæc duæ partes vniantur, dicit, quod per contactum vel duorum ad inuicem, si vtrunque sit corpus, vel vnus ad alterum, & non è conuerso, si vnum sit corpus, & aliud non corpus. Platonici etiam, animas corporibus vniri non ponebant, nisi per contactum virtutis, sicut motor mobili.

Plures

Plures Thomistarum D. Thomam sententiam commutasse arbitrati sunt, cum omnes ferè Summam ipsius Theologicam, tanquam eius postremam voluntatem seu testamentum, cæteris D. Thomæ scriptis præferant: ita Caietanus. Alij, ut Ferrariensis, & Vielmus, putant eum neutri parti constanter adhaesisse, quod vtrunque rationibus communi posse existimauerit.

VIELMIVS tandem præceptor meus, quem plurimi semper feci, Lectione decimanona, Cælos esse animatos problema neutrum existimauit: egregieque rationibus vtrinque allatis satisfacit. Ait enim.

Et pro sententia quidem negatiua hucusque dictum sit, quam minimè dubito esse probabiliorē: ut proinde etiam fuerit affirmatiua iam pridem reposita inter articulos Parisiis damnatos, uti Richardus loco citato scribit. Sed nihilominus arbitror, ita posse rationibus vtrinque allatis responderi in diatriuis, ut certè appareat nec indoctos fuisse qui aliter senserunt, nec esse nunc quoque nepharium illam euentilare, quemadmodum scriptores aliqui putant.

Classis Philosophorum, Patrum, ac Doctorum, Cælos astraq; inanima arbitrantium.

Anaxagoras referente D. Augustino de Ciuitate Dei, Theodoretto libro de Materia, & Mundo, & D. Thoma Quæstionibus disputatis, quæstione de anima, corpora cælestia esse inanimata censuit, insonsq; accusante Cleone, supplicio affectus est, quod Solem lapidem ignitum dixisset, ob id enim erat inuisus vulgo, qui Solem non tantum animatum, verum ut Diuum suspiciebat.

CIRYLLVS contra Iulianum libro secundo, Democritū & Epicurum, Mundum inanimem censuisse, his tradit.

Iterum quoque dicit enarrans opiniones Græcorum Philosophorum, Nam animatus sit Mundus, vel non. Sic enim alij quidem omnes animatum esse Mundum, & providentia administrari dixerunt. Democritus autem & Epicurus, & quotquot atoma ac vacuum introducunt, neque animatum esse, neque prudentia administrari, sed natura quadam irrationali sic se habere asserunt.

De Aristotele autem quid existimariit subiicit.

Aristoteles neque animatum totum per omnia, neque rationale, neque providentia administrari dicit: sed cælestia quidem societatem horum omnium habere, & sphaeras continere animatas & vitales: terrena autem nihil horum, bonum autem ordinem per euentum, non per providentiam sortiri. Et hæc quidem de illis.

BASILIVS in Hexæmeron Homilia tertia, dum in Origenem, & Apollinarium, qui aquas superas Angelos, & inferas Dæmones esse dixerat, inuehitur, in hæc incidit verba.

Neque enim Cæli anima vlla informantur, quia gloriam narrant Dei: neque firmamentum animans sensu præditum esse censemus, quod effectiorem manuum ipsius itidem annuntiat, ut astruat aliquis & interpretetur hosce Cælos virtutes esse quasdam contemplationi concreatas, firmamentum verò facultates quæ operose admodum, & efficaciter fungantur officio, nempe operatrices: nos sanè eiusmodi definitionem ut arguta quadam sita que acrimonia adornatam non negamus, at eandem non continuè veram esse concedemus. Secundum enim hanc interpretandi formulam, ros, pruina, frigus, & æstus, quod apud Danielem iussa sint concelebrare hymnis vniuersorum opificem, mentes quadam erunt, nimirum intellectu præditæ, simul & inuisibilibus naturæ.

Quibus etiam adductam Psalmi auctoritatem egregiè illudit.

AMBROSIVS Hexæmeron libro secundo, capite quarto, eadem concisius repetit.

Nec præterit retulisse aliquos Cælos Cælorum ad intelligibiles virtutes, firmamentum ad operatorias, & ideo laudare Cælos vel enarrare gloriam Dei, & opera manuum eius annuntiare firmamentum. Sed non quasi spiritalia, sed quasi opera Mundi enarrant, quemadmodum supra diximus. Alij quoque purificatorias virtutes interpretati sunt aquas, quæ super Cælos sunt: Accipimus hæc quasi ad tractatus decorem: nobis tamen non alienum videtur atque absurdum, si aquas veras, propter illam causam quam diximus, intelligamus. Nam & ros, & gelu, & frigus, & æstus secundum hymnum propheticum benedicunt Dominum, benedicit & terra: & illa non ad intelligibiles naturas referimus, sed ad veritatem. Laudant etiam dracones Dominum, quia natura eorum & species eum videtur, non minimum vel decoris offundit, vel inesse rationis ostendit.

REGORIUS Nazianenus Oratione Panegyrica in Christi Natiuitate, quæ est trigesima octaua, & Oratione secunda in Pascha, quæ est quadagesima secunda,

cunda, cum duplicis Mundi natalia enarrasset, superni nempe & intelligibilis, in quo Angeli confident; & sensibilis huius nostri, Oratione quadragesima secunda hac adiecit ob scura quidem narratione.

Enimvero mens iam & sensus, sic inter se discreta, finibus suis se continebant, effectorisque Verbi maiestatem in seipsis ferebant, taciti laudatores insignis opificii, & canori præcones. Nondum autem ex utroque temperatura vlla erat, aut contrariorum mixtio, quæ sublimioris sapientia, ac circa naturarum creationem varietatis, & excellentiæ specimen exhiberet, nec omnes bonitatis diuinitæ notæ atque spectatæ erant.

P S E L L V S Commentator Gregorij insignis, ex præfatis ipsius verbis Cælos non animatos esse elicit.

Quod autem mentem omnem, ac sensum omnem à prima mente procreata esse ait, carpere atque insectari mihi hoc loco videtur, cum Platonice imposturas, tum ea quæ Iamblichus & Porphyrius & Proclus de Cælestibus sphaeris uanè atque ineptè disseruerunt. Omnia enim quæ Luna superiora sunt, anima prædita esse pronuntiarunt. Theologus autem nondum extitisse animam docet, cum iam sphaeræ omnes create essent.

C Y R I L L V S libro secundo contra Iulianum, Platonem Cælum atque Mundum animatum astruentem his rejicit.

Iam quod Cælum, hoc est Mundum, planè non sit animal, neque animatum omnino, etiam absque alijs, quos sapientes vocant, ad reprehendendum sufficit Aristoteles ille Platonis discipulus, qui dixit, ut dudum affirmauimus, neque animatum totum omnino Mundum, neque rationalem, neque mentalem. Itaque quod totum omnino Mundum, vel Vniuersum, ut interdum vocant, neque animatum, neque mentalem esse dicendum, permittat illi veritatis potentia: domesticè, ut dixi, & ex familiarissimis sufficientissimè se opponentes habet.

Præterea Iulianum ipsum redarguit libro asserto, quod Cælum dixerit ab anima meliori in illo inhabitante deferri, quemadmodum anima nostra corpora ipsa moderatur. euincitque; amplius, quod Cælum Dei enarret gloriam, non ut spiritus intellectu decoratus, sed ut creatura rationis expers, Dei Satoris artem ostentans.

Nouit autem illos & enarrare gloriam Dei. Quomodo, vel qualiter? Etenim qui ea ex quibus sunt & facta sunt, benè admirantur, & illis tanquam voce quadam vtuntur. Etenim eximia & egregia licet voce careant, quodammodo tamen clamant, artificis artem in se ostendentia.

Ex quibus clarè intulit se lumiferos orbis inanimes reputasse.

C H R Y S O S T O M V S Homilia in Psalmum quartum, execrans Gentilium sententiam, qui astra diuos existimabant, in hac incidit verba, præcipue de Sole.

Si autem Iuppiter est aër, nec fuit alicuius pater, nec aliquam peperit substantiam, cuiusmodi constringunt Solem, quem etiam vocant Apollinem, & eum dicunt esse eius filium: nec enim Sol habet rationem, nec mentem, nec cogitationem: sed ipsum etiam est opus naturale, quod agitur & circumfertur lege, quam ei Deus in principio posuit.

T H E O P H I L V S Alexandrinus Episcopus Epistola Paschali prima D. Hieronymo interprete, luculentius Origenis assertionem de astrorum animatione his redarguit.

Denique Sol & Luna, duo magna luminaria, & stella reliqua, antequàm hoc essent, in quod eas creatas quotidiani cursus testatur officium, non erant absque corporibus, nec propter aliquas causas, simplicitatem pristinam relinquentes, corporibus circumdata sunt, ut ille somniat contraria fidei dogmata struens: nec animæ in Cælorum regionibus aliquid peccauerunt, & idcirco in corpora relegata sunt.

D A M A S C E N V S Orthodoxæ Fidei libro secundo, capite sexto, & astra inanima expresse diffinit, & pluribus satisfacit auctoritatibus scripturarum intellectum illis imputantibus.

Nullus etiam Cælos aut luminaria orbitretur animata, inanima enim sunt & insensilia. Quare si Scriptura dicit; Letentur Cæli, & exultet terra, Angelos qui sunt in Cælo, & homines qui in terra, ad latitiam vocat. Nouit enim Scriptura prosopopæiam, personarumque fictionem usurpare, & de inanibus ut de animatis dicere, ut; Mare vidit, & fugit, Iordanis conuersus est retrorsum. Et; Quid est tibi mare quod fugisti? Et; Montes & colles interrogantur sermones exultationum. Quemadmodum & dicere consueuimus, congregata est ciuitas: non adificia significare volentes, sed ciuitatis habitatores. Et; Cæli enarrant gloriam Dei: non vocem quæ sensilibus auribus hauriatur emittentes, sed ex propria magnitudine opificis virtutem nobis insinuantes, quorum pulchritudinem concipientes, factorem ut optimum artificem, admiramur, glorificamusque.

L A C T A N T I V S Diuinarum institutionum libro secundo, qui est de Origine erroris, Stoicorum Sententiam, quæ ex certo, inuolabilique cursu astrorum, ratio-

Pfal. 95.

Pfal. 115.

Pfal. 18.

rationem, diuinitatemque in illis arguebat, capite quinto, & octauo, impugnat eleganter, reflexo in eos argumento.

Quid, quod argumentum illud, quo colligunt vniuersa cælestia Deos esse, in contrarium valet? Nam si Deos esse idcirco opinantur, quia certos & rationabiles cursus habent, errant. Ex hoc enim apparet Deos non esse, quod exorbitare illis à præstitutis itineribus non licet. Cæterum si Dij essent, huc atque illuc passim sine vlla necessitate ferrentur, sicut animantes in terra, quorum quia liberae sunt voluntates, huc atque illuc vagantur, ut libuit: & quo quandoque natus duxerit, eò fertur. Non est igitur astrorum motus voluntarius, sed necessarius, quia præstitutis legibus, officijsque deseruiunt.

P R O C O P I V S D. Basilij doctrinam sequutus Commentarijs in Genesim, ostendens aquas superas, ac cælestes, ob id Angelos dicendas non esse, quod Deum laudent, adiicit.

Siquidem nec Cæli animati sunt, licet Scriptura testetur eos enarrare gloriam Dei. Nec firmamentum animal esse, credendum est, est, ut docet Scriptura, opus manuum eius annuntiet. Scimus, ut indicat Scriptura, rorem, pruina, frigus, & æstus laudare opificem. Verum alia ratione quam nos præsumimus, creatorem laudibus vehunt. Ratio mirabilis, quæ in his animaduertitur, à sapientibus viris si probè fuerint intellecta, & percepta, homines eò impellit, ut creatorem laudibus cohonestent.

Ex Neotericis Doëtoribus adfunt quamplures id ipsum sentientes.

D. BONAVENTURA secundo Sententiarum, distinctione quartadecima, hanc sententiam mordicus tuetur, ac sustinet, adeo ut aliam sententiam falsam, & erroneam appellet.

Astra anima prædita esse asserere, est contra Damascenum, qui dicit Cælos esse inanimatos, & insensibiles. Hoc etiam est contra Hieronymum, adeo ut dicere astra esse animata, dicat hereticum: unde hoc enumerat inter hæreses Origenis. Augustinus autem retractat, quia dixerat in libro De immortalitate animæ, non tamen omnino tanquam falsum condemnat. Ait enim sic in libro Retractionum; Animal esse Mundum (sicut & Plato sensit, alijque plurimi) non ratione certa indagare potui, nec diuinarum Scripturarum auctoritate persuaderi posse cognoui. Unde tale aliquid à me dictum, quo accipi possit, quod animal sit Mundus, temerè dictum reprehendo, non quia hoc esse falsum confirmo, sed quia nec verum esse comprehendo.

C A T H E R I N V S Enarratione in primum caput Genesis, Caietanum, quem sibi perpetuum asciuerat hostem, acrius redarguens, astra inanima esse non modò fatetur, sed pro viribus etiam nititur defensare.

Caietanus nedum hanc rem dubiam esse ponit, verum etiam eam partem, quæ Cælos animatos asserit, ab Ecclesia electam docet: quoniam in præfatione sacri Canonis canit; Cæli Cælorumque virtutes, ac beata Seraphim &c. quæ laudant, & concelebrant Domini virtutem ac maiestatem: quod facere, nisi animati essent, minime possent. Unde & alibi hanc sententiam probabiliorē tradit. Quo in loco dupliciter peccat. Primum ponens Ecclesiam in Hymno sancto vnam asserere questionis partem, quam tamen ipsamet Ecclesia dubiam esse concedat. At cuius sapientiæ esset, eius problematis partem asserendam suscipere, de cuius veritate etiam formidaret? Quis prudens hoc ausit, & maximè in cultu Dei, & cum Deo loquens? Sunt enim assertionis verba, & ad Deum directæ; Per quem maiestatem tuam laudant Angeli, quod sub eodem sermonis cursu de Cælis dicitur. Peccat secundo, supponens Ecclesiam eligere eam partem, quæ minus habeat probabilitatis, immò quæ nec à Christiano, si rectè cogitemus, defendi potest.

Insudant Neoterici, ut plura pro hac sententia deducant argumenta; sed duo tantum, quæ (ut mea fert opinio) conspicua, & summi ponderis sunt, excerpere liceat. Primum autem pro hac assertionem fas erit hoc dilemma proferre. Si Cæli, & astra animata sunt, illorum animæ, quæso, quando conditæ fuere? Num ante vel post Cælos ipsos? An potius simul cum ipsis corporibus cælestibus? Si ante vel post, igitur formæ perficientes, & vitæ largiètes non sunt. Substantifica enim forma quæ perficit, simul oritur cum eo, cuius est forma, ex duodecimo Metaphisicæ, & ex Concilio Viennensi in Clementinis De summa Trinitate, & Fide Catholica, & ex Concilio Lateranensi sub Leone Decimo, sessione decima. Amplius si ante, tunc ociosæ extra suum sibi congruum corpus permanissent. At si post, accidentia fuissent; quod enim enti in actu (inquiunt Peripatetici) superadditur, accidens est. Si verò in ipsa emolitione Cæli vnà cum ipso conditæ fuere, sicuti animæ nostræ in ipsa corporis formatione creantur, ac infunduntur: tunc ego peruncutor; Aut protinus naturaliter fuerunt beatæ, aut viatrices. Non beatæ, nec enim cuiquam præter Deo gratia, & gloria potest esse naturalis: quare qualibet simplex creatura mentis compos, viatrix creatur; istudque fuit animæ Christi præcipuum specimen, ac priuilegium, ut beata emanarit. Quod si non beatæ,

Pfal. 18.

Argumenta, quæ hanc sententiam firmant.

tex. 16. & 17.

beatæ, sed viatrices productæ statuentur, altera certè trium rationum id euenisse perhibendum est. Aut enim tales factæ sunt, quòd potuerint mox beatitudinem peccando amittere, vel eam bene merèdo consequi: adeo vt mox vel ad ipsam gloriam assumptæ fuerint, vel è Cœlo deturbatæ. Aut secundo loco, in corporibus illisita conuertibiles effectæ sunt, vitamq; ea lege degunt, vt simul & delinquere, & ad Deum redire queant; Aut postremo, animæ illæ ex primo earum merito, & alicui legi obtemperatone, adeo in gratia fuere cõfirmatæ, vt licet viatrices adhuc, impeccabiles tamen perdurent, quòd per continuam perennemque in electorum gratiam Orbium conuersionem meritis iugiter cumulatis & adauctis, æternam tandem nulloque sine claudendam gloriã consequantur. Quòd si potuerunt peccare, donemus eas peccasse; possibili siquidem posito in esse (inquiunt Dialectici) nil inde consequi potest absurdum; si autem peccarunt, igitur & pulsæ fuerunt è Cœlo. Nam credibile non est, cæteris malis Angelis de Cœlo deturbatis, ac in Infernum detrusis, animas istas in Cœlis remansisse, cum Cœlum non sit sedes damnatorum, sed beatorum. At si eiectæ, & aliæ earum loco suffectæ; corrupta igitur sunt astra, dempta illis specifica eorum forma, & alia substituta. Sed asserent fortè isti, quòd animæ illæ nullo crimine foedatæ fuerint, quinimò ad Deum versæ promeruerint æternam gloriam, ad ipsamque mox fuerint euectæ. Tunc ego sciscitor: Si ad beatitudinem mox assumptæ fuere, nunquid cum corporibus? id certè eruditus nullus vnquam meritò asseuerabit. Primum quòd & ipsæ sint, de quibus Paulus inquit; Quòd subiectæ sunt in spe, expectantque reuelationem filiorum Dei, & ingemiscunt vsque adhuc. Deinde quia beatitudo adepta omnem merendi rationem excludit: quare eas & beatas, & agitatione orbium adhuc mereri, vt maiorem nanciscantur felicitatem, ineptum est affirmare. Tandem quia beatitudo in quiete, ac Dei fruitione consistit. Quocirca ipsas animas esse beatas, & simul corporibus non glorificatis, instauratisque esse coniunctas, & natiuas in eis exercere operationes, arduum, & ineptum quid implicat. Adijcias, quod duæ beatitudinis species illis contingerent: Altera in corpore corruptibili, in corpore restaurato altera; & cum hæc sit potior præstantiorque prima, sequeretur nunc eas non esse perfectè beatas. Accedit, quòd post Mundi instauracionem cessante motu, ipsis aliquid nocuum ac uiolentum eueniret, nempe motus vacatio, qui earum naturæ etiam beatæ competeret. Et rursum, vel beatæ remanerent animæ in ipsis corporibus restauratis post iudicij diem, vel corporibus exuta Empyreum conscenderent: si annexæ corporibus perpetuò permansuræ essent extra Empyreum, non proprium & præstantissimum, vti Empyreum est, obtinerent beatitudinis locum: si verò illis exuta Cœlos scanderent, deterioris conditionis essent homine ipso, cum ille nō quidem sicuti homo in proprio corpore, ad quod summam habent propensionem, beatæ effici possent. Sed amplius, si astrarum animæ sunt beatæ, igitur astra à nobis colenda, tum ratione animarum, quæ iam gloriam nactæ, consequunturque sunt, tum ratione orbium; quia si Sanctorum reliquias, etiam si sanctissimis illorum animabus non animentur, adeò reuerenter veneramur, multò magis corpora hæc ab his beatis animabus viuificata, & tã singularis pulchritudinis, & virtutis dotibus prædita, veneranda forent. Quin humili corde eas colere, precibus inuocare, eis dicare sacrareq; tēpla, & altaria erigere deberemus, & cum Gentilibus Saturnū, Iouem, Martem, Solem, Venerem, Mercurium, Lunam diuos appellare. Quo quid insulsius? Erit certè Elinismum iam pridem mortuum in vitam ab Orcho reuocare, contra illud, quod olim per Mosem præcepit Deus; Ne fortè eleuatis oculis ad Cœlum, videns Solem, & Lunam, & omnia astra Cœli, & errore deceptus adores ea, & Cœlos, quos creauit Dominus Deus tuus in ministerium cunctis gentibus, quæ sub Cœlo sunt. Nec scien-
ter admittere quis posset, Solem, Lunam, & astra, non Latriæ, sed Dulia: ueneratione prosequenda esse, sicut ceteros beatos veneramur. Hoc siquidem esset ab Ecclesia institutis ad Gentium mores transire desistereque. Iam verò si animæ illæ, ita vitam degunt, vt & peccare, & poenitere, ac resipiscere queant, igitur mereri, & demereri, proficere, & deficere possunt: igitur humanæ sunt, neque ad Angelorum acies spectant; quamobrem & ipsæ a Christo redemptæ sunt. Atque hoc erit placitum illud Origenis execratū, exhibitatū, explosum, protritū à Patribus & S. Ecclesia. Asserunt alij, quòd viatrices

Rom. 8.

Deut. 4.

trices gratia munitæ persistant, sed in statu merendi vsque ad Iudicij diem: tanquam liberæ eas creauit Deus, præsciueritque eas minime peccaturas, atque in ipsarum natali gratiam eis contulerit, qua bene vsq; recteque Deo obsequentes, in ea confirmari meruerint, & non interrupta orbium conuersione, diuinisque legibus obtemperatone, maiorem semper gloriam adipiscantur. Porro hoc asserere est ab Origenis placito declinare, qui eas viatrices puras, in vitijs ac virtutibus, merito & demerito progressum habentes censuit: atque à Philone, & Caietano abscedere, qui eas beatas tradit; ac denique nouam, & peculiarem sententiam astruere ab omnibus recitatis alienam, sed validissima admodum à Nuperis existimatur iam prodita ratio D. Thomæ quæstione septuagesima primæ partis, articulo tertio. Ex qua hanc ego depromo. Corpus animæ vt ad miniculum ad suas operationes & functiones obeundas tributum esse liquet. Sed animabus illis nutritiuæ operationes, quæ sunt augere, & generare, non cõpetunt; cum nec augmentum suscipiant, nec prolem edant cœlestes naturæ: Nec etiam congruunt eis functiones appetentis virtutis, cum hæc uis insequatur sensum, sensus verò orbibus & astris nō insunt: Nec intelligentis, cum Phantasmata, quibus semper eget intellectiua facultas, ex sensilibus prodeant, astra verò sensu prædita non extent. Remanet igitur, vt motio sola sit operatio illa, cuius ratione anima cum orbibus connectatur. Verum cum ad excitandum motum in orbibus ipsis, necesse omnino non sit, vt anima vnatur eis, tanquam forma, sed sufficiat per contactum; Igitur astris, corporibusque Cœlestibus adsunt intelligentiæ non ut formæ informantes (sic. n. loquuntur Scolastici) sed eo modo, quo motor uirtutis suæ contactu mobili vnatur, formæque assistentes non informantes existimandæ erunt, & æqui uoca prorsus ratione animata astra iudicari poterunt. Hæc ille. Adijcere quoq; his licet, quòd si Cœlos, astraque anima prædita perhibeamus, motionem etiam illis intrinsecam, adeò ad perfectionem eorum spectare dicendum erit, vt post iudicij diem vacatio ab ea ipsis uolenta sit euentura, & illa nunquam à conuersionibus suis sua natura sint temperatura, quemadmodum & Scotus uisus est sensisse.

A V C T O R

Supereft, ut in re tam ardua, quid sentiam periclitè expromere. Auicennæ ac Simplicij sententiæ, quæ astra sensilia astringit, sensumque eis solummodo internum, nempe phantasmata, siue etiam externos, uidelicet uisum, auditum, ac tactum ascribit, exploranda prorsus ac reijcienda est, non tantum ob deductas à D. Thoma, & Alexandro rationes, sed etiam quoniam uis illa sensilis alterius generis esset, nobisque imperfecta; quandoquidem consuetis non insideret organis. Cœlum nanque, & astra, etsi elementata, ut homogenea tamen membrorum seiunctionis expertia sunt; nec medio aëre aliquid sensibus haurirent, cum aër ætheream non excedat regionem: quare superuacanea omnino in ipsis sensilis illa uirtus remaneret. Neque etiam per Phantasmata eas intelligere asserendum esset, id enim nullus Philosophus, ac Theologus annuit unquam. Philosophi nanque eas animas diuas, & intelligentias appellant, & præcipue Aristoteles; Theologi uerò ac Patres omnes in Angelorum societatem eas redigunt.

Origenis placitum duo prorsus execranda, atque sacris dogmatibus aduersantia supponit. Alterum animas Cœlorum, sicut & humanas, longe ante Mundi constructionem emanasse, atque ut in corpora detruderentur, promeruisse. Dogma siquidem istud inuifum semper fuit omnibus Patribus, & ipsum plures, ac pluribus redarguunt.

THEOPHILVS Alexandrinus Episcopus, libro primo Paschali, à D. Hieronymo translato, cum Origenem Hydram appellasset Hæreseon, ita præcipue rem hanc ei exprobrat.

Denique Sol & Luna duo magna luminaria, & stellæ reliquæ, antequam hoc essent, in quod eas creatas quod tidiani cursus restatur officium, non erant absque corporibus, nec propter aliquas causas simplicitatem pristina relinquentes, corporibus circumdatæ sunt, ut ille somniat contraria fidei dogmata struens. Nec animæ in Cœlorum regionibus aliquid peccauerunt, & idcirco in corpora relegatæ sunt. Si enim hoc ita esset, oportueret Saluatorem nec ipsum corpus assumere, & animas de corporibus liberare: debebat eo tempore, quando in baptisate peccata dimittit, statim baptizatam de corporis uinculis soluere, quæ propter peccata in condemnatione peccati facta commemorat.

Auicennæ opinio astris sensus tribuens improbat.

Origenis placitū animas ante Mundi constructionem emanasse reus repudiat.

EPIPHANIUS Epistola ad Ioannem Episcopum Hierosolymitanum, de animabus nostris id impiè assertum his edocet.

Illud quoque quia Origenem dicentem patitur, quod animæ, Angeli fuerint in Cælis, & postquam peccauerint in supernis, directas esse in istum Mundum, & quasi in tumulos & sepulchra, sic in corpora ista relegatas, penas antiquorum luere peccatorum, & corpora credentium non templa Christi esse, sed carceres damnatorum? Exinde veritatem historię, allegorię deprauans mendacio, infinita verba multiplicat.

Prosequiturque amplius Epiphanius pluribus argumentis hoc Origenis placitum elidere, ac profligare.

HIERONYMUS ad Pammachium aduersus errores Ioannis Hierosolymitani, inter Origenis errores hunc pariter secundo loco enumerat.

Secundum, quod in hoc corpore, quasi in carcere sunt animæ relegatę, & antequam homo fieret in Paradiso, inter rationabiles creaturas, in cælestibus commoratae sunt: unde postea in consolationem suam animam requirit in psalmis; Prusquam humiliarer, ego deliqui; Et; Reuertere anima mea in requiem tuam. Et; Educ de carcere animam meam: & cetera his similia.

Psal. 113.
Psal. 114.
Psal. 141.

Et post prolixiori tractatu ipsum euerit, & confutat. Quantum autem spectat ad ea, quæ Origenes de Ioannis Baptiste, ac Hieremię animabus prodidit, quod scilicet, dum adhuc in utero matrum ipsi degeret, ex præcedentibus earum meritis, singularibus decorati sint priuilegijs, singularibusque gratijs: profectò hæc nedum falsa, verum & impia sunt: quamuis enim Deum singularia in animas illas beneficia contulisse Theologi edoceant: fatentur tamen & astruunt, id non ex præcedentibus illarum meritis cõtigisse, sed ex suprema & nunquam exhausta Dei optimi liberalitate secundum præscientiã, ac prædestinationem, qua Deus non potest esse personarum acceptor.

Origenis aliud placitum refellitur.

Execrandum alterum Origenis placitum erat, animas Cælorum virtutis, ac uitij nõ tantum capaces fuisse, sed esse adhuc, eo euentu, ut à virtute ad vitium, & è contra hominum more transire, peccati que labe maculari possint, delata in huius erroris comprobationem auctoritate & attestatione Iob, qui ait; Stellæ mundæ non sunt in conspectu eius. Hoc certè placitum impium, falsum, execrandumque existimarunt omnes præsci Patres, ac nuperi Theologi, omnisque schola, & gentilis, & Christiana: Tum quia animæ illæ ad intelligentiarum & Angelorum societatem redigantur, qui semel se cõuertere possunt, quod autem conuersi fuerint, immobiliter ibi persistunt; & à natura animæ humanæ eximuntur, quæ hoc in corpore detrusa, sapius auerti, ac conuerti potest vsque ad momentum, quo vinculis corporis exoluitur: tunc siquidem vbi exciderit lignum, ibi manebit; Tum quia si peccato afficerentur illæ animæ cœlestes, redemptione etiam indigerent; Christum autem Deum ac hominem humani tantum generis fuisse redemptorem, propterque nos homines, & propter nostram salutem tantum descendisse de Cœlis, omnes Scripturæ contestantur, Fidesque Catholica decernit.

Iob. 25.

His ita reiectis, arbitror ego quæstionem hanc, Num astra sint anima rationali prædita, necne, problema esse neutrum in uia Patrum. Neutrum inquam, quoniam vtraque pars hinc & hinc disputationibus iactatur. Moueor ad hoc affirmandum ex eo quod præstantissimi ad sint utrinque assertores, & propugnatores; ex eo quod Philosophorũ Princeps Aristoteles, Doctores ecclesiastici celeberrimi, D. Augustinus, & Hieronymus, & scholasticorum dux D. Thomas, in utranque rari uideantur sententiam, vel non audeat tantam litem definire, ut supra demonstrabamus: ex eo, quod rationibus vtrinque allatis satisfieri queat: moueor tandem ex eo quod Ecclesia sub anathematis poena neutram damnauerit, seu exploserit partem. Cæterum, quanquam problema hoc neutrum censeam, longè tamen acceptior, probatiorque ea sententia omnibus visa est, quæ astra inanima perhibet. Hæc siquidem præstantiores habet Patres, Basilium, Ambrosium, Cyrillum, Damascenum, Lactantium, qui & in eam Augustinus, Hieronymus, D. Thomas magis declinare videntur. Hæc scholasticorum ingenti acie munitur. Hæc minoribus obuoluitur difficultatibus. Hæc à communi Christicolarum opinione recipitur, Hæc tandem idololatrię occasionem conterit, ac deturbat. Hæc apud ignaros disceptata, nullam ipsis defert animi perturbationem.

Neque etiam arduum erit allatis ex aduersa parte Scripturę auctoritatibus satisfacere, si ingenuas earum interpretationes studebimus afferre. Primus ille ab Origene exci-

excitatus locus ex Iob; Et stellæ non sunt mundæ in conspectu eius, se ipsum declarat. Contendens siquidem Baldad Suhites demõstrare, quod nemo Deo comparatus mundus comperiat, multò minus homo qui putredo est, & filius hominis vermibus, eleganter astrorum, (quorum nitor adeò purus apparet) metaphoricam comparationem profert, aitque; Nunquid iustificari potest homo comparatus Deo? aut apparere mundus natus de muliere? Ecce Luna non splendet, & stellæ non sunt mundæ in conspectu eius. Comparatio hæc est à splendore Lunæ, & stellarum sumpta, non enuntians propositio, quod stellæ non sint mundæ, quasi animatæ in conspectu eius.

Iob 25.
Locus Iob
declaratur
Stellæ non
sunt mundæ
&c.

ORIGENES ipse Commentarijs in librum Iob, hanc intulit interpretationem his verbis.

Non mundæ igitur sunt, non quidem ratione conuersationis, sed ad effectoris dignitatem.

Illud verò Esaiæ; Omni militiæ Cælorum mandauit iam ingenuè D. Basilus interpretatus est, ut supra retulimus. D. Pauli adducta sententia clarissimè euincit ipsum de omni creatura Mundi, ac de ipso Orbe, qui nunc corruptioni subijcitur, verba facere, asserereque omnem creaturam ex naturali quadam infita spe, expectare reuelationem filiorum Dei, ac per eos reparationem suam, adeò ut propter hoc ingemiscere perhibeatur. Quæ dicta esse et metaphora clarissimum est. Quod si ex hoc, quod Paulus de omnibus protulit creaturis, astra animas habere inferatur, pari arbitratu & omnia insensilia, nedum anima, sed etiam intellectu esse prædita asseuerandum foret. Demum Psalmi auctoritatem à Caietano deductam, cui ipse maximè innitebatur; Qui fecit Cœlos in intellectu, non rectè à Caietano ventilatam esse nouimus, aliter enim eas Patres explanarunt.

Esa. 45.

Locus Psalmi, Qui fecit Cœlos in intellectu, exponitur.

AVGVSTINUS Enarratione in Psalmum centesimum trigessimum quintum.

Qui fecit Cœlos in intellectu, vel, sicut alij interpretati sunt, in intelligentia, vtrum Cœlos intelligibiles significare hoc modo voluerit, an in suo intellectu, vel in sua intelligentia fecisse Cœlos, hoc est, in sua sapientia, sicut alibi scriptum est; Omnia in sapientia fecisti: eo modo insinuans vnigenitum Verbum, quæri potest.

Psal. 103.

Concluditque interpretandum esse, in intellectu, hoc est, in sua sapientia.

EUTHYMIUS pariter eundem locum explanans, inquit.

Qui fecit Cœlos in intelligentia, in sapientia nimirum.

CASSIODORUS similiter Expositione in eundem Psalmum.

Cœlos in intellectu fecit, potentiam ipsam dispositionis expressit. Et Post. In intellectu ergo Cœlos fecit, quia nulla confusione, nulla inordinatione, nulla infirmitate creati sunt, sed distincti, atque compositi creatoris sui voluntate peraguntur.

HAYMO quoque eadem verba eodem modo interpretatur.

Qui fecit Cœlos, non ad aliquod exemplar, sed intellectu, prout in mente sua disposuit, sed per suam sapientiam, in quo intelligimus illos Cœlos ornate & politè esse factos.

BRVNNO Carthusianus ab istis non dissentit.

Fecit Cœlos in intellectu, id est, in sapientia sua. Si dicamus de Domino Patre, dicemus, quod Cœlos fecit in sapientia, id est in Filio. Vnde Psalmographus alibi; Verbo Domini Cœli firmati sunt. Si vero dicamus de Domino Filio, dicemus quod Cœlos fecerit in seipso, id est, per seipsum, qui est sapientia Patris, non per vires alienas.

Psal. 77.

VIELMIUS clariùs lectione decimanona.

Qui fecit Cœlos in intellectu, non rectè à Caietano exponitur, qui fecit Cœlos intellectuales; vel quantum ad substantiam, quod est dictum, mente, & intellectu præditos: vel quantum ad eorum motum, quia nimirum intellectu progreditur: sed refert Prophetam intellectum ad eorum opificem, non ad Cœlos: ut sensus sit; Cœlos condidit intelligentia quadam admirabili, ac singulari ingenio, summaque industria.

Et rectè incedunt hæc interpretationes, cum phrasia Hebraica sapius In pro, Per, vel Cum uti soleat. Excipias igitur ex his expositionibus, seu Deum effecisse Cœlos in sapientia, hoc est, in Filio, seu in intelligentia, hoc est, summa arte, certè non concludunt fecisse Deum Cœlos intellectu præditos. Auctoritatem præfationis Canonis Catherini, ut supra retulimus, acrius reijciebat, tanquam intempestiuè, nec opportunè deductam, sed locum interpretari effugit. Indagandum igitur propterea, quid nomine virtutum Ecclesia contendat, cum ait; Cœli cœlorumque virtutes. Recensuit enim

Præfationis
verba; Cœl
cœlorumque
virtutes ex
plicantur.

prius Angelos, Dominationes, & Potestates dicens; Per quem Maiestatem tuam laudant Angeli, adorant Dominationes, tremunt Potestates &c. Subnectit deinde; Celi Cœlorumque virtutes, ac beata Seraphim sociâ exultatione concelebrant. Sentiunt alij virtutes Cœlorum in sacris literis dici omnia, quæ in Cœlis continentur, vt Sol, Luna, sydera, lux, motus, vires, proprietates, influxus. Quapropter prosopopœiam esse manifestam, cum Ecclesia ait virtutes Cœlorum laudare Dei Maiestatem, videlicet, quod nos Deum laudare excitent, & alliciant. Cæterum ratione & argumentum Caietani non euertit hæc interpretatio; in consentaneum enim videtur, Ecclesiam in Canone Angelorum ordines quosdam cum rebus insensatis congerere, & eadem narratione asserere, virtutes, ac beata Seraphim sociâ exultatione concelebrare, cum tantum interfit inter astra rationis expertia, & Angelos; & tam diuersus sit concelebrationis modus: cum illa per prosopopœiam, hi infallibili modo, & propriè Dei præconia concelebrant, adeo vt sociâ exultatio inter ipsas non nisi inscienter dici queat. Ioannes Stephanus Durantus de Ritibus Ecclesiæ Catholicæ libro secundo, capite trigesimo primo, hanc interpretationem hismet rationibus repudiavit. Sentiunt alij virtutum nomine intelligentias ipsas motrices orbium venire, intelligentias inquam eas, quas Platonici Mundi principes sub principe Deo, & Iouis pedissequas appellant. Verum neque hæc commentatio Caietani sententiam elidit. Siquidem nec consentaneum videtur, Ecclesiam cum classibus ordinum Angelorum, Dominationum, Potestatum, & Seraphim, intelligentias numero adeo exiguo collocasse. Deinde, vt quid Celi cœlorum dixit, cum Cœlorum intelligentiæ tantum dicantur: iuxta illud, Virtutes cœlorum mouebuntur, & non Celi cœlorum, hoc est Empyrei. Nam, vt supra adnotabamus, ex Patrum decretis Cœlorum Celi nomine supremum ipsum Cœlum, vel coruscâtissimum Empyreum exprimi consuevit. Sunt qui Virtutum nomine omnes Angelos capiant.

CLEMENS enim Recognitionum libro secundo.

Virtus enim non solum creator Mundi dicitur, sed & ministri gloriæ eius, omnisque militia cœlestis.

GREGORIUS etiam Magnus Homilia prima in Euangelia.

Quid etenim Dominus virtutes Cœlorum, nisi Angelos, Archangelos, Thronos, Dominationes, Principatus, & Potestates appellat?

DVRANTVS itaque loco asserto.

Quare hoc loco Celi Cœlorumque virtutes, cœlestes omnes spiritus significant. Celi enim plerumque pro Angelis Iob quintodecimo, vbi Hebraeus habet; Celi non sunt mundi, Chaldaeus interpretatur; Angeli in excelsis non sunt mundi. Nam, vt ait Florianus magister post Seuerianum, cum longum foret in istâ gratiarum actione, totos Angelorum ordines, qui nouem in Scripturis inueniuntur, sigillatim ponere, post Cœlos ponuntur virtutes, quo nomine omnes cœlestes spiritus appellari solent, vt est illud Psalmi; Dominus virtutum, ipse est rex gloriæ. Et, Verbo Domini Celi firmati sunt, & spiritu oris eius omnis virtus eorum. Et rursum; Benedicite Domino omnes virtutes eius.

Cæterum si hoc loco non commemorata essent nisi virtutes, prout in locis à D. Gregorio, & Duranto prolatis solâ recenserentur, proficiscerer & ego certè in hæc sententiam. Sed cum ante virtutes nominentur Angeli, Dominationes, Potestates, & deinde Seraphim: persuadere mihi non possum, quod confusè & permistè recenseat Ecclesia Choros nonnullos, ac deinceps inter ipsos nomine virtutum Angelos omnes interferat. Arbitror potius hanc perplexam, & inconditam narrationis ordinis seriem Ecclesiæ non ascribendam esse. Quapropter ijs potius adhærerem, qui virtutum nomine ordinem Virtutum vocari diiudicarunt, tanquam post enumerationem ordinis Angelorum laudantium, & Dominationum adorantium, & Potestatum tremantium Deum, recenseat & Virtutum ordinem; quibus Deus Cœlis, rebusque omnibus vim ad suas operationes explendas impertitur; vel per quas signa, & miracula frequentius fiunt: Et Seraphim, qui exardescunt, tanquam ex certa officiorum congruentia Deo in ipso Empyreo proximiores. Locum à D. Hieronymo excitatum; Gyrum gyrando pergit spiritus, ipsemet Hieronymus interpretatur, & ingenue Solem spiritum dici, non naturâ, sed effectu, non quod spiritus ipse sit, sed quia spiret, ac viuificet. Cæteras auctoritates, quæ metaphoram, vel prosopopœiam sapiunt, Basilii, Ambrosii, & plurimi Patrum; sed enucleatus Ioan. Damascenus interpretatur, edocens Scripturas præcipuè in Psalmo centesimo quadragesimo octauo, & trium Puerorum hymno,

Psal. 133.
Psal. 132.
Psal. 102.

Eccle. 1.
Sol quare spiritus dicatur.

hymno, insensibilibus sapius munera, ac partes ratione pollentium, per metaphoram, & prosopopœiam ascribere, & applicare.

Dato astra animata esse: Num viatrices, num beatorum anima sint censenda.

Afferbamus insuper, non adeo contemnendam esse eam sententiam, quæ astris animas ascribit, vt ob id indocti ineruditi que censendi sint, qui in ipsam declinarunt. Verum id animaduertendum duco, eam inter grauissimos atque eruditos viros in scholis, & non in Ecclesijs coram rudibus discutiendam, & cribrandam esse, eo quod maximè ardua sit cognitu, & quod si impij Idolorum cultu in eis non excitaret confusilis disceptatio, saltem latissimam viam complanaret ad venerationem astris exhibendam, & ad eorum intercessionem expetendam, atque ad eorum preces, vti Sanctorum, exposcendas; cum simplicis ingenij viri, ac mulierculæ facilè ad id permoueantur. Quem vsum Ecclesia Catholica nunquam concessit, nec eam unquam permissuram esse arbitror, tunc siquidem Gentilitatis mores non abrogaret. Gentilium autem institutum Iulianus Imperator apud D. Cyrillum describit.

CYRILLVS enim in calce secundi libri ita eum loquentem inducit.

Quid opus est me huc accersere Græcos, Hebræosque testes? Nullus est qui Deum, hoc est Deos, vel orans, vel iurans, manus non subleuet in Cœlum, & numinis quandâ cogitationem concipiens, illuc feratur. Et post. Cœlum absque interitu mundum ab omni macula, sempiternumque & semper mobile, vt videmus, nempe ab anima meliore, & diuiniore, que habitat in ipso, fertur circulo &c.

Quibus igi tur oblectatio esset, tempus, quo animæ astrorum effectæ sunt, indagare, tres ipsis obijci possent sententiæ. Primum enim censuere nonnulli, animas illas Cœlestes (si ex cœtu Angelorum sunt) cum Angelis primo temporum momento fuisse à Deo effusas; Cum illisque secundo momento Dei voluntatem percepisse, cum eisdem tertio meruisse, & cum ipsis tandem ad gloriam euectas esse; inde ad orbis latitudinē, seu secundo die, cum factum est firmamentum, seu quarto die, quando condita sunt astra, corporibus additas fuisse (nō ex meriti, seu demeriti ratione, vt malè sensit Origenes) sed ex Dei beneplacito in Orbis, ac electorum ministerium. Deinde arbitrati sunt alij, post Cœlos & astra, animas eas à Deo creatas fuisse, & astris infusas ea ferie, qua formato ex luto primo homine, Deus inspirauit in eum spiraculum uitæ, & qua quotidie non mox concepto homine, sed post quadraginta dies eo delineato Deum animas creare simul, & infundere nouimus. Arbitranturque isti, non magno negotio elidi posse Aristotelis Philosophorumque axioma illud; Formas scilicet oriri cum eo cuius sunt formæ & non post, quia tunc accidentia nuncuparentur: Illud enim verum esse de formis eductis de sinu vel gremio materiæ, non de formis extrinsecus aduenientibus, opinantur. Affererunt alij, fortè conditas fuisse eas animas simul cum corporibus, & astris, Deumque eas creando infudisse, & infundendo creasse. Ego certè huic postremæ adhærerem, conferemque Deum astra fabricasse, simulque eis animas (si ipsis pollent) indidisse. Animas siquidem eas Angelos fuisse in exordio Mundi; seu ante Mundum procreatos, & post adeptam, noctamque gloriam, Cœlestibus præstantissimisque corporibus quamprimum deuinctas dicere, incōsentaneum mihi uidetur. Angelosque amplius informantis (vt aiunt) formæ, & non assistricis intelligentiæ munera subijisse, præstantissimæ eorum naturæ, & cōditioni indecens pariter fuisse existimarem. Rursus si quis inuestigaret adhuc; Num animæ illæ viatrices sint, num beatæ. Arbitror primum in absurdum Origenis placitum non incidendum esse, nec nisi perperam eas adhuc vitiorum, & virtutum capaces, & à bono ad malum, seu è contra à prauitate ad puritatem uertibiles censerî posse, rationibus iam contra Origenem prolatis. Quapropter duos nobis superesse modos iudico, quibus animas eas astris insidere vsque ad Mundi excidiū statuamus. Primus est, si beatas eas asseramus, diuasque euasisse eo euentu, vt cum viatrices profiliissent, adeo ut delinquere, & non delinquerè potuerint, beatitudinē mox sint consequutæ alicui legi nobis incomperatæ obtemperantes, id quod Deus ab ipsis expecterat, quemadmodum & à primis hominibus Deum exegisse, & ab Angelis etiam,

Quando condita sunt astrorum animæ triplex sententia.

Num animæ astrorum sint viatrices.

Duobus modis animas astris insidere dici potest.

vt

ut præcepto eius parerent, exploratum est, & Magister in secundo Sententiarum testatur. Neque tamen arbitrari inde insequi, nos iuste eas inuocare, cultu, obsequijsque diuinis illas prosequi debere; quod nullum de earum beatitudine Scripturæ testimonium, nullam Apostolorum, Patrumque traditionem, nullum Ecclesiæ decretum habeamus, quemadmodum ex aduerso permulta sunt, & satis clara ac illustria de Angelorum, animarumque sanctorum beatitudine testimonia, & decreta. Astrorum siquidem animas, quamuis fortè beatas, si veneremur, cum Samaritanis possemus redargui, quod adoraremus, que nescimus, hoc est, que nullo firmo, constantique decreto seu testimonio, seu traditione, cultu digna esse certè nosceremus. Alter dicendi erit modus, si asseueremus animas eas viatrices conditas fuisse, sicuti & omnes substantias intellectu præditas, sed Deum præcognouisse eas non peccaturas, atque ex præscientia præordinasse ne vnquam peccarent, gratiam efficacem impartiendo, qua bene vsæ in gratia adeo solidatæ sint, vt vsque ad iudicij diem creatori semper obediens, per orbium rotationem, atque in electos amorem, maiorem in dies promereantur felicitatem, immorenturque eo modo, quo Doctores, Enoch, Eliam, & fortè Ioannem Euangelistâ stare opinantur. Nam Enoch, Elias, & Ioannes Euangelista viri sanctissimi etiâ nunc à multis Doctoribus catholicis viuere, & pro Christi Domini nostri religione tutanda, & confirmanda, postremis Antichristi temporibus suprema passuri esse creduntur: quomobrem oportet, vt nunc quoque sint uiatores, sed in certiori, securiorique via constituti, ac Deo ipsi longè gratiori quàm nostra hæc communis, qua fruimur omnes. Quippe qui reuelationibus, & sanctorum Angelorum commercio, ac ferè contubernio crebro perfruantur. Mihi ut ingenuè fatear ex his duobus modis, quamquam primus Caietani auctoritate fulciatur, probatior attamen visus est, acceptiorque hic secundo loco prolatus. Primò, quod omnem viam secludat, qua ad astrorum cultum, & venerationem, seu inuocationem rapiamur. Deinde, quia animas beatas corporibus corruptibilibus, seu restauratis includi, non consentaneum uideatur. Quamquam eas sua munera obire, quæ Deus illis præscripsit, nõ dedecens esset, cum & Angelos licet beatos, Dei iussu varias functiones subire, & credamus & cognoscamus. Nùm autem exacto iudicij die ab ipsis sint eximendæ corporibus, an illis reparatis ad beatitudinem assumendæ: cum neminem Patrum, & Doctorum id definisse legerim, nec ego unquam sententiã ferre, uel iudicium pronunciare auderem. Quapropter ex his satisfacere egregiè possumus dilecti illi, quò quærebatur, Nùm animæ conditæ sint ante astra, uel post, nùm simul; asseuerantes nõs eas unã cū astris creatas existimare. Cum iterum sciscitantur, Nùm beatæ, nùm uiatrices, asserimus quod uiatrices. Et dum infertur, ergo potuerunt peccare, damnarique, & à motu desistere, à Cælo deturbari, supplicijs affici: fatemur profectò eas peccare quiuisse; cum enim arbitrio liberæ extarent, id à natura earum non fuisset alienum, sed Deum eas non peccaturas præcisse, quamobrem eas prædestinasse, & gratiã superna decorasse, ac firmasse, qua protegente nec unquam peccarunt, neque in posterum peccabunt: illationesque eas ueras esse in sensu (ut aiunt) diuiso, falsas in sensu composito asseremus. Acceptiorque mihi uisus est hic modus, tum quod præceptoris mei muniti auctoritate, tum quia plurimas effugere syrtis agnoscam: sed differendi gratia hæc dicta uelim. Alterã à D. Thoma allatã rationem ipsemet D. Thomas (ut benè adnotauit Vielmus) primo Cæli meliora fortè meditatus elidit, tradens eas animas nõ insidere illis corporibus tanquam formas unitas, ut ea absolute moueant (sic enim & separatæ mouere possent) sed ut moueant motione nobilissima quadã, & præstantissima, qualis illa est, quæ fit instrumento coniuncto. Actio enim, quæ fit aliquo organo separato, minus nobilis & efficacis est illa, quæ efficitur eo organo, quod sibi coniunctum efficiens habet. Tandem, pro hac sententia neque illud silentio prætermittendum, ex ea Dei potentiam, sapientiam, bonitatem, Mundi que opificium mirificè extolli, cum ad instar Sanctissimæ Trinitatis etiam spiritualium creaturarum genera, non duo, sed tria constituantur. Angelus uidelicet omnis corporeæ molis expertus, semelque flexibilis, moxque uel ad gloriam assumptus, uel in infernas pœnas depulsus. Anima humana corpori sensibili alligata, ac perpetuè alterationi obnoxia, sapiusque commutabilis: ac animæ cælestium corporum, corpori quidem inclusa, sed insensibili; inal-

Secundus modus acceptior est.

Respondetur obiectionibus.

Textus.

Ex positione animarum in astris splendet maximè potentia sapientia ac bonitas Dei.

Fiant luminaria.

- a. Hoc est, Sol, Luna, & Stella.
 b. Hoc est, Sol, & Luna, per antonomasiam luminaria dicta.
 In firmamento Cæli.
 c. Non ex firmamento, quoniam non ex materia Cæli effecta sunt astra, sed ei insita, ut gemma in auro.
 d. Hoc est, in tota cælesti machina.

Anno Mundi primo. Die quarta.

Anima astrorum est medium quoddam inter Angelum, & animam humanam.

terabili que, semel tantum vertibiles, sed diu ita superfedentes, ad maiorem promerendam gloriam nanciscendamque; Medium utique congruum inter Angelum, & animam humanam, per quod à spiritali natura tam insigni Angelica, ad spiritali humanam descendimus. Hoc igitur tam elegans mediū cælestis, ac spiritalis creaturæ, potentiam opificis augustiorem, sapientiamque splendidiorem indicat, & prædicat. Atque ita maiori etiam specierum numero Vniuersum insignitur, magisque honestatur decoraturque. Sed hæc in gratiam Patrum eorum, qui astris animas inharere iudicarunt, prolata uelim, cum ego lubentiori, ac promptiori animo in alteram prope-rem sententiam.

a. Hoc est, Sol, Luna, & Stella.

P E T R V S Comestor capite sexto Scholasticæ Historiæ.
 Fecit enim eadem die luminaria, Solem, Lunam, & Stellas.
 C A I E T A N V S Commentarijs in Genesim.
 Appellatione luminarium intelligi astra omnia uidelicet Solem, & Lunam, & Stellas.
 H V G O Carenfis in Postillis.
 Fiant luminaria, id est Sol, Luna, & Stella.

b. Hoc est, Sol, & Luna, per antonomasiam luminaria dicta.

R V P E R T V S Commentarijs in Genesim libro primo, capite quadragesimo secundo.
 Luminaria Solem & Lunam dixit. Sic enim sequitur; Et fecit Deus luminaria magna &c.
 T O S T A T V S in Postillis.
 Luminaria vocantur hic Sol & Luna, licet omnia alia astra luceant, ista tamen magis principaliter lucent. Sed meo iudicio luminarium nomine hoc primo loco, tum Solem & Lunam, tum stellas Moyses intellexisse arbitror, ex eo quod non adiecerit magna: infra enim uidentur discernere inter luminaria ista, & alia quidem appellare magna, alia uero parua, cum subiecit; Et stellas.

In firmamento Cæli.

c. Non ex firmamento, quoniam non ex materia Cæli effecta sunt astra, sed ei insita, ut gemma in auro.

A L E X A N D E R Halensis parte secunda, quæstione quinquagesimasecunda, membro primo.
 Rectè ergo uidetur dictum, quod luminaria sint perfecta in firmamento, non ex firmamento, sicut dicitur in sequentibus; Producant aque; Producat terra. Et est modus talis loquendi, quemadmodum si poneretur gemma preciosa in annulo ad decorem annuli: unde infra sequitur; Et posuit ea in firmamento Cæli.

d. Hoc est, in tota cælesti machina.

A V G V S T I N V S de Genesi imperfecto, capite duodecimo.
 Fiant in firmamento Cæli luminaria, ut luceant: utrum de fixis tantum dictum est syderibus, an etiam de vagis?

Anno Mudi
primo.
Die quarta.

In firmamento Coeli.

- a. Hoc est, unumquodque in suo firmamento.
b. In firmamento, idest, in tota natura quinti corporis.
c. Idest, in et sub firmamento, videlicet octava sphaera.

vaga? Sed duo luminaria, maius & minus, inter vaga sydera numerantur. Quomodo ergo facta sunt omnia, cum singulos suos vel globos, vel circulos vaga singula quaeque possideant? An quoniam in Scripturis & Caelos multos legimus, & Caelum, sicuti in hoc loco, cum dicitur firmamentum Caelum, intelligendum est, omnem istam aetheream machinam dici, quae omnia substantia continet, sub qua puri & tranquilli aeris serenitas viget, sub qua item iste aer turbulentus & procellosus agitur.

Glossa Locupletata haec eadem habet non mutata oratione.

ALEXANDER Halensis secunda parte summae Theologicae, quaestione quinquagesima secunda, membro primo.

Dicendum, quod firmamentum hic accipitur pro toto corpore, in quo sunt stellae fixae, & quae dicuntur errantiae: unde continet hic septem sphaeras secundum Philosophos, scilicet Caelum stellatum, & Caelos, in quibus sunt septem Planetae.

a. Hoc est, unumquodque in suo firmamento.

RVPERTVS Commentarijs in Genesim libro primo, capite quadragessimotertio.

Sciendum verò, quod licet cum dixisset; Fiant luminaria: subiunxit, In firmamento Caeli, pariterque de stellis; Et posuit eas in firmamento Caeli, quamvis non diversa sit dictio, diversa tamen horum est positio. Nam quod astronomici melius experti sunt, stellae quidem omnes praeter quinque planetas, idest errantias, & praeter haec duo luminaria magna, in firmamento fixae sunt, & cum firmamento feruntur. Siquidem luminaria haec, & stellae quinque (ut dictum est) quas idolorum suorum nominibus sacraverunt, scilicet Saturni, Iouis, Martis, Veneris, atque Mercurij, circulos habent proprios, qui contrario motu feruntur; voluntur enim contra firmamentum. Horum altior circulus Saturni, inferior Lunae circulus habetur. Bene inquit; Fiant luminaria in firmamento Caeli, idest unumquodque in sui firmamento Caeli.

b. In firmamento idest, in tota natura quinti corporis.

ALBERTVS Magnus prima parte, quaestione quarta, articulo decimonono.

Dicendum, quod firmamentum dicitur duobus modis: vno modo dicitur octava sphaera tantum firmamentum, alio modo dicitur tota natura quinti corporis firmamentum: & sic accipitur in Genesim capite primo.

D. BONAVENTURA secundo Sententiarum, distinctione quarta decima.

Firmamentum in Scripturis aliquando accipitur large, aliquando strictè: aliquando enim vocatur octava sphaera, in qua posita sunt stellae: & sic proprie accipitur ibi: Et posuit stellae in firmamento Caeli. Aliquando accipitur large pro natura quinti corporis, quae diuisit aquas ab aquis, & sic accipitur ibi: Fiat firmamentum in medio aquarum, & post hoc, Fiant luminaria in firmamento Caeli.

Existimantur alij firmamenti nomine octauam tantum eam sphaeram, quae innumeris facibus in noctu coruscet, intelligendam esse, in qua proprie confident stellae fixae, planetae verò non nisi improprie.

c. Idest, in et sub firmamento, videlicet octava sphaera.

GLOSSA Interlinearis.

In firmamento, quia vicina, non quia fixa.

LYRANVS in Postillis.

In firmamento Caeli. Aliter dicuntur in firmamento Caeli esse stellae fixae, quia ibi sunt immobiliter: & planetae, quia habent proprios motus, & proprios orbis, & ideo non sunt in firmamento Caeli, nisi large loquendo de firmamento, prout continet sub se orbis planetarum, ut supra dictum est.

TOSTA-

Anno Mudi
primo.
Die quarta.

In firmamento Coeli.

- a. Hoc est, in sublimibus regionibus.

TOSTATVS in Genesim.

Sol & Luna sunt in firmamento Caeli, prout firmamentum dicit totam magnitudinem omnium orbium caelestium à concavitate orbis Lunae usque ipsum Caelum stellatum inclusivè. Tunc enim cum Luna sit in primo orbe, & Sol in quarto, dicuntur esse in firmamento, si tamen accipiat firmamentum pro octava sphaera, non est Sol in firmamento vel Luna, sed sub firmamento. Tamen isto modo loquendi utuntur Astrologi dicentes, Solem esse in Ariete, vel Tauro, & Luna, & sic de alijs plantis, idest sub ariete, vel alio signo.

Prima fronte cunctis certè patere potest, quantum haec postrema interpretatio diripiat, discindatque literam, & sensum planum conturbet imbecilli innixa basi. Deciderunt siquidem in hanc commentationem interpretes hi, quoniam cum Scholasticis firmamenti nomine octauam sphaeram tantum capi definierunt, atque ipsam secundo die disseccasse inter aquas, & aquas, hoc est, inter aqueum, ut ipsi aiunt, Caelum, & materiem rerum elementarium, seu aquas labentes opinentur. Ceterum Augustini & Rupertii expositiones concinnae, literae sensum attingunt.

Repudiatur
haec postrema
interpretatio.

a. Hoc est in sublimibus regionibus.

STEVECHVS in Cosmopœia, quanquam non exactè suam explanet sententiam, hanc tamen his innuit.

In firmamento Caeli. Pro firmamento est solita diffusio in Hebraico, quam proprie aërem esse docuimus. Quemadmodum autem & Latini aërem, & orbem caelestem appellant Caelum, sic in Scripturis sacris uterque restatissimus est significatus, possumusque arbitrari, ut supra demonstratum est, vel in sublimibus aëris regionibus dicere Moysen, Opificem lumina posuisse, vel ipsi extenso orbi affixisse. Totos autem supernos tractus solitum esse Caelum appellari, omnis quotidiani sermonis consuetudo testatur. E Caelo fulmina descendere, delabi caelestes imbres, per Caelum ferri ventos, salubre, noxiumque Caelum, variare & fingere Caelum humana ingenia, nam caelestes orbis à nemine videntur. In Caelo igitur posita sydera, quasi in altissimis regionibus, quantum acies, oculorum sursum extenditur scriptorem dicere, potest ipsa consuetudine probari. Talisque erit hic locutio, qualis cum Deuteronomij quarto capite dicitur; Ne faciant imaginem iumentorum, vel auium, sub Caelo volantium: quo loco Hebraicè est, Auium quae volant in Caelo. Quam prudenter noster locutionem mutavit. Sic in Caelo sunt sydera posita, idest, in sublimi regione. Itaque quod alibi admonuimus, firmamentum in Scripturis, non est ut creditur, & ab indoctis praedicatur, octava sphaera, quae Graecè ἀπλῆς appellatur, in contrarium videlicet, quam septem planetas, idest, errantes, tendens, siquidem ad alia hoc loco scribitur Sol, Luna, sydera, posita in firmamento, cum Sol, & Luna procul infra firmamentum, omnium Philosophorum, & Astronomorum testimonio, suis orbibus deferantur. Quapropter vel de tota sublimi aëris regione, vel tota Caeli compage est sermo. Nunquam autem separatim orbis & syderis nominatur.

Interpretationes haec, quanquam disparatae appareant, ad eundem attamen proficiunt sensum, quem certè magis perspicuum nobis prodidit Augustinus: firmamento enim Caeli, hoc loco capienda est tota caelestis machina. Quod autem Rupertus adiungebat, exponens in firmamento Caeli, hoc est, unumquodque astrum in suo firmamento, explanatio est, qua intelligimus firmamentum in plures secari partes diuersis astris accommodatas. Albertus, & Bonaventura, dum commentati sunt in firmamento, idest, in tota natura quinti corporis, patenter demonstrarunt se in Aristotelica proferare dogmata. Lyrani atque Tostati explicationem non concinam, sed extortam esse, iam supra adnotabamus. Steuchus sua in expositione se fugam petere non simulavit, quippe cum firmamenti nomine aërem intellexerit, ut suas ambages tueretur, quae maxime ex hoc Moysi loco infinguntur; interpretatus est in firmamento, hoc est, in sublimibus regionibus, sed uelit nolit, sua rete irretitus, firmamenti nomine etiam

h com-

Anno Mūdi
primo.
Die quarta.

In firmamento Cœli.

a. Hoc est in firmamento, quod est Cælum.

compagem corporum cœlestium intelligi, cogitur fateri. Superest igitur, ut Augustini commentarius clarior & arridentior Mōsi, à nobis existimetur.

a. Hoc est in firmamento, quod est Cælum.

P E T R V S Comestor in Genesim capite quarto.

Et cum legitur firmamentū Cœli endiadis est, id est firmamentū quod est Cœli, ut cum dicitur creatura salis.

De astrorum muneribus, ac beneficijs.

Non possum non summoperè demirari atque suspicere, quantum Cœli astraq; præstantissimam Dei maiestatem, potentiam, sapientiam, charitatem, gloriamq; deprædicent, atque enarrent; Quantum decore eorum Vniuersum hoc honestetur ac insigniatur; quanta muneribus, ac functionibus suis Orbi, sed præcipuè homini beneficia impartiantur ac præsent; omnis quippe creatura, Dei maiestati præferre spectatur. Sed Cœli insignius Dei gloriam enarrant, & firmamentum disertius se esse opus eius annūtiat. Dei certe maiestas in Sole, ac errantibus inerrantibusq; stellis splendet, cum videatur Deus Soli tanquam tabernaculo regio infedisse, & vt gigas exultasse ad currendam viam. Quid enim coruscantius? Quid præstantius Sole percipi potest? Quidnam Dei opificis potentiam, sapientiam, ac bonitatem fulgentissimis luminaribus clariùs indicat, declarat, ac pandit? Firmamento autem, quando nox syderum cursum tantorū luminum varietate, & candore interfertum præmonstrat, quid pulchrius? quid insignius? Quis non obstupesceret tali ac tanto Dei opere? Certè dies diei ex circumlatione fulgentissimi iubaris repetita, eruſtat verbum, & nox nocti ex pulchritudine firmamenti noctu coruscante, indicat scientiam. Orbem uerò præcipuum suum decus ab astris suscipere perspicio. Contemplor certè Deum, vti summum regem sponsumq;, anulum manibus se ipso dignum gestare. Anulus Dei vtique est Orbis, qui conditus ac præditus figura anulari & spherica, in Dei manibus versatur, cum opus manuum eius appelletur. Gemmae coruscantes huic anulo intextæ, quæ sunt, nisi Sol, Luna, ac tot syderum cetera mirifico ordine distributa: His igitur coruscantissimis gemmis, his fulgentissimis luminibus decoratur, insigniturq; Dei anulus, Orbis iste sphericus: Ac sicuti absq; gemma nihil penditur anulus: ita sublatis emicantissimis luminaribus, Orbis pro minimo ducitur. Sed non minus certè beneficijs ac muneribus suis hominem Sol Luna & astra alliciunt, quam præstantia sua Deum glorificent, & pulchritudine Vniuersum exornēt præcipua enim: sunt, ac sempiterna hominum memoria custodienda. Hilari ergo animo munera hæc astrorum, benigne lector, auscultato.

Orbis ut anulus in Dei manibus.

Diuidant diem & noctem.

Hebraicum textum non vniformem suscipere translationem comperio. Chaldaica lectio habet; Sint luminaria in firmamento Cœli, vt diuidant inter diem & noctem. Septuaginta pariter ediderunt; Fiant luminaria, vt luceant super terram, ad diuidendum inter diem & inter noctem. Vulgata Hieronymi seu nostra, Et diuidant diem ac noctem. A Chaldaica non recedunt Pagninus & Vatablus; Lufitanus; Vt diuidant diem ac noctem, hoc est, distinguant inter diem ac noctem, hoc enim ait uidetur esse luminarium munus, scilicet distinguere diem à nocte, quia Sol die illuminat, Luna vero, & stelle noctu. Caietanus; Et dixit Elohim; Erit luminaria in extensione Cœlorum, ad diuidendum inter diem & inter noctem.

Legen-

Anno Mūdi
primo.
Die quarta.

Diuidant diem & noctem.

a. Legendum Ad; non Et.

b. Moses solum recensuit fuisse astra creata ad plura impendenda mortalibus beneficijs, vt mortales in eorum cultum non laberentur.

a. Legendum Ad; non Et.

CAIETANVS Commentarijs in Genesim.

Meminuit Moses solius distinctionis lucis in astra, quatenus sunt officiosa nobis. Et propter hoc significanter absque nota coniunctionis in textu dicitur; Erit luminaria in extensione Cœlorum ad diuidendum inter diem & inter noctem &c. Et non dicitur; Erit luminaria in extensione Cœlorum, & diuidant, vt vulgata editio habet; clarè enim textus ipse significat Deum dixisse, quod erit lux in luminaria ad officium diuidendi, & reliqua subiuncta officia.

Discrepantia non modici ponderis inter has editiones ea est, quod vti nostra legit coniunctionem Et, alij habent aduerbium Vt, alij præpositionem Ad: Sed existimo ego eandem esse ferè lectionem, & latiori sensu id ipsum significare hoc loco, Et diuidant, quod, Ad diuidendum, seu Vt diuidant. Nam etsi, Vt, & Ad, finem propter quem astra congesta sint, indicare videantur, isdem attamen finis cointelligitur, cum per coniunctionem Et, effectus subsequens demonstratur. Et id, quod Caietanus elicit, propterea scriptum esse, Ad diuidendum, quia enarretur distributio lucis in astra, non simpliciter (vt eius vtar verbis) sed quatenus illa sunt officiosa, commentitium apud Patres haberetur, cum omnes hac die, & condita astra, & elargitam fuisse eis lucem, & insuper destinata ipsis munera, Mosem tradere decernant. Subtilisque adeò est hæc Caietani obseruatio, vt ferè ex se ipsa vacillet & frangatur. Quod addiderunt Septuaginta, Vt luceant super terram, ad ampliorem declarationem adiectum puto. Veniamus ad sensus.

b. Moses solum recensuit fuisse astra creata ad plura impendenda mortalibus beneficia, vt mortales in eorum cultum non laberentur.

D. THOMAS prima parte, quæstione septuagesima, articulo secundo.

Dicendum, quod sicut dictum est supra, creatura aliqua corporalis potest dici esse facta, vel propter actum proprium, vel propter aliam creaturam, vel propter totum Vniuersum, vel propter gloriam Dei. Sed Moses, vt populum ab idololatria reuocaret, illam solam causam tetigit, secundum quod sunt facta ad vtilitatem hominum. Vnde dicitur Deuteronomij quarto; Ne forte eleuatis oculis ad Cælum, videas Solem, & Lunam, & omnia astra Cœli, & errore deceptus adores ea, & colas, quæ creauit Dominus Deus in ministerium cunctis gentibus.

LYRANVS Postillis in Genesim.

Considerandum autem, quod licet luminaria Cœli sint facta principaliter propter gloriam Dei, tamen facta sunt consequenter ad vtilitatem hominum: veruntamen quia populus Iudaicus erat pronus ad idololatriam, ideo Moses, vt reuocaret ipsum à cultu luminarium, tetigit tantum secundam causam. Vnde Deuteronomij quarto dicitur; Ne forte oculis eleuatis ad Cælum, videas Solem, & Lunam, & omnia astra Cœli, & errore deceptus adores ea & colas, quæ creauit Dominus Deus tuus in ministerium cunctis gentibus.

TOSTATVS pariter.

Ista sunt ad quæ facta fuerunt luminaria: vnde sciendum, quod luminaria, & omnes alie res à Deo principaliter creata sunt ad suam gloriam: deinde ad vtilitatem hominum, & aliorum animalium. Ponit tamen hic Moses solum causam secundam, ne populus Iudaicus, qui ad idololatriam promptus erat, aliquam errandi occasionem assumeret, quia maior causa errandi erat eis in Sole, & Luna, quam in alijs rebus, quia ista à Gentilibus multum colebantur. Ideo dicitur Deuteronomij quarto capite; Caue ne forte eleuatis oculis in Cælum, videas Solem, & Lunam, & omnia astra Cœli, & errore deceptus adores ea, & colas ea, quæ creauit Deus in ministerium cunctis gentibus.

b 2 Sol

Anno Mūdi
primo.
Die quarta.

Diuidant diem & noctem.

- a. Sol videlicet presentia diuidat & absentia.
b. Diuisit primo die inter ideas lucis & tenebrarum; nunc inter ipsam diem & noctem.
c. Diuisit primo inter Angelos & Demones; nunc inter diem & noctem, vt partes sunt diei naturalis.

a. Sol videlicet presentia diuidat & absentia.

H V G O Carenfis in Postillis.

Quia Sol existens super terram diem facit, existens sub terra noctem, quam Luna & stella illustrant.

H A M E R V S Commentatione in Genesim.

Ait ergo Scriptura; Fiant luminaria in firmamento Celi, & diuidant diem & noctem. Solis haud dubio officium hoc est, vt quacunq; Celi in parte sit, diem in subiectam terram mittat. Rursus Solis absentia noctem Orbi infert: neque aliud nox est, nisi umbra terrae. Quoniam enim Sol subiectum sibi terrae globum radijs illustrat, tum aversa eius pars umbram vt iaciat, necesse est. Orpheus quoque Solem diei genitorem a dextris dicit esse, noctis vero a sinistris.

Consultendi sunt Patres: Quid hac diei & noctis, seu lucis ac tenebrarum separatione, ac discriminatione accipiendum sit diuersum ab ea separatione, quae primo die facta dicitur, cum scriptum est; Diuisit lucem a tenebris, appellauitque lucem diem, & tenebras noctem. Ad hoc enim explicandum, omnes Patres proficiuntur.

b. Diuisit primo die inter ideas lucis & tenebrarum; nunc inter ipsam diem & noctem.

P H I L O de Mundi opificio.

Ceterum opifex respiciens ad intelligibilis lucis ideam, de qua dictum est in mentione Mundi incorporei, condidit has sensibiles stellas, simulachra diuina & pulcherrima, quas tanquam in templo inter corporeas essentias pulcherrimo collocavit in Caelo multis de causis. Primum lucis inferendae, deinde signorum, tum temporum quibus annus distinguitur.

c. Diuisit primo inter Angelos & Demones, nunc inter diem, & noctem, vt partes sunt diei naturalis.

A V G V S T I N V S pluribus in locis, vt supra relatum est, sed praecipue de Genesi imperfecto, capite duodecimo.

Vt luceant super terram, & diuidant inter diem & noctem. Nonne iam Deus diuiserat inter lucem & tenebras, & vocauerat lucem diem, & tenebras vocauerat noctem? Ex quo apparet eum inter diem & noctem diuisisse. Quid sibi nunc vult, quod dicitur de luminariis; Et diuidant inter diem & noctem? An ita nunc sit ista diuisio per luminaria, vt hominibus nota sit etiam carnalibus oculis ad rerum istarum contemplationem vtentibus? Ita vero Deus eam fecit ante circumpositum luminarium, vt videri nisi a paucis sano spiritu & serena ratione non possit?

R V P E R T V S Commentarijs in Genesim libro primo, capite quadragesimo quarto, clarius haec explicat.

Ad quid fiant haec luminaria? Et diuidant (inquit) diem & noctem, &c. Haec praecipua causa est, cur facta sint luminaria. Vnde & tertio repetitur, cum dicitur; Luminare maius vt praesentet diei, & luminare minus vt praesentet nocti. Itemque postmodum, Vt lucerent (inquit) super terram, & diuiderent lucem & tenebras. Si iam ante per semetipsum diuiserat Deus lucem & tenebras, quid necesse erat, vt luminaria diuiderent diem & noctem, siue lucem & tenebras? Immo quomodo diuiderent, quod iam Deus diuiserat, & nemo rursus confuderat? Ergo illic de intellectuali luce, & spiritualibus tenebris dictum est: nam hic de corporeae personae luce & tenebris sermo est.

Diuisit

Anno Mūdi
primo
Die quarta.

Diuidant diem & noctem.

- a. Vel, Diuisit primo die inter rerum informitatem & speciem: Nunc inter vicissitudines temporum.
a. Diuisit inter rerum & species, priuationes. Nunc inter micantem diem, & obscuram noctem.
b. Distinctio dierum primo die effecta imaginatione tantum concipi poterat: Hac effectum apparet.

a. Diuisit primo die inter rerum informitatem & speciem: Nunc inter vicissitudines temporum.

A V G V S T I N V S vbi supra.

An inter aliam diem & aliam noctem diuisit Deus, id est inter speciem, quam imprimebat illi informitati, & informitatem quae adhuc formanda restabat? Alius vero est iste dies, & alia nox, quorum volente Caelo vicissitudo animaduertitur, quae fieri non posset, nisi Solis ortu & occasu.

Et de Genesi ad litteram libro secundo, capite quartodecimo, haec ipsa tradit, ut post excerptare licebit.

b. Diuisit inter rerum species, et priuationes: Nunc inter micantem diem, et obscuram noctem.

A V G V S T I N V S de Genesi imperfecto capite duodecimo.

An ista dierum & noctium enumeratio ad distinctionem valet inter illam naturam quae facta non est, & eas quae factae sunt: vt mane nominaretur propter earum speciem factarum, vespera vero propter priuationem quae quantum attinet ad illum a quo facta sunt, speciosa atque formosa sunt: quantum autem in ipsis est, possumus deficere, quia de nihilo facta sunt: & in quantum non deficiunt, non est eorum materia, quae ex nihilo est, sed eius qui summus est, & illa facit esse in genere & ordine suo?

Et de Genesi ad litteram, libro secundo, capite quartodecimo.

Quis ergo animo penetret, quomodo illi tres dies transierint, antequam inciperent tempora, quae quarto die dicuntur incipere: vel vtrum omnino transierint dies illi? An circa speciem factae rei dies appellatus sit, & circa priuationem nox; vt nondum specie formata materia nox dicta sit, vnde formanda erant caetera? Sicut potest quamuis in rebus formatis, intelligi tamen in ipsa mutabilitate informitas materiae: non enim spatij vel locorum quasi remotior, vel temporum quasi anterior discerni potest. An potius in ipsa re facta atque formata, eadem mutabilitas, hoc est deficiendi, vt ita dixerim, possibilitas, nox appellata sit, quia inest in rebus factis, etiam si non mutantur, posse mutari? Vespera autem & mane, non quasi per temporis praeteritionem, & aduentum, sed per quendam terminum, quo intelligitur quousque sit naturae proprius modus, & vnde sit naturae alterius consequenter exordium.

G L O S S A haec sic compilauit.

Vel forte circa speciem factae rei dies est appellatus, & circa priuationem nox, vt materia nondum per speciem formata sit nox dicta, vnde formanda erant caetera. Vel potius ipsa re facta atque formata, mutabilitas, id est deficiendi possibilitas, nox dicitur. Possunt enim res mutari, etiam si non mutantur. Vesperae autem & mane intelligantur non per temporis praeteritionem, & aduentum, sed per terminum, quo intelligitur, usque quo sit naturae modus, & vnde exordium.

Animaduertas Augustinum rerum informitatem appellare noctem, & speciem diem. Rursum priuationem rerum antequam fiant, pariter noctem, rerum essentiam diem. Iterum earum decedentiam noctem; cum artamen, & rerum informitas, hoc est, prout informes sunt in materiae matrice, & earum priuatio, antequam proficiant, id ipsum sint, quinimo negatio potius quam priuatio in scholis nuncupantur. Non potuimus attamen dilucidius Augustini sententiam deducere.

c. Distinctio dierum primo die effecta imaginatione tantum concipi poterat: Hac effectum apparet.

A V G V S T I N V S de Genesi contra Manichaeos primo libro, capite quartodecimo.

Potuit fieri, vt tres superiores dies singuli per tantam moram temporis computarentur, per quantam moram

Anno Mudi
primi.
Die quarta.

Diuidant diem & noctem.

a. Nunc luminarium presentia, & praefectura, cum iam diuisa essent prima die sine illis ex naturae impermixtibilis ratione.

ram circumit Sol, ex quo procedit ab Oriente, quousque rursus ad Orientem reuertatur. Hanc enim moram & longitudinem temporis possent sentire homines, etiam si in speluncis habitarent, ubi orientem, & occidentem Solem videre non possent. Atque ita sentitur potuisse istam moram fieri etiam sine Sole, antequam Sol factus esset, atque ipsam moram in illo triduo per dies singulos computari.

Verum haec apprimè dicta sunt ab Augustino & asseclis, qui primordiali die non micantem hanc lucem corpoream, sed Angelum spiritualem naturam lucis nomine significari existimabant. Quae quidem, etsi ingenij praestantiam, acumenque & eruditionem, indicant; tamen non tantum longè abscedunt à literae sensu, sed & ipsum euertunt, atque dum tres dies prius alterius generis à diebus subsequutis astruunt, Mossem haud rectè seu eleganter Historici munus obire demonstrant; cum ipsi eadè serie enarrationis, iisdemque uocibus diei, & noctis, uespere, & mane, eadem methodo prolatis, tam diuersa & repugnantia, quinimmo captu difficilia, & impersecta nobis explicare asserunt. Deinde & methaphorae illae, diei nomen ad statum Angelorum, seu rerum species, & noctis ad conditionem Daemonum, & rerum informitatem, seu priuationem referentes, improptiae, & inelegantes omnibus apparent. Sed de his supra factis. Superest, ut differentiam tridui primi à triduo subsequuto, ex reliquis Patribus indagemus.

a. Nunc luminarium presentia, et praefectura, cum iam diuisa essent prima die sine illis ex naturae impermixtibilis ratione.

BASILIVS Hexameron Homilia sexta.

At uero hisce luminariis diuidi diem & noctem statutum est. Etenim superius quidem à tenebris lucem diuisit Deus, ipsorumque naturam tum ad contrarium statum dimouit, adeoque seunxit, ut inter ipsa nulla sit prorsus immixtio, lucis; cum tenebris nihil sit omnino commercij. Quod enim umbram diurno tempore nouimus esse, id noctu tenebrarum naturam esse putare oportet. Nam si omnis umbra splendore aliquo lucente, aduersa luci semper ab obiectis corporibus excidit, & mane quidem ad occasum protenditur, uespere autem Orientem uersus declinat, & in meridie rursus ad Septentrionem iacitur plagas: nox quoque pari modo contrarias ad partes radijs sanè cedit, nec aliud quicquam esse secundum naturam, quam umbra terrae uidetur. Ut enim interdum à corpore luce sese opponente decidit ipsa umbra, sic & in aëre sanè terrae circumfuso nox ipsa cum umbris obiectu telluris efficitur. Hoc ipsum sanè insinuat, quod dictum est; Et diuisit Deus à tenebris lucem. Quippe cum tenebrae lucis incursionem minimè patientur, sed fugiant; hoc primo iam in ortu naturali, hac inter se discordia constituta, nunc autem metiendo quidem diei Solem praefecit, Lunam autem, quoties luminis plenum totum suum obtinet orbem, principem noctis constituit. Tunc enim haec lumina è regione disposita sunt, sibi que ferè per diametrum opponuntur. In plenilunij enim, ex oriente Sole Luna descendit, ac delitescit facta obscurior: contra uero Sole occidente, oritur eadem saepe numero, ex aduerso que exurgit, mirum ab Oriente. Quod si ceteris in formis atque figuris lunare lumen nox una cum nocte ex aequo perficitur, nihil ad institutum sermonem refert. Ceterum ubi tota lumine perfunditur usqueaque perfecta, tum noctis quidem obtinet principatum, suo lumine stellas illuminans, & uniuersam collustrans tellurem, eaque uero atque Sol spatia temporis secat.

GLOSSA Locupletata haec ipsa his obstrinxit.

Superius à tenebris lucem diuisit, ut inter ipsa nulla sit prorsus immixtio, lucis que cum tenebris nihil commercij. Etenim tenebrae lucis incursionem minimè patientur, sed fugiunt. Nunc autem metiendo quidem, diei Solem praefecit, Lunam autem, cum luminis plenum totum suum obtinet orbem, principem noctis constituit. Tunc enim haec lumina è regione disposita sunt: In plenilunij nanque ex oriente Sole, Luna descendit, ac delitescit; occidente, oritur saepe numero, ex aduerso que exurgit.

AMBROSIVS Hexameron libro quarto, capite tertio, quae esset distinctio prima die facta, his enarrat.

Sed

Sed reuertatur ad discretionem diei ac noctis. Oriente diei lumine nox fugatur, decedente die nox infunditur. Non est enim luci societas ulla cum tenebris, siquidem naturali lege hoc Dominus in prima operatione sua constituit. Etenim quando lumen fecit Deus, & discretionem fecit inter lucem ac tenebras. Denique in ipso die iam Sole infuso terris, uidemus umbram uel hominis, uel uirgulti alicuius à lumine separari, ut mane ad Occasum dirigatur, uespere reuertatur in Orientem, meridiana horis ad Septentrionem inclinatur: luminè tamen non confunditur, atque miscetur, sed cedit & refugit. Similiter & nox cedere uidetur diei, & se ab eius lumine declinare. Est enim, ut peritiores probarunt, qui nobis uel etate uel munere praecurrerunt, umbra terrae. Naturaliter enim umbra corpori adhaeret, atque adiungitur, adeò ut etiam pictores umbras corporum, priusquam pinxerint, uideantur exprimere, idque artis esse asserant, non intermittere vim naturae: & quasi naturalis iuris praenicator habeatur, cuius pictura non etiam umbram suam exprimat. Ergo sicut in die, cum è regione Solis aliquod corpus occurrit, ex ea parte qua lumen repercutitur, umbra subsistit, sic cum decedente die è regione luminis eius aut Solis terrae obiectis occurrit, obumbratur aër. Unde liquet, quòd noctem faciat umbra terrarum.

Et de praesentia luminarium antè dixerat.

Deinde non solum unum signum, sed etiam duo uoluit esse diurnae discretionis, atque nocturnae, ut & lux discretionem faciat, & Solis exortus: & iterum lucis defectus, & stellarum ortus inter occasum diei distinguat, & noctis exordium. Nam ubi occiderit Sol, manet tamen adhuc aliquid reliquiarum diei, donec tenebrae terram operiant, & tunc Luna oritur, & stella. Et de nocte quidem aperte liquet, quia Luna, & stellarum illuminatio noctis spatia testantur. Siquidem per diem fulgorem illum lunarem, stellarumque omnium Sol exortus abscondit.

CYRILLVS in Genesim libro primo.

Sol enim ad diem lucemque consiciendam, Luna noctem tenebrasque statuitur.

IVNILIUS in Hexameron.

Fiant luminaria in firmamento Celi, ut diuidant diem ac noctem, ea diuisione, quae in sequentibus explicatur apertius, ut Sol diem, Luna uero, & stella noctem illustrent.

Glossa pariter uerba haec mutuauit.

PROCOPIVS Commentarijs in Genesim.

Dehinc ipsis imperatum est à Deo, ut distinguerent diem & noctem, quod antea exequatur primogenia lux iussu diuino, caligine & luce sibi inuicem succedentibus ad eum modum, quem praescriperat Deus. Sol nunc metitur diem, spatiaque diurna: Luna mensuram agit noctium dum subinde ad plenilunium, uel suam perfectionem contendit. Plena enim existens rectè propria & peculiari luce noctem auspicatur. Proinde dicitur, ut perfectè toti dominetur nocti.

AVGVSTINVS de Genesi contra Manichæos libro primo, capite quartodecimo.

Quod autem dictum est; Et diuidant inter diem ac noctem; potest haec fieri calumnia, ut dicatur, quomodo iam Deus diuiserat superius inter diem & noctem, si hoc quarto die sydera faciunt? Sic igitur hic dictum est; Diuidant inter diem & noctem, tanquam si diceretur, Sic inter se diem diuidant & noctem, ut Soli dies detur, nox autem Lunae & syderibus ceteris. Quae duo iam diuisa erant, sed nondum inter sydera, ut iam certum esset de syderum numero, quid per diem, & quid per noctem appareret hominibus.

Alexander Halensis parte secunda, quaestione quinquagesima secunda, membro secundo, articulo primo, haec ipsa ab Augustino deprompta exarauit.

EVCHERIUS Commentarijs in Genesim libro primo, capite quinto.

Et diuidant diem ac noctem. Quasi diceret, Sic diuidant inter diem ac noctem, ut Soli dies detur, nox uero Lunae & syderibus ceteris.

ANTIKEIMENON liber inscriptus, interrogatione tertia.

Hoc autem quod in quarto die dicitur; Diuidant inter diem & noctem, & cetera: sic debemus accipere tanquam si diceretur, Sic inter se diuidant inter diem & noctem, ut Soli dies detur, nox uero Lunae, & syderibus ceteris. In tres ergo illos dies iam diuisio facta fuerat inter noctem & diem, sed nondum inter sydera, ut iam certum esset de syderum numero, quid per diem, & quid per noctem appareret hominibus.

a. Ea diuisione, ut lumen Solis fulgorem nunc habeat, ubi tunc lux tantum nitefcebatur.

AMBROSIVS Hexameron libro quarto, capite tertio.

Mouere autem potest, quod ait; Ut fiant luminaria ad illuminationem super terram, quae discernant inter diem & noctem. Quia & supra iam ubi lumen fecit, dixerat; Separauit Deus inter lucem, ac tenebras, & factum est uespere & mane dies unus. Sed consideremus, quia aliud est lumen diei, aliud lumen Solis, & Lunae, & lumen stellarum, eo quòd Sol ipse radijs suis fulgorem diurno lumini uideatur adiungere, quod uel

ortus

Anno Mudi
primo.
Die quarta.

Diuidant diem & noctem.

- a. Ea diuisione, vt lumen Solis fulgorem nunc habeat, vbi tunc lux tantum nitebat.
b. Ea discrepantia, quod nunc radij Solis vim habeant ad exurendum & vaporandum, quam lux primaeva non habebat.

ortus diei potest prodere, vel occasus. Nam ante Solem lucet quidem, sed non refulget dies, qui amplius quoque meridiano Sole resplendet.

A T H A N A S I V S Quaestione octuagesimatercia.

Quale lumen separabat diem & noctem, antequam Sol creatus esset? Nam Sol & reliqua luminaria postea demum sunt facta. Quomodo ergo illud intelligendum; Et fuit vespera & mane dies, quum Sol nondum esset? Resp. Fiat lux, dixit Deus, & facta est. Illa igitur erat, quae distinguebat diem ac noctem. Et dixit Deus; Fiat lux, & facta est. Lux illa non est Sol. Qualis vero lux sit, audi: Est haec lux illa matutina, quae exoritur diluculo, & Mundum illustrat, antequam Sol oriatur. Nec est vt aliquis putet, quod Solis hic splendor sit, qui Solem praueiens statim lucet, & Mundum illustrat, sed hoc illud ipsum est, quod dicit Scriptura; Et dixit Deus; Fiat lux, & facta est lux.

Sed Athanasius sibi constans non est, cum alias lucem illam primogeniam adeo coruscasse voluerit, vt nec animantes eius fulgorem sustinere quiuissent. Caeterum hoc Athanasij, Ambrosijque placitum, quo insinuare uisi sunt, dies duo habere lumina, aliudque esse lumen diurnum, aliud Solis, aegre recipitur. Rutilans enim aurora, & candescens vesperum, quod ipsi lumen diurnum esse asserunt, ipsum esse lumen Solis omnes perhibent: nisi forte Ambrosius, & Athanasius auroram, & vesperum, lumen diurnum appellent, ex similitudine quam gerit cum eo lumine, quod tri duum primum illustrauit.

I V N I L I V S similem de luce illa pallente habuit sententiam.

Sin autem quaerat aliquis, quale potuerit esse lumen diurnum ante creationem syderum, non ab re est credi, quod tale fuerit, quale videmus quotidie mane, proximante Solis ortu, sed necdum terris apparente, quando lucem quidem obtunsi stellarum radijs dies, sed minime adhuc dicitur Sol ortus, aut refulgens. Vnde nulla alia esse discretio temporum, praeter diei Solem, & Lunam noctis, poterat.

D I O N Y S I V S Carthusianus Enarratione in Genesim, articulo duodecimo.

Et quamuis ante luminarium productionem fuerit tempus ac triduum, dicuntur tamen facta in tempora, quia per ea fit distinctio temporum: & dies deinde sequentes, clariore fuerunt quam tres dies priores, ideo dicit Glossa; Si quaeratur, quale potuit esse lumen diurnum ante luminarium productionem: respondemus, quale videmus Solis ortu proximante, nondum apparente.

- b. Ea discrepantia, quod nunc radij Solis vim habeant ad exurendum et vaporandum, quam lux primaeva non habebat.

A M B R O S I V S loco asserto.

De die autem vel ipsa Solis flagrantia docere nos potest, diuersam diurni luminis & Solis esse naturam, & ipsam esse speciem discolorum. Simplex est enim lucis species, vt lumen prebeat. At vero Sol non solum virtutem illuminandi habet, sed etiam vaporandi: igneus est enim. Ignis autem & illuminat, & exurit. Vnde Dominus volens Moyse ostendere suae operationis miraculum, quo eum ad obediendi studium prouocaret, atque ad fidem inflammaret eius affectum: in igne visus est in rubo, & rubus non exurebatur, sed tantum splendete ignis species videbatur.

Adeo

Diuidant diem & noctem.

- a. Adeo vt nox claritate aliqua Luna & syderum c. Eo euentu, quod vniversum nunc orbe usque insigniatur, vt primum tenebris solis opacabatur. ad terram illustrent, cum ante tantum supernas partes lux ea illuminaret.
b. Ita vt procedant ex diuersis motionis generibus, etiam retrogradis, vbi primum ex sola conuersione d. Hoc est, partes diei, vt ortum meridiem & supremi mobilis gignebatur dies, & nox. occasum, & noctis vigiliam, & horas.

Anno Mudi
primo.
Die quarta.

- a. Adeo vt nox claritate aliqua luna et syderum insigniatur, vt primum tenebris solis opacabatur.

I V N I L I V S in Hexameron.

Fiant luminaria in firmamento Caeli, vt diuidant diem & noctem, ea diuisione quae in sequentibus explicatur apertius, vt Sol diem, Luna vero & stelle noctem illustrent. Et factis syderibus, ad augmentum primariae lucis accessit, vt & nox luminosa procederet, vel Luna utique splendore, vel stellarum, vel utroque irradiata: quae eatenus nil praeter tenebras nouerat antiquas. Nam etsi nobis sepius nox tenebrosa, & caeca, obscurato videlicet nebulois turbimibus aere, qui terra proximus est: superiora tamen illa spatia, quae aetheris nomine censentur, & a turbulento hoc aere usque ad sydereum pertingunt Caelum, semper ob syderum circumuentum redduntur lucida fulgorem.

G L O S S A haec ipsa concisa oratione repetit.

Ea scilicet diuisione, vt sol diem, Luna noctem illuminet. Hoc enim factis syderibus ad augmentum primariae lucis accessit, vt etiam nox prodiret luminosa, Luna vel stellarum splendore radiata, quae haecenus tantum tenebras nouerat. Etsi enim nox tenebrosa videtur, obscurato aere qui terris proximus est, superiora tamen aetheris spatia semper syderum fulgore sunt lucida.

- b. Ita vt procedant ex diuersis motionis generibus, etiam retrogradis, vbi primum ex sola conuersione supremi mobilis gignebatur dies, & nox.

D. T H O M A S, qui Solem, Lunam, astra, primo die condita, motu tantum primi mobilis rotari cepisse existimauit, delapsum tridui primi secundum motum diurnum primi mobilis euenisse; at vero post quartum diem secundum motum proprium Solis Luna & astrarum, dies noctesque contigisse tradit, prima parte, quaestione septuagesima, articulo secundo, ad tertium.

Dicendum, quod in prima die facta est communis distinctio temporis per diem & noctem secundum motum diurnum, qui est communis totius Caeli, qui potest intelligi incepisse primo die. Sed speciales distinctiones diurnum & temporum, secundum quod dies est calidior die, & tempus tempore, & annus anno, sunt secundum speciales motus stellarum, qui possunt intelligi quarto die incepisse.

- c. Eo euentu, quod vniversum nunc orbem usque ad terram illustrent, cum ante tantum supernas partes lux ea illuminaret.

A V G V S T I N V S de Genesi ad literam libro primo, capite decimo. Vt quid ergo factus est Sol in potestatem diei, qui luceret super terram, si lux illa diei faciendo suffecerat, quae dies etiam vocata est? An illa prior regiones superiores a terra longinquas illustrabat, vt sentiri non posset in terris: atque ita oportebat Solem fieri, per quem dies inferioribus Mundi partibus appareret? Id ipsum adnotant Glossa, & Magistri duo, vt supra relatum est.

- d. Hoc est partes diei, ut ortum meridiem & occasum, & noctis vigiliam & horas, quae prius non discernebantur.

I V N I L I V S Commentarijs in Hexameron.

Nam totum illud triduum superius indistincto cursu sui processu transferat, nullam penitus dimensionem habens horarum, utpote quia lumine primario adhuc generaliter omnia replente, nullumque caput habente, quod nunc de Sole accepit, nusquam radij ardentiores illuxerant: & nulla sub caute vel arbore, aquis remotior umbra frigeat.

i HVGO

Anno Mūdi
primo.
Die quarta.

Diuidant diem & noctem.

- a. Adeo ut nunc rotatione luminarium fiant dies & nox, uti primum effusione & attractione lucis gignebantur.
b. Secundū discrepantiam luminis, quemadmodum primum diuisa erant secundū situm.
c. Ut sicut transacti dies vnica Solis luce clarebant: nunc qui prosequuntur, emicent plurium luminarium radiatione.

H. V. G. O. Victorinus Annotationum in Genesim capite septimo.
Sicut Sol diem inchoat & terminat per ortum & occasum, & distinguit in certas partes per processum, & discernit à nocte per lucis suæ splendorem: similiter Luna & Stelle diuidunt noctem.

a. Adeo ut nunc rotatione luminarium fiant dies & nox, uti primum effusione et attractione lucis gignebantur.

PROCOPIVS Commentarijs in Genesim caput primum.
Dehinc ipsis imperatum est à Deo, ut distinguerent diem & noctem, quod antea exequatur primogenia lux iussu diuino, caligine & luce sibi inuicem succedentibus ad eum modum, quem præscripserat Deus.

b. Secundum discrepantiam luminis, quemadmodum primum diuisa erant secundum situm.

CAIETANVS Commentarijs in Genesim caput primum, clariùs edidit ferit, quæ discretio vigeret inter triduum primum, & secundum.

Officium verò quod primo explicatur ad diuidendum inter diem & inter noctem, non est illudmet officium, quod primo die fecit Deus per lucem, quoniam ibi est sermo de diuisione situati secundum vicissitudines inter diem & noctem, ut ibi declaratum est: hic autem est sermo de diuisione secundum lumen inter diem & inter noctem. Multum enim differt lumen nocturnum à lumine diurno: & videmus lumen nocturnum esse à stellis & Luna, lumen autem diurnum à Sole. Et propterea Moses distinctioni luminarium attribuit hanc diuisionem inter diem & inter noctem in quarto die, quæ diuisio non cadebat sub consideratione primi diei, in qua lux absque diuisione considerabatur.

c. Ut sicut transacti dies vnica Solis luce clarebant: nunc qui prosequuntur, emicent plurium luminarium radiatione.

VIELMIVS lectione vigesimaprima. Qui Solem primo die rotasse, quarto autem Lunam & stellas conditas, & motus suos auspicias esse censuit: triduum primum sola Solis luce seiunctum, & triduum postremum Solis, & Lunæ, astrorumq; lumine secretum contendit.

Et diuidant diem ac noctem, siue distinguant diem à nocte. Lux antea vna erat, & proinde Sol sua conuersione tres priores dies à noctibus iuxta accessum ad Hemisphæria, solus seiunxerat: nunc luce in plura corpora diffusa, vel simpliciter quidem, si cæca penitus hæc antea ac tenebrosa erant, quod mihi probabilius profectò videtur: vel si perfusa aliqua luce natura sunt (non enim desunt qui astris tenuem quandam, & exiguum lucem inesse natura volunt) tanta nunc eis imperita fuit, ut emicare quoque & splendere inferna corpora possent, vnde effectum est, ut plura quoque postea fuerint, quæ diem à nocte seiungerent: nec enim Solis occasus tantum (quanquam hic præcipuus sit) sed sydera etiam quando oriuntur, noctem efficiunt: quemadmodum D. Ambrosius rectè adnotauit.

A V C T O R.

Burgenis assertio repudiat.

Ex delatis inter triduum primum & secundum diuersis differentijs, postremæ tres à me sunt primo in loco repudiandæ. Burgenis assertio, quæ dies præcos per effusionem & attractionem effectos autumabat, atque propter id & lucem illam, ut miraculosam, alterius fuisse generis, & tenebras primas, non vmbra, sed omnimodam luminis carentiam extasse arbitrabatur: ardua certè est, nec passim recipienda; sicuti arduum quoque

Anno Mūdi
primo.
Die quarta.

Diuidant diem & noctem.

- a. Non amplius inter se æquales, quemadmodum primum æquè semper se habebant.

quoque erat, nec à nobis receptum genus illud dierum præcorum, quod per emissionem, atq; attractionem lucis fieri perhibebatur. Tenebras siquidè naturales, ac omnimodæ lucis carentiam non nisi ante primū diem Mundū obruisse definiuimus. Caietani explicatio quanquam per difficiles terminos prodita, coincidit tamen cum cæteris. Nam ex eo comparari non poterat lumen, cum lumine ante luminaria, hoc est, diurnum cum nocturno, quoniam nocturna astra tunc non aderant, nec ipse Sol, licet lux Solis Mundum lustraret: diuisioque ea, ut ait, situatis secundum vicissitudines inter dies & noctem, adhuc superest in ipsa distinctione dierum & noctium. Allatam à Vielmio differentiam labascere, sicuti & D. Thomæ sententiam non consistere cenfeo quantum ad id, quod Sol prima die emicarit, cum ex Patrum præcorum sententia Solem nō primo die, sed quarto fuisse conditum, fufius supra demonstrauerimus. Præter has autem plures alias habemus elegantes non repudiandas differentias iam supra in catenis deductas. Prima, quod dies nostri & noctes, præfides habeant visibiles lucis delatores, Solem in die, Lunam & stellas in nocte, qui præcis tribus diebus defuerunt, cum hi luce nullo capiti, vel ignitæ nubi appensa, ex sententia omnium Patrum vsque ad D. Thomæ tempestatem clarescent. Altera, quod lux hæc fulgorem superadiūxerit, ac etiam ardorem, quibus prima illa lux destituebatur. Tertia, quod nunc dies & noctes, non quidem ex luce, & tenebris, seu ex vmbra atra seiunguntur, sed ex micantissima Solis luce, & tenuiori Lunæ, & astrorum. Quarta, quam ex D. Thoma promere possumus, quod luminarium splendor non modò diurnum volutatum nunc habeat primi Orbis raptu, quemadmodum illa lux habebat, verum & pluribus lationibus circumferatur, quibus redditur lux ipsa efficacior, & ad diuersos influxus vigorosior, ac aptior. His accedit, quod primaria lux lucebat in firmamento Cœli, non tamen illuminabat terram, sed aut superas duntaxat partes, aut saltem vsque ad molem tantummodo aquarum, quæ terram tegebant, coruscabat, ut adnotarunt plures, de quibus alijs. Adijcias adhuc, quod tunc officium lucis dierum præcorum erat tantum discernere inter diem, & noctem: nunc autem luminaria inter diei partes, & noctis vigilias ex eorum decursu distinguunt, nam diei meridiem ex Solis ad meridianam lineam accessu dignoscimus, id quod ex luce nulli insita vehiculo elici non permittebatur: Et hæc quidem Patres.

- a. Non amplius inter se æquales, quemadmodum primum æquè semper se habebant.

Dissident tandem (ut nos quoque aliquid adijciamus) primæua lux, & luminarium fulgor, quod non tantum dierum æqualium rationem, sed etiã, ut innuunt Patres, inæqualium quoque astræ peculiaribus suis motibus nobis deferant. Cosmographi siquidem duplicem diem nobis præscribunt: alium quem naturalem vocant, quo Sol primi Cœli raptu horis vigintiquatuor ad idem redit punctum tota telluris mole circumplexa: alium vsualem nuncupatum, qui est, cum Sol supra Orizontem deueniens, lucem Hemisphærio nostro effundit, ipsumq; perlustrat, vsquequo sub Orizonte contactus, aliud Hemisphærium illustrans terræ opacitate vmbra nobis relinquit, diesq; naturalis diem artificialem ac noctem, tanquam partes amplectitur, atque eas nunquam nisi in æquinoctijs pares profert. Prima igitur die creata luce, diuisit Deus lucem à tenebris, & lucem appellauit diem, & tenebras noctem, quando naturali die constituto, partitus est eum in diem ac noctem, in diem luce præditum, & noctem

Caietani explicatio rejicitur.

Vielmij excogitata repudiat.

Differentiæ inter lucem tridui primi & luminarium.

Dies naturalis & artificialis: quod sunt.

Anno Mudi
primo.
Die quarta.

Diuidant diem & noctem.

- a. *Astra ipsa nunc diuideve dicuntur diem, & noctem, sed in primo die Deus ipse diuisit, ex eo quod illa lux fuerit miraculosa, hæc verò naturalis.* b. *Id dictum est non tantum de Sole, sed de Luna, & astris, ex ratione suarum motionum dies proprios gignentium.*

Diem & noctem.

- c. *Quod ista vicissitudo temporum in dies & noctes distributa ad plura magis conferat.*

noctem tenebris obrutam, simpliciter vti in duas æquas partes distinxit, nulla habita de partium quantitate ratione. Quod quidem credibile est, cum lux in æquatore locata fuerit. Quarto autem die producto Sole, Luna, astrisque, ac vnicuique eorum singulari indito motu, ex Solis per Zodiacum decursu, qui circulus ab æquatore hinc inde declinat vsque ad Tropicos per gradus viginti tres ferè, facta est diei & noctis vsualium, lucis ac tenebrarum diuisio; adeò vt cum Sol in æquatore fulget, dies atque noctes æquales cuncto Orbi impertiatur; cū verò hinc inde declinat, inæquales eas reddat, tantumq; diei borealibus partibus tribuat, & noctis auferat, quantum australibus confert noctis, & diei subducit. Dumque Sol obliquo calle signa peruagatur nostra, adeò immutat dies, vt ficuti sub æquatore degentibus parem diem, & noctem efficit: Ita nobis tot dimidia horarum diei adiungat, & nocti detrahat, quot climatibus ab æquatore abscedimus; vsquequo regio sub polo constituta, protractos in sex menses diem, & noctem fortiat. Hæc igitur ratio seiunctionis diei, & noctis, lucis, & tenebrarum in æqualem quarto die effecta est, cum triduum primum pares eas habuisset.

- a. *Astra ipsa nunc diuidere dicuntur diem, et noctem, sed in primo die Deus ipse diuisit, eo quod illa lux fuerit miraculosa, hæc verò naturalis.*

B V R G E N S I S in Additionibus.

Diuidant diem à nocte. In quo ostenditur quedam differentia inter hanc diuisionem diei & noctis, & illam de qua fit mentio in prima die. Nam ibi non dicitur quod lux diuideret inter diem & noctem, seu lucem à tenebris: sed quod Deus diuisit, eo quod illa lux non habebat proprium motum de se, sed per diffusionem, & contractionem à Deo factam, dies diuidebatur à nocte, vt dictum fuit secundum Basilium: sed luminaria, que habent motum à se secundum naturam à Deo sibi collatam, propriè diuidunt inter diem & noctem. Vnde dicit; Fiant luminaria &c. & diuidant diem & noctem.

Et hæc grauissimè quidem dicta sunt iuxta D. Basilij sententiam. Id ipsumque dici poterat ex Augustini doctrina, si cum eo lucis nomine Angelos interpretaremur; folius enim Dei opus erat, Angelos infantes à prauis discriminare.

- b. *Id dictum est non tantum de Sole, sed de Luna, & astris ex ratione suorum motionum dies proprios gignentium.*

B V R G E N S I S loco asserto.

Et notandum, quod licet dies sit propriè latio Solis super terram, tamen quilibet planeta, & stella habet suum proprium diem, scilicet cum ipsa super terram fertur, & noctem è conuerso, & ideo non simpliciter dicit de Sole; vt diuidat diem ac noctem, sed etiam de omnibus dicit; vt diuidant.

Diem & noctem.

- c. *Quod ista vicissitudo temporum in dies et noctes distributa ad plura magis conferat.*

Animaduertunt quamplures Patrum, quam ingens sit hoc beneficium nobis à Deo per

Diem & noctem.

- a. *Vicissitudo dierum & noctium, quietis & vigilia nobis opportuna tempora præstant.*

per astra collatum, vt tempora dilabantur, non perpetua luce perenni que die, sed magis vicissitudinibus diei, & noctis decorata. Pluresque eliciunt homini contingentes ex proposita diei, ac noctis vicissitudine commoditates, & delectationes. Quarum nonnullas colligemus.

- a. *Vicissitudo dierum & noctium, quietis et vigilia nobis opportuna tempora præstant.*

A V G V S T I N V S de Genesi ad literam libro secundo, capite tertio decimo.

Et ideo, quia infirma corpora inferiorum habitatorum succedente motibus quiete reparantur, factum est, vt circumeunte Sole, diei noctisque vicissitudine, propter vicissitudinem dormiendi & vigilandi potirentur.

Beda ea ipsa, libro de sex dierum Creatione, & Magister secundo sententiarum, distinctione quartadecima.

G L O S S A Ordinaria, Augustini verbis mutuatis sententiam hanc decerpit.

Infirmitati quoque hominum prouisum est, vt circumeunte Sole, diei noctisque vicissitudine, propter vigilandi & dormiendi necessitatem potirentur.

C H R Y S O S T O M V S De incomprehensibili Dei natura, Homilia quinta.

Quid luce incundius? Quid radio Solis acceptius? Attamen res hæc tam incunda, tam accepta, & placida, vbi supra modum sese oculis nostris obtulerit, grauis molestiaque occurrit. Quamobrem Deus immortalis non stem diei succedere voluit, quæ oculos fatigatos demissis genis operiret, & pupillis quietem reconciliaret, atque ita vim recrearet videndi, & ad futurum officium redderet aptiorem. Hinc etiam vigilia & somnus, res inter se contrarie, pariter incundissime accedunt suæ moderatione vicissitudinis: & quæ lucem suauem nominemus, somnum quoque suauem dicimus, qui nos dimouere à luce consuevit. Ita omnibus in rebus grane molestumque est, quod immodicum est: suauis, vtile, & incundum, quod modicum est.

C Y R I L L V S Hierosolymitanus Catechesi nona.

Neque verò quisquam suscipiat illos qui dicunt, alium esse luminis factorem, & alium tenebrarum. Meminerit autem Isaiæ dicentis; Ego Dominus faciens lumen, & creans tenebras. Cur de te ipso aueris à homo? cur fers grauius tempus, quod tibi in requiem concessum est? Non accepisset seruus à Domino requiem, nisi tenebræ essent inductæ in hanc præscriptam necessitatem. Quomodo autem in die sæpe laborantes, nocti requiescimus? Et qui hesternæ die fuit in laboribus, mane fit robustior propter noctis quietem.

T H E O D O R E T V S de Prouidentia sermone primo.

Similiter laborum quoque tædio capti, fatigatum diurnis operibus corpus noctu quieti tradimus: & vbi hoc lecto simul & somno atque quiete probe curatum est, idem sub auroram cæci nouum ad opera afferimus. Tantæ nobis & talis utilitatis nec auctor est. Huius beneficio mercenarius requiescit, & seruus laboribus finem, & quietem inuenit. Noctis enim tenebræ vel laboriosissimos quoque à laboribus cessare cogunt.

L Y R A N V S in Postillis.

Et diuidant diem. Ad cuius intellectum considerandum, quod luminaria Cæli deseruiunt homini, inquantum faciunt vicissitudinem temporis apti ad operandum, & temporis apti ad quiescendum: quia homo non potest continue laborare, sed oportet eum somnum capere ad recreationem sensuum & quietem corporis; & quantum ad hoc dicitur; Et diuidant diem, ac noctem.

T O S T A T V S pariter in Postillis.

Et ponuntur quatuor utilitates, quas faciunt luminaria. Prima est, quia homo est animal fatigabile, non potens semper laborare, sed indigens quiete & somno: ideo luminaria, scilicet Sol principaliter facit vicissitudinem in tempore, distinguens diem, congruum tempus ad laborandum, noctem autem ad vacandum quieti per somnum,

Anno Mudi
primo.
Die quarta.

Anno Mūdi primo. Die quarta.

Diem & noctem.

- a. Quòd hæc vicissitudo incundiorem nobis lucem reddat.
- b. Hæc vicissitudo multum confert ad temporis mensuras constituendas.
- c. Nox admodum proficua est ad plura, præcipueq; ad contemplationem maximè est accommodata.

somnum, & hoc tangitur cum dicitur; Diuidant diem à nocte, idest, per motum Solis distinguatur dies artificialis à nocte.

DIONYSIVS Carthufianus Enarratione in Genesim articulo duodecimo.

Hæc autem vicissitudo diei ac noctis, est hominibus multipliciter utilis, immo, & necessaria. Nam tempus diurnum est aptius ad laborandum, ad conueniendum, atque ad diuersa exercitia exequenda. Propter quod scriptum est; Ortus est Sol, & exiit homo ad opus suum, & ad operationem suam vsq; ad vesperam. Tempus vero nocturnum est aptius ad quiescendum. Vnde in libro de Compunctione ait Chrysostomus, quoddam sicut mater volens infantulum suum facere dormientem, operit oculos eius: sic Deus Pater volens homines in nocte dormire, obducit visui eorum caliginem, quasi oculorum operculum.

a. Quòd hæc vicissitudo incundiorem nobis lucem reddat.

THEODORETVS loco asserto.

Primo etenim tenebrarum lucisq; varietas, ipsam lucem nobis incundiorem magisq; gratam reddit. Vnde Aurora meridie multò desiderabilior est. Vbi enim nos lucis satietas interdum cepit, nocturna quiete nobis opus est. Hanc autem asscuti satietatis fastidium ponimus, & denuò lux nobis gratissima oritur.

Ambrosius in Hymno die Dominico ab Ecclesia decantato.

Aeterne rerum conditor Et temporum das tempora

Noctem diemq; qui regis, Vt alleues fastidium.

Dionysius Carthufianus & alij ex Hymno præfato hæc adnotarunt.

b. Hæc vicissitudo multum confert ad temporis mensuras constituendas.

THEODORETVS vbi supra.

Quoniam enim natura nobis mortalis est, & finitam, certisque circumscriptam temporum spatij vitam vivimus, oportebat utique nos temporum quoque mensuras edoceri. Nox itaque diebus media intercedens, temporis mensuras constituit. Nam si lux quadam perpetua nullo alio intercedente medio permansisset, certè nec annorum orbis, nec mensium numerum discere, vel edocere potuissimus: sed vnica illa dies continua totius præsentis sæculi mensura fuisset, qualem nimirum futuri illius sæculi conditionem fore credimus. Illum quippe diem sine vespero fore, & omni alia successione cariturum esse, edocli sumus. Etenim huiusmodi sæculum, ijs, qui immortales futuri sunt, conuenit. Cum vero in præsentem hoc propter naturam nostram mortalem factoque obnoxiam, multa nobis desint, temporis mensuras & spatia nouisse, necessarium est: vt dum tempus hoc elabi cernimus, salutis cura tangamur, nosque ad peregrinationem, & abiitum è sæculo præparemus. Nox itaque diei succedens, temporis mensura est. Et cum hæc septies diem exceperit, hebdomadis vel septimanae spatium complet. Mensis vero spatium ex Luna colligimus; vnde nomen etiam illi inditum est. Nam Græci Lunam mensis nominare consueverunt. Hæc enim crescens simul & deficiens, vbi falcata & diuidua, deinde vtrinque gibbosa, tandemque plena pleno lumine fulserit, indeque in gibbosam figuram denuò transiens, rursum quoque diuidua & falcata apparuerit, triginta dierum (paucis dumtaxat horis demptis) numerum absoluit. Anni vero circulum non ex mensibus modò, sed ex dierum quoque numero didicimus.

c. Nox admodum proficua est ad plura, primumq; ad contemplationem maximè est accommodata.

CYRILLVS Hierosolymitanus loco asserto.

Quid autem est ad sapientiam nocte commodius? in hac enim persepè de Deo cogitamus: in hac lectioni & contemplationi diuinarum Scripturarum vacamus. Quando autem magis in psalmodiam & orationem mens

Anno Mūdi primo. Die quarta.

Diem & noctem.

- a. Nox etiam astris decorata, homines quibus operandi est necessitas, maximè consolatur.
- b. Nox quibusdam animantibus debili luce praditis quammaximè proficua.
- c. Nox liberum feris pabulum exhibet.

mens nostra componitur? nunquid non noctu? & peccata persepè nostra noctu in memoriam reuocamus.

a. Nox etiam astris decorata, homines quibus operandi est necessitas, maximè consolatur.

AVGVSTINVS libro, & capite asserto.

Nox verò illa non indecora remaneret, sed Lunæ ac syderum luce, & ipsos consolaretur homines, quibus plerumque operandi etiam est nocturna necessitas.

Glossa vt supra, hæc ipsa repetit ipsi parum mutatis verbis. Beda pariter libro de sex dierum Creatione, & Magister secundo, distinctione quartadecima.

PETRVS Comestor in Historia Scholastica, capite sexto.

Lunam & stellas voluit illuminare noctem, ne nox sine lumine nimis esset indecora, & vt operantes in nocte, vt nautæ, & viatores, solatium luminis haberent.

b. Nox quibusdam animantibus debili luce praditis quammaximè proficua.

AVGVSTINVS vbi supra.

Factum est, vt nox Lunæ ac syderum luce, quibusdam animalibus, quæ lucem Solis ferre non possunt, ad sufficientiam temperaretur.

GLOSSA Ordinaria.

Quædam animalia sunt, quæ lucem ferre non possunt, hoc est diurnam.

Magister Sententiarum secundo, distinctione quartadecima, consimilia habet.

PETRVS Comestor vbi supra.

Sunt etiam quædam auicula, quæ lucem Solis ferre non possunt, & ferè nocte pascuntur. Additio. Maximè hæc aues in desertis Æthiopiæ arenosis, vbi modicus impulsus venti inuenta itinerantium vestigia complanant.

c. Nox liberum feris pabulum exhibet.

THEODORETVS loco præallegato.

Nox homines domum congregat, & dulcem somnum illis conciliat: feras autem ad pastum educit, & liberum tutumque pascendi tempus exhibet. Quapropter magnus ille Dauid, Deum omnium Dominum, & Creatorem celebrans exclamat; Fecit Lunam in tempora: Sol cognouit occasum suum. Posuisti tenebras, & facta est nox, in ipsa pertransibunt omnes feræ syluestres. Catuli Leonum rugientes, vt rapiant, & querant à Deo escam sibi. Ortus est Sol, & congregati sunt, & in cubilibus suis collocabuntur. Exiit homo ad opus suum, & ad operationem suam vsque ad vesperum. Quare hanc etiam commoditatem nox exhibet, quod & homines quiete fouet, & feris escam suam tutò querendi occasionem præbet.

Psal. 103.

RVPERTVS Commentarijs in Genesim, libro primo, capite quadragesimoquarto.

Et has quidem tenebras Deus benè posuit, quippe cuius positione, & præcepto, quod non præteribit, Sol deorsum descendit, & tunc ex umbra terræ superius Hemisphærium tenebescit, & nox fit, vt in ipsa pertransiant omnes bestia syluæ, catuli Leonum rugientes, vt rapiant, & querant à Deo escam sibi, vt orto Sole congregentur in cubilibus suis, exeat autem homo ad opus suum, & ad operationem suam, vsque ad vesperam. Benè (inquam) hoc inter ea, quæ valdè magnifica sunt, opera tua Domine in sapientia fecisti.

Psal. 103.

Nox

Anno Mūdi
primo.
Die quarta.

Diem & noctem.

- a. Nox permaximè necessaria, vt humiditatis sit nutritrix.
In signa, & tempora, dies, & annos.
b. Oth, signum, qualecunque.
c. Et tempora. Legendum statos dies, & solemnes.

a. Nox permaximè necessaria, vt humiditatis sit nutritrix.

His adijci potest, quòd potissimum ad Vniuersi cōseruationem producta fuerit nox. Cū enim cuncta calido & humido viuificentur ex Aristotelis sententia, sicuti interdium ex radiorum Solis attritione calor maximè fouetur: ita necessaria erat nox, vt eius contemperantia humidum vigeret. Nox siquidem mater est, & nutritrix humorum, sine quibus omnia calore exusta deperirent.

Quā mirificè diuina prouidentia, nouo aduentante Vere, quo homines ad labores, peregrinationes, nauigationes, ac bella incedunt, terraque fegetes profert, & virefcit, cunctaque animantia prolem gignunt, constituerit, vt dies augeantur, noctes verò decrescant: atque ex aduerso redeuntibus domum hominibus, persolutis negotijs, condita iam messe, ac telluris fructibus, terraque ipsa se ad novos partus accingente, quibus & frigoris, & pluuiarum temperies valdè est opportuna, statuerit eadem immanisa Dei prouidentia, vt dies augetur, nox autem imminuatur. Theodoretus eomet sermone cumulatè & liculenter graui oratione demonstrat. Sed de his aliàs.

Et hæc de primo astrorum munere fati.

In signa, & tempora, dies, & annos.

Hebraicum textum ita edidit Chaldaica lectio; Et sint in signa, & in tempora, & numerentur per ea dies, & anni. Græca editio pariter legit; Et sint in signa, & in tempora, & in dies, & in annos. Nostra Vulgata non toties repetit præpositio nem In, sed vertit; Et sint in signa, & tempora, & dies, & annos. Cui lectio subscibunt Pagninus, Vatablus, Lufitanus, Streuchus, Lyppomanus, & ferè omnes idioma is Hebraici obseruatores.

CAIETANVS solus.

Juxta Hebræum (inquit) habetur; Et erunt ad signa, ad tempora, ad dies, & annos.

Non est cur hanc Caietani singularem æditionem ponderemus: Id enim suo Marte dictum existimo, cū cæteri omnes oppositam teneant lectionem. Atque ex hoc effectum arbitror, vt is suam illam prosequatur assertionem, qua non distributionem absolute lucis in astra, sed secundum officia tantum, vt aiebat, hic describi opinabatur. Vnde & legendum autumabat; Sint luminaria, &c. ad diuidendum. De qua re supra fati.

Supereft, vt, si quid est circa has voces obseruandum, perpendamus.

b. Oth, signum, qualecunque.

LVSITANVS.

Significat autem, vt dicunt Hebræi (Oth) id est, signum qualecunque (Mopheth) verò portentum: quod discrimen serua, quia amplius non repetemus illud.

c. Et tempora. Legendum statos dies, et solemnes.

STEVCHVS In Genesim, capite primo:

Tempus hic non id est, quod à Philosophis mensura motus vocatur, & de quo Plato, vna cum Cælo conditum est.

Anno Mūdi
primo.
Die quarta.

In signa, & tempora.

- a. Legendum, Collectiones certorum dierum.
b. Endiadis est, hoc est, in signa temporum.
c. Ad res gerendas propensorum.

est tempus, vt quia simul effecta sunt, simul & dissoluantur, si qua eorum futura sit vnquam dissolutio. De hoc enim tempore intellexit inferius cum dixit; Erunt in dies & annos: sed hic tempora vocantur dies statim ac solemnes, quos Hebræi à contestatione atque admonitione (Mohadin) appellant à verbo (Iabad) id est testatus est: quarum dierum frequentissima est mentio in sacris literis. Earum itaque Sol & Luna indices sunt, ad Solis enim ac Luna cursum, huiusmodi dies celebrantur ac repetuntur. Primum itaque tempus Hebraicè vocatur (Het) secundum, Mohad. Septuagintâ quoque non verterunt hic χρονοίς, quod tempus ipsum est, sed ναιπίς, quæ est bene gerendarum rerum occasio, & vt ait Plato αδοίς τὸ χρονοίς, id est, flos temporis, quod sit selectissimum, atque maximè opportunum tempus. Hoc dictum sit, quòd proprietatem Hebraicam explicarem, cuius ignotatio fecit, vt plerique tam Græcorum quàm Latinorum, hunc locum aliter quàm fas esset, interpretati sint. Quorum summa solertia non propterea non est mirificè in cæteris commendanda.

LIPPOMANVS quàm eleganter in Catena hæc ipsa coegerit, audias.

Placuit hic aduertere, quòd tempus hoc in loco non id est quod à Philosophis mensura motus vocatur, de hoc enim tempore intellexit inferius, cum dicit; Sint in dies & annos. Sed hic tempora vocantur dies statim, ac solemnes, quos Hebræi à contestatione atque admonitione (Mohadin) appellant, à verbo Iabad, id est, testatus est: quarum dierum frequentissima est mentio in sacris scripturis. Earum itaque Sol & Luna indices sunt, ad Solis enim ac Luna cursum, huiusmodi dies celebrantur ac repetuntur. Primum itaque tempus hebraicè vocatur Eih, secundum, Mohed, Septuagintâ quoque non verterunt hic χρονοίς, quod tempus ipsum est, sed ναιπίς, quæ est bene gerendarum rerum occasio, & vt ait Plato, αδοίς τὸ χρονοίς, id est, flos temporis, quod sit selectissimum atque maximè opportunum tempus. Hoc sit dictum, quòd proprietatem Hebraicam explicaretur.

a. Legendum, Collectiones certorum dierum.

LVSITANVS pariter in hanc proficiscitur sententiam.

Similiter aduertit, quòd Mohed, aut Mohadin, ortum habet à Iabad, quod significat congregare: maximè ad certum tempus: vnde Mohed, videtur significare collectionem, sive hominum ad certum locum, sive dierum. Quare possit hic verti; Et erunt in signa, & collectiones, scilicet certorum dierum, aut temporum, festorum scilicet, & aliorum multorum. Exodi nono; Et posuit Dominus Mohed, id est, tempus statutum & certum, aut certam collectionem dierum. Et Deuteronomij decimo sexto; Mohed, id est, tempore, scilicet statuto, quo egresus es ex Aegypto. Sic secundo Samuelis vigesimo quarto; Et dedit Dominus pestem in Israël à mane vsque Ethmohed, id est tempus statutum, sed limitatum, aut collectum: & sic in multis alijs locis.

Quantum hæc animaduersiones, & obseruationes ad eliciendos sensus sint profutura, suo loco habebis. Nunc ad singulorum verborum explanationem accedamus. Sunt qui exponunt simul in signa & tempora.

b. Endiadis est, hoc est, in signa temporum.

PETRVS Comestor capite sexto in Genesim.

Hic endiadis est in signa, & tempora, id est, in signa temporum.

c. Ad res gerendas propensorum.

CHRYSOSTOMVS Homilia sexta in Genesim.

Quid est, in signa, & in tempora, & in dies, & in annos? Docere nos vult diuina Scriptura, quòd horum cursum scientiam nobis concedit temporum, & vicissitudines rerum, numerum dierum, anni curriculum. Et ex his possumus discernere omnia. Etenim gubernator ad horum cursum spectans, & in Cælum intentus, diligenterque discens omnia, nauigare incipit, maria transit, & in densissima nocte, visa stella, nauim dirigere, & sua arte salutè nauigantibus dare solet. Sic & agricola ex illis discit & videt, quādo congruit vt semina terra committat, quādo terrā pascinet, ac aret, quādo falcem acuat, vt fruges demetat. Et in summa, non paucas vite huius comoditates temporum scientia, dierum numerus, & anni circulus afferunt, neque est qui exactè recensere singulas possit: ex paucis

K tamen.

Anno Mūdi
primo.
Die quarta.

In signa, & tempora.

a. Quod usque ad quartum diem nullum præcesserit tempus, nisi per similitudinem.

tamē, quantum eorum sit usus, coniectandum est. Et cum admirati fuerimus creaturas, eorum opifex quoque adorandus est; & obstruenda, & celebranda ineffabilis eius misericordia, quam humano generi contulit. Quippe propter nil aliud hæc omnia produxit, quam propter hominem, quem non multo post quasi regem & principem omnibus à se conditis præfecturus erat.

A T H A N A S I V S Quæstionibus ex veteri Testamento, quæstione octava gesima quarta.

Quid est quod inquit, sint in signa, & stata tempora, & dies, & annos? Responso. Signa vocat cognoscere seminis faciendæ, messis & vindemiæ opportunitatem, quo tempore plantandum, & ligna quando cædenda. Nam quivis temporis articulus peculiare habet opus. Quod vis temporis spatium suas habet opportunitates, quibus peculiare aliquod opus exerceri debet.

T H E O D O R E T V S Quæstione in Genesim quintadecima.

Signa igitur vocat Scriptura diuina, quibus cognoscimus tempus opportunum seminandi, plantandi, purgandi, & ligna cædendi ad nauium & domuum constructionem idonea. Inde etiam nauæ didicerunt, quando opportunè nauem subducere vel impellere conueniat, & quando vela pandere aut contrahere oporteat. Experiencia enim ipsos docuit astrorum ortus & occasus. Hæc igitur signa vocauit Scriptura, non illa planè demerita atque impietatis plena.

G R A E C V S in Catena Lippomani.

In quæ ergo signa sunt Cæli luminaria? nauigantibus, arantibus, metentibus.

H V G O in Adnotationibus elucidatorijs in Genesim, capite septimo.

Sunt in signa, quarundam scilicet nostrarum actionum, sicut seminandi, metendi, transfretandi, & huiusmodi.

G L O S S A Ordinaria.

Non illa dicit signa, quæ obseruare vanitatis est, sed vtique vtilia & huius vite vsibus necessaria.

a. Quod usque ad quartum diem nullum præcesserit tempus, nisi per similitudinem.

A V G V S T I N V S de Genesi ad literam libro secundo, capite quartodecimo.

Vt sint in signa, & tempora, & in dies, & in annos. Quis non videat quam obscure positum sit quarta die cepisse tempora, quasi superius triduum sine tempore præterire potuerit? Quis ergo animo penetret, quomodo illi tres dies transferantur antequam inciperent tempora, quæ quarto die dicuntur incipere: vel vtrum omnino transferantur dies illi? An circa speciem factæ rei dies appellatus sit, & circa priuationem nox, vt nondum specie formata materia nox dicta sit, vnde formanda erant cetera: sicut potest quamuis in rebus formatis, intelligi tamen in ipsa mutabilitate informitas materia, non enim spatij vel locorum quasi remotior, vel temporum quasi anterior discerni potest? An potius in ipsa re facta atque formata eadem mutabilitas, hoc est, deficiendi, vt ita dixerim, possibilitas, nox appellata sit, quia inest in rebus factis etiam si non mutantur, posse mutari? Vespera autem & mane non quasi per temporis præteritionem & aduentum, sed per quandam terminum, quo intelligitur quousque sit naturæ proprius modus, & vnde sit naturæ alterius consequenter exordium.

B E D A quæstionibus in Genesim.

Quis non videat quam obscure positum sit quarto die cepisse tempora, quasi superius triduum sine tempore præterire potuerit: qui suæ tamen creationis tempus habuerunt, syderum tamen distinctione illud triduum non habuerunt.

G L O S S A Ordinaria.

Quod autem dictum est; Et sint in signa, &c. ita dictum videtur quasi quarto die cepissent tempora, cum prius triduum sine tempore non fuerit. Nam si aliquis motus corporalis, vel spiritalis conditionem luminarium præcessit, vt aliquid à futura expectatione per presens in præteritum transierit, sine tempore esse non potuit.

Anno Mūdi
primo.
Die quarta.

In signa, & tempora.

a. Hoc est, in signa articulorum temporis.

potuit. Ideo tempora, quæ sunt per sydera, non spacia morarum, sed vicissitudinem affectionum Cæli debemus accipere: quia dies & anni, quos vsitate nouimus, motibus tantum syderum sunt. Vel forte circa speciem factæ rei dies est appellatus, & circa priuationem nox, vt materia nondum per speciem formata sit nox dicta, vnde formanda erant cetera. Vel potius ipsa re facta atque formata, mutabilitas, id est, deficiendi possibilitas nox dicitur, Possunt enim res mutari etiam si non mutantur. Vesperæ autem & mane intelligantur, non per temporis præteritionem & aduentum, sed per terminum quo intelligitur vsquequo sit naturæ modus, & vnde exordium.

M A G I S T E R Sententiarum secundo, distinctione quartadecima, hanc pariter Augustinianam doctrinam deprompsit, & eadē oratione qua Glossa explicauit.

Quod autem subditur. Et sint in signa, & tempora, & dies, & annos: quomodo accipiendum sit queri solet. ita enim dictum videtur, quasi quarto die cepissent tempora, cum prius sine tempore non fuerit. Ideoque tempora, quæ sunt per sydera non spacia morarum; sed vicissitudinem aëreæ qualitatis accipere debemus: quia talia motibus syderum sunt, sicut dies & anni, quos vsitate nouimus.

Confirmiles sententias ex Augustino de Genesi imperfecto, & de Genesi contra Manichæos, ex Beda expositione in Genesim, & libro de sex dierum creatione, ex Eucherio, habes supra exaratas.

a. Hoc est, in signa articulorum temporis.

A V G V S T I N V S contra Manichæos libro primo, capite quartodecimo.

Deinde querunt, vt quid dictum sit de syderibus; Et sint in signa, & in tempora. Nunquid enim, aiunt, tres illi dies sine temporibus esse potuerunt, aut ad temporis spatia non pertinent? Sed in signa & tempora dictum est, vt per hæc sydera tempora distinguantur, & ab hominibus dignoscantur: quia si currant tempora, & nullis distinguantur articulis, qui articuli per syderum cursus notantur, possunt quidem currere tempora atque præterire; sed intelligi & discerni ab hominibus non possunt. Sicut hora, quando nubilis dies est, transeunt quidem, & sua spatia peragunt, sed distinguere à nobis, & notari non possunt.

E V C H E R I V S Commentarijs in Genesim libro primo, cap. quinto. In signa, quod articuli temporum per syderum cursus notantur.

G L O S S A Ordinaria.

Quia priusquam sydera fierent, ordo temporum nullis notabatur indicijs, vel meridiana hora, vel qualibet alia. Sunt ergo luminaria in signa, &c. non quod à conditione horum tempora cæperint, vel dies, vel anni: sed quia per ortus eorum vel transitus, temporum, dierum, annorumque signatur ordo.

M A G I S T E R Sententiarum secundo, quæstione quartadecima.

Vel sint in signa & tempora, id est, in distinctionem horarum: quia priusquam fierent, ordo temporum nullis notabatur indicijs, vel meridiana hora, vel qualibet hora.

I V N I L I V S in Hexameron, quod Glossa breuissimè compilauit, quippe quæ ea ex ipso hauserat, prolixiori oratione sic explicat.

Quia nimirum, priusquam sydera fierent, non erant quibus ordo deputaretur temporum inditus: & non erat, vnde meridiana hora dignosceretur, antequam Sol medium Cæli conscenderet igneus orbem: & non, vnde cetera diei noctisque signarentur horæ, donec astra polum aequali inter se sorte nocte dieque diuiderent. Sunt ergo luminaria in signa, & tempora, & dies, & annos, non quod à conditione eorum tempora cæperint, quæ constat cepisse à principio, quo fecit Deus Cælum & terram: vel dies & anni, qui originem sumpsisse noscuntur, ex quo dixit Deus; Fiat lux, & facta est lux: sed quia per ortus eorum, siue transitus, temporum ordo, dierumque, annorumque signatur. Nam totum illud triduum superius indistincto cursus sui processu transferat, nullam penitus dimensionem habens horarum: vt potè quia lumine primario adhuc generaliter omnia replente, nullumque caput habente, quod nunc de Sole accepit, nusquam radij ardentiores illuxerant, & nulla sub

K 2 caute.

Anno Mūdi
primo.
Die quarta.

In signa, & tempora.

- a. In signa; Hoc est horas.
b. Hoc est momenta.
c. Hoc est signa statutorum temporum, seu solemnitatum.

caute, vel arbore, aquis remotior umbra frigebat. Et post. Merito factis syderibus dictum est; Erunt in signa & tempora, cōperunt nanque discerni temporum vices, ex quo Sol die quarto Mundi nascentis è medio procedens orientis æquinoctium vernale suo consecrauit exortu.

a. In signa, hoc est, horas.

R V P E R T V S Commentarijs in Genesim, libro primo, capite quadragesimoquinto.

In signa horarum, quas cum obseruet rusticana quoque plebecula, magis ad seruendum Deo religiosa considerat Christi Ecclesia.

b. In signa, hoc est, momenta.

OBSERVATIONES Hebraicae.

Signa, & tempora. Quidam intelligunt per signa, momenta ipsa: per tempora, horas: vt per motionem illorum corporum celestium designentur momenta, hora, dies, & anni.

c. Hoc est signa statutorum temporum, seu solemnitatum.

P R O C O P I V S . Commentarijs in Genesim, capite primo.

Sunt itaque luminaria illa signa dierum, & noctium, & temporum, quae ex his constantur, nec non & solemnitatum, quae in ipsis contingunt, quas alia translatio nominat stata festa, quemadmodum & Syrach de Luna verba facit, dicens; Et Lunam fecit in statum ad tempus suum. Demonstrationem temporum & signum Saeculi, & à Luna signum festiuitatis.

Eccle. 43.

I V N I L I V S . Commentarijs in Genesim.

Sed Luna vespere plena apparet, eaque in celebrationem Paschae seruanda erant tempora, primo suo prefixo ascensu. Ipsa enim est hora, quam non solus antiquus ille populus Dei, sed & nos hodie primam in agendo Pascha seruamus, & cum æquinoctij die transenso, plena vespere Luna, hoc est, quartadecima in faciem Caeli prouiderit. Nam mox posthac vt dominicus dies aduenit, aptum hoc celebrandae resurrectioni dominicae tempus instabit, completo ad literam quoque Prophetae verbo, qui dixit; Fecit Lunam in tempora, Sol cognouit occasum suum.

Psal. 105.

G L O S S A Ordinaria.

Luna post æquinoctium vernale, vespere plena procedens, paschalem terminum facit, quae regula vsque hodie viget.

L Y P P O M A N V S & Steuchus, vt supra recitatum est, in hanc deueniunt sententiam. Nam cum temporum nomine dies statos, & solemnes appellari apud Hebraeos astruissent, addunt.

Eorum itaque Sol & Luna indices sunt, ad Solis enim, ac Lune cursum huiusmodi dies celebrantur, ac repetuntur.

D. B O N A V E N T V R A secundo Sententiarum, distinctione quartadecima.

Similiter suo modo Luna est in significationem temporum, & annorum, & dierum, apud Iudeos maxime quantum ad solemnitates, sicut apud Christianos est Sol: sicut dicitur Ecclesiastici quadragesimotertio; Luna signum diei festi. Si autem quaeratur, quare Ecclesia magis accepit festa sua secundum Solem, quam secundum Lunam, exceptis duobus: prolata est huius questionis determinatio, & plane inueniri potest in lib. Augustini ad Ianuarium. Hoc quantum ad praesens sufficiat, quod quia Synagoga in tenebris noctis ambulat, & minuenda erat: ided à luminari, quod nocti praest, & quod minuitur in consummatione, accipiebant suarum solemnitatum distinctionem. Quia verò Ecclesia iam ambulat in lumine, sicut de ipsa dicitur Apocalypsis duodecimo, Mulier amicta Sole, & Luna sub pedibus eius: ided mensēs computant, & dies solemnes magis secundum

Anno Mūdi
primo.
Die quarta.

In signa, & tempora.

- a. Hoc est, in signa discernentia vices quatuor temporum anni.
b. In signa temporum, dierum, & annorum, tam praesignantia, quam distinguentia.

secundum motum Solis, quam Luna, excepto solo Paschate, & persequens Pentecoste. Paschalis enim solemnitas non solum celebratur in commemorationem resurrectionis, sed etiam in praefigurationem resurrectionis futurae. Et in hoc Ecclesia quodammodo conformis est Synagoga. Vnde festiuitatem illam obseruat à Luna, non iudaizando, sed potius illam futuram solemnitatem quam expectat secundo, quod sibi competit, praesignando.

Adfunt & plures Patres, qui non simul copulant signa & tempora, sed aliud indicare nobis signa, aliud tempora malint, pluresque sensus his vocibus adaptant.

a. Hoc est, in signa discernentia vices quatuor temporum anni.

I V N I L I V S in Hexameron.

Et sint in signa, & tempora, & dies, & annos. Cepere nanque discerni temporum vices, ex quo Sol die quarto Mundi nascentis à medio procedens Orientis, æquinoctium vernale suo consecrauit exortu, & quotidianis profectibus ad alta Caeli culmina scandendo, rursumque à solstitiali vertice ad infima paulatim descendendo, nec mora ab infimis extremisque locis æquinoctialis gyros repetendo, discretis temporibus quatuor notissimis, diebus praefinitis anni spacium compleuit.

H V G O Carenfis in Postillis.

Vel in signa & tempora, id est, in signa temporum, vt videlicet distinguant inter tempora anni.

b. In signa temporum, dierum, et annorum, tam praesignantia, quam distinguentia.

Bonauentura libro Sententiarum secundo, distinctione quartadecima hanc interpretationem prolixius exhibet.

D I O N Y S I V S Carthusianus Enarratione in Genesim articulo duodecimo, non suppresso nomine, ingenuè sic perfrinxit D. Bonauenturae ingenuam doctrinam.

Hunc locum exponit Bonauentura sic super secundum: Duplex est vsus, seu actio signi: videlicet significare, & distinguere. Si ergo accipiatur signum ab actu significandi, sensus est, quod luminaria facta sunt in signa, id est, in significationem futurorum, & in variationem temporum, & annorum, atque dierum, ita vt temporum variatio attendatur penes aeris immutationem quantum ad calorem, & frigus; variatio autem dierum, penes lucem, & tenebras: variatio verò annorum, iuxta renouationem horum duorum: sicque luminaria sunt in signum, non quorumlibet futurorum, sed eorum, quorum ipsa sunt quodammodo causa, videlicet imbrium, ac ventorum, serenitatis, ac tempestatis, seu etiam eorum, quae diuina prouidentia per ea praesignare decreuit, puta illorum, quae circa iudicium sunt futura, iuxta quod scriptum est: Erunt signa in Sole, & Luna. Porro eorum, quae dependent ex libero arbitrio, non sunt signa ex institutione diuina, sed potius traxit ea ad talia designanda fictio, curiositasque humana. Si autem signum sumatur ab actu distinguendi, sensus est: Sint in signa & c. id est, in distinctiones temporum, & dierum, ac annorum. Luminaria autem ex motu diurno, quem habent à nona sphaera, causant distinctionem temporum, & dierum, ac annorum, quod tamè Sol potissime agit, qui per motum istum causat Ver, Aestatem, Autumnum, & Hyemem, distinctione quoque dierum & noctium in longitudine ac breuitate, secundum quod magis, ac minus accedit ad nos, aut recedit à nobis in ascendendo, & descendendo in circulo illo obliquo, puta Zodiaco. Sunt item in distinctionem annorum, secundum consummationem motus Solis in circulo obliquo. Similiter Luna suo modo est in signationem temporum, & dierum, atque annorum apud Iudeos, praesertim quantum ad solemnitates, sicut apud Christianos est Sol. Vnde in Ecclesiastico scriptum est: Luna signum diei festi. Veruntamen Ecclesia sicut & Synagoga celebrat solemnitatem Paschalem, & per consequens Pentecostem secundum motum Lune, quia Paschalis solemnitas

Eccle. 43.

Anno Mudi
primo.
Die quarta.

In signa.

a. Hoc est, prognostica.

lemnitas celebratur non solum in rememorationem dominice resurrectionis praterite, sed item in præsignationem resurrectionis future. Sicque facit hoc Ecclesia non iudicando, sed futuram illam solemnitatem præsfigurando, in quo etiam conformis est quodammodo Synagoga.

a. Hoc est, prognostica.

PHILO de Mundi opificio.

Facta sunt autem, ut ipse ait, non solum ad lucem emittendam in terras, sed etiam ut futura præsignificent: aut enim exortu earum & occasu, deliquione aut emersione, occultatione, aut alijs motuum differentijs, homines de futuris conijciunt, & præsagunt copiam inopiam, fructuum, prouentum, vel pestem animalium, serenum & nubilum, tranquillitatem aeris & procellas ventorum, inundationes & exilitates luminum, molitiam maris & tempestatem, horarum anni vices prepositas, diem aut Aestas hybernat, aut Hyems aestuat, aut Ver Autumnus refert, aut contra Autumnus vernam temperiem. Nec desierunt, qui concussionem terremotoque ex Celi obseruatione prædicent, aliaque multa euentu certissimo: ita ut verissime dictum sit, in signa esse factas stellas.

BASILIVS Hexameron Homilia sexta.

Et sint in signa, & tempora, & dies, & annos. Necessaria profecto sunt luminarium in hominum vita significationes. Nanque si non ultra modum signa quisquam, quæ ab ipsis proficiuntur exploret, viles ipsorum obseruationes eas inuenerit, quas experientia longa probauit. Complura cuique sanè de imbrum alluione, complura de siccitatibus, complura de flatuum agitationibus, aut in parte, aut in vniverso, vehementioribus ac leuioribus discere licet.

Progreditur inde Basilius nonnulla prognostica tum ex Sole, tum ex Luna, tum ex varijs Cœli affectionibus eleganter deducere.

Nam & vnum quid eorum quæ a Sole ostenduntur, Dominus nobis tradidit hisce verbis; Hodie tempestas erit, rutilat enim triste Cœlum. Cum enim per caliginem ascensus fuerit Solis, radij tum obscurantur, ipse rutilus veluti pruina, coloreque propè sanguinis æmulus cernitur, aeris crassitudine visionem hanc in aspectibus nostris efficiens. Quod si non diffusus a radijs tum aer ille addensatus & in sese coalescens apertum est ob vāporum illorum effluentiam è terra tunc ascendendum, superari non potuisse: sed humoris copia tandem eas in regiones in quibus se colligit, esse tempestatem allaturum. Similiter & Luna cum caliginoso humore circum datur, idem portendit. Et cum orbes ij Solem cingunt, quos areas appellare solent, aut celestis aquæ copiam significant, aut flatum vehementium concitationem. Quin etiam ij quos aduersos Soles appellant, cum Solis consequuntur cursum, accidentium quorundam aeris præsagia fiunt. Quemadmodum & virgulæ colore iridis prædite, relictæ in nubibus apparentes, imbres seuos, aut tempestates atrocissimas, aut aeris omnino non medio cremmutationem portendunt. Complures quoque significationes, & circa Lunam obseruarunt, accrescentem de crescentemque qui huic studio operam impenderunt: quasi aer terre imminens vna cum ipsius Lune formis necessariò permuetur. Tertio nanque die si tenuis sit, puroque nitore fulgeat, serenitatem constantem prænuntiat, sin crassa cornibus sub rubicundaque cernatur, aut impetuofam è nubibus aquam, aut horridam Austri concitationem minatur.

Edisserit amplius quantum emolumenti sint confirmiles obseruationes.

Quanto autem emolumento sint vitæ humane, quantamque vtilitatem eidem præsent tales ex hisce luminarijs obseruationes, quis ignorat? licet nautæ suam intus in portu continere nauem ex ventorum agitatione ventura pericula prævidenti: licet viatori incòmoda Celi vitare, ex ipsa Celi tristitia, mutationem aeris expectanti: licet & agricolis, qui inserendis seminibus cultuque stirpium elaborant, omnium hinc officiorum, operumque suorum exercendorum opportunitatem tempusque semper idoneum inuenire.

Hæc & Glossa locupletata ad verbum.

DAMASCENVS his subscribit libro Orthodoxæ Fidei secundo, capite septimo.

Nos

Nos verò dicimus, signa ex ipsis fieri imbris & serenitatis, frigiditatis & caliditatis, humiditatis & siccitatis, & ventorum, & similia: nostrorum autem nequaquam.

AVGVSTINVS idipsum sensisse videtur de Genesi ad literam libro secundo, capite decimoquarto.

An aliqua alia ratio sit horum verborum diligentius vestiganda? Quis in tantum secretum facile irrumpat, & quæ signa dicat, cum dicit de syderibus; Et sint in signa? Neque enim illa dicit, quæ obseruare vanitatis est: sed vti que vtilia, & huius vitæ vsibus necessaria, quæ vel nauæ obseruant in gubernando, vel omnes homines ad præuidendas aeris qualitates per Aestatem, & Hyemē, & autumnalem, vernalemque temperiem. Et nimirum hæc vocat tempora, quæ per sydera fiunt, non spatia morarum, sed vicissitudines affectionum Celi huius.

IVNILIVS in Hexameron.

Sint item in signa, quia nonnunquam aeris quoque qualitas, quæ sit ventura, horum contemplatione præuidemus.

PROCOPIVS Commentarijs in Genesis, caput primum.

Signa horum luminum vel in primis necessaria sunt ad humanam vitam rectè transigendam: nisi quis ultra præscriptum modum operosius & superstitiosius eorum signa curare velit. Plurima discimus experientia fræti, de pluuiæ, siccitatibus, ventis, & de motu particularium aut vniuersi violento, vel remisso. Vnum eorum, quæ Sol ministrat, etiam Dominus nobis tradidit, inquit; Serenitas erit, nam rubet Cœlum. Et mane; Hodie tempestas erit, rubet enim Cœlum triste.

Math. 16.

D. THOMAS prima parte, quæstione septuagesima, articulo secundo.

Tertio proficua sunt astra, quantum ad opportunitatem negociorum & operum: in quantum ex luminarijs Celi accipitur significatio pluuiosi temporis vel sereni, quæ sunt apta diuersis negocijs. Et quantum ad hoc dicit, ut sint in signa.

LYRANVS in Postillis, thomisticam doctrinam suffuratum se fuisse ostendit.

Secundò deseruiunt, in quantum ex Celi luminarijs accipitur significatio pluuiosi temporis, vel sereni, & huiusmodi, quæ sunt apta diuersis operibus humanis, & negocijs. Et quantum ad hoc dicitur; Et sint in signa.

TOSTATVS eadem retulit, cum ait.

Et sint in signa. Secunda vtilitas est, quod per astra cognoscatur aliqua dispositio futura in tempore, scilicet serenitatis & tempestatis, famis & fertilitatis, belli & pacis, mortis & vitæ. Intelligendum tamen est, quod corpora celestia nunquam significant aliquid, nisi illud efficiant, de hoc latius infra quadragesimo capite dicitur, quia si aliquid significant, aut illud solum potest naturaliter fieri, aut per Deum sine aliqua actione naturæ. Cœlum autem nullo modo significat ea, quæ solus Deus agere debet sine aliqua naturali actione, quia non habet Cœlum aliquam talem connexionem ad Deum, ut causalitates super naturales demonstrantur per naturale agens, maximè quia Deus in quantum supernaturaliter agit, non habet aliquem ordinem agendi determinatum. Item quia Deus agit in his purè voluntariè, Cœlum autem purè naturaliter, si autem Cœlum significat aliquem effectum naturaliter producibilem, ipsum Cœlum principaliter producit cum Cœlum sit origo omnium naturalium agentium. Vnde si Cœlum significat famem, illam efficit. Si aquarum inundationem, etiam illam efficit. Sed Moses non attribuit hic causalitatem Cælo, sed significationem, ne daret causam errandi, scilicet si Cœlum tanquam potens & dominans in ijs inferioribus poneretur, vel ne attribuerent ei causalitatem super liberum arbitrium, sicut aliqui attribuerunt.

BVRGENSIS præfatorum sententiæ suam adiunxit.

Secunda proprietatis est, cum dicit; Sint in signa: quod communiter exponitur in quantum ex luminarijs Celi accipitur significatio pluuiosi temporis, vel sereni, quæ sunt apta diuersis negocijs.

Subnectit inde, Astrologos quidè ex astris peculiaria signa, seu prognostica posse accipere, rudes verò non nisi vniuersaliora, in quantum cognito astrorum situ secundum signa duodecim celestia, temperaturas Celi diiudicant. Hocque secundo modo signa tantum dici astra perperam existimat, cum Patres ipsi refragentur.

GLOSSA interlinearis. Petrus Comestor, & post eum Lyranus, & Hugo Carenensis in Postillis.

In signa serenitatis, & tempestatis.

STEVCHEVS in Cosmopæia.

Signa ergo sunt agricolis, ut ait Hesiodus, nautis que, ut Augustinus, cæteris que rebus, in quibus temporum, idest, sereni, nubili, pluuijsque, frigiditatis, vel calentis necessaria est obseruatio. Sol quoque & exorians, & cum se condat in undas, signa dabit, ait egregius Poëta.

Et post egregiè cuncta prognostica quasi epilogo sic connectit.

Basilius, ventorum, siccitatum, imbrum, signum exitiale comete, pluuias hedi, aquosus Orion, Philon, signa

Anno Mūdi
primo.
Die quarta.

In signa.

- a. Hoc est, duodecim celestium imaginum in Zodiaco, & aliarum extra ipsum, quæ Mathematici imaginantur.
b. In signa præsignantia futurum Iudicium.

Signa rerum futurarum siderum ortu, occasu, deliquijs, occultationibus, frugum prouentus, caritates amonæ portendi, fatuus animalium, interitusque, serenitates, Cælum nubilum, ventorum tranquillitates, aut violentias, flumiorum inundationes, aut exhaustus, maris tempestates, aut tranquillitates, quatuor temporum mutationes, frigiditas Aestates, aut ardentis Hyemes, aut Veris autumnantis, aut Autumnii vernantis. Iam & terræ motus, & alia multa signa ex astris accipi.

Qui curiosius hæc Solis, Lunæ, astrorum præsigna inuestigare cuperet, adeat Virgii in libro primo Georgicorum; Plinium libro decimo octauo; Lucanum libro quinto; Bedam libro de Natura rerum capite trigesimo sexto; Hamerum Commentatione sua in Genesim: Non enim nobis locus est ea recensere.

a. Hoc est, duodecim celestium imaginum in Zodiaco, et aliarum extra ipsum, quæ Mathematici imaginantur.

DAMASCENVS loco asserto ex nonnullorum mente astra in signa esse dici, eo quod signa consent duodecim, asseruit.

Dicunt autem, & duodecim animalia ex astris esse in Cælo, ex aduerso motum habentia Soli, Lunæ, & alijs quinque planetis, & per duodecim animalia progredi septem planetas. Nam Sol quidem singulum quodque primo mense conficit, & duodecim mensibus duodecim animalia percurrit.

PETRVS Comestor etiam superiorem interpretationem non negarit, hæc tamen prolixius profequutus est.

Nec tantum ad decorem, & ad usum luminis ea voluit esse: sed etiam ut essent in signa, & tempora, & dies, & annos: ut scilicet signa sint serenitatis & tempestatis: vel ut ex ipsis fierent signa duodecim maiora, & quedam signa minora plura his, quæ dicuntur signa vel sidera: tum quia magna diligentia signant, vel considerant ea antiquitas: tum quia adhuc signant, & considerant ea homines ad designationem temporum.

ALEXANDER Halensis parte secunda, quæstione quinquagesima secunda, membro secundo, articulo secundo.

Dicendum, quod omnia signa, quæ sunt in Cælo; sunt, vel principalia, quæ sunt in Zodiaco, vel vergentia ad Austrum, vel Aquilonem, & omnia determinantur per stellas, & vocantur imagines ex plurium stellarum conjunctione. Dicuntur autem signa, quia aliquam significationem præbent super ista inferiora: similiter quinque planetae habent significationem aliquam secundum differentiam sui motus, vel aspectus super ista inferiora, principaliter vero Sol, & Luna sunt in signa.

CAIETANVS hanc non abnuit.
Decernuntur futura in signa, tum descripta in Zodiaco, tum innumerabilium effectuum, corporalium tamen, & ab his dependentium.

STEVCHVS in Cosmopæia ipsam non rejicere visus est, cum dixit.
Signa quoque à Grecis ac Latinis ea sidera dicuntur, quibus menses, Solisque efficiens diuersa tempora conuersio, internoscitur. Et signifer is circuitus, quem Sol annuis reuolutionibus totum peragrat. Signaque ea astra, sub quibus incedens Sol, menses efficit: quanquam hæc signiferi (qui Zodiacus, quod Zodia, id est, parua animalia deferat, dicitur) notatio nondum erat tempestate Moysi, ut reor reperta.

b. In signa præsignantia futurum Iudicium.

BASILIVS Hexæmeron Homilia sexta, dici astra in signa, hoc est, in portenta futuræ consummationis Mundi his edocuit.

Iam vero dissolutionis etiam vniuersi signa, Dominus Solem daturum, & Lunam, & stellas prædixit; Sol vertetur in sanguinem, & Luna non dabit lumen suum. Hæc vniuersæ consummationis sunt signa.

Hæc & Glossa locupletata:

AMBRO-

Anno Mūdi
primo.
Die quarta.

In signa.

- a. Hoc est, in miracula.
b. In signa imminentium calamitatum.
c. In signa ad dirigenda itinera in pelago, & arenosis desertis.

AMBROSIVS Hexæmeron libro quarto, capite quarto.

Non possumus negare, quod ex Sole & Luna signa aliqua colligantur. Nam & Dominus dixit; Et erunt signa in Sole, & Luna, & stellis. Et querentibus Apostolis signum aduentus eius respondit; Sol obscurabitur, & Luna non dabit lumen suum, & stella cadent de Cælo. Hæc dixit fore signa futuræ consummationis, sed conueniens debet curæ nostræ mensura seruari.

EVCHERIVS in Genesim libro primo, capite quinto.

In signa, scilicet quemadmodum ex Sole & Luna aliqua signa colliguntur, iuxta quod & Dominus ait; Erunt signa in Sole & Luna, & in stellis: per quod significaretur tempus futuræ consummationis. Signa, pro eo quod aliquid significat futurum.

PROCOPIVS vbi supra.

Præterea Dominus prædixit, in nouissimo die quando omnia elementa intercidunt, in Sole & Luna astrisque signa apparitura. Atque hæc eius verba sunt. Sol conuertetur in tenebras, & Luna in sanguinem, & astra non fundent amplius splendorem suum.

a. Hoc est in miracula.

GRAECVS in Catena Lippomani rationem signi & ipse ad miraculum redegit.

Facta sunt tamen & alia signa per ipsa luminaria, ut cum in cruce pendente Domino, hora sexta occidit Sol, ac rursus ipso nato, per diem stella apparuit.

DIODORVS pari sententia.

Querendum, quomodo Sol, & Luna, & stelle sint in signa. Fortasse dictum est, erunt in signa, ut cum Sol, & Luna stat, ut accidit sub Iosue. Vel cum Sol retrocedit, ut tempore Ezechie, vel cum stella Magis apparuit.

Glossa Locupletata hæc eadem.

PROCOPIVS hanc quoque (ut eius mos est in multas rapi sententias) non abnuit.

Potest etiam hic locus, scilicet, ut sint in signa, &c. intelligi & de sequentibus. Stetit enim (quod celebre signum habetur) Sol, Lunaque tempore Iosue filij Naue: temporibus Ezechie retrocessit Sol gradibus aliquot.

b. In signa imminentium calamitatum.

DIODORVS.

Inuenire etiam licet, stellas quasdam ventura bona aut mala significare.

Glossa Locupletata hæc ipsa.

PROCOPIVS vbi supra.

Sanè quis inueniat aliquas stellas, quæ, cum quibusdam temporibus apparent, solent quedam significare, & quasi prænuntiare bona vel mala, quæ ab irato vel beneuolo Deo descendunt.

THEODORETVS Quæstione quintadecima in Genesim.

Sæpe etiam nos quoque hac ratione cognouimus cometam aut barbatam stellam. Atque etiam, si placet, impetum hostium nouimus, aut locuste incursum, aut iumentorum, vel hominum cladem futuram.

STEVCHVS in Cosmopæia.

Signum exitiale cometa, pluuiales hoedi, aquosus Orion.

c. In signa ad dirigenda itinera in pelago, et arenosis desertis.

CHRYSOSTOMVS in Genesim Homilia sexta.

In signa. Etenim gubernator ad horum cursus spectans, & in Cælum intentus, diligenterque discens omnia, nauigare incipit, maria transit, & in densissima nocte, visa stella nauim dirigere, & sua arte salutem nauigantibus dare solet.

I IVNI-

Math. 24.

Anno Mūdi
primo.
Die quarta.

In signa.

a. In signa rememoratiua Dei omnipotentia, demonstratiua eius bonitatis & sapientia, & prognostica affectionum Cæli.

IVNILIVS in Hexæmeron.

Sunt luminaria in signa huius vite vsibus necessaria: quæ vel nautæ in gubernando, vel in desertis Aethiopiæ arenosis quique viantes obseruant, vbi cum leuissimo venti impulsu, cuncta mox quæ inuenta fuerint, itinerantium vestigia complanantur. Ideoque non minus illis in regionibus euntes, quam qui in mari nauigant, nocte dieque signis egent syderum.

a. In signa rememoratiua Dei omnipotentia, demonstratiua eius bonitatis & sapientia, & prognostica affectionum Cæli.

VIELMIVS Lectione vigesimaprima.

Porro autem signorum aliud rememoratiuum est, quod videlicet rem quæ præterijt, in memoriam ac recordationem adducit. Aliud demonstratiuum est, quod rem quæ actu est, ante oculos sistit. Aliud verò pronosticum, quod præsignat rem aliquam futuram. Distinctio est Galeni in arte parua, quæ & S. Thomas tertia questione sexagesima: & Theologi in quarto, distinctione prima, & alibi crebrò vtuntur. Et post. Et proinde queramus nunc, in quorum rerum intelligentiam luminaria nos adducant. Et profectò consentiunt omnes, ea esse signa rememoratiua Dei omnipotentia, qui ex nihilo ea effecerit: & demonstratiua eius bonitatis, ac sapientia, & phylantropia, vti Psalmo decimo octauo dicitur. Sed ambigunt viri docti, quomodo pronostica signa dici possint, & quarum rerum. Et quantum mihi videtur, sobria & plana responsio hæc est, earum rerum illa esse signa, quarum etiam efficiencia sunt, nimirum imbrum, ventorum, serenitatis, tempestatum æris, & earum præterea rerum, quæ ex his ferè eueniunt, caritatis videlicet annonæ, vel abundantia, & ad hæc qualitatibus, veris, æstatis, autumnii, hyemis, & id genus. Solent enim periti ex aspectibus, coniunctionibus, & affectionibus syderum, hæc omnia antea cæteris nunciare, vt sese nautæ in portum cum imminet procella recipiant, & itinerantes sub tectum, & intelligant agricolæ, quando citra dispendium exequi munera sua possint, suaque commercia homines feliciter transigere.

A V C T O R.

Consentaneum est, vt de his interpretationibus breuissime iudicium ferā. In primis verò admonitum ingenuum lectorem velim, indagare me non quæ harum explanationum veræ sint, sed quæ verborum sensum attingant. Cunctas siquidem has interpretationes, & perelegantes esse, & à veritate non excidere arbitror, sed num mentem Mosis assequantur, in dubium vertitur. Principiò itaque interpretationes illæ, quæ has quatuor voces, Signa, Tēpora, Dies, & Annos non distinctè perpendunt, sed connectunt simul, vel duas tantum primas sic; In signa temporum, vel omnes etiam particulas, ita legentes; In signa temporum, dierum, & annorum, adeò vt ipsis vocula illa Signa, sola ex se nil distinctè significet, mihi neutiquam probantur. Si quidem Scripturæ Sacræ verba grauissima ac prægnantia sunt, & pluribus sensibus referta. Prima autem illa expositio, quæ interpretatur, In signa temporum, hoc est vicissitudinum temporum ad res gerendas appositorum, non benè se explicat. Nam si rebus gerendis fauentia sunt tempora ex propitijs Cæli affectionibus, certè explanatio ista cum alia conueniet interpretatione, quæ exponit; In signa, hoc est, prognostica affectionum Cæli. Si verò ea gerendarum rerum occasio sumenda est ex certis accommodatis anni tēporibus & partibus; iam cum altera congruit, quæ interpretatur, In signa articulorum temporum. Cognita enim futurorum temporum dispositione, id est sereni, nubili, pluuiosique, algentis, vel ardentis; cognita etiam propitia partis anni dispositione ad obeunda negotia, consequitur rerum gerendarum foelix executio. Duæ illæ interpretationes, quæ exponunt;

Expositiones
quæ particu-
las illas signa
& tēpora &c.
connectunt,
reprobantur.

exponunt. In signa articulorum temporis, & In signa temporum anni statum, nullum afferunt sensum, quem vox illa, Et tempora, non significare ex seipsa posset absque combinatione ea, quam faciunt, In signa temporum. De his igitur disceptabimus, cum expositiones vocis (& Tempora) ventilabimus. Duæ aliæ connexæ explanationes, quæ dicunt, In signa, hoc est, in horas; seu In signa, hoc est, in momenta; nulla apparenti verisimilitudine fulciuntur; nec enim momenta, vel horas per signa manifestari consuetum est. Altera, quæ commentatur In signa temporum, hoc est solemnitatum, profecto vt perspectum supposuit, quod tempora solemnitates significent, sed num id verum omnino existimandū sit, post discutiendum erit. Commentatio ea, quæ astra esse in signa dixit ex eo, quod imagines constituunt cœlestes, seu duodecim illas Zodiaci, seu & alias quadraginta octo, aliena profus est à Mose; Tum quod imperitis Hebræis hanc ille attexens historiā, non ea recensuisse signa, quæ vix peritissimis nota sunt, existimari debet: Tum quod id muneris ex se astra non habeant, sed ingenia hominum ex ipsis eas sibi effinxerint imagines, & signa. Et fortè Mosis tempestate non adeò astrologica disciplina adoleuerat, vt illa signa somniasset. Duæ subsequentes interpretationes, quæ habent, In signa præsignantia futurum Iudicium, vel In signa, hoc est, in portenta, parum mihi ad rem spectare visæ sunt. Enarrat siquidem Moses hic affectiones Cæli, & infitas proprietates, & illas potissimum, quæ Mundo, & hominibus vtilitatem aliquam, & commodum deferunt. Quapropter intelligere nequit portenta ea, quæ præter naturam sunt; nec signa Iudicium extremum portendentia, in quibus & Mundi excidiū, & suprema mortalium calamitas, & interitus comprehenduntur. Expositio illa, quæ astra in signa esse asserit imminentium calamitatum; ægrè recipi potest, nisi ab astrologice disciplinæ peritis, quæ stellarum alias tristes, alias hilares fabulatur. Humana porro consuetudo, quædam signa Principum necesse portendentia, potius ex his quæ fiunt in sublimi, quàm ex stellis haurire solet.

DAMASCENVS enim de Fide Orthodoxa libro secundo, capite septimo, ita scribit.

Aggignuntur autem & frequenter cometa, & signa quædam interituum regum, qui quidem non sunt ex ijs astris, quæ à rerum initio facta sunt, sed diuina iussione opportuno tempore constituuntur, atque cursus dissoluntur.

Adijciam & hoc, quod signa astrorum, & beneficia ex illis ad nos descendencia colligit Moses, quapropter læta nobis proponit non funesta, cuiusmodi profectò essent, si astra cædis signa dixisset. Porro non abnuerem ego (vt aliam interpretationem interim perpendamus) ingentem nos ex astris fructum & commodum reportare, quando in medijs æquoribus, arenosisque desertis, Cæli partes nobis demonstrant sydera, ac ferè tutum iter nobis parant, quod maximè stella illa polaris apud Borealem Polum constituta efficere noscitur. Veruntamen sanctum Mosem ad communissima potiùs beneficia, quàm ad singularia respexisse existimarem. Postrema Vielmij expositio, quantum ad id, quod astra memorantia, & demonstrantia signa esse tradit, verum profectò proponit: Nullus enim nec delirantissimi etiam ingenij negare vnquam posset, astra mirificam Dei potentiam, qua condita sunt, indicare, bonitatisque, sapientia, ac phylantropia eiusdem conditoris monumenta esse præclara; sed hæc non peculiaris sunt astris, nec ita singulariter conueniunt ipsis, quin & idem efficiant Cœlum, elementa, & quæuis alia à Deo fabricata creatura. Cum autem interpretatur In signa, hoc est prognostica, iam coincidit cum Patrum sententia. Consentaneum igitur est, vt magis eas expositiones prosequamur, quæ huius vocis, (In signa) propriae sunt: cum id ipsum significare possit clausula, In tempora, siue per tempora, si interpretemur rerum gerendarum occasiones, siue stata tempora, hoc est solemnitates, siue temporum articulos, siue anni tempora quattuor, quod aiunt hi significare In signa temporum. Ex illis verò interpretationibus, quæ hanc voculam In signa, seiunctim exponunt, plana, genuina, & vulgata erit interpretatio Basilij, quæ explicat In signa, hoc est prognostica affectionum Cæli, si tamen eam cum prima Chrysolomi connectamus, dicamusque astra esse in signa prognostica serenitatis, pluuiarum, caliginum, tempestatum, fri-

Quæ expositio
acceptanda.

Anno Mūdi
primo.
Die quarta.

In signa.

- a. In signa humanorum euentuum non in causas, quòd astra, & Cælum virtutibus supernis, vt librum in quo humani euentus referantur, Deus explicarit.

goris, caloris, ventorum, procellarum, fluminum inundationum, maris tranquillitatis, pontiue fluctuationis, quatuor temporum mutationum, frigidæ Aestatis, ardentis Hyemis, Veris autumnantis, vel Autumni vernantis, terræ motuum &c. ex quibus præuidetur annonæ caritas, seu vilitas, fertilitates, sterilitates, necesse hominum, animantium, & æquæ alia incommoda; ex quibus accommodata paratur homini rerum gerendarum occasio, secundum humanas necessitates opportuna, tã ad omnes agri cultionis, quàm nauigationis, peregrinationis, medicationis, & cuiusvis alterius artis opportunitates accommodata. Et hoc beneficium est perinfigne, ac præclarum, mortalibusque summopere necessarium, quod equidem, vt innotesceret nobis, non potuisset Moses per aliud verbum, quàm per voculam, Signa, clariùs, aut faciliùs explicare.

Supereft, vt eam vulgaram expositionem in trutinam nunc ponamus, qua astra signa esse humanorum euentuum alij iudicarunt, alij negarunt, alij media quadam sententia partim affirmarunt, partim etiam reprobarunt.

- a. In signa humanorum euentuum, non in causas, quòd astra, & Cælum virtutibus supernis, vt librum in quo humani euentus referantur, Deus explicarit.

E V S E B I V S de Præparatione Euangelica libro sexto, capite nono, hanc interpretationem Origeni ascribit, cum eius sententiam recitaturus, ait.

Audi ergo quid de proposita questione sentit Origenes, & quomodo totam hanc rem in Commentarijs super Genesim complexus est. Valde necessarium est (inquit) diligentius exponere in signa facta esse luminaria, Solem scilicet, atque Lunam, & reliquas stellas. Non enim solum Gentiles stellarum coniunctione, atque aspectu, quæ in terris sunt, necessariò accidere credunt, quam vim fatum appellant: verum etiam multi ex fidelibus conturbantur, impossibile aliter fieri credentes, quàm stellarum cursus effecerit.

Inde hæc tractanda proponit.

Proponantur igitur hæc ordine consideranda, quo pacto, cum à seculo futura Deus omnia præsciat libero nos arbitrio fruamur: & quomodo stelle non sunt humanarum rerum causa, sed solummodo signa: & quòd homines exactam de his cognitionem habere nequeant, sed virtutibus, quæ superiores homine sunt, hæc signa diuinitus depicta sunt. Postremo, quænam causa fuerit, vt Deus signa futurorum ad cognitionem virtutum expresserit.

Et post plura ad rem deueniens, ait.

Quemadmodum potestas humana, vt diximus, minimè tollitur, quamuis Deus quæcumque facturi sumus præuideat: sic etiam signa, quæ ad significandum diuinitus ordinata sunt, libertati nostræ nequaquam officiant, sed est vniuersum Cælum quasi liber quidam apertus, omnia futura in se conscripta continens. Idcirco in oratione Ioseph, quod à Iacob dicitur, sic intelligi potest; Legi enim, inquit, in tabulis Cæli, quæcumque contingent vobis, & sibijs vestris. Forsan autem etiam illud, Complicabuntur Cæli vt liber, significatiuas futurorum rationes consummatas, & vt ita dixerim, adimpletas fore ostendit, sicut propbetias etiam adimpletas dicimus, cum iam euenerint. Hoc modo in signa secundum Scripture vocem stellas factas arbitramur. Hieremias autem, vt homines ad se ipsum conuertat, vtque formidinem, quæ à signis impendet, auferat, ac vt omnem forsitan huiusmodi opinionem ab hominum animo eiciat; A signis, inquit, Cæli non timeatis.

Commentaria Origenis super Genesim ab Eusebio recensita, certè existimoad nostram ætatem non peruenisse.

Esaia 34.

Hierem. 10.

In signa

Anno Mūdi
primo.
Die quarta.

In signa.

- a. In signa, & causas humanarum rerum inuitabiles.
b. In signa, sed non humanorum euentuum, quia astra signa non sunt, nec cause eorum.

- a. In signa, & causas humanarum rerum inuitabiles.

Proficiuntur in hanc sententiam Philosophi omnes, qui fatum astruunt.

T H E O D O R E T V S de Græcarum affectionum curatione libro sexto, qui est de Dei Prouidentia, classem horum enumerat.

Poëtis igitur prætermisiss, Philosophorum potius cætum afferamus. Diagoram, sectatoresque Diagore, Atheos cognomento nuncupatos ferunt, eò quòd penitus Deum negarent esse. Protagoram verò, ancipiti opinione de Deo sensisse aiunt, nam dixisse illum affirmant, nescire se vtrum Di sint, an omnino non sint. Epicurus autem Neoclis filius, quæque ab eo secta, societasque descendit, Deum quidem esse dixerunt, verum ad sese ipsum conuersum esse, neque curare ipsum quicquam negocij, neque item sibi velle ab alijs exhiberi. Nicomachi porò filius Aristoteles, Luna temis putauit Dei prouidentiam rebus præesse, at ea omnia, quæ infra Lunam subsidunt, minus Deum curare, sed eorum gubernationem tradidisse fatorum necessitati, cui quidem tantum tribuebat, vt non solum diuitias, paupertatem, prosperam valetudinem, morbos, seruitutem, bellum, pacemque; diceret ab hac mortalibus dispensari, sed virtutem quoque vitiumque; contribui. Et post. Democritus autem, nisi fallor, & Chrysippus, alter planè seruam, alter semiseruam esse pulcherrimam hominis partem demonstrare contendunt. Et Post. Verum enim uerò non solum Democritus, Chrysippus, & Epicurus, eorumque sectatores omnia fieri necessitate dixerunt, quam Hirmarmenen aliter appellabant, sed celeberrimus ille quoque Pythagoras necessitatem Mundo circumstam esse dixit. Parmenides verò, ipsam necessitatè etiam Dæmonem, & insitiam, & prouidentiam appellauit. Heracletus quoque fieri omnia fato asseruit, quod & necessitatem vocauit. Stoicus item Chrysippus, nihil interesse censuit inter fatale ac necessarium, esse autem Hirmarmenen, sempiternam, continuam, ac dispositam motionem. Zeno autem Citieus, Hirmarmenen inquit esse vim materiam motricem eandemque; & prouidentiam & naturam appellauit. Huius autem successores, Hirmarmenen dixerunt esse rationem earum rerum, quæ in Mundo non sine prouidentia gubernantur. Rursusque; in alijs suis libris, hirmon, idest, connexionem causarum, Hirmarmenen vocarunt.

Horum igitur omnium sententia fuit, astra causas esse, & signa inuitabilia humanorum euentuum, fatumque dici à Dei fato, quasi Deus in astris, ac cælestibus corporibus, ceu in tabellis chyrographo suo fatus sit, seu pinxerit, aut sculpsit omnium hominum euentus, ortus, interitus, ac quarumcunque humanarum rerum vicissitudines inuitabiliter prouenturas vsque ad Iudicij diem. Quo exacto, iuxta Esaia oraculum, Complicabuntur sicut liber Cæli. Volunt igitur ex ipsis rectè confici posse astrologicam diuinationem. De hac sententia verba fecerunt Aristoteles in Methaphysica, & primo Perihermenias: Gellius libro quinto, capite secundo: Cicero libro de Diuinatione.

- b. In signa, sed non humanorum euentuum, quia astra signa non sunt, nec cause eorum.

Basilii, & Ambrosii dum contra Astrologos disceptant, obiter inter alias rationes, & astra necesse signa, nec causas humanorum euentuum, affirmant. Colligito sic loca.

B A S I L I V S Hexæmeron Homilia sexta.

Sed homines ij, qui septa transliunt, ad defensionem Genethliacæ artis multò vanissima, hanc trahere Scripturæ sententiam conantur. Atque aiunt, vitam nostram à cælestium corporum motione pendere, & hanc ob causam ex sideribus à Chaldæis eorum notationes effectuum, qui nobis accidunt, fieri: sermonemque; simplicem hunc Scripturæ; Sint, inquam, in signa, non eorum quæ accidunt aëri, neque mutationis temporum, sed ad hoc significandum quod sibi videtur, accipiunt, de genere vitæ vicullibet hominum velut sortitò distribuenda.

buende. Quid enim aiunt? Nimirum quia coniunctio permittione astrorum, quae mouentur ad eas stellas quae in orbe signifero collocatae sunt, si talis fuerit inter se concurrentium figura, tales efficiet hominum generationes atque ortus: si talis fuerit habitudo, contrariam reddit vite sortem. Elucidandi istius argumenti gratia, nequaquam fuerit inutile hac de re aliis aliquando repetita disserere. Et Post. Sed hominum istorum elegantes istae sententiae, sapientesque rationes per similes sunt araneorum telis, in quas si culex, si musca, si quippiam aliud incidit inualidis hisce bestiolis simile, irretitum retinetur: si validiusculum irruerit animal, ipsum facile admodum elabitur, penetrat, et istiusmodi imbelles illas perumpit telas, ac demolitur. At qui non in his solum consistunt, sed etiam eorum causas corporibus celestibus tribuere pergunt, quorum electionem cuique nostrum propriam esse constat, morum inquam ac studiorum, probitatis atque improbitatis. Hisce Augus controuertere, alioqui ridiculum videtur.

A M B R O S I V S Hexameron libro quarto, capite quarto.

Deinde illud consideremus, quod planetas illa signa appellant, quorum motibus formari asserunt vite nostrae necessitates. Sine igitur, ut nomen sonat, semper vagentur: siue, ut ipsi dicunt, quod concito motu ferantur, et decies milies in die, aut si hoc incredibile videtur, multiplicem speciem innumera sui conuersione commuerent: fide caret, quod tam vago sui errore, et tam celeri motu fixam nobis atque immobilem viuendi substantiam sortemque decernant. Et post. Et quid mirum, si ibi luduntur homines, ubi signa innoxia blasphemantur? Quae si natura noxia esse creduntur, Deus ergo summus arguitur, si fecit quod malum est, et fuit improbitatis operator. Si vero ex sua voluntate putantur assumpsisse, quod hoc noceat infonibus et nullius adhuc facinoris pessimi sibi conscijs, quibus poena adscribitur antequam culpa: quid tam irrationabile, quod etiam irrationabilium bestiarum excedat immanitatem, ut vsus fructus aut gratiae non meritis hominum deputetur, sed signorum motibus deferatur? Nihil, inquit, ille deliquit, sed noxia eum stella coespexit: Saturni ei fidus occurrit: auertit se paululum, et erumnam abstulit, et crimen aboleuit. Sed haec eorum sapientia tele araneae comparatur, in quam si culex, aut musca incidit, exuere se non potest: si vero validiorum animantium vllum genus incurrisse visum est, pertransiit, et castes rupit infirmos, atque inanes laqueos dissipauit. Talia sunt vetia Chaldaeorum, ut in his infirmi haereant, validiores sensu offensionem habere non possint. Itaque vos, quia validiores estis, cum videritis Mathematicos, dicite, telam araneae texunt, quae nec vsus aliquem potest habere, nec vincula, si tu non quasi culex, aut musca lapsu tuae infirmitatis incurras, sed quasi passer, aut columba castes inualidos praepetis volatus celeritate dissoluas.

A V G V S T I N V S quanquam de Genesi ad literam libro secundo, capite decimo septimo, Astrologos acrius redarguat, vberius attamen de Ciuitate Dei libro quinto, capite primo, stellas nec causas nec signa esse humanarum actionum his edocet.

Illi vero, qui positionem stellarum quodammodo decernentium qualis quisque sit, et quid ei proueniat boni, quidve mali accidat, ex Dei voluntate suspendunt, si easdem stellas putant habere hanc potestatem traditam sibi a summa illius potestate, ut volentes ista decernant, magnam Caelo faciunt iniuriam, in cuius velut clarissimo senatu, ac splendidissima curia opinantur scelera facienda decerni, qualia si aliqua terrena ciuitas decreuisset, genere humano decernente fuerat euertenda. Quale deinde iudicium de hominum factis Deo relinquitur, quibus celestis necessitas adhibetur, cum Dominus ille sit et syderum et hominum? Aut si non dicunt stellas, accepta quidem potestate a summo Deo, arbitrio suo ista decernere, sed in talibus necessitatibus ingerendis illius omnino iussa complere: itane de ipso Deo sentiendum est, quod indignissimum visum est de stellarum voluntate sentire? Quod si dicuntur stellas significare potius ista, quam facere: ut quasi locutio quaedam sit illa positio praedicens futura, non agens (non enim mediocriter doctorum hominum fuit ista sententia) non quidem ita solent loqui Mathematici, ut verbi gratia, dicant; Mars ita positus homicidam significat: sed homicidam facit.

Postrema haec Glossa Locupletata desumpsit.

G L O S S A Ordinaria ex D. Augustino de Genesi ad literam libro secundo, capite quarto decimo.

Non illa dicit signa, quae obseruare vanitatis est, sed vti que vtilia, et huius vite vsibus necessaria.

H I E R O N Y M V S Commentariorum in Hieremiam libro secundo in illud; A signis Caeli nolite metuere.

Proprie aduersus eos loquitur qui venerantur caelestia, et quae in signa sunt posita amorum, temporum, mensum, et dierum, ab his aestimant regi humanum genus, et ex causis celestium terrena moderari.

Rabanus Maurus libro in Hieremiam pariter quinto, Hieronymi sententiam non aliter verbis recitauit.

T H E O D O R E T V S Quaestione in Genesim quinta decima.

Quod autem dicitur; In signa, non intelligimus secundum opinionem quorundam stultorum. Si quidem vanam illam de cuiusque nativitate disceptationem, nec Pythagoras, nec Socrates, nec Plato, nec Stoici receperunt. Quod si qui in fabulis educati sunt, huius fabulae impietatem execrantur, quis diuinis sermonibus credens, haec

Hier. 10.

haec non modo impia, sed valde etiam fatua recipiat? Signa igitur vocat Scriptura diuina, quibus cognoscimus tempus opportunum seminandi, plantandi, etc.

Et in fine.

Haec igitur signa vocauit Scriptura, non illa plane dementia, atque impietatis plena.

Haec & Glossa Locupletata.

P R O C O P I V S Commentarijs in Genesim caput primum.

Ceterum modo commemorata argumentatio potenter euincit, astra nulla vi esse praedita ad indicandam humanam vitam, qualis futura sit. Et Post. Praterea ut magis suam opinionem stabiliant, adducunt illud testimonium a Iacobo dictum, ex oratione Iosephi; Legi in tabulis Caeli, quanta contingent vobis, et filijs vestris. Huc applicant illud Esaiæ; Inuoluentur Caeli, ut liber. Ceterum quae hic dicuntur sunt sermones, qui docent, quae futura sunt, et ea tandem ad rem, ne quis dubitet, collatum iri. Metum, quem astra videntur iniicere animis hominum, et quem important, diu putamus aliquid mali euenturum ex influentia astrorum, pulchre adimit Hieremias, dicens; Viam gentium non discatis, neque metuatist signa caelestia, sicut gentes metuunt ab illis.

Esa. 34.

Hierem. 10.

E V C H E R I V S Commentarijs in Genesim libro primo, cap. quinto.

Non autem ea signa, quibus nonnulli tentauerunt natiuitates exprimere hominum, et qualitates.

D A M A S C E N V S de Fide libro secundo, capite septimo.

Gentiles autem aiunt, per astrorum horum, et Solis, et Luna ortum, occasum, et commixtiones, omnia dispensari, quae apud nos fiunt, circa haec enim astrologia versatur. Nos vero dicimus, signa ex ipsis fieri imbris, et serenitatis, frigiditatis, et caliditatis, humiditatis, et siccitatis, et ventorum, et similibus, non astrorum autem actuum nequaquam: nos enim liberae potestatis a conditore facti, domini nostrarum actionum sumus. Et post. Nos vero dicimus, non ipsas causam esse alicuius eorum, quae fiunt, neque generationis eorum, quae gignuntur, neque corruptionis eorum, quae corrumpuntur: sed signa magis imbrum, et mutationis aeris. Forsan autem quispiam dixerit, non esse bellorum causam, sed signa: qualitas autem aeris a Sole, et Luna, et astris, alio et alio modo facta, diuersas complexionibus, et dispositionibus fortitur, et earum habitus impressionesque in nobis fiunt, dominantur enim rationi: et ubi in habitum conuersae sunt, ducunt. Aggignuntur autem et frequenter cometae, et signa quaedam interituum regum, qui quidem non sunt ex ijs astris, quae ab rerum initio facta sunt, sed diuina iussione opportuno tempore constituntur, atque rursus dissoluntur.

C Y R I L L V S Hierosolymitanus Cathedra nona.

Astrorum alia quidem sunt signa aetatis, alia vero hyemis: et quomodo alia quidem tempus seminandi indicant, alia nauigandi initium significant: ita ut homo in naui sedens, et incertis fluctibus nauigans, in stellam aspiciens dirigat nauem. De quibus etiam Scriptura; Et erunt, inquit, in signa, et tempora, et annos: non in Astrologiam, et Genethliacorum fabulationes.

P E T R V S Comestor in Genesim capite sexto.

Nec dicendum est, ut Genethliaci, siue Geneatici somniant, quod posita sint in signa euentuum et operum nostrorum: aut quod status vite nostrae signent, et moderentur, quod docent quibusdam experimentis, quae apotelesmata vocant. Non enim credendum est de Caelo his, qui alieni sunt a Patre, qui est in Caelis.

G R E G O R I V S Nazianzenus Carmine quinto, quod est de Prouidentia, aduersus eos, qui a syderibus Mundum gubernari tradunt, disceptans, ait.

At tu qui nostrae clauum, et moderamina vite
Syderibus tribus, Caelum quoque rursus oportet
Inducas aliud, quod sydera temperet ista,
Atque aliud rursus, quod et hoc regat, atque gubernet.
Et post.
Quod si quemque tenent strictum fatalia vincula,
Figmentum est istud. Sin quoddam in cetera sydas
Imperium commune tenet, sceptroque potitur,
Ergo syderibus contraria sydera ponis.
Illa igitur quisnam iunxit? Nam qui illa ligarit,
Hic quoque confestim soluet, si forte libebit.
Si Deus est, quonam pacto primum asseris illud,
Quo nobis Deus excutitur? nisi tu quoque numen
Motibus imperioque astrorum subdere pergas.
Sin tenet imperium nemo, consistere Mundus
Quo tandem pacto queat, incolumisque manere?

Tandem post plura concludens exhibet nobis sanctissimum documentum, videlicet quod finamus obire sydera motionem suam in orbem, et nos obeamus iter nostrum ad Caelum, quod tendimus.

Quem

Anno M^{di}
primo.
Die quarta.

In signa.

a. In signa corporaliū affectionum, quia & causa non cogentes.

Quem cursum instituit rex Christus, obire sinamus
Sydera, tam qua fixa loco certosque ratosque
Conficiunt cursus, quam que raptata feruntur
Reflexo, ut memorant, cursu, semperque vagantur.
Ac sine est ignis, qui nulla alimenta requirat,
Seu quintum, mos est velut ipsis dicere, corpus,
Hic habeant iter illa suum, & moueantur in orbem.
At nos, quod nobis mandatum à numine summo,
Est iter, hoc omni studeamus obire labore.
Ad naturam etenim celestem & carne vacantem
Tendimus, hic quamuis terrena compede vincit.

a. In signa corporaliū affectionum, quia & causa non cogentes.

Doctores eruditi plures concessere, astra esse corporearum affectionum, & habitudinum signa, sicuti & causæ; sed eo euentu, ut liberum arbitrium cogere nequeant.

H V G O Victorinus noster Adnotationibus in Genesim, capite septimo.

Et sint in signa, & tempora, scilicet quarundam nostrarum actionum, sicut seminandi, metendi, transfretandi, & huiusmodi. Non enim important necessitatem aliquam animis nostris, ut auferant liberum arbitrium, inclinando eos ad quaslibet actiones, sicut fabulantur Genethliaci. Verum est tamen, quod quodammodo corporibus dominantur. Tria enim mira virtutis & efficacie fecit Deus in creaturis, herbas, lapides, stellas. Herba enim frigescent, & calefaciunt, & totum statum corporis permutant: quam potentiam à Domino in creatione susceperunt. Lapidis similiter statum corporum diuerso modo permutant. Stella quidem omnes, & principales planetas, in corporibus subiectis suos habent effectus permutandi mediante aere. Immutatis vero corporibus per affinitatem quam habent cum animabus sibi adiunctis, & ipse quoque anima mutantur, gaudium vel tristitiam, & consimiles affectiones sortientes ab extrinsecis. Ista tamen affectiones non intantum dominantur animis hominum, ut actiones nostras magis sequantur eas, quam discretionem mentis, & liberum arbitrium. Ista autem opinio (ut aiunt quidam Sancti) orta est ab Hercule, Atlante, Prometheo, qui creduntur fuisse Demones incarnati, & tradiderunt Mathematicam, falsam quidem doctrinam, sed per quasdam verisimiles rationes eam probauerunt, ut facilius deciperent homines, & istam sollicitudinem intrinsecum.

A L E X A N D E R Halensis parte secunda, quæstione quinquagesima secunda, membro secundo, articulo secundo; cum diffinisset astra causas non esse, à quibus, vel sine quibus infallibiliter proferantur effectus, quandoquidem sapius Dei nutu frustrentur à suis dispositionibus; sed à quibus pluries emanent, quoniam cooperantur ad generationem, & corruptionem, adiecit.

Dicendum, quod non omnium dicuntur signa vel causæ, sed (sicut dicit Ioannes Damascenus) signa sunt scitatis, frigiditatis, &c. Non autem sunt signa eorum, quæ proprie sunt ab anima rationali, sicut dicit Ioannes Damascenus in auctoritate supradicta. Vnde cum inuenitur à Philosophis, quod sunt signa iracundiæ, vel furoris, vel furti: & ita de quibusdam alijs hominibus. Responso est, quod cum luminaria faciunt immutationem in aere, & alijs corporibus, per hoc etiam faciunt immutationem in nostris corporibus: anima verò rationalis inclinatur per liberum arbitrium ad sequendum immutationem factam in corpore: tunc possunt sequi dispositiones ex parte anima. Sed harum dispositionum causa est ipsa anima: non enim necesse est ipsam inclinari, vel sequi impressiones, vel passiones factas in corporibus.

D. T H O M A S prima parte, quæstione septuagesima, articulo secundo.

Dicendum, quod luminaria sunt in signa corporaliū transmutationum, non autem eorum, quæ dependent ex libero arbitrio. Et dicendum, quod per causam sensibilem quandoque ducimur in cognitionem effectus oculi, sicut & è conuerso. Vnde nihil prohibet, causam sensibilem esse signum. Ideo tamen potius dicit signa, quam causas, ut occasionem idololatriæ tolleret.

CAIE-

CAIETANVS Commentarijs in Genesim.

In signa innumerabilium effectuum, corporaliū tamen, & ab his dependentium.

DIONYSIVS Carthusianus Enarratione in Genesim, articulo duodecimo.
Hoc breuiter dico, quod orbis & stelle, Sol, Luna, cæteri; Blanca multiplicem habent causalitatem, & efficientiam in elementis & mixtis, intantum ut S. Dionysius quarto capitulo De diuinis nominibus protestatur, quod radius Solis generationi cooperetur, & moueat ad vitam, quam & auget, & nutrit, ac perficit. Similiter Augustinus quinto de Ciuitate Dei fatetur: Non absurdè credi potest afflatus quosdam sydereos ad corporum differentias peruenire. Tertio quoque de Trinitate differuit: Quemadmodum corpora crassiora & inferiora, per subtiliora, & potentiora ordine quodam reguntur, ita omnia corpora per spiritum vitæ rationalem: & spiritus vitæ rationalis deservit, atque peccator, videlicet Demon, per spiritum vitæ rationalem pium, ac iustum, & ille per Deum. Porro super mentem rationalem, & arbitrij libertatem, non habent directe causalitatem, aut aliquam impressionem, sed dispositionem duntaxat, in quantum ex diuersa corporis complexione, dispositione, & immutatione, mens liberumq; arbitrium ad diuersa inclinatur, afficiuntur, & aptantur, quorum inclinationem quamplures sequuntur, sed non necessitantur ex eis.

A V C T O R

Quantum ad Origenis spectat sententiam, qui in corporibus celestibus, tanquam in tabulis, & chyrographo, Deum astruit exarasse, vel delineasse euentus humanos absque tamen arbitrij nostri coactione: his eā reijcerem, quibus Ioannes Picus libro quarto contra Astrologos, & Vielmus Lectione vigesima prima ipsam iā pridè repudiarūt. Signorum siquidem alia sunt naturalia, alia data; & hæc vel diuina, vel humana institutione. Verum astra signa esse nequeunt naturalia, quoniam naturalia signa, vel causæ sunt rei, cuius sunt signa, vel certus ipsius effectus: At Origenes ipse sydera causas esse denegat; astrorum autem dispositiones, & tabulas rerum humanarum esse effectus, nullus eruditus perhibet. Non itidè astra ut signa diuina institutione nobis exhibita sunt; tūm quod ea nobis Deus non tribuisset, quæ potius causa erroris, quam vtilitatis esse possent, tūm quia cum Deus signa nobis exhibet, analogia quadam cum rebus quas præsignant (ut facilius nobis fiat intelligentia) signa ipsa instituit semper esse coniuncta: At nullā conuenientiam cum rebus, quæ nostri sunt arbitrij, sydera habent, nisi dispositione remota & contingente; Superest igitur, ut signa tantum sint existimanda data ab hominibus, ni mirum à Chaldæis, Assirijs, & Aegyptijs. Sed hæc vanissima sunt, vnde qui ea profequuntur, eiusmet vanitatis, qua accusantur eorum institutores, rei sunt censendi. Præterea & ab Origenes sciscitaret, Quænam sunt virtutes illæ, quibus præcipue Deus signa hæc voluit in celestibus corporibus exarare? Nunquid Angeli sunt? Certè Angeli nil præuident de futuris contingentibus nisi vel coniectura, vel Dei reuelatione, vel intuitu, nam beatifica visio cuncta prospiciunt, quæ sibi felicitatem parant. Quod si liber illis Cælum esset, quò futuros omnes euentus præuiderent naturali cognitione, id noscerent quod sibi non competeret. Quantum ad alteram expositionem, quæ fatum astruēs astra signa esse dicit humanarum rerum, & causas ineuitabiles, hæc iam primum proscripta, explosa, profligataq; fuit non tantum ab Ecclesia, & à cunctis Patribus, sed etiā à Philosophis: nam illam acerrimè prisca, & grauissimi Philosophi reiecerunt. Eusebius de Preparatione Euāgelica libro sexto, capite sexto, Oenomai deducit redargutiones, Diogeniani, ac Alexandri Aphrodisæi in capite septimo, Bardefani in octauo, & Origenis in nono. Scripsit quoq; de hac re, & eam improbavit Plotinus in libro, Vtrum stellæ aliquid agant, & de Fato: Ecclesia, Cōciliaq; pariter eam reijciunt; Toletanū primū Canone uigesimo primo, Bracharense capite decimonono, & vigesimo. Ex Patribus uerò tūm contra fatū, tūm contra Astrologos fatū astruēs, quos modò Chaldæos, modò Genethliacos, modò Mathematicos, modò Planetarios appellāt, disceptarūt D. Petrus, Nicetas, Aquila, Clemens Recognitionū libro octauo, nono, & decimo, Tertullianus libro de Idololatria, Gregorius Nazianzenus carmine de Prouidentia, Basilius Homilia sexta in Genesim, Ambrosius Hexameron libro quarto, capite quarto; Gregorius Nyssenus libro sexto, q est de Fato, & septimo, qui est de Libero arbitrio, & octauo, qui est de Prouidentia; disertius Chrysostronus super caput secundum Matthæi, & super uigesimum quartum Homilia septuagesima sexta, & Opere imperfecto in secundum caput eiusdem Matthæi Homilia secunda, & Orationibus de Prouidentia Dei, seu de Fato, à secunda ad sextam; Gregorius Magnus Homilia in secundū caput Matthæi, Augu-

Origenis sententia refellitur.

Cap. 12. Signorum uaria genera.

Patres contra fatū & Astrologos disceptantes.

m stinus

Anno Mūdi
primo.
Die quarta.

Et tempora.

a. *Ad res gerendas accommodata.*

stinus secūdo de Genesi ad litterā, cap. decimo septimo, & de Doctrina Christiana libro secūdo, capite vigesimo primo, & sequētib; de Ciuitate Dei libro quinto, à capite primo ad duodecimū, & libro Cōfessionū quarto, capite tertio, & libro septimo, capite sexto, & libro Quæstionū octuaginta trium, quæstione quadragesima quinta; Theodoretus quoque de Græcarū affectionū curatione libro sexto, qui est de Prouidentia; Eusebius de Præparatione Euangelica libro sexto, capite sexto, & libro quartodecimo, cap. quarto; Epiphanius contra Hæreses, libro primo, tomo primo, Hæresis decima sexta; Nemesius de Natura hominis, seu de facultatibus Animæ, à capite trigesimo quinto ad trigessimū nonum; Paulinus Episcopus Nolanus in Epistola trigesima sexta; Tatianus Oratione contra Græcos: Cyrillus Commentarijs in Ioannem libro quinto, capite quinto. Damascenus de Fide libro secundo, capite septimo: Procopius Commentarijs in Genesim libro primo, sub verbo, Vt sint in signa. Ex nuperis Ioannes Picus solertissimi ingenij uir libris duodecim: Pererius Commentarijs in Genesim libro secundo. Nos quoque ut Patrum dicta in his disceptationibus ordinato compendio colligamus, breuissime quædam in calce huius diei subnectemus.

Due interpretationes
cōciliantur,
& acceptantur.
Astra nil pos-
sunt in ani-
mam, sed so-
lum in cor-
pus nostrum
agere.

Reliquum est, ut duas alias interpretationes siue sententias conciliare enitar, idq; facile peragam. Cū enim duo in nobis sint admodum diuersa, anima, & corpus, animam nequaquam syderibus esse subiectam, astraq; nec signa, nec causas esse actuum nostrorum à voluntate prodeuntium, cum Patribus enixe asserendum est: In corpus uero, cū ea ratione, qua ex elementis congestum est, syderibus tanquam causis secundis quoquo modo subijciatur, in corporis affectiones astra aliquid posse, earumq; affectionum esse etiam signa, cum Hugone, & D. Thoma non est negandum. Sed cū non ita compellant, nec cogant astra, quin sapiens astris dominetur, cōtemperaturq; passiones, atq; affectiones animi à ratione, & moderatrice rerū prudētia regantur, sequitur, ut illam astrorū vim superare, atq; ei facile reluctari valeamus; uanissimāq; ob id censerī debeant diuinationes astrologicæ, quæ incertis astrorū effectibus innituntur.

Et tempora.

Reassumendę mihi sunt primæ interpretationes eorum, qui exponentes simul In signa temporum, quid temporum nomine significare uoluerint, iam prius tradidere.

a. *Ad res gerendas accommodata.*

P H I L O libro de Mundi opificio.

Et quid ni? tempus enim quod aliud esse potest, quam tempus rei benè gerendę? Chrysostomus, Athanasius, Theodoretus, Græcus, Hugo, Glossa Ordinaria, iam primò exponebant, Tempora, idest tempora opportuna ad vsus humanos accommodata. V I E L M I V S ut nuperrimus hanc expositionem clariùs edisserit, Lectio ne uigesima prima.

Sed expedit tertium quoque beneficium, quod nobis astra exhibent, audire: Et tempora. Tigurini vertunt, Et stata tempora, & ut mihi quidem uidetur, Salomon Ecclesiastæ capite tertio, locum hunc ita illustrauit: Omnia tempus habent, & suis spatijs transeunt uniuersa sub Cælo. Tempus nascendi, & tempus moriendi. Tempus plantandi, & euellendi quod plantatum est: tempus occidendi, & tempus sanandi: tempus destruendi, & tempus edificandi: tempus flendi, & tempus ridendi; & quæ his deinceps latè subiecit. Vbi uides negocijs obeundis certa quædam & stata tempora à Cælis ueluti nobis præscribi, in quibus cū sunt, opportunè tempestiueque fieri dicuntur. Quamobrem quod multa nocte nihil actionum ciuiliū agi tempestiuum sit,

Anno Mūdi
primo.
Die quarta.

Et tempora.

- a. *Tempora, idest mensuras temporum.*
- b. *Idest, articulos temporum, seu diei partes.*
- c. *In stata tempora solemnitatū.*

intempestam noctem Latini uocant. Nam & Septuaginta locum hunc uertentes, non ueris, sed xēps, idest rerum benè gerendarum occasiones dixerunt. Moses igitur indicat Cælorum uicissitudine, & conuersione, fieri nobis tempora commoda, & opportuna ad seminandas, & demetendas fruges, ad nauigandum, & id genus negotia consicienda, quæ nostris vsibus inseruiunt, & quæ si qui nouerunt apprehendere, sapientiores ceteris existimantur. Ad hæc; Et stata tempora, herbis quidem, & arboribus semina, floresque & fructus emittendi, & maturandi: animalibus uero inuicem congregandi, concipiendi, ouificandi, pariendi, & id genus.

C A I E T A N V S Commentarijs in Genesim capite primo.

In tempora uero, quatenus sunt in opportunitates temporum collatas, seu conferendas ab astris: innumeras siquidem commoditates temporum conferunt astra, sed nos non nouimus, seu discernimus quando sunt.

a. *Tempora, idest mensuras temporum.*

P H I L O libro de Mundi opificio.

Factæ sunt etiam stelle ad mensuras temporum. Nam Solis, Luneque, & aliorum syderum recursus, dies, & menses, annosque consiciunt, moxque res utilissima, numeri natura extitit, tempore illam proferente. Ex una enim die fit unum, & duabus duo, & tribus tria, & mense triginta, ex anno tantus numerus, quantum dierum continetur duodecim mensibus, & ex infinito tempore infinitus numerus.

b. *Idest, articulos temporum, seu diei partes.*

Augustinus contra Manichæos, Eucherius, Beda, Iunilius, Magister, Glossa ordinaria, sic exponebant, ut supra relatum est.

A V G V S T I N V S de Genesi ad litteram secundo, capite quartodecimo, id melius declarat.

Intelligamus per tempora articulos quosdam, quos per horologia computamus, uel in Cælo notissimos, cū ab Oriente usque ad meridianam altitudinem Sol insurgit, atque inde rursus usque in Occidentem uergit, ut possit deinceps aduertit, uel Luna, uel aliquod sydus ab Oriente statim per occasum Solis emergere: quod item cū ad mediam Cæli uenerit altitudinem, medium noctis indicet, tunc scilicet occasurum, cū Sole redeunte fit mane.

Dēsumpsit hæc Glossa Locupletata.

A L E X A N D E R Halensis secunda parte, quæstione quinquagesima secunda, membro secundo, articulo secundo.

Dicendum, quod tempora præcesserunt & dies, sed non erant luminaria, quæ ita manifestè discernere dies prius, sicut tunc.

B E D A Expositione in Genesim.

In tempora, idest circuli, uel horologij.

c. *In stata tempora solemnitatū.*

Præter Lippomanum, & Steuchum, qui hanc expositionē deducebant à litera, Procopius, Iunilius, & Bonauentura, à Luna excipi illa tempora supra demonstrarunt.

H A M E R V S Commentatione in Genesim his assensit.

Quod nos legimus, In tempora, in Hebræo legitur Moadin. Est autem V'abad tempus quidem, sed non omne, uerum certum aliquod & constitutum, & legibus præfixum. Hinc frequenter in sacra Scriptura legimus Moadin pro solemnitatibus, & suis temporibus celebrandis, ut est Pascha, hebdomadarum festum, tabernaculorum, nouilunia. Sunt igitur hæc sydera constituta à Deo in tempora, ut suis temporibus, & certis, Israëlita sua festa scirent, quæ ad Solis, Luneque cursus celebraturi essent.

Anno Mūdi
primo.
Die quarta.

Et tempora.

a. Et tempora quatuor anni vices, quæ sunt Ver, Aestas, Autumnus, & Hyems.

a. Et tempora quatuor anni vices, quæ sunt Ver, Aestas, Autumnus, et Hyems.

Patres reliqui ferè tempora significare partes quatuor præstantiores anni edocent.

PHILO libro de Mundi opificio.

Atque etiam in tempora: Tempora porrò de quatuor annis vicibus horarum intelligenda sunt.

Has etiam anni horas ad res gerendas accommodatas tradit.

At horæ anni omnia perficiunt, & ad bonum euentum perducunt, sationes, plantationes, genituras, & incrementa animalium.

BASILIVS Hexæmeron Homilia sexta, elegantem etiam harum anni partium causas, & effectus prodit.

Dicitur iam est à nobis de signis. Tempora autem exisimamus Scripturam dicere quatuor vicissitudines temporum, hyemis, inquam, veris, æstatis, ac autumnii, quorum periodus ordine miro ab ordinatissima proficiat luminarium motione. Tunc enim fit hyems, cum Sol in austrinis regionibus moram trahit, umbramq; eam, in qua nox ipsa consistit, circa hanc nostram plagam, copiosam aded facit, ut refrigescat aër inde telluri propinquus: & omnes exhalationes humidæ circa nos coactæ concretæq; imbrum, glaciæ, niuisque copiosissimæ causam, atque materiam præsentent. At cum contra remeans Sol austrinis à finibus ad ipsum medium tendit, ut ex æquo partiatuor diei, noctisque tempus: quanto super terram plus moræ trahit, tanto temperiem aëris maiorem pro portione reducit, atque ver oritur: cunctis quidem stirpibus germinandi princeps & auctor; quamplurimis verò arboribus reuiuiscendi causam exhibens; animalibus autem tam terrestribus, quam aquatilibus omnibus successione prolis generis administrans conseruationem. Iam verò Sol illinc vsam versus aquilonem ad solstitia pergens æstiuus, dies nobis maximos præbet. Et quia plurimo tempore tum hoc in aère moratur, ided tum & aërem nostro capiti imminentem perurit, & vniuersam tellurem exiccat: seminibus inde maturatiorem subministrando, & ad concoctionem fructus arborum compellendo, cum & fragrantior se ipso exisit, & breuiores umbras meridie facit: propterea quod ab excelso nostras has illuminat regiones. Et post. Hinc autumnii tempus deinceps ubi successit, exuperantem quidem vim æstus infringit: calorem autem paulatim cum temperamenti mediocritate remittens, innocuè nos per eam temperiem ad hyemis frigoræque perducit: ad austrinas Sole videlicet regiones tum ab aquilonis remeante. Hæc temporum vicissitudines, hæc varietates Solis motiones consecrantes, vitam nobis, & quæ ad vitam sunt necessaria, disponunt, ac administrant.

AMBROSIVS confirmilia (vt affolet.) edidit Hexæmeron libro quarto, capite quinto.

De signis diximus: Tempora autem quæ sunt, nisi mutationum vices, hyems, ver, æstas, atque autumnus? In istis igitur temporibus, aut velocior est transitus Solis, aut tardior. Alia enim præstringit radijs suis, alia inflammatur caloribus suis. Itaque cum Sol meridianis partibus immoratur, hyems nobis est. Nam cum Sol longius abest, terra rigescit gelu, stringitur frigore, & plurima noctis umbra terras operit, ut multò prolixiora sint noctis spatia, quam diei. Hinc oritur causa, ut hyemis statibus nimia vis niuium pluiarumque fundatur. Cum verò ex meridianis decedens partibus super terram redit, noctis, ac diei exæquat tempora: & quò magis moras suis adiungit curribus, eò paulatim temperiem aëris huius reducit, & reuocat aurarum clementiam, quæ fouens omnia repetendos cogit in partus, ut terra germinet, ac resoluta sulcis semina reuiuiscant, virecant arbores, ad perpetuitatem quoque conseruandi generis eorum, quæ vel in terris sunt, vel aquis gaudent, annuis festibus successio propagetur. Ast ubi ad æstiuas conuersiones in septentrionem se subrigit, spatia diurna producit, noctis verò arctat, & adstringit. Itaque quò magis vsu assiduo aëri huic copulatur, atque miscetur, eò amplius & ipsum aërem vaporat, & terrarum exiccat humorem, adolescere facit semina, & tanquam in succos viriles maturecere poma sylvarum. Tum quia flagrantior est, minores umbras facit in meridiano, quoniam ex alto hunc illuminat locum. Et post. Postea nos autumnus excipiens, infringit quidem æstiuam magnitudinem, sed paulisper relaxato, ac deposito calore per temperiem medijs moderaminis, sine fraude nos atque vlla noxa statibus tradit hyemalibus.

THEO.

THEODORETUS quæstione in Genesim decimaquinta.

In signa, tempora, dies, & annos. Idemque solstitia efficit, quæ tempora Scriptura diuina nominat. Transiens enim ab æquinoctio ad aquilonem, ver facit: & inde rediens ad eisdem terminos, æstiuale solstitium producit: procedente autem eo inde ad meridiem, autumnus nascitur, & inde reuertens hyemem producit.

DAMASCENVS libro secundo de Fide capite septimo.

Statuit enim illos in tempora, in signa, in dies, & in annos. Nam per Solem quatuor temporum versiones, immutationesque constituuntur. Et prima quidem verna est: in ipsa enim Deus fecit vniuersa. Id ostendit, & nunc vsque in ea florum pullulationem fieri, quæ & æquidia versio est, atque æquinoctialis: nam duodecim horarum, & diem, & noctem æquilibrat. Ipsa ex Solis medio exortu nascitur, bene temperata existens, sanguinis augmentatiua, cum calida sit & humida, & suapte natura hyemis, æstatisque media, hyeme quidem calentior & sicior, æstate verò frigidior ac humidior. Tempus autem protendit à Martij vicesimæ prima, vsque Iunij vicesimæ quartam. Deinde eleuato Solis exortu in boreæ viciniores partes, æstiuale versio succedit. Mediat autem ver & autumnus, ex verè quidem calorem sortita, ex autumnus verò siccitatem; calida enim est, & sicca, & flauam auget bilem. Ipsa autem prolixissimam diem habet, horarum quindecim: contractissimam verò noctem, horarum novem tenentem interuallum. Et ipsa quidem protenditur à Iunij vicesimæ quarta in quintam vsque & vicesimam Septembris. Deinde rursus medium exortuum locum Sole ingrediente, autumnalis versio æstiualem mutat, medio modo quoquo pacto habens frigiditatem & caliditatem, siccitatem & humiditatem. Et æstiuus ac hyemalis versioni intermediat, ex æstiuus quidem siccitatem, ex hyemali verò frigiditatem mutuans. Frigida enim & sicca est, atq; bilis suapte natura adactiuus. Hæc rursus æquidia versio est atque æquinoctia, duodecim horarum & diem & noctem habens. Protendit autem se à Septembris quinta & vicesima, ad Decembris identidem quintam ac vicesimam. Sole verò breuissimè & pronissimè meridiei orientem ingrediente, hyemalis exortu versio, frigidissimaque & humidissima consistens, & autumnali versioni ac vernæ intermediat, ex illa frigus, ex hac humiditatem adeptæ. Ipsa autem contractissimam diem nouem horarum habet: noctem verò porrectissimam, quindecim. Pituitam verò ipsa suapte natura adauget, se autem protendit in primam vsque & vicesimam Martij. Sapienter enim rerum opifex prouidit, ut non ex summa frigiditate, caliditate, siccitate, aut humiditate, in extremam contrariam confestim deuenientes, in graues incideremus infirmitates: nam nouit fallaces esse repentinas mutationes.

AVGVSTINVS de Genesi imperfecto, capite terdiodecimo.

An in signis dixit, quibus certum iter significatur nauigandi: in temporibus autem, velut est verum tempus, & æstas, & autumnus, & hyems, quia & ista circumactu syderum variantur, suasque vices, atque ordinem seruant: in diebus autem & in annis, sicut expositum iam est accipiendum?

EVCHERIVS Commentarijs in Genesim libro primo, cap. quinto.

Et addidit; Vt sint in signa, & tempora: scilicet, ut tempora distinguantur in vicibus mutationum, hyemis, vernæ, æstatis, autumnii. In istis igitur temporibus, aut velocior est transitus Solis, aut tardior, aut equalis. Alia enim præstringit radijs suis, alia inflammatur caloribus, alia temperie fouet.

MAGISTER Sententiarum secundo, distinctione quartadecima.

Et in tempora, quia per ea distinguimus quatuor tempora anni, scilicet ver, æstatem, autumnum, hyemem.

PETRVS Comestor in Scholastica Historia capite sexto.

Quod autem sequitur; In tempora, non est putandum, quòd tunc per ea inciperent esse tempora, quæ ceperunt esse cum Mundo: sed quia per ea quatuor sunt temporum distinctiones. Sol quoque descendens ad Capricornum, solstitium hyemale facit; ascendens ad Cancrum, æstiuale: inter vtrunque pari ab vtroque distantia, æquinoctia facit.

ANSELMVS Laudunensis in Glossa Interlineari.

In tempora, scilicet ver, æstatem, autumnum, hyemem.

Hæc ipsa Rabbinus in Annotationibus, Alexander Alensis, & omnes.

GLOSSA Ordinaria ex Augustino.

Est etiam Sol ad distinctionem temporum, quia ab æquinoctiali circulo vernali, ad solstitium æstiuum ascendens, & inde ad æquinoctium autumnale transiens, atque inde ad solstitium brumale perueniens, tandemque ad æquinoctium vernale rediens, quatuor anni tempora determinat.

LYRANVS in Postillis.

Tertio deseruiunt, in quantum distinguunt diuersas partes temporis, scilicet veris, æstatis, autumnii, & hyemis, in quibus varia ordinantur, & disponuntur vsui humano necessaria, & quantum ad hoc dicitur; Et tempora.

TOSTATVS pariter.

Tertio proficiunt luminaria, quia vtilia sunt ad distinguendum temporis qualitates, secundum diuersas temporis partes, scilicet ver, æstatem, autumnum, & hyemem: quia ista quatuor tempora sunt diuersarum complexionum, & causantur motu Solis, quia existens Sol in Ariete, Tauro, & Geminis facit ver: in alijs tribus sequen-

Anno Mldi
primo.
Die quarta.



Et tempora.

- a. Idest diuersitates, seu vicissitudines temporum.
- b. Hoc est menses.
- c. Vel prefixa tempora, quibus aliquid contingere necesse erat.

sequentibus facit æstatem: in alijs tribus facit autumnum: in vltimis tribus facit hyemem. Deinde reuoluitur annus ad ver.

ISIDORVS Ethymologiarum libro quinto, capite trigesimoquinto, quare hæc quatuor partes anni tempora dicantur edocet, cum ait.

Tempora anni sunt quatuor, ver, æstas, autumnus, & hyems. Dicta autem sunt tempora à communionis temperamento, quòd inuicem se humore, siccitate, calore, & frigore temperent. Hæc & curricula dicuntur, quia non stant, sed currunt.

a. Idest diuersitates, seu vicissitudines temporum.

GLOSSA Ordinaria, ex Augustino.

Ideo tempora qua sunt per sydera, non spacia morarum, sed vicissitudinem affectionum Cæli debemus accipere: quia dies, & anni quos vitate nouimus, motibus tantum syderum fiunt.

PROCOPIVS Commentarijs in Genesis caput primum.

Quod inquit; In tempora &c. intelligit temporum mutationes & vices.

CATHERINVS Enarratione in primum caput Geneleos.

Et sint in tempora. Græcè κατὰ τὰς. Non enim accipitur hic tempus secundum sui substantiam, iuxta quam Physici illud definiunt esse numerum motus: sed secundum varietates naturales, à situ atque influxu astrorum contingentes. Aliud est enim noctis tempus, aliud est diei, ideoque operis varietatem postulat, sicut mane & vespere. Item aliud vna dies, aliud alia: aliud vnus mensis, aliud alius: aliud Luna recens, aliud desiciens. Et per hæc diuiditur annus in ver, æstatem, autumnum, & hyemem.

BVRGENSIS in Additionibus.

Pro quo attendendum, quòd non dicit; Ut sint in tempus, vt sic intelligeretur de tempore simpliciter sumpto, quòd factum est cum primo motu in primo die, vt dictum est: sed dicit In tempora, vt intelligatur de vicissitudine temporum, ex qua fastidium tollitur. Vnde in hymno; Et temporum dans tempora, vt alleues fastidium: Et valetudo etiam conseruatur, & necessaria victui oriuntur, vt patet per experientiam; quòd etiam Lunæ videtur pertinere, qua secundum quatuor aspectus quos habet ad Solem, diuersas influentias etiam sensibiles causat. Vnde Fecit Lunam in tempora.

b. Hoc est menses.

STEVCHVS in Cosmopœia.

Cur diebus & annis commemoratis, menses tacuerit, hæc videtur ratio, quòd Moses respiciens in consuetudinem legis, & mandata quæ condidisset, cum hæc scriberet, voluit menses designare, cum dixit, Tempora, Hebraicè (Moadim) qua voce cuiusq; mensis celebritates denotantur.

c. Vel prefixa tempora, quibus aliquid contingere necesse erat.

VIELMIVS Lectione vigesimaprima.

Possimus & aliter, Stata tempora, interpretari, videlicet certas, ac determinatas rerum conditiones, & periodos, quæ syderibus subiecta sunt. Vox enim, Moed, quemadmodum periti adnotarunt, significat Hebræis prefixitum quoddam & statutum tempus. Deuteronomij decimosexto; Moed, idest tempore statuto, quo ex Aegypto egressus es. Secundo Regum vigesimoquarto; Et dedit Dominus pactum in Israël à mane, vsque Ethmoed, idest ad tempus limitatum; quare subindicasse nobis potuit, Deum rebus omnibus, quæ conuersionibus Cæli subiiciuntur, prefixisse tempora vite, durationis, & consistentie, quæ præterire non possint. Quamquam & sæpe homines ea sibi inminuunt, & Deus quoque propter scelera decurtat.

AVCTOR.

AVCTOR.

Inter has omnes expositiones, eam quæ per tempora quatuor anni partes, seu vices capit, præstantiorem vtiq; atque accommodatiorem existimarem. Primò enim communior est, & à prisca Patribus ferè omnibus passim recepta, & mirifica consensione approbata. Deinde, & vulgatam significationem sequitur: per tempora siquidem non solum populares, sed eruditi etiam, quatuor anni vices, ver, æstatem, autumnum, & hyemem intelligunt; quasi ex antonomasia, quòd ex articulis, partibus, differentiisque temporum illa præclarior, ac præstantior existant. Amplius non est asserendum, quòd tam singulare beneficium nobis ab astris, seu (vt melius dicam) à Deo per astra collatū, quale est donum veris, quo nobis omnes fruges virescunt; æstatis, qua maturefcunt; autumnus, quo decidunt, & colliguntur, & hyemis, qua ad nouos partus se terra accingit, Moses prætermiserit, atque obliuione, ac reticentia illud fermè omnino sepelierit. Adijciam, quòd in hanc interpretationem cæteræ incidunt duabus exceptis. Primum, quid aliud est dicere, astra præbere tempora ad res gerendas, humanaque obeunda negotia, nisi præbere quatuor has anni vicissitudines veris, æstatis, autumnus, & hyemis, ex quibus defumuntur tempora commoda, & opportuna non tantum hominibus ad agriculturæ munera obeunda, ad seminandas, expurgandas, metendasque fruges, ad nauigationis, venationis, militiæ conficienda negotia, sed etiam germinibus ad virorem, semina, flores, fructus proferendos maturandos & præbedos, & animalibus adinuicem congregandū, pariendūq; &c. vt dicebat Vielmus? Neque enim opportuna deligimus tempora pro rebus tempestiue gerendis, nisi ex harum anni vicissitudinum ratione. Altera interpretatio, quæ exponebat, Tempora, idest articulos temporū, in hanc etiam recurrit; cum etenim articuli temporum appellentur vel momenta, vel horæ, vel vices diei, scilicet mane, vespere, & meridie, & noctis partes, seu vigilia, vel dies, hebdomada, menses, tempora, & anni: certè præstantissimi articuli sunt quatuor anni tempora, seu vicissitudines istæ hyemis, autumnus, æstatis, & veris: vnde ex quadam excellètia per tempora significari potuerunt; eo maximè, quòd & dies recensuerit, cum quibus intelligitur eorum partes, & horæ ipsos conficientes; & annos, cum quibus intelliguntur & menses, cum mensis annus sit lunaris, vt Augustinus edocuit.

Expositio ea, quæ temporū appellatione dies solemnes significari proponebat, prorsus aliena, & peregrina est censenda. Siquidem astra ijs fungi officijs ac muneribus est dicendum, in quibus naturali virtute aliquid operantur, & eò præcipuè, cum astra sint signa, & indicia rerum earum, quarum sunt & causæ. Cæterum astra gignunt quidem diuersas aëris affectiones, Sol sua retrograda circumlacione defert quatuor anni vicissitudines, diem, & annum; propterea dici possunt esse in signa, & tempora, dies, & annos. Quòd autem hic vel ille dies solemnis accipiatur, siue in nouilunio, siue in plenilunio, institutum est diuinum ab hominibus obseruatum, sed ab astris non productū, nisi, vt aiunt, contingenter. Astra siquidem dies gignunt, quòd autem dies illi solemnes reputentur, id sibi contingit præter ipsorum operam. Nec ipsi suffragantur delatæ à Steucho, Lippomano, ac Lusitano vocum Hebræarum, seu Græcarum significationes. Quantum enim ad Hebræas voces attinet, approbo quidem, Moadim significare tempora stata; verum quia tempora institui, & condici possunt, tum à natura, tum ab arte, assererem ego, Moadim tempora significare, vel dies statos, & condictos à natura, vt anni quatuor vicissitudines, ver, hyems, autumnus, & æstas sunt. His siquidem potius contestatur, atque admonet nos natura, vt ad opportunas res gerendas tempestiue progrediamur, quàm quòd stati dies, seu solemnes ex institutione diuina, vel humana per eas significantur. Amplius, quòd Septuaginta hic non verterint *ημερας*, quòd tempus ipsum est, sed *καιρος*, quòd est bene gerendarum rerum occasio, affirmo & ego, atq; id probè factum censeo. Sed quæ rerum gerendarum aptior est occasio, quàm accommodata tempora veris, æstatis, autumnus, & hyemis? Hæ enim sunt flores temporum, sunt, vt dicebat Plato, selectissima & opportuna tēpora pro rebus omnibus tum à natura, tum ab hominibus gerendis. Quòd si secundum Lusitanum, Moeth, significat collectionē dierum, ita vt verti possit, Erunt in signa, & collectiones scilicet certorum dierū, nescio quare

Expositio, quæ tempora quatuor anni partes interpretatur, cæteris antefertur.

Reliquæ interpretationes in dicta recidunt.

Temporum appellatione non significantur dies solemnes.

Anno Mūdi
primo.
Die quarta.

Et dies.

a. *Dies naturales non efficiendos, sed sua presentia exornandos & illustrandos.*

quare per hanc certorum dierum collectionem non magis intelligere possimus collectionem dierum, quæ in ipsis sit vere, æstate, autumno, & hyeme, quam eam, quæ in ipsis diebus solemnibus efficitur.

Interpretatio illa, quæ exponit, Tempora, idest diuersitates temporum, non est ab hac Patrum expositione aliena. Quod siquidem aliud sit vna dies, aliud vnus mensis, aliud vnus annus, ex eo proficiscitur, quod annus diuidatur in ver, æstatem, autumnum, & hyemem, ut ipse docebat Catherinus. Per tempora postea non esse intelligendos menses, ut autumabat Steuchus, D. Augustinus probat ex eo, quod mensis annus sit Lunæ; ob idque Moses reticuerit menses, quia in annis comprehendebantur. Nec etiam ratio adducta à Steucho conficitur; neque enim omnis mensis apud Iudæos celebritates habebat, seu dies solemnnes peculiare, quanquam nouæ Lunæ uenerentur festum: unde nec per Tempora menses poterant omnes significari. Postrema interpretatio, quæ temporum nuncupatione præfixas temporum periodos, seu præfinitum quoddam & statutum tempus, quo aliquid contingere necesse erat, capi censebat, tuta mihi visa non est; nam certas, & determinatas rerum actiones syderibus subiectas esse non est credendum, ita ut uel ex Dei prouidentia, uel ex hominum ingenio, uel ex natura uirtute, & imbecillitate nequeant alterari. Determinatas quidem rerum conditiones, cuiusmodi sunt hominum uitæ curricula, quæ certis, ac statis quibusdam temporum periodis coërceantur, ac præteriri non possint, in præscientia diuina uerissimum est comperiri: Sed & illæ infallibiliter contingent, non quia syderibus subiectæ sint, sed quoniam ex immutabili prodeunt Dei voluntate.

Eccæ habemus hoc loco genesim præstantissimarum anni partium, hyemis, æstatis, autumni, & ueris, quæ tantum naturæ sunt proficua, tantum à Poëtis celebrata, tanta ab hominibus admiratione suscepta. Non possem prætermittere nomina, naturas, initia, partes, & encomia earum, si locus id expoſtularet. Adeas Bedam libro de Ratione temporum, capite trigesimo tertio, Isidorum libro quinto Ethymologiarum, capite trigesimo quinto, Hamerum Commentatione in Genesim sub verbo, Et tempora: præter plures Ethnicos, quos recensere nostrum non est negotium.

Et dies.

Hoc est quartum astrorum munus, de quo Patres audiamus.

a. *Dies naturales non efficiendos, sed sua presentia exornandos & illustrandos.*

Duplicem interpretationē huic loco afferri à Patribus, & Doctoribus animaduerto.

BASILIVS Homilia sexta in Genesim.

Et in dies. Non ut dies creent, aut faciant, sed ut ipsis diebus præsent. Dies enim & nox luminarium ortum antecesserunt. Id ita esse declarat & ipse Psalmorum auctor; Posuit, inquit, in potestatem diei Solem, Lunam, & stellas in potestatem noctis. Quoniam igitur modo potestatem diei Sol obtinet? Quia lucem in sese circumferens, ubi tandem horizonta nostrum, hoc est, finitorem nostræ hemisphæri fuerit prætergressus, dissolutis, fugatisque tenebris, diem præstat. Itaque non aberrauerit quisquam, si diem definiens, ærem esse dixerit illuminatum à Sole, aut quantitatem temporis tantam, quo Sol in globo nostro dimidio supra terram moram trahit.

Ex his

Anno Mūdi
primo.
Die quarta.

Et dies.

a. *Dies naturales conficiendos.*
b. *In dies, & non diem quia dies gignunt & naturales, & vsuales.*

Ex his Basilij modo relatis, primam postremamque periodum locupletata Glossa decerpfit.

AMBROSIVS Hexameron libro quarto, capite quinto.

Sint in dies. Non ut faciant dies, sed ut in eis habeant principatum, ut ortum diei uerbiore Sol illuminet gratia, ut per totum diem designandi habeat eius potestatem cursus sui munere. Sic accipiunt nonnulli quod ait Propheta; Solem in potestatem diei; Lunam, & stellas in potestatem noctis. Circumsferunt enim lumen.

Psal. 135.

CHRYSOSTOMVS Homilia sexta in Genesim.

Voluit autem Dominus & per hoc elementum, clariorem diei lucem fieri, id quod & de minori luminari, hoc est, de Luna dixerimus: facte sunt enim tres noctes ante Solis formationem: attamen & hæc producta suam affert utilitatem: dissipat enim noctis tenebras, & fermè (ut ita dicam) eadem qua Sol ipse facit. Sol enim ordinatus est ad hoc, ut præsit diei, Luna autem, ut præsit nocti. Quid est in præfecturas diei, & præfecturas noctis? Hoc est, ut Sol diem radijs suis clariorem reddat: Luna autem, ut dispellat tenebras, & hominum generi lumine suo præbeat commoditates utendi suis studijs. Tunc enim uiator silentius iter facit, & nauta nauim regit, & mare transit, & sua quique studia metu posito aggrediuntur.

PROCOPIVS Commentarijs in Genesim caput primum.

Quod dicit in dies, & non accipiendū est, ut dies faciant, sed ut in his curricula sua decurrant. Dies namque & nox antiquiores sunt motu luminarium. Nam & Psalmus habet; Solem facit, ut dominium habeat in die: siquidem lux, quam ubique circumfert, supergrediens nostrum Horizontem, diem præbet dissoluens tenebras.

EIVCHERIVS Commentarij in Genesim libro primo, capite quinto.

Et in dies, ut Sol habeat in eo diei principatum.

BEDA Commentarijs in Genesim.

Et in dies, ad ostendendam longitudinem & breuitatem diei.

a. *Dies naturales conficiendos.*

AVGVSTINVS dies hoc loco intelligi dies naturales uoluit, illos nempe, qui fiunt conuersione fixorum syderum. Vnde de Genesi ad literam libro secundo, capite quartodecimo.

Dies autem totus Solis ab Oriente usque ad Occidentem circuitus.

THEODORETVS Quæstione in Genesim decimaquinta.

Sol ortu suo atque occasu dies facit.

DAMASCENVS Orthodoxæ Fidei libro secundo, capite septimo.

Sic igitur Sol conuersiones, & per ipsas annum operatur, & dies, & noctes: illos quidem exoriens, & super terram astitans; has uero sub terram decidens, & alijs luminaribus cedens, crepusculum constituit.

CYRILLVS libro primo in Genesim.

Sol enim ad diem lucemque conficiendam, Luna noctem tenebrasque statuitur.

RVPERTVS Commentarijs in Genesim libro primo capite quadragesimo quinto.

Porro, quod in dies hoc luminare sit, omnium palam subiectum est oculis. Per singulos namque ortus suos, singulos dies efficit.

Lyranus in Postillis, & Toſtatus hæc ipsa innuunt.

b. *In dies, & non diem, quia dies gignunt et naturales, et vsuales.*

PETRVS Comeſtor in Genesim, capite sexto.

In dies dicitur pluraliter, quia dies multipliciter dicitur, de die scilicet naturali, scilicet spatio viginti quatuor horarum, & de die vsuali. Ponitur etiam dies pro tempore, non determinato & ignoto nobis, ut ibi; In illa die stillabunt montes dulcedinem.

Ioel. 1.

n Dies

Anno Mudi
primo.
Die quarta.

Et dies.

a. Dies quavis obseruantia singulares.

a. Dies quavis obseruantia singulares.

C A I E T A N V S hanc alteram induxit interpretationem.
In dies obseruandos à medicis, nautis, & agricolis, & huiusmodi.

V I E L M I V S Lèctione vigesimaprime uberiùs horum seriem explicauit.
Sunt dies *Alcionij*, de quorum numero controuersia est, referente *Suida*, & dies nautici, quos *Cælius Rhodiginus* enumerat, & pluuiosi, cum *Pleiades*, quas & *Vergilias* nuncupant, oriantur. Rursum, & dies festi & profeti: siquidem *Hebræi*, & nos, ac ceteræ omnes gentes festos dies à luminarium conuersionibus, & vicissitudinibus capiunt. Et *Hebræi* quidem *neomenias*, *scenophegias*, *pascha*, & *pentecosten* à Luna *Ecl.* capite quadragesimotertio: nos verò à *Solis*, & *Lunæ* conuersionibus. Non igitur intelligas capi diem hic in trita vulgarique sua significatione. Sic enim *Solis* iubar, ortu occasuq; suo diem à nocte nudus quartus seim-xerat. Sed primum quidem pro definiendis & diuina & humana lege, cum ad cultum & obsequium Dei, tum verò ad peragenda alia negocia, mox verò & pro criticis, theoreticis, Medicis salubribus & insalubribus, de quibus & *Galenus*, & *Paulus Aeginas*, & *Cornelius Celsus*, & alij quidam apud *Cælium Rhodiginum* Lèctionum antiquarum libro quartodecimo, capite secundo, disputant. Porro autem dies albos, lætos, faustos, & his aduersos *Aegyptios*, postriduanos, & infastos ad obeunda negocia, de quibus idem capite nono tractat, tanquam ex Ethnicismo ad nos profectos *Ecclesia Christi* iampridem mira consensione *Sanctorum* repudiauit.

A V C T O R.

Communis & approbata ab omnibus est Patrum interpretatio, qui dies istos naturales dies exponunt. Quanquam autem *Basilij*, & alij, negarint Solem dies conficere, sed tantum affirmarint ipsis præesse, eisquæ fulgorem, vel gratiam, ut ait *Ambrosius*, cõ ferre; *Augustinus* autem, & alij, asseuerarint rotatione sua Solem dies gignere: repugnare tamen sententiam sententiæ non est existimandum. Vnusquisque enim secundum traditam ab ipso creationis seriem probè loquutus est. Siquidem si lux corporea primo die manauit, iam dies erat ante Solè, ut testatus est *Chrysostomus*, & ante astra; propterea quarto die ipsis diebus, & noctibus, Sol & Luna præfides facti sunt, fulgorèq; diei, & nitorem nocti seu claritatem quandam addiderunt. Quia uerò lux ea prisca in astra distributa, arque illis infusa fuit, ob id euenit ut post Sol, & astra, diem, noctemq; conficerent. Si autem lux corporea ista emicans tantum quarto die profiliit, certè Sol ipse, & astra facta sunt ad efficiendum diem, non ut præfides tantum essent, & corruptionem adiungerent. Interpretatio Doctorum nuperorum, quæ per dies capit dies signatos, ut nauticos, pluuiosos, criticos, Theoreticos, & præcipuè festos, & festos ab hebræis vsitatos, omnino condemanda non est. Siquidem ad selectiorem sensum rapit uocem Diem, beneficiumque explicat, ac munus diuersum prorsus ab eo, quod primo loco posuit, cum dixit; Et diuidant diem, ac noctem. Præterea, & præstantissimum beneficium erat hoc, adeò ut silentio in tempeste uè obuoluere ipsum *Moses* non debuerit. Amplius cum *Moses* hebræis duræ ceruicis Dei cultum incutere studeret, hoc non erat exiguum eis argumentum, quod Deus adeò dies festos existimari, ut ab Orbe condito astra ad eos indicandos uoluerit etiam designare. Superest tamen mihi scrupulus: nam si astra sunt earum rerum signa, quas & efficiunt, signa certè esse non potuerunt dierum festorum, & solemnium, cum ex instituto diuino tantum diebus certis solemnitates illæ celebrarentur, adeò quod astra quidem dies illos gignebant, sed non ut dies festos.

Basilij & Augustini
assertiones
conclianantur.Astra facta
sunt in dies
signatos.Anno Mudi
primo.
Die quarta.

Et annos.

a. Annos solares & lunares.
b. Annos lunares tantum.

festos. Secus est de reliquis nauticis, pluuiosis, criticis, theoreticis diebus, qui certis constellationibus, ac influxibus agi perhibentur. Quare hanc interpretationem ingeniosiore, sed primam accommodatiorem existimarem.

Et annos.

Conueniunt omnes tum Patres prisca, tum Doctores, ut annos vsitatos hoc loco *Moses* nobis præferat; sed quænam annorum genera *Moses* intelligat, non uniformi assertionem decernunt.

a. Annos solares & lunares.

B A S I L I V S solarem ac lunarem annum tantum memorari putat, *Hom.* millia sexta in *Genesis*.

Sed & ad annos agendos Sol, atque Luna principes sunt constituti. Nam Luna cum duodecies suum peregit cursum, effectrix est anni, excepto mense intercalari, cuius egere persæpe videtur ad exactissimum temporum agendum concursum, quemadmodum *Hebræi* vetustissimo tempore antiquissimique *Græcorum* olim annum metiebantur. Solaris autem annus est, cum ad idem Sol punctum, sine signum unde profectus est, suapte motione redierit.

A M B R O S I V S Hexæmeton libro quarto, capite quinto.

In annos quoque ordinati sunt Sol & Luna. Luna per trecentos dies duodenis vicibus cursum conficiens, consumat annum secundum *Hebræos*, aliquibus diebus adiectis, secundum *Romanos* bissesto semel intra quinque menses unius diei adiectione celebrato. Solstitialis quoque annus est, cum Sol expleto per omnia signa circuitu, in id unde principium cursus sui sumpsit, recurrit. Annua enim fertur ei totius spatij esse perfunctio.

E V C H E R I V S his Patribus assensit *Commentarij* in *Genesis* capite quinto.

Signa autem & tempora pertinent ad omnia sydera, dies verò ad Solem tantummodo, annus autem ad cursum Solis, & Lunæ.

P R O C O P I V S *Commentarij* in *Genesis* capite primo.

Sed & ad formationem, & constitutionem anni ista duo luminaria instituta sunt. Nam Luna duodecies suum curriculum conficiens, annum parit: Sol ad idem punctum, unde eundi initium fecit, reuersus, annum constituit.

B E D A *Commentarij* in *Genesis*.

Et in annos, idest, ut dicitur annus Solis & Lunæ.

H V G O *Carenfis* in *Postillis*.

Dies & annos pluraliter dicit, propter diem naturalem, & vsualem, & annos solares, & lunares.

b. Annos lunares tantum.

R V P E R T V S *Commentarij* in *Genesis* libro primo, capite quadragesimo quinto.

Hebræi nanque (quibus data, vel à quibus profecta est hæc Scriptura ad nos) solos nouerunt lunares menses, & annos. Est autem mensis viginti nouem dierum, ac semissis. Annus autem, si quidem communis, idest, duodecim mensium sit, trecentorum quinquagintaquatuor dierum: Si autem embolismus, idest, tredecim mensium sit, trecentorum octuagintaquatuor dierum est. *Romanis* tamen lunare maius in annum est. Solarem nanque computant annum trecentorum sexaginta quinque dierum, superaddito diei quadrante. Sed hic annus non adeò naturalis est, quippè cuius partes, scilicet menses, non naturaliter currunt.

n 2 sed

Anno Mudi primo. Die quarta.

Et annos.

- a. Annos solares.
- b. Annos solares, lunares, & stellarum breuiores, & prolixiores.

sed ad placitum dispositi sunt. Lunaris autem annus naturalis est, quippe cuius partes, id est, menses iidem lunares a natura veniunt: unde & cuncti quantitatis eiusdem sunt, nisi quod semissem qui viginti nouem diebus superest, quia pro integro die computari non potest, seruari oportet, ut alter viginti nouem, alter triginta dierum mensis habeatur. Hos annos, vel huiusmodi menses ante fidem Christi, Romanus orbis non obseruabat, sed & nunc indoctum vulgus ignorat. Proinde, & in communi usu annum computat Christi Ecclesia, qualem Scriptura huius ignara constituit gentilitas, & pro legitimo ritu festi Paschalis, menses, & annos Hebræorum secundum Lunam, tam communes, quam embolismales rationabiliter obseruat.

a. Annos solares.

D. BONAVENTURA Sententiarum secundo, distinctione quarta decima.

Sunt etiam motus in distinctione annorum secundum seruationem illius motus Solis in obliquo circulo. **DIONYSIVS** Carthusianus Enarratione in Genesim articulo duodecimo.

Sunt item in distinctionem annorum secundum consummationem motus Solis in circulo obliquo.

HAMERVS Commentatione in Genesim. Anni demensio precipue est in Solis potestate.

b. Annos solares, lunares, & stellarum breuiores, & prolixiores.

AVGVSTINVS de Genesi ad litteram libro secundo, capite quarte decimo.

Annos vero, vel istos visitatos Solis anfractus, non cum ad Orientem, quod quotidie facit, sed cum ad eadem loca syderum redit, quod non facit nisi peractis trecentis sexaginta quinque diebus, & sex horis, id est quadrante totius diei, que pars quater ducta cogit interponi unum diem, quem Romani bissextum vocant, ut ad eundem circumitum redeatur: vel etiam maiores, & oculiores annos: nam completis aliorum syderum spatijs, maiores anni fieri dicuntur.

Hæc & Glossa Locupletata. Et de Genesi imperfecto, capite tertio decimo. Anni vero manifesti, cum Sol signiferum circumulum peragit: obscuriores autem, cum id unumquodque vagorum syderum in suis orbibus facit. Non enim dixit, Et mensibus, quia fortasse mensis annus est Luna, sicut duodecim Luna anni, annus est eius syderis, quod ποσειδωνιο Greci vocant, & triginta Solis anni, annus est eius syderis, quod φαινο dicitur. Et fortasse ita, cum omnia sydera ad idem redierint, annus magnus peragitur de quo multi multa dixerunt.

IVNILIVS in Hexameron stellas suas habere annos diffusè dissevit. Sunt & stellæ in annos, quia quæ nunc (verbi gratia) in æquinoctio verno, matutino oriuntur, ipse omnibus annis in eodem æquinoctio in Cæli faciem veniunt: quæ nunc in solstitio, vespere vel mane, hæc semper in illo eisdem horis oriuntur. Sed & quedam sunt stellæ, quæ planetas, id est, errantes vocant Astrologi, quæ maiores annos suo circuitu faciunt, quando ad eundem Cæli locum redeunt. Nam stella, quæ Saturni dicitur, triginta annis: quæ Iouis, duodecim annis: quæ Martis, duobus annis fertur solaribus, circuitu Cæli expleto, ad eadem loca syderum, quibus fuerant ante, redire. Luna quoque, cum duodecies spatia sui cursus peregerit, annum facit communem dierum trecentorum quinquaginta quatuor, & ut anno solari possit concordare circuitus: tertio quoque vel secundo anno, tertiumdecimum addit mensem, quem embolismum vocant annum calculatores: & sic dierum trecentorum octoginta quatuor.

GLOSSA Ordinaria. De Sole quippe certum est, quod circuitum compleat trecentis sexaginta quinque diebus & quadrante, qui est annus solaris. Sic reliqui planetae annos suos complent breuiores, & prolixiores.

PETRVS Comestor in Genesim capite sexto.

In annos etiam pluraliter dictum est, quia etiam annus multipliciter dicitur. Nec hoc dico, quia apud diuersas nationes sunt vtique diuersæ annorum distinctiones, maiorum & minorum, & planetae annos suos habent: sed secundum Ecclesiæ usum dicimus hoc. Est enim annus lunaris habens trecentos quinquaginta quatuor dies: est solaris constans ex diebus trecentis quinquaginta quinque & quadrante, id est sex horis: est & bissextilis constans ex trecentis quinquaginta sex. Est Embolismalis, qui constat ex trecentis octoginta diebus, & excedit, habens tredecim lunationes. Dicitur etiam annus ab Ain, quod est circum, quia in se reuoluitur. Vnde & antiquiores ante usum litterarum annum figurabant sub specie serpentis, cuius cauda in os eius reuoluebatur.

CAIETANVS vno verbo quinque annorum genera enumerauit.

In annos demum lunares solares, martiales, saturninos, & magnos.

VIELMIVS Lectione vigesimaprima.

Ut Sol conuersione sua solarem efficit annum, ita Luna, & ceteri errones, suos singuli conficiunt annos: quamobrem sunt alij breuiores, alij vero longiores, sicuti & Mercurij, & Veneris æquales solaribus sunt: forte, quia ad generationis perfectionem Soli ascripti ab Opifice comites Mercurius, & Venus fuerunt: quod Iamblicus quoque arbitratur. Etenim Venus eodem tempore cietur in suo epicyclo, quo Sol in suo deferente orbe: eademque Mercurij motus ferme ratio est. Quare ne duobus quidem signis Venus à Sole vnquam digreditur, & in vna linea Epicycli coniunguntur, vnumque tunc centrum habent; ut mirum minimè sit, si pares ferme cursus conficiunt. Inuenies quoque annos magnos, & maximos, de quibus & nos superiori quadam prælectione disserimus, & Lilius Gregorius Gyraldus, latius in suo libro de annis & mensibus accuratissime scripsit.

AVCTOR.

Colligamus igitur ex omnibus his, astrorum censer munus, ut annos conficiat, totque annos, quot orbium sunt conuersiones, enumerari posse. Quare illos ad octo genera redigendos arbitror, quorum nuncupationes, simulque temporis & durationis ipsorum circumscriptioem ita accipito. Solis, Mercurij, Veneris anni, æquali fere tempore, diebus trecentis sexaginta quinque & quadrante (demptis minutis duodecim) explentur. Lunaris simplex, qui mensis est, viginti octo diebus ac duodecim conficitur horis, quo spatio luna ad eundem remeat Zodiaci punctum. Lunaris vero hebræorum annus trecentis quinquaginta quatuor diebus absoluitur. Martialis biennium occupat. Iouis duo decim solares annos continet: Saturninus triginta, Magnus, & maximus ex conuersione octauis, ac noni orbis efficitur, siue eius qui proxime primo mobili substernitur: cumque orbis ille centesimo quoque anno uix unum gradum, propter nimiam qua primum mobile contorquetur celeritatem, conficiat, triginta sex millibus annorum, iuxta Ptolemæi sententiam, hic annus absoluitur. Quamuis alij triginta nouem millium annorum numerum ei ascribant. Cum igitur tot annorum comperiantur genera, superest videre de quonam intellexerit Moses. Et prima quidem fronte asserendum uideretur, quod annorum nuncupatione annos expresserit lunares; Tum quia Hebræis hæc historiam demandabat, quibus nullus annus erat usitatus nisi lunaris: Tum etiã quod fortasse Mosis tempestate, ut inquit Rupertus, non adhuc solaris annus usu receptus erat, & fortè nec cognitus; cum à Romanis ipsum institutum fuisse quamplures tradant. Quamquam apud Aegyptios, Chaldaeos, & Persas ueram solaris anni rationem constat, ex Strabone & Q. Curtio colligi possit. Sed quia officia hæc & munera astrorum vniuerso, vniuersisque nationibus Dei beneficentia collata sunt, atque etiam Mosem generales astrorum functiones recensere credendum est: ob id tutius est asserere, annorum appellatione cuncta annorum genera, Vatem nostrum explicasse, eo fortè ordine, quo dignitate, & apparentia magis nobis nota sunt. Qua ratione de solari primum, deinde de lunari, moxque de reliquis eum intellexisse arbitror. En anni genesim tenemus; serpentis illius circumuoluti caudam sibi deuorantis, cum se & secum omnia edacitate nimia absumat. Huius ethymologia, & usum apud diuersas nationes, diuersitatemque si libet habere, præfatos Doctores nostros Isidorum, Bedam, & Hamerum consulito. Sed de his satis. Superest mihi, ut nonnulla circa hæc uerba animaduertam.

Annorum uaria genera.

Moses illis verbis; Et annos, omnia annorum genera intellexit.

Anno Mūdi
primo.
Die quarta.

Tempora, dies, & annos.

Non dixit menses.

- a. Quòd mensis sit Luna annus. b. Vel quòd non terminata Solis esset conuersio.
c. Seu quia temporum nomine, mensis recensetur.

Signa, tempora, dies, & annos.

- d. Signa & tempora ad omnia astra spectant; Dies, & anni ad Solem.

a. Quòd mensis sit Luna annus.

AUGUSTINVS de Genesi imperfecto capite tertiodecimo.

Non enim dixit, Et mensibus, quia fortasse mensis annus est Luna.

THEODORETVS Quæstione quintadecima in Genesim.

At verò ex Luna cursu numerum mensium discere possumus, triginta enim diebus sex horis minus cursum suum conficit. Ex quo dierum numerus ab ipso Luna nomine, quæ μην dicitur, μην, hoc est, mensis appellatur.

Quæ & Glossa Locupletata adnotauit, sed diuersa editione ab ea, quam Ioannes Picus edidit.

b. Vel quòd non terminata Solis esset conuersio.

D. BONAVENTURA secundo, distinctione quartadecima.

Et subiungit, Dies, & annos: vt sicut per tempora notabatur variatio, sic etiam per dies & annos possit notari motus illius terminatio, ita quòd dies dicit terminationem motus, quo mouetur Sol motu firmamenti, & annus terminationem motus, quo mouetur in obliquo cœculo. Et in hoc patet, quòd non debet poni mensis, & septimana, quia non tangitur ibi noua variatio, nec noua terminatio.

c. Seu quia temporum nomine, mensis recensetur.

STEVECHVS in Cosmopœia, vt supra dictum est.

Moses respiciens in consuetudinem legis, & mandata quæ condidisset, cum hæc scriberet, voluit menses designare cum dixit, Tempora.

Ex tribus rationibus adductis, quare Moses menses reticuerit, postrema hæc à Steucho deducta importuna est, vt iam supra demonstraui. Bonauentura ratio idonea esset, si hoc loco circumlationes, & functiones Solis tantum considerarentur; At si propositam Moysi est cunctorum astrorum motiones insinuare, verisimilior utique erit ab Augustino deducta ratio; Menses ob id non denominasse Moysen, quòd mensis verè & propriè annus lunaris censeatur.

Signa, tempora, dies, & annos.

d. Signa & tempora ad omnia astra spectant; Dies, & anni ad Solem.

AUGUSTINVS de Genesi ad litteram libro secundo, capite quartodecimo.

Ita enim positum est, vt incertum sit, vtrum ad omnia sydera pertineat quod dictum est; Sint in signa, & tempora, & in dies, & in annos: an signa & tempora ad cetera, dies verò & anni ad Solem tantummodo.

BEDA mutuatis verbis Expositione in Genesim.

Incertum est, vtrum ad omnia sydera pertineat, quod dictum est; Sint in signa, & tempora, & in dies, & in annos: an signa, & tempora ad cetera, dies verò & anni ad Solem tantum.

Signa

Anno Mūdi
primo.
Die quarta.

Signa, tempora, dies, & annos.

- a. Signa & tempora ad omnia astra, dies ad Solem, anni ad Solem, & Lunam.
b. Signa, tempora, & dies ad Solem, anni ad Lunam.
c. Signa, tempora, & anni ad Lunam, dies ad Solem.
d. Signa, tempora, dies, & anni etiam ad Stellas spectant.

a. Signa & tempora ad omnia astra, dies ad Solem, anni ad Solem, et Lunam.

EVCHERIVS Commentarijs in Genesim libro primo, cap. quinto.

Signa autem & tempora pertinent ad omnia sydera: dies verò ad Solem tantummodo: annus autem ad cursum Solis, & Lune.

b. Signa, tempora, et dies ad Solem, anni ad Lunam.

RVPERTVS Commentarijs in Genesim libro primo, capite quadragesimo quinto.

Et sint, inquit, in signa, & tempora, & dies, & annos. Quatuor dicta sunt, signa, tempora, dies, & annos. Horum tria, scilicet signa, tempora, & dies, ad Solem pertinent, quia videlicet ex ipso percipiuntur maxime horarum signa, quas cum obseruet rusticana quoque plebecula, magis ad seruendum Deo religiosa considerat Christi Ecclesia, & secundum ipsum variantur veris, æstatis, atque autumnii, & hyemis tempora. Porro, quòd in dies hoc luminare sit, omnium palam subiectum est oculis. Per singulos nanque ortus suos, singulos dies efficit. Porro Lune deputantur anni, cum suis partibus, id est mensibus duodenis.

c. Signa, tempora, et anni ad Lunam, dies ad Solem.

STEVECHVS in Cosmopœia.

Ex quo perspicitur, quòd superius demonstraui, hæc omnia, Vt sint in signa, tempora, & annos, propriè de Luna fuisse dicta non de Sole, cuius sit munus tantum præbende lucis.

d. Signa, tempora, dies, et anni etiam ad Stellas spectant.

IVNILIVS in Hexameron nõ tantum hæc ad Solem, & Lunam spectare concedit, sed & ad stellas attinere his demonstrat.

Stella quoque, excepto eo quod supra diximus, quia vel sua specie, quæ sit futura qualitas aeris, vel suo cursu quota sit vigilia noctis ostendunt, sunt in signa & tempora: quia hæc in Cælum venientes æstiva tempora, illæ designant hyberna. Sunt & in dies, quia ista vernis diebus Solem, illa comitantur autumnalibus. Sunt & in annos, quia quæ nunc (verbi gratia) in æquinoctio verno, matutino oriuntur, ipsæ omnibus annis in eodem æquinoctio in Cæli faciem veniunt: quæ nunc in solstitio vespere, vel mane, hæc semper in illo eisdem horis oriuntur. Sed & quedam sunt Stellas, quas planetas, id est errantes, vocant Astrologi, quæ maiores annos suo circuitu faciunt, quando ad eundem Cæli locum redeunt.

AVCTOR.

Quamquam omnes hi Patres secundum seriem interpretationum, quas supra detulerunt, probe hæc munera diuersè tum Soli, tum Lunæ, tum astris ascripserint, verisimilior tamen mihi videtur postrema sententia, quæ cunctas has functiones, & syderibus, & Lunæ, & Soli attribuit. Existimandum siquidem est Moysen, vt simpliciter dixit astra esse in signa, tempora, dies, & annos, voluisse etiam omnes has operationes vniuersis ascribi. Demusque signorum appellatione intelligenda esse signa prognostica affectionum aeris, vt communior fuit, & acceptior expositio; certè futurarum aeris mutationum præfagia, tum ex Sole, tum ex Luna, tum ex syderibus colligi perspectum est. Demus temporum nūcupatione significari, seu articulos temporū, seu quatuor anni vices, sicuti

Functiones
hic descriptæ
à Mose, Soli
& Lunæ, &
astris conueniunt.

Anno Mudi
primo.
Die quarta.

Vt luceant in firmamento Coeli, &c.

- a. *Legendum, Super terram.*
b. *Mirifico apparatu, & ornamento.*
c. *Temperatiori splendore, quam primum faceret lux.*

ficuti ex vniuersaliori sententia Patrum definiuimus, profectò non tantùm Sol & Luna, sed & stellæ partes diei, & articulos indicant, & si æstiuua, vel hyberna tempora Sol accessu, & recessu gignit, ac Luna aperit, ipsæ etiam stellæ eadem designant, vt probabat Iunilius. Cùm autem diei naturalis partes sint dies & nox, vt Sol diem illustrat, ita Luna & stellæ noctem, & quanquam diem naturalem non terminent, ad noctem attamen regendam, exornandam, & illustrandam effecta sunt, & sic benè dictum est secundum Basilij expositionem, astra esse in dies & annos. Annos equidem ferunt sua circumlacione cuncta astra; Sol solares, Luna lunares, stellæ quoque proprios, vel breuiiores, vel prolixiores annos obtinent.

Vt luceant in firmamento Coeli,

& illuminent terram.

Hebraica lectio diuerfas subit interpretationes. Chaldaica tralatio habet; Et sint luminaria in firmamento Coeli, ad illuminandum super terram. Græca autem Septuaginta interpretum legit; Et sint in illuminationem in firmamento Coeli, vt luceant super terram. Nostra editio habet; Vt luceant in firmamento Coeli, & illuminent terram. Pagninus & Vatablus; Sint inquam luminaria in expansione Coeli, vt illuminent terram. Lusitanus ferè ab his non abit. Caietanus; Et erunt luminaria in extensione Cœlorum, ad illuminandum super terram.

a. Legendum, Super terram.

AUGVSTINVS de Genesi imperfecto, capite tertio decimo.

Et sint in splendore, & in firmamento Cœli, vt luceant super terram.

LIPPOMANVS adnotat.

Est enim ibi (al haarez) id est, super terram, sicque Septuaginta, & Chaldaica legunt.

Omnes hæc lectiones certè, quantum mea fert opinio, idem sonant, & eiusdem rei ferè sunt descriptiones. Id vnũ animaduertere liceat, quod ex diuersa locutionũ phrasi diuersos sensus eliciunt interpretes, vt suis locis adnotabimus.

b. Mirifico apparatu, & ornamento.

CHRYSOSTOMVS Homilia sexta in Genesim.

Animaduerte (obscuro) dilecte, an non omnibus pratis & horris iucundius sit spectare in media nocte Cœlum stellis distinctum, & stellarum varietate quasi floribus quibusdam variegatum & ornatum, multum lucis super terram effundere? Nam & in hoc ordinata sunt, vt luceant super terram, & præsent diei & nocti, quod generaliter & de magnis luminariis dictum est.

c. Temperatiori splendore, quam primum faceret lux.

Patres non vniformi sententia decernunt, nùm lux primæua fuerit luce ab ipsis astris delata coruscantior. Alij siquidem illam primordiale longè fulgentiorem extasse, sed cùm in Solem, Lunam, & astra distributa fuit, splendorem suum temperasse tradunt. Alij verò magis eam coruscasse, dum Soli, Lunæ & astris fuit addita, afferunt. Lumen in astris temperatius esse redditum sequentes Patres edocent.

GREGO-

Vt luceant in firmamento Coeli, &c.

- a. *Coruscantiori luce, quam lux prima.*

Anno Mudi
primo.
Die quarta.

GREGORIVS Nyssenus suo in Hexæmeron.

Simulatque autem à Deo creaturæ data est occasio ad sui digestionem, ignea atque illuminatrix vis leuitate agilitateq; nature ante res ceteras emicans atque exiliens creaturæ præluxit: atque initio quidem tota circum se ipsam collecta atque coaceruata erat, vniuersitatemq; rerum circumibat: post hæc verò rursus proprijs partibus ad cognatas, sibi que accommodatas res redacta, diuempta separataque est.

HIERONYMVS Commentariorum libro nono, in Esaiæ caput trigesimum.

Fulgebunt iusti quasi Sol: & Sol septuplum lumen accipiet, sicuti fuit lux septem dierum, quando ab initio creatus est Mundus.

Quibus conuincitur, Hieronymum non tantùm tridui primi lucem splendidiore fuisse, sed cuncta ea primæua hebdomada fulgorem obtinuisse, clarè edocere.

THEODORETVS Quæstione decimafexta in Genesim.

Lux verò distributa in parua & magna luminaria, conuenientem oculis splendorem reddidit.

ATHANASIVS Quæstione octuagesimatertia.

Hæc lux magna & splendidissima quæ esset, diuisit eam Deus in luminaria illa, Solem, & Lunam, & reliqua.

Et post octuagesima quinta.

Lux illa hinc inde dispersa, aliquatenus est imminuta: quod nisi factum fuisset, non potuissent oculi sustinere magnum iubar & splendorem tanti ignis.

PROCOPIVS Commentarijs in Genesim.

Lux illa primogenia, quæ instar fulguris coruscabat ab initio, trium dierum spatium expleuit & emensa est.

STEVCHEVS ex nuperis id ipsum de luce illa, quam ipse Solem fuisse ratus est, singulari arbitratu dixit in Cosmopœia.

Verisimillimum est, primum illum diem fuisse ardentissimum, quod id & diuinus impulsus ageret, & nubes, vapores, qui Solis ardorem retunderent, pauci & perexiles essent.

a. Coruscantiori luce, quam lux prima.

Cæterum ex aduersa acie non desunt præstantissimi Patres, qui aduersam prodiderunt sententiam.

TERVLLIANVS libro aduersus Hermogenem.

Nam & lumen eum statim splendore Solis impleuit.

AMBROSIVS Hexæmeron libro quarto, capite tertio.

Ante Solem quidem lucebat dies, sed non refulgebat. Et Post. At verò Sol non solum virtutem illuminandi habet, sed etiam vaporandi.

AUGVSTINVS de Genesi ad literam libro primo, capite undecimo.

An illa prior lux regiones superiores à terra longinquas illustrabat, vt sentiri non posset in terris, atque ita oportebat Solem fieri, per quem dies inferioribus Mundi partibus appareret? Potest & hoc dici, auctum esse fulgorem diei Sole addito, vt per illam lucem minus fulgens dies quam nunc est, fuisse credatur.

CHRYSOSTOMVS Homilia sexta in Genesim.

Nam quod de seminibus à nobis dictum est, & de die licet dicere, quod fuerunt tres dies ante, Solis formationem. Voluit autem Dominus & per hoc elementum clariorem diei lucem fieri.

IVNILIVS Commentarijs in Genesim.

Sin autem querat aliquis, quale potuerit esse lumen diurnum ante creationem syderum: non ab re est credi, quod tale fuerit, quale videmus quotidie mane, proximante Solis ortu, sed necdum terris apparente, quando lucem quidem obtusis stellarum radijs dies, sed minimè adhuc dicitur Solis ortus, aut refulgens.

Glossa Ordinaria hæc ipsa.

o HVGO

Anno Mudi
primo
Die quarta.

Vt luceant in firmamento Coeli, &c.

a. *Aequali lumine, quòd Sol aequalem lucem protulit tam primo die, quam quarto.*

H V G O noster de Sacramentis libro primo, parte prima, capite vndecimo. Sed quid significat, quòd non statim factus est Sol, ex quo lucem fieri oportuit, sed vt quasi lux esset, priusquam clara lux? Et fortassis confusio plena luce digna non erat, aliquam tamen lucem accepit, vt videret exire ad ordinem & dispositionem.

M A G I S T E R secundo, distinctione tertiadecima. Solet autem queri, quare factus est Sol, si lux illa ad faciendum diem sufficiebat. Ad quod dici potest, quoniam lux illa fortè superiores partes illustrabat, & ad illuminationem inferiorum Solem fieri oportebat. Vel potius idèd, quia factò Sole dièi fulgur factus est. Ampliori enim multò luce radiavit dies postea, quam ante.

M A G I S T E R Scholasticæ Historiæ, capite tertio. Lucem vocat quandam nubem lucidam, illuminantem superiores Mundi partes, claritate tamen tenui, vt fieri solet diluculo, & hoc ad modum Solis circumagitata. Præsentia sui superius hemispherium & inferius vicissim illuminat.

a. *Aequali lumine, quòd Sol aequalem lucem protulit tam primo die, quam quarto.*

D. Thomas parte prima, quæstione sexagesima septima, ex D. Dionysij auctoritate, Catherinus, Vielmus, cæteri que omnes, qui Solem prima die prodijisse consuetis ornatum viribus ad illuminandum dixerunt, æqualem etiam candorem tum triduo primo, tum post habuisse reputarunt.

A V C T O R.

De re tam ardua, de qua nil nobis conspicuum pandit Scriptura, certam sententiam proferre expauesco. Censeo attamen probabiliorē esse acceptiorēque secundam sententiam, quæ astra, & Solem lucem fulgentiorē quam prisca lux esset, detulisse asseuerat: Tum quia Deus in hac rerum ac Orbis emolitione, quod rude, ac imperfectum in primæuo Chaos erat, ad perfectionis apicem deduxit iuxta Mosis elogium; Igitur perfecti sunt Celi, & terra, & omnis ornatus eorum, atque perfectione ampliori polere lucem quando fulgentior ac coruscantior cernitur, quis est qui ambigat? Præterea, cum fulgoris augmentum à densitate pendeat, ac proueniat, vt tradunt Philosophi, minime credendum est, quòd coacta, ac condensata lux in Solis orbe micantior ac splendidior reddita non fuerit. Adijcias, violenter omnino id accipi, quod Theodoretus, Athanasius, & Gregorius Nyssenus astruunt, nempe lucem eam prisca amplissimam fuisse, sed deinceps distributā in luminaria, non modicum imminutam, cum Lunā ac sydera aut luce propria esse profus destituta, aut exigua tantum luce pollere, omnes conformi sententia fateantur. Tandem, sciscitari quis posset, vt quid Deus eam amplissimam, ac splendidissimam lucem creauit, an fortè ad res è rebus extrahendas? seu ad eliciendum aërem ex illa vastissima aquarum mole? an ad cogendas aquas, & excitandam tellurem, siue ad excitanda germina, vt Steuchus existimat? Si hæc uel his similia confingamus, & effutiamus, igitur Deus non uerbo tantum, imperioque suo, sed secundarum causarum auxilio Orbem condidit, quod nullus ferè Patrum admittit, & arbitratur: Aut denique primæua illa lux otiosa iacuisset; Sed tunc quænam & qualis summi opificis foret dijudicanda sapientia, qui frustra & incassum coruscantissimam creasset lucem, nempe vt otiosa persisteret, inutilisq; omnino permaneret, ac tandem ad pallen-

Sol & astra
fulgentiorē
lucem quam
esset lux pri-
sca, detulerūt.

Gen. 2.

Anno Mudi
primo.
Die quarta.

Vt Luceant in firmamento Coeli, &c.

a. *Luce à condensatione, & aggregatione quintæ essentiaë causata.*
b. *Luce ignis, cum astra ex igne congesta fuerint.*
c. *Luce primogenia sibi à Deo indita.*

pallentiorē nitore redigeretur? Amplius suspicari equidem possumus, quòd dum commixta admodum iactarentur in Chaos elementa, quæ vt pellucida corpora ipsam lucem in vtero gestabant, necesse erat, vt fortè multum palleceret lux illa primogenia, atque ad imas, & obstrusas, crassasq; partes vix ægrè penetraret, & amplius quòd deformi, squalidoque Mundo & incongesto, pallens, & informis lux, exilisque congrueret. Quamuis fortitan tum ex crassitie sua, tum ex elementorum confusione turbido fulgore adeò splenderet, vt ægrè ab hominibus, animantibusque ferri potuisset, nisi in astra distributa, & in ea distributione depurata fuisset, sicuti Apollinarius, Theodoretus, atque Athanasius intelligere fortè videntur. Sed hæc inuestigare discrimen arduum est, cum multum in eo periclitari, parum ediscere valeamus. D. Thomæ assertio, quam probabilis certè, longè tamen discedit à contextu, & à Patrum doctrina, vt supra adnotabamus.

a. *Luce à condensatione, & aggregatione quintæ essentiaë causata.*

Peripatetici, & cum ipsis Scholastici ferè omnes, luminaria ex aggregatione suorum orbium lucem gignere arbitrati sunt.

D. BONAVENTURA secundo Sententiarum, distinctione decimaquarta.

Potest dici secundum Philosophum, quòd luminaria producta sunt ex aggregatione lucis, vel suorum orbium. Sicut enim si calor dispersus in vnum colligeretur, fieret intensior & fortior: sic dum natura lucis in orbibus reperta, virtute sui opificis in vnum colligitur, luminare constituitur.

Diffiniuntque ex forma ipsa luminarium prodire lucem, diffundi que non secus, ac si qualitas esset, quæ formam consequatur.

b. *Luce ignis, cum astra ex igne congesta fuerint.*

Platonici, & cum ipsis nonnulli Patrum, luminaria ex igne congesta fuisse volunt, ex igne inquam conspissato, atq; ob id vt ignea explendescere: ignem nanque in sua sphaera condensatum lucere posse arbitrantur.

GREGORIVS Nyssenus libro De sex diebus, quibus conditus est Mundus, vt etiam supra relatum est, sic lucis causam enarrat.

Sic igitur quicquid solaris nature, illuminatrici ignis nature inpersum erat, quum omnes hæc particule aliæ ad alias concurrissent, vnum magnum lumen factum est. Itidem etiam in Luna, & in vnaquaque ceterarum tum errantium, tum inerrantium, & fixarum Stellarum, vniuscuiusque particularum ad sui generis res concursus vnum quiddam ex ijs, quæ in Cælo apparent, efficit, atque ita vniuersa facta sunt.


Sub hoc vexillo Platoniorum reducuntur omnes Patres, qui astra, vel ex igne, vel ex nube ignea compacta esse credunt. De quibus supra in Catenis.

c. *Luce primogenia sibi à Deo indita.*

Patres nonnulli astra non lucem à se tulisse decernunt, sed vehicula, seu vascula fuisse, quibus Deus lucem primogeniam ex nihilo conditam indiderit. Ita enim videtur ea Sapiens nuncupasse, cum de Sole verba faciens dixit; Vas admirabile opus excelsum. Vnum autè & præstantissimū Patrem, qui nobis instar erit omnium, hac in re sufficiat adduxisse.

Eccle. 43.

Anno Mūdi
primo.
Die quarta.



Luceant.

a. Luceant non equaliter.

BASILIVS Homilia sexta Hexameron.

Solis corpus eo conditum est, ut illi primogenita luci vehiculum esset. Nam ut alia diuersaque sunt, & non eadem ignis, atque lucerna, & ignis quidem illuminandi vim obtinet, lucerna autem idcirco facta est, ut vel moderatam lucem subministraret egentibus, sic & illi purissima, sincera, immaterialique luci ceu vehiculum nunc ipsa luminaria sunt extructa.

A V C T O R.

Acceptantur
deductae lucis
origines.

Arbitrari ego tres istas lucis deductas origines vel causas non ita passim repudandas esse, praecipue quando nobis de Sole negotium sit. Consentaneum quidem arbitror, iubar Solis condensatum, conspissatum, conglobatumque magis esse, quam caeteras eius orbis partes, sicuti etiam & globis Lunae, ac syderum idem contingere censeo, atque ex densitate propensionem maximam ad nanciscendum, effundendumque lumen obtinere. Quod si & ex quinta essentia congesta corpora caelestia autumabimus, nullamque naturalium rerum causam aliam, quam naturam ipsam cum Peripateticis cognouerimus, certe nulla sufficientior lucis causa, quam globorum obdensatio afferri poterit. Si autem ex placitis Platoniorum, & Patrum, luminaria ipsa ex igne confecta definerimus, profecto ex ampliori ignearum, & simularium partium coacervatione, lucem illam gigni dicendum erit. Tandem, licet astra nobis ignoto essentiae genere constituta, & rursum ea magis densa, quam reliquas Coeli partes fateamur, adhuc tamen à Deo primogenia illa luce fuisse imbuta reputandum erit. Num autem ipsa astra ex quinta consistunt essentia, an ex igne, vel ex elementari compactione nobis incomperta, iam supra disceptatum est. Concludo tandem, primam sententiam physicis placitis, & Peripatetica Philosophia esse munitam: Alteram Platoniam, & Philosophorum vetustorum, Patrumque non paucorum dogmatibus arridere, ambasque in scholis defensari posse. Postremam tandem in via Patrum, praecipue Graecorum, non esse contemnendam, posseque etiam in disputationibus sustineri, si Theologica effata Patrum reuerentia roborabimus, & ad Dei potentiam confugiemus.

a. Luceant non equaliter.


D. AVGVSTINVS de Genesi ad litteram libro secundo, capite sextodecimo.

1. Cor. 15.

Et nobis quidem potest fortasse sufficere, qui quoquo modo se ista res habeat, scimus artifice Deo condita sydera: quanquam teneamus auctoritate Apostolica dictum; Alia gloria Solis, alia gloria Lunae, & alia gloria stellarum: stella enim à stella differt in gloria. Et post. Et melius credimus ea esse caeteris maiora luminaria, quae sancta Scriptura, ita commendat; Et fecit Deus duo luminaria magna: quae tamen non sunt equalia. Nam consequenter dicit, cum ea caeteris praeposuerit, inter se ipsa differre. Ait enim luminare maius in inchoationem diei, & luminare minus in inchoationem noctis. Certe enim vel hoc concedant oculis nostris, ut ea manifestum sit amplius caeteris lucere super terram, nec diem clare nisi luce Solis, nec noctem tot stellis apparentibus, ita lucere si Luna desit, quemadmodum praesentia illius illustratur.

Caeterum omnes assentiunt Lunam & stellas cum Sole in luce comparandas non esse, item & Lunam & stellas in splendore multum differre. Sed infra luculentius, Num Luna, & stellae lucem mutant à Sole, necne: Et si aliqua luce praedita sunt, quae ratio, & causa sit, cur non ita sicut Sol splendeant, cum Patribus disceptabimus.

Iuxta



Luceant in firmamento Coeli.

a. Iuxta Augustinum; Et sint in splendore, ubi de stirpibus dictum est, Producat, quod illa gignant, & hac non. Et illuminent terram.
b. Quod lux prima terram non illustraret. d. Luceant in Caelo semper, illuminent terram opportune.
c. Quod lux prima non super terram, sed super aquas tantum diffundebatur. e. Quod ante in Mundo nulla esset lux visibilis.

Anno Mūdi
primo.
Die quarta.

a. Iuxta Augustinum; Et sint in splendore, ubi de stirpibus dictum est, Producat, quod illa gignant, & hac non.

AVGVSTINVS de Genesi imperfecto, capite tertiodecimo.

An quemadmodum est de stirpibus ut ferant semen, & sit in eis semen secundum genus suum & similitudinem: ita à contrario dictum est de luminariis; Fiant & sint, id est, fiant, & non gignant, sed ipsa sint & sic factum est?

Et illuminent terram.

b. Quod lux prima terram non illustraret.

GLOSSA Ordinaria ex Augustino.

Sed forte lux prior superiores tantum illustrabat partes, & ad illuminationem inferiorum & terra Solem fieri oportebat.

BVRGENSIS in Additionibus.

Ut illuminet super terram. Quod est necessarium quantum ad visum, qui est directius in operibus, & maxime utilis est ad cognoscendas rerum differentias, ut in primo Metaphysicis: quod non pertinebat ad lucem prima die factam, quae non legitur illuminasse terram, quia ex sui tenuitate non poterat ad hoc attingere.

c. Quod lux prima non super terram, sed super aquas tantum diffundebatur.

CAIETANVS Commentarijs in Genesim.

Lux facta in primo die non illuminabat super terram, sed super aquas: quoniam terra cooperta undique erat immensa magnitudine aquarum, officium vero astrorum quarto die describitur illuminare super terram, quae iam tertio die fuerat detecta.

d. Luceant in Caelo semper, illuminent terram opportune.

IVNILIVS Commentarijs in Genesim.

Semper quidem luminaria in firmamento Coeli lucent, ut diximus: & proxima ei loca clavo lumine perfunduntur, sed temporibus opportunis illuminant terram. Namque aliquoties nebulosus obsistit aër, ne vel Luna, cum parua est, vel stellarum lumen terris appareat. Sed & ortus Sol, Lunam, stellasque maiore lumine, ne terram illuminent, impedit. Unde & nomen accepit, quod d. solus obtusis vna stellis cum Luna, per diem terris fulgeat.

GLOSSA Ordinaria haec sic coëgit.

Semper luminaria in firmamento lucent, sed opportunis temporibus terram illuminant. Aliquoties enim nebulosus aër obsistit, ortus etiam Sol maiori lumine Lunam stellasque, ne terram illuminent, impedit. Unde sic vocatur, quia solus obtusa Luna, stellisque caeteris, per diem fulgeat terris.

e. Quod ante in Mundo nulla esset lux visibilis.

RVPERTVS Commentarijs in Genesim libro primo, capite quadragesimo sexto.

Quare autem post haec omnia continuo subiunxit; Et illuminent terram? Idelicet ne putes, ante haec luminaria terram aliqua luce corporea fuisse illuminatam. Nam forte diceres, iam & antea terra illuminata fuerat, sed non in signa & tempora, non in dies & annos distincta vicissitudine lux illa obseruabilis erat.

Ut

Anno M^o ad
primo.
Die quarta.

Et illuminent terram.

- a. Id dictum, ut denotetur quod radios desuper astra non mittant.
b. Astra non illuminant nisi terram, quia lux eorum reflectatur tantum à terra.
c. Quod terra extremum id sit, ad quod lumen perveniat.
d. In terram, id est in elementaria, non in animam hominis.
e. Non propter terram, sed propter Universum, & hominem.

Et ergo superadjicerentur ista, idcirco facta sunt ista luminaria. Hunc omnino sensum litera textus excludit, dum hoc etiam adjicit, Et illuminent terram. Nam ex hoc quoque palam datur intelligi, quia super hanc terram nulla prius erat lux visibilis.

a. Id dictum, ut denotetur quod radios desuper astra non mittant.

R V P E R T V S ubi supra, hanc rationem innuisse visus est, astra scilicet dici illuminare terram, quod supra orbem lucem non euehant, quasi ibi adsit Empyreum coruscantissimo fulgore emicans.

Nam ut taceam de luce Angelicarum specierum, quae nunquam ibi desunt, si in hoc exilio quaedam terrae huius particulae, scilicet preciosi lapides, quales maxime carbunculi sunt, sic apparent, ut in nocte pro lucernis esse possint; quam splendide putas terram istam apparuisse, ubi neque huiusmodi lapidum, neque alicuius boni quod visum delectet, quicquam potest abesse? Hunc ergo Mundum tantummodo luminaria haec illuminant.

b. Astra non illuminant nisi terram, quia lux eorum reflectatur tantum à terra.

Sententia est Philosophorum, praecipue Peripateticorum, illuminationem non causari nisi ex reflexione quae fit à corpore opaco; quapropter quae splendent in Caelo Sol, Luna, & astra, radiosque emittunt usque ad terrae superficiem, illustrationem tantum fieri dicunt usque ad eam partem, ad quam ipsa radiorum reflexio à terra effecta remittitur, hoc est in hac infima solum aëris regione: Sentiuntque medias aëris partes obscurissimas ob id extare, supremasque pariter, quanquam per eas diffundantur radii Solis; exemplum vero desumunt à lucernae in amplissima aula illuminatione, quae parietis partes proximas illustrat medio aëre tenebris obuoluto. Sed haec non passim recipiuntur.

c. Quod terra extremum id sit, ad quod lumen perveniat.

Moses terram nominavit, tanquam extremum id, ad quod astrorum fulgor pervenit, ut extremo memorato, id etiam omne quod medium est, illuminari iudicarem.

d. In terram, id est in elementaria, non in animam hominis.

B E D A Expositione in Genesim.

Syderum vero beneficia sunt ut luceant, & ab ipsis animae animalium creantur. Anima autem hominum à Divinitate utrumque procreantur. Et ideo de his dicitur; Nonne animae hominum ascendunt in Caelum? De illis vero dicitur; Nonne animae iumentorum descendunt deorsum?

L I P P O M A N V S in Catena.

Lumine ergo & calore terram influere Sol & Luna precipiuntur in firmamento Caelorum suorum; non quidem ad motum Stellarum fixarum mota, sed sicut planetae erronei reliqui sub suo Zodiaco, iuxta inditum à Deo illis ordinem, in terrae nascencia, elementa, & elementata, corpora quoque humana, iuxta provisionem Dei, non in animam hominis, cui servare debent, non dominari, si sapiens sit.

e. Non propter terram, sed propter Universum, & hominem.

G L O S S A Interlinearis.

Illuminent terram, ne homo in tenebrosam adducatur habitationem.

D. T H O-

D. T H O M A S prima, quaestione septuagesima, articulo secundo.

Primo provenit utilitas hominibus ex luminaribus quantum ad visum, qui est directius in operibus, & maxime utilis ad cognoscendas res. Et quantum ad hoc dicit; Ut luceant in firmamento, & illuminent terram.

Et in responsione ad quartum.

Dicendum, quod in illuminatione terrae intelligitur utilitas hominis, qui secundum animam praefertur corporibus luminaribus. Nihil tamen prohibet dici, quod dignior creatura facta est propter inferiorem, non secundum quod in se consideratur, sed secundum quod ordinatur ad integritatem Universi.

V I E L M I V S lectione vigesima prima.

Et quorsum voluit, ut illuminarent terram, nisi propter homines? Quis haec, rogo, non perspicit? ò igitur beneficentissimum, & sapientissimum opificem.

L Y R A N V S in Postillis.

Quarto deseruiunt homini quantum ad visum, qui est directius in operibus humanis, & maxime utilis est ad cognitionem rerum, ut dicitur primo Metaph. Et quantum ad hoc dicitur; Ut luceant, &c.

T O S T A T V S pariter in Postillis.

Quarta utilitas est, ut hominem ad videndum adiuvent, quia nulla visio sine luce fit. Et illuminent terram, id est, animalia existantia in terra; vel, illuminent terram, scilicet, quod per motum & lucem influant in ista inferiora ad generationem, & corruptionem.

A V C T O R.

Duae à Ruperto allatae interpretationes intempestive mihi videntur adductae. Neque enim afferendum est, hoc loco dixisse Moysen, ut illuminent terram, ut denotaret quanto tantum die corpoream lucem, qua Mundus illustraretur, profluisse, ut prima Ruperti astruebat expositio: neque etiam cogitandum est à sanctissimo Vate id proditum esse, ut astrorum radios indicaret haudquaquam ad superiora deferri, tanquam desuper vnius Empyreici fulgore uniuersa collustrentur, quae utique erat posterior eiusdem Ruperti assertio. Prima nanque expositio, cum sententiam D. Augustini, primaeva die non lucem corpoream, sed Angelicam spirituales formatam definiens insequatur, vna cum illa iam repudiata tanquam à textu Moysis longe aliena, pariter repudiari promeretur. Altera supponit Empyreum corporea luce splendescere nostrae consimili, quod Scholastici inficiantur, lucem illam lucem esse gloriosam, alteriusque generis à nostra decernentes. Supponit etiam, supra astra nullo interiecto medio, Empyreum considerare, cum tamen plurimi Patres, & Doctores supra firmamentum reponant alios Caelos, ut aiunt, diaphanos, seu lucis susceptibiles; quinimmo supra idemmet firmamentum quamplures alij ingentem aquarum copiam arbitrentur collocari. Binæ illae interpretationes, quae exponunt idcirco dixisse Moysen; Et illuminent terram, ut denotaret tunc primum terram fuisse lumine collustratam, quasi in triduo exacto lux illa primordialis superas duntaxat partes illuminaret, vel saltem tantum aquas, quae tellurem obtegebant, recipi & admitti possunt, ut verae, ac genuinae, sed tamen Moysis mentem non attingunt; cum ipse hoc vnum persequatur, ut beneficia homini à Deo per astra collata perciperent, quod facilius memoriae hominum affigantur. Quapropter (si quid ego iudico) longe magis ad mentem Moysis accedere existimanda est interpretatio illa, quam Glossa, D. Thomas, & Postillatores detulere, qui, Et illuminent terram, à Mose dictum tradunt ea ratione, ut ingens atque admirandum Dei in homines beneficium demonstraret. Nam cum astrorum munera; & functiones memoret Moyses, hoc ultimo loco quasi praestantius recensuit, astra videlicet effecta esse, non tantum ut sint in signa, tempora, dies, & annos, verum etiam ut dum effulgent in Caelo, terrae lumen impertiantur, in gratiam scilicet Uniuersi, & animantium degentium in terra, necnon germinum, motu astrorum & luce pullulantium, cunctarum quoque rerum generationem, augmentationem, & vitam denique eorundem astrorum virtute suscipientium; ac hominis potissimum, propter quem uniuersa & singula facta sunt. Afferere etiam possumus, dixisse Moysen; Et illuminent terram, quasi extremos terminos, ad quos lumen illud coeleste descendit, voluerit nobis patefacere, ac demonstrare; quasi dicat; Illuminent terram, hoc est, usque in terram, lux enim terram minimè penetrat, non quidem ex defectu ipsius, sed ex opacitate terrae lucem retundentis, cum tamen virtus eius viscera etiam terrae pertingat,

Ruperti interpretationes explorantur.

Glossa & D. Thomae interpretatio recipitur.

Anno Mūdi
primo.
Die quarta.

Factum est ita. Et fecit Deus duo luminaria.

a. *Factum est dicitur, ut denotetur omnipotentia Dei.*
b. *Legendum; Duo illa luminaria.*
c. *Fecit dicendo, ut eius emiteat sapientia.*
d. *Dictum est; Fecit, ut denotetur Filius.*

pertingat, ibique plurima lapidum metallorumque genera producat, sicuti in ipsius superficie innumeras germinum, herbarum, olerum, arborum species gignit, atque ad virorem, flores, & fructus proferendos eidem telluri vim impertitur. Quod autem Iunilius addidit, astra semper splendescere in Cœlo, statim autem, & opportunis solummodo temporibus illuminare terram, probè dictum existimo, si hoc contingere non astrorum industria, sed diuina prouidentia, nubibus ipsam lucem opacantibus, censeamus. Et de his fati.

Factum est ita.

Hebraicam sic vertit Chaldaica lectio; Fuit ita; quam sequuntur passim Caietanus, Pagninus, ac plures alij. Græca & nostra editio habet; Et factum est ita, quam lectionem prosequuti sunt ferè omnes Patres, & meliorem etiam esse supra demonstrauimus ex eo, quòd sua emphasi & significatione, non tantum celeritas, qua Deus cuncta creauit, demonstratur, sed quòd in ipsis fuerit factio quædam (ut aiunt in scholis) quasi Deus ex ea materia prisca primum ab ipso producta, in momento fecerit, quod facere proposuerat.

a. *Factum est dicitur, ut denotetur omnipotentia Dei.*

VIELMIVS Lectione vigesimaprima.
Et factum est ita, siue, Et fuit ita. Quæ verba indicant Dei omnipotentiam.

Et fecit Deus duo luminaria.

Hebraicam lectionem consimili ferè tralatione hoc loco uerterunt: Chaldaica, Vulgata, Pagninus, Vatablus, & reliqui omnes: tantum in eo discrepant, quòd ubi Chaldaica, & Græca dixit; Et fecit Deus, nostra posuit; Fecitque; Deus; Vatablus; Fecit igitur Deus; sed hæc parum profectò referunt. Solus Caietanus ait: Iuxta Hebraum habetur; Et fecit Elohim duo luminaria grandia. Sed & hæc tralatio quantum ad sensum cum cæteris proficiscitur.

b. *Legendum; Duo illa luminaria.*

RABBINI Parisienses Adnotationibus in Genesim.
Duo illa luminaria, sic enim explicatur litera illa Hebræa H E, quæ emphasim habet aliquando præposita dictionibus.

c. *Fecit dicendo, ut eius emiteat sapientia.*

CHRYSOSTOMVS Homilia sexta in Genesim.
Et fecit Deus. Vides sapientiã opificis? Dixit solum, & productum est hoc admirabile elementū, Solem dico.

d. *Dictum est; Fecit, ut denotetur Filius.*

PROCOPIVS Commentarijs in Genesim.
Quod inquit; Facta sunt, & c. est accipiendum quasi causa redditi, & edocet, quòd id Filius fecerit, quod Pater subsistere, & esse inserit. Cum non enarratum esset, quòd fuerint luminaria, continuo subiicit; Et fecit Deus

Et fecit Deus duo luminaria.

a. *Idest, sine alicuius ministerio.*
b. *In manifesto, quod factum erat causaliter.*
c. *Describitur modus, quo factum est id, de quo supra dicitur; Et factum est ita.*
d. *Quòd duæ essent partes temporis illustranda, dies, & nox.*

Anno Mūdi
primo.
Die quarta.

Deus duo luminaria. Quæ ex re liquido constat, eandem & voluntatem, & operationem esse Patris Filijque. Idipsum Basilius & Ambrosius, ut animaduersum est supra.

a. *Idest, sine alicuius ministerio.*

VIELMIVS Lectione supradicta.

Verbum Fecit, cooperatores omnes excludit, fecit nimirum se ipso immediatione virtutis & suppositi, ut dixi.

CAIETANVS Commentarijs in Genesim caput primum.

Describitur autem modus, excludendo agentia media, dicendo; Et fecit Elohim, ad differentiam modi descripti in tertio die; Et produxit terra.

b. *In manifesto, quod factum erat causaliter.*

GLOSSA Interlinearis.

Et factum est ita causaliter, & fecit Deus in manifesto.

Quasi dicere voluerit Glossa, quòd hæc verba Fiant, Factum, est, & Fecit, hunc habeant ordinem, ut Fiant denotet Dei præscientiam, & voluntatem; Et factum est causalitatem, & potentiam; Et fecit ipsum effectum.

c. *Describitur modus, quo factum est id, de quo supra dicitur; Et factum est ita.*

CAIETANVS in Commentarijs.

Non est sensus, quòd postquam fuit ita sicut dixit Deus, quòd fecerit Deus duo luminaria (facere enim præcedit esse) sed est sensus, quòd fuisse ita ut dixit Deus, effectum est hoc modo, videlicet, quòd fecit Deus duo luminaria: ita quòd prius describitur terminus, & fuit ita, & postea describitur modus quo factum est quòd fuit ita.

Expositiones præfatæ omnes recipi possunt, nec sibi inuicem aduersantur, nisi hæ duæ postremæ. Videtur enim expositio Glossæ interpretari, quòd per Factum est, non intelligi debeat ipsa effectio in natura, sed tantum in causa, seu materiali, seu efficiente, quòd est dicere in potentia, uel præscientia; subsequens autem interpretatio per Factum est ita, intelligit ipsam factionem in actu, ut aiunt; & consequenter prima interpretatio per Fecit, exponit manationem ipsam rei, secunda autem descriptionem modi, quo facta est. Verum si nos ex sententia Patrum, ut exploratum acceperimus, cuncta in momento fuisse à Deo effecta, seu ex nihilo, seu ex materia illa rudi, seu ex elementis ipsis, rectior, & probatior uidebitur postrema interpretatio, quanquam & prima minime repudiari ualeat.

d. *Quòd duæ essent partes temporis illustranda, dies, & nox.*

Si astra constituebantur, ut præfides temporum, sicut duæ sunt partes præcipue, dies & nox, ita duo expetebantur præfides, Sol ut præfesset diei, & Luna, ut præfesset nocti, cui additæ sunt & stellæ ad fulgoris ampliationem, Cœlique; & noctis ornamentum.

p Igitur

Anno Mūdi
primo.
Die quarta.

Duo luminaria magna.

- a. Igitur binarius numerus non improbandus.
b. Ideſt mole, non comparatione, ſed ſua natura.

a. Igitur binarius numerus non improbandus.

VIELMIVS Lectione uigeſima prima.

Duo. Vbi ſunt Pythagorici illi, qui numerum binarium ubique improbant, & infamem eſſe arbitrantur? Refellit eos certè hoc Dei opificium. Porrò autem hi duo planetae, & dioſcūri, & germani quoque dicuntur. Quamobrem & hæc Phæbe dicta eſt.

b. Ideſt mole, non comparatione, ſed ſua natura.

BASILIVS Hexæmeron Homilia ſexta.

Cum magnum aliud ſignificationem habeat abſolutam, ut magnum eſt Cælum, & terra magna, mareque aliud magna ex parte referri ad aliud ſuapte natura ſoleat, ut magnus equus, magnus bos. Neque enim hæc reſiſtitionem ſue commendationem accipiunt ſua magnitudinis ab exuperanti mole corporis, ſed ex collatione ad ſimilia. Vtro igitur modo magni ſignificationem nunc capiemus? Vtrum uti formicam, aut aliud quidvis eorum quæ natura ſunt parua, magnum pronuntiamus propter comparationem ad alia eiſdem generis, ipſius exceſſum referentes? An eo modo, quo luminarium magnitudo in ſua propria conſtitutione naturæq; monſtratur? Equidem hoc modo magnum nunc eſſe cenſeo capiendum. Non enim Sol atque Luna, quia maiorem quàm ſtellæ minores, obtinent molem, ideo luminaria magna dicuntur: ſed quia tanti ſunt ambitus, ut is qui ab ipſis diſſunditur ſplendor, Cælum colluſtret ac aërem, atque ad vniuerſam terram ſimul mareq; ſeſe extendat, cunctaque compleat. Enimvero quacunq; in parte Cæli fuerint hæc magna ſtella, & exorientes, & occidentes, & medium occupantes, à quocunq; loco ſemper ab vniuerſis hominibus æqualis magnitudinis conſpiciuntur. Quòd ſanè magnitudinis excellentis, immenſæque molis argumentum dilucidum eſſe conſtat: propterea quòd amplitudo latitudoq; telluris momenti nihil prorsus afferre videtur ad ipſarum moles, aut maiores, aut minores conſpiciendas.

AMBROSIVS Hexæmeron libro quarto, capite ſexto.

Fecit ergo Deus hæc duo luminaria, quæ magna poſſumus accipere, non tam aliorum comparatione magna, quàm ſuo munere: ut eſt Cælum magnū, & mare magnum. Nam & magnus Sol, qui complet orbem terrarum ſuo calore, vel Luna ſuo lumine: nec ſolum terras, ſed etiam aërem hunc, & mare, Cælique faciem. Quæ in quacunq; parte fuerint Cæli, illuminant omnia, & æquè ſpectantur à cunctis, ut ea tanquam ſuis tantum regionibus immorari, & ſibi tantum adeſſe atque lucere ſinguli populi credant, cum ſimiliter luceant vniuerſis, ut nemo his propiorem alium quàm ipſe eſt, arbitretur. Exemplum magnitudinis eorum euidentis, quòd omnibus hominibus orbis Luna idem videtur. Nam eſi interdum augeatur lumen eius, atque minuatur, tamen eadem nocte qualis mihi apparet, talis & omnibus. Nam ſi longè poſitis minor videretur, propius conſtitutis maior refulgeret, & proderet anguſtiarum, & exiguitatis indicium.

Ex his nonnulla in initio prodita, Gloſſa ſumpſit locupletata. Proſequuntur hi Patres demonſtrare id particulariter de Sole & Luna, quod dixerant in vniuerſali, ſed ea deducemus, cum ad expoſitionem deuenerimus verborum, Luminare maius, & luminare minus.

IVNILIVS in Hexæmeron.

Luminaria magna poſſumus accipere, non tam aliorum comparatione, quàm ſuo munere: ut eſt Cælum magnum, & mare magnum. Nam & magnus Sol, qui complet orbem terræ ſuo calore, Luna ſuo lumine, quod in quacunq; parte fuerint Cæli, illuminent omnia, & æquè ſpectentur à cunctis. Exemplum magnitudinis eorum euidentis eſt, quòd omnibus hominibus orbis ipſorum idem videtur. Nam ſi longè poſitis minor videretur, & propius conſtitutis maior refulgeret, proderet exiguitatis indicium.

Hæc Gloſſa Ordinaria non commutata oratione.

PROCOPIVS Commentarijs in Geneſim.

Magnum quidpiam duplici ratione dicitur. Vnum quidem magnum eſt, ſi ad aliud conferatur, exempli gratia,

Anno Mūdi
primo.
Die quarta.

Duo luminaria magna.

- a. Magna mole, comparatione stellarum.
b. Magna mole, ſecundum apparentiam.

gratia, formica magna eſt, ſi comparatur ſui generis beſtiolis. Alterum quidem magnum fertur, quod per ſe magnum eſt, quemadmodum in præſenti loco. Non enim magna dicuntur, quaſi magnitudine reliqua aſtra excellant, ſed quòd ſua magnitudine adeò præpotentia ſint, ut poſſint illuminare ſua vi Cælum, & omnia, quæ ſunt. Præterea ubique ſua curricula abſoluunt, ubique æqualiter omnibus apparentia. Vtrunq; itaque luminare magnitudine pollet, & infinitis modis maiora ſunt, quàm noſtris oculis videantur.

PETRVS Comettoſ capite ſexto Scholaſticae Hiſtoriæ.

Sol, & Luna dicuntur magna luminaria in duobus, & ex duobus, ideſt, non ſolum pro quantitate luminis, ſed & corporis, & non tantum comparatione ſtellarum, ſed & ſecundum ſe, quia Sol dicitur octies maior terra, & Luna etiam maior terra dicitur.

a. Magna mole comparatione stellarum.

Quod Patres præallegati de mole orbium Solis & Lunæ diſceptantes, non aperte dixere, Solis & Lunæ ſcilicet vehicula maiora eſſe globis quarumcunq; ſtellarum, ſed eorū magnitudinem amplificauerunt, tantum eam comparantes ad magnitudinem aliquā (quanquam ſi ſuorum argumentorum vis perpendicular, maiora eſſe ipſis ſtellis innuiſſe forte uſi ſunt) alij aperte molem Solis & Lunæ ampliorem eſſe quàm ſtellarum prodiderunt,

STEVCHVS in Coſmopœia.

Ex his forte poſſet probari eos errare, qui ſtellas Sole Lunaque maiores contendunt: duo enim luminaria magna tantum. Tum ratio coarguit, ſi ad illuminandas terras Sole & Luna erat ſatis, non debuiffet maiora lumina fieri, à quibus neque calor, neque lumen abundè ſuppedit. Solus ornatus quaſitus. Fieri quoque non poſſet, ſi tanta eſſet ſingula cuiuſque ſtelle magnitudo, ut ne lux eſſet & quantus quantus ſit calor terris manifeſtior. Eſt fortasſe probabile, orbem ſtellarum eſſe Solis ac Lunæ altioſem, & longè minores ac ſint, hæc nobis videri: ſuperare autem eas magnitudine Solem, non eſt credendum. Sint igitur ſtelle maiores, quàm nobis videantur: lumina maiora dicta ſunt Sol, & Luna tantum, non ſolum reſpectu noſtrorum oculorum, ſed etiam natura, reſpectuque ſui, ut ait Beda, & ſtellarum.

b. Magna mole ſecundum apparentiam.

D. THOMAS in Scriptis, ſecundo Sententiarum, diſtinctione quintadecima, quaſtione prima.

Dicendum, quòd Sol dicitur magnum luminare, & propter quantitatem, & propter virtutem. Luna verò dicitur magnum, non tam propter quantitatem veram, quàm propter quantitatem apparentem, & propter exceſſum claritatis reſpectu aliarum ſtellarum ex propinquitate eius ad nos, & propter euidentiam effectus, quem habet in rebus humidis.

Dionyſius Carthuſianus Enarratione in Geneſim, articulo duodecimo, hæc ipſa deſumpſit. Lyranus in Poſtillis id ſubſticit.

TOSTATVS verò ſic declarauit Commentarijs in Geneſim.

Fecit Deus duo luminaria magna, ideſt, Solem, & Lunam. Sol autem magnum luminare eſt, quia nullum corpus ſphæricum tantum eſt: quodlibet enim aliorum aſtrorum, vel corporum elementarium, minus illo eſt. Luna autem vocatur magnum luminare in comparatione ad alia, non quantum ad rem, ſed quantum ad apparentiam, quia præter Solem nullum maius corpus videtur, quàm Luna, & tamen ſecundum demonſtrationes Aſtrológicas, Luna eſt maior octies tota terra, & quolibet aſtro viſibili Luna ad minus octo vicibus minor eſt: propinquitas tamen orbis eius ad nos in comparatione ad alios orbis, facit magnitudinem apparentiam.

CAIETANVS Commentarijs in Geneſim capite primo.

Quòd autem dicit duo grandia, ſecundum apparentiam loquitur: nam alterum luminare, hoc eſt Luna, grande eſt ſecundum apparentiam reſpectu ad ſtellas, quàm ſecundum veritatem longè minus ſit ſtellis: terra ſiquidem ſupputatur centeſima octogefima pars verè grandis luminaris, quod eſt Sol: Luna verò vigeſima octaua

Anno Mūdi
primo.
Die quarta.

Duo luminaria magna.

a. Magna luce super stellas.

pars terre supputatur, qualibet autem stellarum fixarum visu notabilium maior terra dicitur. Vnde patet, quā paruum luminare secundum veritatem sit Luna: quae quia propinquissima est nobis apparet maior qualibet stella. Vnde Moyses ad insinuandum, quod secundum apparentiam dixerat duo luminaria grandia, statim distinguunt inter ea, unum appellando luminare grande, & alterum luminare paruum, ut intelligamus, quod secundum rem est paruum.

L I P P O M A N V S in-Catena.

Dei autem spiritus in Mose nobis humano more hoc in loco loquitur, & docet, non alia ratione Lunam esse cum Sole maximam luminarium, quā collatione ad visum iudiciumque humanum, simplex & non eruditum seculariter. Cum sit enim Luna omnium stellarum, vel astrorum minima, praeter Mercurij, & Veneris astra, pro sua tamen propinquitate ad visum nostrum, quā motus arguit velocior, magna videtur, & parum minor Sole.

Non est cur inmoremur in decidenda, quae inter has sententias existit, controuerfia. Compertum siquidem esse omnibus nō tantum astronomica disciplina eruditis, sed etiā mediocri cognitione praeditis, censeo, stellas, quae Lunae magnitudinem excedant, non paucas comperiri. Patres priscos, qui natura, non stellarum comparatione, Solem & Lunam luminaria magna nuncupari arbitrabantur, id potius dixisse secundum apparentiam, quā secundum existentiam opinandum est, & potius secundum lucis, ac virtutis rationem à globis illis prodeuntem, quā secundum amplitudinem orbis, quem admodum nuperi memorati, & Patres mox recensendi etiam attestantur. Solus relinquitur Steuchus, qui cum in plures incidere errores consueverit, veluti disciplinaram ignarus, quanquam linguarū peritia praclarus, quod in hunc etiam lapsus fuerit, non est admirandum.

a. Magna luce super stellas.

A V G V S T I N V S de Genesi ad literam secundo, capite decimosexto, hanc, ut afferebamus, excitat difficultatem; Num astra aequaliter fulgeant, & aliquorum sententiam recitat, & repudiat, qui stellas Sole, vel Luna claritate maiores esse perhibebant.

Queri etiam solet, utrum Caeli luminaria ista conspicua, id est Sol, & Luna, & stellas, aequaliter fulgeant, sed quod diuersis intervallis distent à terra, propterea diuersa claritate magis minusque nostris oculis appareant. Et de Luna quidem, qui haec dicunt, non dubitant minus eam lucere, quā Solem, à quo etiam perhibent eam illustrari. Multas autem stellas, vel aequales Soli, vel etiam maiores audent dicere, sed longius postas paruas videri. Et nobis quidem potest fortasse sufficere, qui quoquo modo se ista res habeat, scimus artifice Deo condita sydera: quanquam teneamus auctoritate Apostolica dictum; Alia gloria Solis, alia gloria Lunae, & alia gloria stellarum, stella enim à stella differt in gloria. Sed quia possunt adhuc dicere, etiam si non resistant Apostolo, differunt quidem in gloria, sed ad oculos terrenorum: aut quia hoc propter resurgentium similitudinem dicebat Apostolus, qui non vtiq; ad oculos aliter erunt, & in se aliter: differunt quidem in se ipsis sydera in gloria, sed tamen nonnulla sunt etiam Sole maiora: ipsi viderint quemadmodum Soli tam magnum tribuant principatum, ut eum radijs suis quasdam stellas, & eas quidem principales, quibus amplius isti, quā ceteris supplicat, & tenere dicant, & retroagere à cursu proprio. Non enim sit verisimile, maiores aut etiam aequales violentia radiorum eius posse superari. Aut si superiores signorum stellas, vel Septentrionum maiores esse asserunt, quae nihil tale à Sole patiuntur, cur istas per signa circumeuntes amplius venerantur? Cur eas signorum dominas perhibent? Et si enim regradationes illas syderum, vel fortasse tarditates, non à Sole fieri quisque contendat, sed alijs occultioribus causis: Soli tamen istos in suis deliramentis, quibus vim factorum à veritate deniq; suspicantur, precipuant tribuere potestatem, ex libris eorum certè manifestum est. Sed dicant, quod volunt de Caelo, alieni à Patre, qui est in Caelis. Nobis autem de intervallis, & magnitudine syderum subtilius aliquid querere, talique inquisitioni rebus grauioribus, & melioribus necessarium tempus impendere, nec expedit, nec congruit. Et melius credimus ea esse maiora luminaria, quae sancta Scriptura ita

com-

Anno Mūdi
primo.
Die quarta.

Duo luminaria magna.

a. Virtute, & efficacia super stellas.

commendat; Et fecit Deus duo luminaria magna: quae tamen non sunt equalia. Nam consequenter dicit, cum ea à ceteris praeposuerit, inter se ipsa differre. Aut enim; Luminare maius in inchoationem diei, & luminare minus in inchoationem noctis. Certè enim vel hoc concedant oculis nostris, ut ea manifestum sit amplius ceteris lucere super terram, nec diem clarere nisi luce Solis, nec noctem tot stellis apparentibus ita lucere, si Luna desit, quemadmodum praesentia illius illustratur.

R V P E R T V S Commentarijs in Genesim libro primo, capite quadragesimo secundo.

Vtraque luminaria magna sunt relatione stellarum, quae vtiq; minoris potentiae sunt, ad alterutrum autem relatione vel comparatione facta, luminare maius Sol, & luminare minus est Luna. Nam sicut curiosi huius mundi Philosophi inuestigauerunt, terra quidem maior quā Luna est, sed terra magnitudine Sol, qui praee altitudine circuli sui, nostrorumque paruitatem oculorum, quasi paruus conspicitur, octies (inquunt) est maior. Amplius autem ex eo Sol luminare maius est quā Luna, quia lucet luce propria, nam Luna relucet ab illo, luce scilicet non sua, sed aliena.

Et ad finem.

Vtralibet opinio vera sit, maius quidem luminare est Sol, tam orbis sui quantitate, quā luminis: sed haec duo luminaria magna sunt, videlicet comparatione stellarum, quae longè minus illuminant mundum, & minoris potestatis sunt.

B E D A Quaestionibus in Genesim.

Nonnulli etiam multas stellas vel aequales Soli, vel etiam maiores audent dicere, sed longius postas paruas videri: Et si ita est, cur istas per signa circumeuntes amplius venerantur? Cur ipsas signorum dominas esse perhibent?

a. Virtute, et efficacia super stellas.

D. T H O M A S parte prima, quaestione septuagesima, articulo primo, ad quintum.

Dicendum, quod sicut Chrysostomus dicit, dicuntur duo luminaria magna, non tam quantitate, quā efficacia & virtute: quia etsi aliae stellas sint maiores quantitate quā Luna, tamen effectus Lunae magis sentitur in istis inferioribus, & etiam secundum sensum maior apparet.

V I E L M I V S Lectione vigesima prima, quod Augustinus, Rupertus, & Thomas insinuarunt, Solem, & Lunam maiora esse mole secundum apparentiam, luce quoque & virtute, ipse simul declarauit.

Non sunt autem dicta magna mole, aliorum astrorum comparatione, sicut Beda, & Steuchus existimarunt: siquidem Astronomi contendunt, iustis que signis, & argumentis euincunt, nonnullas stellas esse Luna maiores; sed magna dicta sunt, quod reliqua astra his à quibus longius multò absimus, minora nobis videantur, & quod praeceteris fulgeant, & munera, atque beneficia meliora, ac magis conspicua mundo exhibeant. Quamobrem Orpheus Solem mundi dominum, & Lunam astrorum reginam vocauit, & Albumasar, ac Ptolomaeus ab utroque vitam infundi dixerunt. Magna proinde sunt functionibus, efficacia, & beneficijs.

A V C T O R.

Concordi igitur sententia omnes hi Patres concludunt, & bene, Solem & Lunam amplitudine molis quantum ad apparentiam duntaxat, luminaria magna nuncupari; nec est quis adeo sensus inops, qui non clarè globos illos longè maiores quacumq; stella perspiciat. Num autem re vera sint, non est Mosi propositum explicare, ut potè qui rudibus Hebraeis hanc texebat historiam. Magnitudine etiam lucis haec duo stellas superare probè definiunt. Solem etenim astra cetera sua luce obtenebrare clarissimum est, Luna autem si plena, & decora in nocte fulget inter astra vndiq; emicantia, certè adeo

Sol & Luna
stellas supe-
riat mole quā
tum ad appa-
rentiam.
Superant etiā
eandem luce.

Anno Mūdi
primo.
Die quarta.

Duo luminaria magna.

a. *Utrunque magnum, quia pari magnitudine, & luce creatum; quanquam postea ex demerito luna effecta fuerit minor.*

Sunt etiā uir-
tute superio-
res.

Sol Luna
maior mole,
luce, & virtu-
te.

adeò splendidam emittit lucem, ut ipsa umbrā gignat sola, & magis, ut sensui patet, clarifcat. Rectè insuper tradunt, virtute & efficacia hæc duo cætera astra præcellere: Solis siquidem virtus adeò conspicua est, ut de ipsa dubitare nequeamus; Luna verò quantum in hæc inferiora valeat, omnes experiuntur. Et quanquam stellas, ut situ superiores, potentiores etiam, & efficaciores esse Sole & Luna, argumentari possemus ea de ratione, quòd corpora cœlestia, quantò sunt loco superiora ob idque præstantiora, tantò viuaciora, & virtuosiora reputantur: attamē non est à definita conclusione recedendū, quoniam id quidem rectè, & tempestiuè diceretur, si de actione, quæ per motum fit, fermo haberetur: at nos verba facimus de iustamentis, quæ per speciales afflatus, & virtutes nobis astra deferunt, maxime virtute lucis, & proximitate, in quibus stellæ fixæ à Sole, & Luna cumulatè superantur. Quemadmodum autem Sol, & Luna magna astra sunt, ita adinuicem pares non esse noscimus. Sol quidem tum magnitudine molis, tum fulgore lucis, tum uirtute, & efficacia influxuum lunam præcedit, ut post demonstrabimus, quando inter utrunque comparationem perpendemus.

a. *Utrunque magnum, quia pari magnitudine, & luce creatum; quanquam postea ex demerito luna effecta fuerit minor.*

Thalmodistæ ineptijs maximè addicti, Lunam & Solem & magnitudine, & luce æquales à Deo creatos ferunt, sumpto ex his uerbis argumento; Fecit Deus duo luminaria magna. Verum Lunam, quòd de Sole calumniam Deo detulerit, diminutā fuisse à Deo perhibent. Viues libro tertio de Veritate Fidei Christianæ hoc memorat figmentum. Postillatores hoc loco ipsum reiiciunt, quorum dicta referam, non ut anilibus fabulis calamum fatigem, sed ut Postillatorum præcipua commentaria hac nostra magna Glossa absorbeam.

L Y R A N V S in Postillis.

Doctores autem Hebræi ex hoc quod dicitur hic; Fecitque Deus duo luminaria magna, dicunt, quòd Sol & Luna à principio fuerunt æquales in claritate, sed Luna suggestit ipsi Deo, ut diminueretur lux Solis, volens habere singularem gloriam luminis: propter quod Deus puniuit ipsam diminuendo de eius lumine. Sed istud dictum destruit seipsum, quia secundum ipsos, lux Solis, & aliorum luminarium facta est prima die: Luna etiam fuit facta in opposito Solis, ut sic præfset nocti, & idè si fuisset æqualis claritatis usque ad quartum diem, non fuisset nox, nec per consequens successio diei & noctis: sed fuisset continua dies, cuius contrarium ex pressè dicit Scriptura. Item corpora cœlestia sunt inanimata & insensibilia secundum Damascenum, & idè frivolum est, quòd Luna loqueretur ipsi Deo. Motuum autem ipsorum nullum est, quia magnum & paruum relatiuè dicuntur: & idè Sol, & Luna luminaria dicuntur magna respectu aliarum stellarum, licet Sol sit maioris quantitatis & claritatis, quam sit Luna.

T O S T A T V S pariter confirmilia tradit.

Dicunt aliqui Iudæi, quòd Sol & Luna à principio fuerunt æqualis claritatis: sed Luna volens habere singularem gloriam, suggestit Deo, ut diminueret lumen Solis; dicens, quòd non conuenit vni regi habere duas coronas æqualis valoris. Cui respondit Deus, ergo diminuatur lux tua. Et momentur isti, quia dicitur; Fecit Deus duo luminaria magna: utrunque enim vocat magnum non absolutè, quasi æqualiter magna, sed in apparentia ad alia astra, quia maiora omnibus alijs astris apparent. Et apparet falsitas, quia si Luna fuisset à principio æqualis in luce Soli, non potest esse luce solari præfset nox, ita non posset esse nox præfset Luna, ergo à principio non fuisset nox, quia fuit Luna creata in loco plenilunij, & idè existere Sole super Orizontem, ipsa stabat infra, & Sole cadente sub Orizontem, Luna stabat super Orizontem. Item Sol, & Luna, & cætera corpora cœlestia sunt inanimata, loqui autem ad animata rationalia pertinet.

Vel

Anno Mūdi
primo.
Die quarta.

Duo luminaria magna.

a. *Vel quòd Angelus ala illam obscurarit.*

Luminare maius, ut præfset diei, Luminare minus, ut præfset nocti, & stellas.

b. *Legendum in dominium.*

a. *Vel quòd Angelus ala illam obscurarit.*

D I O N Y S I V S Carthusianus Enarratione in Genesim articulo duodecimo, memorata præfata Iudæorum sententia adijcit.

Machometus quoque in libello disputationis sue cum Abdia Iudæo etiam asserit, quòd Sol, & Luna fuerunt primò æqualiter splendidi, causam verò minorationis luminis. Luce signat, quòd Angelus volans per aërem ala sua tetigit Lunam, & inde obscuracionem contraxit. Hæc autem tam fatua sunt, ut sint relatione indigna. Deus enim primò fecit luminaria ista, secundum quod congruebat ordini vniuersi. Et rursum si primò fuissent pares in luce, falsum esset, quòd ait Scriptura, Lunam esse factam, ut præfset nocti. Sol quoque & Luna creduntur non esse animata: & quamuis hoc ipsum Augustinus relinquat sub dubio, asserit tamen quòd si animata sunt, societatem cum Angelis habent, idcirco Luna non fuisset tam vana, ac inuida, quòd suggestisset Deo, diminueret Solis lucem.

Rationes istas à Postillatoribus, & Dionysio adductas, elidi nequiquam posse arbitror: Neque enim potuit Luna ex vllò sui demerito luce imminui, quoniam tunc anima prædita fuisset, quòd utique minimè asserendum est. Vel si cum nonnullis admittamus, astra & cœlestia corpora animabus esse insignita, ob idque Lunam ex demerito luce imminui potuisse, profectò etiam ex illo demerito rea fuisset effecta, quòd minimè cœlestium corporum animabus conuenisset, quas Patres præstantissimi, vel beatas esse censebant, vel saltem in gratia constitutas, atque omnino firmatas. Neque etiam potuerunt Sol & Luna in lumine, ac splendore pares existere, tunc enim perpetuus fuisset dies, & cum Luna sæpe non tota nocte eflulgeat, effectum utique esset, ut sæpius duos Soles in die habuiffemus, & noctes, vel totas, vel secundum partes, ut diem splendidas; ac proinde vel nullæ aliquando fuissent noctes, vel breuissimæ admodum, & inæquales, nempe interlunio, siue silentis Lunæ tempore, quando Luna non emicat, neque vllam lucem emittit.

Luminare maius, ut præfset diei,

Luminare minus, ut præfset nocti, & stellas.

Chaldaica editio habet; Luminare maius, ut dominaretur in die, & luminare minus, ut dominaretur in nocte, & stellas. Pagninus, Vatablus, & Lusitanus ferè conformi sententia; Luminare maius in dominium diei, & luminare minus in dominium noctis. Græca tralatio habet; Luminare maius in principatus diei, & luminare minus in principatus noctis, & stellas. Caietanus parū ab his recedit; Luminare grande in potestatem diei, & luminare paruum in potestatem noctis, & stellas.

b. *Legendum in dominium.*

O B S E R V A T I O N E S Hebraicæ.

Hebraicè legitur; In dominium diei, id est, ut dominaretur diei. Hoc autem intelligendum est de luce, quam administrat Sol diei. Idem sentiendum de Luna: Hoc est, ut interdum luceret Sol, & Luna noctu.

V I E L M I V S Lectione vigesimaprimum.

Quod verò additur; Ut præfset diei, Vatablus vertit; In dominium diei. Tigurini clariùs apertiusque dixerunt, quòd dominaretur interdum.

Vel

Anno Mūdi
primo.
Die quarta.

Luminare maius, vt præfset diei,

Luminare minus, vt præfset nocti, & stellas.

- a. Vel in inchoationem, seu initium.
b. Siue, vt superemineant.

a. Vel in inchoationem, seu initium.

Augustinus de Genesi imperfecto capite terdecimo, legit In initium. Et de Genesi ad literam, libro secundo, capite terdecimo, legit In inchoationem, vt post recitabimus.

S T E V C H V S in Genesi caput primum, de his translationibus hoc iudicium tulit.

Ediderunt alij, Vt præfset, vt dominetur: longè melius quàm Septuaginta, qui vertunt, et ἀρχας κρείσσας, id est, in potestates diei: lumen minus et ἀρχας τῆς νύκτος, id est, in potestates noctis: dubia enim translatio est, quia ἀρχαί, & inchoationem temporis significat, & potestatem, atque imperium. Non vitantur igitur hanc amphibologiam Septuaginta, volentes seruare integrum Hebraicum nomen, quod significat potestatem, ac ditionem. Verentibus ergo eis, et ἀρχας κρείσσας, non tam intelligeremus in potestatem diei, quàm in principium diei, sic & de nocte dicendum. Præterea cur vertunt ἀρχας, & non ἀρχαί, cum Hebraicè sit singulare, & sensus non admittat, vt dicamus ἀρχας, dominatus in plurali? quod tamen non fecerunt alibi, vt Psalmo centesimo trigesimo quinto; Solem in dominatum noctis: cur non idem & hoc loco factum est, cum idem nomen sit hic, & ibi, eodem modo prolatum? Hæc autem Septuaginta editio plerosque apud Græcos in errorem induxit: non enim ἀρχας, pro potestate, aut imperio hoc loco sumpsit, sed pro principio: itaque asserunt Lunam, quia in principio noctis facta esse dicitur, fuisse è diametro Soli oppositam, cum condita est.

b. Siue, vt superemineant.

L V S I T A N V S.

Non est certum quid propriè significet Hebræis verbum (masal) quod hic nostri vertunt, dominari: tribuunt autem verbo duas significaciones, qua nullam videntur habere adinuicem conuenientiam, quod raro contingit verbis Hebræicis, scilicet dominari, & parabolicè loqui. Putarem tamen verbum (masal) significare adumbrare, & ex consequenti dominari: quod Dominus videatur adumbrare subditos suos: nondum tamen significatio propria mihi omninò comperta est: idèò nondum rem desinio. Interim igitur vtar significacione, tradita ab Hebræis: vnde verti posset hic; Vt superemineat diei, veluti adumbrans, quod supereminet ei, quod adumbrat.

A V C T O R.

Existimo ego tres illas primas editiones in vnum coincidere, id ipsum siquidem mihi videtur esse in Dominium, Principatum, & Potestatem, & præfse, nec quantum ad sensum aliquid variare hæc existimo. Quod autem Augustinus legat, In initium, seu in inchoationem, ea fortè potest esse ratio, quam Steuchus adduxit, quod ἀρχαί, scilicet Græcā vocē ipse inchoationem temporis significare præsumpsit, quanquam verè, & propriè potestatem, seu principatum ex ethymologia vocis hebraicæ hoc loco exprimere videbatur. Verum nec id fugit Augustinum.

A V G V S T I N V S enim de Genesi ad literam secundo, capite quindécimo, disputans, Num Luna in plenilunio, vel in nouilunio manarit, hæc habet.

Sed qui per inchoationem noctis non intelligit nisi principatum, nam & hoc Græcum verbum magis indicat, cum dictum est ἀρχαί; & in Psalmis apertius scriptum est: Solè in potestatem diei, Lunam, & stellas in potestatem noctis, non cogitur à quartadecima numerare, & credere Lunam factam primo esse, non primam.

Veruntamen in sensu non erraret Augustinus, cum Sol semper sit in inchoationem diei, & Luna eo tempore, quo non deficit, sed sua consistit in perfectione, hoc est in plenilunio, in initium est noctis. Nec alienum est à vero, & genuino modo loquendi Lunam dici in inchoationem, quatenus in plenilunio est, cum pari ratione dicatur in principatum,

Tres primæ
editiones in
vnum conueniunt.Luna & Sol
possunt dici
eff:cti in in-
choationem
diei, & no-
ctis.Anno Mūdi
primo.
Die quarta.

Luminare maius.

a. Maius nomine.

cipatum, & potestatem, seu dominium, quando tota emicat, vt post ex Basilio, & alijs Patribus ediscemus. Esse autem Lunam in plenilunio conditam, & in diametro cum Sole, ob idque in principio noctis, ex plurium testificatione deinceps colligemus. Animaduersio Lusitani nimis sapere hebraismum mihi visa est, nimisque hebraicarum vocum intempestiua consideratrix. Sufficere enim sibi poterat communem significacionem cum Patribus excipere.

De genesi Solis.

Optatissimam genesim non Or, sed Maor, non lucis, sed luminaris, lucis vehiculi; globique illius amplissimi, in quem lumina figere nunquam valemus, quin statim coruscantissima illius luce oculorum nostrorum acies perstringatur: curus illius, in quo non Phebus, sed splendoris fons residet, genituram spectantes ac recolentes, quāto gaudio ac stupore debemus affici? quanta inquam lætitia æquum est, vt pectora nostra perfundantur, & corda repleantur? Hic nanque ille est, cuius præsentia decoratur Cœli, cuius virtute fecundatur terra, cuius beneficio vniuersa prodeunt, auferunt, & conferuntur. Hic inquam ille est, de quo Sapiens mirifica illa uerba protulit; Vas admirabile opus excelsum. Vas equidem lucis admirandum est Sol, opus solius Dei excelsi: Hoc nanque opus sua pulchritudine ac decore ineffabilem immensamque Dei artificis pulchritudinem non modicum declarat, pandit, ac manifestat.

Eccle. 43.

a. Maius nomine.

Solis excellentiā supra omnes ferè cōditas creaturas & Philosophi, & Ethnici, & Patres mirificè celebrarūt, ut meritò inter cuncta astra ipse maior & primus sit cēfendus.

P L A T O, vt refert Hamerus in sua Commentatione in Genesim, nominis ethymologiam sic tradidit.

Sol ἁλιος, vocatur ab ἀλιεῖν, conuocando homines in vnum, simulatque exoritur. Vel ab eo circum terram ἁλιον, volui. Vel certè, quod omnia que ex terra oriuntur, variat, & alterat.

C I C E R O libro secundo de Natura Deorum.

Sol latine dicitur, vel quia solus ex omnibus syderibus est tantus: vel quia cum est exortus, obscuratis omnibus solus apparet.

C H R Y S O S T O M V S Homilia de ascensione Eliæ, alteram vocis græcæ ethymologiam deducit.

Hinc poetas atq; pictores in figuranda Solis imagine exempla credo sumpsisse. Qui curru atq; equis fulgentibus ipse rutilans, atq; radians, & fluctu Oceani subleuatur, inter præruptos montium scopulos euadens, quasi ad celestia videtur ascendere in similitudinem luminis eius inductus. Sol enim Græco sermone Helios appellatur. Vnde Helias verè Helios, quoniam curru, atque equis fulgentibus igne de Oceani fluctu, id est, de Mundi commotione: per montium scopulos, id est, per magnorum laborum difficultates progrediens ad celestia deuenit ascendit.

F V L G E N T I V S Episcopus Chartaginensis Mythologiarum lib. primo, aliā Soli attulit ethymologiam, fabulamque; de curru Solis eleganter ad sacrū sensū redegit.

Sol verò dicitur, aut ex eo quod solus sit, aut quod solitè per dies surgat & occidat. Hinc quoque quadriga ascribunt illi ob causam, quod aut quadripartitis temporum varietatibus anni circulum peragat, aut quod quadri fido limite diei metiatur spatium, vnde & ipsius equis condigna sic nomina posuerunt, id est, Erytraeus, Acteon, Lampos, Philogæus. Erytraeus græcè rubens dicitur, quod à matutino Sol lumine rubicundus exurgat. Acteon splendens dicitur, quod tertie horæ momentis vehemens insistet, lucidior fulgeat. Lampos verò, cum ad vmbilicum diei centratum condescendit circulum. Philogæus græcè terram amans dicitur, quod hora nona proclivior vergens occasibus pronus incumbat.

Anno Mūdi
primo.
Die quarta.

Luminare maius,

a. Maius dignitate.

ISIDORVS Ethymologiarum libro tertio, capite septuagesimo.

Sol appellatus est, eo quod solus appareat, obscuratis splendore suo cunctis syderibus.

BEDA Expositione in Genesim.

Alij dicunt Solem nomen sortiri, eo quod solus lucet in die, vel de solemnitate lucis: Luna verò à lucefendo, vel quasi lux nata. Sol de natura Angelorum factus esse dicitur: Luna autem de luce pallida & stella.

a. Maius dignitate.

HAMERVS Commentatione in Genesim præconia Solis ex Plinio, Cicerone & Macrobio decerpta sic tradit.

Hunc, inquit Plinius libro secundo, Mundi esse totius animum, ac planius mentem, hunc principale naturæ regimen ac numen credere decet, opera eius æstimantes. Hic lucem rebus ministrat, aufertque tenebras, hic reliqua sydera occultat, hic vices temporum, annumque semper renascentem ex usu naturæ temperat: hic Cæli tristitiam discutit, atque etiam humani nubila animi serenat: hic suum lumen cæteris quoque syderibus fœnerat, præclarus, eximius, omnia intuens, omnia etiam exaudiens: vt principi literarum Homero placuisse in vno eo video. Cicero quoque in Somnio Scipionis, in Solis laudem ponit, quod sit dux & princeps, & moderator luminum reliquorum, mens Mundi, & temperatio. Dux, inquit Macrobius libro primo in Somnium Scipionis, quia omnes luminis maiestate præcedit: princeps, quia ita eminet, vt propterea quod talis solus appareat, Sol vocetur: moderator reliquorum dicitur, quia ipse cursus eorum, recursusque certa definitione spatij moderatur. Mens Mundi ita appellatur, vt Physici eum cor Cæli vocauerunt.

Sed vt ad nostros veniamus.

TERTULLIANVS libro secundo aduersus Marcionem.

Vnicus Sol est, homo, qui Mundum hunc temperat, & quando non putas, optimus, & utilis, & cum tibi acrior, & infestior, vel etiam sordidior, atque corruptior, rationi tamen suæ par est. Eam tu si perspicere non vales, iam nec vilius alterius Solis, si qui fuisset, radios sustinere potuisses, vtique maioris. Nam qui in inferiorum Deum cecutis, quid in sublimiorem?

BASILIVS Hexæmeron Homilia sexta.

Si Sol iste corruptioni subiectus, adeo pulcher est, adeo magnus, velocissimus quidem motu, suas autem peragens ordine decentissimo periodos, moderata quidem ad vniuersum præditus magnitudine, vt haudquaquam proportionem toti reliquæ machine ad mensuram transgrediatur: pulchritudine verò naturæ quasi quidam oculus splendidus creaturam ipsam condecorans, cuius si aspectus insatiabilis est, qualemnam ipsum esse iustitiæ Solem arbitrari nos debemus?

GREGORIVS Nazianzenus Oratione secunda de Theologia, quæ est trigesima quarta.

At verò, si insigni harum rerum cognitione instructus es, atque optimo iure in admiratione esse studes, dic quæ ordinis huius motusque causa sit? Vnde hoc habeat Sol, vt Orbi vniuerso, atque omnium oculis, tanquam chori cuiusdam coryphæus, præluceat, sydera alia splendore suo magis obscurans, atque occultans, quam quædam illorum ab alijs obducantur. Cuius rei hoc argumentum est, quod cum ea velut certatim fulgeant, ipse tamen splendidius fulget, nec, quod vna cum eo oriantur, cognosci sinat. Pulcher vt sponsus, magnus ac celer vt gigas (neque enim facere possum, vt aliunde, quam ex meis libris eum coornem ac celebrem) tantam vim & facultatem habens, vt ab alijs extremis alia extrema calore suo complectatur, nec res vlla eius sensum effugiat: quin potius, & oculus omnis luce, & corporea natura calore compleatur. Ac leni quidem sua temperie, motuque ordinato calefacit omnia, non vrit: omnibus præsto est, omnia æquè comprehendit. Illud verò nescio an abs te animaduersum, quanti tandem æstimandum est, quod prophanus quidem auctor scribit, idem in sensibus Solem esse, quod Deum in intellectibus? Vt enim hic mentem, ita ille oculos illustrat: atque vt hic res eas omnes, quæ animo & ratione intelliguntur, pulchritudine vincit, ita etiam ille eas, quæ oculorum sensu percipiuntur: Sed quid tandem illi motum initio dedit? Quid eum perpetuo motu agit ac circumducit, cum interim ratione stabilis sit, & motus expers, insatiabilis verè, vitæ dator, animantium pater, & quibuscumque laudum titulis eum non immerito poëta prosequuntur, ac neque motui vnquam suo, nec beneficijs finem constituens? Quo modo

do diem procedat, cum supra terram est, ac noctem, cum sub terra? aut, quibus verbis vtendum sit, nescio, cum Solem intueor. Quæ dierum, ac noctium assumptio? quæ detractio? quæ inæqualitatis æqualitas, vt nouum aliquid & insolens dicam? Quomodo anni partes efficit, & ita diuidit, vt certis, & constitutis vicibus accedant, & recedant, atque non secus, atque in chorea, complexu quodam inter se hæreant, simulque distinguantur (illud amicitie lege, hoc ordinis præscripto) sensimque intermiscantur, ac vicinitate ipsa, perinde atque in diebus ac noctibus fieri videmus, sursum quodammodo irrepant, ac se proripiant, Quod quidem idcirco fit, ne ob insuetudinem molestiam afferant. Sed cursum suum sanè Sol obeat.

CHRYSOSTOMVS Homilia sexta in Genesim.

Vides sapientiam opificis? dixit solum, & productum est hoc admirabile elementum, Solem dico. Hunc enim vocat luminare magnum, & dicit ipsum factum esse, vt præsit diei. Sol enim clariorem diem efficit, rutilans aureo suo iubare, & radijs, & quotidie speciem suam vigescentem ostendens: & simul atque mane exortus fuerit, omne hominum genus ad suorum operum studia excitiat. Huius formositatem declarans beatus Dauid, inquit; Et ipse tanquam sponsus egrediens de thalamo suo, exultabit vt gigas ad currendam viam. A summo Cælo egressus eius, & occurfus eius vsque ad summum Cæli. Vides quomodo eius pulchritudinem, & in operando velocitatem declarauit? Dicendo enim; A summo Cælo egressus eius, & occurfus eius vsque ad summum Cæli: significauit nobis, quomodo in vno temporis momento per totum Orbem discurret, & à finibus in fines suos radios mittit, multum utilitatis præstans. Nam non solum calefacit, sed & arefacit. Et non solum arefacit, sed & adurit, multosque alios, & varios nobis usus præbet. Atque adeo magnum est miraculum elementum hoc, neque est qui laudes eius pro dignitate prædicauerit. Hæc autem dico, & extollo sermone elementum: non vt in eo subsistas dilecte, sed inde ascendas, atque in elementi opificem admirationem transferas. Nam quantum maius ostenditur elementum, tantò maius monstratur opificis miraculum. Verum Gentiles admirantes, & obstupescentes tantum elementum, ulterius non prospexerunt, neque eius conditorem laudauerunt: sed in elemento conuiescentes, ipsum pro Deo habuerunt: propterea & Paulus dicit; Et venerati sunt, colueruntque creaturam magis quam creatorem. Et quid insipientius illis, qui non potuerunt ex creaturis agnoscere creatorem, sed in tantum peruenierunt errorem, vt creaturam, & facturam in ordinem creatoris referrent?

AMBROSIVS Hexæmeron libro quarto, capite primo.

Oculus est enim Mundi, iucunditas diei, Cæli pulchritudo, naturæ gratia, præstantia creature. Sed quando hunc vides, auctorem eius considera: quando hunc miraris, lauda prius ipsius creatorem. Si tam gratus est Sol, qui consors, & particeps est creature: quam bonus est Sol ille iustitiæ? Si tam velox iste, vt rapidis curribus die, ac nocte lustrat omnia: quantus ille, qui vbique semper est, & maiestate sua complet omnia? Si admirabilis, qui iubetur exire: quam supra admirationem, qui dicit Soli, & non exoritur, vt legimus? Si magnus est, qui per horarum vices locis aut accedit, aut decedit quotidie: qualis ille, qui etiam cum se exinaniret, vt nos eum possemus videre, erat lumen verum, quod illuminat omnem hominem venientem in hunc Mundum? Si præstantissimus, qui obiectu terræ patitur sepe defectus: quanta maiestatis, qui ait; Adhuc semel ego mouebo terram? Illum terra abscondit, istius motum non potest sustinere, nisi voluntatis eius substantia fulciatur. Si cæco damnum est huius Solis gratiam non videre, quantum magis peccatori damnum veri luminis munere defraudatum, perpetua noctis tenebras sustinere?

THEOPHILVS Alexandrinus Episcopus Epistola Paschali prima, à D. Hieronymo translata, Solem, & Lunam duos Mundi oculos appellauit.

Non enim sic Cælum hoc, quod suspicimus, stellarum illustratur choris, nec intantum Sol, & Luna, duo Mundi (vt ita dicam) clarissimi oculi, quorum cursu annus euoluitur, & vicissitudine temporum commutantur, clarum terris lumen infundunt, vt nostra solemnitas virtutum choro fulget, & radiat.

Hæc autem ita grauitur, & scitè dicta sunt, vt aliquid superadijcere ineptum esset. Potuissent ampliolem deducere catenam, cum innumeræ sint Patrum etiam grauissimorum de Solis laudibus narrationes: sed hæc sufficere existimaui.

a. Maius amplitudine orbis, cum superexcedat Lunam, & astra, et terram.

Sol mole orbis, amplitudineque globi, maior est nõ tantum Luna, & cunctis syderibus, sed & terra. Atque eius amplitudinis plures habeo assertores.

THEODORETVS libro quarto, qui est de Materia, & Mundo.

Quin & de Solis magnitudine, ac figura, multa apud eosdem Philosophos est contentio. Alij siquidem globulentum esse aiunt. Alij verò, peluis modo incauum putant. Alij totis curruum esse persimilem. Anaximander quidem, vices septies terra maiorem autumat. Empedocles verò, æqualem terræ. Anaxagoras, maiorem Peloponneso; Heraclitus verò illum esse ait pedali magnitudine.

Anno Mūdi
primo.
Die quarta.

Luminare maius .

a. *Maius amplitudine orbis, cum superexcedat Lunam, & astra, & terram.*

P L V T A R C H V S has Philosophorum assertiones clariùs recenset libro vndecimo de Placitis Philosophorum, capite secundo.

Anaximander Solem equalem fecit terræ, orbem verò in quo rebitur, septies vicies terra maiorem. Anaxagoras maiorem dixit Peloponesso. Heraclitus latitudine pedali. Epicurus autem, tantum quantum apparet, aut pusillò maiorem existimauit.

Homerus amplitudinem Solis indicat, cum in Iliade eum cuncta videre, & audire scribit.

P L A T O in Timæo, Hamero interprete, habet.

Solem ipsa terra maiorem cogitare rectè possibile est. Quinetiam astra quæ circumferuntur, admirandam magnitudinem habent.

C I C E R O de Natura Deorum.

Sol, omnia clarissima luce collustrans, multis partibus maior atque amplior, quam terra vniuersa: deinde reliqua sydera magnitudinibus immensis.

P L I N I V S de Sole inquit.

Vt non sit necesse amplitudinem eius oculorum argumentis atque coniectura animi scrutari immensam esse, qui arborum in limitibus porrectarum in quolibet passuum millia umbras paribus iaciat interuallis, tanquam toto spatio medius. Et quia per æquinoctium omnibus in meridiana plaga habitantibus, simul fiat à vertice: item, quia circa solstitialem circulum habitantium Meridie ad Septentrionem umbræ cadant, Ortus verò ad Occasum. Quæ fieri nullo modo possent, nisi multò quàm terra maior esset.

Cæterum Patres nostri conformia de amplitudine vehiculi Solis edocuere.

B A S I L I V S Hexæmeron Homilia sexta, amplitudinem luminarium deducens ex eo quòd æqualiter omnibus appareant, de Sole id particulariter ostendit, dicens.

Quòd sanè magnitudinis excellentis, immensaque molis argumentum dilucidum esse constat: propterea quòd amplitudo latitudoque telluris momenti nihil profus afferre videtur ad ipsarum moles, aut maiores, aut minores conspiciendas. Nam ea que longè distant, minora quàm sint quodammodo cernimus: ad que verò propius accedimus, eorum magnitudinem exactius comperimus. At Soli propinquior est nemo, remotior nemo, sed æquali semper interuallo cunctis hominibus ipse quocunque tractus telluris habitent, obuium se offert. Argumento id fuerit, quòd Indi iuxta ac Britanni ipsum Solem per æquè contuentur. Neque enim ijs qui Orientem habitant regiones, Sol occidens magnitudinem suam imminuit: neque ab ijs qui regiones occidentales incolunt, minor exoriens vnquam conspicitur. At neque cum Cælum medium occupat, in alterutram euariat partem, vt maior minorè alterutri appareat. Ne tibi aspectus iste Solis imponat. Neque quia cubitalis magnitudinis cernentibus esse videtur, ob id eius esse magnitudinis putes. Contrahi nanque maximis in interuallis eorum quæ cernuntur magnitudines solent: quippe cum ipsa vis perspectiua non queat intermedium penetrare spatium: sed quasi in illo medio absimatur, paruaque sui parte res eas, quæ conspiciantur, attingat. Factus igitur aspectus noster exiguus, exiguas esse res eas quæ cernuntur, facit existimari, suamque ipsius affectionem rebus quas contueri datur, ascribit. Quum itaque fallatur visus, nulla illius iudicio tribuenda fides est.

A M B R O S I V S Hexæmeron libro quarto, capite sexto.

Exemplum magnitudinis eorum euidentis, quòd omnibus hominibus orbis Luna idem videtur. Nam si longè positus minor videretur, propius constitutus maior resfulgeret, & proderet angustiarum, & exiguitatis indicium. Etenim reliqua alia longè positi minora arbitramur, propius contuentes maiora credimus: quò magis finitimus fueris, eò tibi eius rei quam cernis, magnitudo cumulat. Solis orbis nulli propior, nulli longinquior est: similiter & Lune globus, æqualis est omnibus. Similis Sol & Indis & Britannis eodem momento videtur. Nec cum vergit in occasum, minor apparet Orientalibus, quàm Occidentalibus: nec Occidentalibus cum oritur inferior, quàm Orientalibus æstimatur. Quantum distat, inquit, Oriens ab Occidente? Hæc n. inuicem sibi distant. Sed Sol à nullo distat, nulli presentior, nulli absentior est. Neque te moueat, quòd tanquàm cubitalis tibi orbis videatur Solis, cū oritur, sed considera quantum intersit spatij inter Solem & terras, quòd aspectus nostri infirmitas

Anno Mūdi
primo.
Die quarta.

Luminare maius .

a. *Maius lumine, quòd lucis fons existat.*

mitas sine magno sui non potest transire dispendio. Caligat aspectus noster, nunquid Sol caligat, aut Luna? Angustus noster obtutus, nunquid ideò angustiora efficit quæ videntur? Species minuitur, non magnitudo detrahitur. Neque enim infirmitatis nostræ passionis passioni luminarium debemus ascribere. Mentitur noster aspectus. Noli ergo fidele æstimare eius iudicium. Fit celestium minor spectaculis figura, non sui forma.

G R E G O R I V S Nyssenus Historia sex dierum.

Præterea autem multam in comparatione rerum igneam naturam & vim esse videmus, atque huius rei apertè demonstrandæ causa, ex eorum scriptis, qui res sublimes philosophico more tractauerunt, desumptum hoc in medium affertur, quòd magnitudine Solis, terra multis partibus superetur: sed ne umbra eius in magnam aëris partem se porrigat & extendat, immensa magnitudine Solis, con in modum in projectione radiorum contractam impediri.

Et de Hominis opificio, capite vigesimo secundo.

Solem verò multo quàm terra maioris magnitudinis existentem, vndique cum suis in circuitu radijs ambire iuxta con terminum emissiones luminis amouentem.

I V N I L I V S in Hexæmeron.

Quòd autem æqualis, vnusque magnitudinis Luna cum Sole cernitur, ex eo fieri dicunt, quòd ille multo longinquior à terris, atque altior quàm Luna incedat. Ideoque magnitudo eius quanta sit, nequaquam à nobis qui in terris degimus, valet dignosci. Omnia enim longius posita solent breuiora videri.

Hæc eadem habet Glossa Locupletata, & Glossa Ordinaria sub nomine Bedæ.

I S I D O R V S Ethymologiarum libro tertio, capite quadragesimo sexto.

Magnitudo Solis fortior est terræ. Vnde & eodem momento quo oritur, & orienti simul, & occidenti æqualiter apparet. Quia verò tanquam cubitalis nobis videtur, considerare oportet, quantum Sol distat à terris, quæ longitudo facit, vt paruus videatur à nobis.

B E D A Expositione in Genesim.

Luminare maius. Hoc luminare quatuor rebus maius dicitur, quàm Luna, ideò magnitudine, in excessu longum necnon splendor, & tempore.

Contendunt igitur omnes tum sapientes Gentiles, tum Patres, & benè, Solis globi, Lunæ astrorumque globos excedere, & terram latissimè superare, excepto Empedocle, qui Solem æqualem terræ dixit, quòd & Anaximander opinatus est (si Plutarco fidem adhibemus) Heraclito, & Epicuro etià exceptis, & Anaxagora, qui eum minorem terra longè fecerunt, vt supra relatam est, quorum sententias irridendas esse perspectum est: Cæterum quæ sit eius amplitudo clarè Mathematici prodiderunt, siquidè ex Alphagrani sententia, amplitudo Solis ex comparatione eius cum terra vel Luna eleganter percipitur. Terram continet Sol centies sexagesies sexies, cum primæ magnitudinis stellæ, quæ quindecim in sydereo Cælo enumerantur, centies septies tantum eam comprehendant. Amplius Sol sexies millies & quingentes superq; tricies nouies ipsa luna maior perhibetur. Hæc omnia Mathematici clarissimis demonstrationibus euincunt.

a. *Maius lumine, quòd lucis fons existat.*

Clarissimum id est apud omnes tum eruditos tum ignaros. Heraclitus Solē fontem luminis appellauit. Sol ideo Sol dictus est, quòd solus luceat, cum astra vel lumen omne mutent ab ipso, uel si sua natura lucent, lux ea nil reputari possit, si ad Solis fulgorem cōparetur. Basilus vt & Ambrosius magnitudinem solaris orbis à lucis amplitudine deducentes, de ipsius lucis copia hæc proferunt.

B A S I L I V S Hexæmeron Homilia sexta.

Est igitur Sol luminare magnum, vt Scriptura testatur, in infinitumque grandior eo qui nobis videtur. Adde etiam illud magnitudinis eius apertissimum argumentum: nam cum stellæ multitudinem sint infinitæ, lumen

Sol quāto sit
maior terra
& Luna.

Anno Mūdi
primo.
Die quarta.

Luminare maius.

- a. Maius virtute, & efficacia ardoris.
b. Adeo maius efficacia, quod ut proficuum esset, debitam distantiam Deus ei tribuit.

men quod ab vniuersis ipsis congeritur, ad discutiendum dissoluendumque nocturnae caliginis mærorem minimè satisfacit. Hic autem solus, vel super Orizontem apparens, immò verò cum adhuc expectatur, antequam & totum à tellure se attollat, tenebras compendio dissoluit, sderum lumina superat, concretum eatenus & frigore adstrictum circa terram aëra liquefacit, atque diffundit: vnde & status in aurora spirare, roresque sereno Cælo terram circumfluere solent. Tellurem etiam, quæ tantæ est molis, quo pacto vniuersam temporis vno momento punctore luce Sol sua illustrare posset, si non ab amplissimo, quo ambitur, circulo lumen suum emitteret?

A M B R O S I V S Hexameron libro quarto, capite sexto.

Si vis magnitudinem Solis non solum oculo mentis, sed etiam corporis æstimare, considera quanti stellarum globi axem Cæli videantur obtexere, & innumeris insignire luminibus: non queunt tamen tenebras noctis, & Cæli nubila detergere. Simul ut Sol ortus sui signa præmiserit, omnes Stellarum ignes sub vnius luminis fulgore vanescunt, aperitur aër, Cælique facies purpurascenti rubore perfunditur. Adhuc spirans exordium, & iam momentanea celeritate pleni luminis micat splendor, & surgentis Solis præuia aura dulcis aspirat. Dic mihi, queso, nisi magnus orbis esset, quomodo magnum posset orbem illuminare terrarum?

C H R Y S O S T O M V S Homilia sexta in Genesim.

Ea propter & diuina Scriptura non solum pulchritudinem eius, & magnitudinem, & utilitatem ostendit, dicendo; Sicut sponsus. Et, Exultabit sicut gigas ad currendam viam: sed & imbecillitatem, & vanitatem. Audi enim quid alibi dicat; Quid Sole lucidius? & hic deficit. Ne te decipiat, inquit, spectaculum. Nam si voluerit conditor imperare, quasi nunquam fuerit, ita disperebit.

I V N I L I V S in Hexameron.

Luminare maius est Sol, non solum forma sui, qualiscunque est, corporis: sed & magnitudine luminis, quæ & ipsum luminare minus, & stellas illustrare creditur.

Hæc & Glossa Ordinaria, quæ & perperam Bedæ ascribit. Sed non est cur amplius in re tam clara, & à Patribus amplificata tempus conteram. Verum quæcunque extet causa lucis in Sole, seu globi maior condensatio, seu ignis conglutinatio obdensior, seu amplior à Deo lucis præcæ largitio, apparet certè omnium consensu, lucem in Sole esse coruscantissimam, cum non solum luceat, sed fulgeat; esse indeficientem, cum nullo deliquio suo vnquam vix debilitetur, & extenuetur; esse amplissimam, cum cætera astra obtenebrata sua radiatione reddat.

a. Maius virtute, et efficacia ardoris.

Proclus in Timæum Platonis, Solem in rerum omnium genitura, & ortu, patrè propter calorem quo affluit appellat, & Lunam matrè, propter humorem quem infundit: nam calore & humore gignuntur omnia sensilia mixta, alunturque & conseruantur. Et Aristoteles, Sol & homo, ait, generant hominem, quasi quod Sol ipse causa rerum omnium præcipua censendus sit. Porro de eius feruore sapientissimè atque elegantissimè hæc Patres edisserunt.

I V N I L I V S in Hexameron.

Maius est & virtute ardoris, qua Mundum calefacit, exortum: cum præteritis ante eius creationem diebus, nihil omnino caloris habuisset.

Hæc & Ordinaria Glossa sub Bedæ nomine: hæc & Glossa Locupletata, & Iunilio attribuit.

b. Adeo maius efficacia, quod ut proficuum esset, debitam distantiam Deus ei tribuit.

B A S I L I V S Hexameron Homilia sexta.

Hoc loco sapientiam opificis animaduertat ipse, percipiasque velim: quomodo moderatissimum ad hoc interuallum

Anno Mūdi
primo.
Die quarta.

Luminare maius.

- a. Adeo maius efficacia, quod, ne Mundum torreret, ipsum in volubili Cælo Deus locauit.

uallum, accommodatissimumque præstitit Soli calorem. Est enim in eo tanta caloris imprimendi facultas, moderata alioqui adeo, ut neque ob exuperantiam vrat inflammetque tellurem; neque deflectionis ratione refrigeratam eam gelidam infecundamque relinquat.

A M B R O S I V S Hexameron libro quarto, capite sexto.

Quid autem loquar de tanto temperamento, & moderamine conditoris, qui eam mensuram muneris Solis attribuit, ut neque vapor eius igneus, ut videtur, terrarum venas, succos, rerumque species insusus exureret: neque iterum per tanta Mundi spatia refrigeratus, nullum terris semen caloris inoleret, sed ieiunam, atque inopem fructuum derelinquens, ad nullam fertilitatis gratiam vaporaret?

a. Adeo maius efficacia, quod, ne Mundum torreret, ipsum in volubili Cælo Deus locauit.

R V P E R T V S Commentarijs in Genesim libro primo, capite quadragesimo sexto.

De quibus nec illud prætereundum est, quod maxime horum causa firmamentum volubile esse oportuit, videlicet, ut Sol, qui tanti est feruoris, ut (sicut superius dictum est) fons ignis ætherei appellatus sit, ad hoc factus, ut non solum illuminatio, sed & temperatio Mundi frequens esset, & cunctis partibus adesset, & Stellarum ordo notabilis toties regyrans notior existeret. Siquidem multo melius nunc est, cum Sol feruidus breuiter quidem, sed frequenter adesset, quam si spacio sex mensium desuper terras exurens, itidem sex mensium spatio sub terra delitesceret, tanquam longam noctem cum eadem prolixitate, frigoris nobis relinquere.

Et capite quadagesimo.

Nam ut taceam de Luna & Stellis, quarum potentias penè soli vtunque nouerunt Physici, de Sole quis rucicola nescit, quod sine illo factura Mundi, non solum infirma & egena, sed & nulli viuientium sit habitabilis? Cum ab hac regione habitabili paulo longius abest, nulli lignorum siue herbarum semini tellus idonea est. Pigrescunt arua, constringuntur flumina, frondiflua moriuntur nemora, piger ad focos agricola damnosa ducit ocia. Quid si idem Sol diutius in longinquo absisteret: aut omnino nullus esset? Proinde cum propius ascensu suo nos visitans, aruorum duritiam radys inualescentibus infringere ceperit, comparatur ariet. Cumque altius ascendens bouum labores apparere fecerit, tauro dicitur similis, Et cum segetes maturas, urgente desuper calore solidauerit, comparantur leoni.

Id sufficit dixisse, præsidem esse Solem rerum cælestium, subcælestiumque. Sol siquidem uti Rex in medio planetarum residens, cunctis impertitur lucem, uigorem, ac influxum, eo successu, ut symbolicè quodammodo tanquam Regi erronee deseruiant, Mars, ut ex ferocitate, tanquam militiæ Dux: Iuppiter, veluti ex magnanimitate, ceu imperij distributor: Saturnus ex tarditate, ut consilij elargitor: Venus, ut ex amore excitandæ sobolis, tanquam rerum nexus: Mercurius ex solertia, ceu artium indagator: Luna ex mutabilitate, ueluti humorum ministra. Nec solum in orbem, sed in elementa, ac elementaria quæque calore & motu præ omnibus influit: Ipse ignem euehit, aërem illustrat, aquam depurat, terram fecundat, metalla gignit, germina fouet, flores aperit, fructus maturat, cuncta animalia viuificat, Orbem alit ac exornat, sic cuncta illustrat, conspicua reddit, calefacit, gignit, uegetat, uiuificat, alit, mouet, fouet, perficit, atque conseruat. Cum autem stellæ omnes tum errantes, tum inerrantes lumen suscipiant à Sole, & mutuo capiant, & nulla alia uirtute, quam lumine in hæc inferiora influant, necesse est, ut uires suas Soli acceptas referant. Et facultates, quæ illis formaliter, ut aiunt in Scholis, insunt, Soli uel formaliter, uel eminenter insidere, asseuerandum est.

Planetae omnes Soli quodammodo inserviunt.

Quæ bona à Sole proueniunt.

Maius

Anno Mudi
primo.
Die quarta.

Luminare maius.

a. *Maius situ, quod in medio planetarum consideat.*

a. *Maius situ, quod in medio planetarum consideat.*

Qui supre-
mum, vel in-
fimum locū
Soli tribue-
runt.

De loco quem habeat Solis orbis inter planetas, non unica est priscorum, & nuperorum Mathematicorum sententia. Anaximander, Metrodorus Chius, & Crates primum supereminentioremque locum Soli dabant, secundum proximum Lunæ, infimum vero stellis fixis, & errantibus. Eudoxus, & Calippus postremum locum Soli, & Lunæ ascripserunt, atque inter geminos orbium quinariorum, medium Solem reponunt, ut scilicet quinque planetas desuper habeat, Mercurium, Venerem, Martem, Iovem, & Saturnum; subter alios quinque comprehendat, Lunam, ignem, aërem, aquam, & terram.

P L A T O in Timæo hæc habet.

Luna primum locum circa terram habet: Sol vero secundum locum supra terram.

A R I S T O T E L E S libro de Mundo, interprete Hamero in sua Commentatione in Genesim.

Planeta continuam positionem hanc habent: supremus circulus est Phatontis, siue Saturni, deinde Iouis, deinde rutilus circulus Herculis, siue Martis: post hunc Mercurius, deinceps Luciferi circulus, quem Veneris appellant, siue Iunonis: postea Solis, vltimum Lunæ ad terram usque finitur.

B. E. D. A. de Elementis Philosophiæ libro secundo, Aegyptios, qui Solem secundo loco, & Chaldaeos, qui quarto collocabant, dum conciliare nititur in hanc descendit sententiam.

Deinde dicendum est, cur Chaldaei dicant Solem quartum, Aegyptij vero, & Plato sextum. Verum est Solem esse sub Veneris & Mercurio iuxta Lunam. Cum enim Luna sit frigida & humida, necesse fuit, ut Sol qui est calidus & siccus, esset ei vicinus, quatenus ex calore Solis, frigiditas Lunæ, & ex siccitate humiditas temperaretur: ne cum vicina sit terra, & inde magis ei dominans, si distemperata ad eam veniret, distemperata eam redderet. Iterum cum Luna proprio careat splendore (ut ostendimus) & à Sole accipiat, necesse fuit, ut fontē sui luminis sine medio sit subiecta. Sed quamuis hoc ita esse verum sit, Chaldaeis tamen aliter visum est, ex hoc quod dicemus. Sol, & Mercurius, & Veneris ita coniuncti sunt, quod ferè in eodem spatio temporis suos perficiunt cursus, scilicet in anno. Ferè ergo æquales sunt circuli eorum, si iuxta quantitatem circulorum planetæ breuius vel prolixius tempus in peragracione Zodiaci consumunt. Cum ergo ferè æquales sint, vnus ab alio totus non contingitur. Intersecant ergo sese ita, quod circulus Veneris in inferiori sui parte intersecat superiores partes circulorum Mercurij & Solis, plus comprehendens de Mercuriali, quam de Solari. Circulus vero Mercurij superiori parte sui intersecat Venerem, inferiori Solarem. Circulus autem Solis superiori parte sui intersecat Mercurialem, & Venerem, plus Mercurialem, minus Venerem. Et Post. Cum igitur circulus Solis in superioribus partibus illorum circulorum ambiatur, iuste inferior illis dicitur. Sed quia contingit aliquid quando Solem per superiora sui circuli currere, illas vero stellas per inferiora suorum, & tunc liberius apparent. Sol enim non tantum obscurat subiecta, quantum superposita reputatus est illis superior.

Chaldaei (ut videre est in Ptolemæo libro primo Almagesti) primi Solem in medio Planetarum tanquam dominum, qui tum supernis, tum infernis lucem commodius impertiretur, collocarunt. Patres ferè omnes hanc secuti sunt sententiam.

D A M A S C E N V S. Orthodoxa Fidei libro secundo, capite septimo, sic planetas ordinat.

Esse autem in vnoquoque Cæli circulo vnum septem planetarum: in primo autem, id est supremo, Saturnum: in secundo Iouem: in tertio Martem: in quarto Solem: in quinto Venerem: in sexto Mercurium: in septimo vero & infimo, Lunam.

Quæ quidem Solis locatio ab omnibus passim, tum Patribus, tum Doctoribus, tum Mathematicis hilari animo accipitur.

B E D A

Anno Mudi
primo.
Die quarta.

Luminare maius.

a. *Vel motus simplicitate quod ab egyptica non discedat.*

B E D A libro de Natura rerum, capite tertiodecimo, hunc pariter ordinem Planetis tribuit.

Summum planetarum Saturni sydus est, natura gelidum, triginta annis signiferum peragens. Deinde Iouis, temperatum, annis duodecim. Tertium Martis feruidum, annis duobus. Medius Sol trecentis sexagintaquinque diebus & quadrante. Infra Solem Venus, quæ & Lucifer & Vesper trecentis sexaginta octo diebus à Sole nunquam absistens partibus sex & quadraginta longius. Proximum illi Mercurij sydus, novem diebus oxyore ambitu, modò ante Solis exortus, modò post occasus splendens, nunquam ab eo viginti duabus partibus remotior. Nouissima Luna vigintiseptem diebus & tertia diei parte signiferum conficiens.

Et de Temporum ratione, capite vigesimoquarto, Solis, atque Lunæ distantiam his describit.

Nec mirari opus est, cum Lunam per australia signa currentem, multò inferius ac vicinius terræ quam Solem, cum isdem moratur in partibus, circumire viderimus, quia videlicet multò inferius non solum Sole, sed & Veneri, ac Mercurio, quæ infima stellarum sunt, Luna in confinio aëris huius turbulenti, & puri decurrit etheris. Denique multi Philosophorum Solem abesse à Luna vnde viginti partes, quantas Lunam ipsam à terra, prodiderunt. Pythagoras vero vir sagacis animi, à terra ad Lunam centum viginti sex millia stadorum esse collegit, ad Solem ab ea duplum, inde ad duodecim signa triplicatum.

Sedet igitur Sol ut Rex in medio Planetarum, errantium videlicet syderum, qui locus maxime eum condecet ob maximam ipsius excellentiam, & virtutem.

a. *Vel motus simplicitate, quod ab egyptica non discedat.*

V I E L M I V S Lectione vigesimaprima.

Tertio præcellit Lunam Sol motus simplicitate: nunquam enim Sol à medio latitudinis Zodiaci, hoc est, ab Ecliptica decedit, cum Luna, & planetae reliqui nedum recedant, sed etiam tanquam sacra vereantur. Quamobrem Astronomi reperito Solis motu, facile inveniunt, & meriuntur aliorum planetarum conuersiones.

Et mox subiicit.

Planetae enim qui Soli coniuncti sunt, & concordēs, summi, atque directi vocantur: contra vero cum ab eo regrediuntur, discordēs, infimi, retrogradi, & oppositi. Denique à Sole habent, ut orientales, & occidentales efficiantur: vtroque enim conditionem, & cognomentum mutant.

Hæc profectò scitè dicta sunt; sed si Mosi mentem, & scopum intimè perpenderit, Mosem vtique de lucis duntaxat magnitudine intellexisse affirmabimus: Idque duabus de causis; quarum altera est, quoniam hic habetur sermo de luminaribus, seu de vehiculis lucis; dum itaque de eorum magnitudine differit, de eo certè loquitur, quod illis proprium est; atqui illis peculiare est lucem ferre, ob idque lumifera appellantur, euincitur ergo luminis eorum amplitudinem Mosem hoc loco exarasse. Altera vero deducitur ex ijs, quæ à vate subduntur. Ait nanque; Vt præfset diei. Præfidentia illa præcipuè in lucis eminentia, & affluentia, est constituta, quare consequitur, ut de ipsius lucis magnitudine loquatur Moses. De orbis item magnitudine intellexisse Mosem, etiam asseuerare possumus, sed non ita propriè. Animaduertendum tandem cõparationem hanc, qua Solem appellat luminare maius, proprie factam esse inter Solem & Lunam, Sol enim maius luminare, & Luna minus nuncupatur; maius autem, & minus correlatiua esse, ac seinuicem & mutuo inferre tradunt Scholastici. Quam tamen cõparationem etiam stellas respicere ex consequentia, asserere non prohibemur. Nil enim obstat, quo minus & sydera siue stellæ, si ad Solem referantur, luminaria minorum valeant rectè ac merito nuncupari.

r vbi

Anno Mūdi
primo.
Die quarta.

Vt præset diei.

a. *Vt præset lucis eminentia, quòd Sol plus cæteris in die fulgeat, vti luna in nocte.*

Vbi Vulgata nostra editio habet; Vt præset diei: aliæ legunt; In dominationem, In principatum, seu In potestatem; quæ quidem id ipsum significare iam supra dicebamus. Verum maxima consideratione à nobis est perpendendum, quænam præfidentia sit ista, quod dominium, quæ potestas: hoc enim Patres diuersè exponunt, nec parum sibi inuicem refragari atque aduersari videntur.

a. *Vt præset lucis eminentia, quòd Sol plus cæteris in die fulgeat, vti luna in nocte.*

AVGVSTINVS de Genesi imperfecto, capite tertiodécimo.

Et præsent diei, ac nocti. Dicitur erat initium diei, & initium noctis, quod hic exponit dicendo; Præsent diei & nocti. Ergo initium illud, principatum intelligere debemus, quia & in die nihil est inter illa quæ videntur Sole excellentius, & in nocte nihil Luna, vel stellis.

Et de Genesi contra Manichæos, libro primo, capite quartodécimo.

Si autem per inchoationem principium intelligas, & per principium principatum, manifestum est, quia per diem Sol principatum tenet, Luna verò per noctem, quia etsi cætera sydera tunc apparent, illa tamen suo fulgore superat omnia, & ideò princeps eorum relictissime dicitur.

BEDA Quæstionibus in Genesim.

Luminare maius vt præset diei, quia diem clarescere non posse cognoscimus, nisi Solis lumine adiuetur, nec noctem stellis apparentibus, si Luna desit, quemadmodum illius præsentia illustratur.

EVCHERIVS Commentarijs in Genesim libro primo, cap. quinto.

Luminare maius vt præset diei. Vtique quia per diem Sol principatum tenet. Luminare minus vt præset nocti, & stellis. Quia Luna per noctem principatum tenet, quamuis cætera sydera cum ea pariter fulgeant.

CHRYSOSTOMVS Homilia sexta in Genesim.

Et fecit Deus, ait, duo luminaria magna: luminare magnum in præfecturas diei, & luminare minus in præfecturas noctis, & stellis. Vides sapientiam opificis? dixit solum, & productum est hoc admirabile elementum, Solem dico. Hunc enim vocat luminare magnum, & dicit ipsum factum esse vt præset diei. Sol enim clariorem diem efficit, rutilans auro suo iurare & radijs, & quorundam speciem suam vigescentem ostendens: & simul atque mane exortus fuerit, omne hominum genus ad suorum operum studia excitans. Et post. Sol enim ordinatus est ad hoc, vt præset diei, Luna autem, vt præset nocti. Quid est in præfecturas diei, & præfecturas noctis? Hoc est, vt Sol diem suis radijs clariorem reddat: Luna autem vt dispellat tenebras, & hominum generi lumine suo præbeat commoditates vtendi suis studijs.

PROSPER Expositione in Psalmum centesimum trigésimum quintum.

Solem in potestatem diei: Lunam, & stellis in potestatem noctis. Splendor Solis in die potens est, & Luna, & stellarum in nocte.

PHILO libro de Mundi Opificio.

Cum vniuersum tempus distributum sit in duas partes, diem & noctem, diei præfecit pater ille Solem tanquam magnum regem; nocti verò Lunam cum cæterarum stellarum multitudine. Magnitudini autem virtutis ac potestatis solaris præclare attestantur, quæ modò dicta sunt. Vnus enim cum sit & solus, priuatiuè & peculiariter dimidium totius temporis sortitus est, scilicet diem: reliquæ verò omnes stellæ vnà cum Luna alterum dimidium, quod vocatum est nox. Et illo exorto tot stellæ, quæ apparebant, non obscurantur solium, sed enanescent etiam præ splendore diffuso; post occasum verò eius, vno momento incipiunt ostentare suas species.

Hoc

Anno Mūdi
primo.
Die quarta.

Vt præset diei.

a. *Hoc est sua præsentia, qua diem ipse facit.*
b. *Vel potentia, & efficacia.*

a. *Hoc est sua præsentia, qua diem ipse facit.*

AMBROSIVS Hexaméron libro quarto, capite secundo.

Quia fecit Deus Solem in potestate diei, & Lunam in potestatem noctis. Nam & in isto Psalmo centesimo tertio, de quo supra diximus, scripsit; Fecit Lunam in tempora, Sol cognouit occasum suum. Cum enim dies horas suas complere cæperit, Sol debitum sibi cognoscit occasum. Est ergo in diei potestate Sol, & Luna in potestate noctis, quæ temporum vicibus obedire compellitur, & nunc impletur lumine, atque vacuatur.

AVGVSTINVS de Genesi contra Manichæos lib. primo, cap. quartodécimo.

Et fecit Deus duo luminaria, luminare maius in inchoationem diei, & luminare minus in inchoationem noctis: pro eo dictum est, ac si diceretur, in principatum diei, & in principatum noctis. Non enim Sol tantummodo inchoat diem, & non etiã peragit, & finit: Luna verò aliquando media nocte, vel in fine noctis ad nos procedit.

BEDA libro de sex dierum Creatione.

Luminare maius, vt præset diei, quia diem clarescere non posse cognoscimus, nisi Solis lumine adiuetur, nec noctem stellis apparentibus, si Luna desit, quemadmodum illius præsentia illustratur.

RVPERTVS Commentarijs in Genesim lib. primo, cap. quadragesimo quarto.

Luminare maius præset diei, & luminare minus præset nocti. Hoc & Psalmista conscribens in confessionibus Domini; Confitemini (inquit) Domino, qui fecit luminaria magna, Solem in potestatem diei, Lunam & stellis in potestatem noctis. Et in Psalmo superius memorato; Fecit (inquit) Lunam in tempora, Sol cognouit occasum suum. Itaque si queras quomodo luminare maius præset diei, occidendo videlicet præset, & renascendo. Nam Sol cognouit occasum suum, quod metaphoricè dictum est, videlicet, quod ita certo tempore occidat, & tanquam sciens quid agat, certa nihilominus hora reuertatur ad ortum, & secundum eundem occasum certis ex causis nunc citiorem, nunc tardiozem, alternatim variatur longitudo breuitasque dierum. Nam altius ad Aquilonem progrediendo, quia nobis tardius occumbit, diem producit. Rursumque ad Austrum descendendo, quia nobis citius absconditur, diem breuiorem efficit. Non enim aliunde dies, nisi quia Sol super terram est, sicut è contra nox non aliunde, nisi quia Sole sub terram demisso, umbra terre Soli obiecta super nos exaltata est. Etsi antequàm Solis globus Orizonti emergat, mane lucet illustratus aer, & dies est, hoc de vicinia Solis fit, sicut è contra vespere cùm iam nobis absconditus fuerit, non continuo, sed paulatim disparant, quæ supersunt reliquæ luminis. Ita luminare maius præset diei semper.

LYRANVS in Postillis.

Vt præset diei, quia dies est latitudo Solis super terram.

TOSTATVS quoque Postillis in Genesim.

Vt præset diei, id est, quod in potestate Solis sit facere diem, quia per lucem eius causatur dies, & non per lucem alicuius alterius astri: & ideò vbique Sol sit, dies est: & quia Sol semper est in aliquo Orizonte alicuius partis Mundi, ideò semper est Sol diem causans in aliqua parte Mundi.

b. *Vel potentia, & efficacia.*

CAIETANVS Commentarijs in Genesim.

Quod autem dicitur in potestatem diei, & in potestatem noctis, officia significantur potentiarum Solis in die, & Lune in nocte: maxime n. apparet potètia Solis in die, & similiter maxime apparet potentia Lune in nocte: stellarum autem potentijs, quamuis non magis diem quam noctem Moses assignet (quia nec apparet earum potentias plus efficere die, quam nocte, aut è conuerso) secundum tamen apparentiam directiuam nocti adiunguntur.

BVRGENSIS in Additionibus.

Vt præset diei & nocti; scilicet per potestatem influendi suas proprias impressiones: vnde in Psalmo de hac materia dicitur; Solem in potestatem diei, Lunam & stellis in potestatem noctis: quia enim mediantibus radijs influunt, & ideò potestas diei præcipuè attribuitur Soli, cuius radij in die cæteros obumbrant, potestas verò noctis Luna, & stellis attribuitur, quæ de nocte clariùs irradiant.

VIELMIVS Lectione vigésima prima.

Vt præset diei. Obserua non dixisse prima tantum diei hora, vt Astronomi quidam frustra contendunt, quorum alij quidem secundam Mercurio, tertiam Veneri, quartam Luna, quintam Saturno, sextam Ioui, septimam

7 2 mam

Anno Mūdi
primo.
Die quarta.

Vt præset diei.

- a. Seu situs eminentia.
- b. Vt præset cum Luna, hoc est, vt essent reges militia caelestium numinum.
- c. Hoc est, auctores, & duces essent operationum diurnarum, & nocturnarum.

nam Marti, octavam rursus Soli, nonam demum Mercurio, & cæteris sigillatim in circulum remeantes hoc modo deinceps dispartuntur. Alij verò secundam diei horam planeta cuius nomini dies est inscriptus, & tertiam eius similiter, qui planetam hunc è vestigio secundum suum subsequitur; & ita singulas consequenter singulis pro libitu insani assignant. Commentaria sunt hæc, & vana. Verbum Dei est, vt præset, siue, vt dominaretur diei, nimirum integrè, ac propterea singulis eius horis, hoc est, quandiu lucet. Sol enim interdum vnus, aut alterius Hemispherei terras illustrat, calefacit, occulta in apertum profert, gignit, vegetat, mouet, exhilarat, fouet: & hoc est cum dominari. Quamobrem & diurna natiuitas melior nocturna existimatur: & cum Sol ascenderit medium Cæli, etiam melior (est enim veluti in regni sui arce) & regiones, quæ à Solis lumine & calore remote sunt, censentur pariter remote à vita.

a. Seu situs eminentia.

L V S I T A N V S.

Vt præsent, aut supereminerent diei ac nocti. Quia stella semper sunt in extensione Cæli fixæ die ac nocte.

b. Vt præset cum Luna, hoc est, vt essent reges militia caelestium numinum.

S T E V C H V S in Cosmopæia.

An tropus & is Hebraicus est dicere de syderibus ea regnare ac dominari, quemadmodum habet Hebraicum Lemensheleth, hoc est, in dominatum, sicut sydera, stellasque ipsas caelestes solent Cæli exercitum appellare? Dicitur enim omnis caelestis ornatu zaba, id est, exercitus, militia. Huius exercitus duos fortasse dominos, ac principes, qui cæteros magnitudine corporis & luminis antecedant, prætendunt eodem tropo.

c. Hoc est, auctores, & duces essent operationum diurnarum, & nocturnarum.

S T E V C H V S ipsemet loco præcitato.

Fortè regem diei atque auctorem, siue operum diurnorum rectorem Solem, nocturnorum Lunam. Et post. Præsides ergo diei, ac noctis hæc duo statuuntur, tanquam duces ac rectores, quorumque ductu & signis terrena regantur, vt quasi signiferi nobis sint ac ductores, sicut stella Magos, columna in deserto ducebat Hebræos. Et vt de cardinibus, & his quæ circa polum sunt, vt de Cynosura, siue Helyce.

A V C T O R.

Tres primæ expositiones, meo iudicio, in vnam redigi possunt. De Sole siquidem dictum est; Vt præset diei, siue sit in dominium, principatum, & potestatē diei, quod præsentia sua Sol diem efficiat, adeo ut dies esse nequeat, nisi ex præsentia ipsius Solis, qui in dominationem, & potestatem, vt princeps diem agat. Quod quidem efficere non potest, nisi lux sua superemineat, & superexcedat lumen Lunæ, ac syderum, quam rem deinde ex necessitate consequitur, ut ipse influxus demittat luce & calore suo, cum atque operetur, quæ in die fieri conspiciuntur, nempe quod illuminet, calefaciat, exurat, gignat, vegetet, foueat, exhilaret, quæ quidem partes sunt præfidentis, principis, dominantis, & potestate fungētis. Altera expositio, quæ per, Præesse, intelligebat supereminere situ, inanis est & aspernanda, nimis enim Hebraicarū vocum significationibus pedagogicè innititur. Postremæ duæ, quæ Solem exponunt regem militiae luminum caelestium, seu moderatorem operum nocturnorum & diurnorum, nec Mosis mentem, nec uerborum feriem assequuntur. Scribitur siquidem, vt præsit diei & nocti, non syderibus, neque humanis operationibus, quæ in die & nocte effici possunt.

Sol quomodo præset diei.

Reiiciuntur tres expositiones.

De

Anno Mūdi
primo.
Die quarta.

Et luminare minus.

- a. Minus nomine.
- b. Vel minus excellentia luminis.
- c. Siue minus lumine, quod ipsa & stellæ, quanquam luceant, parum tamen splendcant Solis comparatione.

De genesi Luna.

Genesis alterius oculi Mundi, sinistri inquam, luminarisque minoris, Lunæ scilicet, mixtorum omnium nutricis, nobis obijcitur consideranda: sed non absque arduo discrimine, cum in huiusmodi contemplatione plurimas & maximas difficultates offendamus. Inuestigantibus enim nobis, quare luna luminare minus tum orbe, tum luce nuncupetur, illa etiam occurrent perpendenda; Quænam sit eiusdem Lunæ magnitudo; Quæ luce polleat, nūm sua, nūm aliena; Et si aliena, nūm intus luce perfundatur, an solummodo vt speculum reuerberet: Tandem, Quo in statu manarit, vt nocti præse dicatur, nūm scilicet in plenilunio, quando decora est & emicans, vel in nouilunio fuerit condita.

a. Minus nomine.

P L A T O in Cratylō, ut Hamerus refert, nominis huius ethymologiam sic reddit Græco in Idiomate.

Luna *σεληνη*, dicta est, quasi *σελαη*, & *φως*, quod idem significant, quasi noua lux semper accedat per circulum, vetere adhuc præsentē, hoc est, semper habeat lumen nouum & vetus.

C I C E R O secundo de Natura Deorum.

Luna dicta est à lucendo.

V A R R O libro quarto de Latina Lingua.

Luna, quod sola noctu lucet, quamobrem est noctiluca.

I S I D O R V S Ethymologiarum libro tertio, capite septuagesimo.

Luna dicta quasi lucina, ablata media syllaba, de qua Virgilius; Casta fæue lucina. Sumpsit autem nomen per derivationem à Solis luce, eò quod ab eo lumen accipiat, acceptumque reddat.

b. Siue minus excellentia luminis.

B A S I L I V S Hexæmeron Homilia sexta.

Iam dictis germana consimiliariè & de Luna velim intelligas. Est enim & corpus ipsius magnum, & splendidissimum sanè post Solem. Non tamen semper eius conspicitur magnitudo, sed nunc quidem tota firmata in orbem, & perfecta, nunc verò in deliquio luminis & imminuta conspicitur, altera sui parte, quid desit, indicans. Nam alia nimirum obumbratur parte cum incrementa suscipit; alia pars eius occultatur, cum imminuitur.

c. Minus lumine, quod ipsa et stellæ, quanquam luceant, parum tamen splendcant Solis comparatione.

Solem esse lucis fontem, non est qui ambigat; Lunam & stellas non æquè ac Solem splendere & cæci prædicant; cœterum Luna, & stellæ nūm à se luceant, nūm ex Solis resplendeant luce, non ita exploratum est apud Patres.

Classis Patrum, Lunam & stellas sua luce splendescere arbitrantium.

Primum properant in hanc sententiam omnes, tum Philosophi, tum Patres, qui astræ ex igne conflata esse autumarunt; Hermes, Xenophanes, Anaxagoras, Democritus, Metro-

Metrodorus, Epicurus, Diogenes, Anaximenes, Parmenides, Thales, Plato, Platonisque sectatores, Stoici: Et ex nostris Iustinus, Philo, Tertullianus, Basilus, Ambrosius, Chrysostomus, Theodoretus, Nyssenus, Procopius, Lactantius, Alcuinus, Anselmus, Vgo Victorinus nosster, Beda, Isidorus, & alij, de quibus supra. Siquidem si ex igne Luna & astra cōpacta sunt, ut Sol, igne, inquam, si non conferto & conspissato, ut in Solis globo, saltem magis condensato, quam in æthere, & ignis pars est lucere, profecto Lunam & sydera propria quadam luce polleere necesse est. Audiamus vnum ex assertis Patribus clarè id prodentem.

GREGORIUS Nyssenus in Historia sex dierum.

Sic igitur quicquid solaris natura illuminatrici nature in se ipsum erat, quum omnes hæc particula aliæ ad alias concurrissent, vnum magnum lumen factum est. Idem etiam in Luna, & in vnaquaque ceterarum tum errantium, tum inerrantium & fixarum stellarum, vniuscuiusque particularum ad sui generis res concursus vnum quiddam ex his, quæ in Cælo apparent, efficit, atque ita vniuersa facta sunt. Satis autem magno Moyse fuit, quum maxime insignia duntaxat in his nominasset, magnum luminare & minus, reliqua omnia generaliter stellarum nomine appellare.

DIUVS Bonauentura secundo Sententiarum, distinctione quartadecima, dum horum Patrum recenset opinionem, Lunam quadam luce clarere fatetur.

Dicendum, quod circa luminaria Cæli, quidam singularem tenent opinionem, dicentes quod corpora Cælestia sunt ex quatuor elementis, prædominante in eis natura ignis, siue Cælestis corporis, quod dicitur esse nature igneæ prædominante (inquam) non solum secundum qualitatem, sed etiam secundum quantitatem: & secundum quod in eis magis prædominatur illa natura, secundum hoc habent loca magis, & magis suprema. Et quoniam in Luna, quæ nobis proximior est, minime dominatur natura ignea inter cetera luminaria, & plus reperitur in ipsa de natura luminis susceptiva, hinc est quod Luna parum per se lucet, & ex præsentia Solis multum suscipit lumen, adeo ut mereatur dici luminare, & magnum luminare, propter magnum effectum luminis, quem habet in terris.

Deinde in hanc ipsam sententiam concedunt omnes ij Patres, qui luminaria & stellas vtriusque vehicula præse lucis effecta docuerunt, ut Basilus, Ambrosius, & Gregorius Nazianzenus, prout supra retulimus: Sed magis in eam transeunt, qui lucem illam præseam in luminaria à Deo opifice fuisse distributam existimarunt, & clarè prodiderunt. Quorum testimonia repetere non ineptum, & superfluum iudicauim.

APOLLINARIUS interprete Steucho.

E primogenita luce, quicquid purissimum esset, in Solem selegit, reliquum Lunæ, & astris deputauit.

DYDIMVS ut in Catena Lippomani.

Ac quemadmodum aquam prius super faciem terræ diffusam, postmodum tertia die Deus in vnum congregauit, & maria, & flumina, & putei orti sunt, ita & primam illam lucem toto Cælo diffusam, quarta die in vnum coactam, in Solem, ac Lunam, & stellas formauit: ita ut Sol nil aliud quam dies sit.

THEODORETVS Quæstionibus in Genesim, quæstione quartadecima.

Sicuti verò firmamento distinxit aquarum naturam, & quasdam sursum collocauit, reliquas deorsum reliquit: sic lucem illam distinguens pro arbitrio suo, luminaria magna, & parua condidit.

Et quæstione sextadecima.

Lux verò distributa in parua & magna luminaria, conuenientem oculis animalium splendorem reddidit: planetarum autem natura sensus prorsus est experta.

DAMASCENVS Orthodoxæ Fidei libro secundo, capite septimo.

His luminariibus primogeniam lucem opifex iniecit, non ut indigens alia luce, sed ne ociosa illabarata lux illa maneret: luminare enim est non ipsa lux, sed lucis susceptaculum.

ATHANASIVS Quæstione octuagesimatertia.

Hæc lux magna & splendidissima quum esset, diuisit eam Deus in luminaria illa, Solem, & Lunam, & reliqua.

Et quæstione octuagesimaquinta.

Nam lucem illam magnam, quam Deus fecerat, in luminaria diuisit: quæ lux hinc inde dispersa, aliquatenus est immixta: quod nisi factum fuisset, non potuissent animalia sustinere magnum iubar & splendorem tanti ignis. Atque huius quidem rei gratia post Solem & Lunam sunt animalia creata, ut illius ignis splendorem perferre possent.

PROCOPIVS Commentarijs in Genesim, capite primo.

Ceterum Deus purissimam partem primogeniæ lucis accipiens, transtulit in Solem: reliquam partem lucis distribuit inter Lunam & reliquas sydera.

Hoc

Luminare minus.

a. *Quod emicet non totum, ut Sol, sed dimidia tantum parte.*

Hoc placuisse etiam Neotericis clarum est.

VIELMIVS Lectione vigesima prima.

Astra, licet nonnihil quoque natura luceant, inuentur tamen plurimæ, & auctiora, vigorosioraque enadant, ac in terris conspiciantur, cum primis autem Luna, quæ aut à Sole habet, ut splendat, aut certè, ut usque adeo, hoc est, ita insigniter. Etenim in deliquio rubere cernitur, tanquam pruna ignis. Est autem contra sensum, ut mihi quidem videtur, quod Cardanus libro quinto de Subtilitate existimat, hanc in plenilunio Solis radijs adiutam, esse splendidiorem Sole: & signum quod assert, aliam putò habere causam à fulgore Lunæ; Aquilam nimirum non audere in hanc tunc temporis visus aciem figere, quam tamen in Solis iubar fortiter figit.

Sed præter grauissimorum Patrum testificationes, non desunt etiã plurimæ, eademque non leuis ponderis rationes, sententiam istam mirificè comprobantes. Illud primo in loco non minimam huic rei fidem gignit, quod sacra Scriptura vbiq; cum de splendore Lunæ, ac stellarum uerba facit, non ut de mutuata à Sole, sed vt de propria ipsi luce effatur. Hoc loco enim primùm Lunam, & stellas luminaria appellat, quod lucis sint uehicula, ut Basilus dixit, seu lumifera, hoc est lucem ferentia. At si Sol solus est luce præditus, iam hæc lucis non sunt uehicula, & lumen deferentia, sed repercutientia. Deinde de Luna testatur Scriptura; Sol obscurabitur, & Luna non dabit lumen suum. Si Solis duntaxat lumine emicat Luna, ut quid cum dixerat, Sol obscurabitur, adiecit, & Luna non dabit lumen suum? obscurato Sole, consequbatur utique, quod obtenebreceret & Luna. Deinde, Luna (inquit) non dabit lumen suum, si suum, igitur suo lumine, non alterius luce pollet. De stellis quoque ait Paulus; Alia est claritas Solis, alia Lunæ, alia stellarum. Stella enim à stella differt in claritate. Quod si à Sole hæc mutuarent lucem, non alia Solis, & Lunæ, & stellarum claritas, sed eadem nuncuparetur. Interpretari autem, ut nonnulli faciunt quod Luna & stellæ, lumen & claritatem habere dicantur, quia ita nobis apparet, est Scripturas sacras detorquere: exponere etiam, id de ipsis perhiberi secundum quod lumen reflectunt, est illis ineptè ascribere, quod eis verè non congruit.

a. *Quod emicet non totum, ut Sol, sed dimidia tantum parte.*

AVGVSTINVS Enarratione in Psalmum decimum opinionem hæc prolixius recitat.

Cum autem queritur, unde lumen habeat: alij dicunt suum habere, sed globum eius dimidium lucere, dimidium autem obscurum esse. Dum autem mouetur in circulo suo, eandem partem, qua lucet, paulatim ad terras conuertit, ut videri à nobis possit: & ideo prius quasi cornutam apparere. Nam et si facias pilam ex dimidia parte candidam, & ex dimidia obscuram: si eam partem, quæ obscura est, ante oculos habeas, nihil candoris vides. Et cum ceperis illam candidam partem ante oculos conuertere, si paulatim facias, primò cornua candoris videbis: deinde paulatim crescit, donec tota pars candens opponatur oculis, & nihil obscuræ alterius partis videatur. Quod si perseveres adhuc paulatim conuertere, incipit obscuritas apparere, & candor minui, donec iterum ad cornua redeat, & postremò totus ab oculis auertatur, ac rursus obscura illa pars sola possit videri. Quod fieri dicunt, cum lumen Lunæ videtur crescere usque ad quintadecimam Lunam: & rursus usque ad tricesimam minui, & redire ad cornua, donec penitus nihil in ea lucis appareat.

RVPERTVS Commentarijs in Genesim libro primo, capite quadagesimo secundo.

Alij tamen dicunt, eam proprium lumen habere, sed globum eius dimidium lucere, dimidium autem obscuram.

Anno Mudi
primo.
Die quarta.

Lunam &
stellas luce
propria ful-
gere, ratio ni-
bus compro-
batur.

Matth. 24.

1. Cor. 15.

Anno Mūdi.
primo.
Die quarta.

Luminare minus.

a. Quòd Luna tantum impertita sibi luce à Sole emicet.

securam esse, dumque mouetur in circulo suo, partem eandem qua lucet, paulatim ad nos conuerti, ut videri à nobis possit, & ideo prius quasi corniculatam apparere.

ISIDORVS Ethymologiarum libro tertio, capite quinquagesimo secundo.

Lunam quidam Philosophi dicunt proprium lumen habere, globiq; eius vnā partem esse lucis suam, aliam verò obscuram, & paulatim se vertendo diuersas formas efficere.

Sed clarè patet Patres istos ex aliorum sententia hæc protulisse.

a. Quòd Luna tantum impertita sibi luce à Sole emicet.

Heraclitus Solem appellauit fontem luminis, & Aristoteles secundo de Anima id ipsum sensisse uisus est. Sol quasi solus luceat dicitur, ut omnes existimant. Hinc adoleuit apud Astronomos, ac Theologos sententia, Lunam, & stellas lucem omnem à Sole mutuare, & maximè apud Scholasticos scriptores conualuit, ex quo Peripatetica Philosophia omnes ferè nostras subegit scholas.

CICERO in libro de Somnio Scipionis, dum de astris omnibus, ac Cœli orbibus loquitur, hæc de Luna protulit.

Erat ea minima, quæ vltima à Cælo, citima terris, luce lucebat aliena.

BASILIVS Hexæmeron Homilia sexta, primus uisus est hanc difficultatem subterfugisse, sed in fuga id affirmasse.

Et noli mihi proferre lucem aduentitiam esse Lunæ, propterea quòd immittitur quidem, cum Solem versus motu ciatur: accrescit autem, cum ab eodem discedit. Non enim hoc in presenti nobis inuestigandum proponitur, sed illud, aliud esse Lunæ corpus, aliud lucem ipsius qua lucet.

AMBROSIVS Hexæmeron libro quarto, capite secundo.

Luna luminis immittitionem habet, non corporis, quando per vices mensuras deponere videtur lumen, quòd mutuatur à Sole: quòd facile puro aëre, atque perspicuo, quando nulla eam obducta nebula caligantem facit, colligi potest.

GREGORIVS Nyssenus de Luna id elegantius differuit libro inscripto, Disputatio de anima, & resurrectione.

Lunæ diminutionem & incrementum quum vides, per eam, quæ apparet in elemento figuram, alia discis, videlicet, eam & ex sui natura splendoris expertem esse, & circum terræ proximum orbem versari, atque vagari: lucem autem, atque splendorem accipere à radijs Solis, quemadmodum naturaliter fieri solet in speculis, quæ Solem in se recipientia, non proprios reddunt splendores, sed luminis solaris, quòd lumen ex leui glabroque, ac nitido corpore in contrarium reflectitur, atque reuerberatur.

ANASTASIVS Synaita Hexæmeron libro quarto.

Rursus autem inuenimus, Lunæ, & stellis lumen suppeditari à Sole, ut docent, qui maximè sunt in externa versati Philosophia, re nobis significante, quòd à Christo, qui cadit sub intelligentiam, illustrantur Ecclesia, & Sanctorum luminaria.

HIERONYMVS Commentariorum in Esaiam libro decimo octauo, in caput sexagesimum sextum.

Aut Physiici, & quorum cura est de cælestibus disputare, Lunam non habere proprium lumen, sed Solis radijs illustrari. Ab ea enim semper orbis parte completur, & fulget à qua Soli vicinior est, nec umbra terræ obscuratur, quòd & Poëta vno versiculo demonstrauit;

Nec fratris radijs obnoxia surgere Lunæ.

THEO.

THEODORETVS in Cantica Canticorum libro quarto, in illud; Pulchra vt Luna.

Tradunt autem qui in rebus eiusmodi sunt periti, Lunam ex Solis radijs lucem mutuari, ac lumen quidem exiguum suscipere, cum paruula ipsius particula Solem aspicit: cum autem ex aduerso totum Solem vt speculū contuetur, maculas abstergens suas, illustratur tota, nec vllam corporis partem obscuram retinet.

DAMASCENVS Orthodoxæ Fidei libro secundo, capite septimo.

Nosse etiam par est, quòd à Sole illustratur Luna: non quòd Deus inops esset propriam illi lucem donare, sed vt concinnitas & ordo statuatur creaturæ quæ præest, & quæ subest, & nos ipsi instruamur communicare adiuuicem, & participes facere, & subesse. Sed primum & ante omnia factori & opifici Deo atque dominatori: deinde ijs, qui ab ipso principes constituti sunt: non seiscitando de aliquo, cur hic principatur, ego verò non? Sed suscipiendo omnia à Deo cum gratiarum actione, & animi beneuolentia.

AVGVSTINVS Enarratione in decimum psalmum.

Alij autem dicunt, non habere Lunam lumen proprium, sed à Sole illustrari.

PROCOPIVS Commentarijs in Genesim, caput primum.

Quemadmodum itaque Deus vniuersam aquam, quæ prius inundabat totam terram, in vnum quasi receptaculum, nempe in maria, flumina, puteosque coniecit: sic lucem in omnia diffusam vbertim, in vnum contraxit, Solem, Lunam, astraq; inde illustrauit.

ISIDORVS Hispalensis libro tertio etymologiarum, capite quinquagesimo octauo.

Lunam non suum lumen habere, sed à Sole illuminari putatur.

BEDA libro de temporum ratione, capite vigesimotertio ex Augustini sententia.

Dicunt Lunam, sicut & B. Augustinus in expositione psalmi decimi docet, non habere lumen proprium, sed à Sole illustrari.

Et capite quarto.

Luna autem & stellæ, quæ non proprio, vt dicunt, sed aduentitio, & à Sole mutuato lumine fulgent, ipsum Ecclesie corpus, & quosque viritim Sanctos insinuant.

HVG O Adnotationibus in Genesim, capite sexto, vt Lunam & stellas nõ nitescere sua vi demonstraret, eas non ex igne, sed ex aërea conflatas materie censuit.

Sol habet propriam lucem, & solus de igne factus est: stellæ autem omnes, sicut & Luna, de aërea materia factæ sunt, & tantum relucunt, & non lucent.

RVPERTVS Commentariorum in Genesim libro primo, capite quadragesimo quarto.

Item & aliter hic dici, atque aliter illa præest nostri. Hic enim præest dici, quia de se ipso diem efficit: illa præest nostri, quia tenebras eius aliquantulum superat, præsidio mutuati à Sole luminis.

Sed vt non prætermittam Poëtas.

CLAVDIVS Marius Victor Commentarijs in Genesim libro primo, his assensit, cum cecinit.

Lunaq; noctis honor, quæsto lumine fulgens,

Inferiore via Soli subiecta pependit,

A quo susceptos radios percussa refudit.

PETRVS Riga Remensis, in libro cui titulus est, Aurora, huic sententiæ subscripsit dicens.

Nullum Luna iubar sine Solis lumine profert.

GEORGIVS Pifides in Opificio Mundi.

Tu Lunæ opacam lampada orbe in infimo

Accendis, instaurasq; Solis ignibus,

Nam commodat Sol lumen huic radijs suis.

ANSELMVS de Imagine Mundi libro primo, capite uicesimotertio. *Huius corpus est globosum, natura igneum, sed aqua permixtum. Vnde & proprium lumen non habet, sed in modum speculi à Sole illuminatur, & ideo Luna, quasi lucina, idest, à luce nata nominatur.*

ALBERTVS Magnus prima parte Summæ de quatuor cœqueuis, quæstione quarta, articulo uicesimoprimo.

Ad id quod queritur de Luna, dicendum, quòd causa illuminationis eius est Sol, & quòd non habet lumen à se: cuius signum est, quòd accensio eius non est nisi versus Solem. Nec repugnat hoc quòd dicitur in Genesim primo, quòd fecit Deus duo luminaria magna: luminare maius, vt præset diei, & luminare minus,

f vt

vt præfset nocti: quia sicut dicit Damascenus, aliud est luminare, aliud lunem, & aliud lux: luminare enim est receptaculum luminis, transfundens ipsum super alia corpora: lux autem est ipsa natura in se: lumen vero est ipsius diffusio in aliquo quod recipit lumen. Vnde Luna bene luminare est, licet non habeat lumen à se. Nec est simile de alijs partibus orbis, quæ non sunt sic condensatæ.

D. THOMAS in Scriptis supra secundum Sententiarum, distinctione quintadecima; quæstione prima.

Dicendū, quod sicut Philosophi probant & etiam Dionysius asserit in quarto capite de Diuinis Nominibus, à Sole illuminantur omnia corpora & superiora & inferiora, & non tantum Luna. Nec tamen hoc impedit, quin alia corpora luminaria dicantur: quia cū lumen Solis, vt Dionysius dicit, recipiatur diuersimodè diuersis in corporibus secundum eorum proportionem, quedam corpora recipiunt lumen prædictum, vt lucentia, & radios emittentia, sicut Luna & stellæ, & talia possunt luminaria, & vasa luminis dici: quedam autem recipiunt, non vt radios ex se emittentia, & hoc dupliciter, vel in profundo vt aër, vel in superficie vt corpora opaca, quorum neutrum luminare dici potest.

D. BONAVENTURA secundo, distinctione quartadecima, ex sententia Patrum, qui astra lucere volunt lumine sibi à Deo impertito, concludit Lunā omnem lucem mutuo capere à Sole: vt iam ante ex opinione eorum, qui astra ignea asseriebant, non nihil à se lucere definierat, vt supra recitatum est.

Secundum igitur Basilium, & Damascenum, luminaria sunt constituta ex illa prima luce, quæ faciebat diem & noctem: & sui orbis natura, quadam aggregatione diuina manu ad modum vasis & receptaculi lucis coadunata. Hunc igitur modum sustinendo propter Sanctorum reuerentiam, & quia securius est verbis eorum inniti in hac materia, in qua plus proceditur ex coniectura, quam ex ratione certa: dicendum, quod luminaria, in quantum constituntur ex orbibus suis per aggregationem, plus habent idoneitatem ad suscipiendum, quam ad diffundendum: quod verò lucent, hoc habent ex lucis primò create perfectione. Et idè illud luminare, cui Deus multum dedit de illa luce, maxime lucet, sicut Sol iste: cui minus dedit, minus: & illud cui minime, minime lucet ex se, sed se lucet, hoc est ex susceptione solaris influentiæ. Et idè voluerunt alij dicere, non tantum Lunam, sed omnes stellæ à Sole lumen recipere. Quicquid autem sit de alijs stellis, tamen de Luna satis planè apparet, quod per se non lucet. Et ratio huius est, quia ad sui completionem modicum suscepit de illa luce primò create: quia verò est aggregatum ex natura, quæ multum est apta ad suscipiendum lumen, cum sit corpus magnum, & densum, & nobis propinquum, hinc est, quod multum de lumine suscipit, & multum refundit, quando ex ea parte illuminatur, quæ se nobis opponit.

Præcipuum Philosophorum, Astronomorumque ac Patrum, qui Lunam & astra lucem à Sole capere definierunt, argumentum ex deliquio, seu eclipfi Lunæ desumptū est. Quando enim terra inter Lunam, & Solem interponitur, omni prorsus lumine destitui Lunam atque orbari conspiciamus, quod certè ei non eueniret, si sua præfulgeret luce, eamque à Sole non sumeret, ac mutuarèt.

A V C T O R

Lunam & astra non nihil sua natura splendere, atque emicare, vt prima retulit classis, eiusque allatæ rationes non parum suadent: tantum attamen splendoris ex solaris fulgore adipisci, vt ea lucem à Sole mutuo passim tradatur, quemadmodum acies secunda, Patrum assererat, existimarem, ac propterea non valde nobis fore insudandum, vt alterutram harum sententiarum rejiciamus. Nam plures eorum, qui Lunæ ac sideribus propriam lucem tribuunt, eam exiguam esse, si Solis fulgentissimo comparetur splendore, ingenuè profitentur. Gregorius Nyssenus ex præstantissimo igne Solem conflatum, ex impuriore reliqua astra coacta tradit, ex purissima luce iubar Solis, ex impuriore reliqua astra compacta Procopius arbitratur. Qui Lunam ac sidera à Sole lucem mutuo autumant, non nihil etiam sua natura illa emicare haud grauatim concedunt. Patres, vt Theodoretus, Athanasius, Damascenus, qui lucem præscam per astra dispartitam, distributamque dixerunt, proculdubio exiguam lucis partem uel portionem fuisse Lunæ ac sideribus collatam, hilari mente non abnuent. Cardanus, Philosophorumque cæteri, qui Lunam cornuscantiorem Sole in suo plenilunio asseruerunt contendunt, præquam latè se ipsos decipiunt: tum quia sensu ipso Lunam in plenilunio non vt Solè splendescere intuemur, tum etiam quia ratione demonstratur, non posse lumen reflexum se ipso, vt in iubar est, fulgidius effici, cum à Lunæ proprio fulgore (vt interim eis concedamus Lunæ ipsi aliquid peculiaris lucis inesse) exiguas recipiat suppetias. Quod si in deliquio rubea cernitur tanquam pruna ignis, id non est firmum lucis ipsius argumentum,

Conciliatur
dictæ senten-
tiæ.

Luna nun-
quam, vt Sol
ulget cõtra
Cardanum.

Luminare minus.

- a. Quod lucem à Sole mutuo capiat ex altera candida tantum parte, quam in circulo suo ad Solem semper gyrat.
- b. Siue, quod illustretur à Sole non vndique, sed in parte tantum inferiori.

mentum, sed quod vel parum luceat, vel nõ ita à terræ umbra obruatur, quin externam quandam Solis lucem suscipiat. Nec quod adduxit Cardanus de aquila experimentum, multum vrget. Aquilam certè in Lunam oculos non figere quis diceret, quod eius debilem splendorem dedignetur, vel quia lunaris lucis pallore, crassitie uel oculorū, eius acies obruatur, uel ipsa mærore afficiatur, vt ex aduerso ex Solis nitore, & radiante fulgore, alacris ac læta redditur. Hugonis placitum, Lunam astraque luce non polleere existimantis, quoniam Sol ex igne fuerit coactus, reliqua vero astra ex aère concreta, firmius ac subtilius utique iudicium postularet. Ego nihilominus ipsum vt i singularare, ac nulla verisimilitudine fulcitum deferendum arbitrarer.

- a. Quod lucem à Sole mutuo capiat ex altera candida tantum parte, quam in circulo suo ad Solem semper gyrat.

Cleomedes libro de cœlestium orbium contemplatione, corpus Lunæ asseruit pilam esse, quæ dimidiam partem gerat candidam, alteram cæruleam: partemque illam candidam ex proprietate quadam semper ad Solem conuertit. Vnde quod propius Luna Soli accedit, luminosam illam partem à nobis auerti magis censuit, & quod longius ab eo abscesserit, eò magis oculum nostrum in amborum medio sisti, partemque candidam nobis aduersam fieri, ac perinde sese exhibere conspicuam. Tangit idem Apuleius in libro de Deo Socratis. Supponunt hæc duæ sententiæ, Lunam globum suum in suo circulo seu epicyclo adeò mouere, vt semper partem sua natura micantem, seu propensam ad lucem suscipiendam ex candore ad Solem conuertat.

- b. Siue, quod illustretur à Sole, non vndique, sed in parte tantum inferiori.

ALBERTVS Magnus prima parte Summæ de quatuor cœqueuis, quæstione quarta, articulo vigesimoprimo, hanc prodidit sententiam.

Ad aliud dicendum, quod non illuminatur vt speculum, scilicet in superficie tantum, sed illuminatur in superficie, & in profundo sui, sicut aër: & idè etiam projicit lumen vbi que sicut Sol. Quod autem lumen habet vt globum, hoc est ex condensatione partium in Luna.

Et post rationem reddit, quare Lunæ corpus ex vna parte illustrari possit, ex alia nequaquam.

Dicendum, quod Luna propter hoc, quod ipsa est infima in orbe, est magis ignobilis, quam alie partes orbis: & idè Philosophus in libro de Animalibus dicit quod est homogenea terra, in tantum quod etiam quando est pansilenos, id est, plena, non potest omnino tegi obscuritas eius: sed adhuc apparet, quod ipsa, & maxime in medio eius, vbi partes obscuræ magis condensatæ sunt: & idè etiam non est illuminabilis nisi in vna superficie, scilicet in inferiori, quam vertit ad nos: in superiori autem ex densitate circuli in quo est, & ex densitate sui obscurat Solem, quando interponitur inter nos, & ipsum.

Existimat igitur Albertus, Lunæ corpus non circulo suo moueri, ut prius recitata sententiæ putabant, & cum erga nos non splendet, neque parte uersus Solem clarere.

Anno Mudi
primo.
Die quarta.

Aquila cur
in Lunā ocu-
los non figit
sicut in So-
lem.

Anno Mūdi
primo.
Die quarta.

Luminare minus.

- a. Quod quacunque sui parte à Solis radio percutiatur, Luna ut speculum, lumen reflectat.
b. Aut quia tantum ea parte, qua ad Solem vertitur, eius lumine perfundatur, & illustratur.

a. Quod quacunque sui parte à Solis radio percutiatur, Luna ut speculum, lumen reflectat.

GREGORIVS Nyssenus loco asserto, aperte tradit Lunam lucem reflectere ut speculum, non ex una facie tantum, sed ex quacunque, dummodo Soli fuerit obiecta.

Lucem autem atque splendorem accipit Luna à radijs Solis, quemadmodum naturaliter fieri solet in speculis, quæ Solem in se recipientia, non proprios reddunt splendores, sed luminis solaris, quod lumen ex leui glabroque, ac nitido corpore in contrarium reflectitur, atque reuerberatur.

Post hæc habet.

Vbi ex transuerso Soli fuerit opposita, quoniam ea dimidia globi lunaris pars, quæ semper ipsi Soli opposita est, amplexu radiorum intercepta collucet, altera, quæ ad nos pertinet, umbra necessario obducitur, transeunte nimirum splendore ab ea parte, quæ Solem aspicere non potest, ad illam partem, quæ semper illi est aduersa, donec directo subiens orbem Solis à tergo radium accipiat, atque ita collustrata ea dimidia parte spheræ, quæ supra est, illam, quæ ad nos spectat, quoniam ex sui natura prorsus splendoris, & luminis expers est, visui subducit.

ANSELMVS de Imagine Mundi libro primo, capite vigesimo tertio.

Luna corpus est globosum, natura igneum, sed aqua permixtum. Unde & proprium lumen non habet, sed in modum speculi à Sole illuminatur: & ideo Luna, quasi lucina, id est, à luce nata nominatur. Et post. Luna lucet ea parte, qua Soli est opposita, ea autem parte est obscura, qua à Sole est auersa. A Sole vero longius remota lucet tota. Non enim crescit vel minuitur, sed obiectu terre, lumine quod à Sole accipit, videtur.

b. Aut quia tantum ea parte, qua ad Solem vertitur, eius lumine perfundatur, et illustratur.

AUGVSTINVS loco præcitato.

Alij autem dicunt non habere Lunam lumen proprium, sed à Sole illustrari. Sed quando cum illo est, eam partem ad nos habere, qua non illustratur, & ideo nihil in ea lucis videri. Cum autem incipit ab illo recedere, illustrari ab ea etiam parte quam habet ad terram: & necessario incipere à cornibus, donec fiat quintadecima contra Solem. Tunc enim Sole Occidente oritur, ut quisquis Occidentem Solem obseruauerit, cum eum ceperit non videre, conuersus ad Orientem, Lunam surgere videat. Atque inde ex alia parte cum ei ceperit propinquare, illam partem ad nos conuertere qua non illustratur, donec ad cornua redeat, atque inde omnino non appareat: quia tunc pars illa qua illustratur, sursum est ad Cælum, ad terram autem illa, quam radiare Sol non potest.

Beda de temporum ratione cap. vigesimotertio, hæc eadē ex Augustino desumpsit.

RVPERTVS Commentarijs in Genesim libro primo, capite quadagesimosecundo.

Amplius autem ex eo Sol luminare maius est, quam Luna, quia lucet luce propria, nam Luna relucet ab illo, luce scilicet non sua, sed aliena. Solis enim lumen corpus Luna infunditur, & inde resplendescens solam refundit claritatem non calorem, sicut & speculum cum splendorem de se vi oppositi eminus ignis emittit, solam ignis similitudinem, carentem sensu caloris ostendit.

HIERONYMVS libro decimo octauo, in caput Esaiæ sexagesimum quintum, ut supra recitatum est.

Alij Phisici, & quorum curæ est de cælestibus disputare, Lunam non habere proprium lumen, sed Solis radijs illustrari. Ab ea enim semper orbis parte completur, & fulget, à qua Soli vicinior est.

ISIDO-

Anno Mūdi
primo.
Die quarta.

Luminare minus.

- a. Seu quod tunc perfundatur lumine, tunc illud ceu speculum reflectat.

ISIDORVS Ethymologiarum, libro tertio, capite quinquagesimo secundo.

Alij è contra aiunt, Lunam non suum lumen habere, sed Solis radijs illuminari. Unde & eclipsem patitur, si inter ipsam & Solem umbra terræ interueniat. Sol enim illi loco superior est. Hinc euenit, ut quando sub illo est, parte superiore luceat, inferiore verò, quam habet ad terras, obscura sit.

BEDA libro de Natura rerum, capite vigesimo.

Lunam non minui, nec crescere dicunt, sed à Sole illustratam, à parte quam habet ad eum, paulatim vel ab eo recedendo, vel ei appropinquando, nobis candidam partem reuoluere, vel atram.

Et Commentarijs in Genesim.

Luna autem non crescere nec minui, sed in modum spheræ semialba verti, velut superius diximus, à Sole accensa, & post decrescens, donec iterum accendatur.

a. Seu quod tunc perfundatur lumine, tunc illud ceu speculum reflectat.

D. BONAVENTURA secundo Sententiarum, distinctione quartadecima, duas modò allatas sententias his connectit.

Dicendum, quod Luna nec naturam perfectè opacæ, nec perfectè transparentis, nec perfectè habet naturam speculi: participat tamen aliquid de quolibet horum. Naturam transparentis quodammodo participat, cum ex natura quinti corporis consistet: naturam verò opacæ, in eo quod partes illæ ita densantur, ut nec radijs, nec visualibus solaribus præbeant transitum. Naturam verò speculi habet in hoc, quod sic recipit, ut etiam reddat, non tamen omnino reddit, sicut speculum, quia non est corpus tersum, & politum, sicut patet aspicienti ipsum corpus lunare cum est illuminatum: speculum autem reddit imaginem, quia est corpus politum, quod non est radijs peruium.

A V C T O R.

Apud omnes non modò Philosophos, & Mathematicos, verum etiam apud Patres, & Doctores nostros, duo habentur explorata. Primum, quod astra in orbibus fixa sint ut nodi in tabula, nec moueantur nisi motu orbium & in orbem, vel motu Epicycli in proprio orbe sub, & supra. Alterum, quod semper cum Luna nobis obscura apparet, illustratur saltem parte Solem versus. Dico autem hæc esse explorata & certa apud eos, qui plures orbes in Cælis admittant, non quidem apud illos, qui vnū Cælum imotum, & permeabile constituent, & per illud astra ut pisces vagari autumant. Quibus suppositis, certè prima sententia falsa apparet, cum duo præsupponat non certa, nec recepta. Alterum quod Luna ex vna parte globi emicet, & ex altera sit opacæ. Hoc inquam, receptum non est, quoniam Luna (ut asseruamus) aut omnem lucem mutuo capiat à Sole, aut exiliter sua natura splendet, & nitet omni ex parte. Alterum, quod Luna in suo globo semper conuertatur, & in suo circulo perenniter moueatur, quod utiq; potius fuerat probandum certis experimentis, & rationibus, quam temerè supponendum. Secunda similiter sententia eadem ratione repudianda est; ipsius enim assertoribus incumberet demonstrare, quod Luna alteram habeat partem lucidam, alteram obscuram, & quod pariter in suo circulo moueatur. Tertiam sententiam Alberti Magni in scholis defensari posse existimo: nulla enim adest certitudo, & demonstratio, qua Lunam, cum nobis obscura apparet, desuper clarescere euincatur. Recedit attamen à communi Philosophorum, & Mathematicorum opinione, atque ob id ut singularis

Astra in orbibus fixa.

Luna ea parte, qua ad Solem uertitur, semper illustratur. Reprobatur prima sententia.

Secunda opinio rejicitur.

Anno Mudi
primo.
Die quarta.

Luminare minus.

- a. Quod vicissitudines augmenti & diminutionis lucis subeat, ubi Sol semper splendet.
b. Quod lucis vicissitudines ideo accipiat, ut in rebus creatis nil esse stabile ostendat.
c. Mutationibus lucis subijcitur Luna, ut ipsis in elementa magis agat.

laris, non est ita passim acceptanda. Superest igitur, ut dicamus quod Luna suo in circulo immobilis consistat, omnique ex parte lumen reflectat, seu ut speculum percussa tantum in superficie, ut asserunt Nyssenus, & Anselmus, seu perflua luce per corpus suum usque ad partes opacas, ut tradebat Augustinus, & reliqui, seu quod partim perfundatur, partim ut speculum reflectat, ut edocuit D. Bonaventura.

a. *Quod vicissitudines augmenti et diminutionis lucis subeat, ubi Sol semper splendet.*

Non est quis inter Patres, seu Doctores, quinimò nec inter eruditos, qui has Lunæ perpetuas vices & mutationes, quibus modò augetur in lumine, & decrefcit, non agnoscat. Ceterum modus, quo Luna aliquando lumine impletur, aliquando autem destituitur, ex supradictis elici potest.

b. *Quod lucis vicissitudines ideo accipiat, ut in rebus creatis nil esse stabile ostendat.*

BASILIVS Hexameron Homilia sexta.

Est quedam figurarum mutationis huiusce varie sapientis ratio creatoris: aut enim hoc vult, ut exemplum nobis illinc evidens nostræ naturæ præstetur, nullam rem, inquam, humanam fixam, & stabilem esse: sed alias cum antea non essent, exortas, ad suum statum pergere capeffendum: alias item cum proprium attigerint vigorem, & ad summam adoleverint incrementi mensuram, rursum quotidianis decrementis sensim corrumpi ac perire, & imminutas aboleri, atque intercipi. Nos igitur ex Lunæ contemplatione, quam fluxa sint nostræ perdiscamus, atque erudiamur: in mentemque celerrima rerum humanarum nobis mutatio veniat, ac non magnificè nobis ipsis ob vitæ prosperitatem placeamus, non potentatibus gloriemur, non ob incertis & instabilibus divitiis efferamur: despiciamus carnem, in qua potissimum versatur mutatio, curam animo diligentiamque adhibeamus, bona cuius dumtaxat immobilia esse constat.

AMBROSIVS Hexameron libro quarto, capite octavo.

Vnde si miraris, quomodo defectum Luna patiat, cum tantam vim mutationis habeat sua: considera & in eo magnum esse mysterium, quod eius exemplo cognoscis, ò homo, nihil rerum humanarum esse posse, & mundane totius creaturæ, quod non aliquando resoluatur. Nam si etiam Luna, cui tantum dominus commisit ministerium, ut illuminet orbem terrarum, & crescit & deficit, quia omnia ex nihilo orta usque ad perfectionem venerunt, & iterum perfecta minuuntur: Cælum enim & terra præteribunt: cur non id moderationis assumimus, ut neque in adversis abijciamus animum (qui enim omnia fecit ex nihilo, facile te quoque potens est ad summa & perfecta prouebere, & rursum non extollamur in prosperis, neque in potestate iactemus aliqua nos diuitijsq; neque in viribus corporis, aut pulchritudine gloriemur, in quo est facilis corruptio, crebra mutatio: sed manentem in futurum animi gratiam persequamur?

c. *Mutationibus lucis subijcitur Luna, ut ipsis in elementa magis agat.*

BASILIVS loco præcitato.

Atqui corporibus animalium constituendis, ceterarumque rerum, quæ à terra nascuntur, non mediocriter Lunæ mutationes conducere reor. Nam alio modo corpora, cum ipsa decrefcit, alio cum accrescit, afficiuntur: etenim nunc rara sunt inaniaque cum imminuitur. Nunc contra Luna accrescente, & ad luminis plenum properrante orbem, corpora rursum diffarciuntur & implentur: propterea quod humorem quandam, calori immixtum,

in

Anno Mudi
primo.
Die quarta.

Luminare maius.

- a. Quod Luna eclipfi sua deficiat à luce: Sol autem non, quanquam nobis deficere videatur.

in profundum usque tum imprimis occultè, atque immittit. Declarant id ita esse tum ij, qui sub dio, Lunaque dormiunt, capita quorum vltra modum humore replentur: tum animantia nuperrimè iugulata, quæ mox incursu impressione Luna permutantur: tum etiam animalium cerebra, & animantium in mari degentium ea quæ humore copioso prædita sunt: arborumque medullæ, quæ sua sanè mutatione conuertere Luna cuncta non posset, nisi quid immensum (ut Scriptura testatur) exuperansque viribus esset. Quin & cunctas circa aërem accidentarias affectiones, ab hisce Lunæ mutationibus efficit, luce clarior extat, ut turbines repentini testantur: qui cum in noua cornua Luna curuatur, è tranquillitate sæpenumero, silentioque ventorum repente exoriuntur, quando & nubes flatibus exagitantur, sibi que occurrant, & ætus etiam gurgites de maris reciproci, partim in Euripis, partim in Oceano, quos ordinatè consequi ad Lunæ periodos ab incolis est compertum. Nam Euripi, certis quidem Lunæ temporibus vicissim ad partes vtrasque fluunt. In coitu verò, ne puncto quidem temporis quiescunt, sed in sese perenni fluctuant agitatione, nutantque, atque librantur, quousque rursus apparet Luna, reciproca fluxionis illis consuetam præstiterit dispositionem. Occiduum autem æquor affluxus refluxusque subit reciprocos, nunc abiens, nunc rediens. Rursus idem destagnat, atque inundat, perinde quasi Lunæ respirationibus quidem partes ad posteras subtrahatur, rursus item expirationibus ad priorem mensuram cogitur redire.

AMBROSIVS Hexameron libro quarto, capite septimo.

Tum deinde minuitur & augetur, ut minor sit cum resurgit noua, & cum sit imminuta, cumuletur. In quo grande mysterium. Nam & defectui eius compatiuntur elementa: & processu eius, quæ fuerint exinanita, cumulantur, ut animantium cerebrum, maritimorum humida. Siquidem pleniores ostreae reperiri feruntur, multa que alia, cum globus lunaris adolefcit. De arborum quoque internis idem allegant, qui hoc usu proprio compererunt. Videmus ergo ortum eius, & defectum, rationis esse, non infirmitatis. Nunquam enim tantam rebus mutationem daret, nisi præstantem virtutem haberet, & gratiam à conditore collatam: Aërem quoque nonnulli etiam docti & Christiani viri allegauerunt Lunæ exortu solere mutari: sed si id mutationis lunaris quadam feret violentia, ad omnes ortus eius intexeretur nubibus Cælum, pluuie funderentur.

Ex his duabus causis adductis à Basilio, & Ambrosio, qui, ut dicebamus, interpret videtur esse Basilij in Hexameron, Quorsum uidelicet Deus Lunam creauit incrementis & decrementis lucis semper subiectam; prima ut mystica certè suspicienda est. Altera verò, ut literalis est amplexanda, quætas siquidem Luna his mutationibus in rebus mutationes agat, experimento sensus agnoscimus.

a. *Quod Luna eclipfi sua deficiat à luce Sol autem non, quanquam nobis deficere videatur.*

Clarissimum est Solem & Lunam deliquia pati, sed diuerso euentu. Luna siquidem in eclipfi luce priuatur, cum interiectu terræ luce. Solis destituitur, non potest siquidem radius Solis per terram transire, & ad eam peruenire Sol uerò, quanquam in deliquio sit, sua coruscet luce. Licet enim Luna inter ipsum & nos interposita, nobis eius aditum & lucem adimat, Sol tamen consistit in suæ lucis perennitate, affluentia, & copia. Non erit attamen extra propositum, si de causis deliquij & Solis, & Lunæ, sententias tum uetustorum Philosophorum, tum etiam Patrum recitabimus.

De causis, seu modo deliquij Solis.

Qua de causa Solis eclipfi contingat, plures sunt sententiæ. Anaximander ex obturatione foraminis, per quod ignem Sol uaporat, eius deliquium fieri dixit. Heraclitus ex conuersione lucidæ partis ad superiora, eclipsum fieri pariter arbitratu est: quasi Solis globus dimidiam partem habeat emicantem, alteram obscuram. Thales Milefius

Milefius

Milesius Solem interiectu Lunæ obscurari, eclipysariq; primus asseruit, eum apud Græcos diu latuisset in naturæ secretario de defectu Solis incomperta ratio. Sulpitium Gallum sub Paulo Aemilio militum Tribunum, eclipysam Solis pridie quam Perseus Rex collatis signis profigaretur, prædixisse, libro secundo Plinius tradit, & Titus Livius memorat.

I S I D O R V S libro tertio Etymologiarum, capite quinquagesimo-septimo.

Eclipys Solis est, quotiens Luna tricesima ad eandem lineam, qua Sol vehitur, peruenit: eique se obiciens, Solem obscurat. Nam deficere nobis Sol videtur, dum illi orbis Lunæ opponitur.

D A M A S C E N V S de Fide libro secundo, capite septimo.

Deliquium autem patitur Sol corpore lunari (ut medio interiecto pariete) & obumbrante, & non finente, ut ad nos suum lumen transfundat. Quanto igitur tempore inuentum fuerit corpus Lunæ occultare Solem, & tanto fiet eclipys, solisq; deliquium. Si autem corpus Lunæ minus est, nihil mirare. Nam & Sol dicitur ab aliis quibus, multis vicibus maior terra, & a nonnullis Patribus etiam terræ equalis, & sæpenumero parua nubes occultat ipsum, aut modicus collis, modicus vè paries.

B E D A pariter libro de Natura rerum, capite vigesimosecundo.

Solem interuentu Luna, Lunamque terræ obiectu nobis perhibent occultari: sed Solis defectum non nisi nouissima, primavè sic i Luna, quod vocant cotium: Lunæ autem non nisi plena. Non posse autem totum Solem adimi terris intercedente Luna, si terra maior esset quam Luna.

De eclipys Luna.

Quæ sit causa, quare Luna deliquium patitur diuersè definitum est à priscis.

Berosus tunc deficere Lunam existimauit, eum partem illam, quæ non lucet, ad nos conuertit. Duas siquidem habere partes Lunam existimabat: alteram micantem, alteram tenebris obrutam. Heraclitus Lunam deliquium pati censuit, eum eam partem, quæ eua est, à nobis auertit. Nam & ipse duas partes in Luna ponebat, alteram caquam explendescenstem, alteram cupam, & opacam. Pythagoræorum nonnulli eclipys fieri putarunt, quando Luna mutuatam à Sole lucem intercipit potius, quam reflectat. Anaximander uerò, eum os rotæ illius obstruitur. Lunam enim effingebat in similitudinem esse rotæ, & os eius quandoque posse vel vaporibus, vel sua natura obstrui. Astrologi omnes, Ptolemæus præcipue, & Alphonsus, Philosophi insuper Stoici, Plato, Aristoteles, Lunam umbræ terræ obiectu obscurari, una sententia dixerunt, eum ipsa terra directâ linea inter Lunam & Solem interponitur, umbræque sua Lunam opacat.

D A M A S C E N V S loco citato.

Deliquium verò Lunæ ex obumbratione terræ nascitur, quando fuerit quintadecima Luna, & inueniatur ex opposito secundum altum centrum, Sol quidem sub terra, Luna verò super terram. Umbram enim facit terra, & non pertingit solare lumen ut illuminet Lunam: atque inde provenit Lunæ deliquium.

I S I D O R V S pariter loco notato.

Eclipys Lunæ est, quotiens in umbram terræ Luna incurrit. Non enim suum lumen habere, sed à Sole illuminari putatur: unde & defectum patitur, si inter ipsam & Solem umbræ terræ interueniat. Patitur autem hoc vicesimaquinta Luna eousque, quandiu centrum atque umbram obstantis terræ exeat, videatque Solem, vel à Sole videatur.

Beda hæc ipsa. Non est cur de causis eclipys tùm Lunæ, tùm Solis multum edisseramus, eum Patres in communem Philosophorum, & Mathematicorum sententiam proficiscantur. Verùm eum D. Hieronymus, ut supra referebamus, dixit, Nec Luna umbræ terræ obscuratur; certè uel exemplar mendosum est, uel id contingere extra eclipys tempora intellexit, uel ex priscorum Philosophorum placitis loquutus est, uel sacratoribus studiis occupatus, non ita infimarum peregrinarum rerum secreta scitè, certeque ad manus habuit, quod tamen ego non admitterem. D. Hieronymus siquidem & ingenij acumine, & disciplinarum eruditione suis in lucubrationibus ubique uir præclarissimus agnoscitur.

Quod

Luminare minus.

- a. Quod magnitudine molis Luna minor sit Sole, sed maior terra.
b. Quod mole minor Luna sit Sole, quanquam cunctis stellis maior.

a. Quod magnitudine molis Luna minor sit Sole, sed maior terra.

T H E O D O R E T V S libro quarto de Materia, & Mundo, eum Philosophorum vetustorum placita de Lunæ natura recitasset de aplitudine eius hæc subnectit.

Ipsorumque alij terræ maiorem esse aiunt, alij æqualem, minorem alij. Sunt qui dicant eius diametrum palmo absolui.

L A C T A N T I V S libro tertio de Falsa Sipientia, capite uigesimotertio, vetustissimi cuiusdam Philosophi irridendam sententiam memorat.

Xenophanes dicentibus Mathematicis, orbem Lunæ duodeuiginti partibus maiorem esse, quam terram, stultissime credidit. Et quod huic leuitati fuit consentaneum, dixit intra concauum Lunæ sinum esse aliam terram, & ibi aliud genus hominum simili modo viuere, quo nos in hac terra viuimus. Habent igitur illi lunatici homines alteram Lunam, quæ illis nocturnum lumen exhibent, sicut hæc exhibet nobis. Et fortasse hic noxter Orbis alterius inferioris terræ Luna sit. Fuisse Seneca inter Stoicos ait, qui deliberaret, utrummè Soli quoque suos populos daret: ineptè scilicet qui dubitauerit. Quid enim perderet, si dedisset? Sed, credo, calor deterrebat, ne tantam multitudinem periculo committeret, ne si æstu nimio perissent, ipsius culpa euenisse tanta calamitas diceretur.

H A M E R V S Commentatione in Genesim.

Plato de Sole, eiusque magnitudine hæc scribit; Totum Solem ipsa terra maiorem cogitare rectè possibile est. Quinetiam astra quæ circumferuntur, admirandam magnitudinem habent. De Lunæ magnitudine Solis respectu, & quot partibus Sole vel maior sit vel minor, parum constat, terra verò maiorem esse, certè asseritur. Non posset quippe, inquit Plinius libro secundo, totus Sol adimi terris, intercedente Luna, si terra maior esset quam Luna.

B E D A libro de Natura rerum, capite vigesimosecundo, Plinio subscripsit.

Non posset autem totus Sol adimi terris, intercedente Luna, si terra maior esset quam Luna.

Et capite decimonono.

Dicunt Solem multò Luna esse ampliolem: Lunam verò terra esse maiorem, unde & cunctis minus magnitudinis apparet.

P E T R V S Comestor Scholasticæ Historiæ, capite sexto.

Sol dicitur octies maior terra, & Luna etiam maior terra dicitur.

b. Quod mole minor Luna sit Sole, quanquam cunctis stellis maior.

Lunam quacunque stella esse ampliolem nonnulli ex nostris Patribus uisi sunt existimasse.

B A S I L I V S huius rei assertor præcipuus extitit: Nam Hexameron Homilia sexta scripsit.

Iam distis germana consimiliare & de Luna uelim intelligas. Est enim & corpus ipsius magnum, & splendidissimum sanè post Solem.

Et propè Homiliæ finem hæc concludit.

Quare Luna corpus, nisi immensum esset, exuperantis & eximia magnitudinis, nequaquam ad omnes per æquè terras sese expanderet: Aequè enim ipsius compotes fiunt, eum ab æquidialibus, siue æquinoctialibus exoritur locis, qui propè gelidam rigentemque plagam habitant, subque Vise siti sunt conuersionibus, & qui concaua meridiana accolunt plagas, exuste scilicet, & torridæ Zone vicini: quibus omnibus iuxta latitudinis dimensionem, è regione præteruicta Luna, apertissimum sue magnitudinis præbet testimonium.

Quis

Anno Mudi primo.
Die quarta.

Anno Mūdi
primo.
Die quarta.

Luminare minus.

a. Magnitudine, non tantum Sole, sed etiam terra.

Quis igitur inficias iam ierit, Lunæ corpus amplissima esse magnitudinis, quod se tot tantisque locorum intervallis ex æquo disperitur? Et hæc quidem de Solis Lunæque magnitudine præcellentis hæcenus dicta sunt.

A M B R O S I V S Hexameron libro quarto, capite sexto, eadem de Lunæ vastitate prodidit, quæ & de Sole.

Fecit ergo Deus hæc duo luminaria, quæ magna possumus accipere, non tam aliorum comparatione magna, quam suo munere: ut est Cælum magnum, & mare magnum. Nam & magnus Sol, qui complet orbem terrarum suo calore, vel Luna suo lumine: nec solum terras, sed etiam aërem hunc & mare, Cælique faciem. Et Post. Exemplum magnitudinis eorum evidens, quod omnibus hominibus orbis Lunæ idem videtur. Nam etsi interdum augetur lumen eius, atque minuat, tamen eadem nocte qualis mihi apparet, talis & omnibus.

A V G V S T I N V S secundo de Genesi ad litteram, capite sextodecimo, id ipsum existimasse videtur.

Nobis autem de intervallis & magnitudine siderum, subtilius aliquid querere, taliq; inquisitione rebus grauioribus & melioribus necessarium tempus impendere, nec expedit, nec congruit. Et melius credimus ea esse ceteris maiora luminaria, quæ sancta Scriptura ita commendat; Et fecit Deus duo luminaria magna: quæ tamen non sunt equalia. Nam consequenter dicit, cum ea ceteris præposuerit, inter se ipsa differre. At enim; Luminare maius in inchoationem diei, & luminare minus in inchoationem noctis. Certè enim vel hoc concedant oculis nostris, ut ea manifestum sit amplius ceteris lucere super terram, nec diem clariorem nisi luce Solis, nec noctem tot stellis apparentibus ita lucere si Luna desit, quemadmodum presentia illius illustratur.

P E T R V S Comestor Scholasticæ Historiæ capite sexto, Lunam stellis, terræque esse maiorem enucleatius his asserit.

Sol, & Luna dicuntur magna luminaria in duobus & ex duobus, id est, non solum pro quantitate luminis, sed & corporis: & non tantum comparatione stellarum, sed & secundum se, quia Sol dicitur octies maior terra, & Luna etiam maior terra dicitur.

Dionysius Carthusianus Enarratione in Genesim articulo duodecimo hæc ipsa habet.

S T E V C H V S etiam in Cosmopæia, paruifacitæ omni astronomica ratione hac tempestate vsitata, audacter Lunam cunctis stellis ampliozem affirmat.

Hebræis, qui Astrologis Arabia assenserunt, omnes stellas & planetas, Venere excepta, maiores esse Lunam Lunam autem apparere maiorem, quia sit terris propior, nisi certas, ac probatas super eo rationes attulerint, assentiri non debemus. Est enim locus iste in contrarium, qui plurimi faciendus est, quo duo tantum maiora lumina esse feruntur. Tamen ipsa ratio non consentit, ut sidera, quæ tantum ornatus causa, Sole & Luna ad utilitatem creatis, sunt reperta, tantam habeant corporis vastitatem. Certè & eorum lumina in Cælo maiora resplendent, si hoc esset. Quid autem prodesset vastitas, si neque utilitatem asserret, neque venustatem non visa? De magnitudine corporum celestium, ut nulla certa potest esse vestigatio, sic certa & expressa est temeritas pronuntiare quantum vnumquodque sit. Potest quidem augurari & coniectare animus ea esse magna, esse maiora alteris altera. Sed hic quoque fallacissimis omnia sunt erroribus exposta. Luminare igitur minus est Luna, propter Solem, à quo irradiatur, eoque infima est, proximaque terris ut radios Solis propior melius exciperet.

a. Magnitudine, non tantum Sole, sed etiam terra.

R V P E R T V S Commentarijs in Genesim libro primo, capite quadragesimo secundo.

Nam sicut curiosi huius Mundi Philosophi inuestigauerunt, terra quidem maior quam Luna est, sed terræ magnitudine Sol, qui præ altitudine circuli sui, nostrorumque paruitatem oculorum, quasi parvus conspicitur, octies (inquit) est maior.

ISIDO-

Anno Mūdi
primo.
Die quarta.

Luminare minus.

a. Quantitate, non tantum Sole, sed & stellis.

ISIDORVS Etymologiarum libro tertio, capite quadragesimo septimo.

Magnitudo quoque Lunæ minor fertur esse quam Solis. Nam dum Sol superior sit à Luna, & tamen à nobis maior quam Luna videatur, iam si propè nos accessisset, multo maior quam Luna conspiceretur. Sicut autem fortior est Sol terra, ita terra fortior est Luna per aliquam quantitatem.

CAIETANVS Commentarijs in Genesim.

Terra supputatur centesima octuagesima pars grandis luminaris, quod est Sol: Luna verò vicesimo octaua pars terræ supputatur.

a. Quantitate, non tantum Sole, sed & stellis.

ANSELMVS de Imagine Mundi libro primo, capite vicesimo tertio.

Luna est primus planetarum, & minima stellarum. Sed ideò maior ceteris videtur, quia proxima terræ in primo circulo fertur.

ALBERTVS Magnus prima, quæstione duodecima, articulo quattordecimo.

Quare Luna dicitur magnum luminare, cum iudicio sapientum sit minor alijs stellis? Dicendum, quod Luna dicitur magnum luminare, non à quantitate, sed ab effectu illuminandi terram.

D. THOMAS prima parte, quæstione septuagesima, articulo primo, ad quintum.

Dicendum, quod sicut Chrysostomus dicit, dicuntur duo luminaria magna, non tam quantitate, quam efficacia, & virtute: quia etsi aliæ stelle sint maiores quantitate quam Luna, tamen effectus Lunæ magis sentitur in istis inferioribus, & etiam secundum sensum maior apparet.

TOSTATVS Commentarijs in Genesim.

Præter Solem nullum maius corpus videtur quam Luna, & tamen secundum demonstrationes astrologicas Luna est maior octies tota terra, & quolibet astro visibili Luna ad minus octo vicibus minor est: propinquitas tamen orbis eius ad nos in comparatione ad alios orbis, facit magnitudinem apparentie.

CAIETANVS Commentarijs in Genesim.

Quolibet autem stellarum fixarum visu notabilium maior terra dicitur. Vnde patet quàm paruum luminare secundum veritatem sit Luna, quæ, quia propinquissima est nobis, apparet maior qualibet stella.

LIPPOMANVS pariter in Catena.

Dei autem spiritus in Moyse nobis humano more hoc in loco loquitur, & docet, non alia ratione Lunam esse cum Sole maximam luminarium, quàm collatione ad visum, iudiciumque humanum simplex, & non eruditum seculariter. Cum sit enim Luna omnium stellarum, vel astrorum minima, præter Mercurij, & Veneris astra, pro sua tamen propinquitate ad visum nostrum, quàm motus arguit velocior, magna videtur, & parum minor Sole.

Confimilia habent omnes ferè Scholastici nuperi.

A V C T O R.

Mathematici uerò, quanquam Lunam rudes Soli parem, & cunctis astris, ac terra maiorem dicant, ex vmbra tamen ratione, cum non pyramidalem, nec æqualem, sed in conum, ac semper ad maiorem amplitudinem se extendentem, inferat, vbi Sol pyramidalem ad Veneris orbem vsque in puncto se claudentem iacit, longè minorem esse terra conuincunt. Lunæ magnitudo quanta sit, facile poterit colligi, si cum Solis, terræ, ac stellarum magnitudine conferatur. Primò adeò minor est Sole, vti dicebamus, quòd Sol amplior ipsa sexies millies, & quingenties, superque tricies nouies dicatur. Terræ magnitudo non eadem à grauioribus viris refertur. Prisci

Luna minor
quàm terra.

Terræ ampli-
tudo quanta
sit.

t 2 Mathe-

Mathematici (teste Aristotele secundo de Cælo) quinquaginta millia milliarium italicorum terræ ambitum esse pronuntiarunt. Hipparchus apud Plinium milliaria trigintaquatuor millia sexcenta viginti quinque ipsum esse voluit: Erathostenes, referente Macrobio in Somnio Scipionis, vnum & triginta millia, & quingenta milliaria: Ptolemæus viginti duo millia, & quingenta milliaria: Alphagranus viginti mille, & quadringenta milliaria: Neoterici, qui freto Megallanico superato, Orbem circumlustrarunt, ipsius ambitum milliaria nouies & decies millia, ac octingenta continere asseuerant. Hac igitur terra Lunam tricies nouies minorem esse, quod eam tricies nouies terra ipsa complectatur, Mathematici euincunt. Stellis autem collata, ita exigua est Luna, ut Mercurij sideri omnium exiguo ferè in amplitudine comparetur. Amplius Mathematici omnes stellas inerrantes seu fixas, aspectu visuque insignes, ac præstantiores, quæ mille ac duæ & uiginti numerantur, ex quibus quadraginta octo effingunt imagines, longè maiores Luna autumant. Planetares etiam stellas (uno excepto Mercurio) Luna ampliores tradunt. Cunctis attamen astris amplio rem Lunam uideri perhibent, quod proximior sit omnibus, ac uicinior terræ, cum primo in orbe insideat. Quæ uerò Veneris amplitudo sit, ac cæterarum stellarum, inferius exponetur. Cæterum si Patres ex attestatione Scripturæ, quæ Lunam inter luminaria magna enumerauit, stellis amplio rem, & terra longè maiorem dixere, non ad Lunæ globi amplitudinem, sed ad eius apparentiam & lucem respexere, qua certè & stellas, & terram superexcedere conspicuum est.

B A S I L I V S Hexameron Homilia sexta.

Non enim Sol atque Luna, quia maiorem quam stellæ minores, obtinent molem, ideo luminaria magna dicuntur: sed quia tanti sunt ambitus, ut is qui ab ipsis diffunditur splendor, Cælum collustrat ac aërem, atque ad uniuersam terram simul mareque sese extendat, cunctaque compleat.

Id ipsum Ambrosius Hexameron libro quarto, capite sexto.

R V P E R T V S in Genesim, Commentariorum libro primo, capite quadragesimo secundo.

Hæc duo luminaria magna sunt, videlicet relatione Stellarum, quæ longè minus illuminant Mundum.

Ex quibus & alijs Patribus elicio, duplicem esse amplitudinis rationem: molis globi unam: apparentiæ, luminisque effusi alteram. Si globorum, orbiumque magnitudinem attendamus, Solem quidem omni stella amplio rem agnosimus: Lunam uerò, licet Basilius, Ambrosius, & Comestor maiorem eam insinuare uideantur, ex certis tamen Mathematicorum demonstrationibus, minorem experimur, cum stellæ omnes inerrantes, quæ mille ac uiginti duæ enumerantur, Luna maiores existimantur. Luna enim tricies nouies terra minor est, stellæ uerò octies, ac decies eam superant: & ex planetis, præter unum Mercurium, cuncti maiores quam Luna censentur. Quod si Luna astris longè maior conspicitur, id ex Lunæ proximitate, & inerrantium astrorum maxime in Zodiaco Cælo collocatorum distantia euenire conspicuum est. Si uerò amplitudinis speciem, & luminis rationem ponderabimus, certè Lunam omnes stellas superare, non est qui ambigat, cum Luna sola noctem illustret, quod sidera omnia simul coacta efficere nequeunt, ut rectè ostendebant Diuus Basilius, & Ambrosius.

Quamobrem pro fine statuamus Mosem, quia rudi admodum genti hanc de Orbis opificio enarrationem cõtexerat, ex vulgi, ac ultimæ fortis hominum iudicio, qui Lunam astris maiorem (ex eo quod maior oculis obijcitur) existimant, loquutum fuisse. Qua etiam serie in hac historia multa alia protulit. Magna igitur dicta est Luna super astra, ut adnotauit Vielmus, quod reliqua astra, cum eminentiora sint, minora nobis uideantur, & quod præ cæteris fulgeat, ac innumera beneficia, magisque conspicua Mundo elargiatur. Quapropter Orpheus Lunam astrorum reginam nuncupauit.

Luminariū magnitudo duplex.

Luna dicitur maior astris secundum lumen, & secundum apparentiam.

Quod

Luminare minus.

- a. Quod compactione orbis sit imperfectius, quia terreum.
- b. Quia aëreum.
- c. Sive quia ex igne, & aqua.
- d. Seu quod ex aëre, & igne.
- e. Quod si ex igne Luna conflata est, ex partibus potius lucem suscipientibus quam ex coruscantibus, fuit compacta.

Anno Mudi primo. Die quarta.

a. Quod compactione orbis sit imperfectius, quia terreum.

T H E O D O R E T V S libro de Materia, & Mundo ut supra relatum est.

Thales putat eam terrestrem esse. Et Post. Anaxagoras autem, & Democritus ignitam soliditatem, que insitas sibi planities, montes, uallesque contineat. Pythagoras esse illam, inquit, saxeam corpus. Heraclides, terram nebula circumseptam.

Et sunt Philosophi, qui, eodem Theodoro teste, edocuerunt Solem esse ex igne conflatum. Et Plinius libro secundo, & astra humore terrestri pasci, & maculas, quæ in Luna ac sideribus, uisuntur, terræ sordes cum humore raptas esse scribit.

b. Quia aëreum.

H V G O Victorinus Adnotationibus in Genesim, capite sexto.

Solus Sol propriam habet lucem, & solus de igne factus est: stella autem omnes, sicut est Luna, de aërea materia factæ sunt, & tantum relucet, & non lucent.

c. Sive quia ex igne, & aqua.

A N S E L M V S de Imagine Mundi libro primo, capite vice simo tertio.

Huius corpus est globosum, natura igneum, sed aqua permixtum. Et post. Quod autem quasi nebula in ea uidetur, ex aqua natura creditur. Dicitur enim, si aqua permixta non esset, terram ut Sol illustraret, immo ob uicinitatem maximo ardore vastaret. Globus nanque eius fundo est amplior, licet ab altitudine sui circularis uideatur uix modio maior.

d. Seu quod ex aëre, & igne.

P H I L O libro de Somnijs.

Sunt certè qui dicant, Lunam non esse globum puri ætheris ut cætera sidera, sed mixtum ex æthere aëreque, & apparentem in ea maculam, quam nonnulli uocant faciem, nihil aliud esse quam admixtum aërem, qui suapte natura niger usque ad Cælum tenditur.

e. Quod si ex igne Luna conflata est, ex partibus potius lucem suscipientibus quam ex coruscantibus, fuit compacta.

B O N A U E N T V R A secundo Sententiarum, distinctione quartade cima, Lunæ globi ruditatem secundum tres eius conditionis opiniones eleganter demonstrat. Primumque de hac ita habet.

Dicendum, quod circa luminaria Cæli quidam singularem tenent opinionem, dicentes quod corpora cælestia sunt ex quatuor elementis, prædominante in eis natura ignis, siue cælestis corporis, quod dicunt esse natura ignea: prædominante (inquam) non solum secundum qualitatem, sed etiam secundum quantitatem, & secundum quod in eis magis prædominatur natura illa, secundum hoc habent loca magis & magis suprema. Et quoniam in Luna, quæ nobis proximior est, minime dominatur natura ignea, inter cætera luminaria, & plus reperitur in ipsa de natura luminis susceptiua, hinc est quod Luna parum per se luces, & ex presentia Solis multum suscipit lumen, adeo ut mereatur dici luminare, & magnum luminare, propter magnum effectum luminis, quem habet in terris.

Vel

Anno Mudi
primo.
Die quarta.

Luminare minus.

- a. *Vel si ex quinta essentia est constitutum, in eo nulla est lucis aggregatio, ut in Sole maxima, sed multa ad eam suscipiendam dispositio.*
- b. *Quod si astra vasa sunt primogenie lucis, minus lucis accepit Luna à Deo ex sua natura dispositione.*

a. *Vel si ex quinta essentia est constitutum, in eo nulla est lucis aggregatio, ut in Sole maxima, sed multa ad eam suscipiendam dispositio.*

D. BONAVENTURA ibidem.

Secundo modo potest dici secundum Philosophum, quod luminaria producta sunt ex aggregatione lucis, vel suorum orbium. Sicut enim si calor dispersus in unum colligeretur, fieret intensior, & fortior: sic dum natura lucis in orbibus reperta, virtute sui officis in unum colligitur, luminare constituitur, & secundum hoc luminare maius, & minus est, secundum quod maior est in eo lucis aggregatio. Et quoniam Luna inter corpora caelestia magis est nobis propinqua, & eius orbis: hinc est, quod tam ipsa, quam eius orbis minus participat de perfectione lucis: quia tamen multum est naturae lucis conformis, obiecta Soli multum illuminatur: & quia habet densitatem in partibus, ideo radijs Solis perua non est, & propterea radios quos suscipit, refundit ex ea parte, ex qua Soli se obijcit: & cum sit nobis propinqua, multum nos illuminat: & propterea sacra Scriptura vocat Solem & Lunam duo luminaria magna.

b. *Quod si astra vasa sunt primogenie lucis, minus lucis accepit Luna à Deo ex sua natura dispositione.*

D. BONAVENTURA vbi supra.

Hunc igitur modum suscipiendo propter Sanctorum reuerentiam, & quia securius est eorum verbis inniti in hac materia, in qua plus proceditur ex coniectura, quam ex ratione certa; Dicendum, quod luminaria in quantum constituuntur ex orbibus suis per aggregationem, plus habent idoneitatem ad suscipiendum, quam ad diffundendum, quod vero lucent, hoc habent ex lucis primo create perfectione. Et ideo illud luminare, cui Deus multum dedit de illa luce, maxime lucent, sicut Sol iste: cui minus dedit, minus: & illud cui minime, minime lucent ex se, sed si lucent, hoc est ex susceptione solaris influentiae. Et ideo voluerunt alij dicere, non tantum Lunam, sed omnes stellas à Sole lumen recipere. Quicquid autem sit de alijs stellis, tamen de Luna satis plane apparet, quod per se non lucent. Et ratio huius est, quia ad sui completionem modicum suscepit de illa luce primo create: quia verò est aggregatum ex natura, quae multum est apta ad suscipiendum lumen, cum sit corpus magnum, & densum, & nobis propinquum: hinc est, quod multum de lumine suscipit, & multum refundit, quando ex ea parte illuminatur, qua se nobis opponit.

A V C T O R.

Quicumque astra elementaria credunt, seu Gentilitatis Philosophi, seu Ecclesiae Sanctae Patres, Solem ex igne purissimo compactum esse concordia sententia diffiniunt. Verum de Luna non idem est iudicium, quandoquidem, ut modò tradebamus, terrae alij, alij aëream, nonnulli ex aquis, & igne permixtā, alij vero ex aëre, & aëthere compactam illam edocent. Quibus clarissimum est, Lunam quantum ad ipsius constructionem & coagmentationem, longè minus, imperfectiusque luminare censendam esse, quam Solem. Sed admittamus etiam, illam ex igne, seu ex quinta essentia esse compactā, certè qui asserunt ex igne luminaria congesta esse, priores & praestantiores ignis partes, materiam fuisse Solis; ex impuris autem & crassis Lunam effectam arbitrantur. Et qui ex quinta essentia conflata astra putant, ut Peripatetici, & Scholastici, maiorem adhuc condensationem partium quinti corporis lucidi in Solis collocant, quam in Luna. Quod autem Solis globus vel orbis, lunari orbe longè perfectior ac nobilior sit existimandus, illud maximo nobis argumento esse potest, quod globus Solis nitidus totus coruscat, globus

Luna quantum
ad materiam
ex qua com-
pacta est, im-
perfectior est
Sole.Anno Mudi
primo.
Die quarta.

Luminare minus.

- a. *Minus officio, quod uti Sol caloris fons, ita Luna humiditatis nutritrix dicatur.*

globus autem Luna nubecula obruatur, quicquid illa sit, siue terrestris uaporis excrementum, ut voluit Plinius, siue aqua, vel aër, ut tradidere Anselmus, & Philo; seu crassities aëtherei ignis, ut malunt, qui ex igne compacta astra dicunt; seu tandem raritas ipsa, ut Peripatetici opinantur.

a. *Minus officio, quod uti Sol caloris fons, ita Luna humiditatis nutritrix dicatur.*

AMBROSIVS Hexameron libro quarto, capite septimo.

Similia de Luna ratione conueniunt, quae de consorte eius, ac fratre memorauimus. Siquidem in id se induit ministerium, in quod & frater, ut illuminet tenebras, foueat semina, augeat fructus. Habet etiam pleraque à fratre distincta, ut quem toto die calor humorem terrae exccat, eundem exiguo noctis tempore ros reponat. Nam & ipsa Luna larga roris asseritur. Denique, cum serenior nox est, & Luna pernox, tunc largior ros fertur arua perfundere. Et plerique sub aëre quiescentes, quo magis sub lumine fuissent Luna, eo plus humoris se capite collegisse senserunt. Vnde & in Canticis canticorum Christus dicitur ad Ecclesiam: Quoniam caput meum repletum est rore, & crines mei guttis noctis.

Cant. 5.

GEORGIUS Pifides de Mundi officio.

Tu Luna opacam lampada orbe in infimo
Accendis, instaurasque Solis ignibus,
Nam commodat Sol lumen huic radijs suis,
Nec fat scio qui id asserant forsan tamen,
Non tanquam egeres mutuato lumine:
(Siquidem ante Solem lumen infundis tuum)
Sed conditis ut rebus hunc modulum inderes
Pulchra necessitatis, & docti imperi.
Ut indiga alma lampadis Phæbi soror
Induceret perceptiones humiditas:
(Humore nanque gaudet adiuncta calor)
At feruidus vigore Phæbus aureo
Expromat insitos vapores illius:
Et mixtio hac par sit iugali vinculo,
Cum copulantur duo creandi gratia,
Fœtusque pulchros edat è letis satis,
Sponsum calentem Luna coniungens sibi.

Minus utique proprium Luna est suis vicissitudinibus in humentia sublunaria elementariaque, corruptionibus ac generationibus obnoxia, ratione humiditatis dominantum ac potestatem obtinere. Nam cum cæterorum astrorum influxus nobis ignotus sit, Luna vis adeò vehemens efficaxque deprehenditur, ut ferè eam sensibilem experiamur. Pelagi enim fluxus & refluxus nunquam pacatos, fluminum inundationes, seuam ventorum rabiem, turbinum procellas, imbrium, ac serenitatum vicissitudines, Luna agi impulsibus quotidiano ferè experimento comprobatur. Quin & plantas oriri, augeri olera, virescere arbores, frondescere, florescere, fructus edere, ac maturare secundum Luna vicissitudines contuemur. Piscium quoque maxime zoophitorum corpora ex Luna augmento pinguescere, mirificeque augeri experientia manifestat. Verum quod longè mirabilius videri potest, non tantum irrationabilium, sed hominis praestantissima creatura conceptus, partus, languores, corporis affectiones, Luna quantenus

Luna vis &
influxus in
sublunaria.

Anno Mudi
primo.
Die quarta.

Vt præset nocti.

- a. Vt præset eminentia lucis.
b. Vel præsentia, quod plena lumine primum apparuit.

dantenus subiacere nonimus. Quare Luna omnium sublunarium, præcipuè mutationum extat præses; Vnde & sensillum omnium rerum nutrix, ac domina nuncupari non inscienter potest.

Vt præset nocti.

Quæ præsentia ista sit Lunæ, non ita facile est definire, sicut de Sole.

a. Ut præset eminentia lucis.

AVGVSTINVS de Genesi contra Manichæos libro primo, capite quartodecimo.

Et fecit Deus duo luminaria, luminare maius in inchoationem diei, & luminare minus in inchoationem noctis: pro eo dictum est, ac si diceretur, in principatum diei, & in principatum noctis. Non enim Sol tantummodo inchoat diem, & non etiam peragat, & finit: Luna verò aliquando media nocte, vel in fine noctis ad nos procedit. Si ergo illa noctes, quibus hoc facit, non ab ista inchoantur, quomodo in inchoationem noctis facta est? Si autem per inchoationem principium intelligas, & per principium principatum, manifestum est, quia per diem Sol principatum tenet, Luna verò per noctem, quia etsi cætera sydera tunc apparent, illa tamen suo fulgore superat omnia, & ideo princeps eorum rectissime dicitur.

CHRYSOSTOMVS Homilia sexta in Genesim.

Sol enim ordinatus est ad hoc, ut præset diei, Luna autem, ut præset nocti. Quid est in præfecturas diei, & præfecturas noctis? Hoc est, ut Sol diem suis radijs clariorem reddat: Luna autem ut dissipat tenebras, & hominum generi præbeat commoditates utendi suis studijs.

EVCHERIVS Commentarijs in Genesim libro primo, cap. quinto.

Luminare minus, ut præset nocti, & stellas. Quia Luna per noctem principatum tenet, quamvis cætera sydera cum ea pariter fulgeant.

BEDA de sex dierum Creatione.

Luminare minus, ut præset nocti, quia clarescere non posse noctem cognoscimus stellis apparentibus, si Luna desit, quemadmodum illius præsentia illustratur.

TOSTATVS Commentarijs in Genesim.

Et luminare minus, id est Lunam, ut præset nocti. Non præset Luna nocti, sicut diei præset Sol: Sol enim ubicunque fuerit, causat diem, & per absentiam causat noctem: sed Luna non causat ubicunque fuerit noctem: quia etiam si Luna fuerit super nostrum Orizonem, si tamen ibi fuerit Sol, non erit nox: & dato quod Luna non fuerit super nostrum Orizonem, si tamen Sol etiam ibi non fuerit, nox erit: Ergo non causatur nox Luna præse, nec desinit causari ea absente. Dicitur tamen præse nocti, quia maius lumen, quod in noctibus est, à Luna est: licet alia astra aliquid conferant.

b. Vel præsentia, quod plena lumine primum apparuit.

Qui hanc interpretationem adducunt, Lunam in Occasu in suo plenilunio, & Solem in Ortum conditos fuisse arbitrantur. Quapropter elegans excitatur inter Patres disputatio, quam & ego silentio inuoluere non audeo: Num Luna in plenilunio, quando clara luce tota emicat; An potius in nouilunio, dum silens est, & coniuncta dicitur, primò profuerit.

Luna in plenilunio creata.

Descendunt in hanc sententiam quam plures Patres.

DAMA.

DAMASCENVS Orthodoxæ Fidei libro secundo, capite septimo.

Scitu etiam dignum est, perfectam à creatore conditam Lunam, id est, quintadecimam: decebat enim perfectam fieri. Quarta autem die (ut diximus) creata est. Anticipavit igitur Solem undecim diebus, à quarta enim die usque in quintadecimam, undecim sunt.

IVNILIVS in Hexameron.

Cæpere nanque discerni temporum vices, ex quo Sol die quarto Mundi nascentis à medio procedens Orientis, æquinoctium vernale suo consecrauit exortu, & quotidianis profectibus ad alta Cæli culmina scandendo, rursumq; à solstitiali vertice ad infima paulatim descendendo, nec mora ab infimis extremisq; locis æquinoctialis gyros repetendo, discretis temporibus quatuor notissimis, diebus præfinitis anni spatium compleuit. Sed Luna vespere plena apparet, eaq; in celebrationem Paschæ seruanda erant tempora, primo suo præfixo ascensu: ipsa enim est hora, quam non solum antiquus ille populus Dei, sed & nos hodie primam in agendo Paschæ seruamus, & cum æquinoctij die transenso, plena vespere Luna, hoc est, quartadecima in faciem Cæli prouiderit. Nam mox post hæc ut dominicus dies aduenerit, aptum hoc celebrandæ resurrectioni dominicæ tempus instabit, completo ad litteram quoque Prophetæ verbo, qui dixit; Fecit Lunam in tempora, Sol cognouit occasum suum.

Psál. 103.

PROCOPIVS Commentarijs in Genesis caput primum.

Sciendum tamen est, Lunam, illico ubi creata est, fuisse plenam, & proprio enituisse inbare, & occupasse occasum, Sole obtinente orientalem Orizonem. Siquidem huic, diei: illi, noctis imperium decretum est. Eo itaque tempore erat plenilunium. Haud enim continuo, alioqui sublimis euecta esset. Deinceps verò mutationi, quæ conduxit ijs quæ terra procreat, obnoxia facta est, siue ut temporis mensuram exequatur, siue ut occasiones temporum (ut quælibet res suum tempus habet) nobis annunciet. Sol itaque exortus est: erat enim diluculum. Luna ad occasum ferebatur, Solq; huic opponebatur. Sol incipiebat diem, & ad occasum pergebat. Illa verò Orientem circumeundo, eum locum captauit, unde præset nocti. Verum si quarto deum die Luna ad sui creationem peruenit, qua ratione extitit plena? Die enim dies, qui præcessere luminaria, cum Mundo & generatione computantur. Cum igitur nondum excefferit diem quartum, fieri haud quiniuit, ut obtineret occasus regionem supremam. Nec Soli opposita fuit eius noctis initio: quia tunc primum suum curriculum debebat incipere peragere. Quarto itaque formata die, cum iam attingeret decimum quintum diem, excebat undecim diebus, videlicet Solem, licet vna cum hoc in essentiam prorupisset. Dies itaque, quibus Solem superabat, quotannis reddere solet. Complectitur enim lunaris mensis dies viginouem, cum dimidio. Ceterum solaris mensis continet dies triginta, additis quoq; minutis solaribus, ex quibus dies quinque adijciuntur.

ANASTASIVS Synaita Commentarijs in Hexameron lib. quarto.

Nam cum fecisset Deus hæc duo luminaria: magnum (nempe Solem) statim fixit ad ortum firmamenti, Lunam autem ad occasum.

SYNODVS Victoris Papæ iussu per Theophilum Episcopum Cæsariensem congregata, ut de solemnitate Paschalium ritu decerneret, id ipsum his diffiniuit:

Theophilus dixit; Ecce de die, vel tempore probatis, de Luna quid vobis videtur? Vtrum crescentem ac iam plenam, an imminutam à Deo fuisse consecratam? Episcopi responderunt, plenam. Et ille; probate quod dicitis: Responderunt; Et fecit Deus duo luminaria magna, & posuit ea in firmamento Cæli, ut luceat super terram. Luminare maius in inchoationem diei, luminare minus in inchoationem noctis, non poterat aliter nisi set plena.

Hæc Beda libro de Aequinoctio Vernali.

BEDA ipse de Temporibus ratione, capite quarto.

Luna è contrariò vespere plenissima (neque enim quid imperfectum creator æquissimus instituit) stellis vne fulgentibus, ac medio apparens Orientis, quartam partem libra, qua æquinoctium autumnale assueverant, tenuit, iniriūmque paschale suo consecrauit exortu.

PETRVS Comestor Scholasticæ Historiæ capite sexto.

Quod autem Luna in plenilunio facta sit, ex alia perpenditur translatione, quæ habet; Et luminare minus in inchoationem noctis. In principio enim noctis non oritur Luna, nisi pansylenos, id est, rotunda. Et dicitur à pan græcè, id est, totum latinè: & sylenos, id est, Luna, vel mene, id est, Luna, quod nos plenilunium appellamus. Inde perpenditur, quod Sol factus est mane in Oriente, & facta vespere Luna facta est in initio noctis similiter in Oriente. Volunt tamen quidam, quod mane simul facti sint, Sol in Oriente, Luna in Occidente: & Sole occidente, Luna sub terra redijt ad Orientem in inchoationem noctis.

GLOSSA Ordinaria.

De Luna cum queratur, utrum plena, an prima facta fuerit? Respondendum est, Deum, quocumque fuerit, perfectam fecisse, quia, ut aiunt, non decebat Deum illadie aliquid imperfectum facere. Alij dicunt, debuit Luna prima fieri, non quartadecima, quia nemo sic incipit numerare. Si tamen aliquid imperfectum fecisse Deum dicatur, reprehensibile non est. Quod enim ab illo inchoatum est, ab ipso, non ab alio perfectum est. Creditur etiam, idè plena facta, quia Septuaginta interpretes legunt Lunam factam εἰς ἀρχὰς τῆς νύκτος in inchoationem, seu principatum noctis, quod fit cum plena est.

D. THOMAS parte prima, quæstione septuagesima, articulo secundo, ad quintum. Luna quando est perfecta, oritur vespere, & occidit mane: & sic præset nocti. Et satis probabile

u est,

est, quod Luna fuerit facta plena, sicut et herbe facte sunt in sua perfectione facientes semen, et similiter animalia, et homo. Licet enim naturali processu ab imperfecto ad perfectum deueniatur: simpliciter tamen perfectum prius est imperfecto. Augustinus tamen hoc non asserit, quia dicit non esse inconueniens, quod Deus imperfecta fecerit, quae postmodum ipse perfecit.

DIONYSIVS Carthusianus Enarratione in Genesim, articulo duodecimo.

Creditur item Luna facta plena, quemadmodum herbae, et arbores et etiam homo in suo genere perfecta sunt facta. Unde alia translatio habet; Luminare minus in inchoatione noctis: Nempe in exordio noctis non oritur Luna, nisi rotunda et plena.

CATHERINVS Commentarijs in Genesim.

Porrò Lunam creatam fuisse plenam in oppositione ad Solem, rationabiliter creditur.

VIELMIVS latius id explicat Lectione uigesima prima.

Quamobrem etiam creatam fuisse plenam ego minimè dubito. Alioqui quomodo quarta haec dies tota fuisset serena et luminosa, ut uolunt? Est enim nox diei naturalis pars. Amplius, cum caetera omnia integra magnitudine et robore Opifex creauerit, quomodo non etiam Lunam integram fecit? Sol igitur diei dominari dicitur, et Luna nocti, tropo eleganti, quod alternis officijs suas ferme facultates inferiori Mundo, tanquam ei praesidentes, motu et lumine vibrant, et impertuntur, ut si corpora caelestia alijs quoque influentijs in hac inferna agunt, omnino oporteat luci, et motui illorum eas esse coniunctas, atque, ut luculentius dicam, lucem et motum esse earum uehicularum, quoniam his praecipue dominantur, ac proinde intellige potentiores esse Lunam, quam Solem. Quamobrem et Graecos hanc praecipue obseruasse scribunt, quicquid essent rerum auspiciari, siquidem Licurgus etiam lata lege retulit Lacedaemonijs, ne ante plenilunium bellum inirent, teste Luciano in libro de Astrologia.

Idipsum censent plures ex Scholasticis. Potissimae autem ac praestantiores huius sententiae rationes haec sunt; decessisse Deum Lunam absolutam condere, suaeque natura, et lucis affluentia integram. Deinde, cum praesens noctis a Deo constituta fuerit, in ipsa noctis inchoatione apparuisse euincitur, quod non nisi in plenilunio id efficere Lunam perspicuum est.

Luna in nouilunio condita.

AVGVSTINVS hoc loco supra enarratae assertionis acerrimus est oppugnator, contrariamque tenet opinionem, et argumentis adductis facillimè respondet, de Genesi imperfecto, capite terdecimo.

Quidam autem uolunt hic significari Lunam plenam esse primitiua factam, quod plena Luna initio noctis assurgit, id est, mox post Solis occasum. Sed illud absurdum est, ut non à prima, sed à sextadecima, vel quintadecima numerandi sumamus exordium.

Rationi autem illi, qua Lunam in sua perfectione conditam esse asseritur, sic satisfacit.

Nec illud moueat, quod perfectum fieri debuerit luminare quod factum est, omni enim die perfecta est, sed eius perfectio ab hominibus non uidetur, nisi cum ex contraria parte Soli opposita fuerit. Nam etiam cum illo constituta, quoniam sub illo est, uidetur finire. Sed etiam tunc plena est, quia ex alia parte illustratur, nec uideri potest ab ijs qui subter sunt, id est, terram incolunt. Quod non paucis uerbis, sed subtilibus dissertationibus, et quarundam figurarum uisibilium demonstratione doceri potest.

Et de Genesi ad litteram libro secundo, capite quintodecimo, his proposuit hanc eandem difficultatem.

Qualis etiam Luna facta sit, multi loquacissimè inquirunt, atque utinam inquirentes loquantur, ac non potius docere conantes. Dicunt enim ideo plenam factam, quia non decebat, ut Deus imperfectum aliquid illo die faceret in sideribus quo scriptum est, quod facta sint sidera. Qui autem resistunt, dicunt; Ipsa ergo debuit prima Luna dici, non quartadecima, quis enim ita incipit enumerare?

Demonstrans autem se uelle subterfugere huius difficultatis decisionem, rursus ad eandem quaestionem reuertitur: asseritque quod siue in plenilunio, siue in nouilunio Deus Lunam fecerit, perfectam omnino eam condidisse sit existimandum. Comprobat autem id diuersis rationibus; Et primò, quia perfectum id appellari debet, quod licet non perfectè exierit in actum, destinabatur attamen ad eandem perfectionem, ipsamque iam uirtute continebat.

Ego autem medius inter istos ita sum, ut neutrum asseram, sed planè dicam, siue primam, siue plenam Lunam Deus fecerit, fecisse perfectam. Ipsarum enim naturarum est Deus auctor, et conditor. Omnis autem res quicquid progressu naturali per tempora congrua quodammodo prodit atque explicat, etiam ante continebat occultum, etsi non specie uel mole corporis sui, tamen ratione naturae. Nisi forte arbor, quae per hyemem pomis uacua, folijsque nudata est, tunc imperfecta dicenda est: aut uerò in primordijs etiam suis, cum adhuc nullam fructum dedisset,

disset, imperfecta erat illa natura. Quod non tantum de arbore, sed nec de ipso eius semine rectè diceretur, ubi omnia, quae progressu temporis quodammodo procedunt, modis inuisibilibus latent: quanquam si aliquid Deus imperfectum fecisse diceretur, quod deinde ipse perfecit, quid reprehensionis haberet ista sententia? Iure autem displiceret, si id quod ab illo inchoatum esset, ab alio diceretur esse perfectum. Qui ergo de terra non queruntur, quam fecit Deus, cum in principio fecit Deus Caelum, et terram, quia inuisibilis erat et incomposita, et postea tertio die conspicua redditur, atque componitur, quid sibi de Luna tenebras faciunt quaestionum?

Aliam adhuc rationem producit Augustinus, quod Luna etiam in nouilunio perfecta sit, nam licet nobis luce destituta uideatur, desuper tamen clarescit.

Aut si quod de terra dictum est, non temporis interuallo, cum simul Deus res concreauerit, sed narrationis distributione intelligunt dictum: cur in hoc quod etiam oculis uideri potest, non inuentur integrum corpus habere Lunam, et tota sua rotunditate perfectum, etiam cum lumine corniculato, siue incipiens ad terras lucere, siue desinens fulget? Si ergo lumen in ea crescit uel perficitur uel minuitur, non luminare ipsum, sed illud quod accenditur, uariatur. Si autem ex una sphaerula sua parte semper lucet, sed dum eam partem conuertit ad terram, donec totam conuertat, quod à prima usque quartadecimam sit, crescere uidetur, semper est plena, sed terrae habitatoribus non semper apparet. Haec eadem ratio est, etsi Solis radijs illustratur. Non enim potest etiam sic cum Soli proxima est, nisi cornibus lucidis apparere: quia caetera pars, quae tota in orbem illustratur, non est ad terras, ut uideri possit, nisi cum Soli contraria est, ut totum terris appareat, quod eius illuminatur.

Alteri subinde rationi, qua Lunam plenam creatam fuisse ostendebatur ex eo, quod fit facta in inchoationem noctis, sic respondet.

Non desunt tamen, qui non eo se arbitrari dicunt, Lunam primitiua à Deo quartadecimam factam, quia plena facta credenda est: sed quia in Scripturis Dei uerba sic habent, Lunam factam in inchoationem noctis, tunc autem in noctis exordio uidetur, cum plena est. Alias uerò et per diem incipit uideri ante plenitudinem, et in progressu noctis, tanto ampliore, quanto minuitur. Sed qui per inchoationem noctis non intelligit nisi principatum, nam et hoc Graecum uerbum magis indicat, cum dictum est, et in Psalmis apertius scriptum est; Solem in potestatem diei, Lunam et stellas in potestatem noctis: non cogitur à quartadecima numerare, et credere Lunam factam primo esse, non primam.

BEDA Quaestionibus in Genesim, consimilia Augustino his tradit.

Qualis etiam Luna facta sit, utrum prima an plena, multi loquacissimè inquirunt: sed planè dicam, siue primam, siue plenam Deus fecerit, fecisse perfectam. Omnes autem res, quicquid progressu naturali per tempora congrua quodammodo prodit, atque explicat, etiam ante continebat occultum, et si non specie, uel mole corporis, ut tamen et ratione naturae: nisi forte arbor, quae per hyemem est pomis uacua, folijsque nuda est, tunc imperfecta dicenda est.

Idipsum concisus Expositione in Genesim.

STEVCHVS in Genesim capite primo à uoce etxas, posita à Septuaginta, hoc loco non colligi posse Lunam fuisse in plenilunio, decoram scilicet totam lumine, his demonstrat.

Hac autem Septuaginta editio plevosque apud Graecos in errorem induxit. Non enim etxas, pro potestate aut imperio hoc loco sumperunt, sed pro principio; itaque asserunt Lunam, quia in principio noctis facta esse dicitur, fuisse à diametro Soli oppositam, cum condita est. Neque forte ab re fuerit, si ipsa uerba subdiderimus. Lunam inquirunt, cum quarta die, Genesi attestante, facta sit, in plenilunio fuisse necesse est. Sed hoc potuit quidem esse, sed ex isto loco non colligitur, non enim etxas principium hic significat, sed potestatem, quae amphibologia in contextu Hebraico nequam est.

Rabbini Hebraei, qui annos lunares computant à prima Luna, et non à quartadecima, Lunam certè in nouilunio prodijisse existimant. Siquidem si in plenilunio condita fuisset, Mundus non in initio anni, et mensis, sed in quartadecima in medio mensis fuisset effectus. Quapropter, et à quartadecima exordiri auspiciarique annos ac menses deberemus.

AVCTOR.

Arbitror ego cum Augustino, percunctationem hanc magis curiositatem quam sobrietatem Christianam praeferre. Si tamen fas esset de ea iudicium ferre, primam potius sententiam adhererem. Per moueorque ad illam complectendam, non ea ratione, quod Luna perfectior sit, praestantiorque in plenilunio, quam in nouilunio, quemadmodum censent huiusce partis propugnatores. Nam si perfectio ratione suscepta lucis attenditur, Lunam semper, siue Soli suppositam, siue oppositam, aequè splendescere dimidia corporis ipsius parte illustrata, cum Nyffeno, et Anselmo non ignoramus, ut etiam adnotauit Augustinus. Quinimmo Luna Soli supposita maiori censetur com-

u 2 pleri,

Superioris
sententiae fun-
damenta.

Psal. 135.

Luna condi-
ta in plenilunio.

Anno Mūdi
primo.
Die quarta.

Vt præfset nocti.

a. *Præsentia, quod intelligitur pro tempore eo, quo Luna plena est & perfecta.*

Rationes
probates Lunam
creatam
esse in plenilunio.

pleri, ac redimiri splendore, tūm quod Soli proximior subsideat, tūm quod directiori calle effusos suscipiat radios, indeque excellentiori prorsus decore, ac perfectione insigniri existimatur. Neque etiam, vt sententiæ illi subscribam, impellor eò quod potentior sit Luna dum plena emicat, quàm cum nulla cernitur. Estò enim Lunam plenam potentiozem esse: Ex aduerso attamen dicerent alij: Cūm perpetua, ac rapida volutatione sua semper augeatur Luna, ac decreseat, nec in plenitudine lucis consistere possit, decuit magis, vt condita Luna mox potentiores vires acquireret ipso suo initio, quàm infrascriptam primo suæ creationis exordio vires confestim amitteret. Sed quæ potius descendere me in hanc sententiam impellunt, hæc sunt. Primò enim plures, & præstantiores adsunt huic sententiæ fautores, quorum auctoritas plurimum apud me semper valuit, & à quibus recedere nefas diiudicarem. Deinde decuit maximè primam noctem fuisse lumine pollentem, & ipsam Lunam noctis primæ præsidis munus exactè obijisse, cūm ad hoc præcipuè creata perhiberetur, vt præfset nocti. Accedit, quod Mūdū conditum fuisse verno tempore, vernoque æquinoctio, & fortè vigesimaquinta Martij, ex frequentiori Patrum assertione iam definierimus, quæ dies non mensis initium est, sed in medio decurrit. Ita enim definierunt Patres illi præfci, qui in Synodo Victoris Papæ iussu à Theophilo Episcopo Cesarienti congregata adfuerunt. Decreuerunt siquidem editum esse Mundum verno tempore, & æquinoctio, nempe octauo Calendas Aprilis, eo quod germinarit tunc terra herbam virentem, diuiseritque Deus lucem, & tenebras in æquas partes. Cui definitioni, & annualis naturæ vsus astipulatur. Nunc siquidem terram virefcere ac florescere non nisi exacto plenilunio, quod primum post æquinoctium uernum cadit, & nos experimur. Amplius, quia eo die conditum fuisse Mundum præfci est existimandum, quo Christus incarnatus, quo & passus, Paschatis scilicet tempore post Lunam quartamdecimam, quo Hebræi excussa seruitutis Aegyptiacæ annua monumenta celebrabant. Ac tandem, quia Mundi finem suum initium, ac suum exordium respicere consentaneum sit, at per conflagrationem Orbe restaurato, Lunam Soli oppositam fore ex Isaia oraculo conuincitur. Igitur quando producta fuit, eundem obtinuisse locum non immeritò licet arbitrari. His ergo coniecturis (cūm demonstrationes, & certiores Scripturæ obtestationes hæc in re nobis desint) in eam descendere sententiam, quæ Lunam in plenilunio creatam asseuerat, non pertimescerem. Sed hæc dicta sunt.

a. *Præsentia, quod intelligitur pro tempore eo, quo Luna plena est & perfecta.*

BASILIVS Hexameron Homilia sexta.

Deus metiendo diei Solem præfecit: Lunam autem quoties luminis plenum totum suum obtinet orbem, principem noctis constituit. Tunc enim hæc lumina è regione disposita sunt, sibi que ferè per diametrum opponuntur. In plenilunij enim ex oriente Sole, Luna descendit, ac delitescit facta obscurior: contra verò Sole occidente, oritur eadem saepenumero ex aduerso que exurgit, nimirum ab Oriente. Quod si cæteris in formis atque figuris lunare lumen non vnà cum nocte ex æquo perficitur, nihil ad institutum sermonem refert. Ceterum ubi tota lumine perfunditur usquequaque perfecta, tūm noctis quidem obtinet principatum, suo lumine stellas illuminans, & vniuersam collustrans tellurem, æquè verò atque Sol spatia temporis secat.

vel

Anno Mūdi
primo.
Die quarta.

Vt præfset nocti.

- a. *Vel temporaliter, hoc est, pluribus noctibus secundum aliquam partem noctis.*
b. *Potentia, & Virtute.*
c. *Præfset, quod solūm asserat in nocte solatium.*

a. *Vel temporaliter, hoc est, pluribus noctibus secundum aliquam partem noctis.*

RVPERTVS Commentariorum in Genesim libro primo, capite quadragesimoquarto.

Luna verò temporaliter præfset nocti. Vnde & pulchrè Psalmista; Fecit, inquit, Lunam in tempora. Non enim cunctis noctibus, vel toti nocti præfset, sed pluribus noctibus, & plurime parti noctis deest. Crescit quippe temporaliter, decrescit nihilominus temporaliter. Item & aliter hic diei, atque aliter illa præfset nocti. Hic enim præfset diei, quia de se ipso diem efficit: illa præfset nocti, quia tenebras eius aliquantulum superat, præfset diei mutati à Sole luminis. Igitur diuidant diem & noctem, inquit, scilicet, vt ille omnem diem suo lumine efficiat: Hæc aliquas noctes, vel aliquantulum noctis illustret.

Psal. 103.

b. *Potentia, & Virtute.*

ALEXANDER Alensis parte secunda, quæstione quinquagesimasecunda, membro secundo, articulo primo.

Vt præfset diei & nocti: Sol enim præfset diei in lumine, & Luna præfset nocti, non quòd semper luceat Luna in nocte (cūm enim coniungitur Soli, non tunc apparet lumen eius) sed hoc est, quia dominatur in die et nocte quòd ad effectus, qui maximè penes ista luminaria distinguuntur.

Et post articulo tertio.

Nullum luminare quantumcumque sit, in nocte tantum dominatur in illuminatione, quantum Luna dominatur. Præterea propinquior est nobis, vnde ampliozem inducit effectum, & plures.

CAIETANVS Commentarij in Genesim, vt supra relatū est.

Quòd autem dicitur; In potestatem diei, & in potestatem noctis, officia significantur potentiarum Solis in die, & Lune in nocte: Maximè enim apparet potentia Solis in die, & similiter maximè apparet potentia Lune in nocte.

Idipsum Burgenfis, Vielmus, & Neoterici omnes, vt iam supra adductum est.

c. *Præfset, quòd solūm asserat in nocte solatium.*

IVNILIVS in Hexameron.

Et luminare (inquit) minus vt præfset nocti: & stellas; & posuit eas in firmamento Celi. Quia etsi Lunam omni mense, & aliquoties stellas etiam maiores in die videri contingat, nequaquam tamen eas diei, sed nocti solummodo lucis solatium aliquid asserre certissimum est.

Hæc interpretationes, seu modi, quibus Luna præfset, sine vlla controuersia recipi possunt. Præfset siquidem Luna in nocte lucis eminentia, cūm ipsius lux plus valeat, quàm stellarum cunctarum, & ipsa sola ob sui fulgorem vmbra gignat. Præfset & præsentia, cūm perfecta est, & plena, quo tempore oritur vespere, & occidit mane: siue verò id dicatur, quòd eo in statu condita fuerit, seu ex nobiliori eius conditione, seu quòd in pluribus noctibus secundum aliquam partem splendeat, certè modo quodam præsentia nocti præfset asseri potest. Quantum verò nocti dominetur uirtute & efficacia, omnibus compertum est; Luna enim noctis regina est, & mirificos in ea exercet influxus. Quantum & solatium asserat, omnibus pariter pateatissimum puto.

De genesi stellarum.

Theatrum illud Celi adeò pulchrum, micantibusque stellis innumerabilibus insignitum

Admittitur
omnes recita
tæ interpreta
tiones.

Anno Mūdī
primo.
Die quarta.

Et Stellas.

- a. Græcè ασπὸν à coruscatione.
b. Latine Stella à stando.
c. Latine, & sydera à consideratione.
d. Stellas errantes, seu planetares quinque.

gnitū nos excitat, ut de Stellarum genesi breuissimè nonnulla proferamus. Conditæ sunt igitur Stellæ hac quarta die, tum errantes, tum fixæ; conditæ, inquam, quia globi earum conglutinati fuere, impertitaque fuit ipsis lux (si qua eis inest micandi facultas) seu ex lucidarum partium aggregatione, ut sentiunt Scholastici cū Peripateticis, seu ex ignitarum simularium partium condensatione, ut existimarunt Platonici, & Patrum numerosa classis, seu ex primæua luce à liberalissimo opifice distributa, ut senserūt Græci Patres. Splendent igitur in Cœlo, maximeque octauā sphaeram exornant, noctem illustrant, oculos mirificè delectant, maximam in sublunaria influxuum copiā demittūt. Cū igitur ipsarum in Vniuerso pulchritudo comperta sit, superest vt de eorum nomine, numero, classibus, magnitudine, ac luce nonnulla breuissimè adiciamus. Quod etiam facere non modicum expauescerem, nisi id mihi à Scriptura permissum esse non ignorarem.

Quæ de Stellis sunt cōsideranda.

Et Stellas.

- a. Græcè ασπὸν à coruscatione.

H A M E R V S Commentatione in Genesim.

Græcè ασπὸν, & Plato ethymologiam tradit, α σπὸν, idest, Stella videtur appellationem habere ab ασπασθῆ, idest, coruscatione. Coruscatio enim aspectum ad se vertit, sic etiam, ασπὸν, idest, Stella.

- b. Latine Stella à stando.

I S I D O R V S Etymologiarum, libro tertio, capite septuagesimo.

Stellæ dictæ à stando, quia fixæ stant semper in Cælo, nec cadunt. Nam quod videmus è Cælo, Stellas quasi labi, non sunt Stellæ, sed igniculi ab æthere lapsi, qui sunt dum ventus altiora petens, æthereum ignem secum trahit, qui tractu suo imitatur Stellas cadentes. Nam Stellæ cadere non possunt: immobiles enim, vt prædictum est, sunt, & cum Cælo fixæ feruntur.

- c. Latine, & sydera à consideratione.

I S I D O R V S ipse loco præcitato.

Sydera dicta sunt, quod ea nauigantes considerando, iter dirigunt ad eursus consilium, ne fallacibus vndis, aut ventis alibi deducantur. Quædam autem Stellæ idcirco signa dicuntur, quia eas nauite obseruant in gubernandis remigijs, contemplantes aciem fulgoremque eorum, quibus rebus status Cæli futurus ostenditur. Sed & omnes homines ea intendunt ad præuidendas aëris qualitates per æstatem, & hyemem, vernalemque temperiem.

- d. Stellas errantes, seu planetares quinque.

Stellarum aliàs esse erraticas, alias applanes, hoc est, alias fixas in firmamento, seu octauo orbe, alias uagas planetares, omnes agnoscunt, & has hoc die confirmul conditas, & explicatas per nomen, Stellas, intelligendum est.

D A M A S C E N V S errantium numerum, ac nomen his edocet libro de Fide secundo, capite septimo.

Ex eis luminaribus septem planetas esse aiunt, & inquirunt ipsos ex aduerso Cæli sua motione niti, quapropter planetas, idest erroneos, & erraticos appellant. Nam Cælum affirmant ab exortibus in occasum moueri, planetas vero ab occasu in exortum: & Cælum suo ipsius motu quàmocysimo, circumferre septem planetas.

Septem

Anno Mūdī
primo.
Die quarta.

Et Stellas.

- a. Stellas cunctas, nec nominauit planetares, quod luce à cæteris non differant.
b. Stellas innumerabiles, sed in classes, & figuras redigibiles.

Septem autem planetarum nomina sunt hæc; Sol, Luna, Iuppiter, Mercurius, Mars, Venus, Saturnus. Esse autem in vnoquoque Cæli circulo vnum septem planetarum: in primo autem, idest supremo, Saturnum: in secundo Iouem: in tertio Martem: in quarto Solem: in quinto Venerem: in sexto Mercurium: in septimo vero & infimo Lunam. Currunt autem irrequieto cursu, quem rerum conditor illis statuit: & quemadmodum eos fundauit, vt inquit diuinus Dauid, Lunam & Stellas, que tu fundasti. Per hoc enim quod dixit, Fundasti, significauit stabilitatem, & immutabilitatem ordinis, ac cursus illis à Deo indultii.

B E D A libro de Natura rerum capite decimotertio, tempora & cursus planetarum his explicat.

Summum planetarum Saturni sydus est, natura gelidum, triginta annis signiferum peragens. Deinde Iouis temperatum, annis duodecim: Tertium Martis feruidum, annis duobus. Medius Sol, trecentis sexaginta quinque diebus, & quadrante. Infra Solem Venus, que & Lucifer & Vesper, trecentis sexaginta octo diebus à Sole nunquam absistens partibus sex & quadraginta longius. Proximum illi Mercurij sydus, novem diebus oxyore ambitu, modò ante Solis exortum, modò post occasum splendens, nunquam ab eo viginti duabus partibus remotior. Nouissima Luna viginti septem diebus, & tertia diei parte signiferum conficiens, dein morata in coitu Solis, biduo non comparere in Cælo. Saturni sydus, & Martis cum plurimum diebus centum septuaginta: Iouis triginta sex: aut cum minimum denis detractis diebus. Veneris sexaginta octo: aut cum minimum quinquaginta duobus. Mercurij tredecim: aut cum plurimum decem & octo. Occulantur vero meatibus cum Sole in partibus nunquam amplius vndenis: interdum & à septenis partibus erumpunt.

Psal. s.

- a. Stellas cunctas, nec nominauit planetares, quod luce à cæteris non differant.

S T E V C H V S in Cosmopæia.

Mirabile autem esset, cur de Sole & Luna multa dicantur, septem planetes nominatim non exprimantur, nisi videremus certum huius philosophiæ consilium, è tribus rebus in Cælo pulcherrimis, lumine, calore, motu, priorem præcellentem, totam spectare descriptionem. Tenebrarum enim super abyssu insidentium, inducta est mentio, de die ac nocte varius multiplex que sermo. Nam nihil fuit luce, que tenebras illas horribiles sustulit, mirabilis, ob hanc causam Stellæ, à quibus nec dies efficitur, nec noctes admodum illuminantur, & tanquam minores, & assectæ sunt duorum principum, particulariter non describuntur. Atque planeta solo serè motu sunt mirabiles, lumine vix à cæteris Stellis dignoscuntur. Lumen autem Solis & Lune, noctes & dies illuminat, tenebrasque repellit, motus autem horas, dies, menses, & annos, & tempora efficit. Quorum nil fit à Stellis, sue his, que α πλανῆς, idest, non errantes dicuntur, siue planetis, quos erroneos Latini dixerunt, ipsamque nomen, eorum proprietatem, naturamque declarat, que omnis in motu, non in lumine est.

Hæc admitti possunt, præter id quod falso supponit Steuchus, Stellas scilicet annos non efficere, seu non esse in signa. Supra enim conclusum est, Stellas esse signa temporum, seu articulorum temporis, seu quatuor anni partium, insuper & annos suos peculiare efficere.

- b. Stellas innumerabiles, sed in classes, & figuras redigibiles.

Illa primo loco occurrit difficultas; Num stellæ inerrantes enumerari possint, ac in certum ordinem classemque redigi. Non leuis enim excitari potest inter Astronomiæ professores, & sacrarum literarum studiosos de hac re disceptatio.

Stellas esse innumerabiles primum prodit nobis Scriptura pluribus in locis. In Genesi scribitur; Eduxit Abraham (& fortè nocte serenissima) & dixit ei; Suscipe Cælum, & numera Stellas si potes, sic erit semen tuum. Quod si Deus Abraham Astrologiæ peritissimo

De numero, ac classibus Stellarum fixarum. Gen. 15.

Deute. 10.

Ecler. 12.

Hier. 33.

Pfal. 146.

Pfal. 146.

Daniel 7.

peritissimo (si Berofo, Philoni, ac Iosepho credimus) Deus stellarum acies tanquam innumerabiles ostendit; quis eas se enumeraturum autumabit? Moses quoque populum Hebraum ita alloquitur; Multiplicauit te Dominus Deus tuus sicut astra Cœli. Colligitur autem ex Scriptura sacra, Hebræorum, qui vigesimum annum excedentes, ex Aegypto in promissam terram migrare potuerunt, aciem ad sexcenta millia, & amplius ascendisse. Rursus Sapiens inquit; Arenam maris, pluuiæ guttas, stellas Cœli quis dinumerabit? Quod si hæc, vt æquè impossibilia obijciuntur; vti maris arenas, pluuiæ guttas dinumerari non posse experimur, eamets ratione, nec stellas in certum numerum redigi posse, fateri cogimur. Apud Hieremiam etiam sic habetur; Sicut enumerari nõ possunt stellæ Cœli, & metiri arenam maris; sic multiplicabo semen Dauid ferui mei. Tandem Dauid hoc esse folius Dei munus prodit, dum in Psalms de illo sic loquitur; Qui numerat multitudinem stellarum, & omnibus eis nomina vocat.

E V S E B I V S de Præparatione Euangelica libro septimo, capite quinto, Angelos & stellas æquè à solo Deo cognosci, ac numerari posse eleganter differit.

Post hanc eternâ Dei substantiâ rationales virtutes, nec numero, nec specie nobis notas, sed solum visibiliu proportionem (alia enim gloria Solis est, alia Luna, alia stellaru) Scriptura Indæoru non vt Deos, sed vt ministras honorandas ostendit. Et mortali quidem natura stellarum numerus omninõ ignotus est. Deus verò multitudinem etiam intelligentiarum, & nomina non ignorat. Scribitur enim; Qui stellarum multitudinem numerat, & omnibus ipsis nomina imponit, innumerabilia enim genera profecto, & intelligentiarum, & stellarum sunt, Deo autem omnia numerata sunt: de ipso enim dicitur; Mille millia ministrabant ei, & decies millies centena millia coram eo assistebant. Cum enim numerum videatur aliquem nominare, numeratas illas ostendit esse virtutes à Deo. Cum verò tantam numerari quantitatem dixerit, ignotum nobis illum numerum propter innumerabilitatem suam esse ostendit.

Patres confimilem sententiam habuere.

B A S I L I V S Hexameron Homilia sexta Solis magnitudinem exemplificans, hæc ait.

Adde etiam illud magnitudinis eius apertissimum argumentum. Nam cum stelle multitudine sint infinite: lumen quod ab vniuersis ipsis congeritur, ad discutiendum dissoluendumvè nocturnæ caliginis mæorem minime satisfacit.

A M B R O S I V S Hexameron libro quarto, capite sexto.

Si vis magnitudinem Solis non solum oculo mentis, sed etiam corporis æstimare, considera quanti stellarum globi axem Cœli videantur obtexere, & innumeris insignire luminibus: non queunt tamen tenebras noctis, & Cœli nubila detergere.

C H R Y S O S T O M V S Stellas florū innumerabili multitudini comparauit, sic inquit Homilia sexta in Genesim.

Animaduerte (obsecro) dilecte, an non omnibus præstis, & hortis iucundius sit spectare in media nocte Cœlum stellis distinctum, & stellarum varietate quasi floribus quibusdam variegatum & ornatum, multum luctis super terram effundere? Nam & in hac ordinata sunt, &c.

A V G V S T I N V S de Ciuitate Dei libro sextodecimo, capite vigesimotertio.

Quantum ad multitudinem pertinet, quid sunt stelle Cœli ad arenam terræ, nisi quis & istam comparationem intantum esse similem dicat, in quantum etiam stellæ dinumerari non valent? Quia nec omnes eas videri posse credendum est: Nam quanto quisque acutiùs intuetur, tanto plures videt. Vnde & acerrimè temeribus aliquas occultas esse merito existimatur, exceptis eis syderibus, quæ in alia parte Orbis à nobis remotissima oriri, & occidere perhibentur. Postremo quicumque vniuersum stellarum numerum comprehendisse & conscripsisse iactantur, sicut Aratus, vel Eudoxus, vel si qui alij sunt, eos libri huius contemnit auctoritas.

Sed quid diutiùs in re adeò conspicua immoror, cum non modò Patrum innumera de innumerabili stellarum numero testimonia proferre possim, verum & plurium Philosophorum conformes attestaciones proferre? Plato siquidem in Timæo: Aristoteles libro de Mundo ad Alexandrum, & secundo de Cœlo. Seneca sexto Naturalium Quæstionum, syderum inerrantium numerum non posse cognosci, præter ceteros apertè confirmant.


Cap. 16.

Stellarum



Et Stellas.

a. Stellarum numerum computari posse.



a. Stellarum numerum computari posse.

Ex aduerso Astronomiæ studiosi Stellas in certum numerum, paucasque Stellas, redigi posse autumant. Plinius libro secundo signa cœlestia duo & septuaginta pinxisse, ac in eis mille sexcentas Stellas aspectu suo nobis prospectas magis digessisse Astro nomos enarrat. A Ptolemæi verò, ac Hipparchi tempestate Stellas inerrantes mille & viginti duas, in quadraginta & octo imagines præter duodecim zodiaci signa, quas sunt hominum, animalium, ac rerum effigies, redactas esse non ignoramus.

V I E L M I V S Lectione vigesima prima.

Porro autem Astronomi ad quatuor gradus magnitudinis tanquam ad quatuor classes Stellas fixas omnes incomparabili diligentia redegerunt: & ex his imagines quadraginta octo (demptis Zodiaci duodecim signis) constituerunt.

D A M A S C E N V S Orthodoxæ Fidei libro secundo, capite septimo, de duodecim signis Zodiaci hæc habet.

Dicunt autem & duodecim animalia ex astris esse in Cœlo, ex aduerso motum habentia Soli, & Lune, & alijs quinque planetis, & per duodecim animalia progredi septem planetas. Nam Sol quidem singulum quodque vno mense conficit, & duodecim mensibus duodecim animalia percurrit. Nomina autem duodecim animalium sunt hæc; Aries, Taurus, Gemini, Cancer, Leo, Virgo, Libra, Scorpius, Sagittarius, Capricornus, Aquarius, Pisces.

Amplius & eis menses suos ascribit.

B E D A libro de Natura rerum, capite decimosextimo, non tantum hæc duodecim celebrat signa Zodiaci insita, sed applicationes eorum mensibus eleganter edisserit.

Signa duodecim, vel à causis animalibus, vel à Gentilium fabulis nomina sumpserunt. Nam Arietem Martio mense propter Hammonem Iouem tribuunt: vnde & in eius simulachro arietis cornua fingunt. Taurum Aprili, propter eundem Iouem, quod in bouem sit fabulosè conuersus. Castorem & Pollucem Maio, propter insigne virtutis. Porro Cancrum Iunio, quando Sol ad inferiora redit: quia cancer impulsus retro cursum dirigere solet. Leonem quem occidit Hercules, Iulio propter vim feruoris assignant. Virginem Augusto, quod tunc exhausta caloribus tellus nihil pariat. Libram Septembri, ob æquitatem diei & noctis. Scorpium & Sagittarium equinis cruribus deformatum, propter fulmina mensium ipsorum, October, & Nouember accipiunt. Capricornum Decembri, propter capram Iouis nutricem, cuius extrema pisci similia pinguntur, quod huius mensis vltima pluuialia sint. Aquarium Ianuario: Februatio pisces, ob menses imbriferos tradunt. Singulis autem signis triginta partes. Terræ verò decades putantur, eò quod Sol triginta diebus & decem semis horis illa percurrat, à medio mensis, idest decimoquinto Calendarum die semper incipiens.

Isidorus Ethnologiarum libro tertio, non modò insignium horum signorum duodecim Zodiaci, sed etiam reliquarum imaginum cœlestium, quas extra Zodiacum effingunt Astrologi, nomina interpretatur, & origines fabulosas recenset. Consulas tantum Doctorem fusiùs hæc edisserentem.

A V C T O R.

Verum facillima prorsus est huius difficultatis solutio, ac diuersa ista sententiæ nullo negotio conciliari possunt. Stellarum nanque octauæ sphaeræ, quædam sunt humanis oculis spectabiles, quædam autem hominis visum effugiunt. Quod plurimè ibi adsint stellæ homini non visibiles, copiosè admodum manifestari. rest: Primò ex eo quod

Anno Mudi primo. Die quarta.

Cap. 41.

Cap. 70.

Stellaru quædam spectabiles, quædam non.

x quod

quòd quātò quis acutiùs suspicit, tātò plures ipse cōspiciat, & ex hoc quòd in eminetiōri fitu positi, ut in altissimis montiū iugis, plures intueantur. Quare qui præstantissima oculi lorū acie polleret, ac mediā aëris regionē cōscēderet, infinitas propemodū Stellæ ceteris inaspectas utiq; prospiceret. Rursum Stellarum spectabilium quædam insignem & perspicuam amplitudinem secum deferunt visui nostro notabilem, ac certè apparentē, quædam ita exiguæ sunt, ut à nobis vix conspici queant. Quamplures profectò minimas esse, ac luce ita exili præditas, ut indiscretæ oculis nostris appareant, etiam Astronomi edocent. Apud Meteorologicos diu disputata, sed nondum diffinita quæstio est, Num lactei circuli, seu lacteæ viæ nitor, quam Iunonis lacte madidam esse Poëtæ fabulantur, ex Stellarum minimarū splendore immixto confusoque efficiatur, an alia de causa. Si ergo Stellæ omnes fixas, tam spectabiles, quàm non spectabiles, tã notabilis amplitudinis, quàm non perceptibilis comprehenderimus, Stellæ omnes in octavo Cælo mirifica dispositione emicantes, innumerabiles esse, haud indecens fuerit confiteri. Hoc vulgus ipsum non inscienter opinatur, hoc Scriptura sacra clarissimè asseuerat, hoc non modica Patrum classis affirmare non dubitauit. Hoc etiam quisquis noctu quando aër prorsus nubium expers est, amplam Cœli faciem syderum nitore insignitã oculorum acie contuetur, inficias ire aut diffiteri nunquam valebit. Atque hac ratione solius Dei munus esse Stellæ percēdere, Dauid in Psalmis benè prodidit, cum inquit; Qui numerat multitudinem Stellarum, & omnibus eis nomina vocat: Optimèque Eusebius intulit, stellarum perinde atque Angelorum innumeram esse multitudinem, & vtrorumque numerum nosse, æquè ad Deum pertinere. Eadem etiam ratione & à Hieremia, & ab Ecclesiastico traditur eleganter, nec arenæ particulas, nec pluuiæ guttas, nec Cœlorum Stellæ posse dinumerari. Ad hunc eundem sensum Deus Abrahamæ Astrologo peritissimo (si enim Iosepho credimus, Abrahamæ astrorum scientiam à Chaldæis, apud quos educatus fuerat, acceptam Aegyptios edocuit) in nocte serenissima optimè dixit; Suspice Cœlum, & numera Stellæ si potes, sic erit semen tuum. Abrahamæ semen mox augendum ac multiplicandum innumerabili multitudini comparauit Deus, Moses quoque non secus id iam multiplicatum eidem innumeram multitudinē contulit, dicens; Multiplicauit te Dominus Deus tuus sicut astra Cœli. Quanquam hæ omnes auctoritates ex hyperbolica similitudine non Stellæ infinitas, ac numerum omnem excedentes arguūt: sed amplissimo eas numero comprehendi ostendunt, ut dinumerari nequeant, Basilius, Ambrosius, Chrysostomus, Augustinus locis allegatis, Plato in Timæo, Aristoteles secundo de Cœlo, Seneca libro sexto Naturalium Quæstionum, cum Stellæ numerari non posse asseuerarūt, de hac indiscreta omnium Stellarum acie intellexerunt.

Cæterum si nō omnium Stellarum, sed earum quæ clarè conspici possunt, quæ insigniores, & notabiliores existunt, indagauerimus numerum, profectò eas ab Astrologis in certos ordines, ac imaginum figuras, & ad certum numerum redactas comperiemus. Imaginum harum effectiōnem vetustissimam esse ex sacra Scriptura educitur, præcipuè ex Iob dicente; Qui facit Arcturum, & Orionem, & Hyadas, & interiora Austris. Atque iterum; Nunquid coniungere valebis micantes Stellæ Pleiadas, aut gyrum Arcturi poteris dissipare? Sed quanam imagines excogitatæ fuerint à priscis Archipatribus, & quot Stellæ in eis enumerauerint, nulla adest prorsus in sacra pagina mentio. Ex Ethnicis Ptolemæus, qui supra mortales omnes huius scientiæ apicem attigisse videtur, imagines quadraginta octo, ac Stellæ inerrantes insigniores, nobisque spectabiliores esse duas & viginti super mille asseruit, non negans alias propemodum infinitas etiã oculis nostris conspicuas esse, ut illæ, quæ in via lactea claritatem, ac splendorem emittunt, cū eoque omnes ferè huius scientiæ eruditissimi conueniunt, uno Plinio excepto, qui (ut iam diximus) duo & septuaginta admittit signa cœlestia, quæ sint rerum animalium cognitarum effigies, & in his mille sexcentas Stellæ enumeratas esse scripsit. De harum imaginum numero, ordine, & positura Astronomos consulito, non enim nostri est negocij talia differere. Dissecarunt etiam eas Astronomi in classes diuersæ magnitudinis numero sex. De quibus infra.

Quor-

Stellæ omnes simul sunt innumerabiles.

Psal. 146.

De antiq. lib. 1. cap. 16. Gen. 15.

Deuter. 10.

Stellæ spectabiles ad certum numerum redigi possunt.

Iob. 9.

Iob. 38.

Stellarum imagines quot.

Et Stellæ.

Stellæ fixas innumerabiles diuersas ob causas.

- a. *Ut suo splendore Cœli ornamentum essent.*
 b. *Ut nox non indecora remaneret, sed ex ipsa ita venustata, consolationem sumerent homines suis in laboribus, ac uigilijs.*
 c. *Ut sphaera octaua, in qua fixæ sunt Stellæ, causa præcipuè vitæ rerum inferiorum esse posset.*

Quorsum verò Deus Stellæ fixas innumerabiles ferè in uno Cœlo congesserit, Patres non unam rationem, & causam referunt.

T O S T A T V S in Postillis de Stellarum apparentia.

Dicit Stellæ esse in adiutorium noctis, quia licet astra omni tempore sint super terram, tamen solum in nocte lucent, quia hemisphaerium, quod in die super nos voluit, Stellis plenum est, tamen præsentem lumine Solis non videntur. Si quando aliquando contingat totam Lunam directè supponi radijs solaribus, & Solem eclipsari, apparebit Cœlum astris plenum. Vel etiam si declinante Sole ad Occasum, vel paulò post ortum: si aliquis intret profundum puteum, in cuius profunditate nec radij incidentes à Sole provenire possunt ad oculos, nec radij reflexi, tunc videbit Stellæ exeuntes super zenit capitis per radijs directè incidentes: quia nihil tunc perturbant radij solares, quasi si Sol esset sub Orizonte. Hoc autem non potest apparere in meridie, nisi puteus sit valde profundus, vel Sol sit circa Capricornum, quando habet maximam declinationem ab Equinoctiali.

a. *Ut suo splendore Cœli ornamentum essent.*

A M B R O S I V S Hexameron libro quarto, capite secundo.

Etenim quanto maiorem his gratiam Creator donauit, ut aër solito amplius Solis claritate resplendeat, dies serenius luceat, noctis illuminentur tenebræ, per Lunæ Stellarumque fulgorem Cœlum velut quibusdam floribus coronatum, ita ignitis luminaribus micet, ut paradiso putis vernante depictum, spirantium rosarum uiuis monilibus renitere: quanto igitur amplius his decoris videtur esse collatum, tanto amplius debent. Cui enim plus committitur, plus debet.

b. *Ut nox non indecora remaneret, sed ex ipsa ita venustata, consolationem sumerent homines suis in laboribus, ac uigilijs.*

G L O S S A Ordinaria ex Augustino.

Et ne nox indecora remaneret, sed Luna, & syderibus consolarentur homines, quibus operandi nocturnas necessitas incumberet.

B E D A Libro de Sex dierum Creatione.

Nox autem illa ne indecora remaneret, Luna vel syderum luce decorata est, ut ipsos homines consolaretur, quibus iter carpentibus etiam operantibus nocturna necessitas compellit.

G L O S S A Interlinearis.

Et posuit eas ad decorem noctis.

Augustinus de Genesi ad literam libro secundo, capite tertio decimo, & Petrus Comestor in Historia Scholastica capite sexto, eadem edisserunt, uti supra cum de noctis commoditatibus ageremus, à nobis adnotatum est.

c. *Ut sphaera octaua, in qua fixæ sunt Stellæ, causa præcipuè vitæ rerum inferiorum esse posset.*

Aristoteles secundo de Cœlo & Mundo disputans; Quorsum octaua sphaera tot micantibus syderibus fuerit locupletata, tres huius rei causas, & rationes reddit, quas ego ex Doctoribus nostris colligam.

A L B E R T V S Magnus de Quatuor Cœqueuis parte prima, quæstione quarta, articulo decimonono.

Prima est, quòd sphaera octaua causa est vitæ inferiorum præ cæteris sphaeris, & hoc non potuit esse nisi per diuersum lumen in Stellis diuersis.

x 2 D. B O.

Anno Mudi primo. Die quarta.

Anno Mūdi
primō.
Die quarta.

Et Stellæ.

- a. *Vt sphaera, quæ unum tantum habet motum, pluribus syderibus decoraretur.*
b. *Vt efficacior esset ad impertiendos plures motiones Cælis inferioribus.*

D. BONAVENTURA secundo Sententiarum, distinctione quartadecima, articulo primo, questione prima.

Et prima ratio est, quid sphaera octaua maxime est causa vitæ inferiorum præ cæteris sphaeris, & hoc non potest esse nisi per diuersum lumen in diuersis stellis.

ÆGIDIUS parte secunda Hexæmeron, capite trigesimo sexto.

Alia autem ratio ex parte influentia sic sumitur: quia octaua sphaera plus influit ad vitam istorum inferiorum quam alij orbes inferiores, vt idem Philosophus vult ibidem: idem vt possit hanc influentiam perficere, superabundat in Stellis, quia à Stellis magis habet esse influentiam quam ab orbibus.

- a. *Vt sphaera, quæ unum tantum habet motum, pluribus syderibus decoraretur.*

ALBERTVS loco præcitato.

Secunda est, quia natura temperauit, vt daret inferioribus sphaeris, quæ plures habent motus, cuiuslibet vniam Stellam tantum: & superiori, quæ pauciores habet motus, daret multas stellas: & idem, quia superior mouet inferiores.

ÆGIDIUS loco nuper citato.

Ex parte quidem motus potest sumi ratio talis, quia cum per motum, & luminositatem fiat influentia in hæc inferiora: idem inferiores orbes habentes plures motus per quos influunt in hæc inferiora, non habent vnumquodque nisi vniam Stellam, octaua autem sphaera è conuerso, quia non habet nisi vnium motum, habet multas stellas inferiores. Igitur orbes planetarum, quia abundant in motibus, deficiunt in Stellis: octaua verò sphaera, quia abundat in Stellis, deficit (vt sic loquamur) in motibus, quia non habet nisi vnium motum.

D. BONAVENTURA vsupra.

Secunda ratio est, quia natura temperauit, vt daret inferioribus sphaeris, quæ plures habent motus, Stellam vniam & superiori, quæ habet pauciores, daret stellas multas.

Et de hac D. Bonauentura hoc iudicium tulit.

Inter has autem rationes media ratio videtur esse probabilior, in qua ostenditur diuina sapientia, quæ multiformitatem ad vnitatem reducit, & idem illi sphaera, quæ plus accedit ad vniiformitatem motus, dedit multitudine corporum: illis verò, quæ habent motuum multiformitatem, dedit luminarium vnitatem.

- b. *Vt efficacior esset ad impertiendos plures motiones Cælis inferioribus.*

D. BONAVENTURA loco asserto.

Tertia ratio est, quia motus influit superioribus orbibus in inferiores: quia ergo in influente debet esse prædominantia, vt orbis ille cæteris præcelleret inferioribus, quos mouet, abundauit in corporum luminarium multiformitate.

ALBERTVS vsupra.

Vnde cum inferiores plures habeant motus, oportuit quod superior plures haberet stellas, ex quibus plures motus causarentur in inferioribus.

ÆGIDIUS Hexæmeron secunda parte, capite trigesimo sexto, has easdem colligit rationes.

Tertia ratio ad hoc idem assignatur ex parte motoris: supponit quidem esse maximam proportionem inter motorem, & rem motam. Motor autem octauæ sphaera mouendo octauam sphaeram, mouet omnes orbes inferiores sic proportionaliter, quod si adderetur vna stella orbibus inferioribus, motor ille moueret cum labore & pæna, quod est inconueniens.

Vel

Et Stellæ.

- a. *Ad gignendos plures influxus in Mundo.*
b. *Vel vt cognoscerentur planetarum gradationes, & retrogradationes.*
c. *Sive vt nobis prouidentiam Dei indicarent.*

- a. *Ad gignendos plures influxus in Mundo.*

LIPPOMANVS in Catena.

Stellas quoque creat pro varijs influxibus in rebus naturalibus producendis, omnibus tamen à prouidentia Dei & bonitate pendentibus, tanquam à prima omnium causa.

Hæc communiter redditur ratio à Philosophis, & Mathematicis, nec non & Patribus, Stellas siquidem non tantum planetares, sed & fixas, viribus peculiaribus præditas esse, plures influxus emittere, omnes perhibent & edocent. Vt igitur innumerabiles sunt influxus, ita præter planetas innumeræ esse debebant Stellæ, innumerique earum congressus.

A V C T O R.

Ex adductis causis primæ duæ elegantes mihi videntur. Rationi etenim ac religioni valde consonum est, diuinam sapientiam voluisse Stellarum copia & affluentia Cælum exornare, & homines in nocte vigilijs addictos consolari, vt ex ornatus pulchritudine, mortales in admirationem raperentur, atque in summi Opificis laudationem cõsurgerent, nec non & de commoditate micantis noctis gratias vberes conditori Deo rependerent. Sed hæc interpretationes mysticæ forsan à nonnullis indicabuntur. Tres causæ ab Alberto, Bonauentura, & Aegidio ex Aristotele sumptæ, reperiuntur falsæ, nam cõpertum est post Aristotelis tempestatem, octauam sphaeram non esse supremam, nec primum mobile: sed proprium motum habere accessus & recessus, seu trepidationis. Cæterum si id verum est, quod Mathematici edocent, quod octaua sphaera secum rapiat etiã inferiores orbes, adeo ut ipsa tantum duabus motionibus agatur, propria scilicet, & supremi mobilis, reliqui autem orbes tribus, raptu scilicet, trepidatione, & propria circumlatione, certè consistent adhuc Aristotelis rationes adductæ. Postrema verò ratio adeo clara est, aperta, & tuta, vt minimè repudianda sit, quin potius, vt genuina, & propria accipienda, & coincidit certè cum illa prima Aristotelis. Verum liceat mihi & duas alias adiungere, ac subnectere causas.

- b. *Vt cognoscerentur planetarum gradationes, & retrogradationes.*

Ad indagandum errantium syderum, hoc est, planetarum motum, seu cursum, ante gradationem, & retrogradationem, ascensum, descensum, & similia, nil aliud tantum iuuat, quantum aspectus syderum fixarum in firmamento, vt Mathematicis comperitum est.

- c. *Vt nobis prouidentiam Dei indicarent.*

Tandem & ipsum firmamentum tot micantibus Stellis, quasi gemmis decoratum, instituit Deus, vt prouidentia suæ monumentum esset, & Hieroglyphicum. En certè pluribus oculis emicās pectus, non Dei Panos, sed veri Dei vniuersæ naturæ moderatores. En & fistula ex septem calamis compacta, concentus septem Erronum, ex ore eius, ex eius spiritu vim ad armoniam, ad influxum concinnitatem desumens. En caput

Anno Mūdi
primō.
Die quarta.

Predicte causæ
examinantur.

Anno Mūdi
primo.
Die quarta.



Et Stellas.

- a. Magnitudine immensas, & admirandas.
b. Sua claritate fulgentes, & Solis luce rutilantes.

put Argi, innumeris oculis ad cuncta prospicienda insigniti, Dei nostri prouisoris summi uigilantia.

a. Magnitudine immensas, & admirandas.

Quantquam Stellas minores Luna esse, Basilii, Ambrosius, Augustinus quasi insinuarint, Petrus Comestor, Steuchus aperte prodiderint; attamen maiores illa esse quantum ad amplitudinē molis aperte edocuerunt Anselmus, Albertus Magnus, D. Thomas, Tostatus, Caietanus, Lippomanus, & alij, de quibus supra, cum de quantitate Lunae tractabamus.

H A M E R V S prater hos Commentatione in Genesim hæc habet.

Sed Stellarum siue errantium, siue fixarum magnitudo haud quaquam talis existimari debet qualis cernitur, ut inquit Plinius libro secundo, cum nulla earum sit, quae magnitudine sua Lunam non superet, quod tam immense altitudinis ratio declarat.

A U C T O R.

Stellarū clas-
ses sex, &
quot in sin-
gula classe.

Ptolemæus & cæteri Mathematici post eum, Stellas in sex classes redegerant, sumpta differentia ab earum magnitudine. Primæ magnitudinis Stellas dixere esse quindécim: Secundæ uerò quadragintaquinque: Tertiæ ducentas & octo: Quartæ quadringentas septuaginta quatuor: Quintæ ducentas decem: & septem: Sextæ quadraginta nouem Quibus additis quinque, quas vocant nebulosas, & nouem, quas dicunt obscuras, mille ac vigintidua efficiuntur. Has præterea in imagines quadraginta octo ad diuersarum rerum, ac animalium instar excogitatas partiti sunt, quæ si in globis exactè, sigillatimque pictæ fuerint, atque ad astriferi Cæli Stellas fixas comparatæ, mirificè profectò & syderei Cæli faciem exponent, & Stellas insigniores esse numerabiles patefacient, cum in vno situ perenniter locatæ eadē proportionē, ac facie se semper obijciant, & ostendant. Quinetiam mirificè instrumentorum mathematicarum usu, Astronomiarum earum amplitudinem peruestigarunt, atque ex Ptolemæi & aliorum sententia, omnium astrorum magnitudo terræ magnitudini comparata ita desumpta est. Sol terram continet centies sexagesies: Stellæ primæ magnitudinis centies quindécies, vel secundum alios centies septies tantum: Saturnus nonages quinque: Iuppiter semel ac nonages: Stellæ secundæ magnitudinis octuagesies sexies: Tertiæ magnitudinis bis supra septuagesies: Quartæ uero quinquagesies: Quintæ tricies atque sexies: Postremæ magnitudinis Stellæ uicies, seu iuxta alios, octies ac decies terram excedunt. Mars duplo maior est terra. Venus à terra uti pars continetur septies & tricies: Luna quæ magnitudine par ferè est Veneri, tricies nouies. Mercurius tandem ueluti omnium minimus, ter millies centies, terque supra quadragies magnitudine à terra superatur.

Stellarū ma-
gnitudo.

b. Sua claritate fulgentes, & Solis luce rutilantes.

Quantquam, ut supra deductum est in catena Patrum existimantium Lunam emicare impertita sibi luce à Sole, plures ex illis Patribus Stellas etiam lumen mutuare asserunt, ut Anastasius Synaita, Procopius, Beda, Hugo noster.

I S I D O R V S præcipuæ Etymologiarum libro tertio, capite sexagesimo, ubi ait.

Stella

Stella non habent proprium lumen, sed à Sole illuminari dicuntur.

Aduersam attamen tuetur sententiam Patres deducti in catena, quæ in titulo habet, Classis Patrum, Lunam & Stellas luce propria splendescere arbitrantium. Præter illos autem adsunt adhuc nonnulli.

A V G V S T I N V S de Genesi ad litteram libro secundo, capite sextodecimo, quorundam opinionem recenset, qui si non Lunam, saltem Stellas virtute propria Sole magis clarescere existimabant.

Quærit etiam Sol, utrum Cæli luminaria ista conspicua, id est, Sol, & Luna, & Stella æqualiter fulgeant, sed quod diuersis interuallis distent à terra, propterea diuersa claritate magis minusque nostris oculis appareant. Et de Luna quidem qui hæc dicunt, non dubitant minus eam lucere quam Solem, à quo etiam perhibent eam illustrari. Multas autem Stellas, vel æquales Soli, vel etiam maiores audent dicere, sed longius postas paruas uideri.

Quam deinde opinionem, ut supra recitatum est, rejicit, ex eo quod Scriptura obtestatur Solem, & Lunam, luminaria esse magna.

B E D A Quætionibus in Genesim.

Nonnulli etiam multas Stellas, vel æquales Soli, vel etiam maiores audent dicere: sed longius postas paruas uideri, & si ita est, cur istas per signa circumeuntes amplius uenerantur. Cur eas signorum dominas esse perhibent.

P E R E R I V S Cōmentariorū in Genesim libro primo, in hanc incidit sententiam, quod scilicet Luna lucem à Sole caperet; Stellæ uerò sua luce fulgerent. Cum enim Auicennam, Albertum Magnum, ac Bedam Stellas lucem omnem Soli ferre acceptam asseruisse dixisset, Hugonis uerba libro Adnotationum in Genesim capite sexto, sic refert.

Solum, inquit, Solem propriam habere lucem, & ipsum ex igne esse factum: reliquas uerò Stellas omnes ex æria materia factas relucere potius, quam lucere.

Deinde sententiam suam adijcit.

Verum hoc limatiore iudicij Philosophis nequaquam probatur: nec sanè ullo satis probabili argumento persuaderi potest. Non enim par est ratio Lunæ, cæterorumque syderum, nec rotunditatis astris, atque receptionis luminis eius: nec fit uersimile immensam illam choream cælestium ignium in octauo Cælo, uidelicet multo nobiliori, quam est orbis Solis, mirabili pulchritudine micantium, à Sole lumen omne suum mutuari, & emendicare. Præsertim autem cum uideatur rationi consentaneum, astra illa, quæ longè diuersas uires, & effectus habere uidentur, dissimilem quoque lucis rationem obtinere.

A U C T O R.

Quod Benedictus Pererius uir acerrimi ingenij protulit, rectè prolatum existimo. Nam in uia Patrum tam Lunam, quam sydera nitore aliquo insigniri; & non nihil sua natura emicare, licet & plurimum lucis à Sole capiant, iam supra demonstratum est. Verum non tantum astra octauo Cælo insita, lumen omne suum à Sole non emendicare existimarem, tum ob nobilitatem orbis, tum etiam ob eorum insignem, ac micantem pulchritudinem, sed nec ipsa quoque sydera errantia, eo maxime quod singulari gaudeant orbe, & quod lucidiora, splendidioraque nobis appareant. Attamen hæc, ut certa, & explorata proferre non audeo; Si enim naturas rerum, quæ nobis præ oculis sunt, intellectu perfectè non assequimur, multò minus earum, quæ procul à nobis absunt, & de quibus nihil sensu, & experimento, certavè ratione percipimus, sed coniecturis tantum, & suspitionibus, naturas intelligemus: quapropter nec de ipsis, ut tutum, ac ratum aliquid definire, aut decernere licebit.

a. Non addidit, In signa, ut Stellas humanorum euentuum signa non esse, nec causas cognosceremus.


R V P E R T V S Commentarijs in Genesim libro primo, capite quadragesimo septimo.

Et fecit, inquit, Deus duo luminaria magna: Luminare maius ut præesset diei, ac luminare minus, ut præesset nocti. Et Stellas. Notandum in hac repetitione, cum dicit, Et fecit Deus duo luminaria magna. Et Stellas, non addidit in signa, uidelicet ne occasionem daret illis, qui putant in Stellis signa esse fatalia, homines quippe creaturæ magis, quam Creatoris imitatores, & à creatura Mundi cognitum Deum, non sicut Deum glorifican-

Astra nō om-
ne suum lu-
men à Sole
accipiunt.

Rom. i.

Anno Mudi primo. Die quarta.



Et Stellae.

a. Non addidit, In signa, ut Stellae humanorum eventuum signa non esse, nec causas cognoscere.

Et posuit eas Deus in firmamento Coeli.

b. Legendum est, Dedit. c. Legendum; Posuit ea.

Iob. 9. Iob. 38.

glorificantes, aut gratias agentes, in isto quoque dicentes se esse sapientes, stulti facti sunt, dum stellis penes omnem creatoris ascribere potestatem, ita ut dicerent ex earum momentis, vita & mortis suae fatalem pendere necessitatem. Huiusmodi suspicio de hac Scriptura nasci non potuit. Nam cum dixisset; Et fecit Deus duo luminaria, sic subiunxit; Et Stellae, ut in signa subaudire non liceat. Attamen, & Stelle in quaedam signa, & in quaedam tempora sunt, quae salua pietate Christianus homo suscipere, vel attendere queat, verbi gratia, de qualibus loquitur Scriptura: Quis fecit arcturum, & hyadas, & oriona? Item Numquid coniungere valebis micantes Stellae pleiadas, aut gyrum arcturi dissipare poteris? Nunquid produces Luciferum in tempore suo, aut vesperum super filios terrae congregare facies? Hec & his similia suscipere, & ex illis serenitatis, vel procellae significationes attendere perniciosum non est, immo pauidis maxime nautis utile est. Amplius autem ex huiusmodi positionibus, vel significationibus Stellarum spiritualium sensum per idoneas similitudines capere laudabile est. Item & tempora noctis de altitudine cuiuslibet Stelle, ex his, quae fixae cum firmamento fuerunt, adnoto horoscopo deprehendere, iucundum artificium, atque innoxium exercitium, immo & nocturnae laudis Dei, quibus horis fiat, pulchrum spectaculum est. Sed de huiusmodi ad praesens negotium non pertinet. Nam qui verè sapientiam querit, & a creatura mundi Creatorem cognoscere, glorificare, & gratias agere cepit, hoc solum de illa scire contentus est, quod sacra testante Scriptura creatrix diuina instituit, videlicet, quod ad hoc posuerit ea, quae praedicta sunt, id est luminaria, & Stellae in firmamento Coeli, ut lucentes super terram, ut praesentent diei, ac nocti.

Ceterum de his supra vberius.

Et posuit eas Deus in firmamento Coeli.

Rerum omnium conditoris scriba Moses, Spiritu Sancto afflante, singula mysterijs referta prodidit verba, eo euentu, ut magna emergant difficultates, nisi accuratius perpendantur. Id autem manifestè in sequentibus apparebit. Sed more nostro ad editionem primò accedamus. Chaldaica lectio, Graeca Septuaginta interpretum, & nostra Vulgata legunt; Posuit eas Deus in firmamento Coeli: insequunturque eam Lufitanus, Lippomanus & alij. Pagninus & Vatablus; Et posuit ea Deus in expansione Coeli. Legendum igitur secundum hos, sicut scriptum est omnibus ferè in codicibus.

b. Legendum est, Dedit.

CAIETANVS aliam sic habet lectionem.

Intra Hebraeum habetur, Et dedit ipsa Elobim in extensione Celorum ad illuminandum super terram, &c.

LVSITANVS in Adnotationibus.

Melius tamen putarem, si legeremus; Dedit illa, scilicet Stellae, & alia luminaria in extensione Coeli, &c.


c. Legendum; Posuit ea.

OBSERVATIONES Hebraicae hoc ponderant.

Posuit eas in firmamento. Quidam referunt Eas ad Stellae. Possumus tamen referre etiam ad Lunam, Solem, & Stellae: & vertere per neutrum genus, Posuit ea in firmamento: nam mox sequitur; Ut praesentent diei ac nocti.

Legendum

Anno Mudi primo. Die quarta.



Et posuit eas in firmamento Coeli.

a. Legendum, Posuit ea Deus. b. Hoc est, cum extra Caelum astra conflasset, ea post in Caelum euexit. c. Vel ponendo fecit, vel faciendo posuit.

a. Legendum, Posuit ea Deus.

OBSERVATIONES Hebraicae.

Hebraei autem post dictionem, Ea, legunt, Deus, hoc modo, Posuit ea Deus in firmamento: atque ita legitur in oblongo codice scripto sancti Dionysii, & complutensi editione.

A V C T O R.

Duo igitur hoc loco sunt animaduertenda; Alterum quòd pro verbo, Posuit, legere possumus, Dedit, ex mente Caietani, & Lusitani. Qua lectione denotaretur potius Dei munus, quòd congestis luminariibus dederit ea in obsequium nostrum; quàm narraretur ipsa astrorum collocatio, recidereturque Patrum controuersia, qua alij per verbu Posuit, interpretatur Deum astra iam congesta in terra, in Caelum transtulisse, eaque in firmamento collocasse. Alij pro, Posuit, interpretantur, faciendo posuit, seu ponendo fecit. Alij pro, Posuit, commentantur Fixit: & postremò alij exponunt, Coegit ea stare in firmamento. Veruntamen ego à lectione communi non abscederem; tum quia Moses Historici officio fungitur, quapropter ipsius munus erat, quid Deus fecerit de astris iam conflatis, explicare: tum etiam quoniam haec communis est lectio, acceptaque cunctis ferè tam priscis, quàm nuperis interpretibus. Alterum animaduertendum illud est, posse nos legere, Posuit ea, uel illa, sicuti legimus eas, uel illas. Quae lectio mihi acceptior videtur, quasi hoc loco ita intelligat de Sole, & Luna, sicuti & de Stellis, quod & ratio suadet. Primùm, quia munera, quae his attribuantur luminariibus in firmamento positis, illuminare scilicet, praesent, diuidere lucem à tenebris, non tantum competunt Soli, & Lunae aequè ac Stellis, verum & magis. Quinimò Stellis aegrè duntaxat ea conuenire post demonstrabimus. Deinde, quoniam firmamenti nomine capienda est tota machina caelestis, at si de Stellis tantum fixis haec dicerentur, firmamentum hoc loco octauam significaret sphaeram. Quae significatio potius astronomica est, & peripatetica, quàm scripturalis, & à Patribus agnita.

Si legeretur, dedit, quid significaretur.

Non est legendum dedit, pro posuit.

Posuit ea intelligitur tamen de Sole & Luna quàm de Stellis.

b. Hoc est, cum extra Caelum astra conflasset, ea post in Caelum euexit.

ANASTASIVS Synaita Commentariorum in Hexameron libro quarto, dum allegorij ludit, Christumque Soli comparat, hanc nobis tradidit interpretationem dicens.

Vidi Solem super terram constructum, & ex duabus rebus compositum: nempe qui prius constet ex luce, & ex igne postea: Deinde post eiusmodi compositionem & in hypothesi unionem, in Caelum à terra sublatum & restitutum: nihil aliud aspicio quàm Christum Dei filium cum carne in Caelos assumptum.

c. Vel ponendo fecit, vel faciendo posuit.

AVGVSTINVS de Genesi imperfecto, capite terdecimo.

Et posuit illa Deus in firmamento Coeli, ut luceant super terram. Quomodo dixit; Fiant in firmamento. Et quomodo nunc dicit, Fecit Deus luminaria, & posuit in firmamento: quasi extra sint facta, & post ibi posita, cum iam dictum sit, ut ibi fierent? An hinc etiam atque etiam significatur, non ita Deum fecisse ut homines solent, sed ita narratur ut hominibus potuit, scilicet ut apud homines aliud sit, Fecit, aliud, Posuit: apud Deum autem vtrunque idem sit, qui faciendo ponit, & ponendo facit?

CATHERINVS Enarratione in Genesim.

Quòd verò ait; Et posuit eas Deus in firmamento: non putes Dominum eas extra firmamentum creasse: ac postmodum in firmamento posuisse: sed creàdo fecit ut ibi essent, sicut ponit animas in corporibus nostris. simul

Anno Mūdi
primo.
Die quarta.

Et posuit eas in firmamento Cœli.

- a. Simul fecit, & posuit; sed id dictum est, vt ostendat conflationem astrorum præisse positionem eorum.
b. Sed nunc modus enarratur.
c. Hoc est, imperauit vt essent in Cælo, vagè se mouentes, vt pisces per aquam.

a. Simul fecit, & posuit; sed id dictum est, vt ostendat conflationem astrorum præisse positionem eorum.

PROCOPIVS Commentarijs in Genesim.

Quod ait; Posuit ea, &c. non equipollet ei, quod dixit; Fecit, nec vult vt intelligamus ea primò esse formata, & postea demum in firmamento translata: sed quod sensus vel cogitatio suggerit, generationem eorum priorem fuisse positionem. Alterum enim pertinet ad substantiam, alterum ad spectat, vt conueniat, & congruat reliquis Mundi partibus.

b. Sed nunc modus enarratur.

CAIETANVS Commentarijs in Genesim.

Descripserat dictum à Deo, non solum quod erunt luminaria, sed vbi erunt, videlicet quod erunt in extensione Cœlorum: & propterea cum declarasset executionem primi dicti (dicendo; Et fecit Deus, &c.) modò declarat executionem secundi dicti explicando locum, in quo posuit Deus astra dicendo; Et, dedit ipsa Deus in extensione Cœlorum: & subiungit tria officia eorundem in illo loco, hoc est, in extensione Cœlorum.

Istæ tres expositiones ferè in idem recidunt. Afferunt siquidem simul Deum astra cõflasse, & ea firmamento inseruisse, licet postea rationem huius narrationis diuersimodè tradant: cum Augustinus velit distincta esse Fecit, & Posuit, pro ineruditis, quasi iuxta consuetudinem hominum, & artificum, qui primùm efficiunt, deinde reponunt effecta, loquatur Moses: Procopius autem subtiliùs Philosophorum more hæc duo distincta posita esse obseruauit, vt denotaretur quod aliud sit ipsorum astrorum conflatio, aliud positio, & quod semper rerum effectio earum præcedat collocationem. Caietanus autem vult hæc duo refèri ad ea prima verba; Fiant in firmamento Cœli, adeò vt cum dixit, Fecit Deus duo luminaria magna, explicet illud, Fiant luminaria: & cum nunc adijcit; Posuit ea in firmamento Cœli, explicet modum, quo facta sunt in firmamento Cœli. Anastasij sententia peregrina est, & fortè nec ipsi accepta, nisi in quantum elegantissimæ allegoriæ occasionem largitur.

c. Hoc est, imperauit vt essent in Cælo, vagè se mouentes, vt pisces per aquam.

Elegans inter Patres viguit certè disceptatio, quæ Astronomis, Philosophisq; Peripateticis maximè intempestiua, irridendaq; visa est; An astra ipsis sint affixa orbibus, adeò vt eorum tantùm circumlatione conuertantur; vel in Cælo immoto, seu, vt dixit Chrysostomus, aëre constrato, eoq; permeabili, atq; cedente, astra ipsa, seu diuino decreto, seu anima ipsa duce ferantur, & circumagantur, motionibus, conuersionibusq; nunquam interpolatis, nec ab ordine sibi à Deo præscripto deuiantibus.

Vetustissimorum Philosophorum quamplures secundam huius controuersie partem tutatos fuisse indicat Aristoteles, qui eam libro secundo Cœli acriter confutat, & explodit. Historicos, quorum placita a Mosis doctrina sancta non abscedunt, eam ipsam habuisse excipitur è Cicerone libro secundo de Natura Deorum. Veteres Hebræorum Rabbinos hoc putasse, Iacobus Naclantus Episcopus Clugiensis testatus est in sua Medulla.

PHILO Libro de Gigantibus, astra vt animata moueri liberè asserere visus est.

Test 43. &
seq.

est. Nam cum dixisset; Necessè est, ut totus Mundus in omnibus sui partibus animata habeat, comprobans id de singulis Mundi partibus, de Cælo ait.

Cælum item sidera. Hæc enim in totum sunt animæ immortales, aiuuæque, & idè mouentur in orbem, qui motus menti cognatus est. Horum enim singulorum mens est integerrima.

I V S T I N V S ex nostris contra Aristotelem id disputat libro de Aristotelis decretorum reprehensione. Dicentè enim Aristotelem secundo Cœli; Relinquitur orbis moueri, & astra quiescere, fixaque orbibus ferri, his ita redarguit.

Si natura sua Stelle in orbibus quiescunt, frustra in orbibus inhaerent. Sin contra naturam quiescunt, perspicuum est vi eadem quiescere. Atqui in ijs, quæ æterna sunt, nec sine causa, nec contra naturam quiescunt, perspicuum fit. Non igitur inuenit Aristoteles rationem, qua Stelle mouentur. Aeterna enim astra facit, & tamen in ijs, quæ de Stellarum motu disseruit, vtrumque perspicitur, & quod frustra, & quod contra naturam fit. Si æternæ Stelle sunt, æternumque Cælum in quo astra inhaerent, & vtrumque Dei nomine appellatum est, quid causæ est, quin Dijs à Dijs trahantur, atque rapiantur? Ea enim quæ in eo infixæ sunt, quod mouetur, trahim mouentur.

Sed clariùs in quæstione Orthodoxorum nonagesimatertia, vt ratum exploratumque supponit, astra non in Cælo, sed infra Cælum ferri, Cælum immobile esse, ac semisphæricum.

Qui sit, vt ij, qui hæc dicunt verè dicant, cum astra non in Cælo, sed infra Cælum ferantur? Sic ea in Cælo esse dicimus, quomodo vim actionemque mouendi habent, cum celeste corpus sit immobile? Si verò vna cum Cælo astra mouentur, quid causæ est, quin fabula vera sit, quæ Cælum spheram appellat?

O R I G E N E S libro primo Periarchon capite septimo, & libro quinto Commentariorum contra Celsum, astra animata esse ex eo, quod tantò ordine mouentur, conuinci putauit.

In quo id manifestissimè ostenditur, quod neque motus illius corporis sine anima effici potest, neque quæ animantia sint, possint aliquando esse sine motu. Stella verò cum tanto ordine, ac tanta ratione moueantur, vt in nullo prorsus cursu earum aliquando visus sit impeditus, quomodo non est vltra omnem stoliditatem, tantum ordinem tantamque disciplinæ rationis obseruantiam dicere ab irrationabilibus exigè, vel expleri?

Sed locum hunc sacre Geneseos, quem præ manibus habemus, iuxta interpretationem antedictam in titulo præcipuè interpretati sunt præstantissimi isti à me nunc in medium produccendi Doctores.

D I O D O R V S Tarfensis, vt in catena Lippomani habetur.

Nemo igitur cum audierit, Et posuit ea in firmamento Cæli, existimet Solem, ac Lunam, & Stellas in Cælo fixas, gentile dogma in Ecclesiam inducens, neque Cælum moueri. Neque enim cum dictum est, Et posuit Adam in Paradiso, Adam ibi fixisse credendum est, sed vt ibi vitam suam transigeret. Quare intelligentum est, quemadmodum homines in terra, ita luminaria in Cælo posita esse supernum illud iter peragentia.

E V S E B I V S Emiffenus, vt in eadem catena.

Queritur, vtrum luminaria, ac Stella infra Cælum distantia cursum peragant, an Cælo fixa sint, an veluti viatores in Cælo iter faciant? Ac siquidem dixerint infra Cælum currere, audiant Homerum, apud quem Sol è fluentis Oceani ad medium Cælum ascendit, deinde cursu confecto occidit. Neque item Cælo fixa dici possunt, ea enim ratione alterum altero nunquam velocius esset, quod tamen adeò perspicuum est, vt negari non possit. Sacra ergo ac diuina Scriptura testatur, Cælum firmum, atq; immobile esse, Solem verò, ac Lunam in Cælo moueri, ac cursum suum peragere. Nam in Iosue dictum est; Sol & Luna stet: non ait, Cælum mouens Lunam, aut Solem, stet. Item ab Ezechia dictum est; Sol retrocedat: non ait, Cælum mouens Solem, retrocedat.

C H R Y S O S T O M V S disertius pluribus in locis id edocuit; Homilia enim sexta in Genesim ea fixisse Deum in firmamento abnuat, dicens.

Posuit illas, inquit, in firmamento Cæli. Quid est Posuit? Nunquid quasi diceret aliquis, fixit? Absit. Videmus enim ipsas vnico temporis momento magnum transire spatium, & nunquam in vno loco stare, sed suum, quem illis Dominus præcepit, cursum perficere. Quid igitur est, posuit? id est, imperauit, vt ipsæ essent in Cælo. Etenim hoc ex processu Scripturæ licebit videre, quia alibi dicit; Posuit Deus Adā in Paradiso, non quod infixit eum in Paradiso, sed quod præcepit, vt esset in Paradiso. Similiter & de Stellis quispiam dixerit, quod imperauit eis, vt sint in firmamento Cæli, vt suum lumen super terram emittant.

Quod immobile, ac sphericum persistat Cælum, Homilia quartade cima in epistola ad Hebræos contestatus est.

Quod fixit, inquit, Deus, & non homo. Vbi sunt, qui dicunt moueri Cælum? Vbi sunt, qui pronuntiant id esse sphericum? Vtraque enim hæc sunt sublata.

Cap. 8.

Iosue 10.
4-Reg. 20.

Ipsium pluribus disseminauit Homilia duodecima ad populum Antiochenum.
Deus Mundum effecit, neque totum immobilem dimittens, neque totum iubens moueri. Sed Cælum quidem immotum permansit, sicut Propheta inquit; Qui statuit Cælum tanquam testudinem, & extendit ipsam tanquam tentorium super terram. Sol uero cum reliquis syderibus quotidie circumuoluuntur.

PHILASTRIUS Episcopus Brixienfis, Heresim (latiori tamen sensu sumpto vocabulo) placitumque à Christianis dogmatibus alienum, inanique Philosophiæ nimis propitium appellat, Stellas fixas existimare.

Est heresis, quæ Stellas infixas putat esse in Cælum, non de thesauris locisque absconditis, atque à Deo depositis in uesperum iussu diuino repente procedere, statutisque horis suo lumine cursum ministeriumque inditum agnoscere: quod contrarium alienumque Fidei Catholice inuenitur. si ita quis senserit, magisque pagane uanitatis, & Philosophorum inanis sententiæ, quàm Christianæ scientiæ habere consortium demonstrabitur.

LACTANTIUS libro tertio de Falsa Sapiencia, cap. vigesimoquarto, dum Antipodas inficiatur, sapientes ethnicos irridet, quòd Cælum sphericum crediderint, quasi ipse semisphericum, & immobile illud esse arbitretur, atque ex consequenti astra non affixa, sed prorsus soluta moueri.

Quæ igitur illos ad Antipodas ratio perduxit? Videbant syderum cursus in Occasum meantium, Solem atque Lunam in eandem partem semper occidere, atque oriri semper ab eadem. Quam autem non perspicerent, quæ machinatio cursus eorum temperaret: nec quomodo ab Occasu ad Orientem remeant: Cælum autem ipsum in omnes partes putarent esse deuexum, quod sic uideri propter immensam latitudinem necesse est existimauerunt rotundum esse Mundum, sicut pilam: & ex motu syderum opinati sunt Cælum uolui: sic astra Solemque, cum occiderint, uolubilitate ipsa Mundi ad ortum referri. Itaque ætherios orbis fabricati sunt, quasi ad figuram Mundi, eosque celarunt portentosis quibusdam simulacris, quæ astra esse dicerent.

PROCOPIUS Commentarijs in Genesim capite primo, enucleatius his subscribit, sicut citra delectum solet.

Quæstio nunc nascitur, an illa luminaria Cælo fixa circumuoluantur: uel Cælo stabili & immobili manente, suas revolutiones absoluant: Deinde, an infra hoc Cælum motus suos cient. Nam Homerus alicubi (ut interim Græcis hæc obijciam) dicit; Sol relinquens pulcherrimum locum, in Cælum ascendit multo aëre fulgidum. Et iterum; Ex leniter fluitante & profundo Oceano. Quidam pronunciant luminaria longinqua à Cælo interuallo in aëre uagari multum à Cælo remota. Itaque, ut ex prædictis apparet, plerumque lucis partem, ut in superiorem regionem transfunderent, & reliquam demum deorsum ad nos transmitterent: præterea magis Cælos, quàm nostram regionem suo fulgore illustrarent. Ut mihi uidetur, incedunt per Cæli superficiem, lucem ad nos porigentia uniuersam. Non enim frustra habet Scripturæ; Posuit Deus ea in firmamento. Nec intelligenda est, ut quidam uolunt, dictio, Posuit, pro, fixit. Quapropter & Iesus filius Naue exclamat; Stet Sol: nec dixit, Stet Cælum, quòd ipsum mouet. Differt autem præfens locus; Posuit ea Deus in firmamento &c. ab eo qui de aëribus commemoratur, scilicet; Ut sint per firmamentum Cæli volantes. Aliud enim est in ipso, quàm per ipsum, & in sublimi.

ISIDORUS Hispalensis iunior Etymologiarum libro tertio, capite quadragésimo nono.

Solem per seipsum moueri, non cum Mûndo uerti dicunt. Nam si fixus Cælo maneret, omnes dies & noctes æquales existerent: sed cum alio loco cras occasurum: alio occidisse externo uidemus, apparet cum per se ipsum moueri, non cum Mûndo uerti.

Seuerianus, & Acacius, cum Mundum semisphericum putarint, Cælumque immotum, ut tabernaculum, seu fornicem, seu cameram extendi assueuerant, ut supra in disceptatione, Num Cælum sit sphericum, retulimus, astra per Cælum, ueluti per aërem aues moueri, & suas conuersiones efficere utique sunt arbitrati.

AVGVSTINVS tandem hanc non repudiasset, uel improbasse sententiam conuincitur, siquidem de Genesi ad literam libro secundo, capite decimo, proposita quæstione illa, Num Cælum moueatur, cum non uideatur moueri, quia firmamentum dicitur, ipse in utranque partem descendens, nec aliquid certè definire præsumens, obiectionibus utrinque allatis respondet.

Hoc sanè nouerint, nec nomen firmamenti cogere, ut stare Cælum putemus: firmamentum enim non propter stationem, sed propter firmitatem, aut propter intransgressibilem terminum superiorum & inferiorum aquarum uocatum intelligere licet. Nec si ueritas Cælum stare persuaserit, impedire nos circuitu syderum ne hoc intelligere possimus: & ab ipsis quippe qui hoc curiosissime, & ociosissime quæsierunt, inuentum est, etiam Cælo non moto, si sola sydera uerterentur, fieri potuisse omnia, quæ in ipsis syderum conuersionibus animaduersa, atque comprehensa sunt.

Suffra-

Et posuit eas Deus in firmamento Cæli.

a. *Fixit quidem in firmamento Stellas inerrantes; Planetas autem sub ipso uagari iussit in æthere.*

Suffragari multum, atque fauere huic, quamuis singulari assertioni, sacra Scriptura uisa est. Primum, quoniam Cælorum conuersionem nunquam memorauit, astro rum uero circumlationes sæpius recensuit. Principio. n. Scriptura sacra non asserit conditum fuisse firmamentum, ut esset in dies, & annos, hoc est, conficeret dies, & annos, quemadmodum de creatis luminaribus scriptum est; Ut sint in signa, dies, & annos. Iosue non Cælo, sed Soli, & Lunæ præcepit, ne mouerentur. Steterunt Sol, & Luna, inquit, donec uisceretur se gens de inimicis suis. Iob extensionem solam Cælis ascribit, motum uero astris. De Cælis nanque ait; Qui extendit Cælos solus. De Sole autem; Qui præcipit Soli, & non oritur. Dauid etiam in Psalmis, Cælos, & firmamentum Dei gloriam enarrare contestatur, Solem uero Dei extare tabernaculum, ipsumque, gigantem instar à summo Cælo egredi, & ad ipsam summitatem regredi asserit. Adnotes, precor, si à summo Cælo est egressio Solis, & occurfus eius usque ad summum eius: iam aperte, & dilucidè enarrat Dauid, Cælum ipsum non deferre Solem, sed immotum consistere, atque à summitate eius egredi Solem, & ad summum redire. Ecclesiastes quoque non Cælum, sed Solem oriri, occidere, gyrare, lustrare uniuersum perhibet: non ferri cieriue dicit Cælum, sed Solem; Oritur Sol, inquit, & occidit, & ad locum suum reuertitur, ibique; renascens gyrat per meridiem, & fixatur ad Aquilonem, Iustrans uniuersa in circuitu pergit spiritus, & in circulos suos reuertitur. In libris Regum Sol retrocessisse & non Cælum perhibetur; Et reduxit umbram per lineas, quibus iam descenderat in horologio Achaz retrorsum decem gradibus. Idem apud Esaiam legitur; Et reuersus est Sol decem lineis per gradus, quos descenderat. In Euangelio pariter scriptum est; Stellæ cadent de Cælo; Si fixæ sunt, quomodo cadent? Paulus insuper ad Hebræos inquit; Habentes Pontificem, qui penetrauit Cælos; Si solidi sunt uires, impenetrabilesque; quomodo penetrauit? Igitur sunt permeabiles, si à corpore penetrari queunt. Hæc sunt, quas ipsi ut præstantiores deferunt, rationes. Adijci potest his auctoritatibus non infirma ratio. Si enim Cælum ex quatuor elementorum summitatibus constare liquet, ut iam demonstratum est, grauitatis etiam saltem exiguæ non erit expers: Quare facilius consistere, quàm rapidissimo motu perenniter cieri poterit; astra uero sola, quæ longè minora mole sunt, ceu eiusdem exiguæ particule, & ex ignea natura, leuiori negotio circummagi ac ferri poterunt, eò maximè quòd Cælum, ut elementare, massam non solidam & duram, sed permeabilem molem, ac rarā esse, haud absurdè possemus existimare. Quibus consonat Basilius, cum dixit, Cælum esse quasi fumum: & Chrysostomus, qui aërem esse conflatum assueuerat. Quamobrem concludendum uidetur, astra ipsa seù ab anima, seù ab Angelo & intelligentia illis addita, seù diuina uirtute, & præcepto, per illud molle Cælorum spatium circumferri. Deinde, si latio orbium propter astrorum delationem est, cum natura non faciat per plura, quod efficere potest per pauciora, ut quid Cælorum conuersiones multiplicare, maximè cum influxus, & Cælorum operationes, ex ipsorum astrorum motu & luce prodeat. Argumentum est D. Bonauenturæ secundo sententiariū, distin. quartadecima.

a. *Fixit quidem in firmamento Stellas inerrantes; Planetas autem sub ipso uagari iussit in æthere.*

Patrum nonnulli sensisse uisi sunt, Stellas inerrantes supremo quidem infixas fuisse Cælo; erroneas autem ex se uagari, conuersionesque suas efficere.

IVNILI VS

Anno Mûdi primo. Die quarta.

Scripturæ auctoritates pro superioris sententiæ.

Iosue 10.

Iob. 9.

Psal. 18.

Eccles. 1.

4-Reg. 20.

Isa. 38.

Matth. 24.


Heb. 4.

Rationibus eadem sententiæ comprobatur.



Et posuit eas in firmamento Cœli.

a. Hoc est, fixit in sua sphaera, quod unumquodq; astrum firmamento seu circulo suo sicut nodus tabulae habeat.



I V N I L I V S In Hexameron insinuauit id ipsum, cum dixit.

Sed intelligendum est, quod ideo dictum sit volare aues secundum firmamentum Cœli, quia hoc nomine & ether indicetur, hoc est, superius illud aëris spatium, quod à turbulento hoc, & caliginoso loco, in quo aues uolant, usque ad astra peringit: quod esse tranquillum prorsus, ac luce plenum, non immerito creditur. Nam errantia sidera septem, quæ in hoc aëtheris spatio vaga ferri perhibentur, Scriptura in firmamento Cœli esse posita dixit.

R I C A R D V S Victorinus noster libro secundo Exceptionum cap. sept. Quarta die fecit luminaria, quæ in firmamento probantur esse fixa, exceptis septem planetis, quorum ista sunt nomina, Luna, Venus, Mercurius, Sol, Mars, Iuppiter, Saturnus.

H V G O Carensis in Postillis.

Fiant luminaria, id est, Sol, Luna, & stelle. Stelle sunt in firmamento fixæ secundum quosdam, vel prope ipsum: secundum alios Sol, & Luna, & ceteri planetae sub stellis in aethere.

A N S E L M V S Cantuariensis de Imagine Mundi libro primo capite uigesimo tertio.

Ignis aether, quasi purus aër, dicitur, & splendore perpetuo letatur. De hoc Angeli corpora sumunt, cum ad homines missi veniunt. In hoc septem stelle singulis circulis contra Mundum feruntur, & ob vagum cursum, planetae, id est, erraticæ dicuntur. Hæ immensa celeritate firmamenti ab Oriente in Occidentem raptantur, tamen naturali cursu contra Mundum ire comprobantur, sicut musca in rota molendini.

Verum qui vetustas Patrum paginas peruoluere oblectaretur, plures eorum hanc sententiam approbasse comperiret.

A L B E R T V S Magnus hoc apud priscos existimatum fuisse tradit, cum duas memorat consimiles sententias prima parte, quæstione quarta, art. decimonono.

Quidam tamen antiqui dixerunt, quod eccentrici, & stelle transeunt per corpus, quod est inter sphaeras, & tamen non diuidunt ipsum: & hoc contingit propter formalitatem illorum corporum, sicut & lumen transit per aërem. Sed secundum hoc transitus planetarum esset potius immutatio alterationis, quam transitus localis alicuius corporis. Mathematici Aegyptij, & Chaldej, & quidam Arabes dicunt, quod superiora sunt ignea: & ideo non est inconueniens, si ipsa moueantur motu eccentricorum, & planetarum.

D I O N Y S I V S Carthusianus Enarratione in Genesim, articulo duodecimo.

Hic sumitur firmamentum pro Cælo stellato, seu sphaera octaua, nisi forte per Stellas intelligantur non solum Stelle, quæ dicuntur fixæ in firmamento, sed & alij quinque planetae. Denique Stelle, quæ sunt in sphaera octaua, secundum Aristotelem, & eum sequentes sunt fixæ in ipsa, nec habent proprium motum, sed motu sui orbis mouentur. Suntq; de natura eiusdem orbis, & unaqueque earum est densior pars ipsius. Unde dispositæ sunt ad suscipiendum lumen præclarior, quam ceteræ orbis partes. Planetae uero dicuntur Stelle erraticæ, aut non fixæ in proprijs sphaeris, sed proprium motum habentes. Veruntamen Plato in Timæo dicit, Stellas non esse fixas in firmamento, sed meare, & choream ducere in eodem: & in hoc Ptolemæus Platonem sequutus est; unde dicunt non Cælum, sed Stellas Cœli moueri, & circumferri.

a. Hoc est, fixit in sua Sphaera, quod unumquodq; astrum firmamento seu circulo suo ut nodus tabulae habeat.

Cum inane ferè ac superfluum arbitrer hac de re Philosophos consulere, nõ deest Patrum vberima clâsis, quæ & Cælum solidum ac mobilè, & astra fixa ab orbibus ferri decernat. Nam etfi Mosem duorum Cœlorum natalia prodere isti Patres autument, in eo tamen, quod firmamentum dictum est, plures circulos competiri astra septem deferentes edocent.

P L A T O Mosi assensit, cõdita scilicet fuisse astra à Deo & posita in circulis, cum

cum id ex ipso hoc loco hauisset, vt refert Eusebius de Præparatione Euangelica libro vndecimo, capite sextodecimo.

Rursus cum Moses Solem, & Lunam, & ceteras Stellas à Deo productas ostendit, Et dixit Deus, inquit, Fiant luminaria in firmamento Cœli, & sint in signa, & in tempora. Et fecit Deus duo luminaria magna, & posuit ea in firmamento Cœli, & Stellas. Similiter Plato quoque dicit, à verbo & mente diuina Solem, & Lunam, & alias quinque Stellas cognominatas erraticas ad generationem temporis facta esse, Quorum corpora Deus fecit, & posuit in circulis. Diligenter igitur considera quod dicit, à verbo & mente diuina. Illis enim verbis quoque ipsis consentaneum est, quod Psalmista dicit; Verbo Domini Cœli firmati sunt, & spiritu oris eius omnis virtus eorum. Deinde cum Moses in firmamento posuit Stellas dixerit, eadem voce Plato rursus in circulis posuit, inquit.

Hamerus Commentatione in Genesim hæc eadem ex Eusebio elicit.

P H I L O, qui libro de Gigantibus astra, ut anima prædita, per Cælum vagari dixerat, Cœlorum etiam pluralitatem, & eorum diuersum motum fatetur libro de Cherubim.

Quid si hic totius Cœli circumferentiam cogitare vult? nam caelestes orbis habent motus inter se contrarios: quorum alter dextrorsum fert fixa sidera, alter sinistrorsum erraticæ. Sed extimus ille orbis fixarum Stellarum vnus est, qui ab Oriente ad Occidentem voluitur: interiores autem septem, erraticarum videlicet, quorum cursus simul coactus, & voluntarius, duos motus habet inter se contrarios: coactus quidem qualis fixorum siderum, quæ quotidie videmus ab Oriente in Occidentem tendere: proprius autem à vespertinis Cœli partibus ad matutinas: qui variat tempora circuitus, & ad idem signum rediit septem siderum, quod quadam ex his decurrant pariter, Sol, Lucifer, & quem Stillbontem nominant. Tres enim hi pari celeritate sunt. Quadam uero impariter, sic tamen vt certam proportionem respectumque seruent & inter se inuicem, & ad illa tria reliqua.

B A S I L I V S Hexameron Homilia tertia, Cœlos esse multos, eosque mobiles non abnuit.

Nos contra, de duobus tantum abest vt quicquam addubitemus, vt & tertium inquiramus, cuius contemplatione dignus est habitus admirabilis Paulus. Psalmus ad hoc, dum nominatim commemorat Cælos Cœlorum, vtique non vnus modò Cœli, sed & plurium perspicuam nobis inseruit intelligentiam. Neque hæc aliquando minore fide credi par est, quam qua credimus septem esse orbis, in quibus Stelle septem ferè omnium consono ore prædicantur suum peragere cursum, quos quidem Cælos, ita asserunt concinne inseri vnus alteri, quemadmodum si cadi aut vasculi in sese inserta sint. Hos proinde sic insertos, dum motu contrario ex aduerso vnuerſi in orbem versantur, asseuerant aethere per hos circumquaque perrupto, sonum reddi concinnum suauè resonantis harmoniæ, quæ melicæ omnis melodiæ mellitissimam exuperet, & iucundam suauitatem.

A M B R O S I V S Hexameron libro secundo, capite secundo, Basilij doctorum desumpsit. Quapropter nec Cœlos esse plures mobiles abnegauit.

Quem imitantes Philosophi, septem Stellarum, Solis & Lunæ, globorum consonum motu introduxerunt, quorum orbibus, vel potius globis connexa memorant omnia, quos sibi innexos, & velut insertos versari retro, & contrario ceteris motu ferri arbitrantur.

Non admittunt attamen hi duo Patres, ex diuerso aduersoq; orbium motu dulcem quandam profilire modulaminis sonum, suauemque concentum à nobis minimè perceptum, eo quod ex sonitus consuetudine obsurduerint aures nostræ; De qua re alibi forsitan erit nobis sermo.

D A M A S C E N V S Orthodoxæ Fidei libro secundo, capite sexto, dilucidius suam de Cœlis sententiam eo loco retulit.

Forissecus autem omnium in ambitu esse Cælum: quod & astruunt circulariter agitari, & constringere, quæ infra sunt, et sic omnia manere firma & indecisa. Septem etiam ferunt esse Cœli zonas, circulosque: & alterum altero esse tenuiorem, ipsamque esse tenuissima naturæ tanquam fumum, & in vnoquoque circulo vnum esse planetarum. Nam septem planetas asserunt esse, Solem, Lunam, Iouem, Mercurium, Martem, Venere, & Saturnum. Venere autem dicunt quandoque Luciferum, quandoque uero Hesperum fieri. Ceterum planetas, id est, erraticos, hos vocant, quod ex aduerso Cœli suum motum peragunt. Nam Cælum, & reliquæ Stelle ab Oriente in Occidentem mouentur: at ipsi soli ab Occasu in Orientem motum habent. Et hoc exploratum habemus ex Luna, parumper singulo quoque vespere ad Orientem remeante.

R V P E R T V S Commentarijs in Genesim libro primo, capite quadragesimo tertio, enucleatius inerrantes Stellas in firmamento fixas, motu firmamenti cieri, erraticas uero in circulis fitas, proprio eorum motu agi edocuit.

Sciendum uero, quod licet cum dixisset; Fiant luminaria: subiunxit, in firmamento Cœli: pariterque de Stellis; Et posuit eas in firmamento Cœli: quamuis non diuersa sit dictio, diuersa tamen horum est positio. Nam

Nam quod Astronomici melius experti sunt, Stella quidem omnes præter quinque planetas, id est, erraticas, & præter hæc duo luminaria magna, in firmamento fixæ sunt, & cum firmamento feruntur. Siquidem luminaria hæc, & Stella quinque (ut prædictum est) quas idolorum suorum nominibus sacrauerunt, scilicet Saturni, Iouis, Martis, Venere, atque Mercurij, circos habent proprios, qui contrario motu feruntur, voluntur enim contra firmamentum. Horum altior circulus Saturni, inferior Lunæ circulus habetur.

A L B E R T V S Magnus prima parte Summæ de Quatuor Coëqueuis, quæstione quarta, articulo vigesimo secundo, prolixius disputat, Num astra moueri possint alio motu quam motu orbium. Secundum autem sententiam Aristotelis hoc dilemma proponit.

Aut Stella mouentur, similiter & orbis: aut mouentur orbibus stantibus: aut mouentur motu orbium, & non motu proprio.

Quod non moueantur simul cum orbibus, rursus hoc argumento utrinque vinciente probat.

Nam mouentur, aut natura, aut casu: naturaliter ambo consimul moueri non possunt, quod duo corpora diuersa quantitate moueri non queant, quin alterum velocius, & alterum minus moueatur, & maior circulus uti est orbis, velocius non reuoluatur quam Stella, unde sequeretur, quod orbis citius suam circumlationem compleret quam Stella, & ita corporum scissio daretur: casu non potest esse, quia casualia perpetua non sunt, sicut motus est orbium. Si autem dicatur, quod Stella mouentur stantibus circulis, sicut dixerunt quidam Mathematici, sequitur idem inconueniens, ut supra, scilicet quod scinduntur circuli, & corpus minus mouetur velocius, & quod corpus maius eiusdem nature quiescit, quod est contra rationem: ergo relinquatur tertium membrum, scilicet quod si mouentur circulariter, quod mouentur motu orbium, & non motu proprio, & natura sicut pars in toto.

Ex ijs quæ subtilissimus hic Doctor satis prolixè tractat ista excepi, quæ magis proposito nostro inferuire videbantur. Cæterum duo supponunt, quæ Chrysostomus, & Patres non admitterent. Alterum, quod dentur circuli in Cælo; Alterum, quod corpus illud sit infrangibile, cum permeabile sit, & fufum, uti ignis, vel aër.

D. BONAVENTURA secundo distinctione quartadecima, Aristotelem, sequacesque hoc præcipuè sensisse his tradit.

Positio verò naturalium est, sicut Aristotelis, & Commentatoris primo Cæli commento decimo, & duodecimo Metaphysicorum commento trigesimo septimo, quod planete non mouentur nisi motu suorum orbium, sicut clauus fixus in rota mouetur motu rota, non proprio: & hoc ponunt propter illius corporis incorruptibilitatem, propter quam non potest scindi, nec transitum præbere alij corpori.

Duo autem ex hoc Peripateticos elicere afferit Bonauentura. Alterum idem esse centrum orbium omnium, & Mundi ex perfecta rotunditate eorum: Alterum, maiorem, minoremque velocitatem, retrogradationes progressionisque ex hac concinnitate esse posse.

D. THOMAS prima parte, quæstione septuagesima, articulo primo, ad tertium.

Dicendum, quod secundum Ptolemæum, luminaria non sunt fixa in spheris, sed habent motum seorsum à motu spherarum. Ideo Chrysostomus dicit, quod non ideo dicitur, quod posuit ea in firmamento, sed secundum opinionem Aristotelis Stella fixæ sunt in orbibus, & non mouentur, nisi motu orbium secundum rei veritatem: tamen motus luminarium sensu percipitur, non autem motus spherarum: Moyses autem rudi populo condescendens, sequitur est, quæ sensibilibus apparent: ut dictum est.

LIPPOMANVS in Catena.

In firmamento autem Cæli ponuntur, tanquam in quibusdam rotis, quibus circunducantur.

VIELMIVS Lectione vigesima prima.

Chrysostomus adnotauit verbum, Posuit, non pro, Infixit capiendum esse: nam & posuit Adamum in paradiso terrestri, nec tamen infixit. Alij dicunt Aplanes quidem positas, hoc est, fixas fuisse tanquam orbium partes, & quomodo natura posuit nodos in tabulis: quæ profectò opinio vulgatio est, ac ut puto, etiam verior.

ALEXANDER Halensis parte secunda, quæstione quinquagesima secunda, membro secundo, articulo quarto, post prolixam disceptationem anceps remansit cum ait.

Dicendum, quod siue sic, siue sic posita sint luminaria in firmamento secundum intentionem supradictam, siue sint fixa in suo orbe, siue per se mobilia: perscrutatio horum relinquenda est eis, qui circa hæc negociantur: hoc supposito, quod dicit Scriptura. Si verò altera pars per documenta sacræ Scripturæ possit confirmari, illi parti est adherendum.

Doctores

Et posuit eas in firmamento Cæli.

a. Hoc est, fixit in epicyclis, quod vnumquodque astrum, Sole excepto, illis inhæreat.

Doctores omnes scholastici, Philosophi; nuperi, maximè Peripatetici, in hanc partem proficiscuntur sententiam. Nam ab ea tempestate, qua Peripatetica Philosophia apud Christianos adoleuit, omnes ferè Doctores præcipuè Scholastici, Peripateticorum, ac Mathematicorum placita prosequuti, plures Cælos reperiri, astra in ipsis fixa, esse, ac eorum circumlatione ferri, tradiderunt.

a. Hoc est, fixit in epicyclis, quod vnumquodque astrum, Sole excepto, illis inhæreat.

Mathematici singulis astris non vnum duntaxat circulum ascribunt, sed plures, & minimum quatuor, eccentricos, ut aiunt, duos secundum alteram internam partem, eccentricum alterum secundum ambas oras in medio, & in eccentrico epicyclum, in epicyclo tandem astrum collocant. Eccentricum supremum in superficie extima Mundo concentricum, in intima autem eccentricum; eccentricum autem infimum è contra in conuexa eccentricum, & in concaua concentricum esse tradunt. Eccentricum seu deferens inter hæc tam a parte superiori, quam inferiori Mundo eccentricum esse uolunt. Duos concentricos deferensque duplici motu, raptu scilicet ex Ortum in Occasum, & motu proprio ex Occasu in Ortum, circūferri perhibet: epicyclum autem in deferente circumuolui, & astrum in epicyclo fixum stare, uolui tamen ad circumlationem epicycli, similiter asseruerunt.

D. BONAVENTURA Sententiarum secundo, distinctione decima quarta, eleganter sic eorum recitat sententiam.

De hac Quæstione controversia fuit inter Naturales, & Mathematicos. Mathematici autem maximè considerantes apparentiam, ut illa possent saluare simul cum motus perpetuitate & uniformitate, posuerunt eccentricos, & epicyclos, & planetas moueri in motibus propriis in epicyclis, & secundum hæc saluata motus uniformitate, aliquando contingit planetam deprimi, aliquando eleuari secundum motum ipsius planete in epicyclo, epicycli in eccentrico, & eccentrici circa centrum proprium, quod est extra centrum Mundi. Ad obiectionem autem Naturalium de corporis illius continuitate, respondent diuersimodè, dicentes, quod non est inconueniens si corpus illud scinditur motu planete, quia est natura ignea. Alij dicunt, quod corpus illud non scinditur, & planete pertranseunt: corpus enim luminis simul potest esse cum alio corpore.

Sed num attigerit mentem Mathematicorum Bonauentura, ambigunt alij, quoniam dato, quod tam eccentrici secundum quid, quam eccentricus simpliciter moueatur cōsimul ex Occasu in Ortum, & epicyclus uoluatur in eccentrico, certè nulla potest esse cōscissio corporum, quæ esse posset, si eccentricus simpliciter staret, aut contraria illis ageretur motione: planetam verò moueri in epicyclo non admittunt, sed tantum epicycli ferri latione. Et postea Aristotelis sententiam explicat, ut supra deductum est. De his autè iudicium suum his attulit.

Et hæc omnia videntur valde consona rationi. Et ideo licet positio Mathematicorum secundum iudicium sensuum videatur esse verior, quia secundum illam viam procedendo, & iudicando, non falluntur circa motus corporum superiorum secundum rem: tamen non oportet esse verius, quia falsum est frequenter via inueniendi verum, sed rationabilius videtur procedere, & ponere naturalis Philosophus: ideo si illam positionem suscinere velimus, potest responderi ad ea, quæ obijciuntur in oppositum.

2 AV-

Anno Mūdi
primo.
Die quarta.

A V C T O R.

Ad diffinitionem, ac solutionem tantę percunctationis deuenientes, perpendamus primo in loco priscam eam Hebræorum, Iustini, Origenis, Diodori, Eusebij Emiffeni, Chrysofomi, Philastrij, Lactantij, Procopij, Seueriani, & Acacij sententiam, ac assertionem: multa nanque ardua, ac non ita explorata eam supponere contuebimur. Origenes enim primum voluit, quod Cælum, & astra sint anima prædita, atque etiam, quod cœleste corpus sit molle, ac permeabile. Alij quod sit non sphericum: sed semisphericum: omnes aut quod sit immobile, & vnū, nullo admisso in eo circulo, dixerūt. Ceterum astra anima insignita esse, non est admittendū. Nam etsi problema dialecticū istud censeatur, potiore tamen, ac præstantiore esse sententiam illam, quæ ea sine anima asserit, in superioribus uberrimè demonstrauimus. Cælum compactum esse ex elementis, Patres certè asseuerabant, sed ipsum esse molle, rarū, ac permeabile, nõ omnes decernebant. Hoc siquidem abnuunt Peripatetici, & cū ipsi D. Thomas, & Scholasticorum ingens acies, qui ex quinta quadam essentia, eaque incorruptibili constare edocent: negant quoque Platonici, qui ex summitatibus elementorum, Cælum vt corpus solidum coactum perhibent. Inficiantur Patres illi, qui ex glacie concretum autumāt, D. Petrus, Gehnadius, Hippolitus, Theodoretus, Beda, Hugo, Petrus Comestor, Guilielmus, Seuerianus, & Acacius ipse, qui etsi Cælum semisphericū existimauit, at tamen vt crystallum concretum tradit. Abnuunt & illi, qui ipsum ignoto constitutionis genere constatum arbitratur, Basilius, Ambrosius, Damascenus. Abnuunt dignitas ipsa corporis cœlestis, quæ cū sit præstantissima, aëris, ac aquæ labilitati vix comparari potest. Abnuunt ipsa eiusdem natura, nam cū Cælum sit, si non incorruptibile, saltē difficilius alterabile, ac omnibus corporibus elementatis præstantius, soliditas, non molities ei magis competere videtur. Sed quod adhuc magis vrget, abnuunt & Scripturæ: Iob nanque Cælos tanquam æs fusos dixit. Semisphericum non posse esse Cælum, non tantum supra demonstrauius, verum experimento annualium nauigationū, & maximè eorum, qui freto Megellanico superato, Orbem circumambire ausi sunt, clarissimè euincitur ac manifestatur. Cælum immobile esse, nouum prorsus ac fictitiū commentum videtur. Cælum vnum esse non posse, contrariorum motuū ratio euidentissimè demonstrat. Constituendum itaque est hoc axioma, Cælum, vt æs fufum, impenetrabile, & sphericum esse, nec immotum consistere. Quo iacto fundamento labascit omnino ac titubat, immò funditus corrui iam allata sententia. Nam astra per Cælos huiusmodi tanquam pisces per aquas natate, seu aues per aërem volitare, altero duorū modorū contingere necesse est: vel quod in Cæli corpore, calles, femitæ, seu canales adfint, per quos vehantur astra, vel quod ipsa per illud corpus ipsum dissecando, ac perumpendo progrediantur, uti aues per aërem. Vtraque assertio ardua ineptaq; inducit. Nam si femitas ponimus, seu canales, in omnibus illis partibus, quibus astra abesse contigerit, vacuum esse oportebit. Quo quid naturæ horribilius? Nisi fortè inter cœlestia corpora aërem insitum esse quis asseueraret, uel ijs in locis rarum ac molle Cælum esse velimus. Præterea, si hi calles immobiles persisterent, astra semper in eodem puncto posita æquè se habebunt ad terram ex se immobilem, & tamen à Mathematicis cōpertum est, Lunam sub eodem Zodiaci circulo, quandoque à terra remotiorem, quandoque proximiorē conspici. Quod de reliquis astris etiam fieri, Mathematici tradunt. Si autem per Cœli corpus labuntur, cū solidum sit, sicuti Iob testatur, perpetuā fractionem, ac dissecationem perpeti censendum esset. Sed quod hanc sententiā meo iudicio prosternit ac profligat, illud est; corpus idem duplici motu & aduerso cieri, impossibile est, nisi in aliquo vti in vehiculo deferatur, adeo ut per se quidem vno motu agatur, alio autem feratur propter id, in quo est, vel tanquam pars in toto, uel tanquā in vehiculo. Hac enim ratione Astronomi, nautæ & nauis exemplo, duplicem & diuersum Astrorum motum explicant: altero nanque & proprio motu fertur nauta, dum ipse per nauem incedit aduersus Ortum: altero autem, dū nauis ipsa ad Occasum properat. Astra autē omnia aduersis ab Ortū ad Occasum, & ab Occasu ad Ortum cieri motibus eodem tempore, omnes contestantur: vehiculo igitur, seu orbe indigent, quo in aduersum

Reijctur prima sententia

Cælum non est molle ac permeabile.

Iob. 37.

Astra non possunt per Cælos vagari.

aduersum locum rapiantur.

Superest, ut quę pro hac sententia deferebantur, argumenta propulsemus. Quarebatur primò, quare Cœlorum motum nunquam Scriptura recenset, sapius autē astroborum conuersionem inculcet, ut plures adductæ auctoritates contestantur; sed non obliuiscantur, quæso, Scripturæ institutum, quæ rudibus manifestiora proponit, occultiora reticere solet: cū igitur Cœlorum motus nostros lateat sensus, astrorum autem motio quotidie sub aspectu nostro cadat, non mirandum si illum reticuit, hanc sapius repetijt. Præterea orbis propter astra sunt, non astra propter orbis, igitur id debuit recensere, quod potissimum erat. His de causis dixit Solem per decem gradus retrocessisse, & Solem oriri, vt gigantem exultare ad currendam viam, gyrare, lustrare vniuersa, non Cælum; cū Sol hos peragere cursus uideatur, non Cælum; cuius motus tantum à motu astrorum dignoscitur, & in astrorum gratiam efficitur. Locus ille Matthæi; Stellæ cadent de Cælo, nec cogit, nec tempestiuè profertur. Hoc siquidem multi Patrum de ignitis uaporibus, quos Plinius libro secundo uocat faces, lampades, & bolidas, interpretantur. Deinde non mirum esset, si Stellæ ipsæ, quanquam natura fixæ sint, in extrema rerum dissolutione, & restauratione, Dei uirtute auulsæ deciderent. Nec posterior locus aliquid eis suffragari videtur. Nam primò peculiare est corporis Christi priuilegium, solida etiam permeare, cū ex inuiolato Deiparæ vtero, illæso, ac intemerato claustro Virgineo prodierit. Deinde corporum glorificatorum hoc esse munus, non est qui ambigat; ita Christus ex obfignato sepulchro exiuit, & ad discipulos ianuis clausis introiuit. Quapropter ipse, & Regina Cœlorum eius Mater, Cœlos illæsa eorum consitentia ac soliditate, ac soliditate, penetrare potuerunt. Quod uerò obiciebatur, astris vt leuioribus, ac igneis rapidam illam volutationem magis, quàm cœlestibus corporibus mole amplissimis, grauioribusque conuenire, non multum nobis faceffit negocij: Afferimus siquidem motum in orbem corporibus illis esse connaturalem, nec ex eo aliquid ea pati, cū insita, & interna vi conuertantur. Cuius uerò naturæ extet Cælum, non est exploratum: & quantum ad auctoritates Patrum spectat, certè Basilius non fumum Cælum esse dixit, sed fumo consimile, & Chrysofomus, vt aërem constatum; Sed quid reuera sit, Deus ipse eius conditor, & omnium naturarum opifex solus percipit, & dignoscit.

Alterius classis Patres, qui Stellas inerrantes firmamento affixas dixere, errantes uerò per æthera uagari, piè in nostram sententiam redigi possunt. Cælum siquidem ex æthere, seu igne constatum esse cum Platonici atque numerosa Patrum acie, non inficienter rati sunt. Verum nec expressè astra æthere uagari adeo sunt contestati, ut orbis in ipso negarint, quin & Anselmus de circulis clarum habuit mentionem. Arbitror igitur cum Philosophis, & Mathematicis, probatiorem esse Basiliij, Ambrosij, Damasceni, Bedæ, ac inde omnium Scholasticorum sententiam, quę astra absque anima, & Cælum solidum, ac sphericum, motui additum censet, & tandem astra suorum orbium motu moueri, & ferri perhibet. Verum qui tantorum Patrum auctoritate ductus, primam eam sententiam non deserendam iudicaret; primò illi non prorsus diffitendū negandum uè esset, Mundum esse sphericum, cū id experimento cōpertum, cōprobaturumque sit. Posset attamen illud sphericum, fufum, molle, ac permeabile asserere; eorumque placita prosequi, qui Cœlos ex igne tenuissimo constatos voluerunt, vt Gregorius Nyssenus: uel qui illos fumo, vt D. Basilius: seu aëri constato, ut Chrysofomus, compararunt. Fusos tamen esse tanquam æs (vt inquit Scriptura) in eo sensu admittet, quod nulla unquam sint uolentia constingendi, & quod aq̄q; supercœlestes nunquam eos penetrare valeant. Rursum, astra à se moueri asseuerare poterit, seu quoniā anima sint prædita, ut Caietanus in Scholis etiam defendere ausus est; seu quia ex ignea consent natura, ob idq; cū nec leuitate descendere, nec extra Mundum conscendere queant, necessarium sit, ut per ipsum igneum Cælum raptentur, sicuti Gregorius Nyssenus in suo Hexameron, & libro de Creatione hominis uisus est sensisse; seu tandem diuina uirtute, & imperio, ut placuit Chrysofomo. Afferere demum poterit, non duplici motu astra circumuolui, sed ab ortu in Occasum duntaxat properare, ea tamen lege, quod vna die non perfectè suam conuersionem absoluāt, immo tantum ab exacta

Soluuntur primæ sententiæ fundamenta.

Scripturę cur astris motū tribuant, Cœlo nequaquam.

Matth. 24.

Cælum solidum est, & sphericum.

Prima sententia quomodo defendari possit.

Cap. 1.

Anno Mūdi
primo.
Die quarta.

Et posuit eas in firmamento Coeli.

- a. Hoc est, *Stellas in firmamento; hoc est, in octava sphaera.*
 b. *Sive tā Solē, & Lunā, quā Stellas, in firmamento, in tota machina celesti dicta firmamentum.*
 c. *Vel iam positas lucere fecit.*
 d. *Hoc est in circulis pluribus, qui in firmamento distinguuntur, & sub firmamenti nomine comprehenduntur.*

illius absolutione deficiant, quantum nos ipsa retrogredi arbitramur: nec semper eodem circumagi calle, sed potius ad diuini imperij praescriptū modō aequatori propius accedere, modō etiam ab eo longius abscedere. Et hæc mihi sufficiant attigisse in gratiā Philonis, Iustini, Origenis, Diodori, Emiffeni, Chrysoftomi, Seneriani, Acacij, Philastrij, Lactantij, Iunilij, Procopij, Isidori, Ricardi, Anselmi, & aliorum, qui in hanc rapientiam videntur.

- a. *Hoc est, Stellas in firmamento; hoc est, in octava sphaera.*

G L O S S A Interlinearis.

Et posuit eas, hoc est, eas Stellas ad decorem noctis.

R V P E R T V S in Genesim libro primo, capite quadragesimotertio.

Sciendum verò, quod licet cum dixisset; Fiant luminaria: subiunxit, in firmamento Cæli, pariterque de Stellis; Et posuit eas in firmamento Cæli: quamuis non diuersa sit dictio, diuersa tamen horum est positio.

L V S I T A N V S in Genesim.

Et posuit eas, hoc est, Stellas in extensione Cæli.

- b. *Hoc est, tam Solem, & Lunam, quā Stellas, in firmamento, in tota machina celesti dicta firmamentum.*

T O S T A T V S Commentarijs in Genesim.

Et posuit eas in firmamento. Hoc non solum refertur ad Stellas, quæ sunt in octava sphaera, sed etiam ad Solem, & Lunam, quia dicitur infra, Vt præessent diei, ac nocti: sed nullum astrum præest diei nisi Sol, ideo etiam de Sole intelligitur. Et cum dicitur, quod sunt in firmamento, verum est, quia omnes octo orbis vocantur generaliter firmamentum.

- c. *Hoc est, iam positas lucere fecit.*

C A T H E R I N V S Commentarijs in Genesim.

Aut quod magis placet, iam antea posuerat illas, sed hac die ex eis lucem prodire iussit. Sed hæc insolens videtur interpretatio.

- d. *Hoc est, in circulis pluribus, qui in firmamento distinguuntur, & sub firmamenti nomine comprehenduntur.*

De numero orbium non vna est sententia tum apud Patres, tum apud Philosophos, & Mathematicos. Irenæus aduersus Hæreses libro secundo, capite vigesimoprimum, erroneam, irridendamque Basilidis Hæretici sententiam, quæ trecentos sexagintaquinque Cælos per successionem, & similitudinem ab inuicem factos, ut primum secundū, & secundum tertium pepererint, autumabat, anniq; dierū numero id approbat, memorat, ac rejicit, sed latius capite uigesimosecundo. Tertullianus libro de Praescriptionibus aduersus Hæreticos: Epiphanius in Panario libro primo, tomō secundo, hæc eandem hæresim, & memorant, & execrantur. Patres, vt supra recitatum est, Basilii, Ambrosii, Damasceni, Rupertus, Beda, & alij, octo tantū orbis recensuerunt.

Philosophi

De numero
Cælorum va-
riæ opinio-
nes.

Hæresis 24.

Anno Mūdi
primo.
Die quarta.

In firmamento Coeli.

- a. *Hoc est, in corpore vno continuo: quanquam in plures orbis seiuncto;*

Philosophi & Mathematici, vsq; ad Ptolemæi tempestatem octo dūtaxat Cælos agnouerunt, septem Planetarum, & octauum inerrantium syderum, octauumq; ipsum primum mobile existimarunt. Ptolemæus, ac posteriores, alio comperto motu præter motum Planetarum, seu Stellarum errantium, qui uix centum annis gradum unum conficit, quem motum octauæ Sphæræ ascripserunt, nonū Cælum primum mobile nullo sydere decoratum intulere. Nouissimè uix trecentis ab hinc annis, cum & præter ante memoratos motus, alium accessus & recessus, qui vix septem mille annis conficitur, ac trepidationis appellatur, compererint, eum octauæ sphæræ astriferæ, tardissimum autem triginta sex millium annorum motum Cælo nono assignarunt, & decimum Cælum siue orbem uigintiquatuor horarū spatio ab Ortū in Occasum se omnesq; conclusos orbis rapientem excogitarunt, quod primum mobile dixerunt, (quanquam nonnulli & quatuordecim eos existimarint.) Quæ in sententia omnis schola, tam Mathematicorum, quàm Philosophorum, ac Theologorum quiescere uisa est. Insuper exactè libratis ascensibus, ac descensibus, cum non uniformi à terra distantia semper deferri Cælos cognouissent, sed quandoq; altius uehi, quandoq; depressius ferri, plures orbis in eodem orbe excogitarunt: Quorum infimū, superficie intima, ac supremū extima orbis esse concentricos dixere, medios uerò orbis eccentricos, quos quia ferrent astra, etiam deferentes appellarunt. Quapropter iuxta theoreticam planetarum, Lunæ quatuor orbis, Mercurio quinque, cæteris erroribus tres, præter epicyclos, ascripserunt. Atque ideo cōsimul omnes uigintiseptem, uel triginta & unum, iuxta eos qui quatuordecim numerant sphæræ præter epicyclos, computari possunt. Veruntamē differendum nobis superest; Quomodo cum tot sint orbis, firmamentum unum nuncupari possint. Dicit siquidem Moses; Posuit eas in firmamento Cæli.

- a. *Hoc est, in corpore vno continuo, quanquam in plures orbis seiuncto.*

D. B O N A V E N T V R A secundo Sententiarum, distinctione quartadecima, articulo primo, quæstione prima.

Notandum, quod secundum communem opinionem loquentium circa hanc materiam, siue Naturalium, siue Mathematicorum, luminaria locantur in diuersis orbibus: hæc autem distinctio, siue diuersitas orbium secundum melius intelligentes non uenit ex distinctione formarum, sicut distinguuntur aër & aqua; nec uenit ex discontinuatione superficie, sicut distinguitur lapis à lapide: sed uenit ex diuersitate motuum: diuersitas autem motuum non tollit continuitatem in eo, quod est subtile, & ad motum habile, sicut manifestè apparet in aqua, quando secundum diuersas sui partes ad diuersas mouetur positiones, & similiter in aère, ex hoc tamen non discontinuatur. Secundum hanc igitur positionem dicendum est, luminaria Cæli posita esse in pluribus orbibus, in corpore tamen vno continuo, quod Scriptura uocat nomine firmamenti: & ideo dicit omnia luminaria posita esse in firmamento Cæli, unde rationes ad hanc partem inductæ sunt concedendæ.

A L B E R T V S Magnus prima parte de Quatuor Cœqueuis, quæstione quarta, art. decimonono.

Alij dicunt, scilicet Auerroes, & sequaces sui, quod totum est unum continuum, à Luna superius, & habet unum centrum terræ, & nihil eleuatur, & deprimitur in ipso. Et hoc dicitur hac ratione, quia totum est corpus unius naturæ, & ideo habet unum motum, & unum centrum. Unde etiam ipse negat eccentricos, & epicyclos, & depressiones: & isti ambo diuersitatem motuum planetarum causant ex diuersitate polorum, & circumlorum, super quos uoluntur.

Quod

In firmamento Coeli.

Anno Mūdi
primo.
Die quarta.

- a. Quod totum corpus caeleste vnum corpus sit cum octaua sphaera, eccentricos tantum in se admittens.
- b. Quod orbis se contingant; adeo vt corpus vnum dici queant.
- c. Quod orbis, quanquam se non contingant, & simul non continentur, eiusdem attamen naturae substantiam inter se concludant.

a. Quod totum corpus caeleste vnum corpus sit cum octaua sphaera, eccentricos tantum in se admittens.

AE G I D I V S Hexameron secunda parte, cap. trigesimo secundo.

Difficultas quaestio est, vtrum sphaera planetarum faciant vnam sphaeram cum Caelo sydereo, quod multum videtur concordare cum textu, vbi dicitur, quod fecit Deus duo luminaria magna, & Stellas, & posuit eas in firmamento Coeli. Si ergo luminaria & Stellas sunt in firmamento Coeli, & planetae computantur inter luminaria Coeli, videtur quod omnes planetae sint in firmamento Coeli, quod esse non possent, nisi sphaerae planetarum facerent vnam sphaeram cum firmamento, siue cum Caelo sydereo.

Et post quasi proponens sententiam suam, ait.

Ponendo tamen eccentricos & epicyclos, nihil obstat quin omnes praedictae sphaerae sint una & eadem sphaera. Edisserit vero hoc non impedire, quin reperiat in Caelo densum, & perlucidum, siue diaphanum, cum illius continui alia pars possit esse densa, alia collucida. Secundo non obstat, quod minus alia ferantur sursum, & alia deorsum: quia in tanta amplitudine molis, quanta est a Luna ad orbem stelligerum, possunt insidere eccentrici, alij sub, alij supra. Tertio non impedire, quin aliud astrum sit uelox, & aliud tardum, cum unum quodque moueatur in suo segregato eccentrico. Concludit igitur.

Ergo planetae possunt dici vnum Caelum cum octaua sphaera, & possunt dici alij Coeli ab octaua sphaera: nam quantum ad ipsas sphaeras possunt dici vnum Caelum, & frustra fit per plura, quod potest fieri per vnum: sphaera ergo potest dici vna, sed deferentes debent dici plures, & debent dici alij & alij: erunt ergo septem planetarum septem deferentes, respectu quorum Caelum sydereum potest dici octaua sphaera. Rursus praeter deferentes, siue eccentricos planetarum ponimus epicyclos, quia aliquando videmus planetas retrogrados, aliquando directos, quod ex deferentibus tantum saluare non possumus.

Tandem & post.

Ex hoc etiam magis concordamus cum Scriptura sacra dicente, Solem, & Lunam, & omnes Stellas esse in firmamento Coeli, quia ex quo omnes sphaerae planetarum faciunt vnum corpus cum octaua sphaera, quod dicitur firmamentum, omnia huiusmodi luminaria sunt in firmamento Coeli, & omnia huiusmodi luminaria habentia suos deferentes & suos epicyclos, habent eos in firmamento Coeli.

b. Quod orbis se contingant, adeo vt corpus vnum dici queant.

ALBERTVS Magnus prima parte Summae; quaestione quarta, articulo decimonono, nonnullorum sententiam recenset, qui orbis non esse in vno corpore continuo, vt maluerunt Peripatetici: neque vnum corpus, sed inter se dissecari, adeo vt se contingerent, peregrina opinione autumabant.

Dicendum, quod secundum Aneupetram contingunt se: sed ipse ponit quod non sint eccentrici, neque epicycli, neque eleuationes, neque depressiones planetarum: & hoc dicit ipse hac ratione, quia secundum naturam corpus quantum non est diuisibile: si ergo esset eleuatio & depressio planetarum, tunc aut oporteret quod corpus illud diuideretur, & succederet aliquid. Stella eleuata, & depressa in locum suum, aut quod locus, vnde recedit Stella, remaneret vacuus, quorum vtrumque impossibile est secundum naturam.

c. Quod orbis, quanquam se non contingant, & simul non continentur, eiusdem attamen naturae substantiam inter se concludant.

ALBERTVS loco praecitato hanc alteram memorat opinionem. Quidam autem dicunt, quod sphaera non contingunt se, & corpus eiusdem naturae est inter eas diuisibile quidem a sphaeris, sed non transmutabile in speciem aliam, & in illo eleuantur, & deprimuntur eccentrici, & planetae. Quod

In firmamento Coeli.

Anno Mūdi
primo.
Die quarta.

- a. Quod orbis omnes vnus sint natura, vnoque raptu supremi Coeli vehantur.

a. Quod orbis omnes vnus sint natura, vnoque raptu supremi Coeli vehantur.

Afferere etiam possumus, dixisse Mosem in firmamento sita fuisse astra, quanquam diuersis orbibus affixa fuerint, quoniam machina caelestis vnus sit naturae, seu substantiae, quod dicitur confirmul tota rapi uideatur ex Ortum in Occasum, secumque cuncta astra pertrahere. Cum vero Moses sapientius secundum ineruditorum, & apparentem opinionem loquatur, non est difficile credere, tot orbis firmamenti nomine significasse, cum videantur vnum esse corpus, & eo maxime, quod vniuersimode in Occasum rapiantur.

AUCTOR.

Basilidis, caeterorumque haereticorum sententia, tamquam fabula, a nobis repudianda est, prout & Patres eximij sapientissimè eam reiecerunt. Philosophorum autem, & Mathematicorum assertio, exemplo ipsorum Patrum, & Scholasticorum libenter recipienda. Num vero admittendi sint eccentrici, deferentes, & epicycli, non est modò locus disceptandi. Neque etenim me latet, maximam de hoc existere controuersiam, adeo vt penè codices, si singula recensere velimus, conficerentur. Hoc unum attamen adijciam; Aut deferentes, epicyclos, eccentricosque in sola imaginatione esse Astronomorum (ut Vielmus adnotauit) Ptolemaumque Astronomorum principem haec reuera esse, nequaquam affirmasse, dixisseque tantum ea satisfacere si ponantur ad effectus erraticorum syderum dignoscendos: Aut si verè dantur, non ob id conscissionem contractionemque insequi corporum caelestium, quoniam, ut supra dicebamus, seruari possunt eorum motus absque contactu caeterarum sphaerarum. Et quod ipsi sint, argumentum efficacissimum mihi uidetur, eleuationum & depressionum syderum experimentum. Sed haec ad rem nostram non spectant. Quare autem Moses tot orbis nomine firmamenti appellarit, praestantior mihi uisa est causa à Peripateticis tradita, & à Bonauentura delata, sphaeras scilicet cunctas caelestes unum firmamentum nuncupari posse ex corporis continuitate. Quapropter bene est censendum, secretionem horum orbium non ex distinctione formarum proficisci, sicut aer & aqua separantur; neque ex discontinuatione (ut ipse ait) superficiei, ut lapis à lapide dissecatur; sed à distinctione motuum, eo euentu quo aqua secatur ab aqua, cum diuerso delapsu mouentur, & sicuti etiam quandoque uentorum alij feruntur in Ortum, & alij in Occasum. Ex quibus apparet plures orbis in eodem firmamento continuo consistere posse, moueri que disparatis motibus, & Stellas in singulis eorum fixas, aduersa circumlatione torqueri. Aegidij uerò sententia quomodo consistere possit non uideo, ex eo quod motus disparates ab Ortum in Occasum, & ex Occasum in Ortum sine eccentricis secundum partes extimas admitti non possint. Demus siquidem, in congerie machinaeque illa caelesti competiri tantum eccentricos secundum ambas oras, certè cum cunctus Orbis uoluetur ab Ortum in Occasum, & eccentrici, seu deferentes epicyclum ab Occasum in Ortum ciebutur, ferre se vtique nequibunt, nisi conscindant (aequales enim, concentricique cum Mundo non sunt) corpus illud caeleste: coguntur namque Mathematici admittere eccentricos secundum unam oram, vt superior in externa superficie, & inferior in interna, aequales & Mundo concentrici, aduersus raptum, hoc est, motum ab Ortum in Occasum, eccentricum conclusum

Haereticorum
sententia ex-
plodenda.Lect. 27.
Eccentrici &
Epicycli non
sunt nisi ima-
ginatione se-
cunda quod-
dam.Orbes om-
nes caelestes
dicuntur vnum
firmamentum
ex corporis
continuitate.Aegidij sen-
tentia reici-
tur.Eccentricos
cur ponant
Mathematici.

Anno Mūdi
primo.
Die quarta.

In firmamento Cœli.

a. *Hoc est, planeta sub firmamento, idest, sub sidereo Cœlo.*

Vt lucerent super terram, & præessent diei, & nocti,
& diuiderent lucem à tenebris.

b. *Hæc de Stellis tantum dicta sunt.* c. *Vel tam de Sole & Luna, quàm de Stellis.*

conclusum deferant sine orbium collisione. Quod si & ipse eccentricos secundum exteras superficies concedet, iam sententia illius à communi Mathematicorum assertione non erit diuersa. Amplius, nūm sphaeræ cœlestes se contingant, nūm eiusdem substantiæ corpus vnum continuum efficiant, disputare non audeo. E tumulis enim excitatione sunt hæc sententiæ, & cum nulla probatione innitantur, aduersarij; sint communi sententiæ, nescio quid de ipsis definire ualeam.

a. *Hoc est, planeta sub firmamento, idest, sub sidereo Cœlo.*

AE G I D I V S loco præcitato sic exponebat.

Cum dicitur, quod Deus posuit luminaria in firmamento Cœli, quantum ad planetas, dicemus, quod illa luminaria sunt posita in firmamento, idest, sub firmamento, quia sub Cœlo sidereo.

Sed hæc expositio quantum literam extorqueat, iam supra dictum est. Siquidem si præpositio sub, pro, in, passim accipi possit, infiniti essent loci scripturarum, qui inopinabiles, & quandoque falsos raperentur sensus.

Vt lucerent super terram, & præessent diei, & nocti,

& diuiderent lucem à tenebris.

Hebraicus textus diuersè vertitur. Chaldaica transtulit; Ad illuminandum super terram, & ut dominantur in die, & in nocte, & ut diuiderent inter lucem, & tenebras. Græca Septuaginta interpretum, & editio nostra discrepant; & ubi nostra legit; Vt diuiderent lucem, ac tenebras: illa habet; Diuiderent inter lucem, & tenebras. Pagninus, & Vatablus; Vt illuminarent terram, utque dominantur diei ac nocti, ac diuiderent lucem à tenebris. Caietanus solus habet; Ad illuminandum super terram, & ad præsidendum in die & in nocte, & ad diuidendum inter lucem, & obscuritatem. Verum enim uero diuersitas hæc verborum, sensum ipsum diuersum facere non arbitror. Quapropter non est cur de hac diuersitate contendamus.

b. *Hæc de Stellis tantum dicta sunt.*

L V S I T A N V S.

Vt illuminarent terram: scilicet die ac nocte; licet earum lux non videatur propter Solem. Et ut præessent, aut supereminerent diei & nocti. Quia Stella semper sunt in extensione Cœli fixæ die ac nocte. Similiter diuidunt lucem à tenebris: quoniam cum videntur, nox est: cum non videntur dies.

c. *Vel tam de Sole, & Luna, quàm de Stellis.*

C H R Y S O S T O M V S in Genesim Homilia sexta.

Similiter & de Stellis quispiam dixerit, quod imperauit eis, ut sint in firmamento Cœli, & suum lumen super terram emittant. Animaduerte (obsecro) dilecte, an non omnibus pratis, & hortis, iucundius sit spectare in media nocte Cœlum Stellis distinctum, & stellarum varietate quasi floribus quibusdam variegatum & ornatum, multum lucis super terram effundere? Nam & in hoc ordinata sunt, ut luceant super terram, & præsent diei & nocti, quod generaliter & de magnis luminariis dictum est. Nam postquam docuit nos, quomodo formata fuerint duo luminaria magna, & Stella: de omnibus in genere dicit, Et præsent diei, ac nocti, & separent inter lucem & tenebras. Enim uero sicut interdum Stella in Cœlo non videntur discurrere: illarum enim visum lumen Solis multa claritate obtegit: ita neque noctu Sol apparet, sufficiente Luna suo lumine ad illustran-

Anno Mūdi
primo.
Die quarta.

Vt lucerent super terram & c.

a. *Repetuntur hæc officia, ut insinuet Moses, quod non exhibentur nobis ab astris nisi locatis in Cœlis.*

b. *Vel, ut demonstret astra esse creata in nostrum obsequium non ut numina.*

Illustrandas noctis tenebras. Itaque elementa quæq; intra suos terminos manent, & nunquam suam mensuram transgreduntur: sed dispositionem & ordinem Domini custodiunt, suum opus facientes.

A V G V S T I N V S de Genesi imperfecto, capite tertiodécimo.

Et præsent diei ac nocti, & diuidant inter diem & noctem. Dictum erat initium diei, & initium noctis, quod hic exponit, dicendo; Præsent diei & nocti. Ergo initium illud, principatum intelligere debemus, quia & in die nihil est inter illa quæ videntur Sole excellentius, & in nocte nihil Luna, vel Stellis. Vnde etiam illa ambiguitas iam non moueat, & credamus Stellas sic positas, ut ad initium noctis, idest principatum pertineant.

I V N I L I V S in Hexameron,

Hæc & de luminariis magnis, & de Stellis intelligi possunt, ea tantum distinctione, ut quod dictum est; Et præessent diei, ad Solem specialiter: quod subiunctum, Et nocti, ad Lunam & Stellas pertineat. Quod uero subinfertur; Et diuiderent lucem ac tenebras, omnibus eque conueniat syderibus, ut quæ ubiqueq; incedunt, lucem secum circumferunt: ubi autem absunt, tenebrosa relinquunt cuncta.

G L O S S A Ordinaria ex Augustino hæc sic compendiauit.

Hæc de magnis luminariis intelligi possunt, & Stellis, ut quod dictum est, ut præessent diei, & ad Solem specialiter: quod subiunctum est, Et nocti, ad Lunam & Stellas pertineat. Quod uero additur, Diuiderent lucem, ac tenebras, omnibus eque conueniat, quæ quocumq; incedunt, lucem circumferunt, unde cum absunt, tenebrosa cuncta relinquunt.

R V P E R T V S Commentarijs in Genesim libro primo, capite quadragésimo septimo.

Qui verè sapientiam querit, & à creatura Mundi Creatorem cognoscere, glorificare, & gratias agere cupit, hoc solum de illa scire contentus est, quod sacra testante Scriptura, creatrix diuina instituit, videlicet, quod ad hoc posuerit ea quæ prædicta sunt, idest, luminaria, & stellas in firmamento Cœli, ut lucerent super Terram, ut præessent diei ac nocti.

T O S T A T V S in Postillis.

Debet hic reddi singula singulis: Vt præessent diei, quantum ad Solem: Vt præessent nocti, quantum ad Lunam, & cætera astra.

Certè hæc interpretatio secunda, sicuti est communior, ita etiam magis propria est censenda.

L V S I T A N V S itaque non immeritò in hanc sententiam descendit, cum ait.

Melius tamen legi putarem, si legeremus; Dedit illa, scilicet Stellas, & alia luminaria in extensione Cœli. Nunc de singulis his muneribus aliquid quoque dicendum est: si prius quare Moses hæc munia iterum memorarit, explicauerimus.

a. *Repetuntur hæc officia, ut insinuet Moses, quod non exhibentur nobis ab astris nisi locatis in Cœlis.*

C A I E T A N V S Commentarijs in Genesim.

Et repetit hæc officia relatiuè ad astra iam locata, ad significandum quod hæc officia executioni mandantur ab astris, non quomodolibet, sed locatis in Cœlis citra supremum. Et explicauit hoc, ut intelligeremus, quod astra sunt data expansis Cœlis, ut hæc officia exerceant secundum motus Cœlorum: Hoc enim significare uidentur, dicendo; Et dedit ipsa in extensione Cœlorum.

b. *Vel ut demonstret astra esse creata in nostrum obsequium non ut numina.*

L I P P O M A N V S in Catena.

Quod si idcirco à Deo fuerunt posita, ut illuminarent terram, non ergo ut dominantur hominibus. Dominus a a est

Anno Mudi
primo.
Die quarta.

Vt lucerent super terram.

- a. Repetit munus illuminandi vt notius, & præstantius inter cetera munera astrorum.
- b. Vel quòd peculiare sit Astris propria natura ratione, non ratione motionis orbium.
- c. Hoc repetit, quanquam Stellis non competat nec die, nec noctu.
- d. Vel vt id conuenire etiam Stellis tam die quam noctu intelligamus, tanquam ducibus sub Imperatoribus.

est enim qui creauit ea ad vsum hominum, illius nutui omnia obediunt; diei præest Sol, nocti Luna cum Stellis. Sape autem repetitur officium Solis, Lunæ, & Syderum, ne quis credat talibus seruendum vt Dijs, cum ipsa ad nobis seruendum creauerit Dominus.

Ex his expositionibus prima literalis quidem videtur, & altera tropologica. Sed certè secundā hanc magis mentem Moſis attingere arbitror. Ea quidem erat illius mens, is scopus, vt in hac narratione Deum rerum omnium opificem, & fatorem demonstraret, & præcipuè Solis, Lunæ, & Astrorum, quæ Gentilitas tantum suspiciebāt, atque hac veritate suos ab idololatria auerteret. Nec Caietani mihi uidetur consistere ratio: hæc siquidem officia astrorum iam enumerata fuerant, postquam dictum erat; Fiant luminaria in firmamento Cœli; Quibus intelligi etiam poterat, his officiis fungi non posse ipsa astra, nisi vt locata in firmamento, & ex eius motionibus, & rotationibus.

a. Repetit munus illuminandi vt notius, & præstantius inter cetera munera Astrorum.

VIELMIVS Lectione vigesima prima.

Vt luceant super terram. Functionem Stellarum notioſiorem, ac excepto motu fortasse præstantiorem, recenset, suppressis earum influentijs. Et uide, non vsq; adeò eas à terra distare, ut eam omnes non splendeant, magis licet & minus. Et uide, inquam, causam, cur eas opifex effecerit: nam ob solum motum satis fuisset Cœlos absq; Stellis fecisse.

b. Vel, quòd peculiare sit Astris propria natura ratione, non ratione motionis orbium.

Præcipuum ac singulare astrorum munus est splendescere in firmamento, Cœlosq; & terram illustrare. Quòd enim diuidant diem & noctem, & sint in signa, & tempora, & dies, & annos, hoc illis ex raptu orbium contingit. Quòd uerò luceant in firmamento, & illuminent terram, seu luceant super terram, hoc illis ex propria natura congruit, cum ad hoc condita sint, ut lumifera essent, quapropter & luminaria nuncupantur.

c. Hoc repetit, quanquam Stellis non competat, nec die, nec noctu.

MICHAEL Medina Stellas præfidentiam non habere existimauit, sed verba illa; Vt præessent diei, & nocti, de Sole & Luna duntaxat fuisse prolata. Vielmius Lectione uigesima prima illius sententiam recenset.

Et miror sanè Patrem Medinam alioquin doctum scriptorem, in sua Parenesi libro secundo, discrimen hoc inter Solem, Lunam, & astra esse dixisse, ut Sol quidem die, Luna autem noctu præsit, Stelle autem nec inter diem nec nocte præsideant, aut diem à nocte distinguant; cum tamen nunc Scriptura diserè dicat, Deum eas fecisse, vt præfiderent diei ac nocti.

d. Vel vt id conuenire etiam Stellis tam die quam noctu intelligamus tanquam Ducibus sub Imperatoribus.

VIELMIVS loco præcitato.

Deus Stellas fecit, vt præfiderent diei ac nocti, sed non absq; Duce tamen, & Rege. Quinimò sub Sole ipsa quoq; præfident, ac fortassis etiam sub Luna. Nec n. præfidentes desunt, qui ab alijs quoq; reguntur, & pendent: vt proinde

Et diuidant lucem à tenebris.

- a. Primum memoratum astrorum beneficium vltimò recensetur, vt omnium præstantissimum.
- b. Repetit astrorum munera, prout respiciunt hominum utilitatem, quanquam ad Vniuersi integritatem, & Dei gloriam sint ordinata.

proinde si pluralitas principatum hic esse videatur, mala tamen non sit, quoniā pulcherrimo quodam & incomparabili ordine ab vno tota pendet, & regitur. Rectè igitur hunc Stellarum ordinem dixeris magistratū exercituum, & militiam, vbi multi sunt Duces sub Imperatore vno. Quamobrem Hieremię decimonono: Amos quinzo: Esaie quadragesimo, & alibi, illustri admodum metaphora ab exercitu militari capta, militia Cœli nuncupatur: & Esaie quinquagesimo septimo, exercitus Cœli, nimirum (vt dicere sape cogor) ob instructissimum, præstantissimumque illum ordinem, quem perenniter & inter se, & in exequenda, ac veluti propugnanda principis Dei voluntate vbi inſeruit seruant. Præfunt igitur suo quodam modo Stella diei ac nocti, ac sensili huic & in ferno Orbi beneficia exhibent.

Chrysoſtomus, Iunilius, Glossa, Rupertus, Toſtatus, vt supra deductum est, non tantum Solem, & Lunam, sed & Stellas præfidere nocti, vberimè testati sunt. Cæterum, si præesse astra luminis eminentia intelligimus, certè Stellas diei præesse seu nocti, asseruere non possumus, cum interdiu ex Solis fulgore non conspiciantur: noctu uerò quamquam luceant præſente Luna, non eminenter attamen splendeant, lumine enim à Luna superantur. Rursum, si præesse tunc astra dicimus, cum præſentia adſunt, & sua efficacia, & vi in res inferas agunt, præfunt certè Stelle, tam interdiu, quam noctu, quia semper in Cœlo inſident tam in nostro Hæmisphærio, quam in supposito, & mirificos influxus demittunt; quo sensu Vielmius pulchrè dixit eas præesse, tanquam Duces sub Imperatoribus Sole, & Luna: sicut & Michael Medina respectu eminentiæ, & excellentiæ luminis, scitè potuit asserere, Stellas nec interdiu, nec noctu præfidere. Verum si præesse pro lucere quoquo modo sumamus, Stellæ propriè præfunt in nocte, vt diffiniabant Patres, cum tam præſente Luna, quam absente splendeant, & tanquam faces innumerè præſentia sua Cœli exornent, mortales consolentur, & noctis horrores dissoluunt.

a. Primum memoratum astrorum beneficium vltimò recensetur, vt omnium præstantissimum.

Præstantissimum siquidem est astrorum beneficium, diem & noctem impertiri, ob idque maximè memorandum: quapropter mirum non est, si id & primò proposuit, & postremo loco iterauit, ut magis mortalium memorię mandar etur.

b. Repetit astrorum munera, prout respiciunt hominum utilitatem, quanquam ad Vniuersi integritatem, et Dei gloriam sint ordinata.

BVRGENSIS in Additionibus.

Et notandum, quòd Moſes in hoc loco causam productionis luminarium assignat solum secundum quòd sunt facta ad utilitatem hominum: Vnde Deuteronomij quarto capite de ijs dicitur; Quæ creauit Dominus Deus tuus in ministerium cunctis gentibus. Sed ex hoc non tollitur ipsa fuisse facta propter totum Vniuersum, & finaliter propter gloriam Dei, ad quam omnia producta, seu creata ordinantur. Vnde Prouerbiorum decimosexto; Omnia operatus est Deus propter semetipsum.

Vidit Deus quòd bonum.

De editione, iam pluries memoratis quòd adiciam, nihil haurire potui.

aa 2 Laudat

Anno Mudi
primo.
Die quarta.

Stellæ non
præfunt lu-
minis emi-
nentia.

Stellæ præſent
die & nocte
sua præſentia,
& influxu.

Anno Mudi
primo.
Die quarta.

Vidit Deus quod bonum.

- a. Laudat Deus opera cunctorum dierum, ut pudeat mortales ipsa accusare.
b. Facta placuerunt, ut manerent, sicut facienda placebant, ut fierent.
c. Igitur optime bonum, cum Deus in suo visu non erret.
d. Vtique verè bonum, cum à bonitatis fonte prodierit.
e. Quod vile, decorum, & iucundum, Cælo, elementis, & hominibus.

a. Laudat Deus opera cunctorum dierum, ut pudeat mortales ipsa accusare.

CHRYSOSTOMVS Homilia sexta in Genesim.
Vides quod singulis diebus ostendit diuina Scriptura, Deo placere creaturas, ut omnem amputet occasionem eorum, qui accusare audent, quæ ab illo sunt facta? Quod enim huius gratia vnoquoque die Scriptura diuina hoc ascribat, ex consequentia manifestum est. Sufficiebat enim de omnibus creaturis semel dicere, quod omnia quæcunque fecit, sunt bona valde: sed sciens quanta sit mentium nostrarum infirmitas, particulatim hoc facit, ut discas, quod sapientia quadam omnipotenti, & misericordia inenarrabili producta sunt omnia.

IVNILIUS in Hexameron.
Necessario sancta Scriptura multoties repetit, quod vidit Deus bona esse quæ fecit: & ut hinc formaretur pictas fidelium, non pro humano sensu, qui sæpè & bonis rebus offenditur, quarum causas, atque ordinem nescimus, de creatura visibili, atque inuisibili iudicare: sed laudanti Deo crederet, & credere tanto quisque facilius aliquid proficiendo cognosceret, quanto religiosius antequam cognosceret Deo credidit.

b. Facta placuerunt, ut manerent, sicut facienda placebant, ut fierent.

IVNILIUS eodem loco.
Vidit ergo Deus, quod essent bona, quæ fecit, quoniam facienda placebant, ut fierent: facta placuerunt, ut manerent, quantum cuique rei extendi, siue manendi à tanto fabricatore fuerat constituenda mensura.

GLOSSA Interlinearis.
Et vidit, quod esset bonum: quia quæ facienda placebant, ut fierent, facta placuerunt, ut manerent.

c. Igitur optime bonum, cum Deus in suo visu non erret:

RVPERTVS Commentarijs in Genesim libro primo, capite quadragesimo septimo.

Et vidit Deus, quod esset bonum, vidit, inquam, & verum vidit, neque in suo visu falsus est. Nam vera bonitatis eius bonus hic effectus, bona, inquam, & pulchra boni operis eius quarta hæc species est.

d. Vtique verè bonum, cum à bonitatis fonte prodierit.

GLOSSA apud Lippomanum.
In hoc ergo quoque opere, Domino creatori complacuit. Omnia enim bene fecit, qui optimus est, & fons bonitatis.

e. Quod vile, decorum, & iucundum, Cælo, elementis, & hominibus:

VIELMIVS Lestione vigesimaprima.
Et vidit Deus, quod esset bonum: Cælo videlicet, elementis, & hominibus, bonum, inquam, vile, decorum, & iucundum. Vide Aristotelem primo Meteor. capite primo, & octauo Phys. primo. Et bonitas Solis, Luna, & astrorum tanta est, ut nulla in corporibus, aut melior, aut ea equalis vnquam visa sit.

Memorat

Vidit Deus quod bonum.

- a. Memorat Moses id quod reticuerat secundo die, quod nunc ornatum sit Cælum ea die conditum.
Factum est vespere & mane dies quartus.
b. Per singulos dies hoc repetit, ut diuinas doctrinas magis nobis imprimat.
c. Ob idque discamus creatorem adorare, qui propter nos hæc fecit splendidissima astra die quarto.

a. Memorat Moses id quod reticuerat secundo die, quod nunc ornatum sit Cælum ea die conditum.

CATHERINVS Enarratione in Genesim.
Hic commemoratur, quod tacitum fuerat secunda die, videlicet quod esset bonum. Tunc enim verè bonum fuit, quando perfectio firmamenti per astra sua resplenduit.

Ex his expositionibus postrema parum ad rem presentem spectat. Primò enim Græci Patres sequenti græcum codicem Septuaginta interpretum, etiam secundæ diei opus commendationem suam habuisse exponunt. Deinde demus etiã illo die prætermiffam eam fuisse, plurimæ vtique illius prætermiffionis causæ iam allatæ sunt, & accommodatiores. Hoc vnum autem non reticebo. Si dilata fuit commendatio Cæli vsque ad quartum diem, quo insignitum fuit astris, pari ratione, nec commendanda erant, approbandaque mare & terra nisi quinto, & sexto die, quando & aqua piscibus, & terra animantibus, quasi proprijs speciminibus fuerunt exornatæ. Reliquæ interpretationes elegantes profectò sunt, nec iure valent repudiari.

Factum est vespere & mane dies quartus.

Sic legit editio Septuaginta, & nostra. Et secundū hæc versionē interpretantur hunc locum Græci, ac Latini omnes, qui Hebraicis phrasibus non incumbunt. Chaldaica habet; Et fuit vespere & mane. Quam prosequuntur Pagninus, Vatablus, Cæteranus, Lusitanus, & alij. Sed de his iam iudicium nostrum tulimus. Rabbini Hebræi, ut notatur in Observationibus, legunt, Diei quarti, sicut Diei tertij, & secundij. Vnde Observationes; Diei quarti, id est transactus est dies quartus. Quæ lectio, ut supra dicebamus, commendabilis est, nec sensum communem immutat. Facto videlicet vespere & mane diei quarti, completus fuit dies quartus. Qui dicendi modus elegantior est nostro. Lusitanus habet; Fuit continuatio vespere & mane, dies quartus. Quibus quid intelligat, ipse lector diiudicet.

b. Per singulos dies hoc repetit, ut diuinas doctrinas magis nobis imprimat.

CHRYSOSTOMVS Homilia sexta in Genesim.
Postquam absoluit ornatum Cæli, & Stellis illud decorum fecit, duoque luminaria magna produxit, finem diei imposuit, & dixit; Et factum est vespere, & factum est mane dies quartus. Vides, quod & hoc per singulos dies commemorat, diuinas doctrinas frequenti admonitione nostræ menti insigere volens. Hæc igitur omnia bene commendemus memoriæ, scribentes ea in latitudine cordis, quod omnem negligentiam excutamus, & nos sana accuratè teneamus dogmata.

c. Ob idque discamus creatorem adorare, qui propter nos hæc fecit splendidissima astra die quarto.

CHRYSOSTOMVS vbisupra.
Et gentili errore præoccupatos, omni mansuetudine doceamus, ne ordinem confundant, neque relicto Creatore creaturas adorent, quæ ob nostram salutem, & vtilitatem factæ sunt. Et si id quod doces, malè habeat Gentiles

Anno Mudi
primo.
Die quarta.

Catherini
expositio re-
felicitur.

Anno Mūdi
primo.
Die quarta.

Factum est vespere & mane dies quartus.

a. *Idest, quod erat in occulta dispositione, venit in visibilem speciem.*
 b. *Nulla fit mentio de nocte, quod nox in his inclusa intelligatur.*
 c. *Vel quod contemplatio indicetur Angelica, quæ noctem non cognoscit, sed tantum vespere & mane, hoc est, exordia, & fines operum Dei.*
 d. *Vespere & mane Luna quartædecimæ, obidq; celeberrimæ propter mysteria quæ in ipsa contigerunt.*

Rom. 12.

Gentiles: tu tamen clara voce clama, quod propter humanum genus omnia hæc humana facta sunt. Sufficiens istius enim opifex nullo istorum opus habebat: sed ut erga nos suam misericordiam ostendat, hæc omnia produxit, monstrans quanto honore prosequatur humanum genus, & ut his manu ducti, ad conuenientem sibi adorationem ascendamus. Magnæ enim stultitiæ est, procidere ante pulchras creaturas, & eis asfidere, & non suscipere mentis oculum ad illum qui eas produxit, nec credere Paulo dicenti: Inuisibilia illius ex creatione Mundi per opera intellecta pervidentur. Quid dicis homo? Cum videris Cælum, admiraris eius formositatem, astrorum varietatem, claritatis eminentiam: ne ibi subsistas, sed ad opifcem ipsum extende mentem. Obscurescere te facit Solis lux, & admiraris eius multiplicem usum: & quia vides radios illustrantes tuos oculos, admiraris clementi pulchritudinem: sed neq; hic subsistas, quia si factura tam admirabilis est, & supra omnium opinionem, & intellectum: quantus est qui ipsam solo verbo, & precepto produxit?

Hæc ipsa edisserit de terra cum adijcit.

Id ipsum & de terra tecum considera: quando enim videris eam floribus ornari, & sicut vestimentum multis coloribus distinctum, varia herbarum segete undiq; tegi: ne ascribas potentie terre ea, quæ ex ipsa nascuntur, neq; Solis cooperationi, vel Lunæ: sed cordate cogita, quod ante illorum creationem dixerit dumtaxat: Producat terra herbam feni: & mox omnia facies terra ornata est. Si hæc singulis diebus nobiscum versaremur, ipsi grati essemus: & Domino, ut deceret, immo ut nostræ vires paterentur, gloriam daremus.

a. *Idest, quod erat in occulta dispositione, venit in visibilem speciem.*

R V P E R T V S Commentariorum in Genesim libro primo, capite quarta dragesimo septimo.

Factumq; est hoc vespere & mane, quia videlicet & erat prius in occulta & inuisibili dispositione, & nunc est in hac visibili specie præclara dies Verbi æterni, pulchra & lucida clarificatio virginii Filij.

b. *Memorantur hæc duo ut partes diei, et nulla fit mentio de nocte, quod nox in his inclusa intelligatur.*

B E D A Questionibus in Genesim.

D. Et vidit Deus quod esset bonum, & factum est vespere & mane dies quartus: cur vespere vel mane nominavit, de nocte autem nihil indicavit? M. Quid ergo aliud noctem dicamus, nisi absentiam lucis, quæ inter vespere & mane restare videbatur?

c. *Vel quod contemplatio indicetur Angelica, quæ noctem non cognoscit, sed tantum vespere & mane, hoc est, exordia, & fines operum Dei.*

B E D A ubi supra.

An quia prima lux Angelicam significationem creationemq; contemplando creatorem suum, cum concordissima charitate sine occitatis ignorantia creatorem in perpetuum laudare non cessant? Sed tamen initio operis & sine lucide cognouerunt, quod vespere & mane vocatur.

Ea ipsa libro de Sex dierum creatione.

d. *Vespere et mane Luna quartædecimæ, obidq; celeberrimæ propter mysteria quæ in ipsa contigerunt.*

I V N I L I V S in Hexameron.

Factum est vespere & mane dies quartus. Hæc est vespere illa memoranda, in qua Populus Dei in Aegypto,

Anno Mūdi
primo.
Die quarta.

Factum est vespere & mane.

a. *Vespere initium noctis, & mane initium diei.*
 b. *Vespere finis diei, & mane finis noctis.*

pto, in celebrationem Pasche obtulit agnum; mane, quod primum post excussum longæ seruitutis iugum, caepo libertatis itinere vidit. Scriptum est, dicente Domino ad Mosem: Mensis iste vobis principium mensum, primus erit in mensibus anni. Decima die mensis huius tollat unusquisq; agnum per familias, & domos suas, & seruabit eum usq; ad quartumdecimum diem mensis huius, immolabitq; eum vniuersa multitudo filiorum Israël ad vespere &c. Qua etiam vespere ad consummanda Pasche legalis Sacramenta, Dominus noster post esum agni typici mysteria nobis sui corporis, & sanguinis celebranda denuntiavit, quo lucescente mane, quasi agnus immaculatus suo nos sanguine redimens, à demoniaca dominationis seruitute liberavit. Que videlicet Luna plenissima dies, in creatione Mundi quarta processit. At in tempore dominicæ Passionis, altiore gratia Sacramenti in quinta Sabbati incidit: ut videlicet Dominus sexta sabbati crucifixus, sabbato ipso in sepulchro quiesceret, ac primam sabbati sua resurrectione consecraret nobis quoq; in ea in qua lux facta est, resurgendi à mortuis, ac lucem perpetuam intrandi fidem spemq; donaret.

G L O S S A hæc sic compilauit.

In hac vespere Populus Dei in Aegypto agnum obtulit, & verus agnus Sacramenta sui corporis inchoauit. In hoc mane Populus Israël iugum seruitutis excussit, & Christus nos suo sanguine redimens, à Diaboli seruitute liberavit: qua dies Luna plenissima in creatione Mundi quarta processit. At in tempore dominicæ passionis, altioris gratia Sacramenti in quinta sabbati incidit, ut Dominus sexta sabbati crucifixus, sabbato in sepulchro quiesceret, & prima sabbati resurgeret. In qua nobis resurgendi, & lucem perpetuam intrandi spem atq; fidem donaret.

a. *Vespere initium noctis, & mane initium diei.*

L I P P O M A N V S in Catena.

Factum est vespere & mane dies quartus. Fuit initium noctis vespere, & initium diei mane, ex quibus dies constituitur, hic quidem quartus erat, primus autem solaris.

Vespere finis diei, & mane finis noctis.

Hanc interpretationem passim sequuti sunt omnes Patres in singulis diebus, quam & primo die iam explicarunt.

A U C T O R.

Quam interpretationem detulit Chrysofostomus, mystica est existimanda. Ad tropologiam siquidem proficiscitur, sed elegantem tropologiam. Singula nanque Dei opera vna signatione dierum explicantur, ut dies numerati sint nobis quasi loci memorie artificialis, quibus nobis vniuersiueque operis Dei memoria suo loco imprimatur. Dies igitur quartus admirandas res progenitas nobis obijcit, astra scilicet, quorum pulchritudine Mundus venustatur, & natura foecundatur. Duoq; nobis memoria monumentumq; effectiois rerum harum præstantissimarum suppeditare potest. Alterum, quàm eximia fuerit Dei in nos beneficentia, cum nostri gratia res adeo splendidas congererit. Alterum, quanta sit, & quantum coarguenda eorum dementia, qui relicto Creatore in creaturarum cultum prolapsi sunt. Hæc voluit Chrysofostomus. Ruperti expositio, qua per vespere dispositionem, seu præscientiam, & per mane rerum speciem seu effectioem explicat, ingeniosa equidem est, sed planum literæ sensum non exprimit. Bedæ percussatio, qua inuestigat, quorsum diei partes vespere, & mane memoratæ sint, nocte non explicata, nulla mihi uidetur, siquidem vespere & mane pro crepusculis capiuntur noctis, quæ diei partes esse possunt, adeo ut vespere finis sit diei, & initium noctis: rursum mane finis noctis, exordiūq; diei, tanquam punctus, qui finis vnius partis lineæ

Chrysofostomi expositio tropologica est.

Anno Mūdi
primo.
Die quarta.

Dies quartus.

- a. Sed naturalis lucis corporeæ primus.
b. Hoc est solaris primus.
c. Vel distinctio quarta.
d. Non amplius damnandus est dies quartus, si in ipso emanarunt res tam præstantes.

Ultima expo-
sicio vera est
& propria.

linea, & inchoatio alterius perhibetur. Quapropter ratione lucis quam habent exigua: occidentis, vel exorientis, partes diei, hoc est luminis Solis, dici queunt; ut articuli at- tamen temporum, etiam nocti ascribi possunt. Innititur itaque expositio Bedæ rei non certæ, nec exploratæ. Iunilij, & Glossæ observatio allegorica potest existimari, allego- ria attamen est præstantissima. Neq; enim vacat mysterio, eadē Luna quartadecima, Mū- dum suum naturalem splendorem & decus, nempe Solem percepisse, & Ecclesiā quæ Mundus est mysticus, sanctissimū Eucharistiæ sacramentū, quod tanquam Sol mirificè Ecclesiā illustrat, consequutam fuisse. Superfunt igitur ut literales duæ postre- mæ expositiones, quibus vespere & mane pro partibus temporis accipiuntur. Verum, vltima, ut propria, & vulgata est reputanda. Supra enim definitum est ex Patrum cō- muni sententia, diem inchoasse à mane: quapropter, & vespere pro diei fine, & mane pro noctis exitu intellexit Moses, ut ostenderet, quod completus fuerit dies naturalis à mane ad mane supputatus. Quod & verisimilius apparet hæc quarta die, in cuius pri- mo momento congestum fuisse Solem existimare debemus, cum opera sua patrarit. Deus, vel saltem inchoarit, in ipso diei initio: si igitur Sol in quartæ diei exordio profi- liit, exordium certè dedit ipsi diei in hoc hemisphærio nostro, quod ut præclarius, & no- bilius, priuilegijs primis à Deo insignitum est.

a. Sed naturalis lucis corporeæ primus.

AUGUSTINVS de Genesi imperfecto, capite decimotertio.

Et facta est vespera, & factum est mane dies quartus. Si dies istos consideres, quos ortus Solis occasusque distinguit, non iste quartus, sed fortasse primus est dies: ut eo tempore putemus ortum esse Solem, quo factus est, & donec cætera sydera fierent, occidisse. Sed qui intelligit, & Solem alibi esse, cum apud nos nox est, & noctem alibi esse, cum Sol apud nos est, dierum istorum enumerationem subtilius indagabit.

b. Hoc est solaris primus.

LIPPOMANVS in Catenâ.

Fuit initium noctis vespera, & initium diei mane, ex quibus dies constituitur, hic quidem quartus erat, pri- mus autem solaris.

c. Hoc est distinctio quarta.

GLOSSA Interlinearis.

Dies quartus, Augustinus; Quarta distinctio.

d. Non amplius damnandus est dies quartus, si in ipso emanarunt res tam præstantes.

AMBROSIVS libro quarto Hexameron, capite nono.

Pulchrè, ut arbitror, cessit dies quartus. Quomodo ergo quartum plerique consueverunt cauere, & inutile putant hoc numero aliquid ordiri, quo totus noua luce Mundus emicuit? An sinistris Sol cepit auspicijs? Et quomodo alijs potest bonâ signa dare, qui sibi eligere diem sui nesciunt exortus? Aut quomodo signa eius probant, cuius ortum non probant? Quid etiam de Luna dicimus, quæ & quarto die cepit, & quartadecima diem signat salutis? An displicet numerus, quo celebratur mysterium redem- ptionis? Ideo Demones declinandum fore persuadent numerum eum, quo eorum destructa nequiti- a est. Ideo Gentiles nihil adorandum asserunt, quia sciunt, tunc primum artes suas vacare cepisse, & populos

Anno Mūdi
primo.
Die quarta.

Dies quartus.

- a. Conueniens certè operi suo, quòd Sol medius sit inter erroneas vel quinaris, uti dies quartus medius inter dies creationis.
b. Quòd Astra perennia sint, sicut quadratum non est instabile.

populos Gentiles ad Ecclesiam demigrasse. Lunam certè quartam, si pura fuerit, neque obtusis cornibus, dare reliquis diebus vsque ad exactum mensem indicium serenitatis existimant. Nolunt ergo eisdem exordijs inchoare, quibus serenitas inchoatur. Sed iam cauendum, ne nobis in sermone dies quartus occidat. Ca- dunt enim vmbra maiores de montibus, lumen minuitur, vmbra cumulat.

a. Conueniens certè operi suo, quòd Sol medius sit inter erroneas vel quinaris, uti dies quartus medius inter dies creationis.

VIELMIVS Lessione vigesimaprima.

Dies quartus. Dies hic, quemadmodum adnotauit D. Hieronymus in psalmo nonagesimotertio, medium locum in hebdomada obtinet. Tres enim se anteriores habet, & tres qui illum confestim subsequuntur, ut non admodum difficile sit intelligere analogiam inter illum & Cæli ornamenta: nam & hæc media esse videntur inter Angelos & elementa, ac si Solem illorum ornamentorum præcipuum decus spectes, medius certè est, vel inter erroneas, vel inter quinaris illos, quorum mentionem fecimus.

b. Quòd Astra perennia sint, sicut quadratum non est instabile.

VIELMIVS eodem loco.

Rursum, sicut quadratum non fluctuat, non est instabile: ita corpora cælestia cum primis luminaria simi- liter natura stabilia & perennia sunt, eodemq; modo semper se habent secundo Cæli, primo: & Manilius, Non aliam videre Patres, aliamuè nepotes, Et de Cælorum luminarijs dixisse hæctenus Theologo satis erit.

A V C T O R.

Observatio Augustini secundum eam, quam ipse tradidit, emolitionis Mundi se- riem, verificari certè potest. Si enim primo die tantum emanauit lux Angelica, in quar- to autem lux corporea, dieq; primi tres dies dicantur per similitudinem, profectò hic quartus fuit primus temporis nostratis dies. Verum si nos communem cæterorum Pa- trum opinionem insequemur, qui prisca die lucem corporeā exilijsse edocent, dieq; que circulatione sua genuisse, seu illa fuerit ignis, seu nubes lucida, seu lux miraculosa, nō utique dies iste, primus dies, sed quartus erit appellandus. Primus attamen potuit nun- cupari solaris, ut benè exposuit Lippomanus, quia primus fuerit, in quo Sol gyrans cla- riori fulgore, & efficaciori feruore cuncta lustrauerit. Si etiam secundum D. Tho- mæ, & Scholasticorum sententiam, Sol primo die conditus est, quanquam non omni- bus numeris respectu virtutis honestatus, profectò neque hic fuit primus dies solaris, sed quartus. Primus attamen extitit quantum ad motum retrogradum Solis, quantum ad coitionem syderum, quantum ad virtutem circa determinatos effectus, & secundum nonnullos quantum ad Lunæ, & Stellarum societatem, & demum quantum ad noctem Lu- na & Astris decoratam. Sed, meo iudicio, solaris dies primus appellandus est, cum ea sit communis Patrum definitio. Glossæ Interlinearis expositio, quæ per diem quar- tum interpretatur distinctionem quartam, vera est, si pro distinctione sumamus rerum ipsarum gestarum seiunctionem. Vera est & apud plures Patres, si pro distinctione ca- piamus lucis in ipsa luminaria distributionem. Sed à vero labitur, si pro distinctione

Expositio D
Augustini e-
xaminatur.Dies quartus
potest & pri-
mus & quar-
tus nuncupari.

bb ipsius

ipfius Chaos difsecationem intelligamus. Tres siquidem primæui dies, appellati sunt dies distinctionis, & tres reliqui (quorum hic quartus primus est) existimati dies ornatus. Ceterum quoquo modo fit, intempestiue certè videtur adducta hæc explanatio, maximè ex mente Augustini. Augustinus siquidem dies primos tres, distinctiones appellabat, quoniam non existimabat eos esse verè dies naturales, sed distinctiones quæ fiebant, ex similitudine dies appellari.

De quarti diei opere, hoc est, de Solis Lunæ & Astrorum effectione prolixa glossa, siue explanatione absoluta, non alienum ab instituto nostro fore existimo, si de Astrologica disciplina, quod Patrum per hos commentarios dispersas sententias colligam, nonnulla quàm breuissimè, prout ingenij mei patietur tenuitas, subnectam.

*Nūm Stellarum obseruantiam, & Astronomicam disciplinam
Scriptura sacra reijciant.*

Astronomicam disciplinam, ac Stellarum earum, quæ fulgentiori potitæ sunt claritate, obseruantiam vetustissimam esse, & ante Diluuij colluuiè, & post ab Archipatribus, & à Patriarchis non fuisse reiectam, ex sacra Scriptura testatione, & Patrum proditiis certissimè euincitur, ac demonstratur.

I O S E P H de Antiquitatibus libro primo, capite quarto, duas columnas, lateritiam alteram, lapideam alteram, ab Adæ posteris ante Noëticum Diluuium extructas fuisse, quibus omnem naturam de cælestibus rebus disciplinam exararent, & ab exustionibus & aquarum alluuiè incolumem præseruarent, his testatur.

Disciplinam verò rerum cælestium, & ornatum earum primitus inuenerunt, & ne deliberarentur ab hominibus, quæ ab eis inuenta fuerant, aut antequam venirent ad cognitionem, deperirent, cum prædixisset Adæ exterminationem rerum omnium, vnam ignis virtute, alteram aquarum vi ac multitudine fore venturam, duas facientes columnas, aliam ex lateribus, aliam ex lapidibus, ambabus quæ inuenerant conscripserunt, vt etsi constructa lateribus exterminaretur ab imbribus, lapidea permanens præberet hominibus scripta cognoscere, simul & quia lateralem aliam posuissent, quæ tamen lapidea permanet hætenus in terra Syria.

A N N I V S Commentarijs in Berofum, Enoch ab Adam susceptas literas, & Astronomicas disciplinas illis incidisse columnis, ac eas Noè, & Chaldæis demandasse, his tradit.

Sanctus Propheta Enoch, vt patet Genesis quinto capite, natus est ante inundationem terrarum anno trigesimoquarto supra mille, qui teste Iuda apostolo cognomine Thadæo in sua Canonica, prophetauit de Iudicio futuro tam aquarum Diluuij, quàm vltimæ conflagrationis, & ea, teste Iosepho in primo de Antiquitate Judaica, inscripsit duabus columnis, altera ærea, altera lateritia. Erant igitur in vsu literæ, & ars fusilis, & lateritia, & vaticinia mille annis & amplius ante inundationem terrarum. Porro viuente Adam, & agente annum sexcentissimum & vigesimumsecundum, natus est idem Enoch, vt supputat Moses Genesis capite quinto. Quare coniectura & argumentum firmissimum est, ab ipso Adam eius primo Adam eundem Enoch suscepisse literas & disciplinas, cuius tempore fuisse literas & disciplinas Adæ insusur Theologi asserunt.

Comprobari potest hoc Annij placitum, quod & vetustissimi Chaldæi, tempora, quibus Astronomicam obseruationem exordium sumpserunt, autumant, ad Enoch tempestatem referant. Nam Chaldæi ante Monarchiam Alexandri illius Magni, qui imperium ab Indico Oceano ad Riphæos montes dilatauit, annis tribus millibus sexcentis ac trigintaquatuor, Astronomicam scientiam, & literarum se compotes fuisse, ineptissimè gloriabantur. Amplius, Epigenes, septuaginta annos ante Ninum, ac Phoronæum, in Babilonia compertos fuisse laterculos cœlestes incusos pro sydereâ disciplina, obtestatur. Qui anni rectius supputati, si non ad Enoch natalia, saltem ad eius senectam ascendunt.

Noè Astronomiam coluisse, Berofus libro de Temporibus ante Diluuium testificatur, cum eum ex Astris futuram prospexisset Diluuij cladem asseueret. Sed quanquam falsò Noè Cataclysmum Astronomicam peritiam præuidisse prodatur, cum Dominus eam ipsi referarit, ipsum attamen Astrologiam, & plurimarum aliarum scientiarum, ac literarum monumenta ante Diluuium à maioribus suscepta, posteris demandasse non inscienter arbitrandum est.

Abraham Astrologiam à Chaldæis (apud quos natus atque educatus, vsque ad septuagesimum peruenerat annum) didicisse, in eaque peritissimum fuisse suspicari possumus, non ex eo loco, quo scribitur; Adduxit Deus foras Abraham, &

& dixit ei, suspice Cœlum, & numera Stellas si potes, sic erit semen tuum; id siquidem etiam imperito cuiilibet, ac rudi dici poterat; sed quod grauissimi scriptores, etiã Ethnici, id nobis testati sunt.

P H I L O libro de Abraham, ex migratione quam fecit Abraham ex Mesopotamia, animi migrationem allegoricè eliciens, fatetur Abraham ipsum, priusquam ex Chaldaica regione exiret, more nationis astrologiæ erroribus obuolutum Deum exigè cognouisse.

Habemus autem argumentum euidentis huius migrationis, qua mens Astronomiam, & Chaldaicam opinionem reliquit. Memoratur enim quamprimum profectus est ille sapiens, Deum apparuisse Abrahamo, cui videlicet prius non fuerat conspicuus, quando more Chaldæorum intentus erat syderum cursibus, extra Mundum, & sensibilem essentiam nullam profus naturam intelligibilem percipiens. At postquam solum vertit, necessariò cognouit Mundum esse subditum non Dominum, nec regere, sed regi ab auctore suo.

Idipsum clariùs ante prodiderat. Sed hoc non ita passim concedendum est Philoni, quin potius arbitramur nos vnà cum multis Patribus, eum maiorum suorum traditione, probè ac piè Deum verum semper coluisse.

I O S E P H V S de Antiquitatibus libro primo, capite quintodecimo, ita Berofi testimonium intexit.

Meminit autem Patris nostri Abraham Berofus, non quidem nominans eum, sed ita dicens; Post diluuium decima generatione apud Chaldæos fuit quidam vir iustus, & magnus, in cælestibus rebus expertus.

Idem Ioseph Abraham Arithmeticam, ac Astronomiam Aegyptijs detulisse asseuerat, de Antiquitatibus libro primo, capite sextodecimo, dicens.

Arithmeticam eis quoque contulit, & quæ de Astrologia sunt ipse quoque contradidit. Nam ante aduentum Abraham in Aegyptum, hæc Aegyptij penitus ignorabant. A Chaldæis enim hæc plantata noscuntur in Aegypto, vnde etiam peruenisse noscuntur ad Græcos.

Primus autem Thales Milesius, qui circa quinquagesimam Olympiadem claruit, Stellas obseruasse fertur, sed falsò, ac inscienter.

C L E M E N S Papa Recognitionum libro primo.

Ab initio tamen, ceteris omnibus errantibus, ipse cum arte esset Astrologus, ex ratione & ordine stellarum agnoscere potuit conditorem, eiusque prouidentia intellexit cuncta moderari.

C L E M E N S Alexandrinus Stromatum libro quinto, Orphæum de Abraham, siue eius filio hæc protulisse tradit.

Vnus præterquam, cui derivatur origo Chaldæum ex genere, is noscebat sydera Cæli Illorumque vias, & qui moueatur in orbem Sphæra, & tellurem circumuertatur in axe, Spiritus & regat hanc, & in aère, & aequore fuso.

Iob syderum, ac imaginum cælestium notitiã se habuisse, ampliusque sua tempestate, & fortè etiã ante, Astrologicam disciplinã floruisse demonstrat, & patefacit, cum ait; Qui facit Arcturum, & Oriona, & Hyadas, & interiora austris. Et rursus. Nunquid coniungere valebis Stellas Pleiadas, aut gyrum Arcturi poteris dissipare? Nunquid producis Luciferum in tempore suo, & vesperum super filios terre confurgerè facis? Ex his igitur cælestes choreas imaginesvè ante Mosem præcis illis temporibus, compertas perspexasque, & nominibus suis nuncupatas, & à Patribus præcis agnitas fuisse luce clariùs notificatur.

Iob 9.

Iob 38.

P H I L O libro primo de vita Mosis, dum explicata oratione, quantū à primis annis diuini ingenij solertia Moses profecerit in cunctis ferè liberalibus artibus, selectis simisque scientijs enarrat; huius quoque scientiæ illum non fuisse ignarum testatur.

Itaque numeros, & Geometriam, vniuersamque Musicam, Rhythmicam, Armonicam, Metricam, siue conemplatiuam, siue per instrumenta, vocesque prominentem se modis varijs, accepit ab Aegyptijs doctoribus: & insuper occultam Philosophiam descriptam literis (vt vocant) hieroglyphicis, hoc est, notis animalium, quæ ipsi venerant etiam pro numinibus. Reliquas liberales artes Græci docebant: ex propinquis autem regionibus euocati, Assyrj suas literas, Chaldæi syderalem scientiam. Hanc & ab Aegyptijs didicit, Mathematicæ cumpromis deditis: obseruansque quid vtrisque conueniat, in quo discrepent, intactus à contentionibus veritatem querebat: quippe qui nihil præter eam admittebat, longè aliter quàm isti, qui accepta semel quacunque dogmata obstinate defendunt, siue probata, siue improba, more caudicorum mercenariorum, ins & æquum negligentiū.

Quaest. 25.

Iustinus attamen libro Quaestionum à Gentibus Christianis positarū, Mosē Astro-nomicam disciplinam, Astrologiam, & Geometriam, (quod apud Aegyptios vulgares essent) non didicisse, amplius & hieroglyphicā disciplinā sciendiā parvipendisse asserit. De nonnullis prophetis id ipsum excerpere è factis literis non esset arduum; sed hæc satis superque ostendunt, Stellarum nomina, ac cursum coitionumque earum observationem non modò non aliena esse à Patribus, & Scripturis, sed ab Adam ad Enoch, ab Enoch ad Noè descendisse, à Noè ad Chaldaeos translata fuisse, & ab Abraham aegyptijs tradita. Quapropter si nonnulla de ipsis hauriam, non id vitio mihi ver-ti posse existimo.

D. T H O M A S in Opusculis optimè & proluxa satis oratione declarat, quomodo absque discrimine, sano iudicio, iudiciaria Astrologicaque disciplina uti possimus, ita scribens.

Quæ de iudicijs astrorum à sacris Doctoribus traduntur, hæc sunt. In primis oportet scire, quòd virtus coelestium corporum ad immutanda corpora inferiora se extendit. Dicit enim Augustinus quinto de Civitate Dei; Non usquequaque absurdè dici potest ad solas corporum differentias afflatus quosdam sydeveos pervenire. Et idè si aliquis iudicijs astrorum utatur ad prænosendum corporales effectus, puta tempestatem, & serenitatem aëris, sanitate vel infirmitatem corporis, vel vbertatem, vel sterilitatem frugum, & similia, quæ ex corporalibus, & naturalibus causis dependent, nullum videtur esse peccatum. Nam omnes homines circa tales effectus aliqua observatione utuntur corporum coelestium, sicut agricolæ seminant, & metunt certo tempore, quod observatur secundum motum Solis; Nauta navigationem vitant in plenilunio, vel etiam in Lunæ defectu; Medici circa ægritudines criticos dies observant, qui determinantur secundum cursum Solis & Lunæ; unde non est inconueniens secundum aliquas alias occultiores Stellarum observationes circa corporales effectus uti astrorum iudicio. Hoc autem omnino tenere oportet, quòd voluntas hominis non est subiecta necessitati astrorum: alioquin periret liberum arbitrium, quo sublato non deputarentur homini, nec bona opera ad meritum, neque mala ad culpam. Et idè certissimè tenendum est cuilibet Christiano, quòd ea quæ ex voluntate hominis dependent, qualia sunt omnia humana opera, non ex necessitate astris subduntur. Et idè dicitur Hieremiæ decimo; A signis Cæli nolite metuerè, quæ Gentes timeant. Sed Diabolus, ut omnes pertrahat in errorem, immiscet se operationibus eorum, qui iudicijs astrorum intendunt. Ideo Augustinus dicit secundo de Genesi ad literam; Fatendum, quando ab Astrologis vera dicuntur, instinctu quodam occultissimo dici, quem nescientes humane mentes patiuntur, quod cum ad decipiendum homines sit spirituum immundorum, & seductorum operatio est, quibus quedam vera de temporalibus rebus nosse permittitur. Et idè Augustinus dicit, secundo de Doctrina Christiana, quòd tales astrorum observationes referendæ sunt ad quedam pacta cum Dæmonibus habita. Est autem omninò Christiano vitandum pactum, vel societatem cum Dæmonibus habere secundum illud Apostoli Corinthiorum decimo; Nolo vos fieri socios Dæmoniorum, unde pro certo tenendum est, graue peccatum esse circa ea, quæ à voluntate hominis dependent, iudicijs astrorum uti.

Reliquum est, ut contra astrologicas diuinationes nonnulla adducam, ea de causa potissimum; ut Patrum non catenas (quæ amplissimæ congeri possent) sed aureas quasdam sententias colligam in concionatorum gratiam.

Contra Astrologicas diuinationes.

Cræsi Lydia Regis filius (referente Herodoto) natura mutus; vbi militem uibrato ense in Patrem irruere funesto spectaculo conspexit, ex nimia in Patrem pietate solutis linguæ uinculis exclamasse fertur; Quid facis impie, ac scelestè? siste, ipsum quem iugulas, ac conficis, Cræsus est: atque ita proclamando (verbis utar Valerij) penè infixū iugulo mucronem reuocauit. Vtinam & nos, qui ex Christi gratia in adoptionem filiorum Dei uocati sumus, in Astrologos, ac astrologica diuinationis sectatores summā Dei Patris prouidentiam, maiestatemque, dum fato, ac stellis euentus rerum omnium, & non Dei nutui scelestè ascribunt, iugulantes, ac conculcantes, lingua etiam infacunda, qua potius nobis cum Propheta clamandū esset, Ah, Ah, Ah, Domine nescio loqui, adeo proclamemus, ut deterriti ab eo procaci ausu desistant, ac retardentur. Ego certè si non eleganti & copiosa, tenui saltem, & exili oratione illos non desinam infectari.

Dicam igitur primo in loco, quàm improbi fuerint astrologice disciplinae repertoies; Deinde, quàm impia execrandaque sit ea opinio, quæ fatum Stellasque euentorum nostrorum inuitabiles causas esse autumat. Amplius, quàm inaniter & vanè nonnulli ex astrorum, ac imaginum coelestium, præcipuè earum, quæ in Zodiaco effinguntur a spectibus

Hier. 1.

Quæ pertractanda cõtra Astrologos.

atibus & coitionibus opinentur posse utique se quæ sunt euentura conquirere, alijque prædicere ut certa præsumant: Quàm irridenda præsumptio, quòd coelestium coitionum possit homo assequi cognitionem: Quàm falsa credulitas, quòd acquisita astrorum cognitione, futura possit quis nisi vel Dæmonis ope, vel fortuitò diuina re. Concludam tandem rectius astrologicam diuinationem ob id à diuina Scriptura, & sancta Ecclesia, ac Theologica doctrina fuisse explosam, damnatam, ac profligatam.

Funestum ac deplorandum valde spectaculum semper mihi visum est illud, quod à dilecto Redemptoris nostri Apostolo in Apocalypsis libro nobis proponitur, atque his verbis recensetur; Signum magnum apparuit in Cælo: mulier amicta Sole, & Luna sub pedibus eius, & in capite eius corona Stellarum duodecim, & in vtero habens, clamabat parturiens, & cruciabatur ut pariat. Et visum est aliud signum in Cælo: Ecce Draco magnus rufus habens capita septem, & cornua decem. Non me certè latet

ex genuina accomodataque interpretatione mulierem parientem masculum, qui redurus esset omnes gentes in virga ferrea, à Dracone persecutionibus impetitam, Ecclesiā Christum gignentem à Dæmone varijs persecutionum generibus iactatam interpretandam esse; Verum non pigeat visionem hanc ad nostri propositi seriem deducentes perhibere: mulierem hanc diuinæ prouidentia maiestatem præferre. Hæc etenim eleganter amicta est Sole, quoniam eius claritas apud omnes Gentes latissimè emicat, Lunam pedibus calcat, quia omnia hæc sublunaria eius subsunt potestati, & regimini Stellarum veluti coronæ caput eius venustant, & vndiq; ornant, quoniam astra ei parent, ac gloriam à mortalibus immeritò illis ascitam ipsa Deo referunt (tantum abest, ut sibi necessarium causarum nomen vendicent.) Neque enim (ponderes quæso) prouidentia Dei exactiori delineatione, quàm hieroglyphico illo, quod Astrea ab Aegyptijs nuncupatur, pingi posset. Effingebant nanque quòd in Cælis sedeat eo habitu, ut caput inter sydera ipsa cõdens, pedes supra Lunam figat, & amicta Sole omnes orbis occupet. Quo symbolo potissimum insinuabatur, Dei prouidentiam inter coelestes orbis residere, eò quia non tantum effectus ab eis productos, sed & causas ipsas regat, adeo ut astra non ex sibi insita virtute, sed ex Dei summi prouisoris collata ui influant, ea semper lege, ut impellant quidem, sed non cogant. Nam in Dei manu non modò sunt contingentes rerum euentus, verum etiam eorum causa, tum primæ, tum secundæ, tam inclinantes, quàm in ipso euentu effectum inferentes, sub eius nutu persistunt. Porro mulierem illam, prouidentiam inquam Dei, Dæmon Draco ille magnus semper lacerare ac degluti re conatus est. Causam perpendas precor. Hic ille Lucifer est, qui ab initio ad tantam elatus est superbiam, ut dicere ausus sit, Ascendam in Cælum, & ero similis Altissimo, & quod impiè tunc optauit, iugiter etiam non tantum concupiscat, sed omni studio implere conetur. Inclamat igitur semper Lucifer; Ascendam in Cælum, & ero similis Altissimo. Porro nil diuinitatem quoquomodo magis præferret, ac demonstrat, quàm futura prædicere, iuxta illud; Annuntiate quæ ventura sunt in futurum, & sciemus quia Dii estis vos. Cuius enim est præuidendi facultas, eius quoque tanquam Dei munus est & prouidendi. Contulit igitur Lucifer omne studium, ac vires, ut futuros euentus sua facultate præuidere commonstret, Dei que cultum, ac nomen hac arte procaciter sibi arripiat. Sed quidnam sunt illa capita septem, nisi septem diuinationum genera ab eo excogitata, hominibusque perditissimis tradita? Horum primum Mantices dicitur; & hæc duplex est. Altera ex elementis sumpta, quæ si ex terra est, Geomantia dicitur: si ex aqua, Hydromantia: si ex aëre, Aeromantia: si ex igne, Pyromantia: Altera ex mortuis capta, quæ Necromantia nuncupatur. Secundum genus Aruspicium appellatur, ab animalibus in aris trucidatis depromptu. Tertium porro Augurium, ab auibus huc vel illuc volantibus, leuissima Gentilitatis superstitione excerptum. Quartum Maleficiū, quo præscriptis sibi ritibus ipse seipsum cogit Dæmon, atque per spectra sepius apparet, seu apparere effingit. Quintum Sortilegium, secundum varij generis sortes multiplex. Sextum Præstigiū, ex phantasticis illusionibus desumptum. Postremum tandem Horoscopa, siue diuinatio Astrologica, quæ ex syderum intuitione futura prænosci, prædicique posse mortalibus, vanissimè, ac mendacissimè persuasit. Non mihi certè Hercules ad sunt vires, quibus tot immania capita horrido sibilatu, ac ignium

Mulier in Apocalypsi descripta Dei prouidentia significat.

Astrea diuinæ prouidentia hieroglyphicum.

Isa. 14.

Isa. 41.

Diuinationis genera septem.

eruptione

eruptione portentosa prefcindam ac conflagrem : enitar attamen vt Astrologica diuinationis existimationem validissimis rationibus ex Patribus collectis e medio tollam , impiamq; hanc artem profernam, vt aliquando tandem tot iaculis ac telis confossa iaceat, & sempiterna obliuione sepeliatur.

De Astrologia inuentore.

Cham Noe filius Astrologia inuentor.

Cham, quem verenda patris inuerecundè detegisse, & ei nudato alreaq; sterenti nephariè illulisse, sacra narrat Scriptura, Chem, ac Zoroastres à priscis Ethnicis scriptoribus dictus, ex filijs Noe iunior, vt ex Beroso, ac Diodoro siculo excipitur, primus magicas astrologicasq; diuinationes excogitasse fertur, ac iisdem magicis artibus Noè patrem eneruasse, atque ad prolem suscipiendam ineptum reddidisse. Edocuit is Aegyptios, & Chaldaeos. Aegyptios siquidem omnium primos mathematica studia tractasse, Aristoteles primo Metaphisices tradidit. Babilonios quoque Chaldaeos nuncupatos his studijs addictos fuisse, non pauci authores testantur: tatum siquidem apud eos huius discipline aut horitas conualuit, vt Astrologia vetustatem impudentissimè extollentes, Chaldaei ducenta & septuaginta annorum millia in indagandis ac obseruandis puerorum natiuitatibus se absumpisse asseuerarent. Habes diuinationis Astrologicae patres & atauum; accipe nunc primum illius progenitorem.

TERTULLIANVS in Apologetico aduersus Gentes.

Eadem officia dependunt & qui Astrologos, & aruspices, & augures, & magos de Caesarum capite consultant: quas artes vt ab Angelis desertoribus proditas, & à Deo interdictas, ne suis quidem causis adhibent Christiani.

Et de Idololatria libro.

De Astrologia ne loquendum quidem est. Sed quoniam quidam istis diebus prouocauit defendens sibi per seuerantiam professionis istius, paucis vtat. Non allego, quòd idola honoret, quorum nomina Caelo inscripta, quibus omnem Dei potestatem addixit: quòd propterea homines non putant Deum requirendum, praesumentes stellarum nos immutabili arbitrio agi. Vnum propono, Angelos esse illos desertores Dei, amatores feminarum, proditores etiam huius curiositatis, propterea quoque damnatos à Deo. O diuina sententia vsque ad terram pertinax, cui etiam ignorantes testimonium reddunt. Expelluntur Mathematici sicut Angeli eorum. Vrbs & Italia interdicitur Mathematicis, sicut Caelum & Angelis eorum. Eadem poena est exilij discipulis & magistris.

Dæmones Astrologiam tradiderunt.

TATIANNVS in Oratione contra Græcos.

Figuras positionis syderum hominibus Dæmones ostendentes tanquam in thesserarum ludò, fatum, rem prorsus iniquam, introduxerunt.

CHRISOSTOMVS in Caput vigesimum secundum Actuum Apostolorum, & est Homilia quadagesima septima.

Idcirco fatum introduxit Diabolus, idcirco absque prouidentia dixit Mundum gubernari, idcirco ponit naturas bonas & malas, idcirco malum absque initio & materiale subiicit.

LACTANTIUS libro secundo Diuinarum Institutionum, capite decimo septimo, Demonum terrestrium hoc esse foedum inuentum, (nam ipse Demonum duo genera facit, cœlestia, & terrestria) his tradit.

Eorum inuenta sunt Astrologia, & aruspicina, & auguratio, & ipsa que dicuntur oracula, & necromantia, & ars magica, & quicquid præterea malorum exercent homines, vel palam, vel occultè: que omnia per se falsa sunt, vt Sybilla Erythraea testatur: Sed idem ipsi auctores presentia sua faciunt, vt vera esse credantur. Ita hominum credulitatem mentita diuinitate deludunt, quòd illis verum aperire non expedit. Hi sunt, qui imagines & simulachra fingere docuerunt: qui vt hominum mentes à cultu veri Dei auerterent, & fictos mortuorum regum vultus, & ornatos, exquisita pulchritudine statui consecrarique fecerunt, & illorum sibi nomina quasi personas aliquas induerunt. Sed eos magi, & ij quos verè maleficos vulgus appellat, cum artes suas execrabiles exercent, veris suis nominibus cient illis cœlestibus, que in literis sanctis leguntur. Hi porò incesti ac vagi spiritus, vt turbent omnia, & errores humanis pectoribus infundant, seruit ac miscant falsa cum veris.

ALBINVS Flaccus cognomento Alcuinus libro de Diuinis officijs sub titulo de Epiphania.

Istorum enim magorum primus, Zoroastres rex extitit, à quo originem feruntur traxisse. Hi elementa conuertebant, turbabantq; mentes hominum. Ex istorum genere quondam in Aegypto resisterunt Moysi, verentes virgas in dracones, aquasq; in sanguinem. Hi Astrologi dicti, nec nou Genethiaci propter natalium conside-

considerationes. Genes enim dierum hominum per duodecim sydera Celi describent. Syderum quoq; cursu nascentium mores, euentusq; pronuntiabant, idest, quis quali signo fuisset natus, aut quem effectum haberet vite qui nascebatur. Hi vulgò Mathematici appellabantur, cuius superstitionis genus constellationes Latine vocabant, idest, notationes syderum, quomodo se haberent cum quis nasceretur. Idem autem Stellarum interpretes nuncupabantur, sicut & de his legitur, qui in Euangelio natum Christum annunciauerunt. Postea autem solo nomine Mathematici. Cuius artis scientia vsque ad Euangelium fuit concessa, vt Christo edito ne mo exinde natiuitatem alicuius de Celo interpretaretur.

Tales igitur habet Astrologica diuinationo parentes, repertoies, atque auctores: Damonem scilicet, ac Zoroastrè illum autem sæculi corruptorem, à Iano ex Italia, ac vndique à cæteris ob scelestissimos mores pulsum; Aegyptios denique, ac Chaldeos omnium superstitionissimos.

Sed perge, & cuinam basi hæc disciplina chimerica innitatur, attende. Cœlum astraque causas esse humanorum actuum cogentes astruunt. Noui certè Sanfones Astrologi mihi videntur, qui columnis Regiæ Philistinorum confractis, totam domum euertunt tam funesta clade, vt cum cæteris ipsi quoque intereant, & ruinis sibi paratis tumulentur. Quid, queso, aliud cõtendunt Astrologi, & Idealis Mundi, Maximi, ac Microcosmi, Dei scilicet, & Orbis, ac Hominis eminentè ordinè confundere, ac perturbare, vt omnia ruant, in præcepsq; collisa abeant? Nam si fatum dandum est, ut Astrologica diuinationo præsumit, hæc execranda effutire impudenter compellimur, vel (tanquam Athei) cū Diagora, ac Protogora Deum non esse, vel perperam impieq; ipsum prouidentiam Mundi non gerere, sed cum Epicuro in se versum hæc non curasse, & fato omnia demandasse, ac cessisse. Blasphemant quippe, qui fortunam suspiciunt, Dei prouidentiam, cum eam uti ociosam, atque eneruem circa incidentes euentus effingant, sed iugulant eam magis, qui fatum, ac stellarum coactionem astruunt. Quòd si Deus prouidentiam cum starum rerum, tum diuinarum, tum humanarum non habet, iam Deus non erit Deus: Iam Mundus quasi nauis iactata furentibus procellis sine nauclero vagabitur, vt illisa concidat, & collidatur.

IOANNES Chrysofomus Oratione de Prouidentia.

Et ne quid nimium dicam: finge nauem esse Mundum, carinam terram, velum eius Cœlum, homines vectores, mare subiectam profunditatem, quomodo in tam longis temporibus non factum est naufragium? Relinque igitur nauem sine rectore ac nautis vnum diem, ac statim videbis eam demergi. Sed Mundus nihil est passus tale, cum durauerit quinque milia, ac multò plures annos. Et cur dico de nauigio? paruum tugurium quis inter vites construxit, & postea collecto fructu, eam deseruit, ac sæpe nec duos dies perdurat, sed dissoluitur, & collabitur citò. Non autem sine prospiciente ipsi tugurium staret, ac tantum opus maneret incolapsum in tempus tam longum sine prouidentia. Vide mihi pulchritudinem hominis, quandiu duret, ac non sit corrupta. Intuere vim terræ, quomodo non sit ruptus qui tam longo tempore peperit eius vterus; Vide mihi fontes quomodo scaturiant, & non defecerint, ex quo sunt conditi. Vide mihi mare, quot receptis fluminibus, non transierit limites. Iure de illorum, que dicta sunt vnoquoque dicitur; Magnificè prædicata sunt opera tua Domine, sapienter fecisti omnia.

D. AVGVSTINVS in Psalmum trigessimoprimum Enarratione secunda.

Sed & qui hoc non dicunt, & aliud dicunt, quid dicunt? Fatum mihi fecit, Stella mea fecerunt. Ita iam per circumitum ad Deum volunt peruenire. Per circumitum volunt peruenire ad Deum accusandum, qui nolunt de compendio venire ad Deum placandum, & dicunt; Fatum mihi fecit. Quid est fatum? Stella fecerunt. Quid sunt Stelle? Certè ista quas in Cælo conspiciunt. Et quis eas fecit? Deus. Quis eas ordinauit? Deus. Ergo vides quod voluisti dicere; Deus fecit, vt peccarem. Ita ille iniustus, tu iustus: quia nisi ille fecisset, tu non peccasses. Tolle istas excusationes in peccatis: memento illius Psalmi; Ne declines cor meum in verba maligna ad excusandas excusationes in peccatis, cum hominibus operantibus iniquitatem. Ad hæc enim magni viri sunt, & qui pretendunt peccata sua, magni sunt, & qui numerant sydera, & qui computant Stellas, & tempora, & dicunt, quis quando vel peccet, vel bene viuat, & quando Mars faciat homicidam, & Venus adulteram. Magni docti viri, & electi videntur in hoc sæculo. Sed quid ait in Psalmo? Ne declines cor meum in verba mala cum hominibus operantibus iniquitatem, & non communicabo cum electis eorum.

Cæterum dogma est clarissimum, de quo non est hic locus disputandi, Deum omnium prouidentiam gerere, iuxta illud Sapientiæ; Tua autem Pater prouidentia gubernat. Hæc est oculus ille Dei, de quo Dauid; Oculi Domini super iustos. Nam vt ait Damascenus libro secundo, non est cõueniens alium esse rerum factorem, alium prouiforem. Mundum

Astrologia Deum, & Deif prouidentiam tollit.

Pfal. 103.

Vel impius esse reum asserit.

Pfal. 140.

Sap. 14.

Pfal. 33.

Mundi ordinem verit.

Mundum maximum demoliuntur cæci isti Sanfones, cum omnino secundas causas tollant, tam naturales, quam liberās, quæ Mundum vti inconcussæ columnæ sustinent, ac ferunt. Duplex siquidem causa ad omnes effectus gignendos referendosque necessaria existimatur, ex Philosophorum placitis: princeps, siue vniuersalis (vt aiunt in scholis) ac secunda, iuxta illud Aristotelis; Sol & homo generant hominem: ea tamen serie, ut vniuersales causæ quandam vniuersalem tantummodo impendat uirtutem; particulares uero ac secundæ, tam indiuiduales rerum naturas, effectusque, quam peculiariter eorum proprietates immittant. Qui igitur harum ordinem perturbat, omnem Mundi ordinem elidere euertereque perspicacissimè euincitur. Cœli ergo & astra, cum superna, generales, ac vniuersales causæ existant, ad singulares rerum naturas, proprietates, ac effectus non perueniunt, neque eos attingunt, ut uerbi causa, Cœlum, Sol, sidera ad cunctas quidem terræ gignendas fruges influxum caloremque immittunt: sed quod hic fegetes, ibi hordea, alibi mala oriantur, hæc particulatim efficere nequeunt: quare alijs causis, secundis nempe, omnino necesse erit effectus istos ascribere. Ex feminis enim vi prouenit, quod hic triticum, illic hordeum, uites ibi, alibi oliuæ nascantur. Qui ergo secundas istas tollunt causas, ut Astrologi, nonne omnem euertunt ordinem, omnem confundunt ornatum, vniuersumque Mundi interimunt & abolent splendorem? Ablatis nanque secundis causis, auferitur prorsus omnis effectuum distinctio: cum enim idem ubique sit Cœlum, eadem astra, eandem uim ubique effundentia, iidem ergo ubique orientur effectus. Redibit ergo Anaxagoræ opinio, quod ex quolibet quodlibet generetur; Redibit antiquum, & terræ Chaos, in quo omnia permixta, & confusa reperientur. Tollit igitur vniuersi ordinem Astrologia. Sed urgeamus adhuc hos impios diuinatores. Cum res sicut se habent ad esse, ita & ad cognosci, hoc est, propter quas causas una quæque res est, per illas & comprehendatur: qua serie ex celestibus constellationibus singulares humanarum rerum euentus inuestigant Astrologi, cum ex ipsis Cœli constellationibus singulares isti euentus minimè deducantur? Quare ex dictis omnino colligendum est, quod aut ruet Mundus, si causæ ipsæ secundariæ uirtute sua non pollebunt, aut Astrologica diuinatio euanescent, si peculiarium euentorum rationem ex vniuersalibus Stellarum uiribus penetrare, atque decerpere non ualebunt.

Hominis libertatem tollit.

Cæterum, quod potissimum est, Microcosmi, hominis inquam, qui fatum astruunt, structuram diruunt, cum eius liberum arbitrium auferant. Tolluntur enim vnà cum libertate arbitrij, consilium, electio, prudentia, lex, religio, uirtus, meritum, demeritum, præmium, pœnæ, iudicium, Paradisus, Infernus, ac spes cuncta nostra. Nam voluntatis humanæ sublata libertate, euanescent omne consilium, superuacanea fit quæque electio, nulla prodest prudentia, iniquè promulgatur lex, impia est omnis religio, deperitque omnis ratio uitij & uirtutis, meriti ac demeriti, præmij ac pœnæ, iudicij, Paradisi, & Inferni; quin etiam omnis basis spei, ac immortalitatis rescinditur. Deducam omnia si potero. Ea est liberæ uoluntatis humanæ præcellens natura, ut ipsam flectere & Deus nolit, & Cœlū nequeat. Deus quidem hominem excitat, trahit, suadet, dissuadet sapius, cogit nunquam. Sapientia enim attingit à fine ad finem fortiter, & disponit omnia suauiter, hoc est, secundum humanæ naturæ institutum, quo reliquit eum in manu consilij sui; unde si homo liber non est, iam homo non est. Quod si Cœlum hominem cogit, ut quid de pluribus ad finem medijs consilia agere? Deinde, si ad alterum necessitate compellitur, ut quid eligere? Amplius, si in omnibus uitæ humanæ euentibus solus Cœli influxus operatur, quænam erunt prudentiæ partes, qua homo ex præteritorum experimento studet futura prospicere? Dein si mortales liberi non sunt, vanè igitur sunt leges, impij cuncti legislatores, iniqui iudices, qui leges indicare non erubuerunt, & reos nil meritis supplicij multare audent. Quorsum religio, si fato res humanæ aguntur? cur preces fundimus? cur vota exponimus? cur templa eriguntur? cur sacra peraguntur? cur tandem coram Deo cernui procumbimus? Ruet quidem omnis uirtutis ac uitij ratio, si non ex recta, vel adulterata uoluntate opera nostra, sed ex fato procedant. Si enim inuida labes Saturni est, si ambitionis inflatus Iouis, si iræ ardor Martis, si libidinis illecebræ Veneris, si uersutia dolosa Mercurij: omnia igitur

igitur uitia ac scelera, astrorum erunt, non hominis, omnia iniqua facinora, flagitia, ac crimina, Cœlorum, non nostra erunt existimanda. Vbi ergo uirtus ac uitium in homine? Quod si tollitur uirtutis ac uitij ratio, meriti quoque & demeriti, præmij ac pœnæ iusta libratio euanescent: Nam nec meritum est nec demeritum, ubi non est uitij nec uirtutis ratio; quare nec præmium impendendum, nec pœna infligenda ex iustitiæ libratione, cum non sint qui meruerint, ac demeruerint. Impiè tandem Deus paradysum, ac infernum extruxit, Sanctos Cœlo euexit, damnatos in infernum destruxit, cum omnes ad crimina perpetranda fato cogente pertracti fuerint.

BASILIVS Hexameron Homilia sexta, graui oratione ista profequitur.

Spes porro magna illa Christianorum euanescent omnino nobis, atque peribunt: quippe cum neque iustitia honoribus ullis afficiatur, neque peccata puniantur: propterea quod nihil prorsus ab hominibus libero animè proposito agatur.

AMBROSIVS Hexameron libro quarto, capite quarto, uerbius hæc exaggerat.

Deinde si ad necessitatem genitalem, non ad instituta morum actus nostri factaq; referantur, cur leges proposte sunt, iura etiam promulgata, quibus aut pœna improbis decernitur, aut securitas defertur innoxij? Cur non uenia datur eis, cum utique, ut ipsi aiunt, non sua uoluntate, sed ex necessitate deliquerint. Cur laborat agricola, & non magis expectat, ut inelaboratos fructus priuilegio suæ natiuitatis inuehat receptaculis horreorum? Si ita natus est, ut ei diuitiæ atque opes affluant, ut sibi spontaneos reditus sine ullo semine, atque opere terra parturiat: non vomerem aruis imprimat, non curuæ manum falci admoveat, non legenda uindemia subeat expensam, sed utro ei in omnes ferias uina fundantur fluentia, sponte ei oleum nullis inserta caudicibus syluestris oleæ bacca desudet: nec diffusi æquoris transfretaturus periculum, propria salutis sollicitus mercator horrescat, cui ociose potest, ut aiunt, quadam sorte genitili diuinarum thesauris illabi. Sed non hæc est vniuersorum sententia. Denique impiger depresso aratro terram scindit agricola, nudus arat, nudus ferit, nudus Sole feruente tota æstate colligit fruges: & negociator impatiens flantibus Euris in tuto plerumque nauigio sulcat mare.

Intuere, quæso, quam flagitiose & quam inscienter cæci hi Sanfones fractis Mundi columnis, Mundum euertere, ac in præceps dare contendant.

Porrò nutanti valde basi innititur commentitia atque fabulosa Astrologica scientia, nempe quod ex astrorum qualitibus, ac affectionibus, sub quibus vnusquisque nascitur, desumendæ sint euentorum illius rationes. Currum Lunæ à nutricibus uentum fingunt Astrologi, & eos qui Lunam habent genituræ dominam, vitam dicunt in aquis degere, nauticam, piscatoriamque; artem exercere, paralyti obnoxios esse. A gallis Mercurium duci credunt, eumque arbitrantur filios gignere intelligentes, sagaces, & mulatores, beneficos, Mathematicos, voti compotes, coniectores, corpore graciles, oculorum intuitu pollentes, honestos, ac potus temperantia mirabiles. A columbis Venerem attractam fabulantur, qui sub ea nati fuerint, eos gratiosos, ac mulierum gratia celebres, genio indulgentes, stomacho laborantes, ac malis potationibus obnoxios prædicunt. Solis currum ab equis rapi somniant, sub eiusque constellatione natis felicitatem in omnibus, agilitatem in rebus agendis promittunt, atque alacres eos & sanos fore prænuntiant. A lupis Martem uentum effingunt, sub quo natos inquit esse potentes, bellatores, uersutos, validos, stolidæ ferocitatis viros, insanos, indomitos, ob leuissimam causam periculis sese obiectantes, promptos, alacres, prodigos, immundos, tyrannos. Iouem à pauonibus attractum qui dominum habent, quod sint honesti, amicitia studio si, in omnes pij, benigni, natura temperatissimi, Astrologi credunt. Saturnum tandem, quem à serpentibus latum effingunt, inuidos, pigros, tristes, auaros, fraudulentos, suos facere arbitrantur, eosque insequi morbos plurimos, carceres, submersiones, uenena, suffocationes. Cæterum quid his insulsus? Prisca Gentilitas Deorum suorum nomina astris ex leuissima adulatione detulit; Ex eorum igitur Deorum uanissimis affectionibus, ac moribus, astrorum vires, mortaliumque propensiones elicere summa ineptia est. Nec dicendum, Deorum nomina planetis, imaginibusque celestibus, ac duodecim Zodiaci signis ex eorum præintellectis qualitibus aptata accomodatae fuisse: priscarum enim rerum historia edocet, præcipuè Diodorus Siculus libro de Antiquitatibus, diuersis admodum tempestatibus, apud diuersas nationes, à rudibus, atque totius Astrologicae disciplinae ignaris, hæc emanasse nomina. Sed de his fusius ex nostris D. Fulgentius libro Mythologiarum.

Non esse ex cōiunctionibus syderum indaganda futura.

B A S I L I V S autem Hexameron Homilia sexta, quod nos de planetis enarrauimus, de signis Zodiaci idipsum perperā Astrologos tradere eleganter scribit.

At qui tandem illi effectus sunt, qualesuē genitilis istius predictionis? Ille talis, inquit, crispanti decorabitur capillitio, eritq; aspectu mirè gratiosus: est enim editus in lucem Arietis tempore. Tale autem ipsum animal aspectu quodammodo esse videtur. At erit & animo grandi, atque elato, qui ppe cum & Arietis dux sit gregis. Faciet omnia etiam animo prompto: denique ad quæstum ingenio erit solerti ac prouido: nam hoc animal & citra molestiam vellus laneum deponit, & à natura facillè rursus eodem sanè vestiitur. Sed in Tauro natum tolerantem esse laborum dicunt, atque serilem: quoniam & Taurus iugo subijcitur. Est & qui ortus est in Scorpio, propensus ad ferendum, atq; ad inferendos ictus paratus, ob similitudinem eius bestie. Et insuetudine præditus uidem is, quem enixa est sua parens tempore Libræ, non nisi ob trutinæ lanciumq; nostri, inquit, instrumenti, quo pondera libramus, aequalitatem. Istis quid ineptius, aut deridiculum magis? Arietis is, à quo natiuitatem hominis ipse sumis, Celi pars est duodecima: in qua cum fuerit Sol, puncta verna signaq; tangit: & Libra similiter, atque Taurus partem orbis signiferi duodecimam occupant. Cur igitur illinc vniuscuiusq; uite hominis præcipuas proficisci causas asserens, ex istis pecudibus naturam hominum mores exprimis atque effingis? Est autem is ad erogandum procliuus, qui natus est in Ariete, non quia pars illa Celi tales efficit mores, sed quòd hoc pecus naturam talem sortitur. Quid igitur nos exterrere, & huiusce imple religionis, vindicans tibi auctoritatem ac fidem ab astrorum aspectu: & interim hæc ipsa eniteris nobis persuadere per pecudum balatus? Nam si Cælum tales morum habeat proprietates, ab animalibus istis sumptis, ipsum etiam Cælum alienis principis est subiectum: quippe cum à pecoribus causas pendentes habeat tales. Id asserere si ridiculum sit, longè magis ridiculum esse constat ex istis, quorum nulla profus affinitas esse videtur, sententiam illam emitti verisimilem esse, atque probabilem demonstrare.

Idipsum Ambrosius Hexameron libro quarto, capite quarto.

Goliæ giganti terno lapidū ictu iam prostrato, tentemus modò si proprio ipsius ense, & geminato vulnere caput amputare valeamus. Constellationem, in qua vnusquisque natus est, illius euenta portendere asserunt isti; igitur si diuersos, aduersosq; casus eadem sub constellatione natis prouenisse demonstrabimus, suo gladio eos conficiemus; si è contra pluribus insignem eandem vitæ felicitatem sub diuersis siderum aspectibus ac posituris, in lucem proditis, cõtigisse ostendemus, certè idam duplicasse videbimur. Eadem sub Astrorum coitione & positura natis varia euenta contingere posse, arguunt geminorum exempla. Geminos siquidem vno tempore conceptos, natosq; eandem oris, corporisq; similitudinem gestantes, moribus quoque & passionibus simillimos esse, eandem fortunam, ac vitæ exitum fortiri, necessariò perhibendum esset; at num hoc experimento habeatur, qui Gentilium historias legit, non ignorat. Cicero libro de Diuinatione secundo, Proclum & Euristhenem geminos fuisse, sed vitæ exitum longè dissimilem, & rerum gestarum gloriam longè disparem tulisse tradit. Sed de his luculentissimè sacræ paginæ nobis exempla produunt. Vno concubitu concepti sunt Iacob & Esau, vt testatur Paulus, vno partu producti; siquidem Iacob natus est Esau plantam pedis tenens; Sed quænam dissimilitudines corporis, morum, ingenij, fortunæ? Esau pius, Iacob lenis; ille procax, hic pauidus & timidus; ille venator, hic pastor; hic patris benedictione percepta, profugus primò & exul, omniumq; bonorum inops, demum Iocuples in patriam redijt: ille patri indignatus, diues è Chanaanæ recessit in Australem plagam: diuersosq; tandem & tempore, & necis genere ambo è viuus excessere.

A V G V S T I N V S libro quinto De Ciuitate Dei, capite quarto, de Esau & Iacob geminis hæc habuit.

Nati sunt duo gemini antiqua patrum memoria, vt de insignibus loquar, sic alter post alterum, vt posterior plantam prioris teneret. Tanta in eorum vita fuerunt moribusq; diuersa, tanta in actibus disparitas, tanta in parentum amore dissimilitudo, vt etiam inimicos eos inter se faceret ipsa distantia. Nunquid hoc dicitur, quia vno ambulante, alius sedebat: & alio dormiente, alius vigilabat: alio loquente, alius tacebat: quæ pertinent ad illas minutias, quæ non possunt ab eis comprehendi, qui constitutionem siderum, qua quisque nascitur, scribunt, vnde Mathematici consulantur?

Amplius & Augustinus eodem libro, geminorum exemplum simili dissimiliq; aduersa valetudine afflictorum ab Hippocrate traditum, recenset: Et infra geminorum disparis sexus exemplum pariter memorat. Non deest amplius Zaram & Phares exemplum; hos siquidem natalia ita habuisse commissa narrat Moses, vt emittenti manum Zaram coccinum obligatum sit, eoq; manum retrahente, Phares primus in lucem prodierit: attamen quantum corporis proceritate, animi dotibus, vitæ euentis, mortisq; generibus

Constellationes futuros euentus non demonstrare.

Rom. 8.

Cap. 22.

Cap. 6.

neribus fuerint dispares, ex sacræ Scripturæ enarratione perpèdes. Breuissima mora, inquit Astrologi, inter geminorum ortum intercedit, quæ licet nobis exigua videatur, cum in terra, vt in centro, sedeamus; maxima attamen euadit in celestibus orbibus ob eorum immensitatem, ac rapidissimam conuersionem. Tutum non est certè hoc refugium sed titubat; tum quia, si ortus geminorum vnus non est, conceptum tamen vnū esse posse non ignoramus, tum quia si tam breui tempore variatur cõstellatio, profecto vt momentanea Astrologis ipsis imperceptibilis efficietur. D. Basilius Hexameron Homilia sexta, irridet hanc Astrologorum imperceptibilem minutorum discussionem.

D. A V G V S T I N V S quinto libro de Ciuitate Dei, capite tertio.

Frustra itaque affertur nobile illud commentum de figuli rota, quod respondiisse ferunt Nigidium hac quaestione turbatum, vnde & Figulus appellatus est. Dum enim rotam figuli vi quanta potuit intorsisset; currente illa bis numero de atramento tanquam vno eius loco summa celeritate percussit: deinde inuenta sunt signa, quæ fixerat desistente motu, non paruo intervallo in rote illius extremitate distantia. Sic, inquit, in tanta Celi rapiditate, etiamsi alter post alterum tanta celeritate nascatur, quanta rotam bis ipse percussit, in Celi spatio plurimum est. Hinc sunt, inquit, quæcumque dissimilima perhibentur in moribus, casibusque geminorum. Hoc figmentum fragilius est, quam vasa, quæ illa rotatione finguntur. Nam si tam multum in Celo interest, quòd constellationibus comprehendere non potest, vt alteri geminorum hereditas obueniatur, alteri non obueniatur: cur audent ceteris, qui gemini non sunt, cum inspexerint eorum constellationes, talia pronuntiare, quæ ad illud secretum pertinent, quod nemo potest comprehendere, & momentis adnotare nascentium? Si autem propterea talia dicunt in aliorum genituris, quia hæc ad productiora spatia temporum pertinent, momenta verò illa paruum minutarum, quæ inter se gemini possunt habere nascentes, rebus minimis tribuuntur, de quibus Mathematici non solent consuli, (Quis enim consulat, quando sedeat, quando deambulet, quando, vel quid prandeat?) nunquid ista dicimus, quando in moribus, operibus, casibusq; geminorum plurima, plurimumq; diuersa monstramus?

D. G R E G O R I I argumentatio tandem ipsos maximè vrgebit, ac prostreret, quam habet Homilia decima super Euangelia.

Solent Mathematici respondere, quia virtus constellationis in ictu puncti est. Quibus è diuerso nos dicimus, quia magna est mora natiuitatis. Si igitur in ictu puncti constellatio permutatur, necesse iam erit, vt tot dicant fata, quot sunt membra nascentium.

Verum si geminorum ratio non vrget, ratio saltem connascentium idipsum euincet. Quamplures toto in Orbe eodem tempore conceptos, simul in vtero alitos, simulq; editos esse non est ambigendum; attamen omnium horum ingenia, religiones, morū propensiones, euenta, necis genera, si inuestigabis, diuersa admodum fuisse liquidò patefcet: siquidem eodem temporis puncto natos, alios esse decoros, alios deformes, alios proceros, alios pusillos, nonnullos robustos, nonnullos infirmitatibus plurimis obnoxios, alios intelligentes, sagaces, generosos, fortes, probos, ignaros, alios crassos, timidos, rebelles, scelestos, nonnullos diuitijs elatos, nonnullos paupertate oppressos, hos ad summam ferri dignitatem, illos ima in fortuna vitam agere; necis genera diuersa eos tandè obire conspiciemus. Quot cum Pythagora orti sunt amentes? cum Platone stolidi? cū Aristotele scientiarum ignari? cum Alexandro Magno obscuri? cum Cæsare, & Crasso egestate oppressi? cum Hercule timidi? cum Abraham infideles? cum Iacob efferti? cum Mose iracundi? cum Iosue imbelles? cum Sampson debiles? cum Dauid immites? cum Salomone infani? Amplissima certè sunt hæc exempla. Econtra verò eadem propitia infœliciaq; euenta, pluribus, qui natalibus admodum diuersis sunt editi, contigisse, liquidò apparet, ad quæ varia constellatio eos vtique perducere nequibat. Comprobant id quidem multa, sed præcipuè nationum diuersa instituta, profapiarum regaliū non intercisæ dignitates, eadem simul plurimorum cedes, eadem funera; nam singulis horæ momentis apud quascunque nationes homines nascuntur, igitur ab astrorum viribus compelli ad eosdè mores, & fortunas deberēt, quod tamen quàm falsū sit, quis nō intuetur?

B A R D E S A N E S Syrus, vt refert Eusebius de Preparatione Euangelica libro sexto, capite octauo, rationem hanc disertè pertractat. Post multa nanque ad hanc rem delata demum concludens sic vrget Astrologos.

Quid plura? Singulis horis apud omnes gentes homines nascuntur. Vbiq; autem leges, atque mores propter liberam hominis potestatem præualere videmus: nec natiuitas aliqua nolentes Seras ad homicidium compellit, aut Brachimanas ad esum carniū, nec Persæ à sceleratis nuptijs remouentur, nec Indi à rogo, nec Medi à canibus, nec Parthi ne multas ducāt uxores, nec à castitate Mesopotamienfes femina, nec Græci à gymnasijs, vbi nudis corporibus exercentur, nec Romani ab imperando, nec Galli muliebria patiantur, nec gentes omnes,

quas Barbaras appellamus, musarum cognitionem approbandam ducunt. Singulae nanque gentes, ut volumus & quando volunt, libertate sua utuntur, legibus moribusque obediunt.

Sed & Christianorum post luculentissimum præbet exemplum.

Quid autem dicemus de Christianorum secta, qui in omni parte Orbis, immo verò in omni ciuitate inueniuntur? Nec multas Parthi Christiani ducunt uxores, nec canibus mortuos obijciunt Medi, nec Persæ filias ducunt, nec Bactriani, & Galli matrimonia corrumpunt, nec Aegyptij Apin, aut canem, aut hircum, aut felem colant, sed ubique sunt, alienis legibus, & moribus vivere, nec cogi possunt, nec generali ratione, aut sua, aut principis alicuius impelluntur unquam, ut quæ nefanda magister eorum duxit, facienda putent, sed paupertatem, labores, ignominiam, cruciatibus intolerabiles sufferunt.

Aequè igitur homines in Orbis plaga sub planetarum constellationibus nascuntur, sed non eque eorum propensiones, siue ob leges, siue ob mores Gentium ipsarum insequuntur: nulla igitur vis constellationis. Multæ profapiae inter Gentes adeò explendue re, ut Patres, & filij, nepotes, pronepotes, abnepotes, eisdem regia & diademate per successionem sint potiti.

B A S I L I V S Hexameron Homilia sexta, de Dauidica stirpe id sic deducit.

Si verò singulis in momentis temporis atque punctis, in aliam atque aliam sidera figuram permutando se accommodant: in innumeris autem huiusmodi mutationibus, quæ una die tantædem contingunt, figuratio- nes eiusmodi regiarum natiuitatum perficiuntur: cur singulis, quæso, diebus non reges nascuntur? Aut cur apud ipsos reges omnino regna per successiones traduntur? Non enim quemque regem ortum filij sui, ad regiam siderum figuram obseruantem accommodare dicere audent. Quis enim mortalium rei talis dominus esse potest? Cur ergo Ozias genuit Ioatham, Ioatham Achaz, Achaz Ezechiam, & horum nulli nascisci contigit seruilem natiuitatis suæ horam?

A M B R O S I V S plura non Stellarum, sed Dei virtute contingere, exemplis ex Scriptura desumptis demonstrat Hexameron libro quarto, capite quarto.

Latro ille damnatus capitis, ille cum Domino crucifixus, non beneficio natiuitatis suæ, sed fidel confessione ad paradisi æterna transiit. Ionam in mari non vis natiuitatis, sed dissimulatio diuina præceptionis præcipitavit & offensa, eundemque cetus excipiens, ad iudicium futuri mysterij post triduum reuocauit, & prophetiæ uerito gratia seruauit. Petrum de carcere imminente morte perimendum Angelus Christi, non Stellarum series liberauit. Paulum cecitas conuertit ad gratiam, & percussus à viperis, turbatumque naufragio, non remedia natiuitatis, sed deuotionis merita seruauerunt. Quid de illis dicimus, qui eorum precibus, cum fuissent mortui, resurrexerunt? Verum illos sua natiuitas, an Apostolica gratia resuscitauit?

Certè quisnam reges filiorum suorum ortus ad regiam siderum figuram accommodasse, audebit unquam existimare? Diuersa igitur natalia, quomodo eandem detulere dignitatem regiam? Clarissima admodum exempla constant plurimorum, qui diuersis in regionibus, è diuersis progenitoribus, temporibus diuersis, siderum varia positura nati, educati que, eundem exitum tulere, eandem que simul mortem oppetere. Memores, precor, Noëticum Cataclysmum omnes mortales absorbuisset; Mare Rubrum plusquam ducenta millia Aegyptiorum vorasse: Centum octuagintaquinque millia de exercitu Sennacherib vna nocte ab Angelo interempta: Millies mille ac ducenta millia in Hierusalem excidio, teste Ioseph de bello Iudaico, absumpta: Vrbes ab Alexandro Magno in Asia dirutas, ac vastatas: Romanorum, ut alia nunc missa faciam, apud Trebiam, Cannas, & Trasymenum memorandas, ac miserandas clades. Certè innumeros penè homines regione, parentibus, ætatibus, loco, genio, natalibus admodum diuersos, vnus sustulit interitus, vna mors peremit. Non igitur ex constellatione, & astrorum vi ad eandem necem sunt adacti. Quapropter vberimè probatum puto, & constellationem eandem diuersa, ac aduersa prorsus rerum euenta parere, & eadem etiam euenta plurimis diuersa, aduersa que astrorum positura subiectis prouenire. Nulla itaque Cœlis inest ad huiusmodi euenta necessariò producenda, vis atque facultas.

At si nondum Goliath caput amputatum est, hoc vno reliquo argumento obruncari faciliè arbitror. Demus astra euentus humanos inferre præsignare que, non potest certè adhuc omnis Astrologica peritia assequi & nosse siderum posituras, & constellationes. Arguunt hoc Astrologicae disciplinæ inenodabiles difficultates, infinita prope constellationum genera, Stellarum plurimarum ignoratio, agitati Orbis ocysissima circumuolutio nobis imperceptibilis. Principiò hoc mihi inconcussum est fundamentum, inter disciplinas Astrologicam esse difficillimam: comprobatur hoc certè ratio, & experimentum. Ratio est, cum omnis nostra cognitio ex sensu dependeat, iuxta illud

Non omnes siderum aspectus notant Astrologi.

illud Aristotelicum; Nihil est in intellectu, quin prius fuerit in sensu: Astrologica verò disciplinæ vnus tantum deseruiat sensus, visus inquam, & hic res maxima distantia & intercapedine remotas cogatur percipere, tantumque motum cognoscere queat: unde exploratas desumet constellationes, certasque siderum coitiones Astrologus? Aduerte, obsecro, quàm imbecillis sit oculorum nostrorum acies, quàm eminens Cœlum, quàm crassis flatibus sepe obuolutus sit aer, quàm facilis praua visus affectio, quàm rapida sit orbium & astrorum conuersio, quanta sint vitia Astrolabiorum, tabularum, ac instrumentorum mathematicorum, quibus maximè huius disciplinæ professores inniuntur. Quòd si mistorū naturas, facultates, ac vires, quæ omnibus sensibus obijciuntur, percipere nequimus, quid de Cœlo scire gloriabimur? Aristoteles certè Philosophorū faciliè princeps, se multarū rerū celestium non exquisitā, sed coniecturalē tantum notitiā affectum esse, non erubescit confiteri. Neque id mirum, nam excelsa ista permittitur nobis probabilibus tantum coniecturis perscrutari. Diuinæ quoque scripturæ oracula huic rei astipulantur: Nam scriptum est; Et difficile æstimamus, quæ in terra sunt, & quæ in conspectu sunt inuenimus cum labore; quæ autem in Cœlo sunt, quis inuestigabit? Experimentum id comprobatur: de numero nanque Cœlorum, de Astrorum magnitudine, de motu eorum mensuris, sed multo magis de viribus, coniunctionibus, ac aspectibus, quæ effati sunt ac docuerunt Astrologi, vanissima esse, nec parum à veritate longinqua, res ipsæ demonstrarunt. Et ne multis enarrandis tempus conteram, quid de Cœlorum numero contigerit, solummodo recensebo. Cùm Aristotelis tempestate octo tantum orbis noscerentur, Ptolemæi ætate ex motione tunc temporis agnita, nouem esse statuerunt Astronomi: trecenti nunc penè fluxerunt anni, quando ex alio comperto motu, decem ab Astrologis orbis constituti sunt. Nouissimè superioribus annis stella noua in Cœlo conspicua apparuit, quæ proprio rapi motu in astrifero Cœlo, vel proximè videbatur; sed post aliquod tempus euanuit. Insudantque omnes nostræ ætatis Astronomi, an stellam illam generatam, ac corruptam fuisse dicendum sit, quod de quibusdam fieri longissimis temporum intervallis existimarunt non pauci; an aliud præter planetas detur astrum vagum, quod propria latione nobis ignota feratur; an stellæ fixæ inerrantesque; quadam propria etiam conuersione agantur, quæ omnia arduum ipsis negotium faceffunt; Hoc & tempore Hypparchi euenisse Plinius tradit libro vigesimo sexto. Præterea constellationum ac aspectuum siderum, & positurarū, coitionumque; numerus propè infinitus conspicitur, ita ut vel nunquam, vel vix post multa annorum millia expleantur, ac Stellæ ad eundem punctum redeant. Duplex enim est huius rei potior sententia: Quidam doctissimi Mathematici optimis rationibus conuersiones Cœli esse inter se incommensurabiles, ob idque eandem Cœli faciem, ac Stellarum positionem redire nūquā posse arbitrati sunt, idque non infirmis rationibus firmare contenderunt: Quidam non nisi post triginta ac sex millia annorum, vel secundum alios quadraginta nouem millia, quibus supremæ ac tardissimæ spheræ conuersio absoluetur, Astrorum posituras in idem remeare opinati sunt. Ex hoc, si rei veritas ita se habet, duplicem elicimus contra Astrologos argumentationem; Alteram, quod eandem siderum posituram consequi non possunt, cum numero eandem nullus priscorum indagare, nec docere potuerit, nec ipsimet, non dicam centies (ut ipsi præsumunt) sed nec bis eam colligere, aut simul comparare valuerint: Qua ex re postea colligitur, quòd licet singulares vires, ac influxus cuiuslibet astri scitissime noscerent, non tamen plurimorum sibi inuicem oppositorum siderum virtutem & influxum attingere possent. Alteram, quòd si ex diuersis siderum aspectibus ac posituris, diuersa semper gi- gnuntur euenta, non eosdem incidentes casus prænoscerere ac prædicere quoquomodo possunt.

B A S I L I V S hæc ipsa adnotat Hexameron Homilia sexta, quæ sic collegi.

Primum igitur illud ipsos, interrogabimus, sit ne ut singulis diebus siderum figura mille modis mutentur, ac varietur? Nam cum vagæ stellæ perpetuò continuoque moueantur, citius planetæ alij in alios incurrant & apprehendant, & partim tardiore motu suos efficiant orbis: sit ut eadem in hora se penumero tum mutuo sese conspiciant, tum occultentur. Et cum maximam vim habeat in hora geneleos siue natiuitatis, ab effectrice bonorum,

Sap. 9.

Cap. 1.

Duplex contra Astrologos argumentatio.

*Utrum, an malorum conspici, Stella, ut ipsi censent, sitne ut saepe cum haud id atigerint ipsi tempus, quo bona
vires effectrix Stella dominabatur, ob vnus ignorantiam minuti, eam tum ut in mala sitam fortuna
designent?*

Stellarum pau-
carum noti-
tiam habent
Astrologi.

Urgeri adhuc magis Astrologos arbitror, si paucarum stellarum notitiam illis ef-
se exploratam demonstrabimus. Agè ergo id aggrediamur. Stellarum quaedam cons-
picuè cernuntur, quaedam non; multas enim & penè innumeras in Cœlo adesse stellas,
quæ vel non clarè, vel nullatenus spectentur, perspicuum est. Has omnes inaspectas
stellas Astrologis inexploratas esse, dubitat nemo; nec ipsi etiam audent diffiteri. Rur-
sum quæ cernuntur, sunt in octaua sphaera, mille ac duæ supra viginti: Harum permul-
tas sibi esse ignotas, paucas verò perspectas non inficiantur Astrologi: quare paucarum
admodum stellarum notitiam obtinent. Ex his autem ita licebit argumentationem
conficere, ac percunctari: Nunquid stellæ omnes vim aliquam retineant, influxusq; de-
mittant, atque ad constellationem efficiendam cunctæ simul conueniant: an potius pau-
cæ illæ dūtaxat Astrologis perspectæ virtute ista sint præditæ, reliquæ omnes ociofæ tor-
pescant. Postremum hoc nequit asseuerari: Cùm enim Stellarum, quæ in Cœlo sunt
fixæ, quælibet maior sit terra, quomodo dici poterit, quòd vniuersæ illæ stellæ tanta ma-
gnitudine insignitæ nullam habeant vim, sed desides omnino iaceant omni ab eis able-
gata virtute ac potestate? Fatendum est igitur stellas etiam fixas vim suam obtinere, vir-
tuteq; sua ad constellationem efficiendam descendere. Quanta ergo est temeritas Astro-
logorum, qui ex paucis syderibus, quorum vires norunt, (atque vtinam rectè nosserent)
tam audenter, ne dicam impudenter, futura prænuntiare ac diuinae præsumunt, cùm
tamen dubio procul per aliorum syderum, quæ ipsos latent, influxus, perspectorum illis
syderum vires & influxus aut præpediri, aut variari valeant? Tandem ad eò citata & ra-
pida Astrologorum conuersio est, vt vix unquam ab Astrologis constellationis momentum
percipi posse crediderim. Profecto id nos edocent, quæ Augustinus, Basilus, & Am-
brosius tradidere: Suadereq; debet experimentum à Nigidio Figulo, D. Augustino li-
bro quinto de Ciuitate Dei referente, excogitatum ac prolatum. Dum enim rotam fig-
guli incitatissimè contorsisset, eam sic currentem cùm bis eodem loco aramento signa-
re vel percutere ocyssimè enixus esset, cessante ipsa rotæ circumuersione, inuenta sunt
signa illa quæ fixerat, non modico ab inuicem interuallo distantia. Sed nulla certè est
rotæ alicuius adeo concitata celeritas, quæ lenta non existimeretur, si Calorum rapidè la-
tioni conferatur. Deinde quæ tam exacta poterit esse diligentia, quæ constellationis
capiat momentum eomet puncto quo quis nascitur? Diffusius hoc demonstrant mini-
mè fieri posse, Basilus Homilia sexta Hexæmeron, & Ambrosius libro quarto, ca-
pite quarto.

B A S I L I V S hæc habet.

*Genethliacæ artis inuentores, cùm in temporis amplo spatio complures figuras suam ipsorum conscientiam
fugere percepissent, in angustum admodum temporis contraxere mensuras, vt minutissimo quoq; & subitaneo
articulo, quale est quod Apostolus dicit; In momento temporis, in ictu oculi, plurimum differentia sit inter na-
tuitatem, & natiuitatem. Vt is quidem, qui hoc in momento genitus est, tyrannus sit, ciuitatum, populorumq;
princeps, locupletissimus, præpotens. Is autem qui natus est temporis sequenti momento, pauper quidam sit
futurus, aut mendicus, circulator, vel præstigiator, ex ostijs ostia permutans quotidiani consequendi causa vi-
ctus. Quamobrem eo orbe, qui signifer appellatur, duodecim in partes diuiso, cùm in triginta dierum spatio
partem Sol eius globi transeat duodecimam, quem inerrantem appellant, triginta in portiones singulas illas
duodecim partes secuerunt. Tùm singulis portionibus illis in sexaginta minuta diuisis, minuta hæc singula ho-
rum sexaginta, rursus in alia sexaginta modo simili diuisere. Posito igitur enixu eorum, qui in lucem edun-
tur, videamus, obsecro, si hanc exactissimam temporis diuisionem auctores hi sibi valeant conseruare. Nam
simul atq; editus pufio est, mas an femella sit, obstetrix explorat; tùm vagitum expectat infantis, nimirum in-
dicium vite eius, qui natus recens est. Quot hoc tempore vis sexagesima præterisse minuta? Dicit obstetrix
deinde Chaldæo partum, qui editus est: quot minutissima momenta vis interea dùm obstetrix loquitur, præter-
currisse? præsertim si fortè fortuna fuerit non in conclauis mulierum Chaldæus ille præsens, sed in ædium atrio aut
vestibulo, tempus horamq; reponens. Et cùm eum, qui definiturus est diligenter tempus ac horam, explora-
toris nimirum horarum percipere oporteat, siue diurna sint, siue nocturna: quot minorum hoc quoq; tempore,
quæso, præteruolat præteritq; examen? Et Post. Quæ cùm ita sint, si fieri non potest, vt tempus illud exa-
ctissimè quisquam attingat, variationeq; vel breuissimi temporis sit, vt tota via penitus aberretur, deridendi
profecto non mediocriter esse videntur, tam ij, qui studio huius indulserunt artis, quam in ratione verum mis-
quam*

Cap. 36.

B. Cor. 13.

*quam esse constat, quam hij, qui biantes ab illorum ore pendent intenti: perinde quasi omnia illi scire possent,
quæ ipsis sunt euentura.*

O R I G E N E S referente Eusebio libro sexto de Præparatione Euangeli-
ca capite nono, idem sic demonstrat.

*His satis demonstratum esse puto, Stellas non esse causas humanarum rerum. Impresentiæ perscrute-
mur, an verum sit exquisitè loca Stellarum & domorum posse ab hominibus inueniri, quod superius (nihil
enim oberat) dedimus. Afferunt enim Genethliologi, planetarum loca exactissimè inuenienda, vt & gradus,
& minuta, & minorum minuta non ignorentur. Similiter non signum solummodo, verum etiam gradum, &
gradus minuta prima domus, quam ascendentem appellant, rectè teneri oportere. Quomodo igitur cùm vna
hora largo modo mediam signi occupet partem, ascendentis minutum inuenies, cùm tam minutam diuisionem
temporibus habere nequeas? Opus enim esset scire quora hora, & minutis, minorumque minutis, ex vtero
puer effusus sit. Alia enim atque alia posse significare volunt, minimo temporis discrimine habito. In Pi-
scibus verò, atque Ariete per obliquam istorum ascensionem signorum (hora enim & tertia horæ parte
ascendere penè videntur) minimam temporis partem, magnam mutationem facere non ignoramus, vt vel
vicesima hora vnus pars gradu ascendentis immutet. Sed hoc etiã eis concedatur. Demonstratū autem esse
scimus, quemadmodum erraticæ ab Occasu ad Ortum feruntur: sic & fixas. centum annis vno gradu moueri,
& in hoc spatio temporis positionem signorum mutari, cùm aliud sit intelligibile illud signum, aliud quod quasi
figura quædam est. At non ad figuram, sed ad intelligibile aiunt, omnia signa esse referenda: quod nescio quo-
modo comprehendere queant. Sed hoc etiam sibi condonemus, vt aut intelligibile signum comprehendere,
aut à sensibili veritas haberi possit. Quæ autem commistione, compositione, ac cum temperie diuersorum aspe-
ctuum fieri asserunt, profecto concedent nullo modo scire posse. Quomodo enim quantum diminuatur à lesione
maligni propter inspectionem benigni percipies? Et vtrum auferat malignus, quod à benigno conceditur, quo-
niam locum eius aspexerit, aut mutet, aut imminuat, aut mixtura quedam inde fiet, quis percipiet? Quæ
omnia si quis alius inspiciat, facile credat non posse ista humano ingenio penitus percipi. Vnde si quis ha-
rum verum periculum fecerit, videbit in pluribus errare, quam veritatem consequi Genethliologos. Quam-
obrem Esaias etiam quasi hæc omnibus impossibilia sunt, ad filiam Chaldæorum, qui maximè ista profiten-
tur, ait; Ad sint, & saluam te faciant Astrologi, Cæli amnunciant tibi quid accidat. His enim verbis
docemur, vel diligentissimos hac in re Chaldæos, non posse predicare, quæ velit vnicuique genti Deus at-
tribuere.*

Esa. 47.

A M B R O S I V S Hexæmeron libro quarto, cap. quarto, similia differuit.

*Hoc quemadmodum possint colligere, respondeant. Constat partem femine. Obstetrix utique eum pri-
mò cognoscit, explorat vagitum, quo natiuitas colligitur: attendit vtrum masculus sit, an femina. Quot
vis inter has moras præterire momenta? Pone Mathematicum præparatum. Nunquid potest vir interesse
puerperio? Dum mandat obstetrix, audit Chaldæus, ponit horoscopus in alterius sortem. Iam nati fa-
ta migrarunt, de altero queritur, & alterius genitura proponitur. Pone veram esse eorum opinionem, de
natiuitatum necessitatibus non posse veram esse collectionem. Puncta transeunt, fugit tempus irreparabile.*

Cùm igitur luculenter demonstratum sit, nec cœlestia sydera quotidianos con-
tingentes euentus inferre, neque si inferrent, eorum posituram nosci posse: exul-
tandum nobis est cum Hebræis mulieribus, & lætis vocibus inclamandum; Saul *1. Reg. 18.*
percussit mille, & Dauid decem millia. Saul vanæ istius astrologiæ diuinationis exi-
stimatio est, quæ multos quidem seduxit, sed eo modo, quo Basilus, Ambrosiusque in-
signi nobis inducto exemplo ostendunt. Astrologorum nugæ & ambages (aiunt gra-
uissimi, ac celeberrimi isti Doctores) videntur omninò persimiles araneorum telis, in
quas si culex, si musca, si quid aliud incidit inualidis istis bestiolis simile, irretitum re-
tinetur, nec euadere potest; sin validum irruerit animal, facilè elabatur, & exiguas il-
las discindit telas, atque demolitur. Bestiolæ certè, muscæque sunt hebetis exiguique
ingenij, vel exilis floccidique spiritus homines, puero illi centum annorum à Scriptu-
ris memorato non iniuria comparandi, cùm puerilibus istis oblectentur. Hos quidem
astrologis mendacijs, ac vanitatibus irretiri conspiciamus. Dauid autem, hoc est,
Christi Scripturæ, ac Ecclesiæ auctoritas percussit decem millia, cùm hæc vanissima ef-
se figmenta euincat, solique Deo innitendum doceat, à quo omnis prouidentia, & vir-
tus defluit, emanat, dependet. Esaias enim Dei nomine in Astrologos hæc profert; *Esa. 44.*
Ego sum Dominus, inquit, Deus, irrita faciens signa diuinorum, & ariolos in furorem
vertens, conuertens sapientes retrorsum, & scientiam eorum stultam faciens; Et alibi
Deus Astrologos eisque credentes irridet, cùm inquit; *Esa. 47.*
Defecisti in multitudine con-
siliiorum tuorum, stent, & saluent te augures Cæli, qui contemplantur sydera, & sup-
putabant menses, vt ex eis annunciarent ventura tibi. Hieremias Cæli signa paruipen-
denda

Hier. 10.

denda esse docet sic scribens; Iuxta vias Gentium nolite discere, & à signis Cœli nolite metueri, quæ timent gentes, quia leges populorum vanæ sunt. Sponsa Ecclesia, cui etiam sponsus detulit arcana, astrologicas diuinationes figmenta esse impia, & execranda detestandaque decreuit; Extant enim contra eas seuerissima decreta secunda parte Decretorum, Causa vigesima sexta. Præterea in Concilio Bracarensi primo, capite nono, ac decimo, & in Toletano primo in assertione fidei contra Priscillianistas.

Quis ratione
Astrologi
quandoque
vera prænu-
tiant.

Cur id per-
mittat Deus.
Cap. 23.

Supereff, vt vnâ tantum difficultatem excludamus, quam scilicet de causa eneniat, quandoque Astrologos vera prænucciare, prout Astrologum quendam Cefari Idibus Martij futuram eius necem prædixisse, ex historijs notissimum est. Sed hoc facillimè dissoluetur, si huiusce rei causas indagabimus. Harum princeps est Dei permissio, quippe cum Deus soleat ex arcano diuinæ suæ prouidentie consilio permittere id duabus de causis. Altera, quam D. Augustinus libro secundo de Doctrina Christiana nobis referauit, ad pœnam scilicet improborum, vt occulto quodam iudicio diuino cupidi malarum rerum homines tradantur pro suarum voluntatum meritis, illudentibus eos, ac decipientibus præuaricatoribus Angelis, vt illudantur, ac decipiantur. Nec parua quidem pœna hæc est. Ita enim Sauli verè Phitonissa prænucciavit vniuersæ eius domus internecionem. Altera, ne aliquod malitiæ genus à Dracone, & homine prauo excogitatum à Deo impediretur, ex diuinæ enim prouidentie lege, reliquit hominem in manu consilij sui. Causa altera est Dæmon. Ipse enim diuinationum auctor est; quin & magicas edocuit artes, ac in eis ipse ita operatur, vt ad ea, quæ ventura præscit, indicia artis accomodat. Quapropter quod ad propositum facit, Astrologis sepius intus suggerit, ipsique ex siderum positionibus videntur diuinare, quæ à Dæmone ex occulto eius afflatu perceperit. Scire autem potest Dæmon futura pluribus modis: aut ex reuelatione Dei per Angelos sanctos ei impertita: vtitur siquidem Deus nonnunquam Dæmonis ministerio, ut patet ex Iob exemplo: aut ex præparatione causarum, ac earum rerum, quæ ad inferendos euentus requiruntur, quas solertissimè noscit Dæmon: aut ex prænotis hominum etiam occultissimis cogitationibus, ac deliberationibus, quæ ex signis, verbis, scriptis ocysimè excerpit: aut ex incomparabili celeritate, qua uno momento longè distans peruolat regiones, sicque uno loco facta, in alio, non ut gesta, sed ut gerenda denunciat: aut ex calliditate, uersutiaque sibi conata, ac experimētis aucta: uel demum ex absoluta omnium rerum naturalium diuinarumque scientia. Nec desunt tam impij Astronomi, qui cum Dæmone fœdera inean, ut futura præscire, ac uaticinari possint. Quod etiam uera sæpe diuinent Astrologi, ex ipsismet oritur Astrologis, nempe ex mirabili ingenij eorum sagacitate, & solertia. Duo enim in sua diuinatione simul contemplantur, & connectit uersutus Astrologus. Primum, Cœli siderumque positionem obseruat, quæ constellatio dicitur: alia siquidem quasdam uirtutes, ac uires ad certos determinatosque euentus inferendos habere, non prorsus negandum est; subinde hominis (cuius uitæ euenta ex natiuitatis puncto inquiruntur) temperamenta, corporisque affectiones, animi dotes, studia, instituta, uirtutes, propensiones, fortunas, uiresque intuestigat; quibus benè ex sagacissimi ingenij solertia exploratis, ponderatis, libratisque, diuinationes ominationesue suas prodit. His autem duo mirificè suffragantur. Primum leuis consulentium credulitas, ex qua facillimè in eis oritur spes, uel timor, quibus animi perturbationibus cum uehementer homines angantur, crebro efficitur, ut ex spe flagrantique auuiditate excitati, aut metu, pauoreque, ac horrore oppressi, uel sui uoti compotes fiant, uel nutantes, animumque penitus despondentes in eam quam paueant calamitatem seipsos præcipitent. Alterum est rerum ipsarum ab Astrologis prædictarum contingens euentus; sapius siquidem fortuito id accidit, quod prænucciatum est, non ex aliqua astrorum impellente, nec minus cogente facultate, & ui, sed ex Dei prouidentia, ac cæterarum causarum cõitione. Liquidò igitur ex hoc cõpertum est, diuinationum Astrologicarum nullam esse ueritatem, aut firmitatem.

Dæmon plu-
ribus modis
præscire futu-
ra potest.

Quamquam autem alia uim quandam in corporum temperamenta inferant, ex qua non modicè in animo gignuntur propensiones, affectionesque ad malum impellentes: attamen suprema diuinæ anime nostre facultate, ratione inquam, facillè retundi posse impulsus istos edocet sapiens ille, cum inquit; Sapiens dominabitur astris.

congruè

congruè impresentiarum explicabimus, si primo in loco quæ sapientia ad dominandum astris exigatur; ac secundo, quod genus dominij in alia ab hac sapientia proueniat, demonstrabimus. Duplicè sapientiam nobis produnt memorantque; diuina oracula, unâ cœlestè, terrenam alteram; quarum origines, incessus, fines diuersi admodum spectantur. Dispar primum harum sapientiarum origo est; Constat siquidem ex duabus admodum diuersis partibus homo, ex carne, & ex spiritu. Caro è limo est, limus è terra; Formauit igitur Dominus Deus hominem de limo terræ. Spiritus à Deo est; Inspirauit in eum spiraculum uitæ. Nil terra uilius, nil infirmius; Deo nil sublimius, nil præcellentius; terra eorum, quæ sub astris sunt, dignitate, locoque, infima est; Deus super omnia alia emicat: Vide quam dispares origines. Verum non tantum distantissima, atque seiuunctissima sunt harum partium stemmata, sed admodum diuersa sunt etiam earum studia. Insudat caro, ut animam (quæ, uti media, dimicantium præda est) ad terrenarum rerum amorem trahat; anhelat spiritus, ut eam ad supernarum, cœlestiumque rerum desideria eleuet; Si caro blanditijs sibi eam ascuerit, studium sapientiæ terrenæ parit, à quo deinde spiritus, ueluti Sanson à Dalida, uinculis irretitur, & ratio quæ spiritus sectatur partes, obruitur, unde quæ terræ & carnis sunt, tantum sapit, peroptat, indagat, gustat, perfruitur. Quod si spiritus animam ad superna sustollit, cœlestis sapientiæ studium gignit, quo carne oppressa, sensu ad mortem acto, quæ spiritus Dei; sunt, anima flagrantius cupit, indagat, obtinet. D. Paulus priore ad Corinthios epistola eleganter certè duplicem hanc sapientiã pinxit, & quantum inter se differant, egregiè demonstrauit. Proinde hoc differens studium finis etiam insequitur admodum dispar: nam si caro spiritum opprimit, anima in duas ualde funestas incidet clades: Alteram, quod astrorum uiribus non quidem cogentibus, sed uehementer impellentibus subijcitur: Alteram, quod quia eadem est effectus & causæ natura ac proprietates, cum terra, caroque temporum uicissitudinibus subijciantur, & interitui corruptionique sint obnoxia, singula quoque; animæ ipsius opera euanescere, cum à terrenis carnalique; sapientia prodeant, planè erit necesse. At si spiritus carnem perdomuerit, & astrorum influxibus uel impulsibus superior euadet anima, & opera ipsius à Deo permagni æstimabuntur. Hæ igitur sunt duæ sapientiæ, duplex earum origo, duplex studium, ac duplex finis. Verum eleganter sapientias has discernere edocuit Salomon uerè sapiens, cum dixit; Oculi sapientis in capite eius, oculi stultorum in finibus terræ. Mortalibus certè omnibus datum est oculos in capite deferre, quorsum igitur sapientia, ut sapientes à stultis dignoscere nos instrueret, illos, ait, oculos in capite, istos uerò in terræ finibus, pedibus inquam gestare prodit? Monstruosum quippè esset in pedibus oculos gerere. Sed per hæc, mira profus arte, quinam sint sapientes, & qui stulti, diuina uoluit Scriptura demonstrare. Oculus metaphoricè intentio est, iuxta illud Matthæi; Si oculus tuus simplex fuerit, totum quoque corpus lucidum erit. Caput in homine spiritus est, etenim est anime eminentior pars: terra caro, cum caro à terra genituram ducat, despectiorque existat. Oculi igitur, hoc est, cuncta studia sapientis, id est, præditi sapientia cœlesti, in capite sunt, in ijs nempe, quæ spiritus sunt; oculi stultorum, hoc est, terrenæ sapientiæ, quæ stultitia est apud Deum, in finibus terræ sunt, hoc est, in carnis illecebris, ac nunquam saturatis uoluptatibus. Cæterum, quomodo sapientes isti astris dominantur, audias. Cœlorum uires, ac influxus tripliciter hominem afficere uidentur, aliquando enim plures noxios uitæ euentus, atque aduersos casus immitunt: aliquando ex temperamenti ratione propensiones, ac inclinationes ad uitia multa excitant ac augent; nonnunquam tãdem ex rapida temporis uolubilitate uicissitudineque; rerum, opera eius omnia euanescere ac elabi cogunt. Sed sapiens dominabitur astris; hac enim præditus sapientia, & singulari ac nunquam remissa Dei protectus prouidentia, astrorum uires, ac influxus deridet; quare multos ex aduersis ærumnis, Dei manu ereptos ac præseruatos non ignoramus. Hac Noè Diluuij cladem omnem humanam sobolem submergentem euasit. Iacob ex Iij calamitates superauit. Ioseph fratrum scelestas machinationes euasit. Dauid à Saule ex inuidiæ liuore præparatas neces subterfugit. Dicam cum Ambrosio Hexæmeron libro quarto; Ionam in mari non uis natiuitatis, sed dissimulatio diuinæ præceptionis præcipitauit & offensa, eundemque; cetus excipiens, ad indicium futuri mysterij post tri-

Duplex sapi-
entia, cœlestis,
& terrena.

Gen. 2.

Cap. 2.

Ecclesi. 2.

Matth. 6.

Cœli tripli-
citer homi-
nem afficere
possunt.

Cap. 4.

dd duum

duum reuomuit, & prophetia merito gratia seruauit. Petrum de carcere imminente morte perimendum, Angelus Christi non stellarum facultas liberauit. Paulum cecitas conuertit ad gratiam, & percussus a uipera, turbatumq; naufragio, non remedia natiuitatis, sed deuotionis merita seruauerunt. Sapiens igitur dominabitur astris. Ceterum quanam procliuitas ad flagitia patrandi sapientem impellit, quam ipse temperantia animi, ac rationis imperio, moderari & coercere nequeat? Ex carne utique prodeunt praua omnes cupiditates, cum veluti terra radicibus prauis infecta herbas noxias semper germinet; sed ancilla est, & ratio ei ut domina supereminet. Dicat itaq; cum Abraham; Ecce ancilla in manu tua est, utere ea ut liber. Utere o ratio, & perdoma carnem istam ut liber, & cum ancilla sit, ne permittas eam dominatum arripere, sed iube, compelle, & coge debitum subire famulatum. Nec profecto Astrorum facultas eam a tuo eripiet imperio; nam si spiritu facta carnis mortificaueritis uiuetis, inquit Paulus. Procax enim ancilla verberibus arguitur, carpitur, retunditurq;. Non mihi locus est clarissima Heroum, qui vel ingenti animi virtute, uel uita seueritate, innatas, infitasq; natura ad uitia propensiones prostrauerunt, exempla recensere. Socrates omnium mulierosus, uirtutis ope continentissimi nomen sibi uendicauit. Temelachus Acarnensis, ingluuiem ut reprimeret, mistabat fabis. Agatho lapidem in ore triennio retinuit, ut tacere disceret. Sed quid extraneorum exempla proferre studeo? Innumera possem, si liberet, Christicolarum heroum, qui ut uirtuti indulgerent, & uitiorum fomites prosternerent, cenobia, eremosq; coluerunt, exempla percensere. At quoniam ea ut mirifica ac celeberrima in ore omnium uersari arbitror, missa facio. Verè itaque sapiens dominabitur astris. Hac de ista disceptatione, & de hac quarta die dicta sint satis.

Gen. 16.

Rom. 8.



Dixit etiam Deus; Producant aqua.

Quinto die aer & aqua ante terram piscibus & auibus exornantur.
a. Ex conuenientia quinarj numeri cum animalibus quinque sensibus praeditis.

Anno Mudi primo. Die quinta.

DE REBUS GESTIS

in quinta die.



De genesi Piscium, & Auium.



DE altissimis difficillimisq; rebus, cuiusmodi sunt luminaria, absoluto haecenus negocio, de ijs modò, quae sensibus obiiciuntur, iucunda admodum, nec inaccessa prorsus, mihi sese offert disceptatio. Piscium enim atque auium sunt enarranda, ac peruestiganda natalia. Quapropter non possum non summopere laetari, alacrique animo susceptum onus subire. Verborum igitur seriem profequens, Quorsum piscium & auium natalibus quintus hic dies ascribatur, primo in loco perpendam.

Quorsum quintus dies aqua ornamentis, hoc est, piscibus, & auibus ascribatur.

Patres, ac praestantiores Doctores parum dispari sententia plures reddunt praescripti ordinis rationes.

Dixit etiam Deus; Producant aqua.

a. Ex conuenientia quinarj numeri cum animalibus quinque sensibus praeditis.

PHILO de Mundi Opificio.

Postquam autem terra & Caelum suis ornamentis exulta sunt; altera tertio die, alterum (ut dictum est) quarto, mortalia genera animalium fingere aggressus est rerum opifex, exorsus ab aquatilibus die quinto, existimans nullam esse inter duo quapiam tantam cognationem, quantam inter animalia & quinarium. Differunt enim animata ab inanimatis non alia re magis quam sensu. Is uero in quinque diuiditur, in visum, auditum, gustum, odoratum, & tactum: quorum singulis Deus attribuit certas materias, & instrumenta propria ad subiecta iudicanda: colores visui, uoces auditui, saporis gustui, uapores odorati, tactui uero mollities & durities, tum quicquid calidum est, & frigidum, leue, & asperum.

Adjicere insuper Philoni possumus, quod quinarium numerus suis laudibus non careat.

PLUTARCHVS enim in libello; Cur oracula siluerunt, haec de eo ferme scribit.

Quinario, inquit, numero natura ipsa, resque omnes naturales potissimum constant, & sensus animalium
 d d 2 quinque

Anno Mūdi
primo.
Die quinta.

Dixit etiam Deus; Producant aquæ.

- a. Post ornatam terram & Cælum, deicit exornari aërem & aquam.
b. Aqua & aër ante terram exornantur, ex cognatione qua sibi inuicem, & Cælo copulantur.

quinque sunt, facultatesque animi, quinque digiti manuum ac pedum, quinque Cæli Zone, quinque interualla totidem, omnia denique quinario numero videntur facta.

a. Post ornatam terram et Cælum, deicit exornari aërem & aquam.

BASILIVS Hexameron Homilia septima.

Post luminarium creationem aquæ deinceps opplentur animantibus, vt hæc demum portio vniuersi ornatu se decenti coonestaretur. Suum iam ex se cultum terra acceperat proprijs conuestita germinibus. Acceperat & Cælum nempe syderum flores roseos, quibus accessit, quod idem magnorum luminarium sociali fœdere, quasi geminorum radiantissima eiaculatione oculorum insigniter conuenustatum est, & ornatum. Reliquum videbatur, sicut vt aquis consignaretur ornatu.

AMBROSIVS Hexameron libro quinto, capite primo.

Terra diuersis vestita germinibus virebat omnis, Cælum quoque Sole & Luna geminis vultus sui luminibus, Stellarumque insignitum decore fulgebat. Supererat elementum tertium, mare scilicet, vt & ipsi gratia viuificationis diuino proueneret munere. Actheo enim spiritu omnes terrarum fetus aluntur. Terra quoque semina resoluens, vniuersa viuificat: & maxime tunc primum Dei verbo iussa viridescere, viuificationis sue munere pullulabat. Vacabat aqua, & à diuina operationis feriata beneficio videbatur. Habet adhuc Creator, quod illi conferat, quo munia terrarum possit equare: reseruabat ei, vt & ipsa proprium sibi & speciale aliquid prerogatiue collati sibi muneris vindicaret. Viuificat prius terra, sed ea que spirantem animam non habebant. Aqua iubetur ea producere, que viuentis animæ vigorem dignitatemque præsferrent, & sensum tuende salutis, & fugiende mortis acciperent.

CHRYSOSTOMVS Homilia septima in Genesim.

Vide misericordiam Domini, quomodo ordine quodam, & consequentia, omne opificium suum nos docet. Prius docuit nos, quomodo ad fructuum prouentus suo mandato terram idoneam fecerit: postea, vbi docuit duorum luminarium formationem, apposuit & Stellarum varietatem, per quas Cæli pulchritudo facta est clarior: hodie consequenter ad aquas transit, & ostendit nobis, sermone & præcepto suo ex aquis ipsis animata animalia produsse.

PROCOPIVS Commentarijs in Genesim.

Terra Cælumque mirifico ornatu exulta erant: requirebatur, vt etiam aër aquaque exornarentur, sicuti ex presentibus discitur. Nunc demum animal sensitium in Mundum progreditur.

Patres hi quandam rerum conditarum continuationem potius prosequuntur, quam rationem reddant, quorsum vnum prius altero exornetur.

b. Aqua & aër ante terram exornantur, ex cognatione qua sibi inuicem, et Cælo copulantur.

IVNILIVS in Hexameron.

Post ornatam quarta die faciem Cæli luminaribus, ornantur consequenter quinta inferiores Mundi partes, aqua videlicet & aër, his que spiritu vite mouentur, quia & hæc elementa quadam quasi cognatione, & sibi adinuicem, & Cælo copulantur.

De aëris autem, & aquæ cognatione hæc habet.

Sibi quidem, natura aquarum aëris qualitati proxima est: vnde exhalationibus earum pingescere probatur, ita vt & nebula contrahat, & possit volatus auium sustinere, testante Scriptura; Quia subito aër cogetur in nubes, & ventus transiens fugabit eas. Denique per noctes serenas rorat, cuius roris gutte mane in herbis inueniuntur.

Et de coniunctione, quam habent cum Cælo, hæc subinfert.

Cælo autem hoc modo iunguntur, quonia ad eum vicinus est ei aër iste, vt & ipse nomnunquam eius nomen accipiat. Sicut volatilia Cæli cognominat Scriptura, que volare constat in aère. Et Dominus ipse turbis, quia tempus aduentus

Iob 37.

Anno Mūdi
primo.
Die quinta.

Dixit etiam Deus; Producant aquæ.

- a. Exornantur aër & aqua post Cælum ante terram, quia media elementa.
b. Vel quia ambo perspicua.
c. Aqua ante terram ornatam suscipit, quod sit elementum proximum aëri, qui Cælum nuncupatur.

aduentus sui de virtutum ostensione non cognouerant, loquitur dicens; Cum videbitis nubem orientem ab Occasu, statim dicitis, nimbis venit, & ita fit: & cum Austrum flantem, dicitis, quia estus erit, & ita fit: hypocritæ, faciem terræ & Cæli nostris probare, hoc autem tempus quomodo non probatis? Vbi certum est, quia faciem Cæli non aliam, quam varietatem humidi statim aëris appellat.

Luc. 12.

a. Exornantur aër & aqua post Cælum ante terram, quia media elementa.

MAGISTER secundo Sententiarum, distinctione quintadecima.

Opus quinta diei est formatio piscium, & auium, quibus duo elementa ornantur, hoc est, media.

ALBERTVS Magnus prima parte, quæstione duodecima, articulo decimoquinto.

Dicendum, quod in opere ornatu in distinctionibus dierum attenditur generalis diuisio, que sumitur penes ea, que ornantur: & ideo cum aër & aqua habeant naturam mediorum elementorum, que communicant in natura diaphani, & in passua qualitate, que est humidum, ponitur ornatu eorum in vno die.

LYRANVS in Postillis.

Hic describitur opus quinta diei, in qua ornata sunt elementa media, scilicet aër & aqua, ad quorum ornatu pertinent illa, que mouentur in eis, scilicet aues, & pisces, & hoc est, quod dicitur; Producant, &c.

VIELMIVS Lectio uigesima secunda.

Iam verò summus rerum opifex, à Cælis ad aquæ & aëris elementa, que inter illos & terram intermedia corpora sunt, nunc primum locupletanda & venustanda descendit, & vtrunq; vno duntaxat mandato & replet, & ornat.

DIONYSIVS Carthusianus in Genesim articulo tertio decimo, ea que dixi ex Alberto, & sequentia que reticui, his coegit.

Postremo, circa hæc ait Albertus in libro de Coæqueis; Aër & aqua simul ornati sunt, cum sint elementa media & communicantia in natura diaphani, & passua qualitate humidi. Pisces autem magis sunt ex humido constante per frigidum, secundum generis sui naturam. Ideo secundum genus suum sunt frigidi, sicut & aqua in qua sunt. Aues verò magis sunt ex humido vaporabili coniuncto cum calido, secundum naturam generis sui. Idcirco calide sunt natura. Porro animalia media, & vtrique elemento communia, comprehenduntur sub ornatu vtriusque elementi: magis tamen sunt ornatus illius, in quo frequentius morantur atque mouentur, prout septimo de Animalibus ait Philosophus de Delphinis, qui habitant in mari, & parunt iuxta littus in terra.

b. Vel quia ambo perspicua.

D. BONAVENTURA secundo Sententiarum, distinctione quintadecima, articulo secundo.

Primus autem ordo attenditur secundum exigentiam finis, & materiae: & quia volatilia & natatilia ex aquis producta sunt (prout aqua communiter accipitur ad humorem & vaporem) & sunt ad ornatu naturæ perspicua: ideo sacra Scriptura dicit ea esse facta vno die.

c. Aqua ante terram ornatam suscipit, quod sit elementum proximum aëri, qui Cælum nuncupatur.

AVGVSTINVS de Genesi ad literam libro tertio, capite primo.

Nunc in inferiore parte Mundi, ea que spiritu vite mouentur, fiunt, & primum aquarum, quod aëris qualitati proximum elementum est: quia huic Cælo in quo sunt luminaria, ita vicinus est aër, vt & ipse Cæli nomen acceperit, sed nescio vtrum etiam firmamentum possit vocari.

Prose-

Anno Mūdi
primo.
Die quinta.

Dixit etiam Deus; Producant aquæ.

a. *Venuſtanda erat aqua ante terram; quòd proximior eſſet Cælo.*

Proſequitur Auguſtinus demonſtrando aërem hunc numero etiam plurali Cælos à Scriptura nuncupari.

Pſal. 148.

Dicuntur autem Cæli pluraliter in vna eademq; re, quæ dicitur vnum Cælum. Nam cum in hoc libro ſingulari numero dicatur Cælum, quod diuidit inter aquas quæ ſupra, & eaſdem quæ infra ſunt, in illo tamen Pſalmo; Et aquæ, inquit, quæ ſuper Cælos ſunt, laudent nomen Domini. Et Cælos Cælorum ſi bene intelligamus, ſyderæos aëreorum tanquam ſuperiores inferiorum, & hos in eodem Pſalmo accipimus, vbi dictum eſt; Laudate cum Cæli Cælorum: ſatis apparet hunc aërem, non ſolum Cælum, ſed etiam Cælos dici: ſicut dicuntur & terra, nec aliud ſignificatur quàm illa, quæ ſingulariter terra dicitur, quando dicimus orbem terrarum, & orbem terræ.

Progreditur amplius doctiſſimus hic Pater, Cælos illos quos periſſe Diluuiò dicit Scriptura, fuiſſe aërem hunc craſſum, in quo aues volitant, oſtendere, ex eo quòd perire illi non potuiſſent, niſi in aquarum naturam ex craſſioris aëris qualitate fuiſſent conuerſi. Vnde ſubdit.

Hos etiam aëreos Cælos quondam periſſe Diluuiò, in quadam earum, quæ Canonice appellantur, epiſtola legitur. Neque enim humida illa natura, quæ ita concreuerat, vt cubitis quindecim altiſſimorum montium tranſcenderet vertices, potuit ad ſidera peruenire. Sed quia huius aëris humidioris, in quo aues volitant, vel tota, vel propè tota ſpatia compleuerat, periſſe qui fuerant Cælos in illa epiſtola ſcribitur. Quod neſcio quemadmodum poſſit intelligi, niſi in aquarum naturam pinguioris huius aëris qualitate conuerſa: alioquin non perierunt tunc iſti Cæli, ſed ſublimius erecti ſunt, cum locum eorum aqua occuparet. Itaq; facilius eos ſecundum illius epiſtole authoritatem credimus periſſe, & alios, ſicut ibi ſcribitur, reſpoſitos, extenuatis videlicet exhalationibus, quàm ſic erectos, vt eis ſuperioris Cæli natura loco ſuo cederet.

Denique concludit.

Oportebat itaque vt in creandis habitatoribus inferioris huius Mundi partis, quæ ſepe terra nomine tota commemoratur, prius producerentur ex aquis animalia, poſtea verò de terra: quòd ita ſit aëri aqua ſimilis, vt eius exhalationibus pingueſcere probetur, vt & ſpiritus procella faciat, ideſt, ventum, & nubiſta contrahat, & poſſit volatus auium ſuſtinere.

B E D A hanc Auguſtini doctrinam breuiſſimè ſic collegit.

Nunc in inferiore parte Mundi, illa quæ ſpiritu vite mouentur, ſunt, & proximam ex aquis producant, quia aëris qualitate proximam elementum eſt. Huic autem Cælo, in quo ſunt luminaria, ita vicinus eſt, vt ipſe Cæli nomen acceperit. Et hic aër non ſolum Cælum, ſed etiam Cæli, ſicut dicuntur & terra, nec aliud ſignificatur, quàm illa quæ ſingulariter dicitur terra. Dicimus enim orbem terrarum, & orbem terræ. Quando autem dicuntur Cæli Cælorum, intelliguntur Cæli ſyderæi iſtorum aërum tanquam ſuperiores inferiorum. Hos autem aëreos Cælos in Diluuiò periſſe, in quadam epiſtola quæ Petri eſſe dicitur, legitur: quod neſcio quemadmodum poſſit intelligi, niſi in aquarum natura pinguiore huius aëris qualitate conuerſa. Alioquin non perierunt, ſed ſublimius erecti ſunt, quum locum illorum aqua occupauit. Sed facilius illos ſecundum epiſtole authoritatem periſſe credimus.

G L O S S A pariter ex Auguſtino hæc ita digeſſit.

Oportebat in creandis habitatoribus inferioris partis, quæ tota ſepe terra vocatur, prius produci ex aquis animalia, poſtea de terra, eò quòd ita ſit aëri aqua ſimilis, vt eius exhalationibus pingueſcat: ſpiritus procellæ & ventos faciat, nubiſta contrahat, & aues ſuſtineat volantes. Eſt ergo ſeruat, vt prius memorentur animalia aquarum, quàm terrarum.

a. *Venuſtanda erat aqua ante terram, quòd proximior eſſet Cælo.*

A N S E L M V S Laudunenſis in Gloſſa Interlineari:
Quia vicinior eſt aqua Cælo quàm terra, præordinantur aquatilia.

Nec

Anno Mūdi
primo.
Die quinta.

Dixit etiam Deus; Producant aquæ.

a. *Nec prætermiſſus eſt Aër, quòd ſicut eius pars pura, firmamenti nomine intelligitur, ita hæc craſſa aëris nomine explicatur, & exornatur.*

a. *Nec prætermiſſus eſt Aër, quòd ſicut eius pars pura firmamenti nomine intelligitur, ita hæc craſſa aëris nomine explicatur, & exornatur.*

A V G V S T I N V S libro præcitato capite tertio.

Nec illo modo arbitrandum eſt prætermiſſum eſſe in hac ſcriptura vllum Mundi huius elementum, cum quatuor notisſimis eum conſtare perſuaſum ſit, quia videtur hic Cælum & aquam & terram commemorare, de aëre autem tacere. Conſuetudo quippè noſtrarum Scripturarum eſt, aut Cæli, aut terræ nomine Mundum appellare, aut interdum addere, & mare. Aër itaque vel ad Cælum pertinere intelligitur, ſi qua ſunt in eius ſuperioribus partibus tranquilliffima, & paciſſima ſpatia: vel ad terram propter hunc turbulentum, & caliginofum locum, qui humida exhalatione pingueſcit, quamuis & ipſe ſæpius Cæli nomine nuncupetur: ac per hoc non ſcriptum eſt; Producant aquæ reptilia animarum viuarum, & producat aër volatilia volantia ſuper terram, ſed vtrunq; hoc animantium genus ex aquis productum eſſe narratur. Quicquid ergo aquarum, ſive labiliter vndofum & fluidum eſt, ſive vaporabiliter tenuatum, atque ſuſpenſum, vt illud reptilibus animarum viuarum, hoc volatilibus appareat diſtributum, vtrunq; tamen humide nature deputatur.

Hanc diſtinctionem, quam facit Auguſtinus de aëre puro, & craſſo, mirifica quadam Philoſophicaque digreſſione, qua diſtingui ſenſus ſecundum quatuor vſitata elementa edifferit, ego mirifice approbans, ita eius prolixam enarrationem compendio perstringam.

Ita diſtinguuntur ſenſus ſecundum elementa, vt oculos ad ignem, aures ad aërem, olfactum ad exhalationes humidas, quibus craſſatur aër iſte, guſtum ad fluxiles, & corpulentos humores, tactum tandem ad terram nonnulli dicant pertinere. Et quanquam elementa omnia omnibus inſini, vnumquodque attamen eorum ex eo, quod amplius habet, accipit denominationem.

Et hæc tradit capite quarto. In quinto verò, quomodo anima in ſenſibus operetur, his edifferit.

Inchoat motum in omnibus ſenſibus à ſubtilitate ignis, ſed non in omnibus ad idem peruenit. In viſu enim peruenit reſreſo calore vſq; ad eius lucem: in auditu ad liquidiorè aërem: in olfactu ad humidam exhalationem, vnde craſſior hæc aura ſubſiſtit: in guſtu ad humorem corpulentiorè: in tactu ad terrenam grauitatem.

Ex quibus omnibus elicere vult Auguſtinus, quòd aër duplex eſt, ſicuti duobus deſeruit ſenſibus, purus ſiquidem auribus, & craſſus olfactui accommodatur. Quapropter concludit capite ſexto.

Non igitur ignorabat naturas elementorum, eorumque ordinem, qui cum viſibilem, quæ intra Mundum in elementis natura mouentur, conditionem introduceret, prius cœleſtia luminaria, deinde aquarum animalia, terrarum autem poſtrema narrauit: non quòd aërem prætermiſſerit, ſed quòd puriſſimi & quietiſſimi aëris, vbi volare aues non poſſe dicuntur, ſi qua ſunt ſpatia, Cælo ſuperiori coniunguntur, & Cæli nuncupatione in Scripturis ad ſuperiorem Mundi partem pertinere intelliguntur: vt terræ nomine vniuerſaliter hoc totum ſignificetur, ex quo incipit deorſum verſus, ignis, grando, nix, glacies, ſpiritus tempeſtatis, & omnes abyſſi, donec perueniatur ad aridam, quæ proprio nomine terra dicitur. Aër itaque ille ſuperior, ſive quòd ad cœleſtem Mundi pertinet partem, ſive quòd nullum habet viſibilem habitatorum, de quibus nunc ſermo narrantis eſt, neque prætermiſſus eſt de Cælo nominato, neque annumeratus eſt in creandis animalibus: iſte verò inferior, qui excipit exhalationes humidas maris, ac terræ, & ad ſuſtinendas aues quodammodo craſſatur, non niſi ex aquis accipit animalia. Quod enim eius humidum eſt, hoc portat alitum corpora, quæ ita nituntur pennis volantes, quemadmodum piſces quibusdam ſuis alis natantes.

Sequitur amplius Auguſtinus aquarum duplex genus declarare; labile, deputatum natantibus, ſtabile volantibus, ſicuti etiam duplici aptatur ſenſui, ſtabile olfactui, labile guſtui. Ait enim capite ſeptimo.

Proinde

Proinde scienter tanquam spiritus Dei, qui scribenti aderat, ex aquis dicit producta volatilia. Aquarum enim natura bipartitum locum sortita est, inferiorem scilicet in vnda labili, superiorem vero in aura stabili, illum deputatum natantibus, istum volatilibus: sicut huic elemento congruos duos etiam sensus animalibus datos videmus, olfactum explorandis vaporibus, gustum explorandis liquoribus.

Nonnulla alia subnectit toto eo capite ingeniosè quidem, sed nō ita ad propositum. In fine attamen capitis septimi argumentum adiicit non aspernandum, quo aërem purum firmamenti nomine intelligi approbat.

Addit Scriptura dicens; secundum firmamentum Cæli, in quo potest aliquantò manifestius apparere illud, quod antea videbatur obscurum. Non enim ait, In firmamento Cæli, sicut de luminariibus, sed volantia, inquit, super terram, secundum firmamentum Cæli: quia videlicet hoc caliginosum, & humidum spatium, in quo aues volant, illi spacio contiguum est, ubi volare non possunt, quod iam merito tranquillitatis & quietis pertinet ad firmamentum Cæli. In Cælo ergo volant aues, sed in isto, quod ille psalmus etiam terræ nomine includit, propter quod Cælum vocantur multis locis volatilia Cæli, non tamen in firmamento, sed secundum firmamentum.

G L O S S A Augustini mentem sic est interpretata.

Nec putandum est prætermisum esse aliquod elementum, quamvis de aëre tacere videatur. Sed aër ad Cælum more Scripture pertinere intelligitur, si qua sunt in eius superioribus pacatissima spacia: vel ad terram, propter turbulentum & caliginosum locum, qui humida exhalatione pinguescit, quamvis & ipse aliquando Cæli nomine nuncupetur. Ideò non est dictum; Producant aquæ reptilia, & aër volatilia: sed utrumque ex aquis productum esse narratur. Quicquid enim aquarum siue labiliter vndosum, siue vaporaliè tenuatum est, utrumque tamen humide nature deputatur. Vnde quidam elementa sic distinguunt, ut oculos ad ignem, aures ad aërem pertinere dicant: olfactum & gustum tribuant humide nature: tactus autem congruit terræ: ignis tamen omnia penetrat, ut motum in eis faciat. Inchoat enim anima motum suum in omnibus à subtilitate ignis, sed non in omnibus ad idem peruenit. In visu enim peruenit represso calore vsque ad eius lucem. In auditu vsque ad liquidiorum aërem calor ignis penetrat. In olfactu transit aërem purum, & peruenit ad humidam exhalationem, vnde crassior hæc aura subsistit. In gustu vero etiam hanc transit, & peruenit ad humorem corpulentiorum. Quo traiecto cum ad terrenam peruenit gravitatem, tangendi vltimum sensum agit. Hunc ordinem non ignorabat, qui conditionem eorum quæ intra Mundum sunt inducens, prius Cæli lumina, post aquarum animantia, terrarum postrema narravit: nec aërem pertemisit, sed quietissimam partem eius Cælo, turbulentam aquæ, vel terræ deputavit. Vnde, & psalmo centesimo quadragesimo octavo, omnia superiora Cælum dicendo; Laudate Dominum de Cælis: omnia inferiora terræ nomine comprehendit; Laudate Dominum de terra, &c. Vbi spiritus tempestatis, & omnes abyssi nominantur. Et ignis est, qui vrit tangentem, qui de terrenis, & humidis motibus, ita existit, ut vertatur in aliud elementum. Ac per hoc in superiorem tranquillitatem euadere non valens, in ista pinguiori parte turbulentis motibus agitatur, ad temperandum eius rigorem, & ad vsus terroresque mortalium. In summo autem aër tam tenuis esse dicitur, ut neque nubibus obumbratur, nec vento turbetur, nec aues sustineat, nec homines, si qui fortè ascenderint, crassiori spiritui qlat, sicut aër iste. Aër tamen & in humidam naturam tempore Diluuii conuersus creditur. Aërios etiam Cælos Diluio perijisse, in quadam canonica epistola legi. Quod intelligendum non est, nisi in aquarum naturam pinguioris aëris qualitate conuersos. Et Post. De conuersione elementorum questio est. Alij dicunt omnia posse conuerti in omnia. Alij aliquid proprium esse singulis, quod in alterius qualitate nequeat conuerti. Dicitur etiam nihil sine igne videri, nec sine terra tangi, & sic omnia omnibus inesse, sed vnumquodque ex eo quod plus habet, vocabulum accepisse. Inde hoc caloris priuatione, cum corpus nimium frigescit, qui ex calore inest corpori: dum ignis aërem, aër humorem, & humor terram afficit, subtilioribus crassiora penetrantibus. Aër ergo superior, quia ad celestem pertinet partem, vel quia nullum visibilem habet habitantem, neque prætermisus est Cælo nominato, nec annumeratus in creandis animalibus.

B E D A Expositione in Genesim.

Non arbitrandum est autem, in hac scriptura prætermisum esse aërem, quum quatuor elementis confectus Mundus, id est, Cælo, aere, aqua, terra. Sed summa pars aeris, quæ non recipit exhalationes humidas, Cælo deputatur: ima autem pars aeris, in qua ventus & pluuie sunt, cum terra deputatur, quæ pars videlicet non nisi ex aquis accipit animalia. Et ideo scriptum est; Producant aquæ reptilia, & aues, non in firmamento Cæli, sicut luminaria: sed sub firmamento, id est, in aere, ut quæ vaporaliè extentæ auibus, volatilibus fluxe animalibus deputentur.

Et libro de Sex dierum creatione hæc ipsa ab Augustino tradita cuncta ferè edisserit, nonnullis etiam inclusis de Dæmonibus tanquam aëris habitatoribus, quæ & in Quæstionibus super Genesim replicat, adeò placuit ei hæc Augustini contemplatio. Sed quia proluxa est eius enarratio, nec aliquid ijs, quæ ab Augustino sunt tradita superadijcit, lectorem ad textum remitto. Quod si quis proptaret hanc Augustini doctrinam compendiatam, eam sic perstringi posse existimarem. In inferiore Mundi parte

Dixit etiam Deus; Producant aquæ.

- Aqua ante terram sua recipit specimina, quia primò visibilis apparuit.
- Exornanda erant res secundum ordinem productionis earum.
- Decuit aërem & aquam exornari quinto die, quæ tertio distincta & ordinata sunt.

Anno Mudi primo.
Die quinta.

parte primò exornatur aqua, quod adeò proxima sit aëri, ut aër ipse ex ipsa aqua crassescens Cælum dicatur; & non tantum Cælum, sed Cæli. Tùm quia sæpius eadem res, & Cælum, & Cæli dici in Scriptura comperitur, ut firmamentum, quod in sacra Genesi dictum est Cælum diuidens inter aquas, & aquas, idem firmamentum Scriptura alibi vocauit Cælos; Scriptum est enim; Aquæ omnes, quæ supra Cælos sunt. Tùm quia de aëre dictum sit, & Cælos Cælorum, hoc est, sydereos Cælos Cælorum aëreorum. Per Cælos autem aëreos, quos perijisse in Diluio tradit Scriptura, aër hic aqueis humoribus crassatus est intelligendus; nam aër purus aquis superferbatur. Quod tamen non sine aliqua hæstitione dicendum est, cum aquæ superauerint etiam Olympum montem, qui nubibus nunquam dicitur obtegi, nec vento turbari, nec aues in ipsum conscendere, & aërem purum in illo monte vigescentem obruerunt, adeò ut periret ex eo, quod in humidam naturam conuersus fuisse credatur. Quamquam de conuersione elementorum non parua sit questio apud Philosophos.

Nec ob id existimandum est aërem fuisse prætermisum; duplex enim est aëris regio, superior scilicet tranquillissima, & pacatissima, quæ Cæli nomine intelligitur; & altera turbulenta, & humida, quæ exhalatione pinguescit, vel crassescit, & aquarum nomine explicatur. Quapropter duplex aquarum genus comperitur, fluidum & flabile, quæ duo utiq; ex hoc adesse comprobantur, primò quoniam hac die ex fluida aqua fiunt pisces, & ex flabili aues, utrunq; tamen humide nature deputatur. Probat & secundò, quia cum elementa sensibus applicantur, visus igni, auditus aëri, olfactus exhalationibus humidis, gustus fluxilibus humoribus, & tactus terræ ascribuntur, & cum anima ad sensationem progreditur vsq; ad hos terminos per omnes sensus peruenit. Sunt igitur duo genera aquarum, sicut illis duo sensus ascribuntur. Quod autem aër supernus purus, firmamenti nomine significetur, conuincitur ex eo, quod volantia dicuntur volare sub firmamento Cæli, hoc est, in aëre crasso, non in puro, in quo volare nequeunt.

a. Aqua ante terram sua recipit specimina, quia primò visibilis apparuit.

B E D A libro de Sex dierum creatione.

Quid est ergo quod prius ornavit aquas de reptilibus, antequam terram de animalibus? Ratio erat, quia prius visibilis apparuit, ut prius ornatum suum accepisset.

b. Exornanda erant res secundum ordinem productionis earum.

B E D A eodem loco.

Quia in principio Cælum recepit ornamentum suum, id est, de Angelis, quando creati fuerunt. Similiter autem & terra, quam de herbis vel de arboribus vestiuit: ratio enim erat, ut aquæ recepissent ornamentum suum de reptilibus, vel aër de volatilibus.

Hæc ipsa repetit non mutatis verbis Quæstionibus super Genesim.

c. Decuit aërem & aquam exornari quinto die, quæ tertio distincta, & ordinata sunt.

H V G O de Sacramentis libro primo, parte prima, capite vigesimo quarto, & quinto.

In primis tribus diebus disposita est vniuersitatis huius machina, & partibus suis distributa, firmamento desuper

Psal. 148.

Anno Mundi
primo
Die quinta.

Dixit etiam Deus; Producant aquæ.

- Decuit quinto die cobonestari aquam piscibus, sicut secundo distincta fuerat.
- Quia in generatione ab imperfectioribus ad perfectiora conscenditur.
- Vel quod sic ordo triumphi Homini exposceret.
- Animalia post Luminaria creauit Deus, ut lucem imminutam ferre possent.

desuper expanso. Deinde terra reuelata, atque in imo residente, & suo pondere librata, collectisq; aquarum mobilibus intra receptacula sua, aëre serenato: quatuor Mundi elementa locis suis distincta, & ordinata sunt. Deinde sequebatur ornatus eorum, & hoc tribus sequentibus item diebus factum est. Quarto (qui fuit primus in tribus) ornatum est firmamentum Sole, & Luna, & Stellis. Quinto die (qui fuit secundus in tribus) aër in volatilibus, & aquæ in piscibus ornamenta acceperunt. Sexto die (qui fuit tertius in tribus) accepit terra bestias, & iumenta, & reptilia, ceteraq; animantia, quæ mouentur in terra.

a. Decuit quinto die cobonestari aquam piscibus, sicut secundo distincta fuerat.

D. THOMAS parte prima, quaestione septuagesima prima.

Dicendum, quod sicut supra dictum est, opus ornatus per ordinem respondet ordini distinctionis. Vnde sicut inter tres dies distinctioni deputatos, media (quæ est secunda) deputatur distinctioni mediæ corporis, scilicet aquæ: ita inter dies deputatos ad opus ornatus, media, id est quinta, deputatur ad ornatum mediæ corporis per productionem auium & piscium. Vnde, sicut Moyses in quarta die nominat luminaria & lucem, ut designet, quod quarta dies respondet primæ, in qua dixerat lucem factam: ita in hac quinta die fecit mentionem de aquis & de firmamento Cæli, ut designet, quod quinta dies respondet secunde.

b. Quia in generatione ab imperfectioribus ad perfectiora conscenditur.

D. THOMAS loco asserto ad quintum.

Dicendum, quod productio horum animalium ordinatur secundum ordinem corporum, quæ eis ornantur, magis quam secundum propriam dignitatem, & tamen in via generationis ab imperfectioribus ad perfectiora peruenitur.

c. Quod sic ordo triumphi Homini exposceret.

Memorata fuit desuper causa illa, quod cum postremo loco inducendus esset in Mundum Homo ut Rex, præeuntibus rerum speciebus quasi familiaribus, præstantioribus semper homini proximius assistentibus, decebat ut ante animantia terrestria, aues, & pisces, seu imperfectiores rerum species præcederent.

d. Animalia post Luminaria creauit Deus, lucem imminutam ferre possent.

ATHANASIVS Quæstione octuagesima quinta, ea excitata difficultate, quare plantas quidem ante Luminaria creauit Deus, animalia uero post, huic secundæ parti sic satisfacit.

Post Luminaria uero tandem animalia creata sunt. Nam lucem illam magnam, quam Deus fecerat, in luminaria diuisit: quæ lux hinc inde dispersa, aliquatenus est imminuta: quod nisi factum fuisset, non potuissent animalia sustinere magnum iubar & splendorem tanti ignis. Atq; huius quidem rei gratia post Solem, & Lunam, sunt animalia creata, ut illius ignis splendorem perferre possent.

THEODORETVS in eandem proficiscitur sententiam, Quæstione decima sexta in Genesim.

Oculos habent animalia, nec lucis excessum ferre potuissent. Lux uero distributa in parua & magna luminaria conuenientem oculis animalium splendorem reddit.

Cæterum Patres hi præstantissimi eam sectati sunt sententiam, quæ lucem primordialem

lem uberrimo lumine coruscasse asseuerabat. Quæ quidem assertio solitaria proflus, & tantum ab his duobus Patribus & Steucho comprobatur.

AUCTOR.

Non arduum arbitror ex his adductis causis; Quorsum piscibus, ac auibus quintus dies ascriptus fuerit à Mose: & quorsum aqua, seu aqua & aër ante terram suis insignita sint speciminibus, quænam sit uerisimilior, & accommodatior, diiudicare. Repudiabo primum causas eas, quæ mihi nec genuinæ, nec propriæ uisæ sunt. Deinde ex cæteris unam congerere enitar. Philonis ratio, quinto diei ascriptam esse effectiorem piscium, & auium perhibens, quoniam quinquarius numerus animantibus quinque sensibus præditis congruit, elegans certe est, sed non admodum ualida, & approbata. Siquidem eadem ratione, & quadrupedia, quæ quinq; decorantur sensibus, & longè perfectius quàm pisces, & aues, hac eadem die quinta producta fuisse asseuerandum foret. Accedit, quod rationes huiusmodi ex numerorum symetria & proportionem desumptæ, infirmæ proflus, & non ualide existimantur. Ordinem, quem obseruauerunt Basilius, Ambrosius, Chrysostomus, potius literæ simplicem seriem, & sensum explicare, quàm causam reddere condecens arbitrarer. Neque enim terra ante Cælum exornanda erat, nec ratione dignitatis, cum tellus ipsa nullo possit nomine Cælo comparari; nec ordine temporis: Nam licet simul dicantur condita Cælum & terra, præponitur attamen Cælum, cum dicitur; In principio creauit Deus Cælum & terram. Adicias, quod germina non sunt terræ ornamenta, quoniam fixa sunt, & ad terræ perfectionem spectant, prout supra ex sententia Augustini, & plurimorum Patrum diffinitum est. Ea quæ differunt Augustinus, uera quidem, & ingeniosa sunt, & illa distinctio aëris fluidi & flabilis, seu puri & crassi, repudiari non potest; sed quod aër hic infimus crassus, aqueis uaporibus obrutus, aquarum nomine explicetur & exornetur, ægrè recipitur: firmamenti nomine aërem supernum intelligi, utique concedi potest, Cæli siquidem appellatione aërem significari, clarissimum est: Sed quod aquarum nomine aër hic infernus usq; ad oram, ad quam uenti, nubes, & exhalationes cõscendunt, significetur, in dubium reuocari potest, nec ita communibus suffragijs recipitur, quàm quam reuera flabilis, crassus, & aqueis uaporibus obrutus ferè semper agnoscat. Quapropter non est negandum, hac die exornari quidem aquam, & aërem, sed simul etiam asserendum est, aquam tantum memorari, ut productiuum principium; quia materies, ex qua congesti sunt pisces & aues, aqua ipsa fuit lutosa, in superficie posita, sicuti postmodum declarabimus. Vnde dicendum est, quod Moses, cum ait; Producat aquæ, &c. materiem potius ex qua formabantur animantia, respexerit, quàm elementa illa, in quibus uitam actura, vel quibus ornatum erant allatura. Quamuis nec omnino ipsa prætermiserit secundum eam rationem, qua sedes erant animantium, & qua utique uenustabantur. Nam aëris mentionem egit, cum dixit; Super terram sub firmamento Cæli. Id enim plerique de aëre dictum interpretantur. Bede causa secundo loco adducta, non consona est, nisi apud Patres illos, qui Cælum in exordijs temporum extructum, & Empyreum fuisse, & protinus beatis Angelis repletum tradunt. Deinde, nec apud multos probatum est, quod terræ germina, ornamenta & specimina uocari possint, ex eo quod specimina nuncupentur ea, quæ motu aguntur, at germina terræ fixa permaneant. Sex dierum proportio, ex armonia tridui fecationis & tridui uenustationis, à D. Thoma inducta, nonnulla præsupponit Patrum doctrine non consona, ut aliàs adnotabamus. Nam primum illud, quod Cælum conditum fuerit prima die, à priscis omnibus Patribus censetur alienum. Illi siquidem secundo die emanasse Cælum illud, in quo quarta deinceps die fixa sunt sydera, cõstanter edocuerunt. Deinde, discriminationem aquarum illarum, in quibus uitam degere debebant pisces, non secundo die, sed tertio effectam fuisse, Patres ipsi pariter tradiderunt. Quare potius ex Patrum placitis, quarto die id uenustatum fuisse, quod secundo die emanarat, firmamentum scilicet: & quinto, & sexto, id quod tertio die discretum fuerat, aquam nempe & terram, tutiori fortè sententia, ac literæ accommodatiori dicendum esset, sicuti & probè admodum & scitè Hugo Victorinus edocuit. Cæteras causas à Patribus adductas, ita connectere possumus. Decebat, ut Mundi ornatus ipsius dispositioni respon-

Expositiones
prædictæ exa
minantur.

Die quinta
exornati sũt
aër & aqua.

Anno Mfidi
primo
Die quinta.

Dixit etiam Deus; Producant aquæ.

a. Non fit mentio de igne, quoniam ipse nulla accepit specimina.

Aqua & aer
cur simul or-
nati.

Cur ante ter-
ram exornan-
tur.

Aeris cõme-
moratio non
prætermiffa.

deret. Quapropter post venustatum Cœlum quarto die, dici secundo, quo fuerat con-
ditum, respondente, cohonestanda modò erant elementa, quæ tertio die, aut mana-
runt secundum sententiam eorum, qui Chaos vnum rude in primordijs temporum pri-
mò formatum asserabant; aut seiuncta, & in locum, vbi nunc confident, redacta fuere
secundum placita eorum, qui Chaos ex Cœlo, & elementis substantialibus formis præ-
ditis primùm manasse contendebant. Et hæc secundum ordinem Hugonis. At ve-
rò quinta die, & aëri, & aquæ collata est venustas, aëre quidem alitibus repleto, aqua na-
turalibus. Simul autem exornata sunt hæc duo, quoniam valde affinia sunt, & mutuo
cognitionem quandam gerunt, tum quia aër exhalationibus humidis crassescit, prout
dixere Iunilius, Augustinus, Glossa, & Beda: tum etiam quia ambo media sunt ele-
menta, ut asserabant Magister, Albertus, Lyranus, & Vielmus. Atque hæc duo or-
natum suum prius quam terra suscepere, quia proximiora erant Cœlo. Neque enim
aër duntaxat, sed aqua quoque Cœlo proximior est quam terra; tum natura, quia mi-
nus graue elementum est; tum etiam loco, nam supra terram aqua collocatur, prout
affirmabat Glossa Interlinearis. Adijcias, quòd aqua prius apparuit, quam terra, ius-
tæ sunt enim, vt congregarentur aquæ, & appareret arida, vt dicebat Beda. Rursum
aqua exornatur ante terram, quoniam in hac rerum emolitione ab imperfectioribus
ad perfectiora erat proficiscendum: quapropter & Homo, vt nobilior ac perfectior, po-
stremus omnium conditus est. Pisces autem longè animantibus censentur imperfe-
ctiores, vtrisque aues mediæ interponuntur. Amplius is erat constitutus ordo, ut ante
hominem ignobiliora semper præirent. Nec prætermiffa est commemoratio aëris,
vt existimauit Augustinus, quanquam de quinto die dicatur; Producant aquæ, cum
hoc loco non attendatur venustatio, & commemoratio elementorum ex ratione qua ex
eis res producuntur, sed ex ratione, qua loca sunt, & sedes, in quibus vitam degunt ani-
mantes. Secundum quam considerationem, de aëre scriptum est; Et volatile volet
sub firmamento Cœli, hoc est in aëre.

a. Non fit mentio de igne, quoniam ipse nulla
accepit specimina.

D. T H O M A S secundo Sententiarum distinctione quintadecima, quæ-
stione secunda.

Quamuis aliqua res commixta possint ad tempus sine lesione in igne seruari: tamen nulla res est, quæ
tandem ab igne non consumatur, si diu in eo permaneat, vt Galenus dicit in libro De simplici Medicina: &
ideo non est possibile aliquod animal viuere in igne, vt in libro De Proprietatibus elementorum Philosophus
dicit, nisi fortè ad modicum tempus, vt de Salamandra dicitur.

Dionysius Carthusianus hæc non suppresso nomine art. tertiodecimo in Gen. resupfit.

T O S T A T V S Commentarijs in Genesim.

Hic ponitur opus quinti diei. Descripto ornatu celesti ponitur ornatu elementorum, & ponitur primò
de aëre, & aqua: ignis enim non habet ornamentum, quia tanta actiuitatis est, quòd in eo non possit ali-
quod animal viuere. Et ex hoc patet, quòd caliditas ignea magis repugnat nature animalis, quam frigi-
ditas aquea, quia in aquis frigidis viuere possunt aliqua animalia semper; in igne autem nullum diutius
uiuere potest: potest tamen per aliquod spatium in eo manere Salamandra. Aëri ergo aues data fuerunt,
& aquis pisces.

ALE.

A L E X A N D E R Halensis secunda parte summæ Theologicæ, quæ-
stione quinquagesima tertia, membro primo, in eandem proficitur sententiam,
cum ait.

Dicendum, quòd licet ignis pertineat ad mediam naturam inter Cælum & terram, non tamen habuit orna-
tum distinctum: nec secundum sui superiorem partem, quæ dicitur olympium Cælum; nec secundum inferiorem,
quæ dicitur igneum; quia non est locus, in quo viuere possent animantia. Si enim non possunt viuere animan-
tia in superiori parte aëris, quæ dicitur æther, sicut dicit Augustinus in auctoritate supradicta, eò quòd ad
ipsum non possunt ascendere vapores, & ita nulla fit ibi commixtio; ergò nec possent saluari: quia res ex eis
saluatur, ex quibus generatur: multò fortius in Cælo olympio, vel igneo non esset huiusmodi ornatu. Præ-
terea natura ignis est destruere alienum corpus, quòd destructibile est. Vnde non possunt ibi esse corpora alie-
na, Restat ergò, quòd ipsa lux in vtroq; Cælo est ornatu corporis sui, sufficiens suo corpori: vt sicut Cælum
aqueum nullum habet ornatu corporeum præter sui perspicacitatem luminosam: nec Cælum empyreum habet
ornatum corporeum præter suam lucem: ita non habent ista corpora in suo genere alium ornatu, quam lucem.
Hoc idem potest dici de Cælo æthereo; Cælum enim æthereum habet suam perspicacitatem luminosam.

M A C H A R I V S senior Aegyptijs Homilia quartadecima, vt exem-
plo sensili comprobet, locum suæ terram esse lucidam, & diuinam, in qua ambulent,
& requiescant Angeli ac beati, animantia in igne viuere aduersa sententia his testatur.

Ceterum vt prophano sermone perhibentur, quidam sunt montes ignei, in quibus ignis permanet, & illic
sunt animalia ouibus similia: ad que capienda venatores rotas ferreas conficiunt, & proiectos hamos mittunt
in ignem, propterea quòd animalibus illis loco pabuli, potus, requietis, incrementi, vitæ, omnium denique re-
rum vice est ignis. Quæ si traducas in alium aërem, statim intereunt. Indumenta eorum, vbi sordibus macu-
lata fuerint, non aqua, sed igne lauantur, & inde puriora fiunt & candidiora.

A U C T O R.

Vt enucleatam exhibeamus hanc disceptationem, triplici definitione eam sedan-
dam esse & enodandam arbitramur, sicuti triplicem sibi sedem vindicare ignis existi-
matur. Censuere nonnulli celestia corpora ignem ipsum esse, seu æther, quòd quar-
tum est inter simplicia corpora elementum. Quapropter nec ipsum animantibus desti-
tuendum vel orbandum, ob idq; astra ipsum permeantia animata putarunt.

O V I D I V S Libro primo Metamorphoseos.

Neu regio foret vlla suis animalibus orba,
Astra tenent celeste solum, formq; Deorum.
Cesserunt nitidis habitanda piscibus vnda:
Terra ferax cepit, volucres agitabilis aër.

B A L B V S apud Ciceronem libro secundo de Natura Deorum, esse ani-
malia in igne confirmat Aristotelis testimonio: Sic autem ait.

Cum igitur aliorum animantium ortus in terra sit, aliorum in aqua, in aëre aliorum, absurdum esse Aristoteli
videtur, in ea parte, quæ sit ad gignenda animalia aptissima, animal gigni nullum putare. Sydera autem
æthereum locum obtinent: qui quoniam tenuissimus sit, & semper agitatur, & viget, necesse est, quòd animal
in eo gignatur, idemq; sensu acerrimo, & mobilitate celerrima esse. Quare cum in æthere astra gignantur, con-
sentaneum est in ijs sensum inesse, & intelligentiam.

Astra anima prædita ciues esse æthereæ celestiq; substantiæ existimarunt Aegyptij,
Græci, Stoici, præcipuè Lucillus, Plato, vt Augustinus etiam de Ciuitate Dei libro de-
cimo tertio Ciceronis testimonio testatus est: Philo, & quamplures, quos ex quæstio-
ne supra exagitata, Num Astra anima prædita sint, colligito. Augustinus præterea de
Genesi ad litteram libro tertio, clarè prodit, Philosophos nonnullos ita distribuiffe vni-
cuiq; elemēto animalia, vt aquæ pisces, terræ quadrupes & aues, aëri Dæmones, Cœ-
lis astra & Angelos ascripserint. Verum num Cælum ipsum astrauè ignea sint censenda,
num etiam animata, exacta disceptatione supra indagauimus. Arbitrati sunt om-
nes ferè Philosophi, Peripatetici maximè, ignem sub orbe Lunæ sedem suam natiam
vendicasse. Num autem in eo animalia vlla vitam degant, definire non ausus est Ari-
stoteles, cum libro tertio De generatione animalium scripserit; Vnumquodq; elemen-
tum sedem & domicilium esse aliquorum, quæ in ipso nascuntur, & degunt: plantas
enim terræ incolas quispiam esse statuerit, aquæ aquatile animalium genus, aëris pede-
stre; quartum genus non his locis quærendum est, quanquam aliquid esse exigit ordi-
ne ignis, id enim quartum corpus enumeratur. Verum ignis semper formam propriam
non

An in spha-
ra ignis ani-
malia viuāt.

non habere videtur, sed in alio corpore; Aut enim aer, aut fumus, aut terra esse videtur, quod ignitum est. Sed enim genus hoc apud Lunam querendum est; hæc enim quartam illam distantiam adipisci videtur. Sed de his alijs. Hæc Aristoteles. Cæterum in ignea sphaera superna animalia gigni posse, aut ali, aut viuere, nullus vnquam eorum quos viderim, asseruit, nec ratio patitur, quoniam cum id elementum aliud nõ admittat intra se, nec aërem, nec aquam, nec terram, consequens est non posse materiam aliquã in eo extare, ex qua gigni, & ali queant animalia. Rursum, cum elementum illud sit efficacissimum, sequitur non posse aliquod corpus alienum in eo degere, quin absumatur, & comburatur. Superest difficultas, Num in igne hoc infero animal ali quod & nascatur, & viuat. Asserere enim id, non videtur inconsistentium. Primo namq; cum ignis elementum reliquis elementis censeatur præstantius, rationi consonum videtur, ipsum quoque animantibus minimè destitutum ac orbatum esse, cum aer, aqua, & terra proprijs decorentur animantium speciebus. Huic opinioni non parum suffragatur Aristoteles libro quinto de Historia animalium, vbi sic scribit; In Cypro insula ærarijs fornacibus, vbi chalcites lapis ingestus compluribus diebus crematur, be stiolæ in medio igne nascuntur pennatæ, paulò muscis grandibus maiores, quæ per ignem saliant, atq; ambulent. Emoritur & hoc genus, cum ab igne remotum est. Tandem & vulgo perhibetur, Salamandram in igne commorari, ac viuere. Verum oppositum edocent Patres nostri, præcipuè D. Thomas, & scitè. Sed ante ipsum idem edocuerat Aristoteles libro secundo de Generatione animalium, capite tertio; & libro quarto Methæorum, capite primo; & libro secundo de Generatione, & Corruptione. Dicere ipsum videtur & ratio: nam vel animalia in igne degentia, in ipso gignuntur, vel extra ipsum producta, in ipso vitam degunt. In ipso gigni non posse animantia euincitur, quoniam cum ex quatuor compingantur elementis, & omnis genitura in humido vigescat, quomodo in igne procreabitur animal, si nullum aliud in ipsa flamma vrente perstat elementum: & humidum, vt insectum hostem, semper profligat, & absumit vis vltima? Nec etiã externum animal poterit in igne vitam ducere, quoniam licet frigidissima corporis constitutione præditum fuerit, paulatim tamen ab igne absumetur, cum omne compactum ex elementis, vt combustibile, a voracibus flammis areferi, torreri, & comburi necesse sit. Quod autem prodidit Aristoteles de exiguis illis animantibus, ex rudi, & falsa antiquorum opinione recensuit: Salamandram deinde medijs in ignibus diu vitam non posse ducere, testatur Galenus libro tertio de Temperamentis, & Dioscorides libro secundo, quem locum explanans Matthiolus in Commentarijs suis super Dioscoridem, affirmat se eandem opinionem, multis Salamandris periclitandi experiendiq; causa in ignem coniectis, breuiq; consumptis, falsam comperisse. His ferè consimilia Pererius doctissimè Commentarijs in Genesim libro primo. Ratio verò, quare Salamandra magis vltimæ virtuti obstat, quàm aliud quoduis animal, ea est, quoniam frigidissima admodum temperatura est prædita, diutiusq; vim vrentem potest retundere. Hinc Plinius libro decimo Naturalis Historiæ, capite sexagesimo septimo; Sicut Salamandra animal lacerti figura, stellatum, nunquam nisi magnis imbribus proueniens, & serenitate deficiens. Huic tantus rigor, vt ignem tactum extinguat, non alio modo, quàm glacies. Eiusdem sanie, quæ lactea ore euomitur, quacunq; parte corporis humani contacta, toti defluunt pili. Idq; quod contactum est, colorem in vitiliginem mutat. Quæ tulit Macharius, fabulosa, commentitiaq; dijudicari possunt, præcipuè cum nullo aucto ritatis fulcramento lata sint, nec proinde ad elegantem allegoriam accommodata, cum Empyreum coruscare lumine nobis impercepto, nullo adiecto calore, perhibeatur. Nec amplius etiam inde exeuntes, a Dæmonibus offendi posse noscamus, veluti tantus Pater in sua allegoria diserebat.

Dixit etiam Deus.

De editione nil habemus, quod supra adnotatis adijciendum censeamus.

Quod

Num in igne
elementari de
gant anima-
lia.

Tem. 241.

Cap. 56.

Salamandra
non viuit in
igne.

Dixit etiam Deus.

Anno Mudi
primo.
Die quinta.

- a. Quod verbo Dei omnia obtemperent ocyssime.
b. Vel quod verbum Dei solum substantiam rebus largiatur ex nihilo.

a. Quod verbo Dei omnia obtemperent ocyssime.

BASILIVS Hexameron Homilia septima.

Venit mandatum, & ecce tibi dicto ocyssimum speciem suam ediderunt operationis, stagna genitali prole fecundantur, ac sui quæque generis moliebantur fetus nativæ indoli lacustris aque respondentis. Mare genus omne natantum parturiebat. Ne id quidem quantillum respiciam aquarum in limosis & palustribus locis resedit, erat ingentis sibi operationis vacuum, nec ab eo desedit munere, quod ab ipsa sua mox creatione acceperat explendum. Etenim rana, muliones, culices ipsi ex ipso nimirum lacustris emergebant ceno. Quæ enim vel hodie in omnium oculis sunt, illius tum temporis exhibitorem operum perspicua quedam demonstratio sunt. Tanto tum studio contendebat aqua omnis sui conditoris imperio subferre, & obsequi, vt quorum ne genera quidem possit quibus ad numerum referre, horum vitam nulla intercedente mora efficacem, atque operatoriam, seque motitantes declaravit magna profusus, & ineffabilis Dei potentia, simul atque suo vnus præcepto aquis vim impressit generationi accommodam.

AMBROSIVS Hexameron libro quinto, capite primo.

Dixit itaque Deus; Producant aquæ reptilia animarum viuentium secundum genus suum, & volatilia volantia secus firmamentum Cæli. Venit mandatum, & subito aqua iussos fundebatur in partus: generare flumij, viuificare lacus: mare ipsum cepit diuersa reptilium genera parturire, & secundum genus effundere quodcumque formauerat. Non exigui gurgites, non ceno se paludes vacabant, quin omnia datam sibi creandi assumerent potestatem. Pisces exilabant de flumine, delphines praludebant in fluctibus, concha saxis, ostræ adhaerebant profundis, adolecebant echini.

CHRYSOSTOMVS Homilia septima in Genesim.

Obsecro, quis sermo miraculi dignitatem potest assequi? Quæ lingua ad opificis præconia sufficet? Dixit tantum; Germinet terra: & statim illam parturire fecit. Nunc dicit; Educant aquæ. Vide quàm consonant præcepta: Illic, Germinet: hic, Educant aquæ, inquit, reptilia animarum viuentium. Nam sicut de terra dixit solum, Germinet: & varia mox ac multiplex florum, herbarum, & seminum apparuit copia, vnoque sermone producta sunt omnia: sic & hic dixit; Educant aquæ reptilia animarum viuentium, & volatilia volantia super terram secundum firmamentum Cæli: & continuo tot reptilium, volatiliūque genera condita sunt, quot neque sermone recenseri possunt. Et verbum quidem breue est, & verbum vnum, genera autem animalium diuersa & varia.

Glossa Locupletata hanc præclaram Chrysostomi sententiam non prætermisit.

b. Quod verbum Dei solum substantiam rebus largiatur ex nihilo.

CHRYSOSTOMVS vbi supra.

Et verbum quidem breue est, & verbum vnum, genera autem animalium diuersa & varia. Sed nulla re admiratio teneat dilectæ. Verbum enim erat Dei, & sermo ipsius his, quæ sciant, substantiam largitus est. Vides quomodo omnia ex nihilo, vt essent, producta sunt? Vides quàm diligenter docet? Vides quanta se attemperat ad nostram vsque humilitatem Dominus demittit? Vnde enim nos hæc iam accuratè discere potuissimus, nisi ipse magna, & ineffabili misericordia sua humanum genus per Prophetæ linguam docere dignatus esset: vt scire possimus, & factorum ordinem, & factoris potentiam, & quomodo sermo suus effecerit opus, & verbum suum substantiam, & essentia ingressum præbuerit. Verum sunt insensati nonnulli, qui & post tantam doctrinam discedere non formidant: faterique nolunt esse aliquem istorum visibilium opificem: sed fabulantur fortuito ea, & per se esse, & ferri. Alij verò ex præiacente quadam materia esse facta contendunt. Considera quanta Diaboli illusio, quomodo abusus est facili erroribus seruentium credulitate. Ea propter beatus Moses spiritu diuino afflatus, tanta diligentia nos docet, & hæc auribus inculcat, ne idem & nobis eueniat: sed sciamus manifestè, & creaturarum ordinem, & quomodo quæque create sint. Nisi enim nostra salutis curam habuisset Deus, & ita direxisset Prophetæ linguam, satis erat

Anno Mūdi
primo.
Die quinta.

Dixit etiam Deus.

a. Quia non demandauit Angelis animantium creationem, sed ipse verbo ea fecit.

erat dixisse; Fecit Deus Caelum, & terram, & mare, & animantia: neque posuisset ordinem dierum, neque quid primo, & quid secundo factum fuerit. Sed ut ingratis, & male sentientibus nulla relinqueretur excusatio, ita distinguit manifeste & factorum ordinem, & dierum numerum: & omnia nos docet tanta mansuetudine, ut cognita omni veritate, non ultra eorum erroribus implicemur, qui omnia loquuntur, quae ipsi exco-gitauerunt: sed sciamus conditoris nostri inenarrabilem potentiam.

a. Quia non demandauit Angelis animantium creationem, sed ipse verbo ea fecit.

Platonis vulgata est sententia, à Deo Dijs secundis demandatam fuisse animantium, alitum videlicet, piscium, & quadrupedum conditionem, seu effectiōnem.

CYRILLVS aduersus Iulianum libro secundo, eam memorat.

Ceterum vos immortalis mortale adiungentes, facite animalia, & generate, ciboque dato facite crescere, & corruptibilia iterum accipite.

AVGVSTINVS de Ciuitate Dei libro duodecimo, capite vigesimo sexto, pariter.

Ita sanè Plato minores & à summo Deo factos Deos, effectores esse voluit animalium ceterorum, ut immortalem partem ab ipso sumerent, ipsi verò mortalem attexerent. Proinde animarum nostrarum eos creatores esse noluit, sed corporum.

Aduersus quem ex testatione Scripturæ hoc loco stat

AVGVSTINVS capite supracitato.

Et si Deus, quod assidue Plato commemorat, sicut vniuersi Mundi, ita cunctorum animalium species æterna intelligentia continebat, quomodo non ipse cuncta condebat? An aliquorum esse artifex nollet, quorum efficiendorum artem ineffabilis eius, & ineffabiliter laudabilis mens haberet? Merito igitur vera religio, Mundi vniuersi eum, animalium quoque vniuersorum; hoc est, & animarum & corporum conditorem agnoscat, & predicat.

Adduximus iam supra contra Platonis sententiam Cyrillum, Augustinum, Prosperum, Damascenum, Theodoretum, D. Thomam: Id ipsum approbant attestations Basilij, Ambrosij, Chrysostomi nuper deductæ, cum simplici Dei verbo, & iussione aquas ebullisse, & peperisse innumera genera piscium edisserant.

Producant aquæ.

Hebraicus textus habet (ifrezu hammaim) Chaldaica lectio legit, Serpant aquæ reptile animæ viuētis. Græca Septuaginta interpretum ἐφ' ὅσον τὰ ὄντα ἐφ' ἑαυτὰ ἔωσαν, id est, Producant aquæ reptilia animarum viuētium. Et Lusitanus, Reperē faciant aquæ reptile animæ viuē. Robertus Stephanus, & Tigurini, ut adnotauit etiam Vielmus, & Hamerus; Scaturiant aquæ scaturitionem animæ viuētis. Vulgata nostra editio; Producant aquæ reptilia animæ viuētis. Pagninus & Vatablus parum à nostra discrepant. Pro his diuersis editionibus animaduertenda sunt nobis gradatim singula, Primum circa verbum, Producant aquæ.

Verbum

Anno Mūdi
primo
Die quinta.

Producant aquæ.

a. Verbum Ifrezu Latine verti difficulter potest. Et significat productionem in magna abundantia.

a. Verbum Ifrezu Latine verti difficulter potest. Et significat productionem in magna abundantia.

Vnde alij legunt, Producant, Serpant, Reperē faciant, Reptilifient, Scaturiant, Ebulliant, Mouere faciant, Aestuent, Efferueant, Erucent, Promoueant.

STEVCHEVS in Recognitione veteris Testamenti ad Hebraicam veritatem: & Lippomanus in Catena.

Verbum autem, Ifrezu, non ita latine verti poterat; sicut enim supra de terra dicendum fuerat, Herbificet terra, ita nunc fingendum esset nomen, quanquam ne illud quidem aptum reperiri possit. Quod enim est ipsi terra herba, hoc Serez aquis.

LIPPOMANVS deinde subdit.

Saraz autem verbum hic positum, si latine aliquo modo exponendum sit, moueri, reptare, serpere, producere, & ebullire, significare dicunt, quo factum, ut aliter & aliter verbum sit redditum. Chaldaica siquidem, Serpant aquæ reptile legit: alij, reperē: alij, ebullire: alij, reptilifient: alij, mouere faciant aquæ reptile, interpretantur. Quod est dicere, producant aquæ reptilia, id est, promoueantur & generentur ex humoribus aquæ animalia animam habentia, non animum, vitalia corpora, sensu & motu animata.

HAMERVS Commentatione sua in Genesim.

Quod nos legimus, Producant aquæ reptile animæ viuētis, in Hebræo legitur, Scaturiant aquæ scaturitionē animæ viuētis. Est. n. Hebræi verbū idē quod produxit generationē, quæ fit in magno numero, qualis est piscium, ut auctor est David Kimbi. Et h; hoc peculiare idioma sacre Scripturæ, ut talem reptationem suæ scaturitionem pro piscium multitudinē ponat, ut in Psalmo centesimo quarto; Hoc mare magnum & locis spatiosum, ibi scaturigo cuius non est numerus. Piscium nimirum multitudinē significat, quorum plenum est mare. Vnde & Homerus pontum vocat ἰχθυοσύρα piscosum, ob piscium multitudinē in eo.

LVSITANVS pariter.

Aduerte, quod verbum, Saraz, quod hic ponitur, Hebræis est gignere in multitudine, quemadmodum gignuntur pisces, ranæ, & id genus alia. Exodi primo, Filij Israël creuerunt, Vais resu, id est, multiplicati, sed in multitudine genitii sunt. Sic Psalmo centesimo quinto, Saraz, id est, genuit in multitudine terra eorum ranas, aut multiplicauit terra eorum ranas. Vnde, seres, aut multitudinem, aut animalia, seu reptilia, quæ in multitudine gignuntur, significat. Vnde verti possit: Gignere faciant aquæ in multitudine, vel multitudinem, aut aquatica animalia in multitudine. Bene tamen redditus est textus per, Reperē faciant reptile. Significatio tamen non plenè nota est: quia neq; propriè multiplicare significat, ut patet Exodi primo, vbi postquam dixerat, Et filij Israël fructificauerunt, & multiplicauerunt se, seu creuerunt, additur verbum, Rabab, quod multiplicare significat. Et coniectura non parua est ex hoc Exodi loco, quod significet crescere in multitudine, sed in idem redit cum multiplicari.

CAIETANVS Commentarijs in Genesim.

Diximus reptilifient, quemadmodum dicimus animalifient, & ouificare. Oportuit autem nouum verbum effingere, ut Hebræum verbum exprimeretur. Nec significat purum efficere reptile, sed significat efficere in multitudine: & aptè productionem piscium appellauit reptilifient, eo quod in magna multitudine piscis producit, ut innumerabilitas ouorum piscis testatur.

RABBINI Hebræi in Observationibus Hebraicis.

Vox hebræa, isrefsu, significat reperere faciant, suæ producant in magna abundantia.

STEVCHEVS in Cosmopæia.

Agnosce, perpende consuetudinem, modumq; loquendi, & phrasas Scripturæ. Porro quod ait, producant aquæ, Hebræicè isbrezu pulcherrimè ab interprete redditum. Designat enim producere, in auras, in vitam motu quodam emittere. Eoq; Chaldeus, qui ob affinitatem clarè, & expedite ad Chaldaicam linguam Hebraicam accommodabat, pro eo transiit, irchashum, eructent, promoueant, aestuent. Nam ab hac ipsa voce dicitur, marchash, cacabus, quasi æstuarium: pullularunt autem, ac quasi ebullierunt ex aquis affatim omnia genera aquatilium animantium.

ff ex

Anno Mūdi
primo.
Die quinta.

Producant aquæ reptile.

Serez.

- a. *Idest motabile, seu propagatio ad modum ranarum.*
b. *Vel proles, seu pullulatio aquarum.*
c. *Sive reptile.*

Ex his adnotationibus duo elicimus. Primum, non habere nostram linguam verbum ita proprium, vt clarè verti possit verbum Ifrezu. Alterum, verbum illud sua vi significare productionem maxima in copia & feruore, quare alij bene ipsum verterunt, Scaturiant, Ebulliant, Aestuent, Efferueant, &c. Verum si nos modum etiam productionis illius copiosæ, & feruidæ considerauerimus, inueniemus profecto illam fieri quodam motu, vt quasi sit à non esse in vitam producere. Quapropter & Interpres noster, sicut & Septuaginta, ut modum generationis copiosæ piscium describerent, benè dixerunt; Producant aquæ, idest, aquæ tanquam genitricis ex proprio vtero extra ducant in vitam ad auras, quæ Deus gignebat verbo uirtutis suæ. Hæcquæ significatio mihi maximè ex eo placet, quia comprobatur piscium genera producta esse à Dei uirtute uices agentis fungente, non ex Solis syderumquæ; efficacia, ut insinuare uidebantur uerba illa, Aestuent, Ebulliant, & similia.

Serez.

Quid Hebraica hæc vox significet, non vna est sententia; propterea variæ translationes de ipsa sunt.

a. *Idest motabile, seu propagatio ad modum ranarum.*

STEVCHVS in Cosmopæia.

Quod verò dixit, Reptile, Hebraicè, Serez, quasi pullulatio, res mobilis, motatio. Septuaginta ἐπερα, quod noster sequitur. Sed propriè designat motabile, germinationem, propagationem: id propriè quod animaduertimus in ranis, quæ è limo primùm nascuntur: quarum ortus & productio hoc ipso verbo exprimitur in Exodo; Et ebulliet fluiuis ranas: Hebraicè, sharaz, presens uerbum. Hebræi dictum arbitrantur, sharaz, quasi, shehu raz, quia currat, moueatur: quo nomine alij eorum minora reptilia uocari putant. Maiora uero quæ dicuntur, ranae, quasi calcantes.

b. *Vel proles, seu pullulatio aquarum.*

LIPPOMANVS in Catena.

Proles ergo & pullulatio aquarum Hebraicè Serez uocatur. Nec propriè reptile significat, cum repere sit terrestrium. Sed interpres elegantius nomen inuenire non potuit; eodem enim modo pisces serpunt per aquas, quo reptilia per terram. Imitatus est quoque Septuaginta, qui & ipsi uerterunt, ἐξεργησάτω ὕδατα ἐπερα. id est, Producant aquæ reptilia.

STEVCHVS in Recognitione ueteris Testamenti ad Hebraicam ueritatem, ea ipsa nec immutata clausula ante prodiderat, sed & adiecerat.

Hoc dictū uelim propter eos, qui sunt ἐν λογῶ κακοῖσι, vt facillè etiam à summis uiris non abstineant, & in leuissimis quoque eos carpant.

c. *Sive reptile.*

Græca uertit ἐπερα, hoc est, reptilia.

Vulgata editio nostra pariter dixit. Producant aquæ reptile. Rursum huius uocis significatio quæ sit nostri non uniformiter diffiniunt.

Reptile

Producant aquæ reptile.

- a. *Reptile; hoc est sine pedibus, seu apodes.*
b. *Reptile à reptando.*
c. *Reptile animæ uiuentis, Hebraismus est: & idem est, quod reptilia uiuentia.*
Animæ uiuentis.
d. *Nephes, Animæ; hoc est, halitus, flatus, uentus, seu spiritus.*

a. *Reptile; hoc est sine pedibus, seu apodes.*

HAMERVS ita edocet.

Septuaginta uocem hanc uerterunt ἐπερα, idest, reptilia, quod à piscium natura non discrepat. Sunt enim ἐπερα τὰ ὄποδα, inquit Isychius, idest, reptilia sunt, quæ sine pedibus sunt, quod piscium proprium est. Unde Aristoteles pisces uocat ἀποδα, idest, sine pedibus: & Homerus pariter. Scholasticus uero; Nepodes uocatur, quod iter faciunt natando.

b. *Reptile à reptando.*

CAIETANVS Commentarijs in Genesim.

Et cum legis; Reptificabunt reptile, memento Hebraici idiomatis, quemadmodum superius dictum est, Semificare semen. Et significauit pisces à reptando, (hoc est, à naturali motu progressiuo piscium) ad differentiam gradientium, tum uolantium.

Cum igitur nobis sit adeò difficilis expressio uocis (serez) ut nulla uoce in nostro idiomate explicari possit, non inelegans fuit translatio Græca, & nostra, quæ à modo gradiendi, prolem aquarum, hoc est pisces, reptilia uocando significauit. Imitataque est Mosis consuetudinem, qui aues uolantia à uolatu, & terrestres animantes quadrupedes à quatuor pedibus, quibus progrediuntur, denominat. Ex ethymologijs uero uocis huius Reptile, communior, & acceptior, uulgatiorque ea censetur, quam adduxit Caietanus. Quamuis enim pisces sine pedibus sint, & apodes dici queant, uocem tamen Reptile id significare non est dicendum.

c. *Reptile animæ uiuentis, Hebraismus est: et idem est, quod reptilia uiuentia.*

OBSERVATIONES Hebraicae:

Reptile animæ uiuentis. Hebraismus est, pro Reptilia uiuentia.

Ex qua animaduersione accipitur, quòd parum apud Hebræos, uel nil discriminis est inter Animarū uiuentium, uel Animæ uiuæ, uel Animæ uiuentis, cum idem sit apud Hebræos reptilia uiuentia, quod reptile animæ uiuentis, uel animæ uiuæ, uel animarum uiuentium.

Animæ uiuentis.

d. *Nephes, Animæ; hoc est, halitus, flatus, uentus, seu spiritus.*

LVSITANVS Commentarijs in Genesim.

Aduerte, quòd Nephes, quod nostri animam uertunt, significat propriè halitum, seu rem, quæ halitum habet, quòd anima sit flatus Dei, ut patet Exodi uigesimotertio; Vainaphes, idest, Respirabit filius ancillæ tuæ. Nos dicimus Lusitanicè, Tomar folego. Iob quadragesimoprimum; Naphso, idest, halitus, aut flatus eius carbonem inflammabit. Et Psalmo centesimoquinto; Ferrum ingressum est animam eius, idest, uincula affligerunt spiritum eius. Et exinde significat uitam, quòd in halitu consistat. Psalmo uigesimoquarto; Qui non accepit in uanum nephsi: idest, animam meam, seu uitam, ac si dicat. Qui non iurauit mendacium per uitam meam. Et Hieremia quinquagesimoprimum; Iurauit Dominus exercituum benaphso, idest, per animam suam, seu uitam suam. Inde etiam significat omne quod est, aut fuit uiuum, ut Numerorum decimonono; Cum fuerit immundus, lanephes, idest, super animam, aut super cadauer, in quo fuit anima. Tenendum est ergo uerbum Naphas significare, flatum emittre ad quiescendum, aut animo quiescere: quòd nos dicimus Lusitanè (res folegar) Nephes uero halitum, seu flatum, in quo uita consistit, & exinde omne, quod est, aut fuit uiuum.

ff 2 STEV-

Anno Mūdi
primo.
Die quinta.

Anno Mūdi
primo.
Die quinta.

Producant aquæ.

a. Solis afflatu, & calore, ut causa efficiens.

S T E V C H V S in Cosmopæia.

Quod autem ait, Anima vivens, observavi animam in omni lingua, quæ mihi aliquatenus nota est, id est, Græca, Latina, Hebræa, Chaldaica, nomen animæ eandem habere ethymologiam. Hebræicè dicitur, nephes, à voce, naphasb, spiravit, sufflavit: ut sit, nephes, quasi spiritus. Latine anima, quasi anemos, id est, ventus, quem Græci dicunt πνεύμα, spiritum, quasi que ventus, Latine anima. Græcè ψυχή, similiter ut Hebræicè à spiratione, refrigeratione. Chaldaicè quoque, ut Hebræicè, naphsab. Ex quo perspicimus animam propriè id esse, quod commune est ad omnes generatim animantes, quæ terrenum habuit principium. Illud autem quod immortale est, homini datum, præter ceteros animantes à spiritu diuino, quodque Aristoteles dicit cum Mose prorsus consonans, venire δὲ πρὸς extrinsecus, est id quod appellatur Græcè νους mens, Hebræicè, thebuna, mens, siue intellectus. De quo postea.

Has observationes accipito, ut intelligas mentionem hic fieri de anima, non quidem de intelligente, sed de ea, quæ sensibus tantum est prædita, qua pollent etiam animantia rationis expertia.

De natalibus piscium, & quamnam fuerit efficiens ipsorum causa.

Patres hoc loco, qua virtute aqua tot natatiliū genera ocyssimè produxerit, exquirunt. Indagandum est nobis igitur, quamnam fuerit causa efficiens, seu agens productionis piscium, & auium. Philosophi duplex rerum principium constituunt, agens, seu efficiens, & materiem. Rursus agens, aliud remotum, aliud proximum esse tradunt: nam Sol, & homo generant hominem, dixit Aristoteles. Proximum autem animantium agens modò est virtus illa formativa, quæ in semine viget in his, quæ ex femine generantur: In his verò, quæ ex putri emanant, ipsa cœlestis est virtus. Inuestigandum ergo nobis est, cum in prima piscium, & auium emolitione parentes nō essent, quæ nam fuerit virtus illa, seu causa agens proxima, quæ aquæ ingentes piscium acies, & auium turmas produxerunt.

a. Solis afflatu, & calore, ut causa efficiens.

Non defuere Doctores, qui primordijs temporum aues piscēsque Solis afflatu, & elementorum insita vi, instar eorum quæ ex putri oriuntur, prodijisse arbitrati sunt.

E V S E B I V S de Præparatione Euangelica libro primo, capite quarto, ex Diodori Siculi relatis, præcos Gentiles id censuisse narrat.

Vnam enim ante initium omnium Cæli & terræ cunctis simul confusis formam fuisse, postea disseparatis diuisisque molibus uniuersi ordinem Mundi conspectum, æræque motum habuisse continuum, cuius partem quidem igneam ad superiores ascendisse partes sursum sua propter leuitatem naturæ semper tendente: qua ex causa Solem, ac Stellarum multitudinem rotatione totius circumferri. Partem autem turbidam, atque terrestrem vna cum humidis ad fima propter grauitatem loca descendisse, quam partem continuè longo tempore in ipsa conuolutam maria ex humiditate, ex durioribus terram lutosam, ac teneram concreasse: quam primum posteaquam solaris calor exæstauit, constipatam fuisse: deinde superficie calefacta, pluribus in locis corruptionem humiditatis esse consecutam: ex qua (ut etiam nunc in pluribus fieri solet) cum subito ad transactum figus calor exarsit, animalia concreta fuisse, quæ noctu à circumfusa caligine alebantur, & in die à calore solidiora reddebantur: ac postremò sufficiens iam crementum consecuta, erupisse ab illa colluue varias has animalium formas. Quorum calidiora leuioraque ad altiora loca exiisse, volucrum appellatione nuncupata: siciora verò, ac grauiora, serpentibus, ac terrenis connumerata: eodem quoque modo humidiora in consentaneum sibi ipsis locum confluisse, aquatica nuncupata, & sic animalium diuersa genera producta fuisse. Terram verò postquam magis Sole, ac ventis induruit, nihil ex perfectioribus producere posse, ac ideo ex mutua sexuum coniunctione, perfectiora generantur.

Aui-

Anno Mūdi
primo.
Die quinta.

Producant aquæ.

a. Decreta sibi virtute à Deo, etiam actiue.

Auicenna, ut tradit D. Thomas prima parte, quæstione septuagesima prima, posuit omnia animalia posse generari ex aliqua li elementorū commistione absque femine etiam per viam naturæ.

V I E L M I V S quoque idem retulit.

Auicenna perfecta, & imperfecta, ut concubilia posse gigni ex terra actione Solis affirmat.

S T E V C H V S, qui vetustam gentilem Philosophiam libentius expergefacit, Diodoro subscripsit in Cosmopæia.

Res perspicua, quo ordine, post ceteras operationes, post certum ac naturalem necessariūque præteritorum dierum numerum, secuta sit animalium aquaticorum terrestriumque creatio. Nam cum post primas origines terram & aquam ab ingenio diuino repertas, orta esset ab eodem lux, id est, omnium futurarum generationum instrumentum, qua fecit vniuersa quæ consequuta sunt opifex, tum ex aquis aerij vapores se supra terras à Sole rapti extulissent, eodemque tempore & aquæ in latebrosos sinus recederent, & terræ caput madidum extollerent, nec ipse terra à producendo, nec aquæ, Sole, & fecunditate primordiali, omnia in lucem vocante, cessabant. Itaque terra facili de genitali vtero suo, herbas primum, paulò post arbores, non longè post bestias, & reptilia generauit, generataque in lucem ediderunt. Interea dum terra patefacta ab aquis, plantas produceret, dum operi cœlesti à principio inchoato supremam manum Deus imponeret, aquæ quoque non cessabant. Itaque & ipsa passim feruentes, omnigena naturæ suæ monstra præcreant.

Et post, cum animantium tria genera non ex sola aqua sed ex limosa terra genita demonstrasset, piscium genera non momento producta, sed ab exordio fuisse inchoata, & hac quinta die absoluta, his declarat.

Omnium igitur aquaticorum animantium aqua est præcipuum principium & alimentum. Hoc loco obseruandum obiter (tota enim sese declarat Philosophia) si quis index æquus esse velit, quinti huius diei opus, non ad amissim hac quinta die conditum, quin in superioribus diebus aliquod principium habuerit. Cui enim non necessarium videatur, subito eademque die è terris patefactis nasci herbas & stirpes capisse, eademque seorsum ex aquis aquatilia pullulasse? Neque enim quintum diem parturientes aquæ expectarunt, sic quando de terris plantæ nascabantur, parte alia, animalium terrestrium exordia inchoabantur. Itaque hoc attestatur bis quæ de Sole & Luna creatis scripsimus, non prorsus quarta die fuisse creata, sed eum certum narrationis situm, locumque tenuisse. Etenim possunt multa eodem tempore diuersis in locis fieri, quæ non possunt, si quis certum ordinem tenere instituisset, narrari. Et siquid singulare istarum euadendarum pedicularum, quod superius demonstrauimus, quod etiam est verissimum, non in diebus facta hæc opera, sed operibus absolutis, dies esse peractas, & seculas: sicut non in die Sol est, luxque creata, quem errorem rectè offerebat animo ipsa lectio, sed creata luce, dies secuta est. Sic creatis cum Sole & Luna stellis, est quarta dies circumacta. Et natis aquatilibus, absoluta est quinta.

a. Decreta sibi virtute à Deo, etiam actiue.


C A I E T A N V S Commentarijs in Genesim.

Et significatur per, Reptilificabunt, decreta ab æterno virtus dada in initio temporis aquis, ad producendum piscem in multitudine.

Et post, cum de terra idipsum longa disputatione confirmasset, ut & nos suo loco adducemus, subiunxit.

Vnde quemadmodum cum decretum fuit, Germinabit terra germen, &c. vires terrestres naturales ad producendum vegetabilia, quas terra continuè exercet, significantur: ita quum dictum est, Reptilificabunt aquæ, & proportionaliter modò dicitur, Producet terra, vires aquaticæ productiue piscium, quas frequenti vsu exercet aqua producendo pisces, & vires terrestres productiue iumentorum, & bestiarum, quas frequenti vsu exercet terra, significantur. Mista siquidem terrestria significantur appellatione terra, & mista aquatica appellatione aquarum: ita quod semina productiua terrestrium animalium significantur, perinde, ac dictum fuisset, Producent terrestria mista iumentis & bestias, &c. quod quotidie videmus fieri. Et simile proportionaliter intellige

Anno Mudi
primo.
Die quinta.



Producant aquæ.

a. Verbo Dei efficientis causa vices agente, ipsa materie, passiva.

tellige de aquis in die quinta: Et hic sensus nullum habet obstaculum.

B V R G E N S I S in Additionibus.

Dicendum est hic sicut supra super illud verbum; Et protulit terra, scilicet quod ex eo quod pisces & aues fuerunt producti à Deo actiue, non sequitur quod non fuerint producti ex elementis actiue. Causa enim prima non semper excludit actionem causarum secundarum: vt dictum est.

D I O N Y S I V S Carthusianus in Genesim articulo tertio decimo.

Ista reprobatio videtur satis idonea, dempto hoc, quod Augustinum pro se allegat, quia expositio Augustini procedit secundum hoc, quod omnia opera sex dierum sint simul producta. Si enim elementa solum habuerunt se passiuè ad productionem eorum, quæ Deo precipiente producerunt, videretur sequi, quod forma rerum productarum ex eis, essent omnino ab extra, & per consequens create, sicut de anima rationali tenetur.

a. Verbo Dei efficientis causa vices agente, ipsa materie, passiva.

Patres omnes, Doctoresque præcipui, primam Piscium & Auium emolitionem ex diuini præcepti virtute factam, adeo quod ipsa agentis causæ vices egerit, vno ore tradunt, ac edocent.

B A S I L I V S Hexameron Homilia septima.

Vox quidem imperij brevis admodum est, quin potius neque vox est, sed momentum duntaxat, & subitus motus diuinae voluntatis. Atqui voluntatis istius, in præcepto quamlibet breui delitescens, tanta mirum diffusio est, quot sunt, & quibus differunt inter sese, quibusque conueniunt animantium piscium genera, atque natura: de quibus diligenter, accurateque; differere velle, perinde est, atque si quisquam aut equoreas vndas enumerare, aut metiri corylis, siue heminis aquas maris aggredere.

A M B R O S I V S Hexameron libro quinto, capite secundo.

Breuis sermo, sed vehemens, & latè patens, communem minimis & maximis naturam infundit. Eodem momento producit balenâ, quo rana: eiusdem vi operationis nascitur. Non laborat in maximis Deus, non fastidit in minimis. Nec doluit natura parturiens delphinâs, sicut non doluit cum exiguis murices, cochleasque produceret.

C H R Y S O S T O M V S Homilia septima in Genesim: nec me pudet aurea verba iterare.

Et verbum quidem breue est, & verbum vnum, genera autem animalium diuersa & varia. Sed nulla te admiratio teneat dilecte. Verbum enim erat Dei, & sermo eius his quæ fiebant, subsistentiam largitus est. Vides quomodo omnia ex nihilo vt essent producta sunt?

C Y R I L L V S Commentarijs in Genesim, libro primo.

Post verò, quoniam Creator omnium vita sua natura est, ipsam quoque naturam aquarum matrem & animalium natantium, & per aërem volitantium facere potuit. Terra rursus imperat, vt & naturam multiplicem pecudum, & beluarum genus indomitum procrearet. Hæc protinus & mirum in modum iussa capessunt. Quippe singulis in rebus creandis verbum tantummodo summi Dei creare valebat, nutusque eius duntaxat producere omnia poterat.

P R O C O P I V S Commentarijs in Genesim, capite primo, clariùs dogma hoc explicauit, ac rationibus illud muniuit.

Ceterum manifestum reor, iussum & imperium diuinum ista omnia condidisse, nec iussa esse prodire, quæ iam antea in aquis extiterint. Quemadmodum præcipit vt terra vernaret herbis, floribus arboribusque; quæ prius non erant terra insite, & præceptum securus est effectus: similiter & hic enenit. Nequaquam enim subiunxit: Et eduxerunt aquæ, &c. Quid igitur? Fecit Deus cetos magnos, & omnem animam animalium reptilium. Dum itaque meminit cetorum, qui excellent magnitudine, satis euident est etiam minores pisces ab ipso creatos solo iussu.

HVGO

H V G O Victorinus noster Adnotationibus in Genesim.

Quæ producerunt aquæ, id est, producerunt, postquam Deus creauit.

D. T H O M A S parte prima, questione septuagesima prima, ad primum, Auicennæ sententiam de principijs repudiâs hæc doctissimè habet.

Dicendum, quod Auicenna posuit omnia animalia posse generari ex aliquo elementorum commistione absque semine, etiam per viam naturæ. Sed hoc videtur inconueniens, quia natura determinatis medijs procedit ad suos effectus. Vnde illa, quæ naturaliter generantur ex semine, non possunt naturaliter sine semine generari. Et ideo dicendum est aliter, quod in naturali generatione animalium, principium actiuum est virtus formatiua, quæ est in semine in ijs, quæ ex semine generantur, loco cuius virtutis in ijs, quæ ex putrefactione generantur, est virtus cælestis corporis. Materiale autem principium in vtrorumque animalium generatione est aliquod elementum, vel elementatum. In prima autem rerum institutione fuit principium actiuum verbum Dei, quod ex materia elementari produxit animalia.

L Y R A N V S in Postillis.

Considerandum etiam, quod aues, & pisces non sunt producti ex aqua actiue, sed à Deo: passiuè autem ex elementis, vt dictum est.

T O S T A T V S pariter in Postillis.

Productio denominat actionem, quod non conuenit aquis, quia aquæ non habebant talem potentiam actiuâ, vt aliquid subito ex se producerent. Fuit ergo ista productio à Deo, sed fuit ista causalitas ab aquis in genere causæ materialis.

D I O N Y S I V S Carthusianus in Genesim articulo decimotertio.

Est itaque sensus, Producant aquæ, id est, diuina iussione producantur ex aqua, tanquam ex materiali, & passiuo principio.

A U C T O R.

Diodori, & Steuchi sententia, qui in primordijs rerum animantes præcipuè pisces ex aquis, seu luto, efficacia, virtuteque Solis, seu eius afflatu emerisse tradunt, omninò reijcienda est, explodendaque. Primum quod textus non tantum id clarè non prodatur, sed potius renuat. Deinde quod Patrum Theologorumque communis sit opinio, verbum Dei in rerum prima emolitione causæ agentis uices egisse. Amplius, quod tradit Steuchus, secum plura fert incommoda. Asserere siquidem Solem ardentissima luce præditum mansisse prima die, simulque animantia omnia eius efficacia, & afflatu cœpisse generari, absolutaque fuisse hac die quinta, est seriem omnem uerborum, quæ Mundi opificum exprimit, confundere, ac perturbare, & singularia unicuique diei opera non ascribere, nec diuine uirtuti, sed Soli, astris, & secundis duntaxat causis rerum creationem assignare, quæ omnia à doctrina Patrum sunt prorsus aliena, & ei mirum in modum repugnantia. Quinimmo nec sibi ipsi Steuchus constat: nam si aquæ, ut ipse edificerebat, ubique inundantes, & terram tegentes, non nisi tertia die in aërem immutate sunt, & in pontum redactæ, quomodo potuerunt ex terræ lutosa superficie, ipsa primæua die animantia generationis suæ exordium capere? Verum hæc, vt ipsius marte prolata, nullaque auctoritate seu ratione munita relinquamus. Caietani placitum ab ipsius præceptore & Duce D. Thomas satis reiectum arbitror. Ex ijs enim, quæ sanctus hic Doctor adduxit, liquidò apparet, quod nec modò (contra Auicennam) nec in primæua natatiliū, ac uolatiliū institutione (contra reliquos Doctores) elementis insita fuerit vis vlla, qua uel tunc, uel post, Solis afflatu potuerint, ac possint perfectiora animalia gignere; sed potius, quod agens nunc efficit, id Dei opificis verbū tunc egisse, censendū fore. Sentiant amplius nonnulli idiomatis Hebraici non ignari verba illa; Producant aquæ, Hebraica phrasi dicta esse, perinde ac si diceretur, quod ex aqua producantur animantia, seu ex aqua exiliant. Qui locutionis modus, aquâ nō efficientē causam, sed materiā tantū fuisse demonstrat. Quapropter & Vielmius in hæc recidit sententiā, dum inquit. Cæterum quod hic dicitur, Producant aquæ, ne existimes hunc habere sensum, ut fuerit uis efficiendi pisces insita aquæ. Est. n. hæc materia, ex qua ab efficiente formatur, & materia nunquā cum efficiente in unū coit. Sed sensus est, uti Glossa rectè exposuit: Progignantur, & promoueantur ex aquis pisces. Hæc ille. Insuper adijci potest, quod tam in piscium, auium, quàm animalium formatione adiecit Moses; Creauit igitur Deus, & Fecit igitur Deus: Igitur effector fuit Deus, non elementum, licet ex elementis fermè

Diodori & Steuchi sententia refellitur.

Animantia Solis vi non sunt producta.

Caietani placitum reprobatum.

Lecl. 22.

Anno Mūdi
primo.
Die quinta.

Producant aquæ.

a. Quòd ex sola aqua progeniti sint pisces.

fermè prodire uidebantur; Dei enim virtus inuisibilis, & imperceptibilis erat ijs, quibus eam emolitionem spectare contigisset.

De materia, ex qua producti sunt pisces.

Materies aqua est, ex qua pisces emanarunt, & aues etiam secundum Patrum sententiam, & terra materies, ex qua terrestria prodierunt. Quare non immeritò hoc loco dīceptatur, & indagatur à Patribus, ac Doctoribus; Num ex simplici elemento, ex aqua pura inquam, pisces & aues, & Num terrestria ipsa ex terra duntaxat, an potius ex quatuor elementis in hac prima eorum emolitione prodierint. Edifferamus id nunc de piscibus.

a. Quòd ex sola aqua progeniti sint.

THEODORETVS Decretorum diuinorum libro quinto.

Ita etiam ratione carentium animalium genera produxit. Ex aquis quidem, quæ per aërem ingrediuntur, & quæ in aquis degunt, & quæ amphibia, quòd nunc in aquis, nunc in terris uiuant, appellantur. Producant enim, inquit, aqua reptilia animarum uiuentium, & uolucres volantes in firmamento Celi. Ex terra autem quadrupes, & serpentes. Producat enim, inquit, terra animam uiuentem, quadrupes, & pecora.

BASILIVS Hexæmeron Homilia septima.

Tanto tum studio contendebat aqua omnis sui conditoris imperio subseruire & obsequi, ut & quorum nō genera quidem possit quiuis ad numerum referre, horum vitam nullā intercedente mora efficacem, atque operatoriam, seque motuam declarauit magna profusus & ineffabilis Dei potentia, simul atque suo unius precepto aquis vim impressit generationi accommodam.

CHRYSOSTOMVS Homilia septima in Genesim.

Hodie consequenter ad aquas transit, & ostendit nobis, sermone, & præcepto suo ex aquis ipsis animata animalia prodixisse.

AMBROSIVS Hexæmeron libro quinto, capite primo.

Aqua iubetur ea producere, quæ uiuentis animæ rigorem dignitatemque præferrent, & sensum tuenda salutis, & fugiende mortis acciperent. Dixit itaque Deus; Producant aquæ reptilia animarum uiuentium secundum genus suum, & uolantia uolantia secus firmamentum Celi. Venit mandatum, & subito aqua in suos fundebatur in partus.

CYRILLVS in Genesim libro primo.

Post uerò, quoniam Creator omnium uita sua natura est, ipsam quoque naturam aquarum matrem, & animalium natantium, & per aërem uolantium facere potuit.

PROCOPIVS Commentarijs in Genesim.

Quod attinet ad aquatilia, siue ad pisces, mihi uidetur ipsorum corpora dicta esse reptilia: ceterum eorum vitam dici animas. Quamuis horum anima rationis sit expers, attamen uitalem spiritum, & uirtutem ipsorum corporibus largitur. Verum Deus non creauit ex aquis, ut eorum corpora, sic & animas: sed propria quadam uoluntate motus, animam & motum hisce indidit, cum prius non essent, & hunc in modum illorum corpora animauit.

BRVNO libro de Nouis in Ecclesia capite nono.

Pisces, & aues unam originem habent, & utraque ex aquis creata sunt.

PETRVS Comestor in Historia Scholastica capite septimo.

Quinta die Deus ornauit aërem, & aquam, uolantia dans aëri, natatilia aquis, & utraque ex aquis orta sunt, facilis enim est transitus aquæ in aërem tenuando, & aëris in aquam spissando.

MAGI-

Anno Mūdi
primo.
Die quinta.

Producant aquæ.

a. Productio piscium attribuitur aquæ, ex affinitate quam habent ad aquam, quia in ipsa uiuunt, quanquam compacti sint ex quatuor elementis.

MAGISTER Sententiarum secundo, distinctione quintadecima.
Opus quintæ diei est formatio piscium, & auium, quibus duo elementa ornantur, & de eadem materia, id est, de aquis, pisces & aues creantur, uolantia seruans in aëre, & natatilia remittens gurgiti.

Quanquam uerò hi Patres aquas peperisse pisces clarè affirmant, non tamen ex aqua sola eos fuisse congestos dilucidè tradunt, ut posteriores Doctores. Et quod Procopius dixit, Deum animas indidisse piscibus, cum cautela accipiendum est, non quòd ipsis animam ab extrinseco infuderit, sicuti animam hominis creando, simul creat & infundit, sed intelligendum est, quòd ipse uirtute sua ex materia illam eduxerit motione quadam, hoc est, uiuificatione. Sed de hoc infra.

ÆGIDIVS Hexæmeron secunda parte, capite trigesimo octauo, cum dōto proposuisset modos, quibus sensibile aliquod ex aliquo elemento factum dici posset, uel quia id elementum in ijs mistis prædominium habeat; seu quòd res ipsa effecta in eo terminetur elemento; uel in ipsum magis resoluatur; seu in eo dicto elemento alatur; aut quia in eo uitam degat; uel quoniam elementum illud magis in illo uigat; siue etiam eo plus abundare dicatur, non simpliciter, sed comparatiuè ad reliqua animalia; Tandemque quoniam ex eo uerè conditum esse asseratur, concludit.

Octauo possunt dici aliqua produci ex aliquo elemento ratione primæ productionis: & sic Deus ex libito uoluntatis potuit producere quæcumque ex quocumque elemento. Nam cum attingat immediatè ipsam essentiam materiam, potest ibi immediatè inducere quamcumque formam: dato tamen quòd ex materia unius elementi Deus producat aliqua mista, illa materia unius, fungetur uice materiam omnium elementorum, quia ut sicut nunc talis mistio sit ut producat auis, qualem requirit natura auis, sic si uirtute diuina ex uno elemento producerentur auis, talis proportio, & talis dispositio fieret in illa materia, qualem requirit natura auis: & quia Scriptura sacra secundum productionem primam dicit aues productas ex aquis, debemus dicere eas sic esse productas.

AMBROSIVS Catherinus rationem, cur ita Deus exordio rerum ex aquis solis pisces congefferit, his reddit.

Dubium uerò est, cur nam ex aqua producta dicantur, cum magis de terra participant. Omnia enim animalia secundum materiam magis de terra participant, quam de aqua. Sed ita fecit Deus ut distincta essent animalia, & qualibet ibi essent & se continerent, unde duxerant originem. Vnumquodque enim ex quo principio maxime proficitur, se illi adiungi maxime appetit, & in eo se contineri, & non ex quo magis constat: quemadmodum & in desiderijs hominum euenire conspiciunt, ut natale solum sua dulcedine cumctos alliciat.

PERERIVS Cōmentariorū in Genesim libro primo, cōformia edocuit.
Primi autem illi pisces proximè à Deo ex sola materia aquæ generati sunt, additis tamen ei materia reliquorum elementorum formis & qualitatibus.

a. Productio piscium attribuitur aquæ, ex affinitate quam habent ad aquam, quia in ipsa uiuunt, quanquam compacti sint ex quatuor elementis.

BASILIVS Hexæmeron Homilia septima.

Ostendit tibi natatiliū animalium naturalem ad aquas affinitatem. Quapropter uel parum ab humoris natura pisces seclusi dispereunt.

D. THOMAS parte prima, quæstione septuagesima prima, ad secundū.
Corpora auium & piscium possunt dupliciter considerari. Vno modo secundum se, & sic necesse est quòd in eis magis terre elementum dominetur: quia ad hoc quòd fiat temperatio mistionis in corpore animalis,

85 lis.

Anno Mudi
primo.
Die quinta.

Producant aquæ reptile.

a. Ex aquis geniti dicuntur pisces, quod in ipsorum natura & complexione magis prædominetur aqua.

lis, necesse est quod quantitativè abundet in eo elementum, quod est minus actiuum, scilicet terra. Sed si considerentur secundum quod sunt nata moueri talibus motibus, sic habent affinitatem quandam cum corporibus in quibus mouentur. Et sic eorum generatio hic describitur.

D. BONAVENTURA secundo Sententiarum, distinctione quinta decima, quaestione secunda.

Dicendum, quod absque dubio corpora animalium habent in se naturam quatuor elementorum, sicut ostensum est per quatuor rationes, ut sint idonea ad motum, ad multipliciter operationis, & propter dignitatem complexionis. Ad illud verò quod obijciuntur de auctoritate Genesis. Dicendum, quod illud dictum est per quandam prædominantiam, siue appropriationem, sicut melius patebit infra.

Sequenti autem quaestione, eleganti Philologia demonstrat, quod ratione quantitatis molis prædominentur elementa passiva, ut terra, & aqua: ratione autem qualitatis uirtutis alia duo, scilicet ignis, & aer. Et post multa.

Sed quod dictum est, aliqua ex aqua esse facta, hoc est, quia magis in eis quam in alijs dominatur natura aqua. Hoc autem dico, non quantum ad prædominium actiue qualitatis, vel passiuæ: sed quantum ad aliquam conformitatem naturæ, per quam illa, quæ ex aqua producta sunt, in aquis magis delectantur esse. Et quoniam humor aqueus est in duplici differentia, videlicet in ratione humoris fluctuantis, & in ratione vaporis exhalantis: ideo aqua est principium duplicis generis animalium, scilicet natatilium, & volatilium: natatilium secundum rationem humoris, & ideo illa remanserunt in aquis: volatilium ratione vaporis, & ideo cum ille vapor sit commixtus aëri, & feratur sursum, volatilia in aëre subleuantur: eoque possunt ascendere, quousque inueniant aërem humidis exhalationibus pinguescentem.

LYRANVS in Postillis.

Non quia aues & pisces de sola aqua sint formati, sed de quatuor elementis, tamen aqua sola exprimitur propter quandam conuenientiam cum istis. Habet enim aqua humorem & vaporem, per humorem conuenit cum piscibus: per vaporem, qui sursum eleuatur in aere, conuenit cum auibus.

a. Ex aquis geniti dicuntur pisces, quod in ipsorum natura & complexione magis prædominetur aqua.

TOSTATVS Commentarijs in Genesim.

Et dicuntur hic producti pisces ex aquis: non ex solis aquis producti fuerunt, quia in omni mixto conueniunt quatuor elementa, quanto magis in perfectè mixtis, quemadmodum sunt elementata animata? Sed dicuntur producti ex aqua, quia aqua magis dominatur in complexione eorum, & substantia: & ideo non sunt tanti nutrimenti & confortationis, sicut carnes animalium, quæ ex terra nascuntur. Et ista est causa, quare ieiunantibus, qui se affligere debent, licet comedere pisces, & non carnes: multum enim carnes roborarent.

DIONYSIVS Carthufianus Enarratione in Genesim articulo decimotertio.

Pisces & aues ex quatuor elementis formati sunt, & in eorum corporibus prædominatur elementum terræ, quantum ad corporis quantitatem; ignis verò secundum quantitatem uirtutis, eo quod calor instrumentum sit animæ, nec aliquid sit sensitiuum sine calore, ut habetur secundo de anima. Aqua autem continua: partes terræ in mixto. Verum tamen illa animalia dicuntur constare ex aqua, quæ plus habent de aqua in se, quam animalia cetera, complexione eorum propria pensata per comparationem ad complexionem animalium aliorum, seu debitam communi generi animalis.

AUCTOR.

Ego in eam sententiam propero, quæ species rerum in exordio ex quatuor elementis formatas fuisse autumat. Primò quidè, quia hæc sententia miraculum intempestiuum (quod Deus ex vnicò elemento, eoque vices aliorum agète, species rerum condere voluerit)

Pisces ex quatuor elementis procreati.

Anno Mudi
primo.
Die quinta.

Producant aquæ.

a. In maxima uertate, quod id, saraz, uerbum indicat: unde & pisces animantium terrestrium genera excedunt.

luerit) secundum decretum Augustini non accersit, nec astruit. Deinde, quoniam nullum adfuisse elementum purum, sed simul permixta & confusa tunc elementa fuisse existimo, cum Philosophi nunc etiam adeo commixta illa esse tradant, ut nullum eorum purum reperiri queat. Amplius, quoniam Scriptura animantia & volatilia ex humo condita esse clarè testatur; Formatis igitur Dominus Deus de humo terræ cunctis animantibus terræ, & vniuersis volatilibus Cœli, adduxit ea ad Adam: Humum autem non simplex elementum, cum lutuosa, & cœnosa sit, sed ex pluribus esse commixtam, clarissimum est. Quapropter arbitror ego, (ut ex hoc loco suspicari possumus,) & terrestria ex humo cœnosa ubique super terram posita, conflata, & aues ex humo iuxta oras aquarum, ubi aquæ ad littora terræ labuntur, productas, pisces verò ex humo sub aquis madida, seu per aquas uolutata, fuisse compactos. Cæterum uerba illa; Producant aquæ, quæ simplicia elementa materiem fuisse primæ emolitionis animantium omnium innuere uidentur, duplicem possunt suscipere interpretationem: alteram, si primò exponamus; Producant aquæ, hoc est, producatur ex aqua, ad eò ut piscium, volucrumque materies fuerit elementum aquæ: materies, inquam, ex prædominio, quod in ipsis præpolleat illud elementum, non ex prædominio quantitatis, & grauitatis (hac siquidem ratione terra cæteris elementis præpollet in omnibus mixtis, teste Aristotele secundo de Generatione:) sed affectionis, seu qualitatis. Qua ratione pisces ex aqua gigni dicuntur, quod in ipsis, & humiditas, & frigiditas, quæ sunt aquæ dotes, abundant. Alterã interpretationem etiam admittunt; Producant aquæ, hoc est, producatur in aqua, ex phrasi Hebræa. Atque hoc dicendi tropo insinuat locus, in quo animantia, & uitam suscipere, ac naturales actiones suas exercere deberent. In aqua siquidem Pisces gignuntur, augentur, aluntur, vitam tuentur, generant, natant, spatiantur. Et hæc ad eò perfecta esse arbitror, ut nequeant calumniam sustinere. Atque secundum hanc interpretationem pie dicendum est loquutos fuisse priscos Patres, & ubi natatilia volatiliaque ex aquis, ac animantia terrestria ex terra compacta tradunt, non ex aqua sola, seu terra sola, sed ex humo, seu luto, hoc est, ex aqua terræ commixta, & ex terra permixta aquis, insita intus aëris, ignisque portione, effecta uoluisse, ea tamè conditione, ut in piscibus aqua affectione sua præpolleret, & in terrestribus terra crassitie sua magis appareret. De agente, & materia piscium, hæc, ceu apparatus quidam ad quintum & sextum diem, dicta satis.

a. In maxima uertate, quod id, saraz, uerbum indicat: unde & pisces animantium terrestrium genera excedunt.

AMBROSIVS Hexameron libro quinto, capite secundo.

Aduerte, ò homo, quantum plura in mari, quam in terris sint. Numera, si potes, omnia piscium genera, vel minorum, vel etiam maximorum: sepias, polypos, lithostracos, carabos, caneros, & in his innumerabilia sui generis. Quid dicam genera serpentium, dracones, murenas, anguillas? Nec prætermittam scorpiones, ranas, testudines, mustellas quoque, & canes maritimos, vitulos marinos, cete immania, delphinos, focas, leones. Quid attexam etiam merulas, turdos, pauos, &c.

VIELMIVS Lectione vigesima secunda.

Verbum (saraz) quod ponitur hic, Hebræis est in multitudine gignere. Voluit autem Deus, ut pisces ingenti numero essent: primùm quidem, quia elementum aquæ ualissimum est. Secundo, quia pisces breuioris uitæ, ut plurimum, sunt ob exiguum calorem, & exuberantem humiditatem. Tertio, quia minores esca mariorum

Gen. 2.

Pisces & aues ex humo compacti, sed diuerso modo.

Duplex interpretatio uerborum illorum; Producant aquæ.

Text. 49.

iorum sunt, & proinde, ne species aliquando diffluant, & pereant, incredibili numero eos esse iussit, & maiore profecto, uti D. Ambrosius arbitratur, quam sint animalia terra: licet Piccolomineus in illo suo libello Italico hæc existimet plura esse. Attestatur autem eorum multitudini ouorum copia quam cernimus, quanquam re vera permulta dilabantur: siquidem non omnia maris semine asperguntur, sine quo ouatio irrita fit.

P E R E R I V S Commentarijs in Genesim.

Quod autem hoc loco, secundum Latinam lectionem legitur; Producant aquæ reptile, maiorem Emphasim habet in Hebræo. Est enim verbum (saras) significans non quamlibet productionem, sed in maxima copia, ubertate, & abundantia, ceu scaturiginem, & ebullitionem quandam. Ut vel hinc probetur vulgo iactata opinio, & a sapientibus confirmata, multo uberiorem, & copiosorem esse piscium, quam cæterorum animalium generationem: cuius satis manifestum signum est, ingens copia ouorum, quæ in piscibus inuenitur, quo licet intelligere piscium quam aliorum animalium, & multitudinem, & varietatem esse maiorem.

A R I S T O T E L E S libro tertio de Generatione animalium, capite vn decimo, huius sententiæ assertor videtur.

Hinc etiam fit, ut multiformiora sint, quæ in humore gignuntur, quam quæ in terra, humor n. naturam habet ad effingendum efformandumque habiliorem quam terra.

Adnotes, quod multiformiora dixerit, non plura.

P L I N I V S libro nono, capite secundo; piscium genera in aquis, & plura, & maiora esse terrestribus fatetur, & huiusce rei causam talem deducit.

Causa evidens est humoris luxuria: pleraque etiam monstrifica reperiuntur, perplexis, & in semet aliter atque aliter nunc statu, nunc fluctu conuolutis seminibus, atque principijs: ut vera fiat vulgi opinio, quicquid nascatur in parte naturæ vlla, & in mari esse, præterq; multa, quæ nusquam alibi.

Clemens Alexandrinus libro sexto Stromatum, hanc difficultatem irrisisse alterum ex decem Gymnosophistis tradit, qui interrogatus ab Alexandro Magno; Terra ne, an mare, maiores, vel plures aleret animantes: Terra inquit, nam eius quoque pars est mare.

A U C T O R.

Duo ex his, quæ tradiderunt hi Patres, & expositores, perspecta, & explorata esse arbitror. Primum, quod uerbum Hebraicum (saras) productionem ipsam significet amplissimam & uberrimam, ceu scaturiginem, & ebullitionem copiosam. Hoc enim testati sunt, ut supra deducum est, Rabbini, & cuncti Hebraici idiomatis professores. Rursum pisces animantium terrestrium, seu alitum genera excedere clarissimum est, ut comprobarunt non tantum nostri, sed Aristoteles & Plinius naturalium rerum solertissimi indagatores, cuius rei plures causas ex ipsis possumus sic colligere. Primum, quia ut dixit Aristoteles, aqua seu humor ad efformanda animantia habilior sit quam terra. Deinde quoniam vastissimum sit aquæ elementum, quod piscibus replendum erat. Insuper quia pisces breuioris sint uitæ, ut dicebat Vielmus, ob exiguum calorem, & exuperantem humiditatem. Quapropter & feruentiores ad proliferationem esse debebant. Amplius, quod minores pisces pabulum sint maiorum, ideo ne species intereant, infinito ferè numero prodire necessarium erat. Accedit, quod ex humorum luxuria ouorum copiam maiorem emittant pisces quam aues, seu foetuum suorum quadrupedes. Adeo quod si plura oua non dilaberentur, ex eo, quod maris semine non aspergantur, in infinitum penè eorum numerus excreceret. Actandem, quoniam plura numero genera piscium homini esca sint quam auium, vel terrestrium animalium, quod omnibus experimento patere potest. Verum & pro huius rei comprobatione, quod scilicet pisces reliqua animantia multitudine superent, illud produci potest, maiorem esse in Mundo Marium, sinuum, lacuum, fluminum, paludum, quam terrarum amplitudinem, & aquas omnes piscibus esse cunctis in locis repletas; terrarum verò partes, maximè habitabiles, plerisque in locis animantibus destitutas. Rursum piscium turmas, & cateruas, immo exercitus innumerabiles in aquis natantes conspici, terrestrium animalium non ita acies cerni. Cæterum hoc loco diligenter nobis indagandum esset; Num aquæ ad Dei mandatum subito copiâ maximam piscium protulerint; an binos tantum in omni specie, seu etiam plures.

B A S I L I V S siquidem, ut venit mandatum Dei, & maria, & stagna, & fluuios, & lacus, & paludes, & gurgites, & amnes certatim partus effudisse dixit. Adiecit etiam.

Vniuscui-

Pisces plures
sunt quam ter-
restres ani-
mantes.

Producant aquæ reptile.

- Dixit aqua, & non aqua, quod differentiæ plurimæ sint aquarum, genera piscium diuersa proferentium.
- Reptilia aquarum idest pisces, qui proprie in aquis repere comperiuntur.
- Vel quia pisces sunt reptilia aquarum non terræ.
- Pisces omnes sub nomine reptilium à rependo appellauit, quod eorum genera omnia reptent, vel ut plurimum, & magis proprie, ut amphibia.

Vniuscuiusque generis nunc primitias quasi naturæ semina quædam oriri iubet: multitudo verò successio- ni postea asseruatur, cum genera singula necesse sit in multitudinem crescere.

Sed huius difficultatis diffinitionem ad eum locum referuamus, in quo exacte, num animantia bina in omni genere prodierint; an potius immenso numero locupletata, disputabimus.

a. Dixit aqua, & non aqua, quod differentiæ plurimæ sint aquarum, genera piscium diuersa proferentium.

V I E L M I V S Lectione vigesima secunda.

Dicit autem numero maiori, Aqua, quod est occulta quadam venarum, & meatuum continuatione, vna denique aqua sit, seinguntur tamen inuicem sibus, locis, saledine, & dulcedine, ac differentijs quibusdam occultis prodigijs, & admiratione dignis, quas persequuntur quidam latius, & D. Augustinus in libro de Ciuitate Dei aliquot recenset.

Meminit autem hoc loco Vielmus de fonte apud Garamantes interdum frigidus, & de fonte in Epyro in qua faces accenduntur, & accensæ extinguntur. Et post, cum demonstrasset aquora diuersa diuersos proferre genere pisces, concludit.

Dicitur igitur rectè est, Aqua, plurali numero, quod generatim omnes hodie vno Dei imperio facultatem acceperunt proferendi pro sua vna quæque natura, proque qualitatibus, & locis, varios multiformesq; pisces, quibus & repletæ subinde fuerunt, ac mirum in modum ornate.

Hæc adeo clara sunt, ut obseruatione non indigeant.

b. Reptilia aquarum, idest pisces, qui proprie in aquis repere comperiuntur.

G L O S S A Interlinearis.

Aquarum dicuntur reptilia, quia pauca repunt in terra, pedibus gradiuntur plura.

c. Vel quia pisces sunt reptilia aquarum non terræ.

H V G O Carenis in Postillis.

Reptile, idest, pisces, sicut enim terra habet sua reptilia, ita & aqua, scilicet pisces.

d. Pisces omnes sub nomine reptilium à rependo appellauit, quod eorum genera omnia reptent, vel semper, vel ut plurimum, et magis proprie, ut amphibia.

B A S I L I V S Hexameron Homilia septima.

Natatile quodcumque tandem illud est, siue id summam aquæ superficiem radat natando, siue immanens in aquam secet, in reptilis naturæ censum transit, quando per aquæ corpus se trahit, & si qua aquatiliū pedum futuris nituntur & incedunt. Horum enim pleraque sunt amphibia maxime, ceu sunt phocæ, crocodili, hippopotami, rana, & cancri. In his prærogativa nominis gaudet, quod suapte natura natatile est, ob id dictum est; Producant &c.

A M B R O S I V S Hexameron libro quinto capite primo.

Producant aquæ reptilia animarum videntium. Scimus reptilia dici genera serpentum, eo quod super terram repant: sed multo magis omne quod natat, reptandi habet vel speciem, vel naturam. Nam etsi in profundum

Anno Mudi
primo.
Die quinta.

Anno Mūdi.
primo.
Die quinta.

Reptile.

- a. Hoc est sine pedibus; quod pisces omnes pedibus careant, vel eos habeant exiguos, nec eis utantur dum natant.

fundum qui se demerserint, aquam videantur findere: tamen cum supra innatant, repunt toto corpore, quod trahunt super quadam dorsa aquarum. Vnde & David ait; Hoc mare magnum & spatiosum, illic reptilia quorum non est numerus. Quinetiam cum pleraque pedes habeant, & ambulandi usum, eo quod sunt amphibibia, quae vel in aquis, vel in terris viuunt, ut sunt phocae, crocodili, equi flumiales, quos hippopotamos vocant, eo quod hi generentur Nilo in flumine, tamen cum in alto aquarum sunt, non ambulans, sed natant: nec vestigio viuunt pedis ad incedendum, sed tanquam remo ad reptandum. Siquidem & nauis acta remis labitur, & aquas sulcat carina.

Glossa Locupletata hunc Ambrosij locum inferuit.

PROCOPIVS Commentarijs in Genesim.

Reptilia inquit. Nam omne natabile quodammodo reptat per aquam corporis quodam tractu. Sunt in aquis quadam animalia pedes habentia, & propterea partim in aquis, partim in terra degunt, ut phocae, peccines, crocodili, equi flumiales, ranae, & cancri. Verum in his excellit natatio.

AVGVSTINVS de Genesi ad literam tertio, capite octauo habet.

Quaquam enim sint & animalia terrestria quae repunt super terram, tamen ex multo maiore numero pedibus mouentur, & tam pauca fortasse in terris repunt, quam pauca in aquis gradiuntur.

Et de Genesi imperfecto, capite quartodecimo.

An quia sint alia, quae sub aqua in terris repunt? An sunt pennata in aquis, sicut pisces squamas habent, vel alij qui non habent, sed tamen pennis nituntur? Qui utrum inter volatilia hoc loco numerandi sint, dubitari potest.

D. THOMAS parte prima, quaestione septuagesima prima, argumentum quarto loco tale produxit.

Non omnes pisces reptant in aquis, cum quidam habeant pedes: Non ergo sufficienter productio piscium designatur in hoc, quod dicitur; Producant aquae reptile animae viuentis.

Cui sic satisfacit.

Dicendum, quod natura de vno extremo ad aliud transit per media. Et ideo inter caelestia & aquatica animalia sunt quadam media, quae communicant cum vtrisque, & computantur cum illis, cum quibus magis communicant, secundum id quod cum eis communicant, non secundum id quod communicant cum alio extremo. Tamen ut includantur omnia huiusmodi, quae habent aliquid speciale inter pisces, subiungit postquam dixerat; Producant aquae reptile animae viuentis: Creauit Deus cetera grandia &c.

D. BONAVENTURA secundo Sententiarum distinctione quintadecima.

Dicendum, quod in animalibus differt modus reptandi a motu gradiendi. Motus enim reptandi attenditur secundum tractionem: animal enim quod reptat, interius aliquam partem protendens, etiam cum illa aliquid apprehendens, trahit totum corpus suum post se, sicut patet in vermibus: motus vero gradiendi est per impulsionem. Quantum igitur ad ea quae natant, se trahunt, & protendunt anterius, & extendendo se ad anterius, quasi tenendo se ad soliditatem, vel grossiciem aquae, trahunt totum corpus suum, sicut patet in natantibus. Hinc est, quod omnia natantia dicuntur reptilia, etsi contingat ea aliquando gradi, sicut est in crocodilis, & aliquibus quae versantur in aquis, & in terra: denominantur tamen a motu, qui est eis magis naturalis, scilicet qui competit eis secundum habilitationem in aquis.

a. Hoc est sine pedibus; quod pisces omnes pedibus careant, vel eos habeant exiguos, nec eis utantur dum natant.

AVGVSTINVS de Genesi imperfecto, capite quartodecimo.

Ea quae natantia sunt animalia, reptilia sunt appellata, quia pedibus non ambulant.

LYRANVS in Postillis.

Reptilia dicuntur illa, quae non habent pedes: vel si habent, breues tamen, nec in altum eleuantur, & talia sunt, quae communiter habitant in aquis.

TOSTA

Anno Mūdi.
primo.
Die quinta.

Reptile.

- a. Quod naturalis gradiendi modus omnibus piscibus, sit aliquo modo reptare.

TOSTATVS in Genesim.

Animal viuens reptile, scilicet quod plures pedes habet valde paruos, super quos non eleuatur: sed oportet reptare super terram: vel animal quod nullos pedes habet, & talia morantur in aquis, ut communiter, licet aliqua reptilia sint in terra, ut serpentes parui, & vermes, in aqua tamen omnes pisces reptilia sunt, quia ventribus suis super aquas reptant, nec indigent pedibus, licet reperiatur aliqua species piscium, qui pedes habent, & aliquando in terra morantur, & aliquando in aqua, ut sunt crocodili, ut ait Isidorus de motu Etymologiarum, qui in flumine Nilo Aegypti plurimi sunt, & nocte de aqua exeuntes, segetes depascunt, & homines occidunt: horum tanta durities est, ut si magna lapidum mole eorum terga premanur, non sentiant: hos ferre pisces parui eorum teneritudines ventrium desiccantes occidunt.

a. Quod naturalis gradiendi modus omnibus piscibus, sit aliquo modo reptare.

D. BONAVENTURA secundo Sententiarum, distinctione quintadecima.

Animal aut mouet se anterius trahendo, & sic est reptile, siue sit in aquis, siue in terra. Aut impellendo, & hoc dupliciter: aut pedibus, & sic est gressibile: aut alis, & sic est volatile. Et sic patet pro quanto pisces dicuntur reptilia, & quod falsum est illud, quod primo proponitur, quod reptile distinguitur contra aquatile, immo est in plus. Reptile autem dicitur quadrupliciter: vno modo, quod se trahit vi oris, sicut vermes: alio modo, quod se trahit vi costarum, sicut serpentes: tertio modo, quod se trahit vi pinnularum, ut pisces: quarto modo dicitur reptile large, quod in mouendo se magnam partem corporis applicat terrae, quamuis habeat pedes, sicut lacertae, & Stelliones.

AE G I D I V S Hexameron secunda parte, capite trigesimo octauo.

Aduertendum ergo, quod cum sint distincta duo genera reptilium, quia quadam ventre & pedibus, quadam vero ventre, & pectore sint: possumus alia duo genera distinguere: quia quadam ventre, pinnulis, & etiam cauda reptant, ut pisces, qui reptando cum ventre non solum se iuuant cum pinnulis, sed etiam caudam firmantes in aqua, se agilius mouent per aquas. Vermes vero (qui ad quartum genus reptilium pertinere possunt) ora figentes in terra, totum reliquum corpus trahunt.

VIELMIVS Lectione vigesima secunda.

Sunt autem reptilia quacunque ita se loco dimouent, ut ventre, vel alia corporis parte a pedibus, sese propriant, siue illos habeant, siue non. Nonnulli vermes ore repunt, serpentes ventre & costis, pisces pinnulis, insecta quadam anulis: lacerta, crocodilus, Stellio, cancri, ventre & pedibus: quod (ut existimo) pedes habeant graciliores, quam ut tantam molem absque ventris auxilio mouere loco possint: quamobrem & cum pauore gradiuntur, ut mirum non sit reptilia Hebraeis dicta fuisse a pauore, & non in vniuersum omnia (ut arbitror) sed permulta. Nam possumus inde coniectari crocodilos non progredi semper cum pauore, & firmiores habere pedes, quod aliquando visi fuerint citissime currere, longioraque itinera (quae a flumine Nilo distant) ocyus conficere, quam credi possit: quamobrem & gloria symbola esse dicuntur, quod persequantur strenue fugientes, & aufugiant celeriter persequentes: quod saepe solet nominis gloria facere, & hanc esse causam puto, cur Moses natantia appellauerit generatim reptilia, quod etsi eorum quadam pedibus in fundo maris progrediantur, multo plures tamen ventre, branchijs, & pinnulis aditantur, ac sese propriant, & illa quae in fundo gradiuntur, cum in alto aquarum sunt, ita natant, ut repere videantur.

AUCTOR.

Si aequa lance librentur, quae Doctores isti tradiderunt, facilis sese offeret nobis harum interpretationum conciliatio. Animaduertendum est igitur, quod triplex cum sit gradiendi genus, pedibus solis, alis, & reptatione; si sumamus, Repere, pro omni genere

Triplex gradiendi eius.

Anno Mudi.
primo.
Die quinta.

Reptile animæ uiuentis.

a. *Idest, reptilia uiuentia.*

Cap 7.

genere reptandi: siue ore, ut repunt vermes: siue ventre & costis, ut serpentes: seu ventre & pedibus exiguis, ut lacertæ: siue pinnulis & cauda, ut pisces natant, certè reptilium nomen non tantum cuncta genera piscium, quæque illa sint, complectetur, etiam amphibia: sed præter vniuersa aquatilia (ut ita dicam) & cuncta piscium genera, pluralia adhuc sub nomine reptilium comprehenduntur. Significabit siquidem Reptile & comprehendet reptilia etiam terrestria, de quibus infra Moses; Producat terra inuenta, reptilia, & bestias terre: quorum terrestrium reptilium tria sunt genera, sicut Hugo noster Adnotationibus in Genesim luculenter edocuit. Et in hoc sensu postrema interpretatio proficiscitur; exponit siquidem reptilia, quod omnes pisces reptent aliquo modo, hoc est, vno horum quatuor generum reptationis, de quibus diximus. Ceterum si nominis huius, Reptile, significationem ad ea, quæ progrediuntur aliquo modo sine pedibus vllis, coarctemus, ac perstringamus, seu incedant pinnulis & cauda, seu ventre & costis, seu branchijs, tunc prima interpretatio amplexanda est. Sub nomine siquidem reptilium, omnia piscium genera concluduntur, cum omnia reptent, vel semper, ut genera illa piscium, quæ pedibus omnino carent; vel ut plurimum, & magis propriè, quoniam licet piscium nonnulla genera pedibus incedant exiguis, ut phocæ, crocodili, & cancri, siue in maris fundo, siue in terra: ut plurimum tamen & magis propriè reptant in aqua, eo quod suapte natura natatilia sunt, ut inquit Basilius, quamquam amphibia nuncupentur, hoc est, in utroque uiuentia elemento, in terra, & in aqua; seu in illis excellat natatio, ut adnotabat Procopius: & quamuis sint animalia media, computari attamen debeant cum illis, quibus magis communicant; hoc est, cum piscibus, prout diffiniēbat D. Thomas, denominarique debeant à motione in aquis, quæ eis est magis naturalis, ut edocebat D. Bonauentura; cum qua interpretatione proficiscitur & altera, quæ astruit cuncta piscium genera denominanda esse reptilia, hoc est, sine pedibus, quoniam illis careant, vel eos exiguos habeant. Repere enim, prout sine pedibus progredi significat, id ipsum est, quod pedibus carere, & orbari.

Pisces omnes
reptilia nuncupantur.

Concludamus igitur, quod generica uoce omnia genera piscium reptilia appellantur, in quantum reptare, & pedibus solis ambulare, uel alis uolare, inuicem seiunguntur. Quæ enim paruis pedibus uel in mari, uel extra gradiuntur, ut crocodili, & similes, non tantum pedibus, sed uentre etiam se impellunt. Quod si accipiamus, Reptile, pro eo gradiendi modo, quo sine ullis omnino pedibus animantia incedunt, adhuc sub reptilium nomine cuncta genera piscium comprehenduntur: quoniam etsi nonnulla quandoque pedibus breuissimis utantur, id non ut plurimum, nec ita propriè efficiant. Quapropter, cum piscium classes omnes, uel pedibus destitutas esse, uel debilibus progredi manifestissimè sit, sequitur, ut reptilia, hoc est, sine pedibus, quibus solis proficisci possint, nuncupari queant.

a. *Idest, reptilia uiuentia.*

VIELMIVS Lectione vigesima secunda.

Idiotismus Hebræorum est, quo ea quæ specie seiuncta sunt, singulari uoce generis, vno ueluti fasce complectuntur: sic volatile paulò postea pro uolatilia, & hic reptile pro reptilia dictum fuit.

Idest

Anno Mudi
primo.
Die quinta.

Reptile animæ uiuentis.

- Idest animæ sensu prædita, qua animal sentiens efficitur.*
- Vel animæ indita à Deo, non creatæ ex aquis, ut reptilium corpora.*
- Siue animæeductæ ex seminario, potentia actiua simul cum eis producta.*

a. *Idest animæ sensu prædita, qua animal sentiens efficitur.*

BASILIVS in Hexameron Homilia septima.

Nunc primum animatum fit, ac sensile creatur animal. Nam plantæ & arbores quamlibet dicantur uiuere, quod nutritiue facultatis actiueque participio gaudeant, at non ob id animalia sunt, neque anima informantur, eoque dictum est; Producant, &c.

Glossa Locupletata hæc ex alia editione.

PROCOPIVS Commentarijs in Genesim, capite primo.

Nunc demum animal sensitiuum in Mundum progreditur. Plantæ quoque uiuere dicuntur, quod habeant animam vegetatiuam & augmentatiuam, & quod sui simile procreare nouerunt. Ceterum nullus his inest sensus.

Clarissima sunt quæ Patres hi tradunt; Anima si quidem quæ in reptilibus uiget, anima sentiens est non vegetans tantum, ut ea germinum, & planetarum anima; nec ratione prædita, ut humana. In hacque rerum creaturarum emanatione, nunc primum anima quæ sensibus ornatur, exorta est.

b. *Vel animæ indita à Deo, non creatæ ex aquis, ut reptilium corpora.*

PROCOPIVS ubi supra.

Quod attinet ad aquatilia siue ad pisces, mihi uidetur ipsorum corpora dicta esse reptilia: ceterum eorum uitam, dici animas. Quamuis eorum anima rationis sit expers, attamen uitalem spiritum & uirtutem ipsorum corporibus largitur. Verum Deus non creauit ex aquis, ut eorum corpora, sic & animas: sed propria quadam uoluntate motus, animam & motum hisce indidit, cum prius non essent, & in hunc modum illorum corpora animauit.

c. *Siue animæeductæ ex seminario, potentia actiua simul cum eis producta.*

AVGVSTINVS ad Orosium, ut testatur Bonauentura loco mox citando.

Sicut semen cuiuslibet arboris quandam vim habet, ut cum corruptum fuerit in terra oriatur, & uirgultum producat; deinde ramus nihilominus cum stipite dilatetur in frondibus, deinde in eisdem floribus decorata fructificet: ita est in corpore (ut ita dicam) quoddam seminarium, unde suo tempore currente, prudentia Dei aliqua genera animalium oriuntur.

D. BONAVENTURA Sententiarum secundo, distinctione quinta decima, articulo primo, & quæstione prima, cum diuersas recitasset de prima brutorum animæ productione sententias, atque reiecisset, adiecit.

Et ideo est quartus modus dicendi, quod animæ, quæ sunt purè sensibiles, productæ sunt ex aliquo seminaliter, sed non materialiter: seminaliter (inquam) quia formæ sunt generabiles & corruptibiles per naturam: & ideo sicut aliæ formæ naturales non ex nihilo producuntur, sed ex aliqua potentia actiua in materia, ex qua sunt tanquam ex seminario: sic etiam intelligendum est in animalibus sensibilibus, quæ sunt formæ tantum, cuiusmodi sunt in brutis animalibus. Et ideo concedendum est animas sensibiles, siue animas brutorum esse ex aliquo, non, inquam, materialiter, sed seminaliter: quia cum anima sensibilis sit forma, non habet materiam partem sui: sed solum sit ex potentia materiæ actiua; quæ ab agente excitatur: & sic proficit quousque fiat anima: sicut globus proficendo fit rosa. Aliter tamen nunc producuntur ex illo seminario, & aliter in

hb primor-

primordio. Quia nunc producuntur ex seminario præexistente secundum sufficientem actualitatem: in primordio vero productæ sunt simul cum illo seminario: vel si seminarium illud aliquo modo præexistit ante diem quintum, in quo facta est animalium productio: in die vero quinto est ad completam rationem educum, ita quod data est virtus actiua naturæ, ut possit deinceps animalia quantum ad corpus, & quantum ad animam propagare & multiplicare.

DIONYSIVS Carthusianus in Genesim articulo decimotertio hæc sic obstrinxit.

Respondet Bonaventura super secundum, quod animæ primorum illorum irrationabilium animalium non fuerunt creatæ, sed seminaliter ex materijs suis productæ, tamen sine concursu causalitatis celestium corporum. Rationales enim, seminales, seu occultæ virtutes causales à principio sunt impressæ elementis, quemadmodum loquitur Augustinus; In corporis, iniquis, huius Mundi elementis semina quedam occulta latent.

AUCTOR.

Animæ brutorum quænam fuerit origo.

Theologi, & Philosophi, qui librato examine rerum naturas trutinaverunt, unde nam brutorum animæ originem duxerint, non conformi diffinire sententia. Censuerunt aliqui non fuisse illas exertas cõpactasve ex materie aliqua, cum formæ puræ, & simplices extant; neque ex præfeminario vlllo, cum non habuerint aliquod ante se præextas; sed in ipso exordio in primordialibus illis brutis, quæ sobolis brutalis origines fuere, fuisse animas à Deo ex nihilo creatas, illisquæ inditas. Deinceps verò in propagatione ipsorum traduci non per recisionem, sed per multiplicationem, quemadmodum ex accensa face absque lucis detrimento plures aliæ accenduntur. Quæ certe sententia in hoc, quod postremo attulit, maxima est redargutione digna, quoniam animam seipsam multiplicare, & transfundere, & aliam sibi cõsimilem generare, non potest nisi maxima caligatione improbabilitateque asseuerari. Dijudicarunt alij materiæ corporeæ iunctam esse materiem quandam spiritalem, ex qua brutorum animæ (quas ex materia spiritali, formaque constitui perhibent) depromuntur, quæ etiam materia spiritalis seminarium animarum censerit potest, cum ad gignendas eas animas inditam habeat propensionem. Cæterum & isti maximè hallucinantur, quoniam astruere spiritalem materiam, nec vita, nec operatione præditam, commentitium est. Deinde & pari Philosophia animam intellectu insignitam depromi ex illa posse, quis impiè autumaret. Rursum cum & materies illa spiritalis in materie corporea infidèret, ex ipsa pariter eam elici quis diceret. Dijudicarunt tandem alij, brutorum animas ex materie quadam spiritali compingi, quæ tamen seminaria eorum non perhibeat, quoniam cum ipsis concreetur & destruat. Propterea eas nunc etiam à Deo creati, sed non communicata illis incorruptionis natura. Verum & hæc sententia caligare ex eo demonstratur, tum quod creati à Deo animas brutorum corruptioni addictas, quemadmodum & animam humanam immortalitate donatam, non sit existimandum; tum quod materiem illam spiritalem creati, & statim euanescere non sit condecens, nec ipsius Dei rerum omnium sapientissimi factoris, nec naturæ respectu, quæ materiei ipsius generationem & corruptionem non agnoscit, quamvis ita accidere compositis & formis non reneat. Non est igitur, cur ab Augustino ut Patrum præstantissimo, & Bonaventura ut Scholastico clarissimo discédamus: atque ex materie elementaris potentia, ut aiunt, actiua brutorum animas, & primæua die & nunc promi perhibeamus, ea tantum interiecta discrepantia, quod occulta ea virtus principio à Deo fuerit indita, quæ nunc fiderum cõtione & influxu fouetur, & excitatur. Cæterum & Procopius fortè alludit sententiæ illi, quam Bonaventura primo loco adducit, quæ in prima productione brutorum animas ex nihilo prolataz censet, & deinceps in propagatione traduci multiplicatione, quemadmodum faces ex quo accensæ sunt sine sui imminutione in plures alias possunt se effundere, quæ à Doctoribus, ut dictum est, meritò repudiatur. Ad sanum attamen sensum redigi potest hæc sententia Procopij, si statuamus, Deum animasse brutorum corpora quadam morione, indidisseque illis animam, & motum, cum virtutem infudit, qua ex præfeminata illa vi in materia animæ profilirent. Plura de brutorum animatione differere possemus: sed ea Philosophis, & Scholis remittamus.

Quorsum

Animæ viuentis.

- Ut animam sensilem denotaret, quæ sola videtur viuere.
- Vel ut animam halantem significat, cum halitus sit vitæ sensilis inditium certum.
- Adiecit Viuentis, id est, non discernentis, ut eam distingueret ab anima humana.

Quorsum dixerit; Anima viuentis, & non animam viuam.

Cum ubi anima est, ibi etiam vita sit, quid est, quod adiecit, Anima viuentis? Nunquid reperiri potest anima sine vita? Superuacanea igitur ea vox videtur, & quid indiget indagandum est.

a. Ut animam sensilem denotaret, quæ sola videtur viuere.

AVGVSTINVS de Genesi imperfecto capite decimoquinto.

Eijciant aque reptilia animarum viuarum. Cur additum est, viuarum? An possunt esse animæ, nisi viuunt? An istam manifestiorem vitam commendare voluit, quæ in animalibus sentientibus, quoniam stiptes ea carent?

CAIETANVS insequutus Augustini placitum, adiecit.

Et dixit; Anima viue, vulgo sermonem conformando. Vulgus enim non existimat viuere, nisi ea quæ sentiunt. Propter hoc enim nomen animæ viue non attribuit superius vegetabilibus, sed reseruauit animalibus: ex sensu siquidem, & motu locali manifestatur anima viua vitalibus motibus manifestis: ad differentiam siquidem vegetatiue animæ, dixit; Animæ viue, tanquam vegetabilia viuant non per animam, sed per viriditatem.

b. Ut animam halantem significat, cum halitus sit vitæ sensilis inditium certum.

VIELMIVS Læctione vigesima secunda.

Animæ viuentis. Quid hoc est, auditores, an reperiri quidpiam potest, quod animam habeat, & minimè viuat, ut propterea Moses dicat; Anima viuentis? Certè ubi anima est, ibi quoque & vita est: superuacaneum ergo fuisse videtur addere, Viuentis: Caietanus dicit, Mosè sequutum fuisse vulgi sermonem, qui non nisi ea, quæ sentiunt, viuere putat. Sed & hic quoque dissentiri ab eo cogor, quod in neminem è vulgo vsque adeo obtusum & socordem aliquando inciderim, qui ita loqueretur, quique arbores, herbas, & frutices viuere, & mori rogatus, non fatcretur, ac nihilominus eas carere sentiente anima diceret, ut proinde vulgi sermo rejiciat hanc doctrinam. Dicendum itaque est, additum fuisse, Viuentis, pro sentientis: nec enim omnis anima sentit, etsi quelibet viuat: id verò satis declarat nomen Hebræum (Nepbes) quod nostri, animam, verterunt. Nam (uti docti testantur) significat halitum, aut rem quæ halitum habet, vel habuerit: certum est autem, cuncta quæ halant & spirant, viuere, non è contra: quare plantæ, etsi viuant, nec perceptiue tamen, aut sensitiue ob earum crassitiem, & materiam sunt, nec halant: ergo quod hic dicitur, Anima viuentis, reddi Latine poterat, Animæ halantis viuentis, & facta simplici vocum conuersione, viuentis halantis, seu spirantis animæ.

c. Adiecit viuentis, id est, non discernentis, ut eam distingueret ab anima humana.

RVPERTVS Commentariorum in Genesim libro primo, capite quadragesimo nono.

Cum autem dicit; Producat aque reptilia, quid opus est adijci, Anima viuentis, cum ipsum nomen reptilium viuentem animam satis exprimere possit? Etenim viuat, & sentit omne quod repit. Quamuis non omne quod viuat, repat, vel repere possit. Viuit nanque herba virens, & afferens semen, quam terra germinat: viuat omne lignum pomiferum, vel habens semen suum in semetipso, quod terra producit: sed vita huiusmodi sicut sine sensu, ita & sine motu est. At vero omne, quod repit (ut iam dictum est) etiam viuat. Quid igitur cum dixisset; Producant aquæ reptilia, addidit, Animæ viuentis? Videlicet, ut animam reptilium distingueret ab anima hominum. Cum enim dicit, Anima viuentis, subaudiri vult, & non etiam discernentis. Nam eo quidem vita reptilium vitam superat barbarum, atque lignorum, quod è sensibilibus est. Nam & illa viuunt quidem,

bb 2 sed

Anno Mudi primo.
Die quinta.

Anno Mudi
primo.
Die quinta.

Animæ viuientis.

a. *Animæ viuientis, non semper, sed cum corpore pereuntis.*

sed non sentiunt: verum longè inferior est, quàm vita hominis, quia non solum sic viuunt homo, vt sentiat, sed viuunt, & sentit, & quod dignissimum est, discernit. Hoc ergo cum dicitur; Producant aquæ reptilia, mox oportumè subiungit, Animæ viuientis: viuientis, inquam, tantummodo, non etiam discernentis. Itemque & volatile, subiungitur, producant aquæ animæ viuientis nihilominus, & non discernentis. Nam acutiùs quidem volatilia, quàm reptilia sentiunt, sed nihilominus discretione, vel ratione carentia sunt. Acutiùs autem illa sentire, non dubium est.

a. *Animæ viuientis, non semper, sed cum corpore pereuntis:*

H V G O Carenfis in Postillis.

Animæ viuientis, quæ tamen cum corpore moritur. Sola anima rationalis perpetua est; vegetabilis, & sensibilis cum corpore moriuntur, nec propriè dicuntur animæ, sed potentia quedam.

A U C T O R.

Quænam ex allatis causis, quare Moses voci Animæ adiunxerit Viuentis, sit verior, & probatior, non est cur prolixius disceptemus. Consentiant siquidem simul, additum fuisse Viuentis pro Sentientis; hoc est, vt indicaretur, eam animam, qua præditi sunt pisces, animam esse sensu insignitam. Cæterum consequentia illa, quam facit Rupertus, dum ait; Animæ viuæ, subaudire voluit non discernentis, impropria mihi visa est; neque enim sequitur, hoc viuunt, igitur non discernit. Et quanquam verum sit, quod homo non solum viuunt, ut sentiat, sed viuunt, & sentit, vt discernat, non tamen id potest colligi propriè ex additione illa Viuentis. Dicerem nanque in Scholis, quod illatio non ualet. Num verò animæ viuientis nomine intelligenda sit anima sentiens ex consuetudine vulgi, & insipientium, qui nil viuere existimant, nisi quæ sensu prædita sunt, vt tradidit Cæteranus: Num etiam interpretandum sit, Animæ viuientis, hoc est halantis, seu spirantis; quoniam animæ peculiare sit, quod halet, respiret, efflet, nam & Anima Nephes dicta est, quæ vox significat halitum, aut rem quæ halitum habeat, uel habuerit; vt docebat Vielmus, parum referre existimo. Censeo attamen maius indicium vitæ esse sensum ipsum quemlibet, quàm halitum: Animal etenim viuere, ex aliquo quinque sensuum indicio sapiùs & faciliùs quàm ex halitu percipimus. Sed quod maximum Vielmio faceffit negocium, est, quod non omnibus compertum sit, ac exploratum, pisces respirare, quinimò adsint præstantissimi, tum Philosophi, tum Patres, qui pisces respirare inficiantur. Quapropter pisces anima sensibili præditos esse, uel uiuere, ex halitu difficulter cognosceremus.

Num pisces spirent.

Controuersiam indagine dignissimam, & fortè inenodabilem, hoc loco exagitari compellor; Num pisces halitent, atque internos calores quoquo modo refrigerante quouis humore refocillent: Sed ab ea citiùs me absoluam.

Quod pisces spirent.

Plato in calce Timæi, & Galenus libro De vsu partium, pisces respirare tradunt. Plinius libro nono, capite septimo, pluribus id euincere nititur argumentis.

A L C H I M V S Auitus (vt nostros proferamus) Poëmata de initio Mundi, & primorum Parentum creatione, libro primo.

*Post etiam clausi vasto sub gurgite pisces
Respirant lymphis, flatusque sub æquore ducunt,
Quæque negant nobis, illis dant humida vitam.*

VIEL-

V I E L M I V S Lectione vigesima secunda.

Animæ viuientis, reddi Latine poterat, Animæ halantis viuientis, & facta simplici uocum conuersione, viuientis halantis, seu spirantis animæ. Et uide quomodo subtiliter Moses nos edocet pisces respirare.

Quod non spirent, quia pulmone carent.

Aristoteles è contra libro de Sensu & Sensili, pisces carere pulmone censuit, sublato quæ organo non posse respirare, consentaneum est.

B A S I L I V S Hexameron Homilia septima.

Ostendit tibi natatiliū animalium naturalem ad aquas affinitatem. Quapropter vel parum ab humoris natura pisces seclusi disperiunt. Non enim respirandi habent organū, quo hunc aërem attrahant: sed quod in terrestribus animantibus aër obtinet rationis, id est generi natatiliū aqua. Et causa est in promptu. In nobis enim est pulmo, viscus porro rarum, meatibusque multis patens, quod per ipsum pectus dilatatum, attractum recipiens aërem, internum diuentilat nostrum refrigeratque calorem. In illis autem dilatio, restrictioque; branchiarum attrahentium humorem reddentiumque, spirandi munus efficiunt.

A M B R O S I V S Hexameron libro quinto, capite quarto.

Neque enim vt omnia huius aëris viuunt spiramine, quia hauriendi spiritus & respirandi natura his non suppetit: alioquin sub aquis semper non possent uiuere, non capientes spiritus infusionem. Quod est nobis spiritus, illis est aqua: sicut nobis spiritus, ita illis aqua uiuendi subministrat substantiam. Nos intercluso commeatu spiritus, quia nec breui quidem spatio possumus exortes esse spiritus vitalis, statim extinguimur. Pisces quoque sublatis de aqua, sine substantia sui uiui esse non possunt. Et causa manifesta est, quoniam nobis pulmo per thoracis laxiora penetralia recipit spiritum: & cum sit ipse plerisque penetrabilis, spiritus infusione interiore calorem refrigerat. Thorax enim vt suscipit alimenta, ita superflua ciborum, & succos salubres, sanguinemque discernit. Fit pulmo peruius, unde facilius ad eum potest aspiratio spiritus peruenire. Pisces uero branchias habent, quas nunc plicant & colligunt, nunc explicant atque aperiunt. In hanc ergo collectionem & apertorem dum suscipitur aqua, & transmittitur ac penetrat, respirationis munus uidetur implere.

P R O C O P I V S Commentarijs in Genesim.

Cætera animalia, quæ prorsus destituunt pulmone, per quem aër hauritur, prorsus in aquis vitam agunt. Habent uero branchias, quibus excipiunt & emittunt aquam, sicuti nos aërem. Quapropter ubi primùm extrahita fuerint ex aquis, intercidunt.

A U C T O R.

Ego ab Aristotelis, ac Patrum præstantissimorum sententia non abscederem, ea potissimum ratione ductus, quod pisces pulmone carere experimento agnoscamus.

V I E L M I V S Præceptor meus, pugna pro Auicenna ac Plinio sumpta, Aristotelis ac Patrum basim, quod pisces pulmone careant, inanem reddere Lectione vigesima secunda conatur, dicens.

Nec obstat, quod Aristoteles de Sensu & Sensili obijcit eos carere pulmone: possunt enim vel branchijs attrahere aërem & emitere, uti Galeno uidetur: vel certa viscera habere, quæ pulmonis officio fungantur, quemadmodum Plinio placet. Quod Aristoteles quoque libro quarto de Historia Animalium uidit, aut denique habere foramina nonnulla angusta, ut hoc tempore quidam putant. Spirent igitur pisces, quanquam nec omnes, nec ita frequenter uti animalia cætera, quod frigidiores sint: quamobrem qui inter illos calidiores sunt, & affluentiore sanguinem habent, halant sapiùs quàm alij.

Sed his non permotus, cum Patribus persisto, primùm quia branchijs pisces attrahere aquam, non aërem, experientia docet. Deinde ea certè viscera, seu foramina angusta quis in ipsis adnotare potuit? Amplius, cum his Patribus arbitror, quod aër vel exiguus, uel nullus per gurgites aquarum diffundatur, vt pisces eum attrahere possint. Ratio quoque ab illis sæpius memorata, plurimi apud me est ponderis; nempe quod pisces ex aquis sublatis, ac in aërem delati, etiam si nulla eis inferatur lassio, mox intercidant, ac pereant; Quod quidem nec ambiente intemperie fieri potest, cum aër frigiditatem, seu caliditatem superexcedentem, seu alienam ab aquis non habeat; nec pabuli defectu, cum pabuli saltem diem superuiuere possint, nec respirationis, quod aër eis non deficeret. Sed hæc disceptare, non est nostri negotij.

Pisces non respirant.

Dixit

Anno Mudi
p̄mo.
Die quinta.

Reptile animæ viuentis.

- a. Dixit animarum viuarum, non animam viuam, propter imbecillitatem sensuum in piscibus, & memoriæ carentiam.
b. Dixit reptilia animarum viuarum, idest, in animabus viuæ repentiæ.

a. Dixit animarum viuarum, non animam viuam, propter imbecillitatem sensuum in piscibus, & memoriæ carentiam.

BASILIVS Homilia octaua Hexameron causam indagat, quorum aqua reptilia animarum viuentium, terra autem animam viuentem educere iussa sit. Atque hæc habet.

Cur autem aqua quidem reptilia viuentium animarum, tellus autem viuentem animam educere iussa est? Arbitramur natura quidem naturam imperfectioris quodammodo participem esse vitæ: quippe cum in humoris crassitudine degant. Nam & auditum obtinent grauem, & aspectum hebetem, cum per mediam aquam videant. Adde memoriæ ferè nullam in illis esse, neque imaginationem, neque consuetudinis aut familiaritatis ullam cognitionem. Quapropter oratio quasi demonstrare videtur, in aquatilibus quidem carnalem vitam, animalium motuum principem esse: In terrestribus autem animantibus, cum perfectiora vita prædita sint, principatum vniuersum subindicat animam obtinere.

b. Dixit reptilia animarum viuarum, idest, in animabus viuæ repentiæ.

AVGVSTINVS de Genesi ad literam libro tertio, capite octauo, simul & superscriptam in interpretationem reprobat, & hanc interijcit. Refutans primam quantum ad eam partem, quod pisces crassiores gestent sensus, ait.

Nonnulli putant propter sensus tarditatem animalia non animam viuam, sed reptilia animarum viuarum appellata: sed si propterea sic appellarentur, aibus daretur nomen animæ viuæ. Cum verò & ipsa volatilia dicta sunt sicut illa reptilia, ut subaudiatur animarum viuarum.

Suam autem deferens sententiam, ait.

Fatendum est, ut arbitror, ita dictum, ac si diceretur, quæ sunt in animabus viuæ reptilia & volatilia: sicut dici possit ignobilia hominum, ut intelligeremus, quicunque sunt in hominibus ignobiles: quanquam enim sint & animalia terrestria, quæ repunt super terram, tamen ex multo maiore numero pedibus mouentur, & tam pauca fortasse in terris repunt, quam pauca in aquis gradiuntur.

Rediens deinde ad improbandam alteram partem, quod pisces scilicet memoria careant, adijcit.

Nonnulli autem putauerunt propterea non animam viuam, sed reptilia animarum viuarum pisces appellatos, quod eis memoria nulla sit, vel aliqua vita velut rationi vicinior.

Experimentum autem ab ipso memoratum post deducemus, cum de his iudicium nostrum proferemus.

GLOSSA Ordinaria ex Augustino.

Animæ viuentis, idest, quæ sunt in animabus viuæ: sicut dicitur; Ignobilia hominum, idest, qui sunt in hominibus ignobiles. Quod quidam propter tarditatem sensus putant dictum esse, vel quia pisces nullius sint memoriæ: sed certissimum est eos habere memoriæ.

AUCTOR.

Augustini interpretationem, non quidem tanquam à vero labentem, reprobarem, at non ita accommodam eam esse pronunciarer. Interpretari vti que possumus; Reptilia animarum viuentium, idest, quæ sunt in animabus viuæ repentiæ; sed causam certè nobis non referat hæc interpretatio, quorsum dixerit Moses; Reptilia animarum viuarum, & nõ Reptiles animas viuas; Cum enim vatis Mosi loquutio ex Spiritus Sancti afflatu

afflatu dictata sit, consentaneum videtur estimare, quod hic loquendi tropus aliquod nobis arcanum portendat, & pandat. Cæterum in his, quibus alteram infestat, vexatq; interpretationem, non mihi videtur eam ad eò labefactare, & infringere, quin sectanda sit, atque ut vera, & huius loci genuina recipienda. Augustinum uoluisse hoc loco Basilium redarguere non assero; sed quantum ad rationem ab Augustino productam spectat, (seu modò Basilium, seu alios reprehendere voluerit,) non mihi videtur valde firma consistere. Dixerat Basilus, seu prima interpretatio; pisces gestare sensus crassiores, & hebetiores, ob idque dictum esse, Reptile animarum viuentium, non animas viuas. Carpit hanc rationem Augustinus ea de causa, quoniam hoc loco per reptile animæ viuentis, Moses non tantum pisces, verum & alites intellexerit: alites verò non hebetes, & crassos, sed alacres, uiuaces, ac præclaros habere sensus, certè claret & liquet. Veruntamen hæc à D. Augustino illata ratio non infringit, nec elidit primam assertionem; Reptilium siquidem nomine intellexit Moses pisces tantum; animæ viuentis adiectio, solis reptilibus adijcitur non auibus. Duorumque genera animantium seunctim producta Moses dixit ex aquis, pisces, quos reptilia animæ viuentis nuncupauit, & aues, quas volatiles dixit. Quod si editioni nostræ deesset uerbum Volit, ut plures ex nuperis putant, nulla superesset Augustino ratio, qua hoc dicere posset. Enim uerò quod pisces sensus tardiores, crassioresque ferant, apud omnes exploratum est; & quod magis ad rem facit, quam plures non omni sensu gaudere comperiuntur. Piscium nanque plura genera vnicum sensum habere, in cõfesso est, ut ostracoderma omnia, nec ob id animalia esse desinunt, cum ad efficiendum animal sufficiat tactus. Plura etiam genera præter tactum pollent gustu, quod ex delectu ciborum, quem habent, cernitur; pollent & visu, cum oculis, & ijs quidem non otiosis (Natura enim nihil ociosum agit) prædita sint. Nonnullos adhuc & quamplures pisces auditus non esse expertes experimur. Mugil siquidem, lupus, salpa, thunnus (si Galeno, Plinio, & Alberto credimus) egregiè audiunt, & pisces à uoce cõterritos, ex qua parte uox ipsa perfonuerit, elabi conuemur. Quantum uerò ad odoratum attinet, experientia ipsa confirmat, escam eos priusquam illam ore deglutiant, olfacere, nec omnes pisces una esca capi, sed multiplici, & uaria, ac post somnum olfactu duce cibum eos quaritare, piscatores obtestantur. Sed in dubium esset uertendum, Nùm pisces aliqui cunctis sint cohonestati sensibus, & quinam quinque vel quatuor, vel tribus, seu duobus, siue uno duntaxat sensu decorentur. Verum de perfectione animantium, & piscium imperfectione disceptabimus infra.

AVGVSTINVS primam pariter assertionem secundo loco reprehendebat, in eo uidelicet, quod dixerat pisces memoriæ ferè expertes esse. Hæc autè contra ipsam adijciebat.

Sed fallit eos experientia minor. Nam quidam scripserunt, quæ animaduertere potuerunt in uiuarijs piscium, multa miranda. Sed etiam si falsa scripserunt fortè, memoriæ tamen pisces habere certissimum est, quod ipse sum expertus, & experiantur, qui possunt, & uolunt. Nam fons quidam magnus Bullensium regionum, ferè plenus est piscium. Solent autem homines desuper intuentes eis aliquid iacere, quod sibi vel præcipiant confluente, vel inter se diripiant concertantes. Quo pastu assuefacti, deambulantes super oram fontis hominibus, ipsi quoque cum eis congregati natando eunt, & redeunt, expectantes ut inde aliquid iactent, quorum præsentiam sentiunt. Non itaque frustra mihi uidetur aquarum animalia sic appellata reptilia, quemadmodum & aues volatilia: nam si vel nulla memoriæ, vel sensus tardior, animæ viuæ nomen repulisset à piscibus, volatilibus certè adhiberetur, quorum vita in oculis nostris est, memoratu garrula, & in nidis construendis, educandisque fetibus solertissima.

VIELMIVS Lectione uigesima secunda.

Porro autem si omnibus sensibus præditi sunt, ergo extimationem quoque, atque memoriæ, ut habeant (nisi fallor) oportet, tametsi Plutarco secus uisus est in libro, Vtrum sint aquatica prudentiora terrestribus, cui & Magnus Basilus in explicatione operis diei sequentis subscribit. Etenim quibus omnes sensus insunt, existimatiua quoque facultas & memoriæ adsunt. Quanquam præterea contra Plutarchum D. Augustinus libro tertio super Genesim, Plinius libro nono, Aristoteles libro sexto, Lucianusque in Sermonè de Syria Dea sentiunt. Etenim non semel fuisse perspectum in uiuarijs dicunt, pisces quosdam cum deambulantes hominibus deambulasse, uocatosque & in clamatos aduentasse ad manum: quod & Cicero in quadam Epistola ad Atticum testari uidetur. Et non desunt auctores, qui scribunt, Marcum Crasum extimam Murenam fleuisse, & tumulo cobonestasse, quod ad eius manum, cum iuberet, ultro ueniret. Et Hortensium similiter ferè effecisse,

Pisces sensus habent, sed crassiores, & obtusiores.

cum

Anno Mūdi
primo.
Die quinta.

Reptile animæ viuentis.

a. *Dixit, Anima viuentis, & non animam viuam, vt denotaret imperfectiores esse pisces cæteris animantibus.*

cum aliam Murenam, quam magnopere adamabat, mortuam conspexisset. Sed & Cælius Rhodiginus Lætionum Antiquarum libro decimo octauo, ex Xenophonte refert fuisse in Syria amnem, in quo viderentur pisces miti, mansuetoque ingenio, quos propterea Syri Deos esse existimabant, ac nunquam lædebant. Denique trita illa sunt, quæ de ingenio, humanitate, disciplina, consuetudineque & societate Delphinarum cum pueris & hominibus Herodotus, Appion, Plinius, & cum primis Gellius memorie tradiderunt: & si non insulsis Scriptoribus fides adhibenda est, humano quoque more concumbunt.

A V C T O R.

Pisces habent
phantasiam,
& memoriã,
sed debiles.

Non admodum difficile est hos Patres & alios de hac re disceptantes conciliare. Pisces phantasia, & memoria certè pollent, sed vtraque longè crassiori, ac obtusiori quàm sit in animantibus, ob redundantem in eis humiditatem, quæ vires illas aded obruit, ac obtundit, ut ferè eis carere uideantur. Euincitur hoc primò ex Naturæ institutis; etenim quibus quinque insunt sensus, æstimatiua eis quoque, ac memoratiua, ut ad sint, necesse est. Deinde id placuit Aristoteli libro sexto, ac Plinio libro nono, & Augustino tertio de Genesi ad literam, capite quinto. In uiuarijs quoque experimento comprobatum est, pisces ubi audierint homines aduentare, cum deambulanti bus deambulare; gregatim natantes expectare, ut illi sibi aliquid iactent, quorum præsentiam sentiunt. Hocque non alia ratione fieri potest, quàm ex memoria eius consuetudinis, qua homines proijcere aliquid eis consueuerunt. Quòd escam illatam, uel percipiant confluentes, uel inter se diripiant concertantes, hoc Augustinus in fonte magno Bullensium fieri tradit, & ego sæpius in uiuarijs hortorum Barchensium me conspexisse fateor. Sed illud longè mirabilius, quod Cicero in quadam Epistola ad Atticum testatur, pisces uocatos accurrisse, ad manumque aduentasse, & ex ea cibum sumpsisse. Marcum Crassum, & Hortensium, Murenas, quòd in clamata ultro ad manus uenirent, aded ad amasse, ut extinctas fleuerint, & tumulo cohonestarint, tradunt præclari auctores. Atque, ut reliqua prætermittam, nonne Herodotus, Plinius, Appion, Gellius, de ingenio, humanitate, familiaritateque Delphinarum cum pueris, & hominibus mirifica enarrant? Sed hæc etsi mira sint in piscibus, raro attamen eueniunt, nec absque plurima hominis industria, nec etiam æquari possunt Canis fidelitati, Camelorum discipline, (quos memorarunt Basilius & Ambrosius) Elephantorum docilitati, uel Equorum mansuetudini. De quibus non est nostrum disceptare.

Horti Barchenses mira
amicitate
celebres in agro
Brixienfi
in paternis
prædijs Auctoris.

a. *Dixit, Anima uiuentis, et non animam uiuam; ut denotaret imperfectiores esse pisces cæteris animantibus.*

L Y R A N V S in Postillis.

Dicitur etiam hic reptile animæ uiuentis, ita quòd uita animalis ponitur in obliquo, ad signandum quòd uita est imperfecto modo in piscibus respectu hominum, & animalium.

Pisces animantibus alijs
sunt imperfectiores.

Conueniunt omnes tam Philosophi, quàm Patres, Theologi que, quòd pisces animantibus sint longè imperfectiores. Colligere igitur mihi sufficiat ex pluribus causis, quibus id existimandum sit. Primò temperamentum corporis piscium longè crassius extat, imperfectiusque quàm auium, ac terrestrium, cum aère & igne, que actuosiora sunt elementa, minus polleant. Huius rei indicium est exiguum alimentum, quod pisces præbent homini. Deinde figuratio, ac digestio membrorum longè indistinctior, ac obscurior est in piscibus, quàm in animantibus: cum pisces mole amplissimi potius carneam rudemque

Anno Mūdi.
primo.
Die quinta.

Et uolatile super terram,

Aues cum piscibus creantur.

a. *Quòd maxima sit cognatio inter aues & pisces, ex eo quòd plurima genera alitum natent ut pisces.*
b. *Vel quia maxima sit similitudo inter uolatum auium, & natationem piscium.*

rudemque massam præferant, quàm corpus suis organis eleganter dispositum, ac distinctum. Adijcias, quòd plura sunt piscium genera, quàm animantium, quæ non cunctis cohonestata sint sensibus. Amplius, cuncti ferè pisces externos sensus imbecilles, crassos, ac tardos ferunt; tum quia organis minus vigescentibus tanquam humore obrutis sunt præditi; tum quia sensatio ipsa in aqua quàm in aère crassior, exiliorque fiat, ut tradidit Basilius, nec Augustinus negauit. Rursum, memoriã & imaginationem (si qua eis inest) longè rudiorem habere ac tenuiorem demonstrant pisces quàm animantia terrestria; Adhuc, ut in pluribus, nec mansuescere, nec edoceri vix possunt, quasi humani consortij incapaces, & docilitatis expertes. Nam quæ de Delphino ab Herodoto, Appione, Plinio, & Gellio traduntur, singularia sunt vnus piscis vel paucorum, & eadem ac multò maiora de infinitis propè animalibus enarrari potuissent. Tandem, ut adnotauit Caietanus, genus piscium ferè totum ouiparum est, & non uiuiparum; animalia autem uiuipara; hoc est, animal producentia: Dixi ferè, quoniam nonnulla piscium genera animal parere, Basilius, & plures alij prodiderunt.

De genesi Auium.

Cum ad Auium natalia enarranda peruenerimus, illud primò occurrit disceptandum; Quorsum Deus simul in creatione iunxerit pisces & aues, eosque & eodem die, & eodem præcepto, eademque origine condiderit.

a. *Quòd maxima sit cognatio inter aues & pisces, ex eo quòd plurima genera alitum natent ut pisces.*

PHILO de Mundi opificio.

Mox autem genera uolucrum creauit, tanquam germina aquatilium: vtraque enim natalia.

AMBROSIVS illud ipsum adnotauit Hexæmeron libro quinto, capite decimo quarto.

Pulchrè autem post descriptionem piscium, de ijs auibus, quæ assuetæ sunt aquis, sermo successit, quia & ipse similiter vsu natandi & munere delectantur. Vnde & prima cognatio videtur auibus istis esse cum piscibus, quoniam natandi communia quedam videntur vtriusque generis esse consortia.

b. *Quòd maxima sit similitudo inter uolatum auium, et natationem piscium.*

AMBROSIVS loco præcitato.

Secunda quoque cognatio omnibus auibus, & piscibus est, eò quòd uolandi vsus species sit natandi. Sicut enim aquam natando piscis incidit, ita auis aërem uolatu celeri secat. Atque vtrique generi similiter cauda suppetit, alarumque remigium, ut pisces ad priora se alis subrigant, atque ad vteriora procedant. Caudæ quoque gubernaculo, vel quòd uelint se facile conuertant, vel impetu quodam è regione iter suum dirigant. Aues quoque aëri uolatibus suis uelut aquis innatant, & quasi quadam extendunt brachia. Cauda quoque se uel ad superiora subrigunt, uel ad inferiora demergunt.

Anno Mūdi
primo.
Die quinta.

Et uolatile super terram,

Aues cum piscibus creantur.

- a. Quòd inter aquam, & aërem, quæ exornantur hoc die, maxima sit sympathia.
- b. Vel quia aër & aqua simul media sint elementa.
- c. Seu quòd pisces & aues, ex vniuerso suo genere sunt imperfecti.
- d. Sive quia ratione materiae & finis, conueniant pisces & aues.

a. Quòd inter aquam, & aërem, quæ exornantur hoc die, maxima sit sympathia.

A V G V S T I N V S prolixius hoc exposuit, sed præcipue libro tertio de Genesi ad literam, capite septimo, ita concludens.

Aquarum enim natura bipartitum locum sortita est: inferiorem scilicet in vnda labili, superiorem verò in aura stabili, illum deputatum natantibus, istum volatibus.

I V N I L I V S pariter, vt supra etiam relatum est.

Post ornata quarta die faciem Cæli luminaribus, ornantur consequenter quinta inferiores Mundi partes, aqua videlicet, & aër his, quæ spiritu vitæ mouentur: quia & hæc elementa, quadam quasi cognatione copulantur, cum aër exhalationibus pinguescat.

b. Quòd aër & aqua simul media sint elementa.

Afferbant id Magister, Albertus, Lyranus, & alij.

D I O N Y S I V S quoque Carthusianus in Genesim artic. tertio decimo.

Quemadmodum sepius tactum est, nunc ordinè condecenari describitur ornatus duorum mediorum elementorum, videlicet aque, & aëris, per hoc quòd iam describitur productio animalium, quorum quedam mouentur in aqua, quedam in aère.

c. Quòd pisces & aues, ex vniuerso suo genere sunt imperfecti.

C A I E T A N V S hanc retulit causam.

Inxit autem Moses piscibus volatilia, non ratione productiui vniuersi (quòd oppositum inferius explicatur) sed ideo sub vno eodemque die comprehendit, quia tam pisces, quàm volatilia ex vniuerso suo genere sunt animalia imperfecta. Quòd ex eo manifestè patet, quòd nec piscis aliquis, nec volatile aliquod animalificat in se ipso, sed tantum ouiscat. Dixi autem ex vniuerso suo genere, ad differentiam animalium terrestriū, quorum aliquibus tantum conuenit non animalificare in se ipso.

d. Quòd ratione materiae, & finis conueniant pisces et aues.

D. BONAVENTURA Sententiarum libro secundo distinctione quintadecima.

Primus autem ordo attenditur secundum exigentiam finis, & materiae, & quia volatilia, & natatilia ex aquis producta sunt (prout aqua communiter accipitur ad humorem, & vaporem) & sunt ad ornatum naturæ perspicue, ideo sacra Scriptura dicit ea esse facta vno die. Quia verò gressibilia non solum rationalia, sed irrationalia ad ornamentum terræ spectant, & ex eadem materia sunt producta, scilicet terra, ideo non eodem die, sed alio à prædictis facta sunt.

A U C T O R.

Colligamus igitur, aues piscesq; simul vna die, vnico præcepto, & vnico principio pluribus de causis prodijisse. Primò, quoniam inter eos cognatio intercedit; plura siquidem auium genera natant, ac simili piscium motu feruntur, cum illi pinnulis & cauda sine pedibus per aquas natent; isti alis, & caudis nullo pedum suffragio per aërem volitent. Hæc tulit Ambrosius. Adijci etiam potest, vt adnotauit Vielmus, quòd vtræque

Anno Mūdi
primo.
Die quinta.

Et volatile super terram.

a. Primum pisces producuntur, deinde aues, quòd imperfectiores sint pisces quàm aues.

vtræque species in multis conueniunt, nam vtræque auribus carent, & meatus in vtrisque aurium officio funguntur, teste Aristotele secundo de partibus animalium. Vtræque vesicam non habent, ex tertio de partibus Animalium: Vtræque mammas non exporrigunt, ne volatus, aut natatus impediatur, propterea nec lac emittunt, tertio de Historia Animalium capite decimo quarto. Insuper sunt auium plura genera, quæ in aquis versantur, vt adnotauit Ambrosius, & piscibus vescuntur, & per amnes, lacus, sinus natant, vt Alciones, Smergi, Fulicæ, Ardeæ, Anseres, Cygni, Grues. Harū auium mores, Ambrosius capite decimo tertio, describit, easque amphibia nuncupat. Non prætermittendum, quòd inter vtrūq; elementū arctior sit affinitas, cognatio, & sympathia, vt Augustinus, & Lunilius adnotarunt, quæ, ut ambo simul exornarentur, exposcebat. Vtrumque enim humidum (si de aère hoc infero uaporibus aqueis commisto sermonem facimus) Vtrumque molle, vtrumque permeabile, vtrumque perspicuum, vtrumque simul obscuratum, vel illustratum, vtrumque ventis simul agitatum, ac conuictatum videmus; Quare & vtrumque simul locupletari venustarique debuit. Rursum media ambo sunt elementa, tandem tūm pisces, tūm aues terrestribus animalibus longè sunt ignobiliores, prodeuntq; ex eadem aquarum matrice, vt elementa exorantur perspicua, & lucis susceptibilia.

Cap. 12.

Aeris & aque
affinitas.

a. Primum pisces producuntur, deinde aues, quòd imperfectiores sint pisces quàm aues.

D. BONAVENTURA libro Sententiarum secundo distinctione quintadecima.

Secundus autem ordo, qui est inter ea, quæ producta sunt eodem die, attenditur secundum præcellentiam perfectionis nature: prius enim producitur, quòd imperfectum est, & deinde quòd est perfectum: quia is est ordo, vt à minus completo perueniatur ad magis completum: & ideo Scriptura prius dicit esse producta natatilia quinto die, quæ sunt minus perfecta, quàm volatilia: & similiter in sexto die prius dicit esse producta irrationalia, quàm homo, quamuis multiplex possit assignari ratio, quare homo post creaturas est productus.

C A I E T A N V S.

Inchoauit autem à piscibus, & ascendit ad volatilia: quia pisces sunt imperfectiores auibus, quòd manifestè patet ex eo, quòd pisces habent minus distincta membra.

V I E L M I V S Lectione citata.

Et volatile super terram sub firmamento Cæli. Ab aquis ad aërem, hoc est, à piscibus ad aues, tanquam ab imperfectioribus ad perfectiora animalia nunc opifex conscendit, quòd Philo dudum quoque adnotauit. Sunt enim membra auium inuicem magis distincta, quàm piscium: quòd satis demonstrat eas esse perfectiores.

A U C T O R.

Non prætermittenda est difficultas; Quorsum cum eadem die auium & piscium efformatio contigerit, pisces ante alites producantur, præcipue cum præstantius, & Cælo proximius sit aëris elementum, quòd auibus uenustabatur, quàm aqua, quæ piscibus decorabatur; longè etiam perfectius animal auis quàm piscis censeatur. Assero itaque aues & pisces vnico, & eodem forsitan momento productos fuisse. Ex

Anno Mudi
primo.
Die quinta.

Et volatile super terram.

a. *Aues specimina sunt aëris, & non terræ, quanquam quiescant in terra; quia animantia dicuntur elementorum illorum decus, in quibus mouentur.*

Aues præstantiores piscibus.

humo nanque in superficie aquarum sita, ad Dei præceptum enati, & pisces repente se immerfisse gurgitibus, & aues ad supera euolasse creduntur, vt tradidit Ambrosius. Sed admittamus effectam prius emolitionem piscium, quam auium; id vtiq; contigit; quoniam in hac rerum confectione, ab imperfectioribus ad præstantiora semper conscenditur: Præstantiores autem aues esse, quam pisces, plura certè demonstrant: quòd scilicet præstantius elementum, aërem nempe, inhabitant: Vnde & Deus bipedes eas fecit, ne nimio onere grauarentur: suffulfit plumis & alis, vt in altum sublata, aërem secare, ac permeare possent: Quòd ex præstantiore elemento ipsarum corpora compingantur, non exuperante in ipsis humido, sed aëre, & igne actuosioribus elementis: Quòd distinctiora, & vigorosiora ferant corporis membra, & sensuum organa: Quòd ampliori numero aues, quam pisces, omnibus ferè sensibus prædita sint; præcipueque auditu, & visu polleant, seclusis quæ ex putri gignuntur; nam hæc cuncta propè, auditu & memoria carent: Quòd memoria magis aues, eaquæ perspicaciori insigniri perspectum fit, idcirco & mansuescere, ac tractabiles fieri plures earum videamus: Quòd adeo ingenio vigeant, vt institutione & disciplina humanas voces sic assequuta sint, vt homines, ac magnos Reges sæpe fefellerint; inter quas habentur insignes, Montanus, Pica, Merula, Pitracus: Quòd tandem potiora deferant aues hominibus beneficia, quam pisces, cum nò modò salubriorem illis sint in escam, sed etiam permultam tam aquatiles, quam terrestres garritu & relatu, hominibus non modicam deferant delectationem, & futura nobis, ut internunciè indicent, & imminentes serenitates, ac tempestates præsignent: cum enim ad tutiora loca se recipiunt, aëris immutationes præmonstrant, nam eas præsentientes ab assuetis locis commigrant, ut Aristoteles libro nono, capite primo, & frige simoprino: & Cicero libro primo de Diuinatione, adnotarunt. Perspicuum est siquidem & gallos aëris immutationes, & noctis vigilias pronuntiare. Sed hæc fusius differere, alterius est negocij. Nec prætereundum, quod scitè animaduertebat Albertus magnus.

a. *Aues specimina sunt aëris, & non terræ, quanquam quiescant in terra, quia animantia dicuntur elementorum illorum decus, in quibus mouentur.*

ALBERTVS Magnus prima parte Sūmæ de quatuor Coequæuis, quæstione duodecima, articulo quintodecimo.

Dicendum, quòd motus auium est in aëre, & quies in terra: & istud elementum dicitur ornari illo genere animalis, quod est locus motus eius, & non quietis. Vnde plantæ à Sanctis dicuntur non pertinere ad ornatum, quia immobiles sunt secundum locum: omnia enim natatilia generaliter pertinent ad ornatum aquæ: & volatilia ad ornatum aëris: & gressibilia ad ornatum terræ. Natatilia enim non natant, nisi in aqua: & volatilia non volant nisi in aëre: & gressibilia non gradiuntur nisi in terra.

Et volatile super terram sub firmamento Coelli.

Hebraica Lectio hæc est, Veoph ieopheph al haarez al pene reKiiaa hafamaim, hoc est (Lippomano interprete) Et volatile volet super terram super faciem firmamenti Celi. Chaldaica

Anno Mudi
primo.
Die quinta.

Et volatile super terram.

- a. *Legendum; Et volatile volet.*
Aues ficuti & pisces genita dicuntur ex aquis.
- b. *Ex conuenientia quam habent in natando & volando.*

Chaldaica lectio sic legit; Et auem, quæ volat super terram, super faciem aëris firmamenti Cælorum. Græca editio Septuaginta; ουι περυνα περομενα εν τη γη κατα τω στερεωτατι ορασα. Hoc est; Et volatilia volantia super terram, secundum firmamentum Cæli. Vulgata editio nostra, vt supra scriptum est, habet; Et volatile super terram sub firmamento Cæli. Pagninus & Vatablus; Et volatile volet super terram in superficie expansionis Cæli. Ita & Lusitanus. Caietanus Commentarijs in Genesim; Et volatile uolabit super terram, super facies extensionis Cælorum.

a. *Legendum; Et volatile volet.*

CAIETANVS.

Ex eo autem quod subdit; Et volatile uolabit, excluditur sensus vulgata editionis sonantis, quòd aquis datum est producere etiam volatile.

STEVCHEVS in Cosmopeia.

Deinde quod ait; Et volatile, quasi referatur ad creationem aquarum, Hebraicè, Et volucris volet, vt si locum ipsum consulas, non videatur ad creationem aquarum referendum. Separatim enim præcipitur, vt aquæ ebulliant piscibus omnigenis, & vt volucres volent super terram; vt non cogaris ex aquis volatilia producere.

RABBINI in Observationibus.

Volatile super terram. Hebraicè legitur; Volatile volet super terram. Est autem singulare pro plurali, Volatilia volent.

LIPPOMANVS his assentit, & adiicit,

Quòd si Hebraicam sequuti fuerimus literam, non cogimur aues ex aquis productas credere.

Quanquam hæc diuersæ editiones in multis discrepent, vnum tamen duntaxat mihi maximū facere videtur discrimen: Num legendum sit verbum illud, Volet, hoc est, Volatile volet, sicut tot Doctores ex Hebraico textu eliciunt; vel; Producant aquæ reptile, & volatilia, seu volatili, seu auem, vt textus tum Chaldaicus, tum Græcus, tum noster legunt. Cùm ex una parte Chaldaica, Græca, & nostra præstantissimæ editiones, referant volatile, vel volatilia, vel auem, ad verbū, Producant; Cæteri verò interpretes nò obscuro certè nominis, ex lectione Hebraica referant Volatile ad Volet, ex quibus quæ repugnans sensus sequatur, & diuersus, diiudicet ipse lector. Nunc, quæso, mihi ignoscat, si nullum de hoc ferro iudicium, referuoque illud in ipsa expositione verborum, meliori proposito digerendum.

Quorsum aues, sicuti & pisces, genita dicuntur ex aquis.

Ex eo quòd interpres noster, sequutus proculdubio Græcā Septuaginta, & Chaldaicam translationē, vertit; Producant aquæ reptile animæ viuentis, & volatile super terram, sub firmamento Cæli: quasi dixerit; Producant aquæ volatile super terram, sub firmamento Cæli, irrepsit disceptatio apud Patres, quorsum Moses ortum auium, sicuti & piscium, aquis attribuerit. Proficiscamur igitur ad deducendas assertas ab ipsis causillas,

b. *Ex conuenientia quam habent in natando & volando.*

BASILIVS Hexameron Homilia octaua.

Cur ortum ex aquis volucris quoque perinde vt aquatilibus præstitit? Quoniam volatibus ad natatilia quasi consanguinitas quedam est. Nam vti pisces aquam secant agitatione quidem pinnarum, ad vteriora quæ

Anno Mudi primo. Die quinta.

Et uolatile super terram.

a. Quod vere alites ex aquis prodierint.

ra que petunt proficiscentes: cauda vero mutatione flexiones sibi rectosque impetus gubernantes: sic & in volatilibus fieri conspicere licet, aerem pennis alisque findentibus simili natantibus modo. Quare cum una sit utrisque communis conditio, ipsum, inquam, natate, una quedam ipsis affinitas, ex aquarum sane generatione tributa est.

Glossa Locupletata hac in Ordinaria inseruit.

PROCOPIVS Commentarijs in Genesim.

Alioqui etiam quedam inter ista duo elementa affinitas est. Quemadmodum pisces aquam interfecant pinarum motu in anteriorem partem progredientes, & varie suos impetus caudarum sulcatione gubernant: sic & in volatilibus videre est transnatantibus aera pennis

a. Quod vere alites ex aquis prodierint.

In hanc sententiam, & expositionem conveniunt quamplures Patrum.

CLAVDIVS Marius Victor Commentarijs in Genesim, lib. primo.

Hinc volucres quoque molle genus traxere vigorem, Nam liquidas dum format aquas, immissaque pontum Vita subit, feruent multo tumida aquora pariu: Nec satis est pisces genus omne exurgere, quodque Squamma turba salo summas euadit in undas, Ni volitans in aquis, sensim natet æthere puro, Æthereos volucris contingere docta recessus. Ergo materies auibsq; & piscibus una est.

AMBROSIVS in Hymno a se factitato.

Magne Deus Potentia, Demersa lymphis imprimens Qui ex aquis ortum genus Subuecta Celis irrogans, Partim remittis gurgiti, Vt stirpe vna prodita Partim leuas in aera, Diuersa rapiant loca.

Ecclesia videtur huic subscripsisse sententia, cum in vesperis quinta ferie hymnum hunc recitare consuescat.

Et Hexameron libro quinto, capite quartodecimo.

Vnde quoniam in nonnullis idem vsus & species, ideo de aquis utriusque generis natiuitas diuina preceptione processit. Dixit enim Deus; Producant aquae reptilia animarum viuentium secundum genus, & volatilia volantia secus firmamentum Cæli secundum genus. Non immerito igitur, quia de aquis genus utrumque producit, natandi proprietate utrisque suppeditat.

CYRILLVS vti supra relatium est, in Genesim libro primo.

Post vero, quoniam Creator omnium vita sua natura est, ipsam quoque naturam aquarum matrem & animalium natantium, & per aerem volantium facere potuit.

DAMASCENVS libro secundo, capite nono.

Per volatilia igitur conspirant, & coniunguntur aqua, terra & aer: nam ex aquis illa prodierunt, & in terra diuersantur, & in aere volant.

Consimiles sententias habent plures ex Patribus pluribus in locis, vt supra cum de Piscibus ageremus, Theodoreti, Basilij, Chrysostomi, Brunonis, & aliorum attestaciones adduximus. Cæterum & clarius id posteriores Patres detulerunt.

HVG O Adnotationibus in Genesim, capite sexto.

Quinta die pisces & aues de aquis facti sunt: vnde illud; Partim remittis gurgiti, partim leuas in aera.

Sed clarius de Sacramentis libro primo, parte prima, capite vigesimo sexto.

De

De ornatibus elementorum si interrogas quis, utrumnam credendum sit ex ipsis ea quæque elementis esse condita, ad quorum decorem, vel pulchritudinem facta probantur: vt verbi gratia, quæ ad ornatum terre facta sunt, non nisi de terra sumi potuerint: hoc etsi in alijs verum concedimus, non tamen in elemento aëris illo modo probare valeamus, cum manifestè volatilia legamus accepisse, & ab aquis originem, & in aere mansionem. Quod quare factum sit, vt non (ad similitudinem aliorum, quæ ad ornatum elementorum Mundi creata sunt) ex ipso elemento materiam sumerent, in quo locum sortiri debuerunt, fortè quis ad ipsius elementi materiam referat, quod quasi tantam aër corpulentiam non habuerit, vt animantium corpora, quæ solidam materiam requirunt, ex eo conderentur. Aquarum autem naturam magis terræ affinem, plusquam corpulentia habentem, ac per hoc formandis corporibus aptiorem. Sed altior in his rebus sacramenti virtus obiecta est.

Et post capite vigesimo septimo.

Duo sunt genera animantium, quæ ex vna origine prodeunt, sed non vnam mansionem sortiuntur. Pisces in originali sede permanent. Volatilia sursum tolluntur, & fiunt quasi supra id, quod facta sunt.

RICARDVS Victorinus Exceptionum libro secundo, capite septimo.

Quinta die fecit de aquis pisces, & aues. Sed pisces in aquis dimisit, auib; vero in aere mansionem habere constituit.

PETRVS Comestor in Genesim capite septimo.

Quinta die Deus ornavit aërem & aquam: volatilia dans aëri, natatilia aquis, & vtraque ex aquis orta sunt. Facilis enim transitus est aquæ in aëra tenuando, & aëris in aquam spissando.

MAGISTER Sententiarum secundo, distinctione quartadecima.

De eadem materia, id est, de aquis, pisces & aues creauit, volatilia leuans in aëra, & natatilia remittens gurgiti.

HVG O Carenfis in Possillis.

Nota volatilia facta esse de aquis, licet eorum locus sit aër. Aër enim non erat tanta corpulentia, vt de ipso formarentur. Posset tamen Deus de aëre, si vellet, ea facere: & propterea facilius est transitus de aquis in aërem, & è conuerso aqua de facili accrescit in aërem, & aër condensatur in aquam.

TOSTATVS Commentarijs in Genesim.

Aues etiam de aqua facte sunt principaliter, & consequenter de alijs tribus elementis: sed non ista formatio fuit eodem modo, quia pisces de pura aqua crassa formati sunt: aues autem de aqua magis resoluta, & contemperata qualitate aëreæ, ideo locum habuerunt aërem: & ista est ratio, quare aues subtilioris nutritioris sunt, quam animalia bruta, ita quod facilius digeruntur: sed non est solida nutritio, quia modico labore consumitur, & euaporatur: & ex hac ratione hominibus multum laborantibus circa magna exercitia, non sunt bonus cibus carnes volatilium, & tamen solidiores sunt, quam pisces.

STEVCHVS in Cosmopæia, & exemplis, & rationibus nititur id ipsum comprobare. Et primò exemplis.

Sed quoniam auium creatio cum creatione piscium coniuncta est, videtur originem volucrum potius aquæ quam terræ ascribere. Quod verissimum esse, & ex interiore Philosophia dictum, ratio & exempla declarant. Credendum est enim talem fuisse tunc auium generationem, qualem penè prodigiosam, & ad cuius considerationem animus stupefcat, hodie quarundam auium accepimus. Sæpe fit, vt ad Oceani littora appulsum nauis aliquod fragmen, & sabulo affixum, diuque fluctibus contusum, & aquis, & diuturnitate peregrum, fungos albescentes primùm proferat: post certo temporis spatio, & calente Sole, pedibus, alisque adformatis, è ligno auelant sese aues, quondam fungi, nunc volucres aëra tranantes. Est extra Italiam locus, vbi mirabile dictu, nascuntur in fructe quasi formæ teretis, velleræ. Hæc certo temporis spatio ex arbore in flumen quod infernè elabatur, decidentia, vt primùm aquam attigerunt, dant aues volatum, & in sublimes regiones more caterarum auium aufugiunt. De ephero simile quid prodit Aristoteles. Quid tam multa genera volucrum, stagna, lacus, paludes, & flumina accolentium, nonnè testantur originem suam id fuisse, quo nunc maximè oblectantur? Credendum est autem omnes aues generatim aquam procreasse, conuersam in aliquam materiem densiorem, quales aquatiles aues cernimus. Ex hisque temporis progressu, quasdam, quæ longius ab aqua secessissent in remotiores terras, mutasse colorem cum sedibus, ibique ex propagatione nascentes, his in locis perseuerasse, vt ab aqua non videantur habuisse principium.

Deinde & causas conatur adducere.

Leuia quoque auium corpora, & volatus atque alæ, quibus cum piscibus conueniunt, declarant vnam utrisque fuisse originem. Habent enim pisces squammas, & per grauius elementum, instabiles vt aues semper natant, & quod illis volatus, hoc natatus istis. Ille quasi pisces aërei, hi volucres aquarum, sola sedium densitate discrepantes, sed tamen vtraque perspicua, & penetrabili. Generasseque sic aues aërias, aquas probabile est, sicut est ex aquis aër ipse generatus. Omnium enim leuium aqua principium, sicut terra grauium. Neque verò puto ita aquis volucrum generationem deputatam, quod per aquas aër turbulentus sit intelligendus, sed licet aër volucres sustineat, principium tamen vt nascerentur, genitalisque materia fuit aqua. Ex aquis enim primùm Cælum creatum est, tum aër, tum animalia aquea, & aëria. E terris autem herbe, arbores, animalia terrestria.

Fatetur

Anno Mūdi
primo.
Die quinta.

Et volatile super terram.

- a. Produxit aqua aues, & emisit, pisces autem tantum produxit.
b. Quia ex humido aqueo frigido pisces, & ex humido vaporali calido aues gignuntur.
c. Quia aeris infima hac regio cui tribuuntur, & in quo volare possunt, non inconuenienter aqua nominatur.

Fatetur amplius non ex sola aqua, sed ex aqua terræ commista, progenitas fuisse alites.

Ergo nec sola terra terrestres animantes, nec aqua sola aquatiles procreauit: sed terra commista aquæ, & aqua commista terræ: secreta tamen quedam vis, maiorque materies, hac terrestria, illa aquea, & volucra reddidit, partimque ex his natarunt, partim auolarunt.

a. Produxit aqua aues, et emisit, pisces autem tantum produxit.

R V P E R T V S Commentariorum in Genesim libro primo, capite quadragesimonono.

Hæc productionis volatilium plena, & sufficiens definitio est, quia videlicet produxerunt aquæ reptilia anime uiuentis, produxerunt, inquam, non etiam emiserunt: licet quedam ex illis, ut Delphini, siue Phocæ ad horam patiente natura, foras prodire audeant. Volatilia autem & produxerunt, & super terram sub firmamento Cæli emiserunt. Vna nanque hæc animantium species nihilo magis gaudet, quam libertate volandi, natabundis, sub firmamento Cæli, spaciando pennulis, sicut cætera reptilia, quæ retinuerunt aquæ in semetipsis earundem aquarum profundo, & maxime fluuiialibus vndis.

Cæterum non paucas recipit difficultates hæc assertio. Nam siue interpretemur productas fuisse aues ex aqua, quod aqua sola earum fuerit materies, ut aiunt in scholis, seu exponamus ex aqua, quod aquæ affectio in ipsis præpollat sicut in piscibus, seu quod in ipsa uti in magis sibi connaturali elemento vitæ rationes absoluant, non congruè tempestiueque de auiibus id dici videtur, cum neque ex sola aqua gigni potuerint, nec humiditas & frigiditas, quæ sunt aquæ affectiones, in illis excellant, uti in piscibus, nec in aquis aues, ut plurimum procreentur, alantur, volitent, & vitam degant, quemadmodum pisces. Deinde efficiendæ, & efformandæ erant ex eo elemento, ad quod exornandum, locupletandumvè creabantur, certè ex aère, non ex aqua, formandæ erant. Non refutandum tamen est hoc loco, quod Albertus Magnus edocuit.

b. Quia ex humido aqueo frigido pisces, & ex humido vaporali calido aues gignuntur.

A L B E R T V S Magnus prima parte Summæ de Quatuor Coequeuis, quæ stione duodecima, articulo quintodecimo.

Quia verò in piscibus & volatilibus præcisè passuum est humidum, & humidum aeris spirituale est, non incorporale: ideo materiale in auiibus & piscibus est humidum aqueum: sed ex humido constante per frigidum secundum sui generis naturam, magis sunt pisces, & ideo secundum suum genus sunt frigidi, sicut & locus aquæ in quo sunt. Ex humido verò vaporali coniuncto cum calido secundum sui generis naturam, magis sunt aues: & ideo sunt nature calidæ secundum suum genus. Per hoc patet solutio ad duo prima.

c. Quia aeris infima hac regio cui tribuuntur, et in quo volare possunt, non inconuenienter aqua nominatur.

A V G V S T I N V S huius sententiæ auctor est præcipuus pluribus in locis, sed potissimum libro primo de Genesi contra Manichæos, capite quintodecimo.

Hic

Hic solent reprehendere, quærentes, vel potius calumniantes, quare animalia non solum ea, quæ in aquis viuunt, sed etiam ea, quæ in aere volitant, & omnia pennata de aquis nata scriptum sit? Sed sciant omnes quod hæc mouent, istum aerem nubilosum & humidum, in quo aues volant, à doctissimis hominibus qui hæc diligenter inquirunt, cum aquis solere deputari. Concreuit enim, & crassius efficitur exhalationibus, & quasi vaporibus maris & terræ, & de ipso humore pinguescit quodammodo, ut volatus auium portare possit. Ideo per noctes serenas etiam rorat, cuius roris guttæ mane in herbis inueniuntur.

Comprobat id Augustinus enarrans super Olympum montem aues non volare, quoniam aër purus & non crassius ibi existat.

Nam mons ille Macedonia, qui Olympus vocatur, tanta altitudinis esse dicitur, ut in eius cacumine nec ventus sentiatur, nec nubes se colligant, quia excedit altitudine sua totum istum aerem humidum, in quo aues volant, & ideo nec aues ibi volare aßeuerantur. Quod ab eis perceptum dicitur, qui per singulos annos solabant, nescio quorum sacrificiorum causa, memorati montis cacumen scandere, & aliquas notas in puluere scribere, quas alio anno integras inueniebant. Quod fieri non posset, si ventum, aut pluuiam locus ille pateretur. Deinde, quia tenuitas aeris illius qui ibi est, non eos inspirabat, durare ibi non poterant, nisi spongiæ humiditas naribus applicarent, vnde crassiores, & consuetum spiritum ducerent. Hi ergo indicauerunt se etiam nullam auem in eo loco aliquando vidisse.

Hæc & Alexander Halensis secunda parte, quæstione quinquagesimatertia, membro primo, non omisso uerbo asumpsit; Postremò concludit Augustinus.

Non itaque immeritò non solum pisces, & cætera quæ in aquis sunt animalia, sed etiam aues de aquis natas esse, fidelissima Scriptura commemorat, quia per istum aerem volare possunt, qui de maris & terræ humoribus surgit.

Et de Genesi imperfecto, capite quartodecimo.

Ipsa volatilia cur aquis tribuerit, non aeri, nonnulla quæstio est. Non enim hæc aues tantum accipere, & possimus, quibus aquæ familiares sunt, quales mergi, & anates, & quæcumque huiusmodi. Nam si de his tantum dixisset, non prætermitteret alio loco de alijs auiibus dicere, inter quas nonnullæ usque adeò ab aquis remote sunt, ut ne bibant quidem. Nisi forte istum aerem terris contiguum, quoniam se humidum etiam serenissimis noctibus rore restatur, aquam vocauit, qui & in nubem cogitur. Nubes autem aqua est, quod omnes sentiunt, quibus contingit in montibus inter nubila, vel etiam in campis inter nebulas ambulare. In hoc quippe aere volare aues dicuntur: nam in illo sublimiore, atque puriore, qui verè aer ab omnibus appellatus est, nequeunt: non enim earum pondus tenuitate sua susinet. In illo autem neque nubes concrecere asseruntur, neque aliquid procellosum existeret. Quippe ubi ventus adeo nullus est, ut in vertice Olympi montis, qui spatia huius humidi aeris excedere dicitur, quedam literæ in puluere solere fieri perhibeantur, & post annum integre atque illesæ inueniri ab ijs, qui solemniter memoratum montem ascendebant. Quapropter non absurdè existimari potest firmamentum Cæli, in diuinis Scripturis usque ad hæc spatia vocari, ut & ille aer tranquillissimus & sincerissimus ad firmamentum pertinere credatur. Hoc enim nomine firmamenti, ipsa tranquillitas, & magna pars rerum significari potest. Vnde etiam illud dici pluribus locis in psalmis existimo; Et veritas tua usque ad nubes. Nihil est enim firmitus & serenius veritate. Nubes autem sub ista sincerissimi aeris regione concresecunt, quod quamquam figuratè dictum accipiat, ex his tamen rebus scriptum est, quæ habent ad hæc quandam similitudinem, & corporea creatura constantior & purior, quæ à summitate Cæli usque ad nubes est, veritatis figuram rectè habere videatur: id est, usque ad aerem caliginosum & procellosum & humidum. Ergo volatilia volantia super terram sub firmamento Cæli, conuenienter sunt aquis attributa, quia non inconuenienter aer iste aqua nominatur.

Hæc pauca desumpsit etiam Glossa locupletata. His consimilia habet Augustinus, & fortè elegantius de Genesi ad literam libro tertio, capite tertio, sexto, & septimo, quæ iam retulimus supra, cum & factam esse mentionem aeris, & eius ornamentum non præmissum fuisse, ex ipsius sententia ostendebamus. Liceat attamen hæc mihi repetere ex capite septimo.

Proinde scienter tanquam spiritus Dei, qui scribenti aderat, ex aquis dicit producta volatilia. Aquarum enim natura bipartitum locum sortita est: inferiorem scilicet in vnda labili, superiorem verò in aura stabili: illum deputatum natantibus, istum volantibus: sicut huic elemento congruos duos etiam sensus animalibus datos videmus, olfactum explorandis vaporibus, gustum explorandis liquoribus.

E V C H E R I V S in Genesim, libro primo.

Dixit etiam Deus; Producant aquæ reptile anime uiuentis, & volatile super terram. Quod volatilia ab aquis producta scribuntur, aer in quo aues volitant, à sapientibus cum aquis deputatur, pro eo quod aquarum humida exsolutione pinguescit, ut volatus auium suscinere possit. Ob hoc non immeritò pisces, & volucres de aquis nata esse commemorantur: quia vna est aeris, aquarumvè natura. Sed quicquid aquarum vidosum & fluidum est, reptilibus deputatum est: quicquid verò vaporaliter suspensum est, auiibus distributum est.

B E D A Expositione in Genesim.

Queritur, quare volatilia, quæ in aère volitent, aquæ producant? Sed sciendum est, aerem nebulosum & humidum

K K midum

Psalm. 55.

Anno Mūdi
primo.
Die quinta.

Et uolatile super terram.

a. Quia aues effecte sunt ex hoc aere crasso, non inconuenienter aqua nuncupato.

midum cum aquis deputari. Concreuit enim, & crassus efficitur exhalationibus maris & terrae, & pinguescit quodammodo, ut uolatus auium portare possit. Et ideo per noctes etiam serenas rotrat, cuius guttae roris mane in herbis inueniuntur.

Et libro de Sex dierum creatione.

Ita est aër aquae similis, ut ex eius halationibus pinguescere probatur. Spiritum procellae faciat, id est, ventum & nubilum contra, & ut possit uolatus auium sustinere: non enim dixit; Producant aquae reptile animae uiuentis, & producat aër uolatilium super terram: sed dixit; Producant aquae reptile animae uiuentis, & uolatile super terram, quia aër ex aqua fit. Et quicquid uisibile vel fluidum est, hoc piscibus datum est. Quicquid autem humidum vel uaporaliter suspensum est, hoc uolatilibus traditum esse manifeste cognoscitur: quia sicut pisces maris, pinnulis suis in aquis natant, ita uolatilium Caeli in aere, quasi in aquis de pinnulis suis uolare uideantur.

Confirmilia habet Quaestionibus in Genesim.

PROCOPIVS Commentarijs in Genesim.

Aues quoque ex aquis procedunt. Nam plerumque aues aut plurimum, aut omnino in aquis uitam transigunt: immo, & caeterae aues, quae in sublimi uolant per aëra, ex aquis originem sumunt, propter quandam elementorum cognationem. Aër enim in humorem resoluitur, & in nubes concretus tandem transit in aquam. Praeterea aqua per sui euaporationem, in aëra uertitur.

GLOSSA Ordinaria ex Augustino.

Inferior aër non nisi ex aquis accipit animalia: quod enim humidum est, aues sustinet, quae innituntur pennis uolantes, ut pisces quibusdam suis alis natantes. Unde ex aquis dicuntur producta uolatilium: aquarum enim natura bipartitum locum sortita est: inferiorem in uada labili, superiorem in aura stabili, illum natantibus, hunc uolantibus.

D. THOMAS ab Augustino non discessit prima parte, quaestione septuagesima prima, ad tertium. Tertio enim loco sic arguit.

Sicut pisces habent motum in aquis, ita & aues in aere. Si ergo pisces ex aquis producuntur, aues non deberent produci ex aquis, sed ex aere.

Cui argumento ita satisfacit.

Dicendum, quod aër, quia insensibilis est, non per se ipsum connumeratur, sed cum alijs, partim quidem cum aqua, quantum ad inferiorem partem, quae exhalationibus aquae ingrossatur, partim etiam cum Caelo, quantum ad superiorem partem: aues autem motum habent in inferiori parte aeris. Et ideo sub firmamento Caeli uolare dicuntur, etiam si firmamentum pro nubilo aere accipiat. Et ideo productio auium aquae ascribitur.

LIPPOMANVS in Catena.

Ab aquis autem dicuntur producta reptilia, & aues, secundum nostram editionem, quia à sapientibus quoque aer, in quo uolitant aues, aqueus dicitur, propter humorem, in quo cum aquis participat.

ALEXANDER Halensis Summae Theologicae parte secunda, quaestione quinquagesima tertia, membro primo, ad ampliorem praedictarum rerum declarationem, haec adijcit.

Sed si quaeratur, quare illa communis origo magis nomine aquae quam nomine aeris intelligatur: Dicendum, quod aqua plus est ordinata ad generationem animantium, quam aer, licet in aere multae fiant impressiones propter ascensum aquarum: commissiones enim, ex quibus fiunt generationes animantium, circa medium locum, fiunt: & ideo rectius nomine aquae designauit. Praeterea, supra dictum est; Spiritus Domini ferebatur super aquas: & deinde dicit de congregatione aquarum, ut appareat arida: ideo continuando recte hic nominauit aquam, tanquam originale.

a. Quia aues effecti sunt ex hoc aere crasso, non inconuenienter aqua nuncupato.

RUPERTVS Commentariorum in Genesim libro primo, cap. quinquagesimo. Queri nunc potest, cur cum omnia uolatilium aqua producerent, non etiam sub aquis natalibus eadem uinere possint?

Anno Mūdi
primo.
Die quinta.

Et uolatile super terram.

a. Non ascribitur alitum ortus aquae, cum legendum sit; Et uolatile uolet, &c.

possint? Nam sunt quidem quae dicuntur aues marinae, ut fulicis, siue parua quidem, sed nobilis halcyone, quae nidificare dicitur in litoribus, patientia maris expectante, in tantum, ut per bis septem dies, donec pullos educat, nullatenus moueatur, vel perturbetur fida tranquillitas. Sed haec, vel caetera, cum de aquis producta sint, non etiam sub aquis uiuere possunt. Cur ergo natura illis quasi à materno utero tam diuersa succedit? Cur illic uitam retinere non possunt, unde uitam sumpserunt? Et quidem quaestio haec difficiliter soluitur, si aquarum nomine minus tantum elementum gurgites accipimus. Nunc autem & aër, aqua potest recte dici, quippe qui ex aqua uel per aquam consistit. Unde dicitur in Epistola Petri Apostoli; Latet enim eos hoc uolentes, quod Caeli erant prius, & terra de aqua, & per aquam consistens Dei uerbo. Alia editio sic habet; Caeli erant olim de aqua, & per aquam constituti. Significat autem aërem istum humidum, atque turbidum. Hunc ergo Caelum appellare Scriptura consuevit. Unde scriptum est; Niluis in Caelo cognouit tempus suum. Potest itaque & aër simul cum aquarum elemento intelligi. Et Post. Cum ergo dicitur; Producant aquae, licet aërem quoque simul intelligi, quia uidelicet cum ascendentes aquae per aëris spatia in frigoris uertantur in niues, eadem facilitate per uirtutem praecipi potuerunt uerti in aues. Itaque & de aquis producta sunt, & tamen sub aquis uiuere non possunt, quia forte nequaquam sub densis fluctibus uitam sumpserunt, sed de rarioris & per nubeculas uolantis aquae globis uolantium auium corpuscula facta sunt. Verum quocumque modo producerint, illud constat, quia producerunt aquae reptilia animae uiuentis, & uolatilium super terram sub firmamento Caeli, naturae suae terminis ab eo, cuius praeciptum, quod semel posuit, non praeteribit, informiter ibi definitis.

Animaduertas inter Augustinum, Patresque memoratos in superiori classe, & Rupertum, hanc esse discrepantiam, quod quanquam Augustinus & Rupertus uniformiter asserant, productionem uolucrum conuenientius ascribi aquae, quia aër hic exhalationum sedes non inconuenienter aqua nuncupetur; productionem tamen alitum aëri huic assignari uoluit Augustinus ex affinitate, & conuenientia, qua aues omnes in eo peruolare, uitamque degere possunt: Rupertus uero, quod ex ipso aere Dei omnipotentia primum manarint, id enim difficile non erat Deo factori, cum & Natura aquas in aere uertat in niues, & grandines. Quae quidem assertio, & opinio non tantum irrideretur à Philosophis, sed à Patribus etiam, & Doctoribus nostris censeretur peregrina, incerta, & erronea. Nihil enim Deo esse impossibile clarissimum est: sed quod primas aues miraculoso hoc modo congerere uoluerit, nec ullum est Scripturae testimonium, nec comprobans ratio, nec aliqua Patrum confirmatio.

a. Non ascribitur alitum ortus aquae, cum legendum sit; Et uolatile uolet, &c.

Noterici textu nostro, quasi in eum error irreperit, mutato, auium productionum principium non recenserit à Mose edocent. A Patrum etenim sententia discedentes nonnulli ex nuperis, noua inducta editione, inanem ac nullam reddidere hanc difficultatem. Autumant siquidem, tam Hebraicum textum, quam Chaldaicam editionem continere uerbum Uolet, quod in nostra deest. Atque ita se habere Mosis uerba; Producant aquae reptile animae uiuentis, & uolatile uolet super terram. Quibus apparet Mose aues non ex aquis productas enuntiasse, cum uox illa Uolabile non ad Producat, sed ad Uolet referri debeat. In hanc interpretationem proficiscuntur praefati Doctores adducti, cum de editione ageremus: Rabbinus in Observationibus, Pagninus, Lusitanus, Caietanus, Steuchus, & Lippomanus. Sed clarius postea id edisserunt,

CATEANVS in caput primum Genesim.

Ex eo autem quod subdit; Et uolatile uolabit, excluditur sensus uulgatae editionis, sonantis quod aquae datum est producere etiam uolabile. Tacet enim hic Moyses productionum uolatilium, quod inferius in secundo capite explicabit.

KK 2 CHA.

C H A T E R I N V S Enarratione in primum caput Genesis.

Hanc dubitationem Hebraicam veritas resoluit, quae non dicit; Producant aquae volatile, sed, Volatile volet super terram. Etenim ubi haec facta fuisse narratur, caute non admiscetur volatilia inter ea, quae ex aquis producta sunt.

V I E L M I V S luculentius & clarius Lectione vigesimasecunda.

Verum danda est venia clarissimis huius Ecclesiae Catholicae luminibus, si in re usque adeo salebrose desudaverint: habuerunt enim codices vitiatos. Et profecto miror, qui factum sit, ut vel saltem D. Hieronymus lingua sanctae consultissimus, & interpres accuratissimus, nec in quaestionibus Hebraicis, ubi singula quaeque ex Hebraeo diligenter expendit, nec alibi usquam vitium hoc nobis patefecerit: quinimmo similiter legerit, vitia nostra habet editio, ut videre est in Epistola ad Oceanum (ni fallor) ad allegoriam transfert. Ergo recentiores ad unum omnes, ita ex Hebraea veritate textum hunc Latinis hominibus integrum reddiderunt; Et volatile volet, seu volabit super terram. Quorum attestationsi ut assentiar, non eorum modo consensio facit, sed Glossae quoque testimonium. Deerat igitur exemplaribus Patrum verbum, Volet, aut Volabit, & proinde regem sententiam hanc a verbo, Producant, existimauerunt, nec afferre eis suffragium ullum poterat Graecum participium, quod, Volantes, verti potest, aut paraphrasis Chaldaea, quae sic habet; Et auem, quae volet: ut nemo vestrum est, qui non facile intelligit, quorum tamen utrumque, videlicet verbum, & participium Latinis nostris codicibus deest. Dei itaque mandatum bifidum fuit, scilicet ut ex aquis pisces producerentur, & ut aves volarent super terram, quae profecto hodie de quatuor elementis, sicuti & reliqua omnia mista compacta, & effecta fuerunt.

A U C T O R.

Si Hebraicus, & Chaldaicus textus, quem nostri recentiores proferunt, continens verbum illud, Volet, quod textui nostro deerat, vetustissimus ille esset ab Esdra editus, seu ut malunt alij, a Mose ipso exaratus (cum nonnulli in excidio Hierosolymitano etiam Mosis volumen servatum autumant) profecto in nuperorum sententiam omni haesitatione semota, properarem. Verum non exigua mihi subest dubitandi ratio de huius ab ipsis delati ac deduci textus integritate, & auctoritate. Perturbat me siquidem primo, quinam fieri potuerit, ut editiones illae, Hebraica, ac Chaldaica singulari quodam euentu, nec temporum lapsu, nec Rabbinorum versutia, nec Typographorum inscitia, vitiatam unquam, adulteratamve fuerit, cum tamen Septuaginta Interpretum versio praestantissima, & conspicua, quae primum ferè locum sibi supra omnes vindicavit, & quam Christus, & Apostoli ea usi, mirificè extulerunt, & editio prisca Latina, quae a prima Ecclesia recepta usque ad D. Hieronymi tempestatem floruit, ex ipsius Hieronymi testimonio, depravate immutataque, reperiantur, ut nos in Prolegomenis adnotabamus: Quinetiam eiusdem D. Hieronymi translatio ab Ecclesia Romana (ad quam omnis Scripturarum delectus spectat) approbata, ac in usum ceteris sepositis suscepta, adeo corrupta, & adulterata existat, ut num sit D. Hieronymi, a quampluribus ambigatur. Quod nanque privilegium Deus illis contulit? Quae Hebraeorum, ac Chaldaeorum in Mundo viguit potentia, ac imperturbatum imperium, ut ipsi legis suae codices adeo tutos, ac illesos conferuarint? Quae Ecclesiae prudentia, ac consilium, ut mendosam, ac adulteratam Scripturam prosequatur, cum iuxta prima exemplaria eam restaurare, ac emendare queat? Deinde si Hebraicus, ac Chaldaicus hic textus ille ipse est antiquissimus, ac incorruptus, quomodo Septuaginta Interpretes, & D. Hieronymus eum non habuerunt? Nunquid Septuaginta illi praestantissimi, ac eruditissimi viri, iussu Ptolemæi a summo Hebraeorum Pontifice Eleazaro demandati, ut Scripturas Hebraicas transferrent, praestantissimum, ac approbatissimum exemplar secum non detulere? Aut forte accuratissimus Scripturarum indagator, ac restitutor D. Hieronymus illud non conspexit? vel potius non intellexit? Aut forte vitiauit ille, qui de seipso in Epistola ad Fabiolam de Quadraginta duabus Mansionibus, explicans mansionem nonam, habet; Prudentem studiosumque lectorem rogatum velim, ut sciat me vertere nomina iuxta Hebraicam veritatem. Alioquin in Graecis & Latinis codicibus, praeter pauca, omnia corrupta reperimus: & miror quosdam eruditos, & ecclesiasticos ea voluisse transferre, quae in Hebraico non habentur: & de malè interpretatis, fictas explanationes quæere. Origenes qui hexapla, & octopla excogitavit, num fortasse exemplar istud non reperit? Nunquid ipsum nunc solummodo neoterici isti è tumultu evocarunt, vel excitarunt?

Textus Hebraicus, an incorruptus.

Excitarunt? Miratur Vielmus, quod Diuus Hieronymus nec etiam in Quaestionibus Hebraicis vitium hoc nobis patefecerit. Quin id ipsum legat, quod nostra editio habet, ut videre est in epistola ad Oceanum octuagesimatertia, quo loco haec habet; Primum de aquis quod vivit egreditur, & pennatos fideles de terra ad Caelum leuat. Miror ego, quod ipse Vielmus D. Hieronymum illum textum habuisse existimet. Nam sanctus iste, tanquam accuratissimus Scripturarum scrutator, quotquot potuit codices summo labore ac studio perlustrasse existimandus est. Quare si hunc integrum & incorruptum reperisset, vitium utique hoc in re tam salebrose, & iactata non reticisset. At quia non habuit, & ipse vitium istud non aperuit, nec abstulit, & ingentem nobis reliquit dubitandi occasionem, quod delatus iste Hebraicus, Chaldaicusque, textus non ille sit vetustissimus, nunquam corruptus, nunquam vitiatos, licet eum modo veluti non adulteratum isti nobis obijciant. Adjicias, quod (sicuti rectius ex Caetana Lippomani excipitur) verbum illud, Volet, nec ab editione Chaldaica, nec à Graeca, sed tantum ab Hebraico textu ponitur: quamobrem non video, cur Patres magis illi uni, quam pluribus editionibus adherere compellerentur. Ceterum esto legendum sit; Et volatile volet sub firmamento Coeli, nonne Mosem imperitiae arguere quis posset, quod materiam piscium, ac quadrupedum explicarit, avium autem materiam ex qua compacta sint, intempestivo silentio praetermiserit? Nec certè Caietanus, dum ait, tacuisse Mosem principium ex quo producta sunt volatilia, eo quia inferius in secundo capite esset illud clarè explicaturus, dicendo; Formatis igitur Dominus Deus de humo cunctis animantibus terrae, & uniuersis volatilibus Coeli, videtur rectè ipsum Mosem tutari ab illata calumnia, nempe quod eius historia valde imminuta vel manca censeatur; cum materiam, ex qua efformatae fuerint aves, hoc loco ubi eorum effectio tradebatur, non recensuerit, sicuti piscium ac terrestrium memoravit. Non inquam tutatur, quoniam quae tulit Moses in secundo capite, ea tulit (ex omnium consensu) per repetitionem, seu per recapitulationem, quasi iam ante prodita: Atqui non poterat repetere de avibus, sicut de piscibus & de animantibus, cum ipsarum avium materiam prius non tradidisset, sicut piscium & animantium tradiderat: quare nullum est Caietani effugium. Haec igitur sunt, quae hac in re valde me ancipitem ac dubium reddunt, & ne in Recentiorum sententiam properem, retardant & remorantur. Quoniam autem propositum est mihi vulgatum editionem nostram pro viribus insequi, cum eius textum exponendi, & glossis locupletandi provinciam assumpserim: idcirco ad alias interpretationes confugere necesse habeo, earumque alteram amplexari. Basilij & Procopij expositio, qui ortum alitum aquis attributum putant, quod cognationem maximam habeant aves dum volant, cum piscibus quando natant, haud clarè diffinit, num verè ex aquis producta fuerint, quod praecipue à nobis inquiritur; quamobrem non plenè satisfacit. Augustini ac sectatorum interpretationem, elegantem, ac veracem certè cognosco & suspicio; Sed quod eam non ita textus genuinam dijudicem, duo me permouent. Primum, quod rudes Hebraei, quibus haec contexebatur historia, non ita facile aquae nomine ipsam aërem nubibus ac vaporibus obuolutum intellexissent; cum mos non fuerit Hebraeorum, aërem aquae nomine exprimere, sed potius Coeli. De hac siquidem nomenclatura plura Scripturae loca, de ea nullum adnotare possumus. Alterum, quod miraculum hoc loco illa assertio astruat, augeat, conduplicetque. Nam licet piscium, & terrestrium fuerit miraculosa procreatio respectu agentium causarum, quarum vices egit Dei verbum, non fuit attamen prodigiosa materiei ratione, cum fuerit propensa sui natura aqua ad gignendos pisces, & terra ad animalia parturienda. Sed haec avium procreatio & agētium & materiei ratione, miraculū saperet; si tamen alites ex aquis profluisse opinati sunt hi Patres, ut Rupertus, & Steuchus dilucidè dixere. In aëre quippe nebuloso, quamuis densissimis vaporibus onusto, aves non generari videmus, sed potius minuta ea animalia, quae ex putridis exhalationibus profluiunt, veluti ranunculae, & id animantium genus, quod oritur, dum guttae calidae in madidam terram decidunt. Quamobrem ego potius ijs Patribus, qui ortum avium aquis tributum tradunt, ex eo quod verè ex aquis genus suum trahant, assentirem, diceremque aves verè progenitas ex aqua, non sola, verum ex luto; seu ad oras, seu supra in superficie aquae delabente, in quo cum terra & aqua

Gen. 1.

Alia sententia examinatur.

Sententia Auctoris.

Anno Mūdi
primo.
Die quinta.

Et uolatile super terram,

- a. Appellauit Moses aues uolatilia, quod à gressus diuersitate animantia queque nuncupare Hebraei soleant.
- b. Id est, non longè à terra.
- c. Quod ab ipsa terra escam accipiant.

& aqua commiserentur ignis & aer, sicut pisces ex humo, seu ad oras reposito, seu in finem terre detruso. Quod ex aquis prodierint aues, ipsa editio graeca, & nostra testantur, quae dicunt; Producant aue uolatile super terram, seu, ut habet Chaldaica, Auein, quae uolet super terram: quibus astipulatur & Ecclesia, quae in Hymno praallegato concinit.

Ex aquis ortum genus
Partim remittis gurgiti,
Partim leuas in aera.

Existimandum est certè probabili etiam ratione, fuisse in superficie aquarum genitas aues ac pisces, alterumque genus remissum gurgiti, alterum in aera leuatum. Quod siquidem ex humo manarint, euidentissimè testata est Scriptura, & praecipue de auibus, cum ait; Formatis igitur Dominus Deus de humo cunctis animantibus terrae, ac uolatilibus Coeli. Verum si quis quaesitaret, quomodo aues hoc loco ex aqua condite dicatur, Num ex eo quod ipsae ex ea compactae fuerint, an ex praedominij ratione, vel quia uitam in ipsa transigant: Responderem ego, aues productas dici ex aqua, primum quia in loco, ubi confident aquae, manarint; seu etiam quia ex humo, in quo magis praualeret aqua quantum ad apparentem formam, in ipso initio dispositionis prodierint. Quod si praedominij ratio poscitur, seu loci in quo uitam degant, assero productas dici aues ex aqua, non ut aqua elementum significat fluidum, sed potius ut aërem stabilem explicare potest, saltem apud sapientes. In temperatura siquidem alitum, aërem, & ignem praedominari magis quam in piscibus, non est in dubium reuocandum. Rursum aërem hunc exhalationibus additum spatium esse, in quo aues uolitant, ut in pluribus, quibus est, qui dubitet? Haec dicta satis, saluo meliori iudicio.

Gen. 2.

a. Appellauit Moses aues uolatilia, quod à gressus diuersitate animantia quaeque nuncupare Hebraei soleant.

Non est cur observationem hanc pluribus comprobemus: Supra enim Moses pisces appellauit reptilia, nunc aues uolatilia, & in progressu narrationis Mosè obseruare id ipsum ut in pluribus comperiemus.

b. Id est, non longè à terra.

C A I E T A N V S Commentarijs in primum caput Genesis.

Motum tantum cum loco hic explicat: motum quidem progressuum naturalem dicendo, Volabit: locum autem motus dicendo, Super terram, super facies extensionis Celorum: hoc est, non multum longè à terra super facies aeris: ut ex ipso celsiori loco significatam intelligamus perfectiorem naturam esse generis uolatilium genere piscium.

c. Quod ab ipsa terra escam accipiant.

B A S I L I V S Hexameron Homilia octaua.

Iustum est uolucres super terram uolare, propterea quod à terra pabulum omnes sumunt.

A M B R O S I V S Hexameron libro quinto, capite vigesimo secundo.

Cum super terram dixerit, certum est, quia uictum de terra querunt.

P R O C O P I V S Commentarijs in Genesim, capite primo.

Uolatilia super terram uolantia. Nam in terra habent uictum, ex qua uolant, & iterum in banc deuolant.

Quod

Anno Mūdi.
primo.
Die quinta.

Et uolatile super terram.

- a. Quod alitum plures uitam in terra degant, & omnes in terra quiescant.
- b. Quod secundum Philosophos, aues animantia sint terrae, & Dæmones aeris.

a. Quod alitum plures uitam in terra degant, & omnes in terra quiescant.

P R O C O P I V S loco praecitato.

Praeterea pleraque aues nobis in cibum datae, humi plerumque uolitant: reliquae sublimes abeunt. Quod additur, Super terra, &c. Quia plerumque ibi morantur, & necessario quietem agituram in terram delabuntur.

Glossa Locupletata duos praefatos locos Procopij simul coegit.

b. Quod secundum Philosophos aues animantia sint terrae, & Dæmones aeris.

A V G V S T I N V S hanc recitat sententiam de Genesi ad literam libro tertio, capite nono.

Nec ignoro, ita quosdam Philosophos sua ita cuiusque elementi distribuisse animalia, ut terrena esse dicerent, non tantum quae in terra repunt, atque gradiuntur: sed aues etiam, quod & ipsae in terra requiescant, uolando fatigatae. Aërea uero animalia Dæmones esse, caelestia Deos, quorum quidem nos partim luminaria, partim Angelos dicimus. Idem tamen aquis pisces, & sui generis beluas attribuunt, ut nullum elementum suis animalibus vacet.

Glossa Ordinaria haec non mutatis uerbis repetit.

P E T R V S Comestor in Genesim capite septimo.

Nota, quia ex hoc quod dictum est; Creauit uolatile Caeli super terram, errauit Plato, qui descendens in Aegyptum, libros Moysi legit: & putauit Moysen sensisse uolatilia esse ornatum aeris tantum circa terram: ornatum uero aeris superioris calodæmones, & cacodæmones.

A V G V S T I N V S uero hanc reprehendit sententiam, primum quoniam eadem ratione, qua ipsi uolunt aues dici animantia terrae, quia in ipsa requiescant, & pisces pariter animantia terrae nuncuparentur, quia & ipsi requiescunt, licet fortè rariùs, in terra.

Quasi uero sub aquis terra non sit, aut probare possint pisces non in terra requiescere, ad reparandas natandi uires, sicut uolandi aues. Et si fortè rariùs pisces id faciunt, quod ad gestanda corpora sit uita quam aura validior, ita ut terrena quoque animalia natantia ferat, siue usu docta, ut homines, siue natura, ut quadrupedia, & serpentes. Aut si propterea non putant, quia non insunt pedes piscibus, nec phocae aquarum sunt, nec colubri, cochleaeque terrarum: nam & illae pedes habent, & haec genera sine ullis pedibus, non dico, requiescunt in terra, sed ab ea uix, aut nunquam recedunt. Dracones autem sine pedibus, & in speluncis requiescere, & in aërem sustolli perhibentur: quia quanquam non facile noti sint, litera tamen non tantum nostra, sed etiam Gentilium nequaquam de istorum animantium genere tacerunt.

Concedit deinde Augustinus Dæmones aërea esse animalia, & fortè ex aëre puro deturbatos fuisse, nunc autem in aëre isto exhalationibus circumfuso habitare, tantquam in loco caliginoso, corpore ex caelesti in aëreum mutato. Nec tamen propter id negandum esse asserit, quin & aues dicantur aeris animantes, aeris, inquam, huius infimi halitibus obruti.

Quapropter etsi Dæmones aërea sunt animalia, quoniam corporum aëreorum natura uigent: & propterea morte non dissoluuntur, quia prauelet in eis elementum, quod ad faciendum quam ad patiendum est aptius: duobus subterpositis, aqua scilicet, & terra: uno autem superposito, id est, igne sydereo: distribuuntur enim elementa ad patiendum duo, humor & humus: ad faciendum autem alia duo, aer & ignis. Si ergo haec ita sunt, non impedit ista distinctio nostram Scripturam, quae non ex aëre, sed ex aquis producta indicat uolatilia, quia

Pal. 148.

quia subtilioris quidem & in auras exhalati atque discenti, sed tamen humoris locus volatilibus datus est. Aer autem à consinio luminosi Cæli usque ad aquarum fluida, & nuda terrarum peruenit. Non tamen totum spatium eius exhalationes humide infuscant, sed usque ad eum finem, unde incipit etiam terra nominari, secundum illum psalmum, ubi dicitur; Laudate Dominum de terra. Superior verò pars aeris, propter puram tranquillitatem, Cælo, cui collimitatur, communi pace coniungitur, & eius vocabulo nuncupatur. In qua fortassis parte si fuerunt ante transgressionem suam, transgressores Angeli cum principe suo nunc Diabolo, tunc Archangelo; nam nonnulli nostri, non eos putant cælestes, vel supercælestes Angelos fuisse: non mirum si post peccatum in hanc sint detrusi caliginem, ubi tamen & aer sit, & humore tenui contextatur, qui comotus ventos, & vehementius concitatus etiam ignes, & tonitrua, & contractus nubila, & conspissatus pluuiam, & congelantibus nubilis niuem, & turbulentius congelantibus densioribus nubilis grandinem, & discentius serenum facit, occultis imperijs, & opere Dei à summis ad infima vniuersa quæ creauit, administrantis. Unde & in illo psalmo, cum commemorata essent, ignis, grando, nix, glacies, spiritus tempestatis: ne talia sine prouidentia diuina fieri mouerique putarentur, continuo subiecit, quæ faciunt verbum eius. Si autem transgressores illi, antequam transgredirentur, cælestia corpora gerebant, neque hoc mirum est, si conuersa sunt ex pena in aëream qualitatem, ut etiam possint ab igne, id est, ab elemento nature superioris aliquid pati: nec aëris saltem spatia superiora atque puriora, sed ista caliginosa tenere permisi sunt, qui eis pro suo genere quidam quasi carcer est, usque ad tempus iudicij. Et si quid de his transgressoribus Angelis diligentius requirendum est, alius erit accommodator Scripturæ locus. Proinde nunc quod satis est, si hæc spatia turbida, & procellosa propter aëris naturam, atque ad vndas terrasque porrecta, possunt aërea corpora sustinere, possunt & auium, quæ productæ sunt ex aquis, propter aquarum tenues halitus: qui scilicet eidem aëri iuxta vndas & terras circumfuso, atque ob hoc infima, atque terrene parti deputato, vaporatiter inferuntur, & auras intexunt, quæ nocturnis rigribus agrauate, sereno etiam rore distillant: si autem vehementius frigus est, etiam gelu candidius inalbescunt.

P E T R V S Comestor ubi supra.

Sed nota ita est. Boni enim Dæmones, ut dictum est, sunt in Empyreo: mali verò in hunc aerem caliginosum detrusi sunt ad penam, non ad eius ornatum. Deus enim peccantibus Angelis non pepercit.

B E D A libro de Sex dierum creatione.

Et Dæmones habitare in aere dicuntur, & propterea eos suffert aer sustinere, quia aërea imagine vtuntur, & exinde impregnant humanum genus, qui statim quando creati fuerunt, de conspectu Dei protecli sunt.

Eadem habet in Quæstionibus.

G L O S S A Ordinaria, Augustini doctrinam sic collegit.

Dæmones aëria dicuntur animalia, quia corporum aëreorum natura vigent. Nec per mortem dissoluntur, quia prenalet in eis elementum aptius ad faciendum, quam ad patiendum: ad patiendum enim humor, & humus, ad faciendum aer & ignis. Transgressores verò Angeli cum principe suo nunc Diabolo, tunc Archangelo, si fuerunt ante transgressionem suam in puriore aeris parte (quidam enim nostri non putant eos cælestes, vel supercælestes Angelos fuisse) non mirum, si post peccatum in hanc caliginem detrusi sunt, ubi tamen aer sit. (Si saltem ante peccatum cælestia opera generabant) Neque hoc mirum est, si conuersi sunt ex pena in aëriam qualitatem, ut possint ab igne, id est, elemento superioris nature pati. Caliginosa tamen aeris loca tenere tantum permisi sunt, qui eis quasi carcer sit usque ad tempus iudicij.

Quicquid sit de Philosophorum, seu Platonis opinione, qui cuique elemento suum ascribent genus animantium (neque enim locus hic expostulat, ut de illa disceptemus) duo mihi videtur dixisse Augustinus certa, & explorata. Primum, quod verè volucres aëris, & non terræ animantia dici debeant, cum illa Deus ad exornandum aërem, sicut pisces ad venustandas aquas, & terrestria ad terram decorandam, produxerit. Alterum, quod licet Dæmones in hunc caliginosum aërem detrusi sint, nil attamen impedit, quin & volucres in eo considerare possint, & aëris pennatæ nuncupari, ea præcipuè de causa, quod Dæmones, cum spiritus sint corporis expertes, in loco non dicantur esse circumscriptiuè, ut aiunt in scholis; hoc est, quod ab aëre tanquam ambiente concludantur, sed tantum diffinitiuè, adeo ut dum uno in loco consistunt, in alio esse nequeant. Amplius, quia corporeo elemento corpore etiam præditum animal conueniat, quapropter Dæmones, qui spiritus sunt, aëris huius animantia esse non possint. Verum quod Dæmones ipsi aëreum ferant corpus, hoc à Patribus quàm plurimis, & omnibus Scholasticis rejicitur, ut in quæstione; Num Angeli corporei sint censendi, diffusius exposuimus. Cæteræ expositiones acceptari possunt. Caietani enim interpretatio locum auium clarius tradit. Basilii, Ambrosii, & cæteri Patres causam reddunt, quare super terram dicantur aëres volare.

Qui

Aues verè aëris animantia dicuntur.

Quânis Dæmones aëre habitent, ibi tamen possunt esse aues.

Sub firmamento Cæli,

Secus, vel Secundum firmamentum, iuxta editionem Græcam.

- Hoc est (legendo sub pro secus) in aëre, qui & Cælum nuncupatur ratione perspicuitatis, & firmamentum abusiue, quia æthere densior est.
- Siue in hoc aere humido secus illum supernum nunquam exhalationibus obrutum, qui firmamentum appellatur.

Qui locus prescriptus fuerit auibus ad uolandum permeandumque, describitur his uerbis; Volatile super terram sub firmamento Cæli. Conueniant omnes tam præsci Patres, quàm nuperi, locum ad spatium auibus destinatum, esse regionem hanc aëris infernam aqueis halitibus ferè semper confertam, & iactatam. Sed discrepantes multum sunt, tum in lectione, tum in significatione firmamenti. Alij legunt iuxta Græcam editionem Septuaginta; Secus firmamentum, siue secundum firmamentum. Alij iuxta nostram; Sub firmamento. Alij iuxta Chaldaicum, & Hebraicum textum; Supra firmamentum. Ex quibus repugnantes omnino eueniunt sensus. Singulas sententias ordine recensbo.

a. Hoc est (legendo Sub pro Secus) in aëre, qui & Cælum nuncupatur ratione perspicuitatis, & firmamentum abusiue, quia æthere densior est.

B A S I L I V S Hexameron Homilia octaua.

Insum est volucres super terram volare, propterea quod à terra pabulum omnes sumunt. Iuxta firmamentum Cæli, id est, in aere, ut antea differuimus, quæ Cæli præsentis loco à verbo ὁρατός videri, eò quod aer ipse, siue Cælum hoc oculis subiectum sit. Iuxta firmamentum, quod aer ipse capiti nostro imminens, collatione ætherici corporis densioris est coagmenti, & adstrictioris, per exhalationes quæ hinc in sublime feruntur.

A M B R O S I V S Hexameron libro quinto, capite uigesimosecundo.

Secus firmamentum autem Cæli quomodo, cum aquila ultra cæteras aues volent, & tamen ipse non secus firmamentum Cæli? Sed quia Græcè ὁρατός dicitur, quod Latine Cælum appellamus: ὁρατός autem ἀπὸ τοῦ ὁράω, id est, à videndo, ideo quod aer perspicuus sit, & ad videndum purior, in aere volitantia genera dixit animantium. Et ne moneat quod ait, Secus firmamentum Cæli: non propriè firmamentum hic posuit, sed abusiue, eò quod comparatione ætherici illius corporis, etiam iste aer, quem possumus oculis comprehendere, quasi crassior, & densior vicem habeat firmamenti.

P R O C O P I V S Commentarijs in Genesim.

Quod dicitur; In firmamento Cæli, &c. adiectum est propter volatum, quem in aere peragunt. Nā etiā aer in Scriptura Cælum nominatur, id est, ὁρατός, ἢ τὸ ὁρατός, quod conspiciatur. Ad hæc sæpius legimus in Scriptura sacra; Nubes Cæli. Præterea videmus & pluuiam cælitus deferri. Firmamentum aut, quod quodammodo densius sit, si comparetur cum æthere.

b. Siue in hoc aere humido secus illum supernum nunquam exhalationibus obrutum, qui firmamentum appellatur.

A V G V S T I N V S de Genesi ad literam libro tertio, capite septimo.

Educant aquæ reptilia animarum viuarum, & volatilia, inquit, super terram: addidit sanè dicens; Secundum firmamentum Cæli, in quo potest aliquanto manifestius apparere illud, quod antea videbatur obscurum. Non enim ait, in firmamento Cæli, sicut de luminariibus: sed volantia, inquit, super terram, secundum firmamentum Cæli: quia videlicet hoc caliginosum & humidum spatium in quo aues volant, illi spatio contiguum est, ubi volare non possunt: quod iam merito tranquillitatis & quietis pertinet ad firmamentum Cæli. In Cælo ergo volant aues, sed in isto, quod ille psalmus etiam terræ nomine includit: propter quod Cælum vocantur multis locis volatilia Cæli, non tamen in firmamento, sed secundum firmamentum.

Et de Genesi imperfecto capite quintodecimo.

Si volatilia non volant in illo purissimo aëre, ubi nulla nubila oriuntur, hinc manifestum est ad firmamentum

Anno Mundi primo.
Die quinta.

Anno Mūdi
primo.
Die quinta.

Sub firmamento Cœli,

Vel secundum firmamentum iuxta editionem Græcam.

- a. Hoc est, in aëre hoc caliginoso secus atherem, firmamentum dictum.
b. Vel, sub sydereo Cælo, eo sensu quo dicuntur homines esse sub Cælo.
c. Aut, sub firmamento quod est Cælum, idest, sub Cælo.

mentum eum pertinere, quia sub firmamento Cæli dictum est volatilia volare super terram.

B E D A libro de Sex dierum creatione.

Et ideo sub firmamento Cæli volitare dicuntur, non in firmamento Cæli: quia illic spatium contiguum est, ubi volitare aues non possunt. Aër iste à confinio luminoso Cæli vsque ad fluidam aquarum & nudam terram, fluxum est: non omnis tamen ad terram pertinet, sed de quo incipit à sursum versum ignis, grandæ, nix, glacies, spiritus tempestatis. Quicquid autem superius est, propter tranquillitatem ad Cælum pertinere dicitur.

a. Hoc est, in aëre hoc caliginoso secus atherem, firmamentum dictum.

I V N I L I V S in Hexæmeron.

Sed illud intelligendum est, quòd ideo dictum sit volare aues secundum firmamentum Cæli, quia hoc nomine & ather indicetur: hoc est, superius illud aëris spatium, quod à turbulento hoc & caliginoso loco, in quo aues volant, vsque ad astra pertingit: quod esse tranquillum prorsus, ac luce plenum, non immeritò creditur. Nam errantia sydæra septem, quæ in hoc aëris spatio vaga ferri perhibentur, Scriptura in firmamento Cæli esse posita dixit. Ideoque aues rectè dicuntur secundum firmamentum Cæli volare, quia vicina sunt, vt ita dixerim, atheri, turbulenti hæc aëris spatia, quæ volatus auium sustinent. Nec mirandum, si ather firmamentum Cæli nominatur, cum aër appelletur Cælum, vt supra docuimus.

G L O S S A Ordinaria.

Alia translatio; Secus firmamentum Cæli, quia vicina sunt atheri spatia huius aëris, qui aues subuehit.

b. Vel, sub sydereo Cælo, eo sensu quo dicuntur homines esse sub Cælo.

I V N I L I V S loco præcitato.

Quod autem dictum; Et volatile super terram, sub firmamento Cæli: nil rationi veritatis obstitit: quia nimirum, etsi immenso interiacente spatio, sub sydereo tamen Cælo volant aues, quæ supra terram volant: quomodo iam nos homines in terra positi, sub Cælo ac Sole esse constituti veraciter & rectè dicimur, attestante Scriptura, quæ ait; Quia erant in Hierusalem habitantes Iudæi, viri religiosi, ex omni natione quæ sub Cælo est. Et; Quid habet amplius homo de vniuerso labore suo, quo laborat sub Sole? Sanè iuxta aliam translationem, mouet nonnullos quod dictum est; Et volatilia volantia secundum firmamentum Cæli, vel iuxta firmamentum Cæli.

A. c. 2.
Ecclef. 1.

G L O S S A Ordinaria.

Sub firmamento, &c. Etsi immenso interiacente spatio, volant tamen aues sub sydereo Cælo, quæ super terram volant, sicut homines, qui in terra sunt, sub Cælo esse dicuntur.

G L O S S A Interlinearis.

In firmamento. Non vsque ad firmamentum.

c. Aut, sub firmamento quod est Cælum, idest, sub Cælo.

V I E L M I V S Lectione vigesima secunda.

Porro autem quod dicitur; Sub firmamento Cæli, potest esse oratio intransitiua, & hunc habere sensum; Sub firmamento quod Cælum est, & tunc Cælum propriè capiuntur.

T O S T A T V S in Postillis.

Sub firmamento, idest, sub Cælo: quia illuc non accedunt: & ex hoc patet, quòd non vocatur hic firmamentum prima pars aëris, vt quidam dixerunt, sed ipsum Cælum, quod est vltra elementa: quia in prima parte aëris aues mouentur.

Hoc

Sub firmamento Cœli.

Legendo; Super facies extensionis Cælorum.

- a. Hoc est, super facies aëris, quòd non tantum cælestes sphaera, sed ignis & aër firmamenti nomine significantur.
b. Vel super, idest iuxta, vel ante faciem Cæli.
c. Siue super aërem, qui solus verè per firmamentum est significatus.

Anno Mūdi
primo.
Die quinta.

a. Hoc est, super facies aeris, quòd non tantum cælestes sphaera, sed ignis, & aer firmamenti nomine significantur.

C A I E T A N V S Commentarij in Genesis caput primum.

Locum autem motus dicendo, Super terram, super facies extensionis Cælorum: hoc est, non multum longè à terra super facies aëris: vt ex ipso celsiori loco significatam intelligamus perfectiorem naturam esse generis volatiliu genere piscium. Et hic clarè apparet, quòd superius diximus, appellatione extensionis Cælorum comprehendi à Mose non solum orbes, in quibus sunt astra: sed orbes ignis, & aëris. Superficies itaque aëris prope terram describitur naturalis locus volationis, in cuius signum tempore Diluuij Noè saluauit volatilia in arca.

V I E L M I V S Lectione vigesima secunda.

Vt enim litera Hebræa habet; Halpene, rachia, samaim, super firmamento Cæli, siue super extensione Cæli: & vel de aëre sermo est, in quo aues ita volant, vt super partem eius aliquam semper ferantur: & proinde super extensione Cæli, nimirum per synecdochem: vt intelligas volucres non esse inter terrestria animalia simpliciter computandas, cum, vt volucres sunt, opifex illis locum super aërem, & in aëre assignauerit. Et post. Et vide rursum, vt hic locus patenter probat aërem quoque firmamentu vocari, quòd in secunda die dicebamus.

b. Vel super, idest iuxta, vel ante faciem Cæli.

L V S I T A N V S Adnotationibus in Genesim.

Super faciem extensionis Cæli, idest, iuxta faciem Cæli. Volant enim aues super faciem Cæli, idest, ante faciem Cæli, in aëre scilicet.

c. Siue super aërem, qui solus verè per firmamentum est significatus.

S T E V C H V S in Cosmopæia.

Quod verò ait; Sub firmamento Cæli: scito in fonte haberi, super firmamento Cæli. Qui locus abundè testatur, quid sit Hebræis super Cælo, aut quid sit Cælum, illaque diffusio, quæ dicitur RaKia, admonuitque superius sumens ex isto loco testimonium, & exemplum, declarans aquas super firmamento Cæli. Quod tamen super firmamento est infra Lunam, non procul à nobis. Idem locus aquarum supercælestium, atque auium. Sunt supercælestes aues, sunt & aquæ supercælestes. Vt non procul à verticibus nostris, & infra Lunam, aues supercælestes, sic aquæ supercælestes. Ex quo intelligimus, phrasim Hebraicam non intellectam, errorem ingenuisse, quem nos diuino auxilio, vt alia pleraque, in hoc libro remouimus.

A U C T O R.

Ex relatis sententijs, & interpretationibus, colligere primò possumus, infimam hanc aëris regionem, quæ, ut ualida ad superuehendas aues reddatur, exhalationibus humidis crassefcit, sedem esse & locum volucris à Deo præscriptum, ac destinatum: atque in hoc omnes supra delatæ interpretationes cõsentiunt. Colligere quoque deinde licet, quinam sit verè terminus firmamentum secludens, seu quæ sit genuina significatio nominis firmamenti; quod ad quæstionem de firmamenti significatione maximè facit. Basilii, Ambrosii, Procopii, aërē hunc in quo aues uolitant, abusiue firmamentum dici volunt, ea de causa, quòd atheri comparatus densior sit, sicuti etiam

Infima aeris
regio fedes
est volucru.

11 a dicitur

dicitur Cœlum, quia perspicuum est: At certè non diffiniunt, quid nomine firmamenti propriè accipiendum sit, quanquam æther firmamentum esse verum, ex consequentia asserere videantur. Iunilius æther ipsum firmamentum appellari voluit; deinde & Cœlum stellarum sedem firmamenti nomine significari hoc loco edocuit. Augustinus non tantum cœlestes sphaeras, sed ignis & aëris supereminentes partes, quæ flatibus, & vaporibus non afficiuntur, firmamenti nomen complecti fanciuit. Consentiant igitur ferè simul hi Patres, firmamēti appellatione cuncta ea spatia, quæ supra aërē hūc halitibus, & uaporibus obrutum distenduntur, quæque æthera aërem communi modo loquendi nuncupantur, esse intelligenda. Caietanus, & Nuperi firmamentum usque ad aquarum, & terræ etiam superficiem porrectum aërem significare decernunt. Steuchus solus firmamenti nomine aërem tantum capiendum autumat. Ego certè à Patribus nō discederē, quemadmodū etiā in superioribus concludebamus, firmamentiq; nuncupatione appellari corpora omnia superna, quæ nunquam iactata exhalationibus dilatantur, intelligerem; exponeremq; , sub firmamento Cœli, seu secus firmamentū Cœli aues volare, hoc est, sub sphaeris omnibus, quæ crassum hunc aërem complectūtur, seu secus, vel iuxta illas, cum nonnullæ aues, quarum corpora sunt densa, pēne rare, vel parua, non longè à terra peruolent; aliæ verò, quæ pennas densiores, & minora obtinuerunt corpora, ita subleuentur, ut secus vsque firmamentum, hoc est, iuxta firmamentum peruolent. Quantum autem ad editiones spectat, clarissimum est, Hebraicam, Chaldaicam, & Græcam nostræ fauere sententiæ. Hebraica, & Chaldaica certè legunt iuxta translationes Lippomani, Caietani, Pagnini, & Lusitani; Super faciem firmamenti. Porro quid aliud faciei nomine intelligere accommodatiùs possumus, præter illā aëris regionem, quæ sub firmamento distenditur, ad quam aues pertingere queunt, & super quam nonnullæ ipsarum peruolant? Facies enim ea est, quæ nobis ostenditur; quod si oculos in altum sustulerimus, nunquam certè, etiam si validissima esset oculorum nostrorū acies, ad ipsius firmamenti, hoc est ætheris, superficiem cōcauam perueniemus, cum ex nimia distantia à nobis conspici nequeat. Obijcitur ergò nobis facies firmamenti; hoc est pars aëris crassi quædam tantò altior, quantò maior est vis oculorum nostrorum: atque hæc firmamentum præsefert; hoc est, superficiem aëris puri vel ætheris, quæ ad nos vertit. Græca editio, quæ legit, Secūndum firmamentum Cœli, & quam sequuti sunt Patres præsci, & nostra, quæ legit, Sub firmamento, mirificè, quod docuimus, confirmant. Solus Steuchus firmamenti nomine aërem solum perperam significari contendebat: sed satis supra ipsum reieciimus, & confutauimus.

Firmamenti nomen omnia corpora superna complectitur.

Facies firmamenti quid.

Creauitque Deus cete grandia &c.

Hebraica lectio variè edita est. Chaldaica enim sic legit; Et creauit Deus colubros magnos, & omnem animam viuētem reptilem, quæ produxerunt aquæ secundum species suas, & omnem volucrem, quæ volat secundum genus suum. Græca Septuaginta interpretum; Creauit cete grandia, & omnem animam animalium reptilium. Vulgata editio, seu Hieronymi; Creauitque Deus cete grandia, & omnem animam viuētem, atque motabilem. Pagninus, & Vatablus; Creauit Deus cetos magnos, & omnem animam viuētem reptantem, quam produxerunt aquæ iuxta speciem suā, atque omnem volatile alatum secundum speciem suam. Lusitanus; Et creauit Deus cetos magnos, & omnem animam viuētem reptantem, quam repere fecerunt aquæ in specie sua, & omne volatile alatum secundum speciem suam. Caietanus; Iuxta Hebræum habetur; Et creauit Elohim Dracones grandes, & omnem animam viuam, quæ repens, quam reptificauerunt aquæ generibus suis, & omne uolatile alæ generi suo. Circa editiones Hebræas, quamplures sunt obseruationes.

Bara

Creauitque Deus cete grandia &c.

- a. Bara ex nihilo facere non semper significat.
b. Hatanimim, idest dracones, tam terrestres quam marinos, & intelliguntur pisces magnitudine stupendi.

Anno M. l. i.
primo
Die quinta.

a. Bara ex nihilo facere non semper significat.

LVSITANVS Commentarijs in Genesim.

Creauit Deus cetos magnos. Ex hoc loco constat, Bara, verbum, quod hic ponitur, non semper significare, ex nihilo facere, cum huiusmodi ceti ab aquis producti sint, & non ex nihilo facti.

b. Hatanimim, idest dracones, tam terrestres quam marinos, & intelliguntur pisces magnitudine stupendi.

STEVCHVS in Recognitione veteris Testamenti ad Hebraicam veritatem.

Hatanimim, idest, dracones. Eodem verò nomine dracones terrestres atque marini vocantur. Neque enim cete & maximi pisces aliud in aquis sunt, quam dracones ac serpentes in terra. Quanquam igitur nomen Hebraicum draconem sonet, tamen & pisces, qui eadem forma ac magnitudine sint, significat. Immemus & alibi ingentes pisces dracones vocari, ut psalmo centesimo quadagesimo octauo; Dracones, & omnes abyssi; per abyssos aquas copiosissimas intelligens: per dracones, maximos pisces. Nam dracones terrestres eodem loco inferius citat dicens, Serpentes. Esaiæ quoque capite vigesimo septimo; Et interficiet draconem, qui est in mari. Intelligiturque figuratè is, qui latè maris imperium teneret, Tyri videlicet rex, aut huiusmodi alius. Ezechielis quoque tricesimo secundo; Et tu tanquam draco in aquis. Rectè igitur hos dracones Hieronymus, cete vertit, simul etiam Septuaginta secutus, qui & ipsi interpretantur. καὶ ἐποίησεν ὁ θεὸς τὰ κίττοι τὰ μεγάλα, idest, Et fecit Deus cete grandia. Neque per cete vna eorum piscium species intelligitur, sed omnes grandiores pisces sic vocantur.

LIPPOMANVS non mutatis penè verbis hæc eadem habet, immutato sic tantum principio.

Hatanimim hagedolim scribitur, idest dracones magnos. Chaldaica etiam, colubros magnos habet.

HAMERVS Commentatione in Genesim.

Creauitque Deus cete grandia. Cete in Hebræo legitur, Hatanimim. Vsurpant Hebræi hanc vocem tam in aquatilibus animantibus, quam in terrestribus: sed in ijs tantum, quæ sunt vel magnitudine vel specie aliqua prodigiosa & stupenda. Et in Esaiæ, ubi nos legimus; Sirene in delubris voluptatis, pro Sirene in Hebræo legitur Tanim. Et ubi nos legimus; Glorificabit me bestia agri dracones, pro Dracones, Hebræicè legitur Tanim, quod Septuaginta verterunt, Sirenes. In presenti hoc loco Septuaginta verterunt κίττοι, cete. Sunt autem ceti inter aquatilia eximij pisces & vastissimi, & quorum prodigiosa magnitudo, stuporem audientibus affert, & vix fidem inuenit.

LVSITANVS Commentarijs in Genesim.

Est etiam aduertendum, quod dictio Hebraica Tanimim, significat propriè dracones, aut serpentes magnos, ut patet Deuteronomij trigesimo secundo, Venenum Tanimim, idest, serpentum vinum eorum. Neque solum marinos dracones, sed etiam terrestres significat, ut patet Malachia primo, Et hereditatem eius, letanoth, idest, serpentibus deserti. Sic Exodi septimo; Et fuit, scilicet, vīrga Moſeh, letanim, idest, in serpentem. Quod verò marinos etiam significet, habes Ezech. vigesimo sexto; Ecce ego ad te Paraoh rex Aegypti, hatanim hagedol, idest, draco magne, qui cubas in medio fluminum eius.

RABBINI in Obseruationibus Hebraicis.

Cete grandia. Vox Hebræa Thanimim, propriè significat animalia illa oblonga, quæ præseferunt formam serpentis, ut legitur psalmo centesimo quadagesimo octauo; Laudate Dominum de terra, dracones, & omnes abyssi. Hic tamen non debet verti Dracones, sed accipitur pro animalibus aquatilibus immensæ magnitudinis.

Qua in re cum omnes Doctores adeò concordēs sint, non est cur de ea editione disceptemus.

Thanimim

Anno Mudi
primo.
Die quinta.

Cete grandia, & omnem animam viuente, &c.

a. *Thanim non significat Balenam.*
 b. *Per cete grandia significantur pariter omnes pisces grandiores.*
 c. *Hoc est, repentem, seu melius calcantem.* d. *Plures phrasēs Hebraicae.*
 e. *Dixit; Creauit Deus cete, quia omnia eximia Deus per se fecit.*
 f. *Creauit distincte in specie, quod creauerat simul in aeterno Verbo.*

a. Thanim non significat Balenam.

LVSITANVS vbi supra.
 Quidam volunt Balenam significari. Est tamen coniectura vna, qua hoc prohibere videtur, quod Balena habet guttur strictum valde; Tanim vero significat animal, quod hominem viuum deglutire potest, vt patet Hieremia quinquagesimo primo; Absorbui me Chatanin, id est, sicut draco, Quare potius magnos dracones quam Balenam significare puto.

b. Per cete grandia significantur pariter omnes pisces grandiores.

STEVCHVS in Genesis caput primum, vti & Lusitanus.
 Recte igitur hos dracones Hieronymus cete vertit, simul etiam Septuaginta secutus, qui & ipsi interpretantur, καὶ ἐκράσαν ὁ θεὸς τὰ κίτη τὰ μέγαλα, id est, Et fecit Deus cete grandia. Neque per cete vna eorum piscium species intelligitur, sed omnes grandiores pisces sic vocantur. De qua re & Theodoretus inquit; Cete enim omnia ea vocat, quae inter aqua vasta sunt, quauquam eorum quoddam sit discrimen, quamobrem addidit Magna.

c. Hoc est, repentem, seu melius calcantem.

LVSITANVS vbi supra.
 Animam viuente, & repentem. Aut melius calcantem, scilicet aquas. Nam verbum Ramas, videtur significare, calcare, conculcare, vt patet Isaiæ decimo sexto; Consumpta sunt remes, id est, calcantia de terra, seu tyrami, qui calcare homines solent. Vbi alij Reptilia vertunt. Et clarius Isaiæ sexagesimo tertio; Ermessem, id est, calcabo eos in furore meo. Ezech. vigesimo sexto; Unguis equorum suorum irmos, id est, conculcabunt omnes plateas meas. Quod autem subditur; Quam crescere, seu multiplicare fecerant aqua: Alij Repere fecerunt. Nam, vt diximus, significatio propria verbi, Saras, ignota est.

d. Plures phrasēs Hebraicae.

RABBINI in obseruationibus plura confirmul adnotant.
 Omnem animam viuente. Hebraismus, pro Omnia animalia viuente; Motabilem, id est, reptantem, Latine natantem: est enim proprium piscium natate. In species suas: id est, iuxta species suas.
 Haec sunt, quae praecipue erant animaduertenda circa editionem, in quibus nihil est, quod repudiandum existimem. Nunc ad sensus deueniamus.

e. Dixit; Creauit Deus cete, quia omnia eximia Deus per se fecit.

GENNADIVS in Catena.
 In quo & notandum, Deum non dixisse; Producant aqua cete, sed Deum per se illa fecisse: omnia scilicet eximia magnitudine praedita, quae in aquis degunt.

f. Creauit distincte in specie, quod creauerat simul in aeterno Verbo.

RVPERTVS Commentarijs in Genesim libro primo, capite quinquagesimo primo.
 Porro quod cum dixisset; Creauit Deus cete grandia, & omnem animam viuente atque motabilem adiunxit

Anno Mudi
primo.
Die quinta.

Creauitq; Deus cete grandia &c.

a. *Vel vt intelligeremus Deū hac tunc condidisse, nō iussa c. Primò iussit ab aeterno; nunc exequitur.*
 ex aquis produxisse, tanquam in aquis iam extiterint. d. *Non ex nihilo, vt Caelum & terram, idē additur; Quam eduxerunt aqua.*
 b. *Prius descripsit virtutem decretam ab aeterno aquis, ad producendum aues & pisces: modò describit eorum effectiōnem.* e. *Vsus est verbo Creauit, ex eminentia rerum creatarum, quia sensu praeditarum.*

adiunxit dicens; Quam produxerant aqua, congrue & in singulis operibus dici potuisset. Creauit enim & luminaria quae fecerat, & cetera omnia quae fecerat distincte, Deus idem fecerat simul, eo videlicet respectu, quia sicut iam dictum est; Quicquid factum est in ipso, vita erat. Quapropter & de omnibus in fine generationum istarum sic dicitur; Iste generationes Caeli & terrae, quando creatae sunt: in die quo creauit Deus Caelum & terram, & omne virgultum agri antequam oriretur, &c. Quomodo intelligendum est illud, quod creauerat Deus omne virgultum antequam oriretur: sic & quod nunc dicuntur aqua iam produxisse omnem animam viuente, atque motabilem, cum crearet illa Deus.

a. Vel vt intelligeremus Deum hac tunc condidisse, non iussa ex aquis produxisse, tanquam in aquis iam extiterint.

PROCOPIVS Commentarijs in Genesim.
 Ceterum manifestum reor, iussum & imperium diuinum ista omnia condidisse, nec iussa esse prodire, quasi iam antea in aquis extiterint. Quemadmodum praecipit, vt terra vernaret herbis, floribus, arboribusque, quae prius non erant terrae insita, & praecipit sequutus est effectus. Similiter & hic euenit. Nequaquam enim subiunxit; Et eduxerunt aqua &c. Quid igitur? Fecit Deus cetos magnos, & omnem animam animalium reptilium.

b. Prius descripsit virtutem decretam ab aeterno aquis, ad producendum aues & pisces: modò describit eorum effectiōnem.

CAIETANVS Commentarijs in Genesim.
 Prius descripsit virtutem decretam ab aeterno aquis ad producendum pisces, & decretum quod volatile volat super aërem prope terram: modò describit creationem vtiorumque.

c. Primò iussit ab aeterno; nunc exequitur.

VIELMIVS Lectione vigesima secunda.
 Iussio fuit ab aeterno, exequutio nunc primum facta est: ipse igitur qui iussit, exequitur.

d. Non ex nihilo, vt Caelum et terram, idē additur, Quam eduxerunt aqua.

CAIETANVS vbi supra.
 Vbi perspicaciter aduertit, quod non absolute dicit, quod Deus creauit haec (quemadmodum absolute dixerat, quod creauit Caelum & terram) sed adiungit, Quam reptilificauerunt aqua, ad significandum, quod non creauit ex nihilo, sed illam Deus creauit, quae aquae reptilificauerunt: ita quod simul creauit illa Deus, & aquae reptilificauerunt illa: vt intelligamus, quod Deus effecit illa mediantibus aquis, eodem modo quo exposuimus terram produxisse tunc ligna fructifera.

e. Vsus est verbo Creauit, ex eminentia rerum creatarum, quia sensu praeditarum.

CAIETANVS vbi supra.
 Vtitur autem verbo creationis, ea (vt reor) ratione, quia anima viua in hunc diem reseruata, est anima sensitua: cognoscere autem, & seipsum mouere, diuinum quiddam est vniuersae naturae vires excedens: ad huiusmodi siquidem eminentiam significandam, dixit Moses; Creauit: tanquam non ex inferioribus elementis, sed

Anno Mūdi
primō.
Die quinta.

Cete grandia, & omnem animam viuente, &c.

- a. Hoc est, plasmauit, formauit, seu fecit de praeiacenti materia.
- b. Creauit Deus, ut prima causa: produxerunt aqua, ut secunda.
- c. Hoc sic enumerat, ut nullum genus piscium & volucrum omisum, a Deo agnosceremus.

sed excelsiori diuina participatione corruptibilia haec habeant animam viuam, hoc est, qua cognoscunt, & seipsa mouent. In cuius rationis signum, non dicit Moyses; Et omne reptile anima viuam: sed dicit; Et omnem animam viuam.

a. Hoc est, plasmauit, formauit, seu fecit de praeiacenti materia.

H V G O Carensis in Postillis.

Creauit, id est, plasmauit, seu de materia praecedenti fecit.

V I E L M I V S Lēctione vigesima secunda.

Verbum, Creauit, pro eo positum est, ac formauit, effecitque: ut videas hoc verbum non semper id nobis significare, quod est de nihilo facere.

b. Creauit Deus, ut prima causa: produxerunt aqua, ut secunda.

S T E V C H V S in Cosmopæia.

Id item obseruandum magnopere censui, quanta sit Philosophia diuinae maiestas, quippe qua duas omnium rerum producendarum causas, perinde atque Aristoteles, omnesque Philosophi, praetendat. Vt enim Philosophi dicunt, Solem, Deum, & hominem gignere hominem: sic duas causas primarum originum hic proponuntur. Creauitque, inquit, Deus cete grandia, & omnem animam viuente, atque motabilem, quam produxerunt aqua. Deus ergo creauit, aqua produxerunt. Proxima videlicet ac princeps causa, maximaque harum generandarum auctoritas fuit Deus: secunda causa aqua, sicut Deus & homo gignunt hominem. Quicquid ergo cetera causa fecerunt, multo maxime, & principalissime fecit Deus, ut sit in omni creatione & causa ipsa, quod Graece dicitur τὸ ἀρχοντικόν, principatus ipse, maximaque omnium causarum regina & magistra.

A U C T O R.

Gennadij in-
terpretatio re-
felliur.

Gennadij interpretatio, si ut sonat, accipiat, longe à verò abscedit. Neque enim putandum est, Deum peculiari studio creasse cete, & immanes pisces: aqua uerò uirtutem contulisse, ut ceteros minores generaret: sed eadem sua omnipotentia, eam et uirtute, eodem studio protulit & magna, & minima, ut dicebamus, ipsius uerbo efficientis causae uices agente. Ceterae interpretationes recipi possunt, dempta Ruperti interpretatione, quae quanquam ingeniosa, planum literae sensum non explicat. Quod dixit Caietanus, appositum fuisse, Creauit, quia res quae creabatur, anima uidelicet, sensu praedita, res sublimis erat, & propè diuina, commentitium est; hac siquidem ratione multò magis eo uerbo, Creauit, uti debuisset Moyses in productione animantium terrestrium. Reliquae simul connecti possunt: adeò ut interpretemur, Deus, ut agens, principalisque causa, non de nihilo, ut Coelum & terram iam crearat, sed de praeiacenti materia sua uirtute disposita creauit, hoc est, formauit, effecit, plasmauit, & maxima, ut cete sunt, & omnem uiuentem animam, motabilemque, hoc est, omnes pisces cuiuscunque sint generis, & omne uolatile, hoc est, volucres.

Ne cunctis si-
mul reliquae
interpretationes.

c. Hac sic enumerat, ut nullum genus piscium & volucrum, omisum a Deo agnosceremus.

R A B A N V S ut in Catena Lippomani.

Et ne forte, quia sunt aquarum animantia, quae non reptando, sed natando, uel pedibus ambulando incidunt, sunt inter uolatilia; quae ita pennas habent, ut omni usu uolandi caveant; putaret quispiam aliquod genus

Anno Mūdi
primō.
Die quinta.

Cete grandia.

- a. Tria enumerat rerum genera, ut creatricem Trinitatem designaret.
- b. Memorat genus hoc piscium maximum, ut intelligeremus multo magis minores fuisse conditos a Deo.
- c. Commemoratur pisces proprio nomine, non volucres, & stirpes; quod in nullo genere sit animal adeò uastum, & prodigiosum, ut in piscibus.

genus uolatilium, siue aquatiliū animantium in hoc Domini uerbo esse praetermissum, ideo uigilanter adiungitur; Creauitque Deus cete grandia, & omnem animam viuente, atque motabilem, quam produxerunt aqua in species suas, & omne uolatile secundum genus suum. Nullum igitur genus exceptum est, ubi cum cetis grandibus creata est omnis anima uiuens, eorum quae produxerunt aqua in species suas diuersas, hoc est, reptilium, & natatiliū, sed & eorum quae nullo apta incessit, fixa cautibus inherens, ut sunt plurima conchatum genera.

Iunilius in Hexameron haec ipsa non mutato uerbo habet. Quapropter sententiam hanc credo esse Iunilij, falsoque; à Catena, Rabano fuisse ascriptam.

a. Tria enumerat rerum genera, ut creatricem Trinitatem designaret.

R V P E R T V S Commentariorum in Genesim libro primo, capite quinto quagesimo primo.

Creauitque Deus cete grandia, & omnem animam viuente, atque motabilem, quam produxerunt aqua in species suas, & uolatilia secundum genus suum. Cur ita distinxit; Creauitque Deus cete grandia, & omnem animam viuente, atque motabilem, cum & cete grandia comprehendere uel consignificari potuissent, si hoc solum dixisset, Creauitque Deus omnem animam viuente, atque motabilem? Etenim hoc dicto, nec cete grandia, nec paruos spiniculos excepisset. Cur ergo sic distinxit? Videlicet ut hoc etiam creatricis opus Trinitatis in tres diuisum esse species insinuaret. Viuentium nanque siue motabilia, alia per factum ueniunt, id est, catuligena sunt, quorum cete maxima sunt: alia per ouum ueniunt, quorum multo plura genera sunt. Quibus adde, & omne uolatile secundum genus suum. Et ecce habes huius quoque creationis opus tripartitum.

b. Memorat genus hoc piscium maximum, ut intelligeremus multo magis minores fuisse conditos a Deo.

G L O S S A Interlinearis.

Cete grandia, id est, à maximo usque ad minimum.

P R O C O P I V S Commentarijs in Genesim.

Fecit Deus cetos magnos, & omnem animam animalium reptilium. Dum itaque meminuit cetorum, qui excellunt magnitudine, satis euidens est, etiam minores pisces ab ipso creatos solo iusu.

S T E V C H V S in Cosmopæia.

Et quod dixit; Cete grandia, uidetur unum praecipuum genus in cunctis aquatilibus commemorasse, ut si Deum intellexeris magnarum maris bestiarum creatorem, multo facilius cognoscas cetera esse in ingenium eius referenda.

c. Commemoratur pisces proprio nomine, non volucres, et stirpes; quod in nullo genere sit animal adeò uastum, & prodigiosum, ut in piscibus.

S T E V C H V S loco praefert.

Non sit idem in descriptione uolucrum, ut aliquam maximam auem memoret, cuius dicat Deum creatorem; nec in descriptione arborum. Credo quod in ceteris id fieri indignum esset: dignissimum autem in uno genere, quod esset prodigium, & immense magnitudinis, quale nullo alio in genere inueniretur. Tanto enim praecellit cetus omnes bestias terrestres, quanto sedes ipsa, id est, omne mare, est terris latius. Itaque mirae magnitudinis bestiam, quippe qua insulae procul aspicientibus speciem praebet, cum primis quasi rem memoratu dignissimam induxit.

m m Memorat

Anno Mūdi
primo.
Die quinta.

Cete grandia.

- a. Memorat belluas maximas, ne crederentur orta ex necessitate materia, & non Dei iussione.
b. Memorat cete, ut intelligeremus et immanes pisces in aliquo vsu nostrū fuisse à Deo conditos.
c. Vel ad terrorem, & stuporem. d. Siue ad speculationem, & timorem.
e. Seu ad indicandam Dei potentiam, & misericordiam.
f. Cetorum nomine omne genus vastum piscium intelligit.

a. Memorat belluas maximas, ne crederentur orta ex necessitate materia, et non Dei iussione.

C A I E T A N V S Commentarijs in Genesim.

Et meminit in primis draconum grandium, ad tollendum errorem existimantium huiusmodi animalia non esse producta ex intentione diuina, sed velut ex necessitate materia.

b. Memorat cete, ut intelligeremus etiam immanes pisces in aliquem vsu nostrum fuisse à Deo conditos.

V I E L M I V S Lectione vigesima secunda.

Rursum ut intelligas, hoc quoque genus aliquo vsui, & commoditati interdum hominibus esse posse, quem admodum Iona naufragium postmodum nos edocuit.

c. Vel ad terrorem, & stuporem.

B A S I L I V S Hexameron Homilia septima.

Talia sunt animantia ea, quae ad terrorem & stuporem nobis incutiendum Creatura sunt.

d. Siue ad speculationem, & timorem.

P R O C O P I V S Commentarijs in Genesim.

Quaedam animalia à Deo formata sunt, ut inserviant homini: quaedam ut nos inducant in speculationem, & contemplationem miraculose Mundi creationis: quaedam ut nos timore percillant quodam, ne metis omnium vacui negligentia obtorpeamus: quaedam ut cedant in alimenta homini post casum.

e. Seu ad indicandam Dei potentiam, et misericordiam.

C H R Y S O S T O M V S Homilia septima.

Posses etiam ex horum creatione & potentiam Domini, & ineffabilem misericordiam addiscere: & potentiam quidem, quia sermone, & praecepto, ex aquis talia animantia produci fecit: misericordiam autem, quia ut ea produxit, propriam eis regionem attribuit, inauigabilem maris partem illis decernens; ita ut nemini possint nocere: sed versentur in mari, & sui spectaculo supereminentem opificis potentiam doceant, nullumque humano generi damnum inferant.

f. Cetorum nomine omne genus vastum piscium intelligit.

Ex Hebraicarum vocum significatione haec expositio desumitur. Nam Hathanim hagedolim, pisces magnitudine maximos significat. Edocuerunt id interpretes omnes, Lufitanus, Lippomanus, Caietanus, Steuchus, ut supra, cum de editione agebamus, relatum est. Sed audiamus fateri Patrem vnum.

T H E O D O R E T V S ut in Catena.

Cete ergo ea omnia vocat, quae inter aquae vasta sunt, quanquam eorum quoddam sit discrimen, quomobrem addidit, Magna.

Hoc

Anno Mūdi
primo.
Die quinta.

Cete grandia.

- a. Hoc est, Hebraicè dracones, quod exitio sint ceteris piscibus, & terribiles, ut Dracones.
b. Verè grandia, quod ceteros pisces mole superent.

a. Hoc est, Hebraicè dracones, quod exitio sint ceteris piscibus, & terribiles, ut Dracones.

V I E L M I V S Lectione vigesima secunda.

Hebraeae tamen voces, Hataninim, Hagedolim, significare dicuntur dracones magnos: Deuteronomij trigesimo secundo; Fel draconum vinum eorum; Hebraicè, Hataninim: & esse dracones in aquis certum est: & scribitur Hieremia quinquagesimo primo; Absorbuit Mechatatum; id est, sicut draco: & Psalmo centesimo quadragesimo octavo; Dracones, & omnes abyssi. Existimant autem quidam cetos idcirco appellari Hebraeis dracones, quod longitudine & forma dracones referant. Sed vix ego credam omnes eius generis pisces, draconum figuram habere, est pisces figuram illam habeant: quamobrem suspicor inde eos hoc cognomen acquisuisse, quod uti terrestres dracones veneno, & eorum quidam truculento halitu, & oculis virulentibus, terrestrium animalium lues sunt, ut proinde ab eis cetera longius aufugiant: ita ceti sua ingluvie & voracitate, perditio sint, & consumptio ceterorum piscium. Quapropter & sapientissimus Opifex promittit, ut minus facundi animalibus parvis sint: primo de Generatione Animalium capite octavo.

b. Verè grandia, quod ceteros pisces mole superent.

B A S I L I V S in Hexameron Homilia septima.

Fecit Deus cete grandia, non quia squilla, & halece maiora sunt, cete ideo magna sunt dicta: sed quia maximis mole corporis montibus aequantur. Nam cum ad summam aquae superficiem enatarint, instar insularum saepenumero apparent. Haec tamen tanta molis animantia, non in oris, nec in littoribus degere, versarique solent: sed id inhabitant mare, quod Atlanticum nuncupatur.

Glossa Locupletata haec non omittit.

A M B R O S I V S Hexameron libro quinto, capite vndecimo.

Veniamus ad Atlanticum mare. Quam ingentia illic, & infinita magnitudinis cete, quae si quando supernatant fluctibus, annatare insulas putes, montes altissimos summis ad Caelum verticibus eminere. Quae non in acta, nec in littoribus: sed in Atlantici maris profundo feruntur videri, ut eorum conspectu nautae à nauigandi in illis locis praesumptione reuocentur, nec secreta elementorum adire supra terrore mortis surpent.

P R O C O P I V S Commentarijs in Genesim.

At hi ceti ob corporis vastam molem montibus conferuntur: interdum insularum speciem intuentibus offerunt, ubi in summam enatarint aquam. Qui fit, quod non circa littora versantur, sed magis Atlanticum elegere, in quo morantur, mare.

T H E O D O R E T V S interprete Steucho.

Adeoque sunt magni ceti, ut saepe insularum praebant speciem, si quando in summos fluctus enatarint, neque circa littora morantur, sed colunt, quod pelagus Atlanticum nuncupatur.

V I E L M I V S Lectione vigesima secunda.

Scribit Plinius libro trigesimo secundo, capite primo, visos fuisse in Arabia flumine magnitudinis sexcentorum pedum, & latitudinis trecentorum sexaginta: quin etiam Theodoretus hic ait, eos, si quando in summos fluctus natarint, insularum speciem exhibere. Vastissimum est aquae elementum, ideoque & vastissimas belluas habet: sic enim humoris exuberantia in terrestribus animalibus vasta corpora efficere solet.

Anno Mudi primo. Die quinta.

Cete grande.

a. Quod nomen id significat; nam Cete Græcum nomen sonat vastitatem.

a. Quod nomen id significat; nam Cete Græcum nomen sonat vastitatem.

Ionæ 2.

ISIDORVS Etymologiarum libro duodecimo, capite sexto.

Cete dicta τὸ κρητός, hoc est, ob immanitatem. Sunt enim ingentia genera belluarum, & equalia montium corpora, qualis cetus excepit Ionam: cuius alius tanta magnitudinis fuit, ut instar obtineret inferni, dicente Propheta; Exaudiuit me de ventre inferni.

STEVCHVS in Cosmopæia.

Vocatur cetus Græcè, quæ vox sonat magnitudinem, latitudinem, vastitatem. Hinc Homerus μεγαύτητα κρητός, magnicetum pontium dicit, id est, vastum, latum. Et κρηώσταυ λάκε φουρνα, quasi latam, spatiosam. Græcè declinatur neutro genere κρητός, quam inflexionem (siquidem & Septuaginta τὰ κρητὴ μεγαύλα transulerunt) secutus est nosler. Ceteri apud Latinos malunt dicere, cetus, ceti, inflexione Latina. In Hebraico exprimitur, quod Græcè vox sonat, cete enim dicuntur Græcè quasi vastitates, granditates. Hebræus autem dixit, Creavit Deus cete grandia.

AUCTOR.

Cete cur Moses nominavit.

Tria ex prædictis interpretationibus colligamus. Primum, quorsum memorarit Moses cetos. Alterum, quid nomine cetorum intellexerit. Tertium, quid sit de magnitudine, & mole ipsorum asseuerandum. Quorsum Moses cete nominarit, tres asseuerantur literales causæ. Altera à Rabano, & Iunilio, ut nullum omiffum genus piscium, & volucrum, in hac rerum effectione dignosceremus. Altera à Procopio, ut intelligeremus multò magis minima quæque effectisse Deum, si maxima, qualia cete sunt, creauit. Tertia à Caietano, ne crederemus bestias tam immanes ex necessitate materiæ, sed ex Dei uoluntate, atque imperio fuisse compactas. His duæ aliæ accedebant, quæ mystica censentur. Vnam tradidit Rupertus allegoricam, cum dixit, enumerari hoc loco triplex genus animantium, in cetis viuiperum, in motabili ouiperum, & uolucres, ut uestigium Sanctissimæ Trinitatis insinuetur. Tropologicam alteram tetigit Vielmus, Mosem scilicet de cetis mentionem egisse, ut intelligeremus etiam ingentes quosque pisces, cuius generis est cetus, in usum nostrum fuisse effectos: nempe ut ministri essent Deo in miraculis, ut dixit ipse Vielmus: seu ut terrorem, & stuporem hominibus incuterent, prout tradidit Basilius: siue ad speculationem & timorem, uti edisserbat Procopius: uel ad indicandam, & manifestandam Dei potentiam, & pietatem, ut exponebat Chrysostomus. Quare autem in animantibus, & uolucris, sicuti in piscibus, speciem aliquam non nominarit, elegans est à Steucho adducta causa; quod in animantibus illis, & uolucris, tam prodigiosa, & corporis mole portentosa species non comperitur. Ceterum quid nomine cetorum intelligere Moses uoluerit, uariè quidem sunt Patrum sententiæ à nobis iam delatæ: sed ab emphasi uocis Hebraicæ non discedendo, ea existimanda est acceptior interpretatio, quæ omne genus piscium mole ingentium, capi existimat. In hac siquidem communi de rerum omnium effectione historia, cetus inter pisces maximus quam alia promeruit, præterquam ingentis molis & uastæ magnitudinis ratione nominari? Atqui compares multo hac in re habet pisces, ut Balenas, & alios. Quantum autem ad magnitudinem eorum spectat, non est locus, ut in ea enarranda tempus conteramus. Duo tantum adducam testimonia, Plinij, & Alberti.

Plinius

Cur non sit nominata species aliqua in auiibus. Cetorum nomine ingentes pisces capiuntur.

Anno Mudi primo. Die quinta.

Cete grandia.

a. Adeo grandia, quod Deus, ne maria occuparent, & ceteros pisces absumerent, femellam necauit, & in escam beatorum reseruaui.

Plinius libro nono scribit, Balenas maris indici quaternum iugerum esse; & libro trigesimo secundo, Iubam Regem Mauritaniam in voluminibus ad Caium Cæsarem Augusti filium scriptis tradidisse, cetos sexcentorum pedum longitudinis, trecentorum sexaginta latitudinis, in Arabicum flumen intrare. Quod Pererius etiam egregie adnotauit. Albertus Magnus tantæ immensitatis Balenas esse tradit, ut oculi specus, quem non modò immensi corporis, sed capitis exiguam partem esse scimus, suo in sinu quinque ac viginti homines latè accipiat, & complectatur, superciliaque ducenta, & quinquaginta unicuique oculo esse affixa. Osque earum tam amplum esse, ut euomendo aquas, naues submergant, costas aded vastas, ut ex eis domorum tigna fieri possint, caudâ bifidam aded latam, ut latitudine pedum quatuor supra viginti se expandat, corpus ad tantam molem excrescere, ut iugera terræ quatuor obtegere dixerint præsci Philosophi, dilaniatumque semel ac trucidatum trecentis curribus vix auferri potuisse. Hæc Albertus Magnus.

Cap 30. Cap. 1.

De magnitudine cetorum.

a. Adeo grandia, quod Deus, ne maria occuparent, & ceteros pisces absumerent, femellam necauit, & in escam Beatorum reseruaui.

LYRANVS in Postillis hanc induxit Hebræorum fabellam.

Dicunt hic Hebræi, quod istud genus piscium est incredibilis magnitudinis, propter quod si eorum multiplicata fuissent indiuidua, destructum fuisset Saculum, quia mare non esset nauigabile, nec alij pisces possent stare in mari. Ideo postquam Deus creauerat hanc speciem in sexu masculino, & femineo, occidit femellam, ne multiplicarent indiuidua, & reseruat eam iustis ad comedendum in futuro Seculo. Ex quo patet Iudeos cecidisse in errorem Saracenorum, qui beatitudinem futuræ vitæ ponunt in delectationibus corporalibus ciborum, & uenerorum. Quod non solum apud Catholicos absurdum reputatur, sed etiam apud Gentiles Philosophos, qui beatitudinem hominis ponunt in operibus intellectuæ partis, asserentes vitam uoluptuosam esse vitam pecudum, ut patet primo Ethicorum.

Prosequitur amplius Lyranus demonstrare beatitudinem futuram non spectare ad bruta, sed ad hominem, in uisioneque Dei & fruitione consistere, ex qua redundat glorificatio, & immortalitas corporis, vi nutritiua & generatiua non egentis.

TOSTATVS in Postillis.

Et uolunt Hebræi, quod tantæ magnitudinis sint isti pisces, quod si multiplicata fuissent indiuidua, destructa fuissent indiuidua omnia piscium, & mare factum fuisset in nauigabile, & comederent alios pisces. Postquam ergo Deus creauit istam speciem in utroque sexu, occidit femellam, ne multiplicarent: & reseruat eam in cibos Beatis post uitam istam. Et in hoc apparet grauis error, & stultitia Iudeorum, qui ponunt felicitatem in gustu, quod turpissimi Philosophorum Epicurij fecerunt, non quidem veri & magni Epicurij, quos Aristoteles in primo Ethicorum, viros grauissimos uocat: sed illi, quos ut turpissimos gula sectatores, Philosophi abiecerunt. Hanc propositionem Agareni tenent, qui Beatos in uita æterna riuus lactis & mellis, & delicias puellarum asserunt delectari, ut patet ex traditione sui Alcorani. Gentiles autem Philosophi, licet Deum uerè non cognouerunt, sequentes tamen euidentissimum limitem rationis, in delectationibus animæ, tanquam partis superioris, perfectam felicitatem posuerunt. Sed differunt à ueritate Catholica, quia ipsi in hac uita, nos autem post mortem felicitatem aduenire dicimus.

PAVLVS Burgenfis calumniam hanc Hebræis à postillatoribus illatam sic reijcit in Additionibus.

Sicut inter Christianos fuerunt quidam Hæretici, ut Arriani, Nestoriani, & huiusmodi, quorum errores non sunt imponendi ueris Christianis, sic inter Iudeos fuerunt nonnulli, habentes opiniones erroneas, quæ non approban-

Anno Mudi
pri mo.
Die quinta.

Omnem animam viuente atq; motabilem.

- a. Dixit Omnem, vt includeret eos pisces, qui non repunt sed natant, & pedibus gradiuntur, & pennatos non volantes, & que cauitibus inhaerent.
b. Motabilem de esse ad non esse; ad differentiam hominis, qui immortalis conditus fuit.

approbantur à Iudeis omnimodis. Vnde licet in aliquibus opusculis eorum appareat, quod in alia vita sint corporales delectationes: communis tamen eorum hoc animo respicit. Est enim contra illud Esais sexagesimo quarto; A seculo non audiverunt, nec auribus perceperunt, oculus non vidit Deus absque te, que preparasti expectantibus te. Ex quibus verbis manifestè habetur, quod remuneratio preparata iustis, superat omnem sensum. Vnde determinatio communis est apud eos, prout Rabbi Moses dicit, quod in alia vita non est cibus, nec potus, nec actus veneriorum, sed iusti delectantur ex splendore diuine glorie. Quapropter attribueret istum errorem Iudicis in communi, non est utile ad eorum reductionem: credunt enim quod nos fingimus mendacia contra eos, quod non modicum impedimentum prestat ad hoc, vt reddamur eis credibiles.

DIONYSIVS Carthuffianus Enarratione in Genesim articulo quattodecimo, Burgensem, quem Rabbinum uocat, redarguit, quod ex duabus illatis calumnijs primam non eliserit, Deum videlicet necasse scemellam.

Sed Paulus iste non reprehendendo primam partem dicti Lyra, quo ait, Iudeos asserere, quod Deus in principio feminam ceti occiderit: videtur inuere, quod Lyra rectè id recitat. Nec Lyra hoc loco adducit specialem rationem hoc reprobantem; idcirco aliquid breuiter tangi potest ad reprobandum tam fatuum verbum. Si enim Deus occidit feminam ceti, iam species illa perisset, nisi dicitur cetus ille primus vsque nunc vivere, quod naturale non esset; nisi forte dicitur, quod occiderit feminam illam postquam genuerat, quo dato, idem sequeretur periculum, si genuisset femellam, idemque inconueniens si masculum genuisset. Denique, cum Deus sit sapientia, ac providentia infinita, ipse ante Mundi productionem, vniuersa prouidit: cur ergo fecisset, quod propter periculum imminens mox necasset?

Hæc volui interponere, non quidem quod ea existimem digna, vt inter Patrum graues sententias inferantur, sed ne quid à Postillatoribus dictum prætermittam.

Omnem animam viuente atq; motabilem.

- a. Dixit Omnem, vt includeret eos pisces, qui non repunt sed natant, et pedibus gradiuntur, & pennatos non volantes, & que cauitibus inhaerent.

GLOSSA Interlinearis.

Quia sunt aquarum animantia, que non reptando, sed natando, vel pedibus ambulando incedunt: sunt & volatilia, que pennas habent, sed omnino volatu carent: ne aliquod genus prætermissum videretur, generaliter comprehendit omne genus reptilium, natatiliu, volatiliu, & que cauitibus inhaerent fixa, vt concharum plurima genera.

- b. Motabilem de esse ad non esse; ad differentiam hominis, qui immortalis conditus fuit.

IVNILIUS in Hexameron.

Nec prætereundum, quod cum creasse diceretur Deus omnem animam viuente, additum est: Atq; motabilem, ad distinctionem videlicet hominis, quem facturus erat ad imaginem, & similitudinem suam: ita vt si eius præcepta seruaret, perpetua viueret incommutabilitate beatus. Nam animantia cetera ita sunt prima mox conditione facta, vt vel alia alijs in alimoniam cederent, vel ipsa suo senio deficientia perirent.

HVG O Adnotationibus in Genesim, capite septimo.

Animam viuente, atque motabilem, vel mutabilem, vt est in Hebræo. Quicquid enim factum est propter hominem, fecit Deus ad mutationem, & mortem: hominem verò solum ad immortalitatem.

GLOSSA

Anno Mudi
pri mo.
Die quinta.

Viuentem, atque motabilem.

- a. Motabilem, idest, mobilem de loco ad locum.
b. Viuentem, à primo actu animæ, qui est vita; Motabilem, à secundo, qui est motus.

GLOSSA Ordinaria ex Iunilio.

Et omnem animam &c. ad differentiam hominis, qui faciendus ad imaginem Dei, & si præcepta seruasset, perpetua immutabilitate maneret. Cetera verò animalia sic facta sunt, vt alia alijs in alimoniam cederent, vel senio deficerent.

PETRVS Comestor in Genesim capite septimo.

Et omnem animam viuente, atque motabilem, quam produxerant aqua. Motabiles autem dicuntur anime piscium & auium, respectu animæ hominis. Illa enim mouentur de esse ad non esse: ista non, quia perpetua est: vel quia forsan animas non habent, sed tamen spiritus vegetatiuos, quia cum ipsis animabus exringuitur, ipsum animal, vocauit animam, idest, viuens. Vnde & Græci diuidunt animalia per zoa, & sicbeazoa, idest, viuencia bruta: sed sicbea animata à sicbe, quod est anima rationalis. Sed etiam dicitur creatum motabile, quod creatum est sic, vt moueretur de vita ad mortem: quod non homo, qui creatus est, vt non moueretur si vellet: illa verò creata sunt, vel vt in esum cedant alijs, vel senio deficiant. His benedixit Deus; Crescite, & multiplicamini.

HVG O Carensis in Postillis.

Motabilem, idest, mobilem de esse ad non esse.

- a. Motabilem, idest, mobilem de loco ad locum.

TOSTATVS in Postillis.

Et omnem aliam animam viuente, & motabilem, idest, omnes alios pisces, qui viuunt, & mouentur in aquis.

VIELMIVS Lectione vigesima secunda.

Hugo autem, & Iunilius fuisse additam à Mose particulam, Motabilem, dixerunt, ad differentiam humana anime. Hæc enim sola motabilis non est, quia perennis, & immortalis vita est: ceteræ motabiles, quoniam de esse ad non esse progrediuntur. At verò intempestiuè hæc dicitur: litera enim Hebræa, Reptantem, habet, vt motatio hæc sit reptatio, & de loco ad locum migratio, & ratione dicta superius, piscibus accommodata est, vt sensus sit: Et omne animal, quod in aquis reptat.

- b. Viuentem, à primo actu animæ, qui est vita; Motabilem, à secundo, qui est motus.

ALBERTVS Magnus prima parte, quæstione duodecima, articulo decimo quinto.

Dicendum, quod anima viuens dicitur à primo actu animæ, qui primus actus anime in corpore est vitæ. Anima verò motabilis dicitur anima secundum actum processiuu motus: motus autem processiuus est in organis ad motum ordinatis: & si organa sunt alæ, tunc dicitur volatile animal: si sunt pedes, tunc dicitur gressibile: si autem sunt pinnule, tunc dicitur natatilis: si verò vis illa ad motum sita est in costis, vel in ore, vel in collectione, & extensione anulorum, tunc dicitur reptile: reptilia enim rapiunt se quandoque vi costarum, quandoque ore, quandoque collectione, & extensione anulorum.

Prima interpretatio exponens, Motabile, idest mutabile, & semper ad interitum decidens, certè longè est à sensu, sicut & multum recedit à litera; nec enim textus vllus, vel Hebraicus, vel Græcus, vel Latinus legit Mutabile, quinimodò Hebraicus multum illi aduersatur, nam omnes ferè interpretes uerbum illud ita explanabant; Motabilem, idest, reptantem, seu calcantem. Restat igitur, vt altera expositio, quæ ait, Motabile, hoc est, quod mobile, seu volando, seu volando, propria, & genuina sit censenda. Expositio Alberti elegans est, & in Scholis libentissime audiretur.

Produxerunt

Reiecta prima interpretatione alæ recipiuntur.

Anno Mudi
primo.
Die quinta.

Quam produxerunt aquæ.

- Produxerunt, postquam Deus creauit.
- Produxerunt aqua, ut secunda causa efficiens.
- Vel simul cum Deo: Hic ut efficiens, illa ut materies.
- Vel ut efficiens uirtute Dei, & materies.

a. Produxerunt, postquam Deus creauit.

H V G O Victorinus Adnotationibus in Genesim, capite septimo.
Quam produxerunt aqua, id est, produxerunt, vel postquam Deus creauit.

b. Produxerunt aqua, ut secunda causa efficiens.

L I P P O M A N V S in Catena.

Vel dua cause primarum originum hic proponuntur. Deus creauit, aqua produxerunt. Proxima uidelicet, ac princeps causa, maximaque harum gerendarum auctoritas fuit Deus, secunda causa aqua, sicut Deus & homo gignunt hominem. Quicquid ergo cetera cause fecerunt, multo magis & principalissime fecit Deus, ut sit in omni creatione & causa ipse, principatus ipse, maximaque omnium causarum regina, & magistra.

c. Vel simul cum Deo: Hic ut efficiens, illa ut materies.

T O S T A T V S Commentarijs in Genesim.

Quam produxerunt aqua in species suas. Non est hic ordo temporis, ita quod dicamus, quod Deus creauit omnes pisces, qui producti fuerunt ex aquis: ita quod primo producti fuissent ex aquis, deinde creati a Deo: sed est sensus, quod Deus creauit, siue produxit, & melius pisces de aquis: & creatio, que dicitur actionem ex parte Dei, & productio, que dicitur passionem quantum ad aquas, que sunt materia, fuit simul, scilicet quod formatio actiua a Deo, & formatio passiuua ex aquis, simul fuerunt.

V I E L M I V S Lectione vigesima secunda.

Quam produxerunt aqua in species suas. Produxerunt Deus, & aqua, species omnes piscium, non sane sicut Sol & homo hominem gignunt, quemadmodum periclitatur Glossa, oblita eorum, que superius dixerat, cum, Producant aqua, exposuit: sed sicut efficiens, & materia.

d. Vel ut efficiens uirtute Dei, & materies.

C A I E T A N V S Commentarijs in Genesim.

Vbi perspicaciter aduerte, quod non absolute dicit, quod Deus creauit hec, (quemadmodum absolute dixerat, quod creauit Caelos & terram) sed adiungit; Quam reptificauerunt aqua: ad significandum, quod non creauit ex nihilo, sed illam Deus creauit, que aqua reptificauerunt, ita quod simul creauit illa Deus, & aqua reptificauerunt illa: ut intelligamus, quod Deus effecit illa mediantibus aquis eodem modo, quo exposuimus terram produxisse tunc ligna fructifera.

Hugonis expositio simplex est, & litera propria. Produxerunt siquidem aqua turmam piscium omnium, cum Deus eos in ipsis creauit. Non attamen profundius declarat, in quonam genere causa aquis sit ascripta ista productio. Satisfaciunt autem huic rei secunda, & tertia interpretatio, quamuis secunda non recte. Clarissimum utique est, Deum esse causam principem, & primariam, cuius uirtute cetera agunt. Verum in hac prima rerum effectio Deus vices egit, non tantum primarie cause, sed & secundarie, secundarie, inquam, in genere causarum efficientium, & aqua tantum materies fuit, & matrix, quia Deus actiue, & aqua passiuè (ita loquuntur Scholæ) in rerum, que creabantur, effectio concurrerunt, ut bene exponebat tertius Commentarius, & nos supra digessimus. Caietani placitum iam supra explosum est.

Id dicitur

In species suas.

- Id dicitur tantum de ijs, que per propagationem reparantur.
- In piscibus, & auibus, fit mentio de speciebus, & generibus, non autem in homine, quia eorum plures species, & genera: unum autem humanum genus.
- Hoc est, ut primitia, ex quibus procrearentur alij secundum species, vel genera sua.
- Vel plurimi, quod infinita propè sint species & genera piscium.

a. Id dicitur tantum de ijs, que per propagationem reparantur.

A V G V S T I N V S de Genesi imperfecto, capite quartodecimo.
Meminerimus sane, secundum suum genus, de ijs creaturis dici, que seminali propagine reparantur: nam de herbis iam hoc, & de arboribus dictum est.

b. In piscibus, & auibus, fit mentio de speciebus, & generibus, non autem in homine, quia eorum plures species, et genera: unum autem humanum genus.

L Y R A N V S in Postillis.

Quam produxerunt, &c. In piscibus enim, & auibus, & brutis animalibus sunt multe species subalterne, ac etiam specialissime: & ideo in productione eorum fit mentio de generibus, & speciebus: natura autem humana producta est primo in uno solo individuo, ut patebit infra, & ideo non fit ibi mentio de genere, vel specie.

T O S T A T V S Commentarijs in Genesim.

Secundum species suas. Non dicitur quod sic de homine, quia duo individua humana in eadem specie producta sunt: quia centum & viginti species piscium sunt cognite, aliqua alia manebunt, que in distantissimis maribus nutriuntur.

c. Hoc est, ut primitia, ex quibus procrearentur alij secundum species, vel genera sua.

B A S I L I V S Hexameron Homilia septima.

Producant aqua reptilia uiuentium animarum, secundum genera sua. Vniuscuiusque generis nunc primitias quasi natura semina quadam oriri iubet: multitudo uero successioni postea asseruatur, cum genera singula necesse sit in multitudinem crescere. Atque aliud genus eorum est, que ostracodema vocantur, qualia sunt concha, peccines, limaces marini, strombi, & ostrearum discrimina numerosa. Aliud eorum, que mala ostraca vocantur ut locusta, cancri, ceteraque id genus finitima. Aliud preter hac genus eorum est, que mollia nuncupantur, quorum caro mollis est, atque tenera, ut polypi, sepia, ceteraque similis generis. In quibus rursus innumeras esse differentias constat. Prætereo dracones, murenas, atque anguillas, que limosis in fluminibus, stagnisq; nascuntur, & uenenatis potius reptilibus, quam piscibus sunt propinqua. Aliud item genus subeunt ea que ouum, aliud ea que animal pariunt. Procreant autem animal ea, que mustellini generis sunt, & caniculi: & ea omnino, que chartilaginea nuncupantur generisq; cetarij, plurima sunt uinipera, ut delphini, vituli marini, quos & tenellos suos catulos aliqua perterritos causa, in ventrem rursus suscipere, circumplectiq; ferunt. Producant aqua reptilia uiuentium animarum per genus. Aliud genus est cetarium, aliud piscium tenuium genus. In piscibus item innumera discrimina sunt, per genera sane distincta.

Quæ prolixius edisserit, & numerat.

d. Vel plurimi, quod infinita propè sint species, & genera piscium.

A M B R O S I V S Hexameron libro quinto, cap. secundo.

Numerat, si potes, omnia piscium genera, vel minorum, vel etiam maximorum: sepias, polypos, lithostragos, carabos, caneros, & in his innumabilia sui generis. Quid dicam genera serpentium, dracones, murenas

Anno Mudi
primo.
Die quinta.

Anno M^{di}
Die quinta.
primo.

Et omne volatile secundum genus suum.

- Aues volatilia appellat, ut ex organo quo mouentur, perfectione earum in comparatione piscium agnoscat.*
- Pennatum adijci debet, ut comprehendantur & pisces volantes.*
- Hoc est, ut origines, ex quibus procreantur in suo genere sibi consimilia.*
- Vel secundum perfectionem generis sui.*

ranas, anguillas? Nec pretermittam scorpions, ranas, testudines, mustelas quoque, & canes marinos, vitulos marinos, cete immania, delphinos, phocas, leones. Quid attexam etiam merulas, turdos, &c.

Plura de his edisserit capite secundo, & tertio. De his expositionibus non habemus quid dicamus, nisi quod secunda Postillatorum frigida certe lectori apparebit, & merito. Elegans autem est explanatio Basilij; sed de eis, & consimilibus infra latius.

a. Aues volatilia appellat, ut ex organo quo mouentur, perfectione earum in comparatione piscium agnoscat.

CAIETANVS Commentarij in Genesim.

Et dicit, volatile ala, ad exprimendum naturalia organa ad volandum, hoc est, motum progressiuum: ut ex ipsa distinctione organorum ad motum localem, etiam significetur maior perfectio volatiliu, quam aquaticorum animalium. Pisces enim organa ad motum localem valde indistincta habent.

b. Pennatum adijci debet, ut comprehendantur & pisces volantes.

AVGVSTINVS de Genesi imperfecto, capite quintodecimo.

Et omne volatile pennatum. Cur additum est, Pennatum? An potest esse volatile, quod pennas non habeat? Sed si potest, nunquid hoc genus fecit Deus, quandoquidem non inuenitur ut sit factum? an omnino potest quicquam volare sine pennis? Nam & vespertilio, & locustæ, & muscæ, & siquid huiusmodi est quod plumis careat, pennis non caret: sed Pennatum additum est, ne solas aues intelligeremus, quoniam pisces pennati sunt, & super terram volant infra aquas: ideo non dictum est Aues, sed voluntia generaliter, & volatile pennatum.

Hæc, & altera expositio videntur intempestiue adductæ: ex nominatione enim volatiliu erigitur utiq; mens ad intelligendum modum, quo progrediuntur aues, exinde tamen non ostenditur perfectio maior in auib, cum ex cæteris differentijs præstantioribus illa sit desumenda. Quantum ad obseruationem ab Augustino productam id solum dixisse volui, Mosem fortè sub nomine reptilium comprehendisse & pennatos pisces, quia repunt ut plurimum, volant pauci & parum.

c. Hoc est, ut origines, ex quibus procreantur in suo genere sibi consimilia.

EVCHERIVS in Genesim libro primo, capite sexto.

In species suas, secundum genus suum. Quia ita creata sunt, ut ex eis alia generentur, quæ & formam seruent posteritatis, & specie distinguerentur à cæteris.

d. Vel secundum perfectionem generis sui.

VIELMIVS Lestione uigesimasecunda.

Secundum genus suum: hoc est, iuxta quod uniuscuiusque species, & natura exigit. Quapropter & illis nihil defuit, & nihil quod superuacaneum esset, Creator adiecit: sed omnes integras, absolutasq; facultatibus, sensiterijs, & organis ita formauit, ut nec Momus ipse aliquando posset opificem accusare.

Quod

Anno M^{di}
primo.
Die quinta.

Et omne volatile.

- Quòd plurima sint genera alitum, & differentia propè innumera.

a. Quòd plurima sint genera alitum, et differentia propè innumera.

BASILIVS Hexameron Homilia octaua.

Sunt tamen & in volucrum natura, generum innumera differentia, quas si quispiam eodem transegerit modo, quo piscium etiam aliqua ex parte discrimina nos tetigimus, unum idem commune volucrum nomen, infinitas autem inueniet differentias, & inenarrabilem inter ipsas, magnitudine, formis, coloribus, vita, moribus, actionibusque varietatem.

Distinguit autem primò differentias auium secundum modum alarum, ex sententia aliena.

Iam verò quidam conati sunt in ipsis & nomina noua fingere, ut insolitis, alienisque nominibus, tanquam quibusdam iustis notis, propria cuiusque generis percipi natura, peculiarisque conditio possit. Atque alias fissipemes appellarunt, ut aquilas: alias cutipemes, ut vespertilio: alias membranipemes, ut vespas: alias vaginipemes, ut scarabeos, & quæcunque tandem in vaginis sunt, & tectorijs, siue crustis generate, diffracta prius crusta, ad volatum alas liberè explicant.

Deinde secundum differentias pabuli, quo vescuntur aues, alias adducit differentias.

Sed nobis ad generum volucrum distinctionem assignandam, peculiaremque naturam, sufficit ipse communis usus, & diffinitiones eæ, quæ de puris, atque impuris à Scriptura trahuntur. Aliud itaque genus earum est, quæ carnibus vescuntur, aliaque compositio, atque forma, modo victus ipsarum accommodata. Ungues his insunt adunci, acuti, & rostrum incuruum, celeritasq; volatus, atque pernicitas, ut facile præda capiatur, distrahaturq;: atq; dilaniata prædatori pabulum fiat. Alia rursus carum, quæ frugibus vesci solent, eoque dicuntur seminilegæ, corporis morumque constitutio. Alia item earum, quæ quouis aluntur passim obuio.

Subdistinguit autem eas aues, quæ passim aluntur quouis obuio, secundum plures accidentales differentias. Et primùm, quòd alia sint gregales, alia solitaria: & gregalium alia illeges, alia sub duce: & ex his alia sedem mutant, alia non.

In his ipsis plurima sunt differentia. Harum enim quedam gregales his eximuntur rapaces. His enim nihil prorsus commune est, præter coniugalem societatem. Sunt alia innumera, quæ congregatiuam, seu collectiuam ament vitam, ut columba, grues, sturni, graculi, aut monedula. In his etiam aliæ nulli sunt imperio subditæ, sed quasi suo iure liberè viuunt, & illeges: aliæ sub duce viuere patiuntur, ut grues. Iam verò non mediocrem in his & aliam differentiam esse nouimus. Nam alia nunquam sedem mutant, sed eisdem in locis versantur: alia nature ductu quàm longissimè demigrant, & sub ingruentem hyemem in semotissima quamplurimum se recipiunt loca.

Prosequitur amplius & aues distinguere, quòd alia familiares euadant, & alia non.

Complures aues præterea, si educantur, mansuescunt, mitesque fiunt, præter eas, quæ imalidæ sunt: quæ propter exuperantem metum atque pauorem, assiduam manus atrectationem non ferunt. Quin etiam sunt & quæ cum hominibus degunt, & similiter habitare solent auicula quedam: aliæ verò montes incolunt, & solitudinem gaudent.

Tandem ex differentijs cantuum sic eas subdiuidit.

Maximum autem discrimen est insuper inter ipsas, & differentia circa vocem. Alia nanque garrule, & loquaculæ sunt, alia taciturnæ, & alia oscines, ac multas variasque voces eliciunt. Aliæ inoscines penitus sunt, cantusque inexperites: alijs præterea data est vis imitandi, aut ex sese suapte natura, aut exercitio adhibito. Alia vocem vnici modi, ac immutabilem edunt.

Prolixa subinde oratione diuersarum auium multas & insignes annexit proprietates, quas nunc prætermittimus, cum eas in mysticis interpretationibus sumus desum-

nn 2 pturi,

Anno Mūdi
primo.
Die quinta.

Vidit Deus, quòd bonum.

a. *Cuncta à Deo creata existimanda sunt bona, quia etiam exitialia, vt cete, quoddam bonum afferunt.*

pturi, vt ex singulis documenta ad vitam instituendam depromamus. Ambrosius Hexameron libro quinto, capite quartodecimo, hæc eadem diuersa oratione exponit, ad quem lectorem remittimus.

A U C T O R.

Nulla certè harum interpretationum à nobis refellenda est. Veruntamen si quænam earum sit præstantior, atque ad contextum accommodatior, perquireret ingenuus lector; responderem profectò, quòd ea quæ exponit; Secundum genus suum; hoc est, secundum perfectionem generis sui, seu cum dotibus cunctis, & differentijs, quæ spectant ad genus suum, mihi magis literam explicare videtur. Nulli utiq; dubiū est, condita esse vniuersa animantia secundum idæam, & exemplar præscriptū ab æterno Verbo. Rursum, condita esse prisca animantia, quæ primò emanarant, siue pauca, siue plura (nam de his postea disceptabimus) vt origines, & primitias, ex quibus procrearentur alia secundū genus suū. Sed cum dicit Moses, Et omne volatile secundum genus suum, iuxta planiorē verborum sensum videtur dixisse, secundum perfectionem generis sui, hoc est, volatile quodcumq; fecit Deus perfectum, omnibusq; numeris absolutum, secundum quod exigebat natura generis sui. Differentias, & diuersitates, quas attulerunt Basilius, & Ambrosius, accidentales potius censendas esse, quàm específicas (vt aiunt in Scholis) existimarem, & classes potius, quàm species eas nuncupandas arbitrarer. Plures autem species, ac differentias Isidorus Etymologiarum libris enumerat, ad quem (id enim nostrum non est negotiū) lectorem reijcimus.

a. *Cuncta à Deo creata existimanda sunt bona, quia etiam exitialia, vt cete, quoddam bonum afferunt.*

CHRYSOSTOMVS Homilia septima.

Et vidit Deus, quòd bona. Hic denudò meritatem omnia absque ratione blaterantium comprimit. Nam vt nullus dicere possit, cuius gratia cete facta sunt? quam nobis vtilitatem conferunt? quid commodi ex eorum creatione? Idcirco postquam dixit; Fecit Deus cete magna, & omnem animam animalium reptilium, & volatilia; statim adidit; Et vidit Deus, quòd bona: Quasi diceret; Non enim quia tu rationem ignoras factorum, accuses creaturas. Audisti Dominum laudantem sententia sua, & dicentem, quòd bona sint: & quomodo tu insanus dicere audes, quare facte sunt? quasi Deum ob suum opificium accusans? Nam si cordatus esses, posses etiam ex horum creatione, & potentiam Domini, & ineffabilem misericordiam addiscere: & potentiam quidem, quia sermone, & præcepto ex aquis talia animantia produci fecit: misericordiam autem, quia vt ea produxit, propriam eis regionem attribuit, in nauigabilem maris partem illis decernens, ita vt nemini possint nocere: sed versentur in mari, & sui spectaculo supereminentem opificis potentiam doceant, nullumque humano generi damnum inferant. An paruum putas misericordiae partem, geminam tibi vtilitatem hinc exoriri? Etenim sapere volentes, ad Dei notitiam introducunt, & admirari faciunt misericordiae eius magnitudinem, quòd ab eorum nocentis humanum genus liberauit. Neque ob nostram duntaxat vtilitatem ea omnia facta sunt, sed & ob immensam ipsius magnificentiam. Alia enim propter nostram vtilitatem fecit, alia propter suam magnificentiam, vt magis factoris prædicetur potentia. Audiens itaque, quòd Deus vidit quia bona: ne ausis ultra diuinae Scripturae obmurmurare, & curiosius inquirere, & dicere; Quare Deus hoc, vel aliud fecit?

Non

Expositio verborū illorū; secundum genus suum.

Lib. 12. cap. 7.

Vidit Deus, quòd bonum.

a. *Non dixit, quòd boni pisces, vel bona aues; sed quòd bonum; hoc est, Dei opus; quia res tantum bonæ sunt, quantum Dei opus sunt.*
 b. *Tantum de Angelis dictum est; Vidit Deus quòd bona lux, quia boni ex comunicata eis Dei bonitate.*
 c. *Quod & homini contigisset, si in iustitia permansisset.*
 d. *Hoc est, quòd præstantissimum iucundum, & vtile.*

a. *Non dixit, quòd boni pisces, vel bona aues; sed quòd bonum; hoc est, Dei opus; quia res tantum bonæ sunt, quantum Dei opus sunt.*

R V P E R T V S Commentariorum in Genesim libro primo, capite quinquagesimo tertio.

Veruntamen nec dixit, nec dicere Scriptura debuit; Et vidit Deus volatilia Cæli, siue reptilia maris, quòd essent bona: sed vidit Deus, inquit, quòd esset bonum, subauditur, sic esse factum: in quo non creaturæ huius (quod nullum est) laudatur meritum, sed bonum Creatoris ponderatur ingenium. Similiter cum dicitur; Et vidit Deus cuncta, quæ fecerat, & erant valde bona, non creaturarum prædicantur merita, sed (quod longè aliud est) Creatoris commendatur sapientia.

b. *Tantum de Angelis dictum est; Vidit Deus quòd bona lux, quia boni ex comunicata eis Dei bonitate.*

R V P E R T V S eodem loco.

Sola lux, quia voluntatem habere potuit, & voluntariè suam ad Deum essentiam direxit, bona dicta est, vt potè boni Dei capax, quem quia cum amore exceperit, rectè illi diuinae bonitatis comunicata est laus.

c. *Quod & homini contigisset, si in iustitia permansisset.*

R V P E R T V S vbi supra.

Si tam statim iustitia viueret homo, quàm certo ordine seruant ea quæ prædicta sunt, statutum benedictionis imperium, rectè formato homine, sicut dictum est; Et vidit Deus lucem quòd esset bona: sic nihilominus singulariter diceretur; Et vidit Deus hominem, quòd esset bonus.

d. *Hoc est, quòd præstantissimum iucundum, & vtile.*

V I E L M I V S Lectione vigesima secunda.

Vidit Deus, quòd esset bonum: quicquid nimirum hac die effecerat: præclara enim laude vtrunq; Dei opus dignum est: est namque præstantissimum vtrunq; & iucundum, & magno nobis inuamento (modò ratione vtamur) ad transigendam commode vitam nostram.

A U C T O R.

Bonitatis ratio in creaturis bifariam certè attendi potest, vel respectu naturæ rerum ipsarum creaturarum, vel respectu nostri. Si consideremus simpliciter res ipsas, vt aues, & pisces, nūm sui natura bonæ sint, clarissimum est eas bonas esse, & optimas, & præstantissimas; vniuersam tamen bonitatis earum rationem à summo fonte bonitatis, hoc est, à Deo prouenire, solus enim Deus propriè & simpliciter bonus est, cætera verò bona duntaxat existimantur, quantum à Deo sunt, & quantum magis Deo adherent, secundum quam contemplationem benè dixit Rupertus, & interpretatus est; Vidit Deus, quòd bonum, hoc est, Dei opus, non volatilia Cæli, seu reptilia maris, quòd essent bona: Neque enim merentur bonitatis laude commendari, nisi in quantum in ipsis lucet Dei potentia, sapientia, & bonitas. Verum si bonitatis rationem ad nos referamus, vt ea dicantur bona, quæ nobis sunt proficua, cuncta profectò creata, tum aues, tum pisces bonæ

Anno Mūdi
primo.
Die quinta.

Bonæ sunt et respectu nostri.

Creaturæ ex sui natura bonæ sunt.

Anno Mūdi
primo.
Die quinta.

Vidit Deus, quòd bonum.

a. In opere hoc sibi complacuit.

Benedixitq; eis, dicens; Crescite, &c.

b. Barach, quanquam plura significet, hoc loco attamen denotat benefacere.

bonæ possunt nuncupari, quoniam nobis valdè ad vtilitatem & iucunditatem conducunt, ut rectè asserbat Vielmus. Iucunda profectò sunt omnia, tùm quando ea contuemur, tùm quando ea contemplamur: sensumq; ac mentem vehementer oblectant. Vtilia autem, tùm quia esca sunt, & medicamina, tùm quia varia nobis præstant ad institutionem vitæ documenta. Et licet quædam videantur hominibus esse exitio & perditioni, multa attamen deferunt eis commoda, tùm corpori, tùm animo saluberrima, vti eleganter admodum edocebat hoc loco Chrysostomus: & nos, cum eam difficultatem dissoluemus, Quorsum Deus animantia inutilia, & noxia conciderit, ex doctrinis Patrum demonstrabimus. Cæterum animaduertas, habere Græcam editionem; Vidit Deus, quòd bona, qua videtur tolli Rupertii contemplatio.

a. In opere hoc sibi complacuit.

DIONYSIVS Carthusianus in Genesim articulo tertidecimo.

Vidit Deus, quòd esset bonum: id est, opus huius quintæ diei sibi complacuit. Et certè benè sibi complacuit in opere etiam quintæ diei, vti in cæteris operibus, nam omnia, etsi sua natura non æquè perfecta sint, perfecta attamen sunt in genere suo, ab eademq; diuinæ omnipotentia manu, ex eodem diuinæ sapientia exemplari, atq; ex eodem diuinæ bonitatis fonte proficiscuntur.

Benedixitq; eis, dicens; Crescite, &c.

Hebraicam hanc clausulam uariè Interpretes transfulerunt. Chaldaica Paraphrasis habet; Et benedixit eis Deus, dicens; Crescite, & multiplicamini, & replete aquas maris, & volucris multiplicetur in terra. Græca Septuaginta Interpretum; Et benedixit eis Deus, dicens; Crescite, & multiplicamini, & replete aquas in maribus, & volatilia multiplicentur super terram. Vulgata nostra; Benedixitq; eis, dicens; Crescite, & multiplicamini, & replete aquas maris, auesq; multiplicentur super terram. Pagninus, & Vatablus; Benedixitque illis Deus, dicendo; Crescite, & multiplicamini, & replete aquas, quæ sunt in maribus, & volatile multiplicet sese in terra. Lufitanus; Et benedixit eis, dicendo; Crescite, & multiplicatè uos, & replete aquas in maribus, & volatile multiplicet se in terra. Caietanus; Et benedixit ipsa Elohim, dicendo; Fructificate, & multiplicatè, & replete aquas in maribus, & uolatile multiplicabit in terra.

b. Barach, quanquam plura significet, hoc loco attamen denotat benefacere.

LVSITANVS Adnotationibus in Genesim.

Significat Barach, id est, benedicere, varia apud Hebræos. Nam cum de Deo dicitur, significat benefacere, bona desiderare. Cum verò est verbum hominis ad hominem, est bona illi precari, aut desiderare: & hominis ad Deum, nonnunquam est laudare. Cum enim dicitur; Deus benedixit huic, sensus est, benefecit, auxit substantiam eius: vt Genesim vigesimoquarto, vbi seruus Abrahamæ dicit, Deum domino suo benedixisse, id est, substantiam augmentasse. Cum autem de homine ad alium hominem dicitur; Benedixit illi, id est, bona illi imprecatus est à Domino: vt Luca secundo; Benedixit illis Simeon, id est, bona illis imprecatus est. Cum verò dicitur; Benedixit homo Deum: sensus est, laudauit, quod in psalmis frequentissimè occurrit. Significatio tamen

Benedixitque eis, dicens; Crescite, &c.

- a. Perù, verbum Hebraicum Fructificate significat: sed versum est Crescite, vt magis Latinum, & vt Septuaginta editioni conformius.
b. Verba, Parah, & Rabab, vertenda erant, Fructificate, & multiplicatè.
c. Quod Hebraicè, & Græcè dicitur, Aquas in maribus; Latinus vertit, Aquas maris, ad euitandum Hebraismum.

Anno Mūdi
primo.
Die quinta.

tamen propria verbi, Barach, est bona precari, aut incuruari: hic autem significat benefacere: vim multiplicandi se tribuit.

a. Perù, verbum Hebraicum Fructificate significat: sed versum est Crescite, vt magis Latinum, et ut Septuaginta editioni conformius.

STEVCHVS in Genesim caput primum.

Quod Latine est, Crescite: Hebraicè Perù: hoc est, Fructificate: à nomine, fructu. Idem verò est crescere in animalibus, quod fructificare in arboribus. Eleganter itaque hoc in illud mutauit, cum Fructificare non satis esset Latinum. Secutus præterea est Septuaginta; qui & ipsi vertunt ad fructus: id est, Crescite.

b. Verba, Parah, & Rabab, vertenda erant fructificate, & multiplicatè.

LVSITANVS vbi supra.

Aduerte secundò, quòd omnes interpretes hic verterunt; Crescite, & multiplicatè uos: & (meo iudicio) non benè. Nam eis etiam auctoribus verbum, Parah, quod hic ponitur, & ipsi, Multiplicatè, vertunt: significat propriè fructificare, & non multiplicatè. Verbum autem sequens, scilicet, Rabab, multiplicatè. Et cum aliud sit fructificare, aliud multiplicatè fructum, reddendus sic erat textus; Fructificate: neque solum hoc, sed etiam multiplicatè prolem: id est, in magna copia fructum producite. Et præterea fecerunt inutilem repetitionem eiusdem significationis dicentes; Crescite, & multiplicatè uos. Nam crescere non potest accipi hic pro crescere in magnitudinem, sed in multitudinem, & cum crescere in multitudinem sit idem quod multiplicari: sequitur eos fecisse repetitionem eiusdem significationis. Et hac de causa, diximus maximè expendendas verborum & nominum significationes.

c. Quod Hebraicè, & Græcè dicitur, Aquas in maribus; Latinus vertit, Aquas maris, ad euitandum Hebraismum.

LIPPOMANVS in Catena.

Hebraicè hic habetur; Vmilu eth hamaim baiaimmim: hoc est, Replete aquas in maribus, verum erat durius. Venuste ergo & appositè vertit interpres, Aquas maris, quod quia lingua Græca facilius patiebatur, non immutauit Septuaginta. Vertunt igitur, ὕδατα ἐν ταῖς θαλάσσαις: id est, Aquas in maribus. Vitare enim oportet Hebraismum, ne in asperam, & difficilem orationem incidamus: quod enim apud illos elegantissimum est, vix apud nos posset audiri.

Stechus in Adnotationibus, cum hæc ipsa habeat iisdem sub verbis, horum videtur esse auctor, Lippomanusq; qui posterior est, ex ipso hauisse creditur.

Parum inter se discrepant editiones istæ, alteraque est veluti explicatio, & paraphrasis alterius. Quæ autem obseruarunt hi interpretes, digna sunt animaduersione, quia ad cognoscendos genuinos sensus latum nobis aditum suppeditant. Neque calumnijs vllis editionem nostram impetendam esse arbitror, quoniam si aliqua variatè, certè id non immutata sensus substantia, atque non sine certis, & firmis rationibus effecit, tùm nempe, vt Hebraismos, ac solecismos euitaret, tùm ne à Græca Septuaginta Interpretum, quæ maximè venerandèq; semper fuit existimationis, vt pote quæ à sui initio vsq; ad D. Hieronymi tempestatè princeps & vulgata habita fuit, nò recederet.

Quod

Editio nostra cur in præallegatis verbis ab Hebraica discesserit.

Anno Mūdi
primo.
Die quinta.

Et benedixit.

- a. Idest, vim prolificandi inseruit.
- b. Vel ad multiplicationem eos ordinavit.
- c. Aut potestatem multiplicandi eis contulit.
- d. Seu copiam, & affluentiam elargitus est.
- e. Sive uberem propagationem eis ad perennitatem speciei detulit.

Quod lectorum memoriae commendatum summopere exopto: ex hoc enim non mirabitur, si eam saepius ab Hebraica discedere conspiciet.

a. Idest, vim prolificandi inseruit.

LIPPOMANVS in Catena.

Ergo benedicere Dei hoc in loco est vim prolificandi inserere, ut sequitur; Crescite, & multiplicamini: id est, fructum posteritatis edite, unum generet aliud, & unum plura, ut impleantur aquarum congregationes, mare, & flumina, secundum mirabilem specierum amplitudinem.

b. Vel ad multiplicationem eos ordinavit.

LYRANVS in Postillis.

Ista benedictio est ordinatio ad multiplicationem individuum, per commissionem maris, & saminæ.

c. Aut potestatem multiplicandi eis contulit.

TOSTATVS.

Benedixit eis: id est, dedit eis potestatem multiplicandi per generationem: benedictio enim semper importat multiplicationem, siue spiritualem, siue corporalem: hic autem de corporali intelligitur, scilicet de propagatione.

d. Seu copiam, et affluentiam elargitus est.

STEVCHVS in Cosmopæia.

Benedictio Hebraicè dicitur, Barach, qua voce largitas, affluentia, & quod Græcis πῶς, designatur. Benedixit ergo propriè positum pro eo, quod est, largitus est, largitatem fecit, ubertatem dedit, fontes laxavit. Adhibeturque hic præcipuè benedictio, & affluentia, quod infinita sit marinorum animalium multitudo. Infinita formarum ac generum, in omni genere infinita multitudo. Quot species cogitando fingi, quot artificio naturæ formari, quocumque cadere, & in aquas ire partes diuersi generis temperatura queat, tot genita sunt ex aquis, id tūm aquarum natura ferente, tūm decernente Deo, quod ex seipsis pisces, & se mutuo deuorando, quod raro terrestres faciunt, viciant. Hæc benedictio, & affluentia, & largitas diuina, iussit ut hoc genus in omnes generatim formas procederet.

RABBINI in Observationibus.

Benedixitque eis. Benedictio in sacris literis significat abundantiam: id est, dedit illis fecunditatem, verbo suo.

e. Sive uberem propagationem eis ad perennitatem speciei detulit.

Patres nonnulli voluerunt benedictionem hanc, non tantum multiplicationem, & eam copiosam: sed & ipsius speciei ex continua propagatione perennitatem inferre.

CHRYSOSTOMVS Homilia septima in Genesim.

Et benedixit illa Deus (inquit) & dixit; Crescite, & multiplicamini, & implete aquas, quæ in pelagis, & volatilia multiplicentur super terram. Ipsa benedictio est, in magno numero, & multitudine illa augeri, & multiplicari. Nam quia animatae creature erant animalia, volebatque illa perpetuo esse, ideo subdidit; Et benedixit illa Deus, & dixit; Crescite, & multiplicamini. Verbum enim illud usque in presentem diem illa conseruat, & tantum præterijt tempus, neque unum horum genus imminutum est. Nam benedictio Dei, & verbum, quod dicebat; Crescite, & multiplicamini: ut subsisterent, & durarent, eis contulit.

Hæc & Glossa Locupletata.

AVGV-

Benedixitque eis, dicens; Crescite, &c.

- a. Benedixit, hoc est, benefecit, quia benedicere est benefacere.
- b. Vel dona auxit, quoniam benedicere est dona augere.

Anno Mūdi
primo.
Die quinta.

AVGVSTINVS de Genesi imperfecto, capite quintodecimo.

Benedictionem ad fecunditatem valere voluit, quæ in successione prolis apparet, ut ea benedictione, qua infirma & mortalia creata sunt, genus suum nascendo custodiant.

Hæc desumpsit Glossa Ordinaria.

PROCOPIVS Commentarijs in Genesim.

Verum illa animalia nequaquam ut homines, spirituali beantur benedictione: sed illorum benedictio pertinet ad sobolem procreandam, quæ sit generis successione.

a. Benedixit, hoc est, benefecit, quia benedicere est benefacere.

CAIETANVS Commentarijs in Genesim.

Novum genus rerum describi manifestat reserua benedictio. Hactenus siquid non est benedictionis mentio facta. Et verè nouum genus rerum est, quod diuersitate sexuum, quod coniunctione seminum ex coniunctione maris & femina gaudet, & propterea vis ipsa sic generatiua referenda applicandaq; ad actionem ob conseruationem speciei per huiusmodi benedictionem significatur. Benedicere enim Dei est benefacere.

b. Vel dona auxit, quoniam benedicere est dona augere.

VIELMIVS Lectione vigesimatertia.

Ut video, Dicere Dei, efficit res. Benedicere, auget, & promouet ad meliora. Maledicere, bonum aliquod antea collatum subtrahit. Quamobrem, & cum in Euangelio Dominus ficulneam maledixisset, mox illa arefacta est, & vitam amisit: & cum damnatis dicit; Ite maledicti in ignem æternum, spem omnem illis adimet consequendæ beatitudinis. Et post. Hæc ergo Dei benedictio, noua quedam eius beneficentia est, ac prioris exhibitii beneficii auctio, & incrementum; ut quod hic dicitur; Benedixitq; eis: perinde dictum sit, atque benefecit, siue beneficium auxit. Cum enim piscibus dedisset esse, & vitam: nunc vim procreandi, & ob id perennitatem veluti quandam, & immortalitatem munificentissimè superaddidit. Sic etiam capite vigesimoquarto legimus, seruum Abrahæ reflari, Deum vero suo benedixisse, hoc est, opes, & substantiam plurimam tribuisse, auxisseq;: ut diserte videas, quod nunc dicebamus, Scripturam appellare Dei benedictionem, incrementum & auctiorem suorum donorum.

Matth. 25.

AUCTOR.

Tanto certè non sunt interuallo seiunctæ, quæ proferebantur interpretationes, quincas in unam redigi posse non arbitremur. Nam si benedictio ordinata est ad multiplicationem, potest utique esse ad multiplicationem copiosam, atque adeo abundantem & affluentem, ut perennitas semper in specie conseruetur, qua immortalitatem consequi ipsa species videtur, quod quidem donum est Dei munificentissimum, vberius cumulatum foelicitate, & uita eorum præsertim animantium, quæ primitiæ fuerunt in vnoquoque genere; cum non solum vitam à Deo sint consequuta, sed & facultatem eam impertiendi cæteris successiue, & per propagationem, adeo ut nunquam species illa, siue genus decidat, & ad interitum perueniat. Ecce in unum congeessimus delatas expositiones. Quam uerò præstans & egregium munus censenda sit ipsa specierum, & generum propagatio, ex multis considerari potest. Proferam ego hoc unum. Perpendoque quatuor diuersa admodum in Scripturis sacris reperiri. Dicere, Non dicere, Benedicere, Maledicere. Rursum hæc in Dei, hominisve ore, diuersa admodum denotare. Dicere Dei, facere est; Dixit Deus, fiat, & factum est. Non dicere, non facere est. Quare quæ non dixit, nec facta sunt, Omnia enim per uerbum facta sunt, & sine ipso factum est nihil. Benedicere uerò est augere, & res ad quid melius quàm ut sint promotæ uere.

Prædictæ interpretationes in unam conueniunt.

Specierum propagatio ingens Dei donum. Dicere, non dicere, benedicere, & maledicere Dei quid inferant. Io. 1.

Anno Mudi primo Die quinta.

Benedixitque eis, dicens; Crescite, &c.

a. Naturalis motus & ardor ad propagationem & prolis educationem insitus animantibus, ipsius benedictionis est virtus.

Gen. 1.

Matth. 26.

Matth. 25.

Benedictio Dei aibus & piscibus data quid efficiat.

uere. Maledicere autem, in peius ut decidant, permittere, quam ut non sint. Nam sicuti cum Deus dixit, fecit, & ea quae fecit bona sunt, quandoquidem de cunctis Dei operibus per uerbum effectus scriptum est; Vidit Deus, cuncta quae fecerat, & erant ualde bona: Ita cum benedicit, quod optimum est efficit; & quando maledicit, quod pessimum est permittit. Cum igitur Deus sensilia rationis expertia creans dixit, dedit illis esse; cum benedixit, aliud quid perfectius quam esse superaddidit, quod illorum natura, ac conditio maxime exigebat, quod est perennitas. Nam congestis rebus ex elementis, ob idque corruptioni, & interitui obnoxii, superintulit perpetuitatem formarum seu specierum, eamque non simplicem, sed uertate, & affluentia, ac omnium bonorum prosperitate insignem; quod quidem esse longe praestantius est & excellentius, quam esse singulare: Cum maledixit, ad eum corruiere permisit calamitatum & malorum cumulum, quo melius illis non esse foret. Anima uero, & Angeli, quia spiritus sunt, cum Deus dixit, naturale ipsis esse imperitum est; cum benedixit, superaddidit & gratiam, & post gloriam, quae nobiliter perfectiusque esse conferunt, quam naturam, cum praeter existentiam, diuinum ferè quoddam esse largiatur. Rursum, quando Angelum, & animam maledixit, ita exigentibus grauissimis eorum erratis, adeo eos damnauit, ut quamuis esse ipsorum non diruerit, ad tantas tamen aërumnas, & talem dolorum aceruam eos depulit, ut acerbior valde, & molestior quam non esse existimetur, iuxta illud; Melius illi erat, si natus non fuisset homo ille: cum in Infernum detrusi penarum cruciatibus adeo plectantur, ut non uiuere sibi ad felicitatem deputarent. Hincque eleganter inferitur, quanti referat benedictio, & maledictio illa, à Christo iudicante uiuos & mortuos, & Saeculum per ignem, indicta; Venite benedicti: Ite maledicti. Caterum quod ad nostrum propositum spectat, benedictio haec à Deo aibus piscibusque, collata, non ineptè profecto perpetuitate specificam ac copiam uerrimam illis tributam significare uideatur. Quid autem sit benedictio ea, seu maledictio, qua nos Deum, uel homines benedicimus, seu maledicimus; alterius est loci inuestigare. Ipsa ergo benedictio est vis ea, ut dixit Chrysostomus, qua naturam perpetuo conseruantur in magna copia, nec unquam intercidunt, inuitaque corruptione, usque ad Iudicij diem perdurant, quamuis modo ad affluentiam singularium copiam effluant, modo ad tenuiorem defluant.

a. Naturalis motus & ardor ad propagationem & prolis educationem insitus animantibus, ipsius benedictionis est virtus.

PROCOPIVS Commentarij in Genesim.

Sed quomodo ratione carentibus imperauit? Satis planum existimo, naturalem motum & ardorem, qui inest cunctis animalibus ad generis propagationem, Dei esse quoddam praecipuum, & quandam legem. Sic (ut docet Ionas) Deus imperauit ceto, & uermiculo matutino. Nam Dei iussus, seu imperium credendum est, quicquid ipso uolente & prouidente fieri cognoscimus. Sed qua ratione benedictio iussus, seu imperium Dei commode sequitur? Si quid conserunt ad multiplicationem sui generis animalia, ex Dei imperio & iussu id augetur, & multiplicatur, licet nos existimemus omnem operationem esse animalis.

RUPERTVS libro primo in Genesim, capite quinquagesimo secundo.

Verum reptilibus siue uolatilibus si nullus fuisset appetitus, non ipsa crescerent, aut multiplicarentur, & non stetit eorum genus. Cum ergo initium existendi accepissent, oportuit eiusdem creatoris imperio naturalem illis medullitus inseri amorem, uel appetitum, ut masculus ardens ad semen ingerendum, femina nihilominus auida foret ad recipiendum. Hoc illis benedictio contulit, & ob hoc necessaria fuit. Nam inde reptilia

Anno Mudi primo Die quinta.

Benedixitque eis.

Hoc est, piscibus & aibus, & non germinibus, pluribus de caussis.

a. Sicut ab aeterno animantibus dederat Deus esse in uerbo, & in creatione esse in natura: ita benedictione contulit & tertium, hoc est, in specie esse perpetuum.

b. Quod praestantiora essent animantia, quam germina.

ptilia creauerunt, & multiplicata sunt, & repleuerunt aquas maris, auesque multiplicatae sunt ex eis. Ad hoc, tenet haec animantia uinculo amoris magna huius benedictionis uis. Et Post. Et eodem amore, uel desiderio & gallina languida uocem mutabit, & luscina letabunda paruulis ouis super sedens, tota per uigil nocte decantabit, tanta cantilena suauitate, ut tibi uideatur haec esse summa eius intentio, quod possit non minus dulcibus modis fetus animare, quam motu corporis.

AUCTOR.

Assuerant igitur hi Patres, hac benedictione collatum fuisse animantibus motum, & ardorem ad proliferationem, & uigilantiam ad prolem educandam; ex quibus sequitur incrementum, & multiplicatio, ac subinde ipsarum specierum perennitas. Caterum id forsitan negarent Philosophi, & Theologi etiam in Scholis. Cum enim ardor ille, & appetitus ad prolem naturalis sit, cum ipsa natura potius in ipsa animantium effectione dicendus est emeruisse, quam post effectiorem ex benedictionis uirtute eis censeatur indultus. Nec certe animantia ea prima, quae primitiae erant, radices & capita specierum singularum, priusquam Dei benedictione dignaretur, sine propensione, & dispositione ad prolem edendam extrasse, est asserendum. Existimandum est igitur magis, ex Dei benedictione id eis elargitum fuisse, quod natura consequi non ualebant, scilicet uertatem, & affluentiam maximam in prole, & perpetuitatem eam, qua nullo unquam casu, nulla mala aëris qualitate, uel pabuli indigentia, uel immani oppreffione, species ipse interciderent, uel ad interitum laberentur. Haec enim erant duo illa, quae supra tum ex emphasi uocum Hebraicarum, tum ex sententia Patrum, per hanc benedictionem fuisse collata referebamus.

a. Sicut ab aeterno animantibus dederat Deus esse in uerbo, & in creatione esse in natura, ita benedictione contulit & tertium, hoc est, in specie esse perpetuum.

RUPERTVS Comment. in Genesim lib. primo, cap. quinquagesimo secundo.

Benedixitque illis Deus, dicens; Crescite, & multiplicamini, & replete aquas maris, auesque multiplicentur super terram. Ecce hic manifestius elucet, cur in istis operibus Dei singulorum factura operum tertio repetita sit. Videlicet, quia quod factum est in ipso uita erat. Primo dixit Deus; Producant aquae reptilia anime uiuentis, & uolantia super terram sub firmamento Cali. Deinde, quia quod in ipso uita erat, per uisibiles essentias in actu demonstratum est. Et creauit, inquit, Deus cetera grandia, & omnem animam uiuentem, atque motabilem, quam produxerant aquae in species suas, & uolantia secundum genus suum. Et quia per successiones suas, eadem creatoris potentia subsistere unquam oportebat, benedixit Deus illis, inquit, dicens; Crescite, & multiplicamini, &c.

Contemplatio haec digna certe Ruperti ingenio, & eruditione, potius à nobis est suspicienda, quam iudicanda.

Quare benedixit Deus piscibus, et aibus, non autem germinibus.

Inuestigant Patres hoc loco, quorsum Deus piscibus, & aibus hac quinta die benedictionem contulerit, prius uero, id est, tertio die germinibus, & post animantibus sexto die non benedixerit. Audiamus quasnam oracula nostra reddant huius rei rationes.

b. Quod praestantiora essent animantia, quam germina.

DIODORVS ut in Catena Lippomani.

Quia ergo constant animantia sensu, phantasia, digniora, hominique propiora, ideo benedicuntur.

Propensio ad prolem generandam cum natura insita est. Uertas prolis, & perennitas specierum ex Dei benedictione.

Anno Mūdi
primo.
Die quinta.

Benedixitque eis, dicens.

Hoc est, piscibus & auibus, & non germinibus, pluribus de caussis.

- Quod animantia bina tantum essent: germina autem copiosa.
- Vel quod sensu carentibus germinibus præceptum illud, Crescite, indici non debuerit.
- Aut quod illa naturali virtute terra, & sibi insiti seminis: ista voluntaria coitione prolifescunt.

G E N N A D I V S vt in eadem Catena.

Vel vt ostenderet Deus maiorem apud se animantium, quam inanimatorum rationem haberi, quia propter animalia plantæ, ideo benedici digniora.

P R O C O P I V S Commentarijs in Genesim.

Nimirum tacite hic innuitur, quanta sit præstantia animalium, si conferantur cum plantis & arboribus. Nam propter animalia plantæ creata sunt: Quibus benedictione oblectatis, & donatis, certè & illuc benedictionem transiisse credendum est: Siquidem plantæ, vt inuent animalia, à Deo condite sunt.

a. Quod animantia bina tantum essent: germina autem copiosa.

T H E O D O R E T V S Quæstione in Genesim decimasæptima.

Deus pro nutu suo statim vniuersam terram repleuit pratis, segetibus, & alijs omnis generis herbis, & arboribus: cætera verò animalia bina creauit. Vnde merito benedictionem eis largitus est, vt per multiplicationem quædam repleverit maria, paludes, & fluuios: quædam ærem: nonnulla verò terram.

b. Vel quod sensu carentibus germinibus præceptum illud, Crescite, indici non debuerit.

A V G V S T I N V S de Genesi ad literam imperfecto, capite quintodecimo, hanc innuere rationem visus est.

Sed cum etiam stirpes nascendo teneant similitudinem prætereuntium, cur non eas benedixit? An quia sensu carent, qui rationi vicinus est?

c. Aut quod illa naturali virtute terra, & sibi insiti seminis: ista voluntaria coitione prolifescunt.

A V G V S T I N V S de Genesi ad literam libro tertio, capite tertio decimo.

An fortè quæ nullum haberent propagandæ prolis affectum, ac sine vilo sensu generarent, indigna iudicauit illis benedictionis verbis: Crescite, &c.

Alexander Halensis, non omisso Augustini nomine, hæc eandem tulit responsonem secunda parte Summæ Theologicæ, quæstione quinquagesimatertia, mēbro secundo.

G E N N A D I V S vt in Catena Lippomani.

Tum etiam, quia semina ac plantæ perseverant, agricultura labore adiuta, animantia verò mutua inter sese coitione.

R V P E R T V S Commentariorum in Genesim libro primo, capite quinquagesimo secundo.

Quare autem qui multiplicationes horum in benedictione fieri mandauit, herbam quoque virentem, & afferentem semen, lignumque pomiferum, & habens vnumquodque semen suum in semetipso, cum iussisset produci à terra, non benedixit iidem dicendo: Crescite, & multiplicamini, & replete terram? Aut vnde illis tanta clementia, aut benedictionis in multiplicatione copia, cum non eis quoque benedixerit Deus? Etenim ipsa quoque crescunt, & multiplicantur, & secundum genus cuiusque passim noua veteribus, tenera robustis, plantaria, verbi gratia, fagus aut quercubus, de paruo semine succrescunt, & celsa in auras paulatim cacumina surgunt. Quid ergo amplius reptilibus maris, siue volatilibus Cæli, quid, inquam, amplius quam terræ vngulis in suo genere benedictio competens fuit, vel in quo eius effectus certius cognoscendus erit? Ad hæc, inquam, crescit quidem, & multiplicatur herba virens, lignumque pomiferum, vnumquodque in genere suo: sed differt crementorum ratio pro diuersa essentialium qualitate. Etenim herbam virentem, siue

Anno Mūdi
primo.
Die quinta.

Benedixitque eis, dicens.

- Quod terra germina mox maledicenda essent, cum dictum est: Maledicta terra in opere tuo.
- Aut quod eis iam benedictio implicita sententia fuerit collata, cum dictum est: Vidit Deus quod bonum.

siue lignum pomiferum, eadem terra, quæ germinat vel producit, multiplicat, & semen illis ipsa importat, & cadentia recipit, etiam si serentis manus fortè destit: & ideo multiplicandæ posteritati, solum ipsorum esse sufficit. Verum reptilibus, siue volatilibus, si nullus fuisset appetitus, non ipsa crescerent aut multiplicarentur, & non stetit eorum genus. Cum ergo initium existendi accepissent, oportuit eiusdem creatoris imperio, naturalem illis medullitus inseri amorem, vel appetitum, vt masculus ardens ad semen ingerendum, femina nihilominus auida foret ad recipiendum. Hoc illis benedictio contulit, & ob hoc necessaria fuit. Nam inde reptilia creauerunt, & multiplicata sunt, & repleuerunt aquas maris, auesq; multiplicatae sunt ex eis.

Demonstrat ex inde vsque ad finem capitis, huius benedictionis virtute, perpetuum in animantibus cunctis amorem & studium prolificationis in situm prouenire.

P R O C O P I V S Commentarijs in Genesim.

Ceterum plantæ, & semina, opera agricolarum secundum insitam à Deo vim incrementum & maturitatem sumunt. At animalia crescunt & augentur peculiari quadam cupidine coeundi, & sobolis gignendæ. Quapropter dicitur: Benedixit eis Deus. Quibus verbis edocemur, quod non ex sese habeant illum sui similem procreandi ardorem, vnde generis fit successio, & incrementum.

D. T H O M A S prima parte, quæstione septuagesimasecunda, ad quartum.

Plantæ verò nullum habent propagandæ prolis affectum, ac sine vilo sensu generant: vnde indignæ iudicantur benedictionis verbis.

T O S T A T V S Commentarijs in Genesim.

Plantæ & herbe licet habeant vim generatiuam, cum habeant semen: tamen non multiplicantur per propagationem, ideo non fuit eis data talis benedictio.

C A I E T A N V S Commentarijs in Genesim.

Nouum genus rerum describi manifestat reseruata benedictio. Hactenus siquidem non est benedictionis mentio facta. Et verè nouum genus rerum est, quod diuersitate sexuum, quod coniunctione seminum ex commistione maris & feminae gaudet, & propterea vis ipsa sic generatiua referenda, applicandaque ad actionem, ob conseruationem speciei per huiusmodi benedictionem significatur.

a. Quod terra germina mox maledicenda essent, cum dictum est: Maledicta terra in opere tuo.

Prætermittere haudquaquam possum causam, quæ in quotidianis disceptationibus adduci consuevit: nempe quod terræ germinibus decoratæ ac uenustatæ, benedictio conferri non debuit, quoniam mox maledicenda, priscam omnium germinum ubertatem, ac perfectionem amissura erat.

b. Aut quod eis iam benedictio implicita sententia fuerit collata, cum dictum est: Vidit Deus quod bonum.

P R O C O P I V S in Genesim.

Hoc quidem, etsi non disertè profatus est de plantis, attamen id volens significare, postea intulit: Et vidit Deus quod esset bonum. Si bonum erat, vtique & permanere id voluit.

A E G I D I V S Hexameron secunda parte, capite trigesimo nono.

Indicere herbis, quod faciant semen, & lignis pomiferis, vt fructum faciant, est indicere, quod crescant, & multiplicentur. Quare quod est animalibus generare, est plantis & arboribus germinare. Propter duo autem illud repetijt: propter interpositionem quartæ diei, & propter perfectionem prolificationis: propter quod adiecit: Benedixit.

AVCTOR

Anno Mūdi
primo.
Die quinta.

Dicens; Crescite, & multiplicamini.

- a. *Benedixit eis dicendo, quod donum perpetuitatis specierum, ab aeterno verbo tantum poterat largiri.*
b. *Crescite, ad augmentum corporis: Multiplicamini, ad copiam indiuiduorum sunt referenda.*

A U C T O R.

Ratio à Theodoro delata approbatur.

Delatam à Theodoro caussam, cur Deus optimus non ita plantis, sicuti animantibus benedictionem sit elargitus, germanam, ac ingenuam esse arbitror. Reliquæ etfi elegantes sint, non intimè tamen difficultatem aperiunt. Plantæ siquidem, quâuis non adeo præstantes essent sicut animantia sensu prædita, ut tamen perpetuò germinarent, & nunquam species earū interciderent, Dei benedictione indigebant. Et si ob id quod sensu careant, præceptum illud; Crescite, & multiplicamini, non erat germinibus indicendum, nec utique etiam animantibus ratione orbatis erat promulgandum. Amplius, si connaturalis ille appetitus in animalibus fouendus erat, ut mutua coitione proliferarent: quare seu in terra, seu in germinibus non erat Dei benedictione munienda illa uis feminum, qua semper ad noua gignenda germina anhelarent? Vtrunque enim genus naturali instinctu ad prolem fertur. Quod si maledicta fuit terra, maledictus fuit quoque & serpens, & omnia insuper animantia cum homine corruente pariter correre, nec ob id germinibus vel animantibus ipsis sublatum fuit, quin species vel naturæ eorū perpetuæ & nunquā intercisa permaneant. Licet quoque benedictio aliqua implicito sensu ijs uerbis; Vidit Deus quod bonum, collata fuisset germinibus, nil tamen uetat, quin apertiori, ac explicita oratione etiā ipsis tribui non deberet benedictio, cum de cunctis sex dierum operibus dictum sit; Vidit Deus, &c. Reliquum est igitur, ut diffiniamus eam fuisse uerisimilem rationem, quorsum Deus animalibus, non plantis benedictionē impertierit, quod illæ amplissima copia, hæc bina, uel pauca numero unaquaq; in specie emanarint. Quare uertas, affluentiaq; plantis, sicuti animalibus, non erat elargienda, & condonanda, cum illæ in sui effectione eam fuissent consecutæ.

a. *Benedixit eis dicendo, quod donum perpetuitatis specierum, ab aeterno uerbo tantum poterat largiri.*

MERCURIUS Trismegistus referente Steucho.

At Deus statim diuino uerbo locutus est, ac dixit; Augescite cum incremento, & multiplicemini copiosè omnia condita, & opificia. Dein de generatione tandem hæc infert; Et multiplicata sunt generatim omnia.

CAIETANVS Commentarijs in Genesim.

Et propterea significanter explicatur, quod benedixit, dicendo: diuinum siquidem dicere tam efficax est, ut sit benefacere.

b. *Crescite, ad augmentum corporis: Multiplicamini, ad copiam indiuiduorum sunt referenda.*

ORIGENES ut habetur in Catena Lippomani.

Designat auctio incrementum ad magnitudinem, multiplicari autem, ex missione in multitudine successum.

PROCOPIVS Commentarijs in Genesim.

Pulchre præterea refertur; Augescite, & multiplicamini. Nam ex ipso seminis iactu sumunt incrementum, inde ad perfectionem datur progressus, deinceps ad sui simile gignendum properant. Significat itaque augmentum incrementum illud, quo magnitudo accipitur. Multiplicatio denotat ex coitu, ex commixtione in multitudine, dilatationem, & successionem.

vel

Anno Mūdi
primo.
Die quinta.

Crescite, & multiplicamini.

- a. *Vel idipsum significant.*
b. *Aut legendum; Fructificate, & multiplicare, hoc est, gignite, & gignite in magna copia.*

a. *Vel idipsum significant.*

HVG O Adnotationibus in Genesim capite septimo.

Crescite, id est, multiplicamini: ut unum sit glossa alterius.

RVPERTVS Commentarij in Genesim libro primo, capite quinquagesimo secundo.

Tria sunt uerba benedictionis; Crescite, & multiplicamini, & replete aquas maris: sed unus, idemque sensus est, quippe qui uno tantum uerbo rursus exprimitur, cum subiungitur; Auesque multiplicentur super terram. Nec mirum: Etenim tria nomina, siue tres sunt personæ eius, qui benedixit: sed unus, idemque Deus est.

Glossa Locupletata hæc ipsa non omisit.

TOSTATVS in Postillis.

Crescite, & multiplicamini: id est, dilatamini, ut repleatis aquas maris.

b. *Aut legendum; Fructificate, & multiplicare, hoc est, gignite, & gignite in magna copia.*

CAIETANVS Commentarijs in Genesim.

Et dicendo; Fructificate, insinuat quod perfecta sunt creata: fructificatio enim actio est perfectorum animalium. Et ne numerus fructus paruus intelligeretur, adiungitur; Et multiplicare. Et ne arctitudo loci obstraret, subditur; Et implete aquas in maribus.

VIELMIVS clariùs Lectione vigesimatertia, sic reijcit primam sententiam.

Crescite, & multiplicamini. Si priora illa utriusque sexus indiuidua, quæ in illa prima rerum genesi, Deo iubente, prodierunt in lucem, statura, & corporis robore non fuissent integra, & perfecta, utique posset referri uerbum, Crescite, ad eorum incrementum, secundum quantitatem continuam: crescunt enim corpora, & adolefcunt ad certam usque ac determinatam staturam: quinimodò & reliqua omnia, secundo de Anima, quadragesimo primo. Et uerbum, Multiplicamini, referendum esset ad quantitatem discretam, hoc est, ad proliferationem, & numerum sobolis. Nunc autem cum minimè dubium sit, primis specierum indiuiduis, cum primum subsisterunt, nihil defuisse, quod ad eorum integritatem faceret, & ea corporis firmitate singula fuisse creata, quam eorum robustissimus annus hoc tempore ferre solet. Hic autem ut in homine, est tricesimus, & in pedibus tertius, uti D. Hieronymus in Esaiam, capite quintodecimo dicit, ita alijs animalibus alius est, ob id cogimur geminum hoc uerbum ad eorum non nisi numerum, & multiplicationem referre. Et eundem sensum utrumque habebit.

Secundam autem his repudiat.

Cui tamen commentario hoc certè obstat, quoniam frustra gemino uerbo eandem rem prorsus significante Creator nunc usus esset: erit enim crescere idem quod multiplicare, & multiplicare idem significabit, quod crescere.

Tandem in tertiam transit.

Proinde recentiores interpretes paulò aliter uertunt. Nam uerbum, Parath, quod interpret noster uertit; Crescite, significare Hebræis dicunt, Fructificate: & uerbum, Rabab, multiplicare. Quamobrem legunt, Fructificate, & multiplicare, ac rursus aliter; Fructus edite, & augescite, uestri nimirum generis sobolem, ac per omnia uobis similem. Constat autem aliud esse, fructificare, & aliud multiplicare fructus.

RABBINI Adnotationibus in Genesim, pariter interpretantur.

Crescite, & multiplicamini; uel Fructificate, & augescite.

AV-

Anno Mūdi
primo.
Die quinta.

Crescite, & multiplicamini.

a. *Quod perfecta in integritate sint condita prima rerum singularia, adeo ut generare possent.*

A U C T O R.

Duobus proloquijs vel pronunciatis, seu (vt Græci dicunt) axiomatibus, tanquam verissimis, suppositis: alterum est, quod piscium & auium indiuiduæ naturæ, vel binæ, vel pauca duntaxat, vnaquaq; in specie Deus creavit: alterum, quod in ea corporis integritate condiderit, qua, vt perfecta, sibi simile possent procreare: facillimè hunc nodū dissolui posse existimo. Si prima illa vtriusque sexus indiuidua, statura, & corporis firmitate integra, perfecta que prodire, non vtique verba hæc; Crescite, ad eorum augmentum secundum quantitatem, vt aiunt logici, continuam, Multiplicamini, ad proliferationem, auctioremque secundum quantitatem discretam, referenda sunt. Quare Origenis placitum ruit. Deinde si pauci admodum erant in singulis generibus pisces, & aues, profecto non unum, sed duo illis impertijt Deus, & quod sibi simile procreare possint, in quo fecunditatis vis consistit, & quod non unum foetum, sed plures edere, uel iterare queant, in quo affluentia, ac ubertas ipsa singularium in omni genere attenditur. Primum donum refert uerbum, Crescite, siue Fructificate, Alterum Multiplicate, seu multiplicamini fructus. Descendo igitur & ego in hanc postremam sententiam, & expositionem; non tamen editionem nostram refuto, cum idem existimem esse, Crescite, quod Fructificate, & Multiplicate, quod Multiplicamini fructus. Sed admittatur, quod idem sint Crescite, & Multiplicamini, vt Hugo noster maluit, adhuc & multiplicatio sine prole, eaque vberissima fieri nequibat.

Verbis illis,
Crescite, &
multiplicamini,
duo ceculit Deus
piscibus, &
auibus.
Crescite, &
multiplicamini,
quid significant.

a. *Quod perfecta in integritate sint condita prima rerum singularia, adeo ut generare possent.*

Prætermissa tanquam superius discussa ea disputatione; Num cunctæ rerum species potestate tantum, vt Augustinus, ac sectatores arbitrantur, an actu, vt Basilii, ac Patres omnes Græci existimant, in hac prima rerum genesi prodierint: asserendum est cum Patribus omnibus, (qui enim de hoc hæsitari, vidi neminem) prisca illa vtriusque sexus indiuidua, quæ Dei iussu in prima rerum effectione prodire, ea statura, & eo corporis uigore prædita fuisse, quæ uniuscuiusque generis natura cum adoleuerit, expetere consuevit; hoc est, condita fuisse in anno suo robustissimo, qualis est homini trigessimus, & pecudibus tertius, teste Hieronymo in Esaiam libro quinto, ubi ait, quod sicut trigessimus annus in hominibus, ita in pecudibus, & iumentis tertius robustissimus est; insuper nihil eis defecisse, quod sibi ad integritatem faceret. Demonstrant hoc plura. Primum, quia Dei opera perfecta emanarunt. Deinde, quoniam dare operam procreationi, perfectorum animantium est opus, ut sibi mox à Deo iniungitur, Crescite, & multiplicamini. Amplius; quod non deterioris sint conditionis sensu prædita animantia, quam germina, quæ perfecta, ac fructifera profilierunt, adeo ut & semina gignere, & fructus proferre possent. Adijcias, quod cunctæ res insecutæ sunt hominis regis conditione, qui proceræ statura, consistentesque; natura formatus est. Adhuc, si prima utriusque sexus indiuidua in eo statu condita à Deo sunt, quo nunc nascuntur, quisnam matris, nutritricisve officio, ut ea aleret, ac regeret, functus est? Nunquid Deus ipse? Nunquid Angelus? Nunquid natura ipsamet? Sed hæc omnia miraculum sapiunt, quod in natura constituta post sex dies emolitionis Orbis, ita facile non admittitur. Tandem hoc aduersa-

Animantia in
estate, ac statu
ia perfecta
sunt condita.

Cap. 15.

Anno Mūdi
primo.
Die quinta.

Crescite, & multiplicamini.

a. *Quod in initio pauca vel bina tantum animantia in vnaquaque specie congesta à Deo fuerint.*

aduersaretur ijs, quæ postmodum euenere: Adduxit (inquit Moses) Deus ad Adam cuncta animantia, vt videret, quid uocaret ea. Sed si ea ex propria uniuscuiusque natura nuncupare debebat Adam, profecto consistenti ac proceræ forma illi sunt obiecta. Rursum scribitur; Sed Serpens erat callidior cunctis animantibus: calliditas autem serpenti mox nato ascribi ingenue non potest. Perfecta igitur condita fuisse indiuidua generum omnium asserendum est, sicuti etiam perfectum omnibusque; numeris absolutum Mundum à Dei manu exijisse, consentaneum est arbitrari.

a. *Quod in initio pauca vel bina animantia tantum in vnaquaque specie congesta à Deo fuerint.*

Ex collata benedictione, quæ vbertatem indicat, atque ex indicto piscibus, & auibus præcepto; Crescite, & multiplicamini, scitissime eliciunt Patres conformi certè sententia, prima ea rerum indiuidua, vel bina, vel saltem pauca numero prodijisse.

BASILII Hexameron Homilia septima.

Vniuscuiusque generis nunc primitias, quasi naturæ semina quaedam oriri iubet: multitudo vero successionem postea asseruatur, cum genera singula necesse sit in multitudinem crescere.

THEODORETVS Quæstionibus in Genesim, quæstione decimaseptima.

Animalia bina creauit. Vnde merito benedictionem eis largitus est, vt per multiplicationem, quaedam replerent maria, paludes, fluuios, quaedam aërem, nonnulla verò terram.

LACTANTIUS libro secundo, capite vndecimo.

Consummato igitur Mundo, animalia varij generis, dissimilibus formis, & magna, & minora vt fierent, imperauit. Et facta sunt bina, id est, diuersi sexus singula, ex quorum fetibus & aër, & terra, & maria completa sunt.

PROCOPIUS Commentarijs in Genesim Basilij placitum clariùs explicauit.

Primo autem omnium generum & specierum quasdam primitias, seu semina spargit: quæ multiplicari, & augeri oportet quadam prolis multijugæ successione. Verisimile est in initio bina in omni animantium genere, quemadmodum & cum homine accidit, esse condita. Erant itaque solummodo paria, seu coniunctiones quaedam singularium animalium, cum adducerentur ad Adamum, vt ipsis nomina daret, quibus foret imperaturus. Id quoque conijcere licet ex diluio, quando bina, & bina in arcam compellebantur, ad exemplum creationis Mundi. Quod verò plura animalia munda in arcam inducta sunt, quam immunda, ideo factum est, vt Noë, vbi præsentis periculo creptus fuerit, & salutem consequutus, haberet victimas, quas immolaret Domino. Præterea Deus malebat, vt plura animalia, quæ prodescent homini, conseruarentur.

Excerpte ex horum Patrum doctrina liceat has rationes. Quod si Deus vbertatè, & affluentia benedictione elargitur, & ut crescant, ac multiplicentur, & replent aquas, & aërem, astantibus iniungit, certè ea prima indiuidua, eas animantium primitias paucò numero conditas fuisse arbitrandum est. Deinde si id ipsum de animantibus faciendum est iudicium quod de homine, sicuti in natura hominis masculum & foemina tantum creauit Deus, pari etiam ratione bina vtriusque sexus animantia emolitus est; vel saltè pauca. Accedit, quod si mox ut formata sunt de limo terræ cuncta animalia, & volatilia Coeli, adduxit ea Dominus ad Adam, exiguo certè numero in paradysum terrestrè translata sunt. Adijcias, quod bina, & bina in arcam compellebantur, ad exemplum primæ eorum emolitionis. Quod si plura, quam bina ex mundis animalibus inducta in

Rationes Patrum quod primitia animantia bina uel in modico numero sint condita.

Gen. 7.

pp arcam

Anno Mūdi
primo.
Die quinta.

Crescite, & multiplicamini.

a. Quòd non pauca, sed in magna copia animantia producantur.

arcam audis, memores, obsecro, quòd plura, vt victimæ Deo offerendæ, atq; vt esca homini referuabantur. Tandem summum decebat Opificem, prima duntaxat rerum semina, & exemplaria formare, naturæ deinde negociū relinquere, vt sui imitatione in amplificandis, ac iterandis fœtibus operam & curam impenderet. Sed in re adeò perspecta prolixum esse, inutile arbitror.

a. Quòd non pauca, sed in magna copia animantia producantur.

Cæterum huic Patrum peruulgatæ diffinitioni, refragantur acerrimè nonnulli ex posteris.

M O S E S Barcepha Syrus Episcopus Commentariorum de Paradiso parte prima.

Negamus vnicum duntaxat par in animalium generibus singulis fuisse effectum: neque enim hoc sacris literis proditum est. Enimuerò Deus, qui permisit Adami arbitrio, vt peccare posset, opusq; haberet indumento, creauerat complura animalia: cumq; ille violata lege peccasset, humana se specie primis parentibus ostendens, induit ipsos pelles solo eius nutu pecudibus detractas, atque verbo in tunicas conformatas. Et verò Dominus Ephraem ait, fortasse coram illis iugulatas esse pecudes, vt earum carnes ipsi vescerentur, corūque nuditatem suam cooperirent: denique ex ipsarum morte se quoque mortalia habere corpora intelligerent.

Rationes
quòd plura
numero sint
condita ani-
mantia in una
quaque spe-
cie.

Comprobant alij hanc sententiam, & inter hos Vielmius pluribus argumentationibus. Primum, si terram, aquamq; totam alloquebatur Deus, cum dixit; Producant aquæ, & producat terra: igitur in omni regione terræ, ac cunctis aquæ finibus, animantia mox esse exorta, ut Deo parerent, censendum est. Deinde animantia etiam apud Antipodas, ac supposito in hemisphærio comperuntur, nec rationi consentaneum videtur, ea ab hominibus ultra tot æquora vastissima fuisse aduecta, uel ipsa se seipsis illuc tranasse. Tandem, Adam sexto die è Paradiso pulsus, tunicas recepit à Deo, ex pellibus animantium contextas: aut igitur Deus eas sustulit species, ex quibus pelles illæ extractæ sunt, aut plura animantia illa fuere, quàm bina.

A V C T O R.

Animantia
in unoquoq;
genere pauca
sunt creata.
Soluuntur op-
posita argu-
menta.

Affererem ego in unoquoque genere tum piscium, tum alitum, tum animantium terrestrium congesta fuisse à Deo, si non bina tantum, saltem pauca; nec argumenta opposita me ex hac sententia deiciunt. Primum enim absque ullo negotio eliderem, afferens, inditum quidem fuisse præceptum aquis, & terræ, ut animantia gignerent, sed in eo tantum numero, quo diuina sapientia prodire illa disposuit. Deinde ad aliã argumentationem dicerem, quòd si genus humanum in una regione plasmatum, latè post per totum Orbem adeò disseminatum fuit, ut & Antipodum regiones, & suppositum hemisphærium, & nuper detectum Mundum replerit; Et, si in Noëtico diluuiò, ex unaquaque specie bina tantum & bina seruata animantia, cæteris absumptis, Mundum iterum refecere potuerunt: quidnam impedit, ut id ipsum in primæua Orbis emolitione pauca in unaquaque animantium specie producta indiuidua, Dei benedictione munita, & locupletata, efficere nequiverint? Pelles proinde, quibus induti sunt protoparentes, indiuidua specierum illarum plura quàm duo fuisse arguunt, quod nec nos abnuimus, cum præcipuè fœmellas, vt fœcundior fieret propagatio, plures fuisse non im-

Anno Mūdi
primo.
Die quinta.

Replete aquas maris.

a. Hoc est, nullus locus aquæ sit, qui animalibus destituatur.
b. Legendum, Replete aquas in maribus, vt denotetur, quàm ampla sit regio piscibus indulta.

immeritò arbitremur. Sed non consequitur ex his, quòd plurima fuerint in omni genere singularia, ac vbique dispersa; quòd enim pauca fuerint, delatæ rationes euincunt. Quantum autem ad auctoritatem Mosis Barcephæ spectat, non est modò locus disputandi, quibus nam pellibus Deus Protoparentes lethali peccato obnoxios, ac iustitia originali expoliatos induerit. Sed mihi sufficiat testimonium Patris vnus & sapientia, & uetustate, & martirio celeberrimi, contra illum adducere.

I V S T I N V S libro Quæstionum à Gentibus Christianis postitarum, quæstione quadragesimanona.

Quomodo doceri potest, duas tantum bestias & pecora, marem ac feminam in Mundi ortu prolata esse in lucem, quandoquidem nonnulli religionis nostræ in ea sunt sententia, vt hoc confirmet, Deum non ex eorum, quæ expertia sunt rationis, pellibus, tunicas primis hominibus dedisse.

a. Hoc est, nullus locus aquæ sit, qui animalibus destituatur.

PROCOPIVS vbi supra.

Quod ait; Implete aquas in mari, &c. Ne mireris: siquidem similiter de hominibus quoque dictum est; Implete terram. Sed quare? vt nullus locus aquæ destituatur animalibus, quæ ibi natent: & quòd ad hominem, vt omnis habitabilis regio homines habeat, à quibus incolatur. Verum nihil detrimenti capit Dei oratio, quod terra alicubi nimio aestu adurit, & alibi propter nimium frigus squalet, vt neutro commodè liceat habitare homini. Si quis velit vitio vertere terræ, quòd propter quosdam montes & solitudines, sit inhabitabilis, quia non coluntur & frequentantur à mortalibus, certè plurimo indigebit elleboro. Haud dissimili ratione: si quis dicat falsum esse, quòd dixerit; Implete, &c. stultus censetur, quia multa aquarum loca animalibus vacent.

b. Legendum, Replete aquas in maribus, vt denotetur, quàm ampla sit regio piscibus indulta.

VIELMIVS Lectione vigesima secunda.

Et Replete aquas maris. Pagninus vertit; Et replete aquas in maribus, videlicet diuisas. Et Glossa ita Hebraicè legi fatetur: sed scabram esse ait, ac duram Latinis lectionem hanc, & ob id interpretem nostrum, Aquas maris vertisse: sed fortè Hebræa lectio plenior, ac dilucidior Latina est. Nec enim vnum tantum mare piscibus Opifex assignauit, sed omnia: nec vnum duntaxat repletum est, sed aquæ omnes in maribus, hoc est, amnum quoque & lacum, denique & quæ salæ sunt, & quæ dulces: etenim dictum à me sepe est, congregationes aquarum vocari Hebræis maria. Numerus igitur hic maior extendit, amplificatque Dei benedictionem luculentius, quàm singularis ille: ergo quod dicitur; Replete, sensum hunc habet: Nulla sit aquarum consuetudo, quæ suæ relicta natura, pisces non habeat. Quapropter & intra montes, ac terræ viscera, quòd aquæ cæca, crassæ, abditæque alicubi sint, pisces reperiri, Aristoteles, alijque auctores tradunt: & quod ægrè ab indoctis recipi poterit, etiam in feruentissimis Apponi Balneis visuntur pisces, vermes: vt facillè propterea Aelianò credam, cum in Aphrica paludem feruentem esse ait, in qua pisces viuunt. Et Plinio, qui hoc idem contingere in aquis calidis propè Pisas, scriptum reliquit. Ingentem itaque procreandi locum opifex piscibus assignauit.

Dux istæ expositiones videntur mihi in vnam conuenire: id ipsum siquidem decernunt, & supponunt, scilicet nullos esse aquarum sinus, vel maria, quæ suos pisces non habeant. Ad diuersos tamen fines referuntur. Procopius siquidem contendit quasi satisfacere tacitæ obiectioni, cur videlicet æquora omnia nō referantur piscibus, cum Deus id iusserit, dicens; Replete aquas maris. Respondetque, benedictionem hanc non iussisse, ut in cunctis aquis copiosa adeò esset piscium multitudo, quòd eas omnino

Nullæ sunt
aquæ pisci-
bus omnino
destitutæ.

Anno Mūdi
primo.
Die quinta.

Et aues multiplicentur super terram.

- a. *Vtitur Deus in benedictione primum secunda persona, nec in ea finit, quod non adeo sensus animantium sit rationi proximus, ut præceptum accipere queat.*
b. *Simul collata est benedictio piscibus & auibis in secunda persona, hic autem in tertia persona auibis assignatur locus.*

occuparent, sed hoc fuisse Dei præceptum, ut nulla aqua sit, quæ piscibus omnino careat. Expositio autem Vielmij, quæ est & plurimorum Doctorum, eò tendit, ut demonstret maximam esse amplitudinem regionis aquarum piscibus concessam, & elargitam, quò nullum eis apponeretur obstaculum ad prolem multiplicandam. Quæ certè expositiones nullo iure à nobis merentur explodi.

- a. *Vtitur Deus in benedictione primum secunda persona, nec in ea finit, quod non adeo sensus animantium sit rationi proximus, ut præceptum accipere queat.*

AUGUSTINVS de Genesi imperfecto, capite quintodecimo.

Non enim vacat fortasse, quòd secunda persona vtitur Deus in benedicens, ut hæc animantia compellet quodammodo tanquam audientia, dicendo; Crescite, & multiplicamini, & implete aquas maris: nec tamen in eadem persona usque ad finem benedictionis venit: sequitur enim; Et volatilia multiplicentur super terram. Nisi fortè hoc ipso significatur, sensum animantium non adeo vicinum esse rationi, ut fortè possit accipere compellantem, sicut quæ intelligunt, atque uti ratione possunt. Et factum est sic.

- b. *Simul collata est benedictio piscibus & auibis in secunda persona, hic autem in tertia persona auibis assignatur locus.*

VIELMIVS Lectione ut supra.

Auesque multiplicentur super terram. Pisces in secunda persona alloquutus est Deus, cum eos benediceret; Crescite, dixit, & multiplicamini: aues verò non item. Cur, cedo, hoc? Existimo, eadem orationis formula aues quoque Dei benedictionem accepisse, qua & pisces: etenim & hac ipsa fermè alloquutus Deus est peccandi homines: sed præterijt illam Moses, ut alia multa, quòd animaduverteret, facile intelligi à cordatis posse: ac minimè nunc hæc Dei verba affert, tanquam quibus benedixerit auibis, sed tanquam quibus locum alium à piscibus, ac diuersum assignauerit, in quo sobolem alites ederent, & nutriverent; Et hoc est, quòd Opifex nunc iubet; Auesque subintellige, similiter volo, ut fructus plurimos edant, & augeantur: sed tamen multiplicentur super terram, siue in terra.

Augustini obseruatio uidetur imminuta. Nam si Deus benedictionis clausulam in tertia absoluit persona, dicens; Et aues multiplicentur super terram, eò quòd sensum aues non haberent adeo rationi proximum, ut accipere possent uocem compellantem, sicuti qui utuntur ratione, certè nec debuerat secunda persona uti in prima benedictionis parte, in qua dicit; Crescite, & multiplicamini, & implete aquas, ut compellat ea animantia tanquam audientia, cum etiam ipsi pisces non modò expertes sint rationis, sed & crassiores habeant sensus, quàm aues. Nec etiam Vielmij interpretatio plenè satisfacit, si enim tunc collata est benedictio piscibus & auibis simul, cum alloquutus est eos Deus in secunda persona, dicens; Crescite, & multiplicamini, adeo ut subsequenter uerba; Et aues multiplicentur super terram, non sint benedictionis pars, sed potius adhibita censeantur, ut quisnam tributus sit locus auibis ad edendam, & nutriendam sobolem indicarent; igitur quicquid in secunda persona prolarum est, auibis etiam competere fatendum erit: sed quomodo ipsis dici potuit, Et implete aquas? Afferendum itaque est magis, meo iudicio, phrasem hanc esse loquendi, qua sapius præcepta conferri possunt, & in secunda, & in tertia persona.

Non

Reiicitur præ
allegata in-
terpretatio-
nes.

Et aues multiplicentur super terram.

- a. *Non in aère, quòd nidificent, & prolifcent in terra, & in ipsa quiescant.*
b. *Quòd omnes aues ouiperae sint super terram, uno excepto vespertione.*
c. *Et quòd traditur de aue Indica, & phœnice, vel fictitium est, vel monstruosum.*

- a. *Non in aère, quòd nidificent, et prolifcent in terra, et in ipsa quiescant.*

TOSTATVS in Postillis.

Non dixit, quòd aues multiplicarentur in aère, qui est elementum adornatum per eas: sicut quòd pisces multiplicarentur in mari: quia pisces in mari morantur, & generant, nec inde exeunt. Aues autem licet in aère volent, magis tamen manent in terra, & in ea generant: ideo super terram earum multiplicatio congruè describitur.

CAIETANVS Commentarijs in Genesim.

Volatilibus autem decernitur terra in multiplicatione, quia in terra, seu in ijs quæ in terra sunt, nidificant aues, & multiplicantur.

DIONYSIUS Carthusianus in Genesim, articulo tertiodecimo.

Quare non ait; Aues multiplicentur in aère? Nisi fortè dicendo, Super terram, insinuet aèrem. Melius tamen dicendum, quòd aues, quamuis naturaliter volent in aère, nihilominus naturaliter quiescunt, & generant super terram. In quantum enim sunt mista & grauia, in quibus prædominatur terra secundum quantitatem, non sine labore volant, siue mouentur, naturaliterque quiescunt in terra. Pisces autem & aues generant oia, ex quibus indiuidua sue speciei tandem nascuntur.

Et cum in hoc contentiant omnes Doctores, hanc interpretationem suscipere & nos libenti animo debemus.

- b. *Quòd omnes aues ouiperae sint super terram, uno excepto vespertione.*

VIELMIVS Lectione in Genesim vigesimatertia.

Aues omnes ouiperae sint, uno nisi corace, aut si maus, vespertione excepto, qui solus viuiperus est, dentibusque armatus, ac solus caret plumis, & pennis (ut merito auis, & non aues, in enigmate à Platone in quinto de Republica dictus sit) & propterea uel terra, uel bis quæ terra infixæ sunt (arboribus uidelicet, rubetis, sentibus, & domibus) indiget, in quibus nidos construat, oua pariat, foueatque, & pullos tantisper alat, quòd ad sibi parare victum adulti possint, ut proinde nemo admirari debeat, cur terram Opifex eis nunc tanquam opportunum, & commodum locum assignauit, in qua fetus ederent, & multiplicarentur.

- c. *Et quòd traditur de aue Indica, et phœnice, vel fictitium est, vel monstruosum.*

VIELMIVS loco præcitato.

Aegrè profectò recipi potest, quòd viri docti quidam narrant, repertam fuisse nuper auem Indicam quandam, quæ in sublimi semper feratur, nec sese ad terram unquam demittat; quippe quæ pedibus caret, alique uel crassioribus aëris vaporibus, uel alitibus minoribus, ac denique super alterius dorsum oua parere incubareque, quòd ad fetus exierint. Etenim hoc mihi uerbum Dei aliter docere uidetur, cum dicit; Auesque multiplicentur super terram: est enim terminus indefinitus sit, capitur tamen uniuersaliter (ni fallor) & ea quoque diserte uidetur reijcere, quæ de phœnice sese combuente, ac denno ex cineribus rediuiua scaturiente, perulgata quamuis & à magnis uiris memoriæ tradita dicuntur, à Plinio scilicet libro decimo: Cornelio Tacito libro quinto: Solino, & Suida: ac denique à Tertulliano, à Lactantio, & à Diuo Ambrosio in libro de Resurrectione carnis: nam.

Ut possit nasci, hæc appetit ante mori.

Siquidem nunc Opifex ait; Et aues multiplicentur in terra. Et Post. Non pugnabo tamen acrius, quòd dici posse uideam, relatum fuisse ad uniuersas, quòd à maiori earum parte perspicitur fieri. Unius enim,

Anno Mūdi
primo.
Die quinta.

Anno Mudi
primo.
Die quinta.

Et aues multiplicentur super terram.

a. Crescite, & multiplicamini, ad pisces pertinet, & ad aues, quæ amphibia dicuntur: Aues multiplicentur, ad vtrunque genus auium in aëre & in aquis degentium.

Factumq; est vespere, & mane.

b. Vespere, materia seu nihil, seu decidentia ad interitum; Mane, species rerum in præseminata potentia.

enim, aut alterius monstruosa procreatio, generali procreandi, multiplicandi que aliarum omnium modo præcedentium inferre non debet.

a. Crescite &c. ad pisces pertinet, & aues, quæ amphibia dicuntur: Aues multiplicentur, ad alites quæ in aëre et aquis degunt.

I V N I L I V S in Hexameron.

Quod dixit; Crescite, & multiplicamini, & replete aquas maris: ad vtrunque genus animantium, de aquis factorum, hoc est, ad pisces pertinet, & ad aues. Et quia sicut pisces omnes, non nisi in aquis viuere possunt: ita sunt plerique, quæ etsi in terris aliquando requiescunt, fetusq; propagant, non tamen de terra, sed de mari nascuntur, marinisque sedibus libentius, quam terrestribus vtiuntur. Quod verò subiungit; Auesq; multiplicentur super terram; ad vtrunque genus auium, hoc est, & earum quæ de aquis, & earum quæ nascuntur de terra, respicit: quia videlicet etiam illæ, quæ sine aquis viuere nesciunt aues, ita vt multo sæpe anni tempore sub profundo aquarum quomodo pisces lateant, nonnunquam egredi super terram solent: maxime cum fatant, & nutriunt pullos.

G L O S S A Ordinaria ex Chrysofomo.

Crescite, & multiplicamini, &c. ad vtrunque genus animantium de aquis factorum, id est, pisces & aues pertinet. Quia sicut omnes pisces non nisi in aquis viuere possunt: ita plurimæ aues, quæ si in terris aliquando requiescunt, fetusq; faciunt: non tamē de terra, sed de mari viuunt, & libentius mari quam terra vtiuntur.

G L O S S A Interlinearis.

Hoc ad vtrunque genus de aquis factum, ad pisces scilicet, & ad aues pertinet, quæ vel de aquis, vel de terra viuunt.

Ego sanè non intelligo, quid sibi velint Iunilius, & Glossæ. Pisces omnes in aquis prolificare certissimum est, itidem & in aquis degere. Alitum verò alia & plures in terra versantur & in aëre, nonnullæ veluti amphibia, vt plurimum in aquis vitam degunt: sed omnes, quæcunque illæ sint, in terra sobolem edunt & multiplicantur, & nullū genus in aquis gignit, uel fetus alit. Cum autem benedictio respiciat prolem, & multiplicationem, nescio quomodo prima ea pars, quæ de piscibus loquitur, hoc est, Crescite, & multiplicamini, & replete aquas, de auibus vllis vera esse possit, cum nullum volatile in aquis pariat, vel filios alat; nisi fortè respexerint hi Doctores ad eam particulam, Replete aquas, intelligentes, aues aquas replere, eò quòd in aquis vt plurimum versantur, quasi dictum sit de illis; Crescite & multiplicamini in terra, & postea replete aquas. Sed num propria sit hæc expositio, ipse lector animaduertat.

Factumq; est vespere, & mane.

b. Vespere, materia seu nihil, seu decidentia rerum ad interitum; Mane, species rerum in præseminata potentia.

A V G V S T I N V S de Genesi imperfecto, capite quintodecimo, hanc nobis tradit doctrinam. Primumque non potuisse una die gigni animantia his prodit.

Hic planè quinis tardus iam euigilare debet, vt intelligat quales isti dies enumerentur: cum enim certos seminum numeros Deus animantibus dederit, seruantes miram certo ordine constantiam, vt certo dierum numero pro suo quoque genere, & concepta vtero gerant, & edita oua calefaciant: cuius nature institutio, Dei sapientia conseruatur, quæ tendit à fine, vsque ad finem fortiter, & disponit omnia suauiter: quomodo vno die poterunt concipere, & vtero grauescere, & parta fouere, atque nutrire, & implere aquas maris, & multiplicari super terram? Ita enim subiungitur; Et sic factum est: ante vespere aduentum.

Quid

Vespere, & mane.

a. Hoc est, exitus diei, & noctis.

Dies quintus.

b. Id est, diei quinti.

c. Quintus certè celebris numero quinario.

Quid autem significari per vespere, & mane credat deinceps, declarat; quòd scilicet vespere, vel materiem, vel nihil, vel defectum, quo res deficiunt: & mane, ipsam rerum speciem, & naturam designant.

Sed nimirum cum dicit; Facta est vespere, materiam informem commemorat: cum dicit; Factum est mane, speciem quæ ipsa operatione impressa est materie: mane enim post operationem transactum diem concludit. Non tamen dixit Deus; Fiat vespere, fiat mane: commemoratio est enim rerum actarum breuissima, significata per vespere & mane, materia & specie, quæ vtrique Deum fecisse iam dictum erat, cum ipsum defectum tamen, id est, cum de specie ad materiam, & ad nihilum intenditur, si hoc noctis nomine rectè insinuatam putamus, non dixit factum, sed tantum ordinatum à Deo, cum ait superius; Diuisit Deus inter lucem & tenebras: vt vespere vocabulo significetur informis materia, quæ quamuis ex nihilo facta est, est tamen, & habet capacitatem specierum, atque formarum. Accipi etiam potest tenebrarum nomine ipsum omnino nihilum, quod non fecit Deus, & vnde fecit quæcunque facere pro sua ineffabili bonitate dignatus est, cum sit omnipotens, qui etiam de nihilo tanta fecit.

a. Hoc est, exitus diei, et noctis.

Patres omnes, qui non vna die, nec simul: sed sex diebus, & particulatim conditum Mundum arbitrantur, & per dies non apprehensiones Angelicas, sed dies nostros naturales accipiunt; pariter etiam per vespere & mane, non matutinam, vel vespertinam Angelorum cognitionem, seu ipsam rerum speciem & formam, & ipsam materiem, vel nihil, vel defectum capiunt: sed dici naturalis partes, duo videlicet crepuscula: alterum inter diem, & noctem, quod exitus est diei: alterum inter noctem & diem, quod finis est noctis, communi consensu intelligunt. Cæterum, quæ Augustinus attulit, uera censerit possunt iuxta illam duntaxat Mundi effectiois feriem, qua ipse Orbem conditum fuisse existimauit, & qua cuncta simul prodijisse edocet, quanquam simul nequeant enarrari: qua etiam opinatur, rerum species non actu, sed potentia tantum præseminata in materia, in ipsa Mundi fabricatione pullulasse. Ex quibus apparet iuxta illius sententiam, quinta die, non uerè animantia in aquis, & in aëre mansisse: sed tantum in materia præseminatas, & inditas fuisse rationes seminales, ex quibus, temporum decursu, procrearentur. Quæ quidem omnia iam supra repudiata sunt.

Dies quintus.

b. Id est, diei quinti.

R A B B I N I Parisienses Adnotationibus in Genesim.

Dies quintus, diei quinti, id est, ita transactus est dies quintus.

Sed de consimili commemoratione ex phrasi Hebraica accepta, iam supra iudicium luculenter protulimus.

c. Quintus certè celebris numero quinario.

V I E L M I V S vtsupra,

Nec sanè quinaris numerus suis laudibus caret. Etenim Plutarchus in libello, Cur oracula siluerunt, hæc de eo ferme scribit. Quinario (inquit) numero natura ipsa, resque naturales potissimum constant, & sensus animalium quinque sunt, facultatesque animi quinque, digiti manuum, & pedum quinque, Cali Zone quinque, armoniæ internalla totidem, omnia denique quinario numero videntur facta.

Celebris

Anno Mudi
primo.
Die quinta.

Anno Mūdi
primo.
Die quinta.

Dies quintus.

a. *Celebris ex rerum earum, quæ in ipso create sunt, excellentia.*

a. *Celebris ex rerum earum, quæ in ipso create sunt, excellentia.*

Si animans sensu præditum (vt rectè adnotabat Basilius) hac die quinta primùm fuit efformatum, atq; inter creata cuncta, ea quæ anima sensili decorantur, longè antecedunt, & excellunt cætera omnia, tum vegetantia, tum etiam quæ nulla anima uenustantur: profectò dies hic quintus nobis erit habendus celebris, & ualdè insignis, cum nobis attulerit animantia, sensu & motu coonestata. En proferuntur nobis hoc quinto Augusto die cunctorum piscium, ac auium natalia. Quis non obstupesceret Dei iussu, ac uerbo, tot natatiliū uolucrumque genera unico momento profiliisse? Quis eorum naturas, figuras, formas, satis vnquam pro dignitate admirabitur? Quis genituræ eorum allusiones, propagationes, morum modos, vnquam exponet? Quis infitas uirtutes, temperaturas, naturæque artes pertingeret, cum unum abiectissimum genus cunctos Philosophos in stuporem redigat? Sed hæc alijs dimittentes, ad reliqua transeamus.

Quintus dies
maximè cele-
bris.



Dixit quoque Deus; Producat terra, &c.

Terra post reliqua elementa sexto die animantibus uenustatur.

a. *Quòd senarius numerus animantibus præditis quinque sensibus & phantasia competeret.*

b. *Vel quia decebat, ut terra infimum situ elementum postremo exornaretur.*

Anno Mūdi
primo.
Die sexta.

DE REBUS GESTIS
in sexta Die.



De genesi Animantium terrestrium.



ASOLUTA iam enarratione cælestium luminarium, uolucrum, & piscium, ueluti emensis (atque utinam feliciter) cælesti, aëreo, & æquoreo itineribus, quæ multis undiq; præcluduntur periculis, quis nanque Icarus & Phaëtonis (si licet sacris miscere prophana) totque infeliciter quotidie naufragantem casus ignorat? Nunc quasi diuturnam peragratiōem lassatus, contemplationis alas constringens, & uela contrahens, ad terram requiem petiturus descendendo, ad enarrationem, inquam, terrestrium animantium me conuerto: ubi non possum non ualde animo recreari, cum ea, quæ supersunt tractanda, & mihi inuestigatu, & alijs captu faciliora fore confidam. De quibus profectò consimilia ijs, quæ de auibus, & piscibus differuimus, perpendemus. Et primo loco indagandum est; Quorsum dies sextus animantibus terrestribus, & terræ ornamentis sit destinatus.

Dixit quoque Deus; Producat terra, &c.

a. *Quòd senarius numerus animantibus præditis quinque sensibus & phantasia competeret.*

Philosophus quintum diem ascribat piscibus, & auibus, eo quòd maxime inuicem conuenirent quaternarius numerus & animalia quinque sensibus prædita; Pari igitur contemplatione & sextum terrestribus tribuere possumus, cum animantia terrestria quinque sensus & phantasiā possideant, seu sensum internum, quo certe pisces uel omnino carent, uel saltem crassum ac rudem obtinent.

b. *Vel quia decebat, ut terra infimum situ elementum postremo exornaretur.*

AUGUSTINVS de Genesi ad literam, libro tertio, cap. undecimo. *Iam nunc consequens erat, ut alteram partem, quæ proprie terra dicitur, infimi huius loci, quem totum cum omnibus abyssis & nebuloso aëre uniuersaliter vocabulo terræ alibi Scriptura complectitur, ornaret animalibus suis.*

Anno Mūdi
primo.
Die sexta.

Dixit quoque Deus; Producat terra, &c.

Terra post reliqua elementa, sexto die animantibus venustatur.

- a. Ex dignitate elementorum, recte post Cælum & elementa perspicua, terra opaca venustatur.
b. Vel quòd venustanda esset terra post aquam, cum eius irrigatione fructificet.
c. Sexto die exornatur terra, sicuti tertio apparuit, ut dies sibi respondeant.
Vel quòd tantum ea die exiccata, vsibus animalium fuerit idonea.

G L O S S A Interlinearis.

Producat infimæ partis ornamenta.

a. Ex dignitate elementorum recte post Cælum & elementa perspicua, terra opaca venustatur.

D. B O N A V E N T V R A libro secundo Sententiarum distinctione quintadecima.

Sicut vno die ornata est natura cælestis, scilicet quarto: sic vno die ornatur natura elementaris perspicui, scilicet quinto: & alio terra, scilicet sexto: & sicut natura cælestis precedit elementarem perspicuam, & perspicua opacam: sic naturarum harum ornamenta sunt ordine temporis correspondere producta.

b. Vel quòd venustanda esset terra post aquam, cum eius irrigatione fructificet.

Cum in exornandis elementis ordo seruetur ex cognationis ratione, ornato post Cælum aëre, quia & ipse Cælum vocatur, decoratis etiam post aërem aquis, quibus ille crassefcit, venustanda erat terra post aquas, cum earum irrigatione fructificet & cõsistat.

I V N I L I V S in Hexameron.

Post irradiatum syderibus Cælum, post impletum volatilibus aërem (qui ob viciniam Cæli nomen meruit) & post locupletatas suis animantibus aquas, quæ & ipsa aëri sunt magnæ naturæ vicinia coniunctæ (vnde & de illis sumpsit animantia, de illis imbres, niues, grandines, & cætera sumit huiusmodi) consequens erat, suis animantibus, hoc est, ex se genitis impleri. Nam & ipsa præcipuam habet cognationem cum aquis, utpote quæ sine harum succo & irrigatione, non solum fructificare, sed & nec ipsa consistere possit, Petro attestante, qui ait; Quia Cæli erant prius, & terra de aqua, & per aquam consistens Dei verbo.

G L O S S A Ordinaria hæc sic assumpsit.

Post Cælum repletum syderibus, & aërem volatilibus, qui propter viciniam Cælum nominatur, post impletas animalibus suis aquas, quæ aëri vicinæ sunt, consequens erat terram animalibus suis impleri. Ipsa enim cognationem habet cum aquis, sine quarum succo & irrigatione nec fructificare potest, nec subsistere.

c. Sexto die exornatur terra, sicuti tertio apparuit, ut dies sibi respondeant.

Quemadmodum quarto die exornatum est Cælum, quod primo fuit congestum, & quinto aquæ, quæ secundo fuere disinctæ: decuit & sexto venustari terra, quæ tertio apparuit, ut dies ornatus diebus distinctionis responderent.

D. T H O M A S parte prima, quæstione septuagesimasecunda.

Dicendum, quòd sicut in die quinto ornatur medium corpus, & respondet secundæ diei: ita in sexto die ornatur vltimum corpus, scilicet terra per productionem animalium terrestrium, & respondet terciæ diei. Vnde vtrobique fit mentio de terra. Et hic etiam secundum Augustinum, animalia terrestria producuntur potentialiter: secundum verò alios Sanctos, in actu.

d. Sexto die ornatur terra, quòd tantum ea die exiccata, vsibus animalium fuerit idonea.

Cœperat Deus tertia die terram germinibus venustare: sed more pictoris, vsque ad postre-

Dixit quoque Deus; Producat terra, &c.

Terra post reliqua elementa sexto die animantibus venustatur.

- a. Vel quia perfectiora animalia postremo loco producenda erant.

postremum distulit perficere, ut terra madida exiccaretur, & posset esse vsibus animantium idonea.

P H I L O de Mundi opificio.

Iamque aqua & aëre convenientium sibi animantium, cetera sortem adeptis, rursus prouocatur terra ad generationis partem reliquam. Reliqua autem erant post stirpes, animalia terrestria.

V I E L M I V S Lectione vigesimaquarta.

Tertia die terram herbis & arboribus Opifex cobonestauerat, deinde tulit tantisper manum de tabula, quòd ad Sole, (& fortassis vento illo quoque, cuius alias meminimus) exiccaretur, ac feret animalibus, quæ tunc animo parturiebat, habitatio commoda, & iucunda. Recens enim aquis detecta madidior erat, quàm ut illorum vsibus esset idonea. Geminum proinde diem interiecit, in quo hæc quidem exiccaretur, ipse verò in ornandis primum quidem Cælis, confectum verò aqua & aëre replendis, & venustandis incumbet (ne putes interim vacasse ocio) quibus transactis ad supremam ei manum imponendam, hoc est, animalibus, & hominibus replendam, & locupletandam nunc denique accedit.

a. Vel quia perfectiora animalia postremo loco producenda erant.

Ex vsu naturæ, quia ab imperfectis ad perfecta proceditur: quare mirandum nõ est, si terrestres animantes postremum in locum, ut præstantiores, à Deo reijciuntur.

B E D A Actorum decimosextimo, quem citat etiam Vielmus.

Non in principijs perfecta queruntur, sed de initijs ad ea quæ perfecta sunt, peruenitur.

D. Thomas, Bonauentura, & alij id ipsum dixere, ut supra recitatum est. Animantia verò terrestria perfectiora esse post hominem, nemo est qui ambigat.

A V C T O R.

Ex his causis, quæ adducuntur, quorsum sexta die terra animantibus venustetur, nulli meo iudicio, in difficultatem aliquam labitur, nisi prima fortè, & sexta. In prima siquidem non congruè dictum videtur, quòd pisces phantasia memoriaque careant. Ea profectò credebatur sententia Basilij, sed ex Augustini, & plurimorum placitis ipsam à vero excidere supra demonstraui. Quinimò & in nonnullis piscium generibus vigere phantasiæ memoriæque vim, perinde ac in animantibus terrestribus, Doctores asserunt, & præcipuè in delphino, & alijs. Quantum verò ad causam sexto loco deductam spectat, non mihi tutum videtur asseuerare, Deum ab exornanda terra manum amouisse, ut terra, quæ aquis madida erat, Solis ardore, seu vento, vel natura ipsa exiccaretur, ac propterea vsui animantibus esse posset. Primò siquidem in hac rerum effectione, si Deus potentia sua tantum, nec ullo Angelorum, secundarumve causarum ministerio, vniuersa condidit, potuit etiam momento terram exiccare, & simul cum germinibus animantia, quæ terram colunt, producere, nec necesse ipsi fuit quadrupedum effectiõnem differre, tanquam terræ humiditas ei esset impedimento, & obstaculū præberet: nil etenim Deo erat difficile factu. Deinde si ea de causa non erant animantia à Deo procreanda, nec germina quoque herbarum, vel plantarum fuissent ei omninò producenda. Plurima siquidem herbarum, & plantarum genera, in luto, cœnosaque terrâ uiuere nequeunt. Accedit, quòd Basilij, Ambrosij, & alij, ut supra adnotabamus, Deum nuncupasse terram aridam uolunt, ut cognosceremus, quòd statim arida facta fuit, aptaque culturis. Quapropter hæc sententia Vielmij ab his Patribus non admitteretur.

Anno Mūdi
primo.
Die sexta.

Reijciuntur pri-
ma, & sexta
causæ.

Anno Mūdi
primo.
Die sexta.

Dixitque Deus; Producat terra.

Condita sunt simul eodem die terrestria animantia, & homo.

a. Quòd ambo ad terræ ornatum spectent.

Reliquæ cau-
sæ simul ne-
stantur.

Cæterum concedamus omnes has causas posse quoquo modo sustineri: reliquū est, ut eas simul sic connectamus. Si numerus quinarium, ut platonizabat Philo, animantibus illis, quæ sensibus quinque pollent, adaptari videbatur, accommodabitur utiq; rectè & senarius ijs, quæ supra sensus externos phantasia etiam præstantiorem (inertissima enim, ac rudis extat phantasia in piscibus, uti absolutissima est in terrestribus) ac æstimatoriam facultatem acceperunt. At verò si elementorum dignitas præferenda erat, ut censuit Augustinus, & Bonaventura, locupletatis quinto die aëre & aqua, terra omnium elementorum infima, cunctisque crassior ac rudior, die sexta suis ditanda erat animantibus. Et si eorundem elementorum cognationem prosequeretur Moses, ut edocuit Iunilius, & Glossa, exornato aëre, qui ut Cœlo proximior, Cœli nomen vindicavit, & aqua mirifica sympathia aëri cōnexa; uenustanda relinquebatur terra hæc, quæ terminus, omnium infima, cæterisque substrata, in cuius utrumque aquæ decurrunt illam irrigantes, & in cuius sinu quiescunt. Amplius si dies diei, diei inquam seiunctionis, seu perfectionis, dies ornatus ac uenustationis respondere debebat, uti tertio die ab obruentibus aquis denudata fuit terra, & florentibus germinibus induta: ita sexto animantibus erat decoranda, ac locupletanda. Summus itaque opifex pictorum more, qui cuncta crasse, ac rudi forma in tabula delineata, eo ordine, quo delineantur, perficere sæpe consuevit, cum terræ herbis, & arboribus tertio die cohonestasset, manum ab ea amouit, Cœlumque, quod primò congefferat, coruscantibus luminibus ditauit; aërem dein de & aquam, piscibus atque auibus repleuit, ut interim terra, quæ recens detecta madior cernebatur, quàm ut animalia commodè in ea possent habitationem capere, solūtutum ac iucundum, Sole vrente ventisque sufflantibus redderetur, tandemq; ad eam suo decore insigniendam redijt, ut reliquis absolutis operibus, ad id demum efficiendū, quod sibi potissimum proposuerat, ad hominis, inquam, formationem se conferret. Tandem, si ab imperfectioribus ad præstantiora in ipsa rerum emolitione erat conscendendum, ut adnotarūt D. Thomas & Scholastici, post pisces & aues, ante hominē, qui omnium est præstantissimus, terrestria animantia sexto hoc die creanda, producendaque erant, quæ, ut iā demonstratum est, pisces & aues, multis profectò partibus antecellunt.

Quorsum animantia eo privilegio insignita sint, ut eodem die quo homo conderentur.

Verum prima fronte insignis ac curiosa admodum se offert consideratio: Quorsum Deus illud contulerit animantibus privilegium, ut eodem die cum homine simul crearentur, cum homo ratione sit præditus, illa verò sint rationis expertia. An non potius cum piscibus, & auibus condenda erant, quandoquidē æque sicut illa irrationalia sint, eadem animæ sensilis vi tantum polleant, ac insigniantur? Causas igitur huius rei diligentius perscrutemur.

a. Quòd ambo ad terræ ornatum spectent.

RVPERTVS Commentarijs in Genesim libro primo, capite quinquagesimoquarto.

Sed cur iumenta, cum irrationalia sint, sexto diei cum illo deputantur? Nihil enim magis iumenta, quàm reptilia maris, siue volatilia Cœli, quinque corporis sensus excedunt, nec minus, aut magis quàm illa.
hæc

Dixitque Deus; Producat terra.

Condita sunt simul eodem die terrestria animantia & homo.

- a. Quòd animantia terrestria homini sint in usum & auxilium.
b. Vel quòd cognationē habeant, quia utraq; ex terra facta in terra uiuant, & in eā reuertantur.
c. Seu quòd animantia terrestria sint homini similia, quia perfectiora, & item homini magis domestica.

Anno Mūdi
primo.
Die sexta.

hæc rationis expertia sunt. Ad hæc inquam: Etsi in eodem essentia gradu iumenta, in quo & volatilia, siue aquarum reptilia tenentur, quia pariter corpora sunt animata, & sensibilia, nec ultra valent: rectè tamen cum homine diei sexto computantur, quia cuius homo, eiusdem partis Mundi, scilicet terræ, ornatu quoq; iumentorum genus est.

D. BONAVENTURA Sententiarum secundo, distinctione quinta decima, articulo secundo, quæstione secunda.

Quia verò gressibilia non solum rationalia, sed irrationalia ad ornamentum terræ spectant, & ex eadem materia sunt producta, scilicet terra: idè non eodem die sed alio à prædictis facta sunt.

a. Quòd animantia terrestria homini sint in usum & auxilium.

GENNADIVS ut in Catena Lippomani.

Sed cuius rei gratia quinta die natantia & volatilia, sexta verò die terrestria Deus omnium artifex condidit? Quia tametsi omnia hominis gratia Deus creauerit, natantia & volatilia ad cibum hominis, terrestria tamen eodem die, quo & hominem ipsum esse voluit, quia maiorem usum hominibus præstant, & sine ipsis minime vitam viuere poteramus.

RVPERTVS vbi supra.

Adijcias, quòd eius potissimum substituta seruitio sunt, sicut videmus; quia neque volatilia, neque reptilia, quæ produxerunt aquæ, sed sola iumenta homini cooperantur, & collaborant.

b. Quòd cognationem habeant, quia utraque ex terra facta in terra uiuant, et in terram reuertantur.

RVPERTVS Ibidem.

Cum itaque illis, idèst, volatilibus, siue piscibus, pro conditionis aequalitate; huic autem, idèst, homini pro materiali origine iumentorum genus contiguum sit, rectè potiori, idèst, homini cessit, ut cum illo vnus diuina operationis sit dies, cum quo vnus partis Mundi, scilicet terræ, ornatu est. Sed iam ipsa creatis imperij verba consulamus.

D. BONAVENTURA Quæstione asserta.

Quamuis gressibilia & volatilia magis communicent in formali perfectione: non tamen tantum communicant, quantum ad elementum, ex quo principaliter constituuntur, & quod ornant, quod quidem est elementum terræ.

VIELMIVS Lectione vigesimaquinta.

Ac principio quidem obseruandum est, hæc die conditum fuisse hunc, quæ & animalia terræ reliqua, quòd nimirum cognationem cum illis quandam habeat; de terra enim omnia facta sunt, similiterq; spirant, ac in terram pariter reuertuntur, Ecclesiastici capite tertio; quæ & commune eorum domicilium est, communis atrix & nutritrix.

Et hæc quidem adeo clara sunt, ut explanatione non egeant, & adeò perspecta, ut repudiari minime possint.

c. Quòd animantia terrestria sint homini similia, quia perfectiora, et item homini magis domestica.

PERERIVS Commentarijs in Genesim libro primo, & præfatas causas simul connexuit, & ipsis has adiecit.

Sed cur eodem die & homo, & animantes terrestres condita sunt? An quia utraque pertinent ad terræ comple-

Anno Mūdi
primo.
Die sexta.

Producat terra animā uiuentē in genere suo.

a. Vox Hebraica, Todse, emittere, erumpere significat hoc loco.

complementum & ornamentum? utrorumque enim sedes & domicilium est in terra. An quia terrestres animantes sunt similiores homini, præstantioresq; ceteris? An quia magis sunt domesticæ, & familiares nobis, magisq; capaces, & participes humane consuetudinis & disciplinæ? An denique, quia magis sunt in usu & utilitate hominum? illis enim utitur ad cibum, ad vestitum, ad vestationes, ad custodiam nostram, nostrarumque rerum, ad venationes, ad gerenda bella, ad medicinam & remedia morborum, denique ad multiplicem oblectationem atque voluptatem.

A U C T O R.

Cur terre-
stria animan-
tia & homo
eodē die sint
condita.

Gen. 2.

Colligas igitur has elegantes causas, cur simul animantes, & hominem Deus effecerit. Primā, quia animantia, & homo ad eiuſdem elementum, videlicet terræ specimē, ac decus æquē spectarent. Alteram, quod potissimum animantia, & homo ad terræ culturam destinanda essent. Neque etenim pisces, seu volucres, sed sola iumenta cū homine in telluris cultu elaborant. Adicias, quod animantia, & homo ex terra conformem præferrent materialem originem. De animantibus siquidem scriptum est; Producat terra animam uiuentem. De homine; Donec reuertaris in terram, de qua sumptus es. Accedit, quia si cum homine irrationabilium genus aliquod necendum erat, decuit certē, ut animantia terrestria hoc priuilegio donarentur. Ipsa nanque præstantiori sensu, & absolutiori phantasia, ac æstimandi uirtute polleunt: ipsa exactiori corporis temperamento, membrorumque expressiori compage homini connectuntur; ipsa ei maiora ferunt commoda. Iumenta enim consuetudine ac familiaritate, mutuoq; obsequio sunt ei coniunctiora. Cum ipso versantur, cum ipso terram excolunt, cum ipso itinera conficiunt, cum ipso preliantur, ipsum scēpius ad nutus intelligūt, ipsi uti intellectu prædita parent. Mirifica certe de Canis, Equi; Elephantis erga hominem obsequijs, tradunt scriptores. Adeoque præstans, proximaq; homini animantium est natura, ut Pithagoras opinatus sit, Platoq; in Phædone & alibi scriptum (perperam tamē) reliquerit, animas nostras in bestiarum corpora transfigrare, & inde in humana corpora redire. Quod placitum ueluti profus execrandum omitto. Galenus quoque medicorū principis libro secundo Artis curatiuæ, Bestias percipere uniuersale, ac fecernere à particulari censuit, ea coniectatione ductus, quod aſinus uisō leonē fugā arripere, inspecto uerō camelo minimē id facere soleat. Quare eis intellectum quoquo modo tribuere ausus est. Sed hoc plures Philosophorum reiiciunt: idq; hoc loco explodere haud meū muneris esse iudico. De his tamen disertius loquemur, cū de hominis plasmatione sermonem habebimus.

Hebraicum textum sic editiones explicantur. Chaldaica; Producat terra animā uiuentem secundum genus suum. Græca Septuaginta Interpretum, ἐκταρατὴν ἢ γένος, ἢ φύσιν ζωῶν κατὰ γένος. idest, Producat terra animam uiuentem secundum genus. Vulgata editio nostra, seu Hieronymi, mutauit tantum eam vocem, Secundum genus, & dixit; In genere suo. Pagninus & Vatablus; Producat terra animam uiuentem, secundum speciem suam. Quod & Lufitanus approbat. Caietanus; Producat terra animam uiuam generi suo.

a. Vox Hebraica, Todse, emittere, erumpere significat hoc loco.

S T E V C H V S in Cosmopeia.

De aquis dicitur; Afluent, effervescent, ebulliant: De terra; Producat, emittat, erumpat, exire faciat, iuxta Hebraicum, Bara, quod est in creatione stirpium, herbarumq; dixerat.

Legen-

Producat terra animam uiuentē in genere suo.

- a. Legendum, Animam uitæ. b. Ponitur singulare pro plurali.
c. In genere suo; hoc est, varia genera animantium.
d. Quod Dei solo nutu producere posset terra tam præclaros fœtus.
e. Verbo Dei non tantum instituta fuerunt animantium species, sed nunc in successione proficiſcuntur.

Anno Mūdi
primo.
Die sexta.

a. Legendum, Animam uitæ.

S T E V C H V S in Cosmopeia.

Complexus est enim omne genus bestiarum terrestrium, primum eas generali nomine appellans animam uiuentem, omnes scilicet generatim animantes, que & Latine, & Græcè, & Hebraicè animantes nuncupantur. Hebraicè, Anima uitæ, aut spiraculum uitæ. Est enim, Nephes quasi spiraculum, spiramentum: addiditq; uitæ, quod spiracula esse possint non uiuentia. Ventus spiritus siue spiraculū dicitur, sed spiritus uitæ non dicitur.

b. Ponitur singulare pro plurali.

Legendum, Animam uiuam; hoc est, animalia uiuentia, sic enim Rabini edocent, singulareque pro plurali positum tradunt.

c. In genere suo; hoc est, varia genera animantium.

R A B B I N I in Observationibus.

Singulare pro plurali, more Hebraico. Præterea, animam uiuentem, uocat animantia. Sic igitur uerte; Animalia uiuentia: uel; Animantes uiuentes secundum species suas: idest, varia genera animantium.

Non parum conferunt istæ pedagogicæ obseruationes ad maiorem uerborum Moſis intelligentiam.

d. Quod Dei solo nutu producere posset terra tam præclaros fœtus.

C Y R I L L V S in Genesim libro primo.

Terra rursus imperat, ut & naturam multi plicem pecudum, & belluarum genus indomitum procrearet. Hæc protinus, & mirum in modum ut iussa capeſunt. Quippe singulis in rebus creandi uerbum tantummodo summi Dei creare ualebat, nutusque eiusdem duntaxat producere omnia poterat.

e. Verbo Dei non tantum instituta fuerunt animantium species, sed nunc in successione proficiſcuntur.

B A S I L I V S Hexameron Homilia nona.

Mibi, quæſo, considera uerbum Dei uniuersam percurrens creaturam, & quidem cæpit operari, idem operatur in diem hodiernum, sed & in finem usque cuncta perlustrans, dum Mundi istius uenerit consummatio, operabitur. Quemadmodum enim sphaera quæpiam, globus nimirum teres depulsus manu, ac deturbatus, is si locum internancissetur decliuem, partim ob propriæ constitutionem naturæ, partim ob loci per quem sidit, aptitudinem, præceps ad ima defertur: nec prius sistitur à motu, aut conqueſcit, quam in planiciem exceptus defederit: ita sanè natura rerum excita semel, & uo hoc emota præcepto, creaturam ipsam æquabili cursu, tum in generatione, tum in corruptione penetrat, & transit, generumque successionem similitudine seruat, tantisper dum generandi occurrerit finis. Succedit equus equo natura, leo leoni, aquila aquila, singulaque animalia suis ordine successionibus conseruata usque ad exitum, consummationemq; uniuersi ipsa transmittit. Nullum unquam tempus proprias peculiareque naturas animalium interlini finit, aut exoleſcere, sed quasi nunc primum condita rerum natura sit, una cum tempore noua quotidie, recensque suum peragat cursum. Producat terra animam uiuentem. Præceptum hoc sic impressum est terræ elemento, ut ne hodie quidem desinat subsistere suo creatori.

Quod autem exemplo pulcherrimo explicarat, nunc id ipsum de animantibus, & de his, quæ ex concubitu generantur, & de his, quæ ex terra emergunt, his declarat.

Nam animalia partim ex antecedentibus oriuntur successionem, partim nunc etiam ex ipsamet emergere terra, genera-

Anno Mudi
primo.
Die sexta.

Producat terra.

a. *Calorum, Stellarum, Solisque afflatu, & virtute.*

generarique cernuntur. Non solum enim cicadas, humus pluvio tempore edit, & innumeras alias bestiolas in aere peruolantes, quarum plurima praeternitate nullam sortite sunt nomenclaturam: quin & mures, ranasque; ex se ipsa iam profert & edit, utpote cum circa Aegyptias Thebas post vehementes in estibus pluvias, uniuersa arua foricibus impleri protinus uouimus. Anguillas quoque, nec ullo alio modo nisi ex faeculenta consitui materia, limoque conspicimus: quarum nec ouum, nec ullum alium modum, successionem efficiere conflat, sed e terra hae progignuntur.

A M B R O S I V S Hexameron libro sexto, capite tertio.

Currit in constitutione Mundi per omnem creaturam Dei uerbum, ut sibi de terris omnia, quae statuit Deus, animantium genera producantur, & in futurum lege praescripta, secundum genus sibi similitudinemque uniuersa succedant, ut leo leonem generet, tigris tigridem, bos bouem, cygnus cygnam, aquila aquilam. Semel praecipuum, in perpetuum inoleuit natura. Et ideo ministerij sui obsequium praebere terra non desinit, ut prius animantium species reparabili generis successione in nouas repararent atates.

Quid sibi uoluerint hi Patres, non facile est cognoscere. Nam quod Dei uerbum, ut in prima effectione, ita & nunc, & semper, agentis causae uices agat, dubium est. Melchior Cano libro duodecimo Locorum communium, fuisse his Dei uerbis vim quandam elementis tributam ait, caeterisque corporibus ex elementis constantibus, ut in posterum illa efficiant, quae in primordijs Deus ipse per seipsum effecit. Sed hoc damnat. Vielmius Lectio vigesimaquarta. Primum quia elementa nunquam vim aliquam efficiendi sunt consequuta, sed patiendi tantum: sunt enim materiae ex qua. Deinde quoniam animalia prolificandi, ut agentia secundaria, uirtutem acceperunt non quando dictum est; Producat terra, sed ex faulta illa benedictione, Crescite & multiplicamini. Quapropter arbitrari ego, hoc Dei uerbo collatam fuisse elementis uirtutem causae patiuae, qua disponuntur, ut agentium uirtute procreare possint. Intelligereque Patres duco, nil esse in opibus naturae, quod a Deo non fuerit, praecipue in hac prima uerum effectione, largitum.

a. *Calorum, Stellarum Solisque afflatu, & virtute.*

Rursum habemus praeternitiam quaestionem, quam supra pertractabamus de piscibus: Quenam fuerit animantium effectrix causa.

C L A V D I V S Marius Victor Commentariorum in Genesim libro primo, ex tepesfacta terra animantia manasse asseuerare uidetur; non tamen siue Dei iussione.

*Iam bis terna dies claro radiabat Olympo,
Tertia post calidi genitalia munera Solis:
Iamque tepens tellus grauidos laxauerat artus,
Cum maiora agitans iussit Deus edere terram
Omne animal, uegetat ratio quod sola mouendi:
Cui seruire datum, quo rerum postulat usus.
Nec mora, prorumpunt factis vitalia terris
Pignora, quaeque sui generis sortita figuras.*

L A C T A N T I V S libro secundo, capite duodecimo, hanc fuisse uerborum Mundi sapientum opinionem, his recitat.

Aiunt certis conuersionibus Caeli, & astrorum motibus, maturitatem quandam extitisse animalium serendorum. Itaque terram nouam semen genitale retinentem, folliculos ex se quosdam in uerborum similitudinem protulisse, de quibus Lucretius.

Crescebant ueteri terram radicibus apti.

Eosque,

Anno Mudi
primo.
Die sexta.

Producat terra.

a. *Decreta sibi uirtute a Deo, etiam actiue.*

Eosque, cum maturassent, natura cogente ruptos, animalia tenera profudisse. Deinde terram ipsam humore quodam, qui esset lactis similis, exuberasse, eoque alimento animantes esse nutritos. Quomodo autem vim frigoris aut caloris ferre, aut vitare potuerunt, aut omnino nasci, cum Sol exureret, frigus astringeret? Non erant, inquit, in principio Mundi Hyems & Aestas, sed perpetua temperies, & Per aquabile. Cur ergo nihil horum fieri etiam nunc uidemus? quia semel fieri necessarium fuit, ut animalia nascerentur: postquam uero esse ceperunt, concessa his facultate generandi, & terra parere desit, & temporis conditio mutata est.

Hanc spontaneam Animantium generationem a natura prolatam, pluribus redarguit Lactantius, & bene. Sed ea quae tradit, parum ad nostrum propositum conferunt.

S T E V C H V S autem consimilem philosophiam in Cosmopoeia experfacit; Ait enim.

Produxit ergo terra superioribus aquis conuersa, & Sole tumefacta, quae gremio ac ventre suo parturiebat, animalia, prius generata quinque dierum spatio, & concretescentia, membrisque informata, quinta luce edita iam & perfecta. Generabantur autem simul, atque aquae separatae terras apertas reliquerunt. Tunc mirabile dictu, passim feruebat humus, utque terrestris humor in medullas arborum uitalem stirpium succum, Solis calore conuertitur, sic uertebatur humus in carnes. Ut in uero matris exiguum semen tepesfactum crescit in carnem & membra: sic item exigua semina, & humorum partes coalescebant in diuersorum generum animantes. Fiebat id uolente Deo, qui omnia quaecumque uoluit, fecit in Caelo & in terra, in mari, & in omnibus abyssis: sed & naturas parauerat ipse tales, ut inde nasci haec possent, terram tanquam matrem ac genitricem, Solem tanquam genitorem: iacentem, stratumque late terram, Solem desuper incumbentem, cupidissimum hunc generandi, hanc cupidissime rapientem, in seque; continentem caelestem genituram.

Modum hunc generationis animalium cum enarrasset, locum etiam, quo effecta est haec animantium procreatio primum, & quo effici potest, his tradit.

Attulimus superius de stagnante Nilo, & confidente, terrasque; humentes relinquente, & animalibus nascentibus exemplum, flagrante regione Aegypti magno Solis ardore. Non fieret idem in locis frigidis. Ideo ubi inchoata est creatio, locus erat calidissimus, in Arabia scilicet, & Mesopotamia, ubi paradysus erat prima pars Aquilonaris. Eoque; sciendum est, istam animalium primo tempore propagationem, non in cunctis terris extitisse, sicut nec omnes aquis principio patefactas: sed in locis tantum asiuantibus, Solisque; ardore flagrantibus. Haec, ut dixi, Mesopotamia est, & Aramea, id est, Armenia, ubi fuit etiam prima hominum habitatio, & paradysus terrestris, & homines ante diluuium. Hic ardore Solis nata sunt prima animalia, & ex hisce natis & per Orbem profeminatis, nata sunt alia ex propagatione.

Insuper & haec, risu forte digna, adijcit.

Arbitrorque multa animalium genera calidioris naturae, in locis illis remansisse, frigus refugientia, & in frigidiores terras abire recusantia, aut allata celeriter extincta, ac satyrorum, magnorumque; simiorum greges, & greges elephantum, aliaque plura animalia sunt in Aethiopia, & in locis feruore Solis ardentibus, quae antequam terra durefcerent, atque arerent, credendum est ibi procreata remansisse, caeteros animantes in diuersas terras, difficile tamen atque aegre discessisse.

Prosequitur adhuc demonstrans, consimilia tradere Phoenicum, & Aegyptiorum, & uetustorum Theologiam, atque haec clare describi a Lucretio de rerum Natura libro quinto. Sed haec tanquam figmenta, & indigna, quae sacris misceantur, relinquamus.

a. *Decreta sibi uirtute a Deo, etiam actiue.*

C A I E T A N V S huius interpretationis est praecipuus assertor Commentarijs in Genesim.

Dicendo; Producat terra, significat decretam esse terrae vim productiuam terrestrium animalium. Dico autem vim productiuam, & non tantum materialem: quoniam de principio tantum materiali non verificatur quod producat. Nunquam enim lignum producat lectulum, nunquam lana producat indumentum.

rr Vnde

Anno M^{di}
primo.
Die sexta.

Producat terra animam uiuentem.

a. Hoc est, producantur animantia è terra, Dei virtute, vt causa effectrice, &c.

Vnde non est vertendum in dubium, significari decretam esse terræ vim productiuam iumentorum, bestiarum, &c.

Terram autem vim actiuam producendi ex influxu cælestium non habuisse, sed virtute insita sibi edidisse, sic demonstrat.

Modus autem, quo hoc verificari potest, duplex assignatur. Alter est, vt terra afflata cælesti influxu, habeat vim productiuam istorum, quemadmodum habet vim productiuam animalium imperfectiorum: existimant enim quidam Philosophi, tali modo posse produci quæcumque animalia perfecta. Et hunc sensum sonare videtur prima fronte textus iste, dicendo; Producat terra. Obstant autem huic sensui duo. Alterum est, quod non est certum hoc modo posse generari omnia hæc animalia perfecta. Alterum est, quod quamuis sub virtute productiuâ decreta terræ, comprehendantur etiam vires terrestres, quæ raro contingunt, per se tamen primò continentur productiuæ vires terrestres, quas frequenter terra exercet: immò ad hoc Moyses describit prius virtutes productiuas herbarum decretas terræ, & virtutes productiuas iumentorum & bestiarum decretas terræ, vt significet vires naturales, quibus hæc elementa naturaliter vsura sunt ad productionem horum: quamuis Deus prima vice suppleuerit efficiendo prima indiuidua in esse perfecto: primas herbas, primos arbores, primos pisces, primas bestias, &c. Vnde quemadmodum cùm decretum fuit; Germinabit terra germen, &c. vires terrestres naturales ad producendum vegetabilia, quas terra continuè exercet, significantur: ita quàm dictum est; Reptilificabunt aqua, & proportionaliter modò dicitur; Producat terra, vires aquaticas productiuas piscium, quas frequenti vsu exercent aqua producendo pisces, & vires terrestres productiuas iumentorum & bestiarum, quas frequenti vsu exercet terra, significantur: Mista siquidem terrestria significantur appellatione terræ, & mista aquatica appellatione aquarum. Ita quod semina productiuâ terrestriam animalium significantur, perinde ac dictum fuisset; Producent terrestria mista iumentum, & bestias, &c. quod quotidie videmus fieri. Et simile proportionaliter intellige de aquis in die quinta. Et hic sensus nullum habet obstaculum.

Quid sibi velit Caietanus, difficile est percipere, sed patienter feras, quousq; nostrum de illius sententia adducemus indicium.

LIPPOMANVS in Catena, in hanc videtur proficisci sententiam, cùm ait.

Terra ipsa igitur creatura Dei admirabilis, & stupenda humano intellectui, accipit ex his verbis virtutem & influxum per Dei voluntatem & gratiam, ad hominum vtilitatem, & suam ipsius magnificentiam, producendi corpora animata sensitiua, qua viuant secundum innumerabilia genera, & species suas. Et Post. Terra igitur ipsa creatura Dei admirabilis, & stupenda humano intellectui, accepta virtute & influxu per Dei voluntatem & gratiam, ad hominum vtilitatem, & suam ipsius magnificentiam, producit corpus animatum anima sensitiua, qua viuat secundum innumerabilia genera & species.

Lect. 24.

VIELMIVS clariùs hanc explicat sententiam, quanquam eam non sequatur.

Iam verò cùm dicit; Producat terra, si spectabimus Latinâ phrasim, inditam fuisse terræ vim quandã intelligimus, qua procreare animalia posset, & proinde terram non esse eorum tantum materiam, sed causam quoq; efficientem. Nemo enim diceret; Producat pannus uestem, producantq; asseres rhedam & currum, quod pannus tantummodo materia vestis sit, & asseres illarum rerum identidem sola materia. Et si quis ita pronuntiaret, ineptum se & ridiculum exhiberet. Quamobrem formula hæc loquendi, qua Scriptura vitur, videtur in speciem magnopere suffragari D. Io. Chrysostomo, commentario in illa verba; Spiritus Dei ferebatur super aquas, vbi vitalem quandam operationem elementis insitam fuisse intelligit, qua & motionem, & procreandi animalia vim quandam sint consequuta: & præterea eorum Philosophantium sententijs fauet, qui rationes seminarias (quas & inchoationes formarum vocant) præexistere in materia volunt.

a. Hoc est, producantur animantia è terra Dei virtute, vt causa effectrice, &c.

BASILIVS Homilia octaua, ut post etiam recitabitur.
Nec enim cùm audiuit; Germinet terra herbam fanis, fructiferumq; lignum quod in se ipsa habebat delitescens

ens fenem, illud eduxit. Nec sanè palmam, aut quercum, aut cupressum aliquo in loco inferioris vteri sui eatenus retrusa, in apertum & propalam eduxit, & edidit: sed verbum ipsum diuinum: eorum est perfectio natura, quæ oriuntur. Germinet, inquit, non id quod habet, emittat: sed id, quo non est prædita, consequatur, actionis, operationisque Deo facultatem, atque potentiam largiente: pari nunc etiam modo; Producat terra animam, non eam, quæ inest in ipsa: sed eam, quæ data est ipsi, creatoris Dei præcepto.

Sed cùm non ita clarè Patres loquantur, vt exceperere possimus, nùm iussio, præceptum, verbumque Dei vim actiuam producentem elementis contulerit, an tantum passiuam, quin potius dicere videantur, elementa non habuisse ea animantia in vtero, vt iam à se effecta, nec protulisse, vt iam à se concepta, audiamus Scholasticos.

TOSTATVS Commentarijs in Genesim.

Producat terra animam uiuentem: id est, producantur, vel fiant de terra animalia uiuentia: sic quòd voluntas Dei erat ibi pro causa efficiente; terra erat materialis causa in potentia obediuita, & non naturalis: quia potentia naturalis materia presupponit rationem feminalem: nulla talis autem est in terra ad formandum hominem.

ALEXANDER Halensis secunda parte Summæ Theologicæ, quæstione quinquagesimaquarta.

Moses tangit tria, quæ possunt reduci ad quatuor genera causarum. Cùm enim dicitur; Dixit Deus, notatur causa efficiens; Producat terra, causa materialis; Et fecit Deus &c., notatur causa formalis, secundum quam processit per conditionem à Deo: causa finalis, cùm dicitur; Et vidit Deus, &c.

VIELMIVS Lectiõne vigesimaquarta.

Proinde esse hanc Hebraicam phrasim non dubito, & vrbique in sensu passiuo Dei verba interpretanda esse. Etenim eruditissimi in sancta lingua notant, capere Hebræos aliquando actiuam pro passiuam, & passiuam pro actiuam, vt proinde hunc esse germanum horum verborum sensum existimant; Producantur ex terra iumenta, & cætera, quæ recensentur animalia.

PERERIVS in Opere sextæ diei.

Illud autem, Producat terra, non denotat vim actiuam & effectricem animalium, vel fuisse in terra in prima productione animalium, vel postea in eorundem propagatione futuram: non enim credibile est terram capacem esse tantæ virtutis, vt per se animalia cuiuslibet generis generare queat. Denotat igitur tantum materiam, è qua postea per omnipotentem Dei vim facta sunt animalia. Denotat etiam, terram esse locum naturalem eiusmodi animalium, in quo nimirum ea generantur, aluntur, atque conseruantur. Itaque nonnulli Hebræicè scientes existimant, illud Producat terra, positum esse phrasi Hebræica, pro eo quod est, Producantur ex terra, vel Producantur in terra. Si enim producta sunt ex terra, vt ex materia, non potuerunt, vt ab efficienti, produci ab eadem: nam materia, & efficiens causa, in idem numero conuenire non possunt.

AUCTOR.

Quod supra detulimus, cùm de piscium, alitumque effectrice causa disceptarem, idem penè mihi nunc est ferendum iudicium. Primùm Steuchi placitum absque vlla controuersia repudiandum est: repugnat siquidem Philosophiæ, & Theologiæ nostræ. Posse enim ex terra humefacta, Solis ardore animantium genera, præcipuè maxima & perfectiora, quæ ex coitione edi solent, produci, vt ea quæ ex putri oriuntur, Philosophi omnes, vno excepto Auicenna, inficiantur. Idque Auerroes octauo Physicorum, & septimo Metaphisices, & meliores Peripatetici permultis argumentis reijciunt. At si naturæ vi elementa id efficere modò non possunt, nec certe in exordio rerum id ipsum potuere, nisi fortè ex aliqua superna, & eis aduentitia virtute. Refragatur & Steucho Theologia, cùm omnes Patres, & Doctores œcumenica ferè definitione constituent, ac decernant, Deum optimum & benedictum absque vlla secundarum causarum ope sex diebus vniuersa procreasse. Et certè Steuchi placita fictitia sunt, & commentitia, veluti excerpta ex Theologia Phœnicum, Aegyptiorum, & vetustorum Mundi sapientum, qui postea sana à Philosophia, & sacra nostra Theologia tanquam sine probabilitate loquentes derelicti sunt. Caietanus vir subtilissimus, quemadmodum singularem detulit sententiam, ita quid sibi velit, non sanè intelligo. Duo siquidem dicit notatu digna. Primum, quòd per verba; Producat terra, collatæ fuerint terræ vires terrestres naturales ad producenda animantia, vires, inquam, terrestres, quas frequenter terra exercet, sub quibus comprehenduntur & illæ, quæ raro contingunt. Quod quidem primum dictum per secundum explicabitur. Alterum igitur est, quòd appellatione terræ significantur mixta terrestria. Sed quidnam sibi voluit per mixta terrestria? Nùm

Steuchi placitum repudiatur.

Com. 46.
Com. 27.

Caietani dicta examinantur, & refelluntur.

Anno Mūdi
primo.
Die sexta.

Producat terra animam viuentem.

a. *Animantia ex terra, tūm quōd in eorum temperatura terra praeominetur, tūm quōd super eam vitam degant.*

ipsa animalia, quae mista nuncupantur, an ipsam mitionem, quae in elementis sit, cum animantia progignuntur? Si intelligit ipsa animantia, certe placitum ipsius repudiari non potest, nam fatemur terrestribus animantibus datum esse, ut tanquam agentes causae alia animalia producant. Sol nanque & homo generant hominem. Sed hoc difficultatem non tollit, siquidem in prima animantium productione, quam modo tractamus, nulla erant animantia, quibus posset facultas ista, uel functio condonari. Neque asseuerandum est, praecipuo illo, Producat terra, uirtutem fuisse collatam non extantibus, sed efficiendis animalibus, ut post sibi simile procreare ualerent: tunc enim fuisse creditur mandatum terrae, ut primitias ipsas specierum effunderet. Quod si per mixta intelligit uirtutem mitionis, quae potest esse in terra, quando ad procreanda, & gignenda animantia disponitur, in qua dispositione, tum actiua, tum passiua elementa concurrunt, hoc potissimum confirmationem exigebat, cum exploratum non sit apud Philosophos, terram etiam dispositam cum mitione caeterorum elementorum, actiue posse producere animalia, siue perfecta, quae omnibus constant partibus, siue etiam imperfecta, & eò magis, quoniam si Auicenna animantia quaeque gigni ex terra posse asseuerat, id actione Solis fieri affirmat; Et si Philosophi rationes seminarias, quas inchoationes formarum uocant, praexistere in materia uolunt, nihil tamen sine Solis, syderumque afflatu, eas producere asserunt. Et quantum ad primam animantium effectiorem spectat, si & ipse fatebitur uires illas naturales terrestres potuisse gignere, sed non sine Solis radio, iam certe opinio illius similis apparebit sententiae Steuchi; qui Solis afflatu animantia etiam prima, progenita edocet. Quod si dixerit, prout dicit, Deum prima uice suppluisse ad efficienda prima indiuidua in esse perfectò, iam nobiscum erit, fatendo, quod saltem in prima rerum productione, effectricis causae uices Dei uirtus egerit. Dicamus igitur nos, in prima animantium conflatione extitisse elementa, ut materiam ex qua, dispositaque fuisse ex naturali uis sibi à Deo indita, quando etiam ipsius imperio emanarunt; uerbum autem Dei causam fuisse effectricem, quae ex seminaria uirtute eduxerit formam, diuinoque uerbo, ac uirtute duo illis adiuncta cerni, naturae uires superantia, & quae nequam poterat ipsa praestare. Alterum, quod momento effecta fuerit illa prima animalium procreatio, uti in rerum generatione natura per uicissitudines, & articulos temporum progreditur. Alterum, quod una cum uita opportunum etiam eis augmentum tribuerit; creata nanque fuere animantia illa primæua, magnitudine congrua praedita, & honestata, cum natura per tempora, dies, & annos, paulatim & gradatim incrementa largiatur.

a. *Animantia ex terra, tūm quōd in eorum temperatura terra praeominetur, tūm quōd super eam vitam degere deberent.*

VIELMIVS Lectione vigesimaquarta.

Producantur ex terra iumenta, & caetera quae recensentur animalia, atque hoc quidem, non ob id quod ex sola terra compacta illa fuerint, sed quod praecipue ex hac, & quod in ea degere, & capere alimenta deberent, ac tanquam cum qua eorum temperatura consensionem magnam habet.

Quod

In animalium
productione
elementa fue-
runt materies
ex qua.

In animalium
creatione
duo mira.

Producat terra, Animam viuentem.

Dixit, Producat, & non Germinet.

a. *Quod germinatio reiteretur, productio uero non.* c. *Idest, Animalia uiuentia sic denominata à*
b. *Quod germina radice adhaereat terrae, animantia uero extra exeant.* (forma, ab anima.
c. *Non omnis, sed pars eius detecta ab aquis, p̄ uarietate climatum & regionum.*
d. *Non dixit, Producant terra, ut de aquis, quod una sit continuatio terrae.*

a. *Quod germinatio reiteretur, productio uero non.*

SEVERIANVS ut in Catena Lippomani.

Quare alibi dictum est; Germinet terra, hic uero, Educat, siue Producat? Germina, & planta, & fructus quotannis germinant. Itaque quoniam planta non semper in terra permansura, erant tamen semper à terra nascitura, idcirco dictum est; Germinet terra. De animantibus uero, Producat, quia semel à terra producta, deinceps non à terra, sed à coitu generantur.

b. *Quod germina radice adhaereant terrae, animantia uero extra exeant.*

ALEXANDER Halensis secunda parte Summae Theologicae, quaestione quinquagesimaquarta, membro primo.

Dicendum, quod de terra nascentibus dictum est; Germinet: germen enim est in radice, quae adhaeret terrae: productio uero dicitur, idest, proculductio, quia animantia à terra separantur: & ideo alia translatio habet; Eiciat terra, idest, extra se iaciat, quasi separatam ab ipsa.

c. *Non omnis, sed pars eius detecta ab aquis, pro uarietate climatum & regionum.*

VIELMIVS Lectione praecitata.

Et cum Deus dicit, Terra, totum id exprimit huius elementi, quod eminere aquis nudius quartus iusserat, pro uarietate tamen climatum, & regionum. Nec enim climata omnia consensionem habent cum animalium omnium naturis, & constitutionibus, quamobrem neque uno loco omnia nascuntur, ac ut quidam scribunt, Asia efferaiora, Europa fortiora, Aethiopia multiformia gignit, & nondum satis perspectae nobis cunctorum species, & formae sunt.

d. *Dixit; Producat terra, non Producant terra, ut de aquis, Producant aquae, quod plura receptacula aquarum, una continuatio terrae.*

ALEXANDER Halensis Theologicae Summae parte secunda, quaestione quinquagesimaquarta, membro primo.

Dicendum, quod singulariter dicitur de terra, pluraliter de aquis, ut notetur aquarum in suis receptaculis distinctio, terra uero est continuata, licet pluraliter dicantur terrae propter regionum diuersitates.

Observationes praefatae conspicuae sunt, neque aliquod de eis iudicium est ferendum. Tu ipse lector considerato.

Animam viuentem.

e. *Idest, animalia uiuentia sic denominata à forma, ab anima.*

LYRANVS in Postillis.

Animalia uiuentia significantur per animam, quia res nominatur à forma.

TOSTATVS.

Vocantur animalia ab anima, quod denominetur totum à parte, sicut homo uocatur aliquando anima, ut Genesim quadragesimo sexto; Iste anima egressa sunt de femore Iacob.

LIPPO.

Anno Mūdi
primo
Die sexta.

Anno Mūdi
primo.
Die sexta.

Animam viuentem.

- a. Idest animans, seu animal, quia halet, & spiret.
b. Si producta à terra est anima uiuens, quæ constituit animal, igitur mortalis.

LIPPOMANVS in Catena.

Producatur terra animam viuentem in genere suo, idest animalia viuentia, quæ per animam (cū secundum etiam seculi sapientes res à forma denominentur) significantur.

VIELMIVS Lectione memorata.

Animam viuentem. Sunt qui fortè putabunt à parte totum nunc denominari, animal scilicet ab anima, quasi per synecdochem, aut etiam per antonomasiam: quod & Glossa, & eminentis doctrinæ viri videntur existimasse: denominatur enim vnumquodq; à forma.

- a. Idest animans, seu animal, quia halet, & spiret.

VIELMIVS ibidem.

Sed re vera dictum est Anima viuens, Hebræorum idiotismo, pro animante, seu animali. Quamobrem Tigurini viderunt; Producat terra animans viuens: & Robertus Stephanus; Producat terra animal viuens; ponitur enim genus pro speciebus: & adnotauimus dudum, Nepbes, significare Hebræis halitum, & spirationem. Quare sensus est; Producantur ex terra viuentia, quæ halet, & spirent.

Quamquam hæc interpretatio Vielmij elegans sit, non tamen rejicienda est etiam altera supra adducta. Animantia enim dici ex eo, quod anima sint prædita, & ipsa etymologia latina edocet, & consensus omnium approbat. Verum etymologia, quam adduxit Vielmus, Græca potius est quam nostra.

- b. Si producta à terra, est anima uiuens, quæ constituit animal, igitur mortalis.

BASILIVS Homilia octaua.

Cur animam viuentem tellus educat? Et quid sit inter animam iumentum; atque animam hominis discas. At animam quidem hominis paulopost, quomodo habeat, scies. Nunc interim audi de animantium anima ratione non præditorum. Cū, iuxta quod scriptum est, animalis omnis anima sanguis sit ipsius: sanguis autem coactus in carnem suapte natura uentur, caroq; corrupta in terram resoluat soleat: mortuum quid iure optimo est anima iumentorum. Igitur animam terra viuentem educat. Vide consequentiam, ordinemq; anime ad sanguinem, sanguinis ad carnem; carnis ad terram: contra, facta resolutione per eadem regreditor, à terra in carnem, à carne in sanguinem, à sanguine in animam ipsam, & iumentorum animam inueneris terram esse. Noli putare corporis ipsorum constitutione uetustiore animam esse, neq; post carnis dissolutionem persistere. Elementorum arrogantiumq; Philosophorum fuge deliramenta, quos haud pudet animas suas & caninas esse eiusdem speciei constituisse: qui se ipsos etiam & mulieres olim & frutices asserunt, & equos pisces fuisse. Ego uero pisces quidem illos olim fuisse, non ausim dicere: eo tamen tempore quo ista scriptioni mandabant, expertes magis rationis quam pisces fuisse, & assererem acri admodum cum constantia, atque contenderem.

PROCOPIVS Commentarijs in Genesim.

Depromit autem terra animam, ut scias quæ sit differentia inter animam hominis & iumentum. Anima brutorum terrena est, & in terram resoluatur. Nam ait; Omnis animantis anima sanguis eius est. Verum sanguis in carnem concreuit, & condensatur. Anima ubi fuerit corrupta, in terram conuertitur. Anima enim brutorum undique illorum corporibus sunt implicata, & conferta: quapropter una cum corporibus intereunt. Manifestum itaque est, iumentorum animas nihil nisi terram esse, licet Græcorum filij nescio quas nobis stultas palingenesias confingant.

CAIETANVS Commentarijs in Genesim.

Et significanter dicit Animam viuam, ad insinuandum quod anima sensitua producitur virtute missionis naturalis: ac per hoc est anima corruptibilis secundum totum genus suum.

Observatio hæc Basilij, & Procopij maxima animaduersione est digna, non quod decla-

Producatur terra animam viuentem.

- a. Non quod tellus anima prædita sit, & ex se tantum animantia emiserit: sed quod Dei virtus ea animarit.

declaratione seu approbatione indigeat, sed quod ex ipsa rerum prima constructione elicere possimus eleganter, quænam discrepantia inter animas hominum, & brutorum constituatur. Hæc siquidem productæ sunt à terra, illæ conditæ à Deo; Inspirauit in faciem eius spiraculum vitæ, & factus est homo in animam viuentem. Ex origine deinde finem etiam argumentari dignoscamus. Cū enim terra matrix sit corruptibilium rerum, Deus uero fons vitæ & perennitatis, sequitur, ut anima illa originis ratione, interitum, hæc autem immortalitatem sit consequuta.

- a. Non quod tellus anima prædita sit, & ex se tantum animantia emiserit: sed quod Dei virtus ea animarit.

BASILIVS Hexæmeron Homilia octaua.

Accessit Opificis editum, ordine procedens, & terra quoque suum proprium ornamentum accepit. Illic; Educant aquæ reptilia animarum viuentium, dictum est. Hic; Educatur terra viuentem animam, dicitur. Est ne ergo anima prædita telluri? Vanæque mentis homines Manichæi locum ne iam habent, recteque sentiunt, anima præditam tellurem esse dicentes? Non quia dixit; & educatur, Educatur, sive producat, id ideo quod in seipsa situm erat, eduxit terra: sed qui iussit, is ut terra educeret, ipsi præstitit facultatem. Nec enim cum audiuit; Germinet terra herbam frum, fructiferumque lignum, quod in seipsa habebat delitecens fenem, illud eduxit. Nec sanè palmam, aut quercum, aut cupressum aliquo in loco inferioris vteri sui eatenus retrusa, in apertum & propalam eduxit & edidit: sed uerbum ipsum diuinum eorum est profectio natura, quæ oriuntur. Germinet, inquit, non id quod habet, emittat: sed id quo non est prædita, consequatur, actionis operationisque Deo facultatem, atque potentiam largiente: pari nunc etiam modo; Producat terra animam, non eam, quæ inest in ipsa, sed eam quæ data est ipsi, creatoris Dei præcepto. Deinde ratio Manichæorum in contrarium ipsæ reflectetur. Nam si eduxit animam, iam anima se ipsam terra destituit. Sed illorum quidem abhorrendam & execrabilem esse sententiam suapte luce elucefcit.

PROCOPIVS Commentarijs in Genesim.

Ceterum quod ad mare spectat, dixit; Reptilia animarum viuentium: hic uero inquit; Animam viuentem, nec tamen ibi repositam, ut furori Manichæorum fores præcludantur. Quomodo potenter iussit terram germinare, & aquas reptilia proferre, & continuo effectus uisus est: sic & hoc loco. Non igitur terra, quod possidet, deprompsit: sed quod non habebat acquisiuit, Deo donante potentie efficaciam. Si animam, quam habuit, ut illi clamitant, eiecit, profectò se ipsam anima spoliavit. Quare igitur non pudet illos proponere, terram esse animatam?

Locus hic Basilij maxime uidetur refragari opinioni eorum, qui terram elementaque, rationes feminales habuisse ad procreanda animalia, uiuificandaque affirmabant, ut paulò ante dicebamus de Caietano. Præcipuum Basilij propositum est redarguere Manichæos, qui execrabili sententia, tellurem anima præditam asserbant, eamq; mista animare autumabant, (de qua, ut delirantissima assertionem, non est opportunum, quod plura dicamus) statuereque quod cū dixit Deus; Producat terra, tunc tellus produxerit, non quod in ea situm erat, vel quod ipsa in uisceribus gestabat, sed quod Dei potentia tunc efficiebat: attamen eos etiam redarguit, qui rationes feminarias, quas & inchoationes formarum appellant, terræ ascribunt, clareque edocet, uirtute Dei, uerboque diuino animantia fuisse anima insignita, prout supra diffinitum est.

Dixit,

Anno Mūdi
primo.
Die sexta.

Gen. 2.

Rationes feminales animalium non erant in terra.

Anno Mūdi
primo.
Die sexta.

Animam viuentem.

a. Dixit, Animam viuentem, non Animæ viuentis, quia præstantiores sunt animantes terrestres piscibus.

a. Dixit, Animam viuentem, non Animæ viuentis, quia præstantiores sunt animantes terrestres piscibus.

Dixit, Animam viuentem, & non Animæ viuentis, uti dixerat de piscibus, quoniam perfectiora sunt animantia, quam pisces, adeo ut pisces corpora esse dicamus cum anima quadam, animantes uero animas dominantes corporibus.

BASILIVS Hexameron Homilia octaua, hanc obseruationem habet, perfectioresque animantes piscibus edocet, quod sensibus polleant perspicacioribus, memoria, & imaginatione, animæ affectionibus, quas per uoces significant, & naturæ docilitate.

Cūr autem aqua quidem reptilia uiuentium animarum, tellus autem viuentem animam educere iussa est? Arbitramur natatiliū quidem naturam imperfectioris quodammodo participem esse uitæ: quippe cum in humoris crassitudine degant. Nam & auditum obtinent grauem, & aspectum hebetem, cum per mediam aquam uideant. Adde memoriam ferè nullam in illis esse, neque imaginationem, neque consuetudinis, aut familiaritatis ullam cognitionem. Quapropter oratio quasi demonstrare uidetur, in aquatilibus quidem carnalem uitam, animalium motionum principem esse. In terrestribus autem animantibus, cum perfectiore uita prædita sint, principatum uniuersum subindicat animam obtinere. Terrestrium siquidem sensus perspicaciores sunt, quam aquatiliū, præ his item illa acutius præsentia apprehendunt, exactæ uero certæque rerum præteritarum memoria apud plurimas quadrupedes animantes comperiuntur. Quamobrem in aquatilibus quidem (ut uidetur) animantia corpora sunt creata. Reptilia nanque uiuentium animarum ex aquis producta sunt. In terrestribus autem animam administrantem corpora tellurem educere iussum est, quasi plus quid habeant animantia terrestria, quam aquatilia facultatis uiuendi. Etenim expertia quidem sunt & terrestria rationis. Attamen affectiones complures animæ naturali sua quæque uoce significant. Nam & gaudium, & dolorem, & consuetudinis familiaritatis uocem, & indigentiam alimenti, & seiunctionem compascuorum animantium, & innumeras id genus affectiones emissionem uocis indicare uidentur. Sed animantes aquatiles non modo non eliciunt uocem: sed neque mitescere quidem, neque doceri possunt. Quinetiam ad omnem omnino uitæ societatem hominibus intrasitabiles sunt, penitusque ineptæ.

Quæ dixerat exemplis confirmat quorundam animantium.

Cognouit bos se possidentem, & asinus præsepe Domini sui. Piscis autem non agnouerit unquam suum altorem. Scit asellus assuetam sibi uocem, scit eam uiam, qua sæpius ambulauit: nonnunquam & dux hominibus fit erranti. Non aliud terrestrium audit hoc animali acutius. Cameli præterea mali memoriam sibi illati, grauemque furorē, atque ad iracundiam diutius retinendam propensionem, quisnam unquam marinorum piscium imitari possit? Olim uerberibus caesa camelus, ira longo post tempore recondita, cum idoneum opportunumque nacta fuerit tempus, malum illud tandem reddere solet.

PROCOPIVS Commentarijs in Genesim.

Natantia animantia, quæ uolunt in aquarum densitate, quodammodo reliquis imperfectiora dignoscuntur. Priuata enim sunt memoria, imaginatione, & consueta notitia. Præterea maior est sensuum hebetudo, & ubique corpus superat animæ motus. Quare non immeritò de ipsis memoratur; Reptilia animarum uiuentium, &c. Verum de terrestribus, ut excellentia cernatur, inquit; Animam viuentem. Nam sensibus plurimum, & memoria ualent, ubi primum nata fuerint. Docet itaque pisces quidem esse animatos: at terrestria animalia indicat habere animas, à quibus ordinatè regantur, eademque significat amplius quippiam, quam uergetatiuam tenere animam. Licet sint bruta, attamen norunt uoce naturali gaudium & tristitiam testari: & intelligunt si à se inuicem segregentur, norunt tibi defectum, norunt & desiderium, & alia plurima. Esaias inquit; Cognouit bos possessorem suum, & asinus præsepe dominorum suorum. Non solum præsepe, sed & consuetam uocem agnosuit, uiamque qua iuit, ut possit per hanc ducere eum, qui illo rebitur.

Esaias 1.

D. THO.

Anno Mūdi
primo.
Die sexta.

In genere suo.

- a. Hoc est, generatim, seu ut capitum genera, ex quibus procrearentur similia distincta à cæteris.
b. Idest, secundum genera diuersa, perfectione inæqualia.

D. THOMAS parte prima, quæstione septuagesimasecunda ad primum.

Dicendum, quod Basilius dicit; Diuersus gradus uitæ, qui in diuersis uiuentibus inuenitur, ex modo loquendi scriptura colligi potest. Plantæ enim habent imperfectissimam uitam & occultam: unde in eorum productione nulla mentio fit de uita, sed solum de generatione: quia secundum hanc solum inuenitur actus uitæ in eis. Nutritiua enim, & augmentatiua generatiua deseruiunt, ut infra dicitur. Inter alia uero animalia, perfectiora sunt (communitè loquendo) terrestria, auium & piscibus: non quod pisces memoria careant, ut Basilius dicit, & Augustinus improbat: sed propter distinctionem membrorum, & perfectionem generationis. Quantum autem ad aliquas sagacitates, etiam aliqua animalia imperfecta magis rigent, ut apes, & formice. Et ideo pisces uocat non animam viuentem, sed reptile animæ viuentis. Sed terrena animalia uocat animam viuentem propter perfectionem uitæ in eis, ac si pisces sint corpora habentia aliquid animæ: terrestria uero animalia propter perfectionem uitæ, sint quasi animæ dominantes corporibus. Perfectissimus autem uitæ gradus est in homine: & ideo uitam hominis non dicit produci à terra, uel aqua, sicut cæterorum animalium, sed à Deo.

Contemplatio ista Basilij ex se clara est, nec indiget expositione; Vnū duntaxat mihi est adnotandum, quomodo uidelicet non absolute neget Basilius memoriam uigere in piscibus, sed asseueret adeo crassam exiguamque esse, ut ferè non esse dici possit. Hæc eius sunt uerba; Adde, memoriam ferè nullam in illis esse. In quibus adnotes illud (ferè) & intelligas ipsum non omnino inficiari, omnemque memoriam à piscibus tollere: ex quibus sequitur, quod ipsum immeritò redarguerit Augustinus, si tamen Augustinus loco à nobis iam supra recitato ipsum Basilius, & non alios intellexit, qui memoriam à piscibus funditus subtrahebant.

Basilius non
omnino ne-
gat memoriã
in piscibus.

a. Hoc est, generatim, seu ut capitum genera, ex quibus procrearentur similia distincta à cæteris.

LIPPOMANVS in Catena.

Quod autem additur; In genere suo, hoc importat, quia ita orta animalia, ut ex eis nascantur alia, & originis formam successionem conseruent. Ac si diceretur generatim, ut inter se similia, atque ad unam feminis originem pertinentia, distinguantur à cæteris.

Hæc ipsa Augustinus libro tertio de Genesi ad literam, capite duodecimo: & Glossa, ut infra.

b. Idest, secundum genera diuersa, perfectione inæqualia.

VIELMIVS Lectione uigesimaquarta.

In genere suo. Glossa perinde hoc dictum putat, quod generatim: sed (ni fallor) manifestat particula hæc, terrestria animalia esse inæqualia, hoc est, diuersorum generum, & specierum, quomodo quoque plantæ, pisces, & uolucres sunt, quorum species sicut numeri sunt.

Doctrinam hanc approbare operæ precium est, cum ualde conspicua sit, atque à grauissimis Patribus, egregijsque Doctoribus delata.

Iumenta, reptilia, & bestias terræ.

Hebraica lectio habet (Behemà uarum Aiah, seu Chaiah.) Chaldaica translit; Iumentum, & reptile, & bestiam terræ secundum species suas. Græca Septuaginta.

Anno Mūdi primo. Die sexta.

Iumenta, reptilia, & bestias terræ.

- a. Behemah dicuntur mitia animalia, quæ herbis victitant.
- b. Behemah, animalia, quæ herbas comedunt, siue domestica, siue syluestria.
- c. Behemah, idest bestia vasta.
- d. Varèmes, idest, reptile terrestre calcans.
- e. Behemah, & Varèmes, singularia sunt, & ponuntur pro plurali.

ginta τετραποδα ἢ ἑρπετα ἢ διζυα τῆς γῆς, καὶ τὰ κίλινα; καὶ παντὰ τα ἑρπετα τῆς γῆς κατὰ γένος αὐτῶν. Hoc est, Quadrupedia, & reptilia, & bestias terræ, & iumēta, & omnia reptilia terræ secundū genus eorū. Vbi bis reptilia numerata sunt. Vulgata nostra; Iumenta, & reptilia, & bestias terræ secundū species suas. Pagninus, & Vatablus à Chaldaica parum discessere: verterunt siquidem; Iumentum, & reptile, & bestias terræ secundum speciē suā. Lusitanus consimiliter. Caietanus; Iumentum, & reptile, & bestiam terræ generi suo.

Obseruatores linguæ Hebraicæ multum discordant hoc loco circa significationem præfatorum uerborum.

a. Behemah dicuntur mitia animalia, quæ herbis victitant.

HAMERVS Commentatione in Genesim.

Iumentum Hebraicè vocatur, Behema, quo nomine censentur ea, quæ ipsa natura mitia sunt. & herbis victitant, & homini in seruitium cedere possunt. Vnde etiam iumentum nomen à re traxere, ait Columella, quod laborem nostrum, vel onera subuectando, vel arando, iuuarent.

Lib. 7.

b. Behemah, animalia, quæ herbas comedunt, siue domestica, siue syluestria.

RABBINI in Adnotationibus:

Behemah, idest, iumentum, singulare pro plurali. Vox Hebræa significat species animalium, quæ herbas comedunt, siue sint domestica, siue syluestria.

c. Behemah, idest, bestia vasta.

STEVCHVS in Cosmopocia.

Hebraicè, quæ noster vertit aptissimè, Iumenta, dicuntur Behemah, idest, bestia, quo quidem vastiores animantes intelliguntur. Hæcque; propriè dicuntur bestia, non fera. Et Post. Et hoc omne ab Hebraico fonte omnium linguarum, Behemah, quod sonat bestiam.

d. Varèmes, idest, reptile terrestre calcans.

STEVCHVS vbi supra.

Non est autem eadem nominatio reptilium aquaticorum, & terrestrium, illa Sherez, hæc Remès. Vtraque ἑρπετα, reptilia Septuaginta dixerunt, quod à nostro est comprobatum. Hebraicè priores dicuntur currentes, tales enim pisces: posteriores calcantes, ingredientes vel pedibus, vel corpore.

e. Behemah, & Varèmes, singularia sunt, et ponuntur pro plurali.

LIPPOMANVS in Catena.

Parum autem refert quod in Hebræo, Behemah, Varèmes, habetur, hoc est, iumentum, & reptile, & ita est in Chaldaica, videlicet iumentum, & reptile, & bestiam terræ: nam singularia sunt pro pluralibus. Sic enim capiuntur pleraque nomina specierum apud Hebræos.

Caiab,

Anno Mūdi primo. Die sexta.

Iumenta, reptilia, & bestias terræ.

- a. Caiab, bestia carnibus vescens.
- b. Caiab, bestia agri, quæ in solitudine commorantur.
- c. Behemah, & Chaiah, non significant domesticum, & syluestre animal; sed Behemah, generale est nomen, & Caiab idipsum est, quod omne viuens.
- d. Behemah, bestia cruribus eleuatis: Remes, quæ paruos pedes habet, & Chaiah generale nomen.
- e. Nomina hæc incertam habent differentiam.

a. Caiab, bestia carnibus vescens.

HAMERVS Commentatione in Genesim.

Bestia Hebraicè vocatur Caiab, quæ vescitur carnibus, ut est lupus, leo, vulpes, & cetera fera.

RABBINI in Adnotationibus.

Per bestias terræ, intelliguntur fera, & animalia, quæ carnibus vescuntur, ut lupi, leones.

b. Caiab, bestia agri, quæ in solitudine commorantur.

STEVCHVS vbi supra.

Bestias ergo terræ, Hebræi bestias agri, feras appellant, quæque his in locis, vbi nulla sit hominibus habitatio, commorentur.

c. Behemah, & Chaiah, non significant domesticum, & syluestre animal; sed Behemah, generale est nomen, et Caiab idipsum est, quod omne viuens.

LVSITANVS Adnotationibus in Genesim.

Ponuntur hic duo nomina bestiam significantia, scilicet Behemah, & Chaiah, inter quæ Hebræi sic discriminant: ut Behemah, sit iumentum, seu domesticum animal: Chaiah, verò sit bestia syluestris. Sed quod hoc discrimen non semper obseruetur in sacris literis, constat: Miche. quinto habes; Behemoth, idest, in animalibus syluæ: Et Deuteronomij trigesimo secundo; Dentem behemoth, idest, bestiarum mittam in eos: vbi pro syluestri accipitur. Idem Isaia decimo octauo; Nebem. verò secundo, & alijs multis in locis ponitur pro domestico Behemah, idest, animal, in quo sedeo. Vnde melius dicitur esse generale nomen. Sequens verò nomen, scilicet, Chaiah à Chaiah verbo, quod est, viuere, ortum habet, & significat omne viuens.

d. Behemah, bestia cruribus eleuatis: Remes, quæ paruos pedes habet, & Chaiah generale nomen.

LVSITANVS ex sententia quorundam Rabbiorum, hæc refert.

Dicunt Behemah, esse bestiam, quæ cruribus multum eleuatis incedit, ut bos, asinus, camelus, equus, & similia. Remes verò quæ paruos pedes habet, & reptare videtur. Chaiah, verò esse generale nomen.

e. Nomina hæc incertam habent differentiam significationis.

LVSITANVS ibidem.

Discrimen tamen esse puto inter hæc tria vocabula, scilicet, Behemah, Chaiah, & Remes: sed quod illud sit, non facile est cognoscere. Nam infra dicitur; Fecit Deus, Chaiah, idest, bestiam terræ secundum speciem, seu similitudinem suam. Et Habehemah, idest, iumentum secundum speciem suam, & omne Remes, idest, reptile secundum speciem suam: vbi videtur ea quasi distincta numerare, & ea dixi, Chaiah, à vita ortum habere, Remes, verò à conculcatione.

Ex prædictis hoc vnum desumito, significationem harum vocum esse incertam, & differentiam, seu discrepantiam significationum adeo esse imperfectam, ut mirari non debeamus, si interpretes deuiarunt à significatione quandoque communiori, & si aliquid ad maiorem eorum explicationem addiderunt, ut nonnulla adiecit editio Græca, de qua aliqua subnectam.

ss 2 Behemath

Anno Mūdi
primo.
Die sexta.

Iumenta, reptilia, & bestias terræ.

- Behemah, Septuaginta translulerunt τετραποδα; hoc est, quadrupedia.
- Varemes verterunt ερητα, hoc est, que in terra degunt, & precipue serpentes.
- Chaiab translulerunt θηρια, à venatione, quod earum sit venatio.
- Behemah, Latine Iumenta.

a. Behemah, translulerunt τετραποδα; hoc est, quadrupedia.

STEVCHVS in Cosmopœia.

Intelligentes autem Septuaginta, quid valeret vox Hebraica Behemah, eam translulerunt, τετραποδα, quadrupedia, que vox in antiqua Latina translatione habebatur. Citaturque à Beda commemorante antiquam translationem: eamque Augustinus in sua editione habebat. Et post. Behemah igitur verterunt τετραποδα, quadrupedia. Proprie enim eas designat, que quatuor pedibus incedunt. Et post. Quæque Hieronymus vertit iumenta, & Hebraice dicuntur Behemah, duobus modis transferunt Septuaginta, τετραποδα, quadrupedia, & θηρια, pecora. Quæ voces sunt in editione D. Augustini. Iumenta, maiores bestia, equi, boues: pecora, minores, oves, capra. Hieronymus iumenta perpetuo, quod ea precipue imuebantur.

b. Varemes verterunt ερητα, hoc est, que in terra degunt, & precipue serpentes.

HAMERVS Commentatione in Genesim.

Reptile Hebraice vocatur, Remes: Septuaginta verterunt, ερητα. Sunt autem ερητα abusive animantia omnia, que in terra degunt. Et post. Proprie ερητα hoc in loco intelliguntur non omnia quadrupedia, sed serpentes, que magno totius corporis volumine in terra volumuntur magis quam ingrediuntur, quales Megasthenes scribit in India in tantam magnitudinem adolefcere, vt solidos hauriant ceruos, taurosque.

c. Chaiab translulerunt θηρια à venatione, quod earum sit venatio.

STEVCHVS in Cosmopœia.

Septuaginta translulerunt θηρια, feras, quarum scilicet est venatio, à quibus θηρο, venor. Græca editio Septuaginta Interpretum adiecit. θηρια θηριων. cuius vocis loco in Biblijs regijs redditum est; Iumenta. Augustini autem textus habet, Pecora. Græca adiecit etiam, θηρια παντα τα ερητα της γης, hoc est, ut communiter omnes interpretantur, Omnia reptilia terræ. Existimo ego addidisse hæc interpretes Septuaginta ad maiorem declarationem, quod propriam vocum Hebræarum significationem exprimere non potuissent. Additum autem esse θηρια, hoc est, Pecora, vt sicut per iumenta intelligi putarunt id genus animalium, que iuuamento sunt, & quæ magna cernuntur, veluti equi, boues, & similia, quasi Behemah vastiores animantes significaret, ita per Pecora minores, ut sunt ouis, & capra, exprimere voluerint. Additum pariter esse opinor; Et cuncta reptilia terræ; tanquam genus, atque ut in eo cuncta genera animalium terrestrium comprehenderentur. Hieronymus proprietatem sequutus est Latine nostræ linguæ, & eleganter, si bene animaduertas.

d. Behemah Latine iumenta.

STEVCHVS in Cosmopœia.

Latine dicuntur iumenta à iuuando, boues, equi, asini, cameli. Quamquam Hebraicum, & Græcum ad ceruos, leones, vrsos, & id genus pertinere potest, que forte iumenta non dicerentur. Sed ea cum primis, quibus homines essent iuandi, Theologia spectauit. Siquidem & nonnulli Hebræi Behemah exponunt ea, quibus vtimur ad vescendum, & equitandum.

Deferendi sunt modo nobis sensus clausule huius secundum editionem nostram, deinde secundum Græcam.

Maris

Anno Mūdi
primo.
Die sexta.

Iumenta, reptilia, & bestias terræ.

- Maris animantia sub vno genere reptilium, & aeris sub vno volatilium, terræ verò sub triplici comprehendit, quod terra, vt minus decora, pluribus indigeret ornamentis.
- Vel quod terra maiorem alimentorum copiam subministrat.
- Plura animantium genera memorantur, quod plures sint eorum progrediendi modi.

a. Maris animantia sub vno genere reptilium, et aeris sub vno volatilium, terræ verò sub triplici comprehendit, quod terra, vt minus decora, pluribus indigeret ornamentis.

D. BONAVENTURA Sententiarum secundo, distinctione quinta decima.

Queritur etiam, cum omnia animantia, que sunt in mari, contineantur sub vna differentia animalis, que est Reptile: & similiter omnia animantia aeris sub vna differentia animalis, que est Volatile: quare non similiter omnia animantia terræ sub vna differentia continentur? Resp. Dicendum, quod terra inter cetera elementa minus est decora: ideo magis indiguit decorari.

b. Vel quod terra maiorem alimentorum copiam subministrat.

D. BONAVENTURA eodem loco.

Et iterum, quia ipsa maxime prestat pabulum animalibus inter cetera elementa, hinc est, quod plures animalium differentie reperiuntur in illa.

DIONYSIVS Carthusianus in Genesim articulo quartodecimo, has duas rationes Bonauentura sic coëgit.

Queritur, cur animalia ad terræ ornatum pertinentia, non continentur sub vna differentia animalis, quemadmodum animalia ad ornatum aque spectantia, que omnia reptilia appellantur: animalia quoque que aerem ornant, que omnia volatilia nuncupantur. Respondet Bonauentura, quoniam terra inter cetera elementa est minus decora, ideo magis indiguit decorari, videlicet pluribus differentijs animalium: & item, quia præ ceteris elementis prestat animalibus nutrimentum.

c. Plura animantium genera memorantur, quod plures sint eorum progrediendi modi.

Non minora numero sunt animantium genera in aquis, & in aëre, quam in terra, sed ea sub vno genere; hæc sub triplici differentia memorantur, quoniam ea vnum tantum modum progrediendi habent: hæc uero plura. Nam clarissimum est pisces omnes, dum per aquam, & non super terram gradiuntur, natate, & aues semper in aëre volitare. Natate autem & volitare tum pisces tum aues omnes ferè vno modo, perspectum est: At animantia terrestria alia sunt quadrupedia, alia verò reptilia: reptant autem secundum diuersos modos; nã sunt, vt dicemus postea, inter reptilia, trahentia, serpentina, & reptentia. Quapropter Moses, qui animantium genera secundum gradiendi modum nuncupabat, & discernebat, pisces omnes bene sub nomine reptilium, aues sub volatilium comprehendit; terrestria autem distinxit in quadrupedia, & reptilia, & quadrupedia in domestica, ut iumenta sunt, & syluestria, ut bestia sunt terræ: quoniam non potuissent sub nomine reptilium cuncta genera terrestrium animalium comprehendere, nec sub nomine pariter quadrupedum, cum alia repant, alia quatuor incedant pedibus. Verum cum sub his classibus omnium animantium terrestrium genera Mosem comprehendisse arbitremur, inuestigandum est cum Patribus, vnde huius enumerationis sufficientia desumatur.

Iumenta

Anno Mūdi
primo.
Die sexta.

Iumenta, reptilia, & bestias terræ.

a. Iumenta que iuuant, reptilia que repunt, & bestia que seuæ sunt.

a. Iumenta que iuuant, reptilia que repunt, & bestia
que seuæ sunt.

Sufficiencia hæc prima defumitur ex vulgata vocum significacione.

E V C H E R I V S Commentarijs in Genesim, libro primo, cap. sexto.

Hæc tria generaliter distinguit. In iumentis enim animalia que in vsu, hominum sunt. In reptilibus serpentes. In bestijs leones, pardos, tigrides, vel quicquid ore, vel unguibus seuit.

B E D A Expositione in Genesim.

Consequens autem, vt alteram partem, que proprie terra dicitur, ornaret animalibus, siue iumentis, vt equi, & boues, & oues, & cætera: siue reptilibus, vt sunt serpentes, & si qua sunt alia: siue bestijs, vt sunt leones, & vrsi, & cætera: Quicquid autem creatum unguibus seuit, non incongruè bestia dicitur.

Et libro de Sex dierum creatione.

Et simplicia animalia, que data sunt in vsu humano generi: reptilia verò, qui reptant super terram serpentes, vel cætera sunt. Et bestia terræ sunt vrsi, leones, pardi, vel cætera: bestia verò dicitur, quicquid dentibus, aut unguibus pugnat.

H V G O Adnotationibus in Genesim, capite septimo.

Iumenta, & reptilia, & bestias tria ponit. Iumenta, quæcunque mansuescunt. Reptilium tria sunt genera: trahentia, serpentina, repentina. Trahentia sunt vermes, qui primo terra figentes ore, sese postea trahunt. Serpentina, serpentes qui extra autem pedes non habent, sed intra habent costas, quibus immitentes toti simul feruntur. Repentina, qui extra autem pedes habent, vt botrace, lacerte, stelliones. Bestie dicuntur feræ, que ledunt ungue, vel dente, vel animi bestiali stultitia, vt lupus.

R V P E R T V S Commentariorum in Genesim libro primo, capite quinquagesimo quinto.

Dicuntur enim iumenta, quod sint quedam hominis adiumenta: reptilia verò repentina, siue serpentina: bestia quasi festig, per antiphrasim, quod sint infestig.

G L O S S A Interlinearis.

Iumenta, humanos vsus iuuantia. Bestias, que ungue ledunt, vel dente.

A L B E R T V S Magnus prima parte, quaestione duodecima, articulo decimosexto.

Dicendum, quod iumenta secundum suum nomen dicuntur quasi iuuamenta, & sunt ea que iuuant hominem in labore. Reptile autem dicitur, quod se rapit ore, vel costis. Bestia autem, quasi vastia, dicitur animalia unguibus, vel dentibus lacerantia.

L Y R A N V S in Postillis.

Iumenta. Quantum ad animalia, que veniunt ad vsu hominis, que generali nomine dicuntur iumenta, quasi iuuamenta. Et reptilia. Quantum ad animalia pedibus carentia, & quantum ad habentia pedes breues, vt lacerta, & consimilia, propter quod se videntur trahere super terram. Et bestias terræ. Quantum ad animalia syluestria, ideo dicuntur bestia, quasi vastia.

T O S T A T V S in Postillis magis has differentias explicat.

Hic declarat, que sunt animalia viuentia: & distinguit in tres modos generales, scilicet in iumenta, que dicuntur animalia comestibilia, sed proficiunt, vel adiuant ad necessitates humanas, vt equus, asinus, camelus, & similia ad ferendum onera, & assensores: reptilia dicuntur serpentes, siue parui siue magni, quia sine pedibus sunt reptantes super terram: vel si pedes habent, parui sunt: vt per eos in altum se atto lere non valeant: sed magis aliqui eorum volant, vt dracones. Alia sunt bestia terre, & dicuntur proprie bestia à deuasando: & conuenit feris, scilicet leonibus, vrsis, & similibus. Hic autem assumitur largè bestia, & intelliguntur etiam bruta comestibilia, vt boues, arietes, hirci.

D I O N Y S I V S Carthufianus Enarratione in Genesim, articulo quattodecimo.

Hic

Iumenta, reptilia, & bestias terræ.

a. Reptile est, quod mouetur tractu; Iumentum & bestia, que incedunt impulsu: sed illud vt iuet, hac vt noceat.

b. Iumenta, que ad vsu: cætera verò, que sunt ad exercitium: & hæc vel manifestè, vt bestia, vel occultè, vt reptilia.

c. Iumenta herbam depascunt, reptilia humum, cum humi serpant, bestia carnibus pascuntur.

Hic tangitur triplex species subalterna animalium, ad ornatum terræ spectantium, quarum qualibet continet sub se varias species specialissimas. Iumenta enim dicuntur animalia domestica, que deseruiunt homini in necessarijs actibus, vt sunt equi, boues, oues, & consimilia. Vnde dicuntur iumenta, quasi iuuamenta. Reptilia appellantur, que rependo procedunt, de quibus precedenti articulo dictum est. Iamque fit mentio de reptilibus terrestribus, non de aquaticis. Bestia verò vocantur animalia seuæ indomita, que dentibus ledunt.

a. Reptile est, quod mouetur tractu; Iumentum & bestia, que incedunt impulsu, sed illud vt iuet, hac ut noceat.

Hæc enumeratio elicitor ex modo progrediendi.

D. BONAVENTURA secundo, distinctione quintadecima.

Ex parte motus potest sumi hæc differentia. Omne animal quod mouetur, aut mouetur tractu, & sic est reptile: aut impulsu, & sic gressibile: & hoc est dupliciter: aut est animal natum seuire, aut mansuescere: primo modo dicitur bestia, secundo modo dicitur iumentum, & sub iumentis comprehenduntur pecora.

b. Iumenta, que ad vsu: cætera verò, que sunt ad exercitium: et hæc vel manifestè, ut bestia, vel occultè, ut reptilia.

Diuisionem hanc hauriunt Doctores ex vsibus humanis, nempe ex commodis, quæ ab animantibus in hominem descendunt.

P E T R V S Comestor in Genesim capite octauo.

Produxit enim de terra tria genera animalium, iumenta, reptilia, bestias. Sciens enim Deus hominem per peccatum casurum in penam laboris, ad remedium laboris dedit ei iumenta, quasi iuuamenta, ad opus, vel ad esum. Reptilia verò & bestia sunt ei in exercitium. Reptilium verò sunt tria genera: trahentia vt vermes, quid se ore trahunt: serpentina, vt colubri, qui vi costarum se rapiunt: repentina, pedibus scilicet, vt lacerta, & botrace. Dicuntur autem bestia, quasi vastia, à vastando, id est, ledendo & sauiendo.

A L E X A N D E R Halensis Theologica summæ parte secunda, quaestione quinquagesima quarta, membro primo.

Tria genera animantium enumerat Moses, que sic distinguuntur, vt iumenta dicantur, que sunt in adiutorium hominum ad laborandum in terra (vnde iumentum dicitur, quasi iuuamentum; iuuamentum verò accipitur hic tantum in equis) reptilia verò & bestia terra sunt, que sunt ad terrorem.

D. BONAVENTURA loco præcitato.

Ex parte finis sic: Animalia enim facta sunt propter hominem: aut igitur sunt ordinata ad hominis iuuamentum, sicut sunt iumenta, quasi iuuantia: aut sunt ordinata ad hominis exercitium: & hoc potest esse dupliciter, quia aut exercent nocendo manifestè, & sic sunt bestia, quasi vastia: aut occultè nocent, & sic sunt reptilia, que occultè nocent, & insidiantur calcaneo: hos autem fines etsi non haberent, si homo non peccasset, in actu, haberent tamen in aptitudine, & ex ipsa aptitudine melius erudiretur tunc homo in statu innocentia, quam erudiat nunc ex actu in statu culpa. Et sic patet horum trium differentia, & sufficiencia.

Dionysius Carthufianus in Genesim articulo quattodecimo, hæc eadem repetijt, nõ suppresso Bonauenturæ nomine.

c. Iumenta herbam depascunt, reptilia humum, cum humi serpant, bestia carnibus pascuntur.

Et hæc animantium differentia ex pabuli, quo ipsa vescuntur, diuersitate educitur.

V I E L M I V S Lctione vigesima quarta.

Alij rursum neglecta nominis etymologia, iumenta esse dicunt, que herbis duntaxat vescuntur: quod fortè verius

Anno Mūdi
primo.
Die sexta.

Anno Mūdi
primo.
Die sexta.

Iumenta, reptilia, & bestias terræ.

a. *A reptili seductus est homo, à bestijs ex iustitia punitur, à iumentis ex misericordia iuuatur.*
 Secundum editionem Græcam: Quadrupedia, reptilia, bestias terræ, & pecora.
 b. *Quadrupedia sunt, quæ iuuant operando; reptilia, ut serpentes; bestia, ut fera; pecora, quibus vescimur.*
 c. *Quadrupedia, quæ ad escam, sed non sub hominis cura: reptilia, serpentes; bestia, fera; pecora, quæ in usu, & sub hominis sunt cura.*

verius est. Hieronymus enim ab Oleario Genesis quadragesimo quinto, ait, ea dici Hebræis, Beir, quod sic herbam depascant, & uorent, ac si comburent. Reptilia uero esse, quæ hami serpunt, lacertos, Stelliones, viperas, angues: quorum Plinius libro octauo, capite vigesimo secundo meminit, & serpentes appellat. Bestias autem terræ intelligit feras, nempe leones, tigres, pardos, pantheras, rinocerothes, ursos, lupos, & denique animalia omnia, quæ carnibus generatim pascuntur: & dicuntur etiam belluæ, quia inter se iugiter bellantur. Quamobrem & non nisi in syluis, & nemoribus degunt. Et ita Deuteronomij trigesimo secundo, capitur hæc vox, Bestia, quanquam quoque indiscriminatim, & promiscuè docti & vulgo homines illam cicuribus, ac mansuetis interdum attribuunt.

a. *A reptili seductus est homo, à bestijs ex iustitia punitur, à iumentis ex misericordia iuuatur.*

Ab euentibus, qui propter animantia homini contingere, deducitur hæc postrema animalium partitio.

R V P E R T V S Commentariorum in Genesim libro primo, capite quinquagesimo quinto.

Sub vno genere animæ uiuentis, quam terra producit, tres species manifestè scriptura distinxit, iumentorum, reptilium, atque bestiarum. Et nota diligenter præiudiciorum Dei inuestigabiliu[m] prouidentiam. Ab una nanque specie, idest, à reptili, homo seductus est: ab una, idest, à bestijs terræ, iustè peccator idem infestatur: ab una, idest, à iumentis, eiusdem miseri hominis debilitas, misericordia Dei resouente, iuuatur.

Glossa locupletata hæc non prætermittit.

Inter has enumerationes postrema potius mystica est interpretatio quam literalis: cætera recipi possunt, ut sufficientes. Verùm quo pacto omnia genera terrestrium comprehendant, & in se includant, post disceptabimus.

Interpretanda nobis nunc superest Græca editio, quam sequitur Augustinus.

b. *Quadrupedia sunt, quæ iuuant operando; reptilia, ut serpentes; bestia, ut fera; pecora, quibus vescimur.*

A V G V S T I N V S de Genesi imperfecto capite quintodecimo.

Cum autem in Latina lingua, nomine bestiarum, omne irrationale animal generaliter significetur: hic tamen distinguenda sunt species, ut quadrupedes accipiamus omnia iumenta: serpentes, omnia reptilia: bestias, uel feras, omnia quadrupedia indomita: pecora uero quadrupedia, quæ non operando adiuant, sed dant aliquem fructum pascensibus.

c. *Quadrupedia, quæ ad escam, sed non sub hominis cura: reptilia, serpentes; bestia, fera; pecora, quæ in usu, & sub hominis sunt cura.*

A V G V S T I N V S de Genesi ad litteram libro tertio, capite undecimo.

Et manifesta quidem sunt animalium genera, quæ in uerbo Dei terra produxit. Sed quia sæpe nomine pecorum, uel nomine bestiarum, animalia omnia rationis expertia solent intelligi, meritò queritur, quas nunc propriè bestias, & quæ nunc pecora dicat. Et reptilia quidem, siue reptilia terrena, non est dubitandum, quòd omnes serpentes intelligi uoluit, quanquam & bestia dici possint, pecorum autem nomen non uisitatè serpentibus conuenit. Rursum leonibus, & pardis, & tigridibus, & lupis, & vulpibus, canibus etiam, & simijs, atque

Quadrupedia, reptilia, bestias terræ, & pecora.

Secundum editionem Græcam.

a. *Quadrupedia, quasi genus, iumenta, reptilia, & pecora, quasi tres species posuit.*
 b. *Quadrupedia, repentia quatuor pedibus: Reptilia, trahentia, uel serpentina: Bestia, quæ ungue, & ore seuiunt, exceptis serpentibus: Pecora, quæ uel non offendunt, uel tantum cornibus.*

Anno Mūdi
primo.
Die sexta.

atque id genus cæteris uisitatè conuenit uocabulum bestiarum. Pecorum autem nomen his animalibus accommodatius aptari solet, quæ sunt in usu hominum: siue adiuantibus laboribus, ut boues, & equi, & si qua talia: siue ad lanificium, uel ad uescendum, ut oues, & sues. Quid ergo sunt quadrupedia? Quanquam enim hæc omnia, præter quædam reptilia, quatuor pedibus gradiantur, nisi tamen hoc proprio nomine quedam uel let intelligi, non utique hic etiam quadrupedia nominaret, quamuis de his in repetitione tacuerit. An cerui, & damule, & onagri, & apri, quia neque illis bestijs ubi leones sunt, coniungi possunt, similes enim sunt illis pecoribus, nec tamen sub humana cura sunt, propriè quadrupedia nuncupata sunt: quasi reliqua hæc essent animalia, quibus ista appellatio generalis quidem cum multis propter numerum pedum, sed tamen specialiter significatione tribueretur?

Et de Genesi imperfecto, capite decimosexto.

Sanè hic pecorum nomine, omnia puto significata esse quadrupedia, quæ sub cura hominum uiuunt.

D. T H O M A S parte prima, quæstione septuagesimasecunda, ad secundum.

Dicendum, quòd per iumenta uel pecora, intelliguntur animalia domestica, quæ homini seruiunt qualitercumque. Per bestias autem intelliguntur animalia scæua, ut ursi, & leones. Per reptilia uero, animalia quæ uel non habent pedes, quibus eleuentur à terra, ut serpentes: uel habent breues, quibus parum eleuantur, ut lacerte, & formice. Sed quia sunt quedam animalia, quæ sub nullo horum comprehenduntur, ut cerui, & caprei, ut etiam ista comprehenderentur, addidit, quadrupedia.

a. *Quadrupedia, quasi genus, iumenta, reptilia, & pecora, quasi tres species posuit.*

D. T H O M A S loco asserto.

Vel quadrupedia præmisit, quasi genus, & animalia subiunxit, quasi species. Sunt enim quedam reptilia quadrupedia, ut lacerta, & formica.

b. *Quadrupedia, repentia quatuor pedibus: Reptilia trahentia, uel serpentina: Bestia, quæ ungue, & ore seuiunt, exceptis serpentibus: Pecora, quæ uel non offendunt, uel tantum cornibus.*

A V G V S T I N V S de Genesi ad litteram, libro tertio, cap. undecimo.

An quia ter dixit; Secundum genus, tria quedam genera nos inuitat attendere? Primo secundum genus, quadrupedia & reptilia, ubi arbitror significatum, quæ quadrupedia dixerit, scilicet quæ in genere sunt reptilium, sicut sunt lacerti, Stelliones, & siquid huiusmodi est. Ideoq; in repetitione quadrupedum nomen non iterat, quia reptilium uocabulo fortasse complexus est: unde ibi non simpliciter ait; Reptilia: sed addidit; Omnia reptilia terræ. Ideo terræ, quia sunt & aquarum, & ideo omnia ut illic intelligantur, quæ quatuor etiam pedibus nituntur, quæ superius quadrupedum nomine propriè significata sunt. Bestias autem, de quibus item ait, secundum genus, quicquid ore aut etiam unguibus seuit, exceptis serpentibus. Pecora uero, de quibus tertio ait, secundum genus, quæ neutra ui lacerant, sed aut cornibus, aut ne hoc quidem.

G L O S S A Ordinaria hæc fit compendiauit.

Ter dicendo; Iuxta genus suum, tria genera significat. Primo iuxta genus suum, quadrupedia, & reptilia: ubi potest intelligi, quæ quadrupedia dixerit, scilicet quæ sunt in genere reptilium, ut lacerti, & huiusmodi. Unde in repetitione, quadrupedum nomina non iterat, quia reptilium uocabulo ea intellexit. Ideo non simpliciter dixit; Reptilia, sed, Omnia reptilia terræ. Sunt enim & aquarum, ideo, Omnia, ut comprehenderet ea, quæ quatuor pedibus gradiuntur. Bestias, de quibus item ait; Iuxta genus suum, intellexit quicquid ore seuit, aut unguibus, præter serpentes. Pecora uero, de quibus tertio dixit; Iuxta genus suum, quæ ungue ledunt, uel cornibus.

tt ALE-

Anno Mūdi
primo.
Die sexta.

Quadrupedia, reptilia, bestias terræ, & pecora.

Secundum editionem Græcam.

- a. Quadrupedia, pecora, & bestie, omne irrationale animal quandoque comprehendunt.
b. Bestia quicquid ore seuit vel unguibus; reptilia serpentes, iumenta, quæ vsui sunt hominum.
c. Quadrupedum nomine cuncta comprehensa sunt, seu sint fera, siue sub cura humana, exceptis bestiis, & reptilibus.

ALEXANDER Halensis parte secunda, quæstione quinquagesima-quarta; Membro primo.

Dicendum, quod hoc membrum, quadrupedia, non ponit differentiam contra alia tria, sed connumeratur cum reptilibus, propter hoc quod reptilia multorum sunt pedum, & ita ponit partem pro toto, ut intelligantur multipedia: & hoc patet per hoc, quod cum iterum resumit illa membra, non ponit differentiam quadrupedum, sed ponit tantum differentiam reptilium.

a. Quadrupedia, pecora, & bestie, omne irrationale animal quandoque comprehendunt.

AVGVSTINVS loco asserto.

Prædixi enim & quadrupedum nomen quàm latè pateat, ipsò pedum numero facile agnoscì, & nomine pecorum, vel bestiarum, omne irrationale animal aliquando comprehendì. Sed etiam ferarum vocabulum solet in Latina lingua tantummodò valere: non ideo tamen negligenda fuit consideratio, quomodo possint hæc nomina, quæ non frustra in hoc Scripturarum loco posita sunt, etiam speciali distinctione discerni, quod in vsu loquendi quotidianò facile animaduerti possit.

GLOSSA Ordinaria.

Quod latè pateat quadrupedum nomen, numero pedum potest facile dignosci. Et nomine pecorum, & bestiarum, omne irrationale animal solet comprehendì.

Iuxta translationem nostram.

b. Bestia quicquid ore seuit vel unguibus; reptilia serpentes, iumenta, quæ vsui sunt hominum.

IVNILIVS in Hexameron.

Iubet ergo producere Deus terram iumenta, & reptilia, & bestias terræ. Quia verò nomine bestiarum, omne quicquid vel unguibus seuit, exceptis serpentibus, constat esse comprehensum: nomine autem reptilium terræ, & serpentes continentur, nomine verò iumentorum, ea quæ in vsu sunt hominum, animalia designant. Vbi verò conditio describitur cæterorum quadrupedum, verbi gratia, ceruorum, caprorum, bubalorum, & aprorum, cæterorumque huiusmodi: nisi fortè ob ferocitatem indomitæ mentis, inter bestias esse adnumerata dixerimus.

GLOSSA Ordinaria hæc sic assumpsit.

Iubet ergo Deus terram producere iumenta, & reptilia, & bestias terræ. In bestiis quicquid ore seuit vel unguibus, præter serpentes comprehenditur. In reptilibus etiam serpentes. Nomine iumentorum, quæ in vsu hominum sunt, animalia designantur. Conditionem verò cæterorum quadrupedum, ut ceruorum, & huiusmodi, pro indomita feritate inter bestias numeramus.

Iuxta antiquam translationem quæ legebat: Quadrupedia, reptilia, & bestias terræ.

c. Quadrupedum nomine cuncta comprehensa sunt, seu sint fera, siue sub cura humana, exceptis bestiis, & reptilibus.

IVNILIVS vbi supra.

Iuxta antiquam sanè translationem, in qua scriptum est; Eijciat terra animam viuam, secundum genus, quadrupedia, & reptilia, & bestias terræ, iuxta species suas: nihil omnino quæstionis est: quia videlicet nomine quadrupedum cuncta comprehensa, quæ, exceptis bestiis & reptilibus, terra produxit, siue sub cura humana, seu quæ sunt fera, & agrestia.

GLOSSA ubi supra.

Iuxta antiquam translationem, qua scriptum est; Quadrupedia, & reptilia, & bestias terræ, nomine quadrupedum, omnia comprehensa sunt, præter bestias, & reptilia, siue domita, siue fera, & agrestia.

AVCTOR.

Anno Mūdi
primo.
Die sexta.

Et factum est ita.

a. Factum est ita, non tam propter nostram utilitatem, quàm propter Dei magnificentiam.

AUCTOR.

Collegi (ni fallor) cunctos enumerationum modos à Patribus delatos. Et quantum ad eas, quæ explicant editionem Græcam, magnam in eis conspicimus diuersitatem. Augustinus in prima interpretatione traxit nomen Quadrupedia, ad significandam partem eam iumentorum, quæ operando adiuuant. In secunda verò, ad indicandam partem eam bestiarum, quæ homini sunt in escam, nec sunt sub eius cura, cuius generis existunt cerui, & damulæ. In tertia, ad denotandum eam partem reptilium, quæ pedes habent, ut sunt lacertæ, & stelliones: In quarta voluit generale esse nomen, omne irrationale animal significans. Iunilius per Quadrupedia, omne genus animalium, quæ vsui humano sunt, siue eius subsint curæ, siue sint syluestria, indicari arbitratus est. Ex quibus colligimus nos, enumerationem hanc quadrimembrem à Græca editione allatam, reduci posse ac debere ad trimembrem, à textu Hebraico, & nostro deductam. Enumerationem igitur nostram insequentes, asserimus eam esse & præstantissimam & sufficientem. Cum autem infinitæ propè sint species animantium, eas ad certas classes redigere possumus, sed non ad vera genera, qualia sunt ea, quæ à Dialecticis vocantur subalterna. Plato in Politico, animantium terrestrium duo dixit esse genera, ferum nempe, ac mansuetum. Aristoteles primo de Historia Animalium, tres enumerat classes. Alias enim animantes dixit perpetuò esse cicures, alias perpetuò feras, alias ita flexibiles esse præditas natura, ut cicurari, & efferari facile possint. Cæterum Moses noster trimembrem attulit enumerationem, quæ tamen ad bimembrem redigi potest: idque secundum tres præcipuas affectiones, & proprietates, quæ in animalibus attendi possunt. Si mores eorum, quos erga hominem habent, perpendamus, prout Plato, & Aristoteles considerarunt, certè animantium aliud erit nobis vtile, aliud noxium: vtile erit iumentum: noxiorum verò aliud occultum, ut reptile, aliud manifestum, ut bestia. Si modum gradiendi inspiciemus, clarum erit, quod aliud tractu progreditur, ut reptile, & aliud impulsu, & hoc vel inter loca domestica, ut iumentum, vel inter syluestria degit, ut bestia. Rursum, si pabuli rationem insequemur, patebit, quod aliud edit humum, ut reptile, aliud viuentia quoquo modo, seu germinantia, ut iumentum, seu sentientia, ut bestia. Atque hoc modo triplicem habemus enumerationem, quæ ex bimembri fieri potest trimembris. Cæterum animalium genera Isidorus amplissimè enumerat libro duodecimo Etymologiarum. Quid autem iumentorum, reptilium, & bestiarum nomine propriè sit capiendum, infra diffiniemus.

a. Factum est ita, non tam propter nostram utilitatem, quàm propter Dei magnificentiam.

CHRYSOSTOMVS Homilia septima in Genesim.

Et factum est sic. Vide quomodo, & terra iterum duplicem nobis offert fructum, & mandato dominico ministrat. Tunc quidem seminum edebat germina, nunc autem animata animalia, quadrupedia, & reptilia, pecora, & feras. Ecce verum est quod dixit, quod non omnia propter nostram utilitatem produxerit, sed & propter suam magnificentiam: ut videntes copiam, & multitudinem creaturarum, opificis virtutem obstupescamus, & sciamus sapientia quadam, & misericordia inenarrabili, propter futurum hominem omnia esse producta.

tt 2 Factum

Enumeratio
quadrimem-
bris animan-
tium, ad tri-
membrem re-
duci potest.

Genera varia
animantium
iuxta Philo-
sophos.

Anno Mudi primo. Die sexta.

Et factum est ita.

- a. Factum est ita sexto die, quod Deus decreuerat ab aeterno eo die facere.
- b. Id est, terra vires accepit productiuas. Et fecit Deus, &c.
- c. Repetitio vsitatur à Scripturis, sed non otiosè.
- d. Legendum interposita coniunctione Et, iuxta species suas, & iumenta.

a. Factum est ita sexto die, quod Deus decreuerat ab aeterno eo die facere.

VIELMIVS Lessione vigesimaquarta.

Et factum est ita: videlicet sexta die à creatione Mundi, quemadmodum pro die hac dixerat, hoc est, decreuerat ab aeterno Deus. Velox igitur cucurrit per totum terrarum Orbem verbum Dei, ac vt tunc, ita nunc quoque, & quoad stabit Mundus, operatur.

b. Id est, terra vires accepit productiuas.

CAIETANVS in Genesim.

Et factum est ita. Iuxta Hebraeum habetur; Et fuit ita: videlicet, quod terra habuit vires productiuas omnium animalium terrestrium.

Quòd si per vires productiuas intelligit vires passiuas; non est, qui ipsi aduerfetur: si verò eas vult esse actiuas, iam hoc stare non posse supra est diffinitum.

Et fecit Deus, &c.

LIPPOMANVS, quæ sit lectio Hebraica, his patefacit.

Et fecit Deus bestias terræ, &c. Hebraicè præter dictionem, Haiath, id est, Bestias, quæ est numeri pluralis, reliqua duo, videlicet, Behemah, & Remes, hoc est, iumentum, & reptile, singularis sunt numeri, de quibus dic vt supra. Et vbi apud nos legitur simpliciter, Iumenta, apud Hebraeos est, Veeth habehema lemina, hoc est, Et iumentum secundum speciem, vel genus suum.

Chaldaica tralatio habet; Et fecit Deus bestiam terræ secundum genus suum, & iumentum iuxta genus suum, & omne reptile terræ iuxta genus suum. Græca Septuaginta legit; καὶ ἐποίησεν ὁ θεὸς τὰ θηρία τῆς γῆς κατὰ γένος, καὶ τὰ ἰθύνη, καὶ πάντα τὰ ἐρπετα τῆς γῆς κατὰ γένος αὐτῶν. quod est, vt in Biblijs Regijs; Et fecit Deus bestias terræ secundum genus, & iumenta, & omnia reptilia terræ secundum genus eorum. Vulgata nostra clara est; Et fecit Deus bestias terræ iuxta species suas, & iumenta, & omne reptile terræ in genere suo. Pagninus, & Vatablus parum discrepant; Fecit ergo Deus bestias terræ secundum speciem suam, & iumenta secundum speciem suam, atque omnia reptilia terræ secundum speciem suam. Cum his stat Lufitanus. Caietanus; Et fecit Elohim bestiam terræ generi suo: & iumentum reptile terræ generi suo.

c. Repetitio vsitatur à Scripturis, sed non otiosè.

LIPPOMANVS in Catena.

Repetitio est familiaris admodum sacris literis, hoc in loco tamen minimè otiosa, pro seriosa, & diligenti, non solum doctrina, sed & inculcatione, & exhortatione legentium, vt semper fideles meminerint, hæc omnia non ad cultum producta, sed ad vsum, solatium, fructum, ab eo conditore, quem colere deberent, reuereri, & suscipere, per omnia obediendo iussis ipsius. Sed & quæcunque in superioribus de hac repetitione dicta sunt, pro hoc loco faciunt.

d. Legendi interposita coniunctione Et, iuxta species suas et iumenta.

RABBINI Parisienses in Adnotationibus.

Species suas, iumenta. Apud Hebraeos interponitur coniunctio, Et; Et iumenta. Sic legitur, & in scriptis Latinis codicibus S. Dionysii, Germani, & Victoris.

Igitur

Anno Mudi primo. Die sexta.

Et fecit Deus, &c.

- a. Igitur nullum aliud agens fuit nisi Deus.
- b. Fecit magna in copia, & in omni terra regione.
- c. Ne homo vacuum demum intraret.

a. Igitur nullum aliud agens fuit nisi Deus.

VIELMIVS vbi supra.

Quod dicitur, Fecit Deus, mihi terra Caietani disertè rejicit, hoc est, agentia omnia, cum vniuoca, tum etiã equiuoca. Prima enim quadrupedum indiuidua, primus ipse & summus solus opifex hodie finxit, mares videlicet & feminas, non vnum ex altero, sed vtrunque sexum ex terra ac se solo.

b. Fecit magna in copia, et in omni terra regione.

VIELMIVS Ibidem.

Proinde repetit Moses atque inculcat, tanquam rem admiratione dignam, nec duo tantum, vt Theodoretus, & alijs quibusdam visum est: sed plura (ni ego planè fallor.) Nam terram totam alloquebatur Deus, cum dixit; Producat terrã animam viuentem in genere suo, non solum hortum in Aedem, aut vicinam ei duntaxat regionem. Rursus, cum eiusdem generis animalia apud Antipodes reperiantur, quæ apud nos sunt, nec sit rationi consentaneum ea omnia ab hominibus vtro citroque fuisse aduecta, aut etiam ipsa transse pelagus, quod nos ab illis hominibus latè determinat, videtur probabilius, plura quàm duo fuisse initio ab opifice formata. Adhuc, legimus ex pellibus animalium Deum fecisse tunicas Adæ, & Eue: quod sanè testimonium euidentis facit plura quàm duo eiusdem speciei indiuidua initio fuisse edita, præsertim si eadem die Adamus eiectus à Paradiso fuit, & opertus pellibus, nisi ad miracula & nouas formationes cum quibusdam confugiamus: quod D. Augustinus prudenter vetat. Et fortè plures feminas in gregibus & armentis mundis Deus effecit quàm mares, vt species citius auergerentur, quòd videamus vnum marem plures femellas generatim ferè implere, quàmuis sub diluuium plures seruati mares fuerint, quàm feminae, ob sacrificia, & in immunis dis pares ex aquo mares & feminae.

Verum, ut iam supra diximus, reprehensio ista Vielmij in Theodoretum nulla est. Nã quando imperauit Deus; Producat terra animam viuentem, certè id præcepit pro eo duntaxat numero animarum, quæ à diuina sapientia destinabantur. Non videtur rationi consentaneum (inquit Vielmus) potuisse ad Antipodes vel à se ipsis, vel hominum industria ferri animantia. Sed peterem ab eo, cum in Diluuiò Noetico omnia animantia perierint præter ea, quæ in arcam iussu Dei coegerat Noe, quisnam post Diluuium ad regiones Antipodum ea transfuxit? Si enim Deus vel homo illuc ea transtulerunt, vel à se illuc tranare potuerunt, cur non admitti poterit, & ante Diluuium eodem modo illuc vel ex se transmeasse, vel ab alijs fuisse translata? Concedimus deinde, in vnoquoque genere non tantum duo, sed fortè plura indiuidua fuisse creata, & plures fortè foemellas, quàm mares: sed num pelles illas, quibus induit Protoparentes, Deus ex necatis detraxerit animantibus, seù miraculosè crearit, suo disputabimus loco.

Defensatur Theodoretus

c. Ne homo vacuum demum intraret.

GLOSSA Interlinearis.

Et fecit Deus. Beda; Ne homo vacuum domum intraret.

Cuncta enim quæ Deus fecit, in gratiam hominum ab eo effecta fuisse dicendū est. Deus igitur homini non tantum ædificauit domum, sed in ea præparauit quicquid ad iucunditatem, vel commoditatem illi esse poterat.

Immutat

Anno Mūdi
primo.
Die sexta.

Bestias terræ, & iumenta, & omne reptile.

- a. *Immutat ordinem Moses, sed nihil refert, cum simul hæc fuerint condita.*
 b. *Vel ut significaret nullam esse naturæ præcellentiam inter ordines animalium.*
 c. *Bestia, ab immanitate.*
 d. *Bestia, quasi bescens, idest, vescens, vel pascens.*
 e. *Bestia, hoc est, vastia, à vastando.*
 f. *Bestia, quasi vastia, idest, vasta.*
 g. *Bestia, idest, bellua, quod bella inter se gerant.*

a. *Immutat ordinem Moses, sed nihil refert, cum simul hæc fuerint condita.*

I V N I L I V S in Hexameron.

Notanda transmutatio verborum, qua supra dictum est, quod producere iusserit Deus terram iumenta, & reptilia, & bestias terræ: nunc autem mutato ordine, fecisse dicitur Deus bestias terræ, & iumenta, & omne reptile terræ. Et intelligendum, quia dicto citius omnia quæ voluit fecit, nihilque differt, quid loquela humana prius in creaturarum ordine nominet, quas diuina potentia condidit simul cunctas.

G L O S S A Ordinaria.

Ordinis est mutatio: nec curandum in nostra loquela, quid prius creaturarum ordine nominemus, cum Deus creauerit omnia simul.

b. *Vel ut significaret nullam esse naturæ præcellentiam inter ordines animalium.*

V I E L M I V S Lektionē vigesimaquarta.

Et vide ut Moses primo loco commemorauit superius iumenta, & postremò bestias, nunc verò his primum locum dat, ut significaret nullam esse naturæ præcellentiam inter hos animalium ordines, hoc est, inter mansuetum & ferum, cum in utroque sint species perfectiores, & minus perfectæ, sintque admirabiles nature impetus, & complura Dei dona; quibus probè perspectis, non possumus non magnopere laudare Creatorem, & magnas capere utilitates, & voluptates.

c. *Bestia, ab immanitate.*

I S I D O R V S Etymologiarum libro duodecimo, capite secundo.

Bestiarum autem vocabulum propriè conuenit leonibus, pardis, tigribus, lupis, & vulpibus, canibusque, & similibus, & ceteris, quæ vel ore, vel unguibus seuiunt, exceptis serpentibus. Bestiæ autem dicte à vi qua seuiunt.

d. *Bestia, quasi bescens, idest, vescens, vel pascens.*

S T E V C H V S in Cosmopœia.

Potius fortè nomen est à Græco βῆστος, vescō, hoc est, pascō: & bestia, quasi pascens, & bescens, idest, vescens; ut à βοσκῆ Græco, factum sit besco Latine, quod iuniores dixerunt vescō, inde bestia, aut bestia.

e. *Bestia, hoc est, vastia, à vastando.*

A E G I D I V S secunda parte Hexameron, capite trigésimonono.

Dicuntur bestia, quasi vastia, à vastando.

f. *Bestia, quasi vastia, idest, vasta.*

S T E V C H V S in Cosmopœia.

Nicolaus dicitur arbitratur bestias, quasi vastias, à granditate, & vastitate.

g. *Bestia, idest, bellua, quod bella inter se gerant.*

V I E L M I V S Lektionē vigesimaquarta.

Bestiæ dicuntur belluæ, quia inter se inuicem bellantur: quamobrem & non nisi in syluis, & nemoribus degunt.

Bestiæ

Bestias terræ, iumenta, & omne reptile

secundum species suas.

- a. *Bestia, idest, fera, quasi libera.*
 b. *Vel à feritate, qua cetera animantia dilacerant, ut carnes deuorent.*
 c. *Non iuxta species mistas; hoc est, adulterinas.*

a. *Bestia, idest, fera, quasi libera.*

I S I D O R V S loco præcitato.

Feræ appellatæ, eò quod naturali videntur libertate, & desiderio suo ferantur. Sunt autem liberæ earum voluntates, & huc atque illuc vagantur, & quod animus duxerit, eò feruntur.

b. *Vel à feritate, qua cetera animantia dilacerant, ut carnes deuorent.*

V I E L M I V S Lektionē præallegata.

Bestias autem terræ intelligit feras, nempe leones, tigres, pardos, pantheras, rinocerotes, vrsos, lupos, & denique animalia omnia, quæ carnibus generatim pascuntur.

Ex his ergo licet nobis colligere, quæ genera animantium verè possint bestiæ nuncupari. Sex enim debent eis inesse conditiones, seu proprietates, quæ ex deductis etymologis depromuntur. Debent esse immanes, vastantes, vastæ; belligerantes, liberæ, & carniuoræ. Possumus igitur dicere, bestias in duos ordines seiungi. Aliæ enim cunctas has habent conditiones, & qualitates, ut leones, pantheræ, tigres, &c. Aliæ verò non quidem omnes, plures tamen illarum qualitarum recipiunt, ut simiæ, quæ quidem vastæ non sunt: & canes, qui non sunt feræ, hoc est, liberæ, & syluestres: & cerui, qui carnibus non vescuntur; sed tamen plures alias ex prædictis sibi vendicant qualitates. Quapropter hoc loco, bestiarum nomen, arbitror Mosem quoduis animal significasse sub hominis cura non positum, quod mansuetum non est: & propterea in numero bestiarum connumerandas esse animantes, quæ quamuis ad usum hominum sunt, utilitatemque illis præbent, siue pro esca, siue pro indumentis: illius tamen non subfunt curæ, ut cerui, damulæ, & similes. Item animantes etiam eas, quæ etsi homini deferui re possent, eiusque subesse curæ, & domesticas reddi, attamen ut feræ syluestres vagantur, cuius generis onagri esse pehibentur.

Sex conditio-
nes animan-
tium, ut be-
stiæ nuncupen-
tur.
Bestiarū du-
plex ordo.

Bestiarū no-
mine quid in-
nuat Mosés.

c. *Non iuxta species mistas; hoc est, adulterinas.*

R V P E R T V S Cōmentariorū in Genesim libro primo, capite quinquagesimo septimo, obscurè negasse videtur adulterinas animantium species fuisse à Deo hæc die creatas.

Fiunt tamen quedam naturarum ex inæquali permissione adulterina, cum (verbi gratia) de equa & asino, mulus, de birco & oue nascitur tityrus, quod hominum instinctu fieri lex vetat, cum dicit; Iumenta tua non facies coire cum alterius generis animantibus. Hoc primus fecisse fertur Ana, filius Sebeon, filij Esau, scilicet, quod equarum greges ab asinis in deserto fecerit primus ascendi, ut mulorum inde noua, contra naturam, animalia nascerentur. Veruntamen & bestie, quæ sub hominum magisterio non sunt, contra naturam diuersis ex speciebus permiscuntur, ut leo dum permiscetur pardæ, nascitur leopardus: & dum lupus cernæ comiscetur, lynces generantur. Et in reptilibus quoque permissionis inordinatio reperitur. Tradunt enim Phisici, quia vipera nequissimum genus reptile, & super omnia, quæ serpenti sunt generis, astutior, ubi coeundi commoditatem assumpsit, murene maritima copulam requirit, progressaque ad littus, sibi loquacitatem sui præsentiam, ad coniugalem amplexum illam euocat. Murena imitata non deest, & venenata serpenti expetitos vsus suæ coniunctionis impartitur.

Leuit. 19.

V I E L M I V S Lektionē vigesimaquarta, cum prolixius quæstionem hæc; Num Deus adulterinas species animantium crearet, hincinde deductis argumentis disputasset, sic concludit.

Quamob-

Anno Mūdi
primo.
Die sexta.

Iuxta species suas.

a. Iuxta etiam species adulterinas.

Quamobrem probabilis est, ut sic initio effecerit Deus ea, quæ diuersarum specierū seminibus procreantur, quomodo ea effecit, quæ ex putri prodeunt, videlicet earum causas, semina, ac vires efficiens, ut subinde statis temporibus, certis que locis, ac ex determinatis materiæ dispositionibus, hominum, animaliumque cæterorum opera nascerentur, uti paulò antea dicebam.

a. Iuxta etiam species adulterinas.

PERERIVS è contra Commentariorum in Genesim libro primo, cum diligenti indagine difficultatem cribrasset, causam, quare species adulterinas Deum creasse existimet, his prodit.

At enim verò mea longè diuersa est sententia: censeo equidem istiusmodi generationem animalium naturalem esse, cum ferè omnia, quæ ad eam proficiendam conueniunt, sint naturalia: hoc est, materia vnde generantur, efficiens causa, locus, tempus, appetitus, conuenientia naturalis inter mares, & feminas, denique nobilitas eiusmodi animalium, quæ perfectissimis, vel paria, vel proxima sunt.

Prolixaque disputatione contra supradictos Doctores hanc partem tæetur. Quapropter consentaneum duco hanc quæstionem enucleatius pertractare.

Num Deus in prima Orbis effectione, rerum species adulterinas condiderit.

Comperiuntur in Mundo plurima rerum genera mista, coitioneque adulterina nata: vocoque genera commista ea, quæ ex diuersarum specierum animalibus, seu spontaneo congressu, seu hominis indultia, & arte gignuntur. Sunt enim ea plura, ac præstantissima, siquidem in animantibus cernitur mulus ex equæ & asini coitione procreatus, tityrus ex hirci & ouis congressu natus, leopardus ex leone, dum permiscetur pardæ genitus, lincx ex lupo & cerua editus. Hæc omnia recenset Rupertus. Aristoteles etiam nonnulla alia memorat. Ex lupi enim cum cane congressu procreatur Thoes, & crocutam concipit panthera, quando cum lupo coniungitur, ac alia permulta, quæ cum primis in Africa procreantur. Regio siquidem illa vasta, ac amplissima est; sed arena, & siticulosa. Conueniunt igitur è longinquo ad eisdem fontes, ac amnes, diuersa animantium genera, bibendi gratia: ibique libidinis æstu percita, promiscuè permiscuntur, & nouas subinde animantium formas gignunt. Hinc & illud adagium enatū est; Semper noui aliquid affert Africa. Quod & in piscibus fieri, nonnulli existimant. Certus est nobis quippe, viperæ ac murenæ congressus, de quo Basilius Hexameron Homilia septima, Ambrosius libro quinto, & Rupertus loco mox adnotato, præter Philosophos quamplures; Arborum præterea, ac stirpium insitiones plures fieri hæud ignoamus, insitaque ipsa fructus suauiores, ac etiam grandiores proferre. Percunctamur itaque; Num in Mundi opificio hæc rerum genera tam præstantia, à Deo sint prætermissa, naturæque tantum in præsentis progignenda relicta; An potius vnà cum cæteris in prima illa Mundi origine, è Dei opificis manu profilierint.

Enimuerò quod in primordijs Mundi summus rerum opifex, & conditor has etiam adulterinas animantium species effinxerit, Scriptura hoc loco manifestè scribit. Ait siquidem; Fecit Deus bestias terræ, iumenta, & omne reptile: sed adulterinæ species bestiarum sunt, vel iumenta, vel reptilia, atque nobilem sibi inter ea locum vendicant, ut mulus inter iumenta, & leopardus inter bestias, igitur à Deo cum cæteris sunt conditæ.

Præterea

Argumenta,
quæ astruunt
adulterinas
species à Deo
conditas.

Commen. in
Gene. lib. 1.
cap. 57.

Præterea Basilius, & Ambrosius, animantium, quæ sexto die prodire, proprietates ponderantes, de leopardo mentionem agunt: unde Ambrosius libro quinto Hexameron refert non posse leopardum alij odorem sustinere. Amplius, opificium Dei, quod his sex diebus elaboratum fuit, vniuersum dicitur, quoniam illa omnia includit, quæ si deessent, desiderari possent. Si igitur has animantium species in primordiali Mundi effectione non creasset Deus, vniuersum appellari eius opificiū nō licuisset, quia defuissent hæc species, & optari potuissent. Adijcio, quod Mūdus suā nō habuisset integritatē, nec suis numeris (species enim sunt vt numeri) refertus fuisset. Insuper, nil prætermisit Deus, quod homini futurū esset ad iucunditatē, & cōmoditatē, sed multa cōmoditas ex spurjis animantibus hauritur; muli siquidē, cum fortissimi sint, ingēti sunt hominibus cōmodo ad ferendas sarcinas: Iucunditas est etiā maxima, & uoluptas in stirpibus ijs, quæ insita sunt, cum fructus soleant edere suauiores, ac grādiore. Insignia igitur hæc rerū genera non omisit Deus, ne fortè homo, ut de sua industria post comparatis, sibi atq; natura, & non Deo gratias haberet. Argumentum Pererij apud me ualidissimum est; quo ipse comprobatur non posse horum animantium generationem non dici naturalem. Omnia (inquit uir iste doctissimus) quæ ad huiusmodi generationem conueniunt, naturalia sunt, generatio igitur naturalis est. Agentia siquidem mas, & foemella, naturali quadam conuenientia simul congregiuntur. Appetitus, quo ad eam commisionē feruntur, naturalis est, cum ab intelligentia non errante ducantur, foetus, partus, educatio ipsa naturalis, nam concipit certè foemella, fert conceptum, parit, & ablaetat, demulcet, defendat ea materna solertia, qua & filios suos sua specie procreatos fouere solet: materia etiam ex qua gignuntur, est naturalis; quomodo ergo huiusmodi generatio, quæ vndique à naturalibus causis promanat, nō censebitur naturalis? Quod si naturalis est, quis à Deo opifice naturæ auctore profiliisse in prima rerum effectione hæc præstantissima animantia non iudicabit? Suffragatur non parum huic sententiæ Scriptura sacra, dum ait; Nihil sub Sole nouum, nec valet quifquam dicere, ecce hoc recens est: Igitur nec præstantissima hæc animantia recentia sunt, & fortuitò à natura prolata.

Cæterum ex aduerso plurima adsunt, & ea quidem non infirma argumenta. Ac primum illud est, quod Rupertus excitauit. Deus siquidem eam permissionem adulterinam animantium, ut abominandam prohibuit, cum dixit; Iumentum tuum non facies coire cum alterius generis animantibus, igitur multo minus ipse eam instituit. Deinde, vt scribitur in sacro Genesios libro, Ana, seu Anna, ut alij legunt, dum asinos Sebeon patris sui pasceret in deserto, primus asini cum equa congressum excogitauit: Igitur non Deus id instituit. Tradunt siquidem Hebræi, Anam quendam ex nepotibus Esau, fuisse ex damnato incestu progenitum, hoc est, ex incestu matris, & filij, adeò vt Sebeon frater, & parens eidem esset, ipsumque fuisse primum, qui sicuti ex adulterina genitura natus, adulterinas etiam has generationes adinuenerit. Et ubi Latinus interpret uertit; Ipse est Ana, qui inuenit aquas calidas in deserto: plurimi Hebræorum non Iamin, quod maria significat (vt fortè noster interpret legit) sed (Iemin) quod mulos sonat, legendum malunt, quali dicendum sit; Ipse est Ana, qui inuenit mulos in deserto. Paraphrasis Chaldaica suffragatur non parum huic editioni, cum habeat; Ipse est Ana, qui inuenit fortes in deserto, hoc est, fortes mulos ad ferenda onera ualidissimos. Quod si Ana ex damnata venere editus, primus adulterinas reperit animantium generationes, non igitur adulterinæ illæ species à Deo in prima rerum effectione prodire. Adijciendum, quod Mūdum absolutum creauit Deus opifex, omnibus ijs rebus refertum, quæ ad eius integritatem duntaxat pertinerent: At hæc animantium genera ad Mundi perfectionē nullo modo spectant, quia non sunt rerum genera, sed monstra; ad quod plura nobis argumento esse possunt. Primò enim sterilia sunt & infœcunda, nec generatione suas species possunt asseruare, vel immortales reddere: Deinde, quoniam inter causas, quibus monstra gigni dicuntur, quæ sunt, uel defectus, uel redundantia, uel adiectio, uel ablatio, feminis, uel ut lux statuat, connumerari possit etiam sexto loco, vel in aliud vas feminis transpositio, qua huiusmodi animantia generantur: Quod si monstra sunt, iā nullatenus illa à Deo effecta esse, nobis licet arbitrari. Præterea, benedixit rerum opifex cunctis à se conditis animantiū generibus, tã natatibus, quàm uolantibus, ac gradiētibus; at

uu hæc

Eccles. 1.

Rationes cō-
probantes
adulterinas
species non
fuisse à Deo
conditas.
Leu. 19.
Gen. 36.

Causæ, quibus monstra
sunt.

hæc adulterina genera benedictionis fructum & effectum non sunt adepta, igitur à Deo nō emanarunt. Siquidem Dei benedictio prolis contulit fecunditatem, & vbertatem, quibus ipsa destituuntur, cum profus sterilia sint, & infœcunda. Hæc sunt, quæ vtrinq; prætermisiss multis non magni ponderis rationibus, afferri possunt.

A V C T O R.

Quamquam problema hoc possit neutrum vel dialecticum existimari, cum præstā tissimi Doctores in vtranq; partem rapiantur, nec difficile admodum ceseatur adductis vtrinq; rationibus satisfacere: Ego tamen libentius in affirmatiuam partem declināre. Principiō nanque, licet Scripturarum, Patrumvè oracula liquidò id non prodāt, Patres tamen in hanc potius quàm in alteram videntur sententiam concedere. Nā si Basilius, & Ambrosius animantia infima ex limo profiliencia, ut sunt ranæ, culices & huiusmodi, quinimmo Augustinus, D. Thomas, Magister, ac Scholastici, cuncta animalia ex putri orta, quæ ex elementorum, ac germinum putrescentium tabe emergunt, à prisca hæc Orbis emolitione nō eximunt, sed ipsa his sex diebus fuisse genita admittunt, multò magis hæc præstantiora, ac absolutiora, perfectioraq; adulterina animantium genera ab ea prima rerum conditione non excluderent. Suspicio amplius, quòd hæc series generationis non modò ab hominis industria, sed à natura quoque ipsa sedulo feratur. Primum, quia non ex una tantummodo animantium specie, sed ex pluribus, hisq; confimilibus plures species adulterinæ procreantur. Deinde, quoniam non unica in Mundi regione, sed promiscuè in unoquoq; Orbis climate id contingat, etsi ut plurimū in Africa. Amplius, non in præsentis tantum, sed à primis sæculis semper animantia hæc confimili genitura procreata fuisse non ignoramus. Tandemq; uidetur, quòd hic modus generationis ad eò naturalis sit, ut ipsum à Deo naturæ auctore profectum esse penè cogamur consisteri. Deus siquidem opifex mirifica arte genera animantium disposuit, & in uicem colligauit, ut inter dispares, ac longè diuersas naturas, medias quasdam semper interseruerit. Hinc inter pisces & aues, sunt ea volucrum genera, quæ amphibia nuncupantur, quæ in aquis ferè vitam degunt. Hinc & piscium nonnulli super aquas volitant, & inter pisces ac terrestria animantia, comperiuntur plura ancipitis naturæ, quæ tum in terra, tum in aquis uersantur, ut crocodillus. Rursum, inter aues & terrestres animantes, nonnullæ sunt, quæ alis præditæ, à terra non exurgunt, ut struthiocamelus. Quapropter non erit absurdum opinari, Deum etiam species nonnullas animantiū, forma ac temperamento confimilium copulasse, ut naturali appetitu mutuo commiscentes, tertiam procrearent animantium speciem, eamq; perenniter conseruarent. Hinc siquidem uenustatur Mundus uarietate ea generum, quorum alia sint fœcunda, alia sterilia, & hæc inuita sterilitate suam perennitatem non amittant. Gaudetq; natura plures inferendo rerum species, multiplici diuersi generis delectata foetu: Magnificatur Opificis sapientia, quòd medijs his speciebus, tanquam medijs quibusdam coloribus, Mundi opificium prisca tribus diebus delineatum, tribus alijs subsequētib; mirificè exornarit ac uenustarit.

Neque hanc diffinitionem in discrimen adducunt allegatæ illæ auctoritates, nam Patres illis egregiè satisfaciunt. Quod enim obijciebatur, Deum præcepisse, lumentum tuum non facies coire cum alterius generis animantibus, & agrum tuum non feres diuerso femine, præfatis non obstat: quoniam non ad prohibendam adulterinarum specierum generationem præcepta ea indicta fuere, tanquam Deo, naturæq; inuisam, sed alijs de causis, ut Doctores eximi j edocent.

D. T H O M A S prima secundæ, quæstione centesimasecunda, articulo sexto, triplicem huiusce præcepti (ut Pererius etiam retulit) causam reddit. Primam sic refert.

Vna quidem ad detestationem idololatriæ Aegyptiorum, qui diuersis commissionibus vtebantur in seruitijs planetarum, qui secundum diuersas coniunctiones, habent diuersos effectus, ut super diuersas species rerum.

Alia ratio est, quæ est tertia in ordine.

Adulterinæ species à Deo creatæ.

Genera animantium mirè disposita.

Que bona ex his speciebus eliciuntur.

Soluuntur rationes aduersæ.

Ad

Ad tollendam vniuersaliter occasionem concupiscentiæ. Animalia enim diuersarum specierum non commiscentur de facili ad inuicem, nisi hoc per homines procurretur: & in aspectu coitus animalium, excitatur homini concupiscentiæ motus. Vnde & in traditionibus Iudeorum præceptum inuenitur, ut Rabbi Moses dicit, ut homines auertant oculos ab animantibus coeuntibus.

Et post deducens allegoriam, inquit.

Prohibetur etiam, quòd iumenta, idest, populares homines non faciamus coire, idest coniunctionem habere cum alterius generis animantibus, idest, cum Gentibus, vel Iudeis.

Ne videlicet eorum commercio, & consuetudine, ad eorum quoque vitia, & errores pertrahantur.

C A I E T A N V S autem in Commentario super illum locum Leuitici, ad hunc modum scribit.

Perpicuum est non prohiberi generationem mularum, & mulorum (tūm quia earum vsus legitur apud Hebræos: tūm præcipue, quia Paulus Apostolus absurdum reputat, quòd Deus legem instituat bobus) ideo hæc tria præcepta in diuersis materijs eadem ratione (ut identitas nominis testatur) data, sunt altero duorum sensuum intelligenda: vel superstitiosè, vel parabolice. Et siquidem superstitiosè intelligantur, imitatio superstitiorum gentilium inibetur: ita quòd quemadmodum in Euangelio dicitur; Orantes nolite mulcum loqui, sicut ethnici faciunt: ita subintelligatur inibita esse hæc tria non absolute, sed more ethnicorum. Si verò parabolicus est sermo (sicut & ille; Non alligabis os boni trituranti) in promptu est ratio parabolarum graduata. Prohibetur enim his tribus metaphoris, ut homo abstineat penitus à nouitatibus præter rationem. Mistio enim animalium, nouum parit animal præter naturam, neutrius speciei.

Insuper dici etiam potest secundo loco, non inhibere Deum eam coitionem, ut sua natura execrandam, sed hominis studium in ea detestari, & prohibere. Frui siquidem rebus à Deo, & natura homini datis, crimen non est; sed studium in parandis eis, quæ à natura vltro feruntur, quòd fit nimio cupiditatis æstu, detestandum est.

Anam fuisse primum adulterinæ generationis repertorem, non ita passim concedendum est Hebræorum Rabbini, cum nec locus ille certam huiusce rei faciat fidem, nec ratio id admittat. Primum nō video, quare potius non vitiatum sit Rabbiorum exemplar, quod, Iemim, habet, quàm Interpretis nostri textus, qui, Iamim, legit. Deinde locus ille ipsis quoque Hebræis, teste D. Hieronymo, valde obscurus est, & varias suscipit interpretationes.

H I E R O N Y M V S enim libro de Traditionibus Hebraicis super Genesim, hæc habet.

Iste est Ana, qui inuenit Iamim in deserto, cum pasceret asinos Zebeon patris sui. Multa & varia apud Hebræos de hoc capitulo disputantur: apud Græcos quippe, & nostros super hoc silentium est. Alij putant, Iamim, maria appellata: isdem enim literis scribuntur maria, quibus & nunc hic sermo descriptus est. Et uolunt illum, dum pascit asinos patris sui in deserto, aquarum congregationes reperiisse, quæ iuxta idioma lingue Hebraicæ maria nuncupentur; quòd scilicet stagnum reperit: cuius rei inuentio in eremo difficilis est. Nonnulli putant, aquas calidas iuxta punice lingue viciniam, quæ Hebræa contermina est, hoc vocabulo signari. Sunt qui arbitrentur, onagros ad hoc admissos esse ad asinas, & ipsum istiusmodi reperiisse concubitus, ut velocissimi ex his asini nascerentur, qui uocantur, Iamim. Plerique putant, quòd equarum greges ab asinis in deserto ipse fecerit primus ascendit, ut mulorum inde noua contra naturam animalia nascerentur.

S T R A B V S etiam præter Hieronymum, nostræ fauet sententiæ, nā in eius loci interpretatione hæc habet.

Quidam simpliciter aquas calidas in deserto reperiisse dicunt, quas uocamus thermas.

Et ex nuperis Pagninus, Lusitanus, qui hoc loco Anam inuenisse uenas aquæ falsæ exponunt. Neque enim probabile est, ac uerisimile, Mundum tot sæculis absque mulis permanisise, & mulorum in ferendis sarcinis auxilio fuisse destitutum. Deinde si id de mulis comprobant, quid de alijs animalibus, ut de crocuta, lynce, leopardo, quæ sine hominis studio procreantur, dicerent? Tandem, num mulus omnis ex adulterina coitione gignatur, uertit etiam in dubium potest. Mulos à toto genere steriles esse, Aristoteles de Generatione Animalium testatus est. Quòd si fœmella aliquando peperit, ut ibidem tradit ipsemet Aristoteles, prodigiosum fuisse existimatur. Id ipsum Herodotus in Thalia, & Suetonius in Galba, & Plinius libro octauo, indicarunt. Econtra in Syria, ac Phœnicia omnes mulas concipere, sexto de natura Animalium refertur. Theophrastus id etiam contingere in Cappadocia scribit. Quamobrem Anam fuisse mulorum repertorem, non ad eò passim admittimus. Verum sit ita sanè, fuerit Ana in

Matth. 6.

1. Corin. 9.

Anam an fuerit primus mulorum inuentor.

Cap. 6.

Cap. 48.
Cap. 14.

Anno Mūdi
primo.
Die sexta.

Et iumenta.

- a. Iumentum, quod iuuet.
b. Iumentum, à iungendo.

Adulterinae
species non
sunt mōstra.Species adul-
terinae ani-
mantium di-
uinae benedi-
ctionis fru-
ctum accepe-
runt.

ea regione mulorum inuentor, non ob id sequitur, quod fuerit eius generis primus re-
pensor, nam in alijs regionibus mulos, ceterasque promiscuas species prius adfuisse,
non absurdum fuerit existimare. Porro praestantes ista animantium species, mon-
stra non sunt censendae. Monstra enim raro fiunt, paucisque in locis gignuntur, ac
prodigiosis deturpata formis imperfectisque, non absoluto membrorum numero, &
proceritate emergunt. Haec autem ab immemorabili naturae consuetudine prodeunt
pluribus in regionibus, iusta proceritate, absolutaque membrorum compage, æqua ac
venusta semper forma. Immeritoque feminis in aliud vas transpositio, vt sexta indu-
citur causa, qua monstra edi perhibeantur, cum ea in his monstrum non efficiat, licet
forte aliàs id efficere queat. Cum autem Dei benedictio, non modò vberitatem, af-
fluentiamque prolis, sed formarum quoque, seu specierum perennitatem nunquam inter-
missam detulerit, atque hac Dei beneficentia, & elargitione, animantia ista potiantur, &
gaudeant, certissimum est argumentum, à summo fatore, in Mundi emolitione, ea pro-
ducta fuisse. At si obijciunt tandem, quod pauca admodum animantia ex ista
coitione prolata in vnoquoque genere sint, si ceteris comparentur, quippe quod non-
nunquam pluribus in locis defuisse videatur tota species: perpendant obsecro, quod si
non in eadem, saltem in diuersa ac ignota nobis regione, ab initio Saeculi ad finem per-
feuerent haec species, & quod si non praesens, actiue semper extent, vt aiunt, saltem po-
tentia nunquam omnino fuerint sublata. Haec volui dixisse, non quia negatiuam
partem prorsus reiiciendam arbitrarer, sed ut hanc à Patribus insinuatam sententiam
probatiorem, & verisimiliorem demonstrarem. Rupertus verò assertionem, si quis ac-
curatius eius exquireret mentem, perplexam esse certè animaduertet.

a. Iumentum quod iuuet.

I S I D O R V S Etymologiarum libro duodecimo, capite primo.

Iumenta nomina inde traxerunt, quod nostrum laborem, vel onus suo adiutorio subuectando, vel orando iu-
uent. Nam bos carpenta trahit, & durissimas terra glebas vomere vertit. Equus, & asinus portant onera, &
hominum in gradiendo laborem temperant. Vnde & iumenta appellantur ab eo, quod iuuent homines: sunt
enim magnarum virium animalia.

V I E L M I V S Lectio vigesimaquarta.

Sed placent magis recentiores Romani, qui malunt iumentum per synecopam dici, vt sit quasi iuumentum,
& proinde ea animalia, quae passim operas suas nobis, ac generatim exhibent, iumenta appellant. Nec enim
omnia animalia sic nobis inservire idonea sunt: enimvero Iob trigésimonono, onager, & rhinoceron proferun-
tur, tanquam nobis hisce in rebus prorsus inutiles: & Damascenus ait, quaedam ad escam, quaedam ad ministe-
rium, alia verò ad oblectationem, & iucunditatem (vti similia asi) fuisse ab Opifice facta. Quibus ego non
dubito addi & quartam classem, posse videlicet alia fuisse facta ad medicamenta.

b. Iumentum, à iungendo.

V I E L M I V S Lectio vigesimaquarta interpretationem hanc Gellio
tribuit, eamque mox improbat. Sic enim refert.

Gellius libro vigésimo, capite primo, scribit iumentum dictum fuisse veteribus à iungendo. Quod si verum est,
leones quoque in iumentis locum habebunt: nam & Cibelis currum bos trahere, Poeta dixerunt, & iunxit
eos Marcus Antonius dum triumpharet, videlicet.

Magna-

Anno Mūdi
primo.
Die sexta.

Et iumenta.

- a. Iumentum Hebraicè à pascendo.

Magnanimos cessisse suis Antonius armis.
Ambage hac cupiens significare duces.

Rursum, & elephantos affirmant magni Pompei currum aliquando subijisse: sed quoniam rarum hoc est, &
prodigiosum, ea propter sola animalia, quae generatim, & de more iungimus, equos, boues, bufalos, vros, de
quibus Caesar in sexto commentario: ringiferosque, qui ceruorum genus quoddam est, veteres iumenta
dixissent.

a. Iumentum Hebraicè à pascendo.

L V S I T A N V S in Genesim, capite quadragesimoquinto.

Sequens verò dictio, scilicet (beir) iumentum significat, sic dictum à depascendo: quod herbam depascat,
aut deuoret, ac si combureret. Nam (baar) videtur significare comedere, & ex consequenti comburere: quod
ignis comburens comedere videatur ea, quae comburit.

A U C T O R.

Ex his Etymologijs postremam omnino reiiciendam esse arbitror, quoniam hoc lo-
co in Hebraico textu non legitur (beir) sed (behema) Quapropter locum hic non ha-
bet illa interpretatio. Quae à iungendo iumenta dici tradit, iam à Vielmio eleganter
repudiata est, ea de causa, quia & leones, & elephantes iumenta possent appellari, cum
Marcus Antonius leones iuxerit: & magnus Pompeus elephantes; Poeta quoque passim
leones currum Cibelis Deorum matris trahere effingant. Cuius etiam rei, non iniu-
cundè profectò meminit pernobile illud, nec minus elegans, quam festiuum Epigram-
ma D. Valeriani Bergomensis Canonici nostri, uiri eruditissimi, quod Patauij inspicitur
super fores pomarij in Canobio nostro S. Ioannis in Viridario, secus sphaerulas quasdam
ferreas ac lapideas, quae dum inter Maximilianum Augustum Imperatorem, & Venetā
incorruptae libertatis Rempublicam bello certaretur, vrbsque illa acriter obsideretur,
non sine magno tum ciuitatis publico, tum Monasterij nostri singulari detrimento, ia-
ctatae fuerant. Epigramma autem tale est.

Ales Iouis ter maximi, His lusitabant sphaerulis,
Matris Deorum bijuges, Non ergo lucris & sanguinis,
Sed imperi, sed gloria.

Libet autem & Distichon eiusdem perpolitum equidem, atque ad idem omnino
spectans negocium, subnectere.

Tela trifulca Iouis potuit spreuisse Typhaeus,
Talia si Phlegrae poma tulisset ager.

Superest igitur, etymologiam illam, quae exponit; Iumenta, eo quod iuuent, verā
arbitrari. Quid uerò nomine iumentorum capiendum sit, non leue est diffinire. Nam
si iumenta appellabimus animantia omnia, quae aliquo modo iuumento nobis sunt,
latissimè hoc nomen comprehendet non tantum equos, mulos, asinos, camelos, dro-
medarios, bubalos, boues, & huiusmodi quae vel sarcinas vectant, vel currus, rhedasque
pertrahunt, siue etiam turres bellicas sustinent, ut elephantes, aut ea, quae nobis ad escā
sunt, suggerunt, ut oues, arietes, & similes, sed etiam innumera ferè alia, quae nobis ue-
stimenta aduersus aëris inclementiam suppeditant, vt martures, mures pontici, cerua-
sij lupi, uel medicamenta subministrant, ut castor, & innumera propè alia. Verū, meo
iudicio, iumentorum nomine intelligenda sunt tantum animantia ea, quae domestica
hominis subsunt curae: & dico animantia ea tantum, non autem totum illud genus, cum

Reiciuntur
nonnullae ex
praedictis ety-
mologijs.Iumentorū
nomine, quae
animantia si-
gnificantur.

in

Anno Mdi
primo.
Die sexta.

Et omne reptile.

- a. *Idest, omne animal, quod supra terram uiuit, & nescit uolare.*
b. *Terræ, & non aquarum; quia terra, sicut aqua, sua habet reptilia.*
c. *Hoc est, animalia quæque, etiam ea, quæ ex putri emergunt.*

in elephantibus, equis, mulis, & similibus, alia homini deseruiant, alia ut syluestria uagantur, & ipsum potius offendant, quam iuent; & hæc non iumenta nuncupanda esse existimem.

Et omne reptile.

De huius vocis, reptile, etymologijs, satis supra tractatum est in quinta die.

a. *Idest, omne animal, quod supra terram uiuit, & nescit uolare.*

PROCOPIVS Commentarijs in Genesim.

Postquam dixit; Reptilia, bestias, & iumenta, &c. ad totam hanc orationis seriem addidit; Et reptilia terræ, quo nomine omnia uocat, quæ super terra uiuunt, & nequeunt in altum euolare, sicuti solent aues.

Verum existimo Procopium, cum hæc dixit, secutum fuisse Græcæ editionem, quæ sic legit; Quadrupedia, & reptilia, & bestias terræ, & iumenta, & omnia reptilia terræ. Atque textu sic se habente, tunc repetitionem istam, Et omnia reptilia terræ, perbellè & rectè interpretatus est Procopius, quòd genericè explicet omnia animalia terrestria, quæ uolare nequeunt.

b. *Terræ, et non aquarum; quia terra, sicut aqua, sua habet reptilia.*

CAIETANVS Commentarijs in Genesim.

Arctat tam bestias, quàm reptilia terræ, ad differentiam bestiarum aquaticarum, & similiter reptilium aquaticorum. Quam arctationem non oportuit adiungere iumentis, quia nullum aquaticum animal est nostrum iumentum.

Supra diffiniuimus, reptilium nomine, latissima & communiore significatione intelligenda esse cuncta animantia, quæ reptant quoquo modo; hoc est, quæ uel non uolant, uel non gradiuntur quatuor pedibus erectis. Sicut igitur in aqua tria sunt reptilium genera; alia quæ repunt pinnulis & cauda, ut sunt pisces natantes; alia quæ pedibus incedunt gracilioribus & pectore, ut crocodillus, & cancer; alia quæ se trahunt ut anguilla: ita & terra reptilium tria obtinuit genera, de quibus Hugo Victorinus, & alij. Reptilium siquidem terræ, alia dicuntur trahentia, ut vermes, qui ore se trahunt; alia serpentina, ut colubri, qui ui costarum se rapiunt; alia repentia, ut lacertæ, quæ pedibus, quamquam exiguis & uentris auxilio incedunt. Reptilium igitur nomine, hoc loco cuncta ista comprehensa sunt. Cæterum animantia ea, quæ amphibia uocantur & uersantur tum in terra tum in aqua, & reptilia aquarum, & reptilia terræ nuncupari possunt, ut crocodilli, phocæ, peccines, equi fluuiatiles, ranæ, & cancri, & angues: & hæc redigenda esse existimo ad id genus reptilium, seu terrestre, seu aquaticum, prout magis in aqua, seu in terra commorantur. Vnde quæ magis in aquis degunt, aquatica dici possunt, quæ uero libentius, & ut plurimum in terra, terrestria: atque, ut uno uerbo perstringam, si in ipsis excellit natatio, reptilia aquarum; si reptatio per terram, debent terrestria nuncupari.

c. *Hoc est, animalia quæque, etiam ea, quæ ex putri emergunt.*

Cum ea animantia, quæ ex putri oriri solent, ut plurimum reptilia sint, postulat hic locus,

Reptilium terrestrium tria genera.

locus, ut eam quæstionem aggrediamur; Num quæ ex putri gignuntur animantia, seu modo pisces sint, seu minuta aues, seu reptilia terrestria, Deus cum cæteris perfectioribus creauit. Augustinus siquidem hanc percunctationem hoc loco excitat, & pertrahat. Cæterum, cuncta quæque ex putri prodeuntia animalia Dei uerbo manasse, his uidentur attestari aliqui Patres.

BASILIVS Hexameron Homilia septima, piscium genera enarrans, plurima includit, quæ ex putri oriri compertum est. Habet enim.

Ne id quidem quantillum respiciam aquarum in limosis & palustribus locis resedit, erat ingentia sibi operationis uacuum, nec ab eo desedit munere, quod ab ipsa sua mox creatione acceperat explendum. Etenim ranæ, muliones, culices ipsi ex ipso nimirum lacustri emergebant cæno. Quæ enim uel hodie in omnium oculis sunt, illius tum temporis exhibitiorum operum perspicua quedam demonstratio sunt. Et post. Atque aliud genus eorum est, quæ ostracoderma uocantur: qualia sunt conchæ, peccines, limaces marini, Strombi, & ostræarum discrimina numerosa. Aliud eorum, quæ malacostraca uocantur, ut locustæ, cancri, cæteraque id genus finitima. Aliud præter hæc genus eorum est, quæ mollia nuncupantur, quorum caro mollis est, atque tenera, ut polypi, sepia, cæteraque similis generis. In quibus rursus innumeras esse differentias constat. Prætereo dracones, & murenas, atque anguillas, quæ limosis in fluminibus, stagnisque nascuntur, & uenenatis potius reptilibus, quàm piscibus sunt propinqua. Aliud item genus subeunt ea, quæ omnia, aliud ea, quæ animal parium.

AMBROSIVS Hexameron libro quinto, capite primo.

Culices quoque & ranunculi circa genitales strepunt paludes, & ipse audierunt domini mandatum, dicentis; Producant aquæ, &c.

Et post capite secundo.

Breuis sermo, sed uehemens, & latè patens, communem minimis & maximis naturam insudit. Eodem momento producit balena, quo rana: eiusdem uero operationis nascitur. Non laborat in maximis Deus, non fastidit in minimis. Nec doluit natura parturiens delphinas, sicut non doluit cum exiguis murices, cochleasque produceret.

Quæ minima animalia ex putri gigni consueuere: quare minutissima quæque animalia Deum condidisse censendum est.

Corroborari potest hæc sententia pluribus non contemnendis rationibus. Primum, Mundus à Dei opificis manu prodijt omnibus numeris absolutus, ac perfectus: cum igitur species rerum sint in Mundo sicut numeri, aut ex eis nulla defuit in Orbis creatione, aut Mundus uide quaque uenustatus perfectusque; ex Dei opificis manu non prodijt. Deinde, cum Deus secundum intelligibilis Mundi rationem, seu Idæalis, Mundum hunc sensibilem condiderit, ut Philo libro de Mundi opificio pluribus edisserit; profectò sicuti omnium specierum, quamuis minimarum, Idææ in Verbo emicant, uide scriptum est; Quod factum est in ipso uita erat: ita & in Mundo sensibili species omnes productæ sunt. Adicias, Dei fuisse scopum, ut ex hac Orbis structura, summa eius potentia, sapientia, ac bonitas claresceret: nulla autem est species adeò despecta, & rudis, quæ mirificam Dei potentiam, artem, ac bonitatem non præferat & patefaciat, nec minus in minimis, quàm in maximis Deus ipse admirabilis spectatur.

Rationes pro hac sententia.

TERTULLIANVS libro primo aduersus Marcionem, hæc rationem mirificè extollit.

Et superiores quidem situ, aut statu substantias, sufficit, facilius Deos habitas, quàm Deo indignas. Ad humilia desicam. Vnus opinor, de sepibus sterculus, non dico de pratis, una cuiuslibet maris conchula, non dico de Rubro, una tetraonis pennula, taceo de pauo, sordidum artificem pronuntiabit tibi creatorem? At cum & animalia irrides minutiora, quæ maximus artifex de industria ingenij aut uiribus ampliauit, sic magnitudinem in mediocritate probari docens, quemadmodum uirtutem in infirmitate secundum apostolum. Imitare, si potes, apis ædificia, formice stabula, araneæ retia, bombycis stamina: sustine, si potes, illas ipsas lectuli, & tegetis tuæ bestias, cantharidis uenena, muscæ spicula, culicis & tubam & lanceam. Qualia erunt maiora, cum tam modicis, aut inuuaris, aut lederis, ut nec in modicis despicias creatorem?

2. Corint. 1.

AVGVSTINVS libro de Genesi ad literam tertio, capite quarto decimo.

Inest enim omnibus quoddam naturæ sui generis decus, sic ut in his maior sit admiratio benè considerantis, & laus uerior omnipotentis artificis: qui omnia in sapientia fecit, qui à fine usque ad finem pertendens, & suauiter cuncta disponens, nec ea ipsa rerum nouissima, quæ pro sui generis ordine dissoluantur, & quorum dissolutionem ex pœna nostræ mortalitatis horremus, relinquit informia: sed creat minima corpore, acuta sensu animantia,

Anno Mūdi
primo.
Die sexta.

Et omne reptile.

a. *Animantia, quæ ex putrefactis elementis, & germinibus gignuntur, non quæ ex cadaverum tabe procedunt, nisi in præseminata potentia.*

animantia, ut maiori attentione stupeamus agilitatem muscæ volantis, quàm magnitudinem iumenti gradientis, ampliusque miremur opera formicarum, quàm onera camelorum.

Igitur, & minutissima etiam genera ab opificis manu prodire, nec ultro natura ea protulit. Alexander Halensis secunda, quæstione quinquagesima quarta, membro secundo, hæc assumpsit. Præterea decuit, ut Deus, veluti princeps, & summus opifex, cuncta exemplaria formaret, eaque naturæ proponeret, ut ipsa omnes vires suas ad ea imitanda, & consimilia his exemplaribus gignenda, conferret. Præbuit igitur exempla etiam tot generum animantium, quæ ex putri generari solent, quamquam sint plurima, ac propemodum innumera. Tandem benedictionis fructu, ut crescerent, & multiplicarentur, atque non obstante eorum crebra internecione, perpetuo perdurarēt; tam imperfecta minutavè animantia, quàm præstantiora, æquè potita sunt; Igitur illa æquè ut ista à Deo condita, his præcis diebus emanarunt.

a. *Animantia, quæ ex putrefactis elementis, & germinibus gignuntur, non quæ ex cadaverum tabe procedunt, nisi in præseminata potentia.*

AVGVSTINVS de Genesi ad literam libro tertio, capite quartodecimo, mouet hanc difficultatem.

Nonnulla etiam de minutissimis animalibus quæstio est, Vtrum in primis rerum mortalium conditionibus creata sint, an ex consequentibus rerum mortalium corruptionibus? Nam pleraque eorum, aut de vinorum corporum vitijs, vel purgamentis, vel exhalationibus, aut cadaverum tabe gignuntur: quedam etiam de corruptione lignorum, & herbarum, quedam de corruptionibus fructuum, quorum omnium non possumus rectè dicere Deum non esse creatorem.

Prosequitur autem demonstrare id quod supra attulimus, hoc est, in his etiam minimis animantibus esse generis sui decus, quo omnipotentis Dei artificis sapientia, & ars cognoscitur, ac suspicitur: sed ad difficultatis solutionem veniens, ait.

Sed vtrum in primis, ut dixi, rerum conditionibus, quæ isto sex dierum ordine creata narrantur, hæc quoque minima instituta credamus, an postea consequentibus corruptibilium corporum solutionibus, hoc queritur. Et potest quidem dici ea minutissima, quæ vel ex aquis, vel terris oriuntur, tunc creata: in quibus etiam illa non absurdè intelliguntur, quæ nascuntur ex ijs, quæ terra germinante orta sunt. Et quia præcesserant conditionem, non solum animalium, sed etiam luminarium. Et quia terræ continentur per radicem connexionem, vnde illo die quo apparuit arida, exorta sunt, ut potius ad supplementum habitationis, quàm ad numerum habitatorum pertinere intelligerentur. Cætera verò, quæ de animalium gignuntur corporibus, & maxime mortuorum, absurdissimum est dicere tunc creata, cum animalia ipsa creata sunt: nisi quia inerat iam in omnibus animatis corporibus vis quedam naturalis, & quasi præseminata materia, & quodammodo iniuncta primordia futurorum animalium, quæ de corruptionibus talium corporum pro suo quæque genere, ac differentijs erant exortura, per administrationem ineffabilem omnia mouente incommutabili creatore.

Hæc pariter Alexander Halensis loco præallegato.

GLOSSA Ordinaria hanc Augustinianam doctrinam sic compendiauit. De quibusdam minutis animalibus quæstio est, Vtrum in primis conditionibus creata sint, an ex rebus productis? Pleraque enim de humidorum corporum vitijs, vel exhalationibus, vel cadaveribus gignuntur. Quedam etiam de corruptione lignorum, & herbarum, & fructuum: & Deus auctor omnium est. Potest autem dici, minutissima quæ ex aquis, & ex terra nascuntur, tunc esse creata, in quibus & illa intelliguntur,

Anno Mūdi
primo.
Die sexta.

Et omne reptile.

- a. *Quæ ex aquis vel terris, non quæ ex lignorum, corporumve oriuntur putredine, nisi præseminata origine.*
b. *Non quæ ex quocunque putri, sed tantum quæ ex exhalationibus prodire solent.*
c. *Sed nullum animal ex ijs, quæ ex putri oriri solent.*

telliguntur, quæ nascuntur ex eis, quæ terra germinante orta sunt. Quæ verò de corporibus animalium, maxime mortuorum, absurdum est dicere cum animalibus ipsa creata esse, nisi quod potentialiter in ipsis, & materialiter erant præseminata.

MAGISTER Sententiarum secundo, distinctione quintadecima, cōsilia ex Augustino decerpit.

De quibusdam etiam minutis animantibus quæstio est, vtrum in primis conditionibus creata sint, an ex rebus corruptis postea orta sint. Pleraque enim de humidorum corporum vitijs, vel exhalationibus terra, siue de cadaveribus gignuntur: quedam etiam de corruptione lignorum, & herbarum, & fructuum: & Deus auctor omnium est. Potest autem dici, quod ea, quæ de corporibus animalium, maxime mortuorum, nascuntur, cum animalibus creata non fuerint, nisi potentialiter & materialiter. Ea verò, quæ ex terra germinante orta sunt, tunc creata fuisse non incongruè dici potest.

D. THOMAS parte prima, quæstione septuagesimasecunda, ad quintum.

Dicendum, quod cum generatio vnus sit corruptio alterius, quod ex corruptione ignobiliorum generantur nobiliora, non repugnat primæ rerum institutioni. Vnde animalia, quæ generantur ex corruptione rerum immatarum, vel plantarum, potuerunt tunc generari: non autem quæ generantur ex corruptione animalium, tunc potuerunt produci, nisi potentialiter tantum.

a. *Quæ ex aquis vel terris, non quæ ex lignorum, corporumve oriuntur putredine, nisi præseminata origine.*

EVCHERIVS Commentarijs in Genesim, libro primo, cap. septimo.

De minutissimis animalibus credendum est, quæcunque ex aquis, vel terris nunc nascuntur in prima rerum conditione fuisse creata. Cætera verò, quæ de vitijs corporum, vel lignorum, vel cadaverum nascuntur putredine, non tunc creata sunt in specie, sed inerat in eorum corporibus præsens seminis origo, ut consequenter de eorum corruptionibus pro suo quoque genere exorirentur.

b. *Non quæ ex quocunque putri, sed tantum, quæ ex exhalationibus prodire solent.*

PETRVS Comestor in Genesim.

Queritur de quibusdam minutis animantibus, quæ vel ex cadaveribus, vel humoribus nasci solent, se tunc orta fuerint. Quorum sex sunt genera: quedam enim ex exhalationibus habent esse, ut bibiones, vermes, qui ante clepsidram nascuntur: bibiones ex vino, papiliones ex aqua: quedam ex corruptione humorum, ut vermes in cisternis: quedam ex cadaveribus, ut apes ex iuencis: scarabei, & scabrones, muscæ magna, quæ sonant ex volatu, nascuntur ex equis: quedam ex corruptione lignorum, ut teredines: quedam ex herbarum corruptione, ut ericæ ex oleibus: quedam ex corruptione fructuum, ut gurguliones ex fabis. De his dicitur, quia quæ sine corruptione nascuntur, ut illa quæ exhalationibus, tunc facta sunt: quæ verò ex corruptionibus, post peccatum ex rebus corruptis orta sunt.

Hugo Carenfis in Postillis sex istas ex putri emergentium animantium species non retulit. Dionysius Carthusianus Enarratione in Genesim, articulo quartodecimo, hæc mutuata tradit.

c. *Sed nullum animal ex ijs, quæ ex putri oriri solent.*

ALBERTVS Magnus parte prima Summa, quæstione duodecima, articulo decimosexto.

Anno Mūdi
primo.
Die sexta.

Et omne reptile.

- a. Omne id quod ex concubitu & putri, non id quod ex putri tantum gignitur, nisi in præseminata potentia.
b. Cuncta animantia ex putri prodire solita, non ex putri, sed ex terra, Dei potestate.
c. Sed nullum animal ex putri oriri consuetum, nisi materialiter, & in potentia.

Dicendum, quod non oportuit ea que produci possunt ex putrefactione, tunc creari, eò quod opera sex dierum non sunt nisi ad sufficientiam propagationis in principio nature.

- a. Omne id quod ex concubitu et putri, non id quod ex putri tantum gignitur, nisi in præseminata potentia.

V I E L M I V S Lēctioe uigesimaquarta.

Sed, ut dicam quod sentio, media opinio & verior est, & sanctorum Doctorum commentarijs magis consentanea. Videlicet, ea animalia, que non nisi ex putri gigni possunt, prodijse ab Opifice nunc in suis duntaxat principijs & seminarijs. Que D. Augustinus libro tertio de Genesi ad literam, præseminatam materiam, Theologi posteriores rationes seminales vocarunt; que nihil aliud vti que sunt, quam rerum qualitates, & vires actiue & passiue, quomodo S. Thomas prima, questione centesima decimateria, articulo secundo explicat. Facit autem cum primis, ut hoc existimem esse verissimum, quia hoc genus ferme omnia cum iniuria, & intereccionem rerum nascuntur, ex quibus prodeunt: hoc verò ut contigerit, quando vix res ipse prodierant in lucem, absurdum & inopinabile reuera est. Rursum, fecisset Deus Adamum cum vermibus in intestinis, & pediculis? quis hoc aut dicat, aut sentiat? At verò animalia, que vtroque modo gignuntur, concubitu, videlicet maris cum femina, & etiam ex re aliqua putri, probabilius mihi esse videtur, ut ab Opifice Deo integra primùm, & suis absoluta facultatibus prodierint: hoc enim & rationes quedam allate nunc, & testimonia DD. Basilij, & Ambrosij patenter indicant: perfectum enim semper antecedit imperfectum.

- b. Cuncta animantia ex putri prodire solita, non ex putri, sed ex terra, Dei potestate.

P E R E R I V S Commentarijs in Genesim.

Istiusmodi animalia prima non sunt facta ex putri, vel corrupta materia: sed proximè à Deo, modo caterorum animalium terrestrium, producta sunt ex terra, demceps per causas secundas, & ex proprijs materijs, sicut eorum natura poscit, p. ogeneranda atque propaganda. Quemadmodum enim animalia perfecta, que non nisi ex semine, & à sui similibus animantibus procreantur, in illa prima effectioe rerum, & proximè à Deo, & ex terra sunt producta: sic que secundum naturam non aliter quam ex putri materia fiunt, tunc immensa Dei potestate, ex terra sunt condita.

- c. Sed nullum animal ex putri oriri consuetum, nisi materialiter, & in potentia.

P E R E R I V S vbi supra.

Quamquam dici etiam potest, species istas animalium tunc non esse actu productas, sed tantum casualiter, & potentialiter: fecit enim Deus perfectiores species animantium, videlicet eas, que non nisi ab alijs animalibus generari possunt, ex quibus deinde, vel uiuis vel mortuis, cetera imperfectiora naturalium causarum potentia procreantur.

A U C T O R.

Facturum me operæ precium arbitror, si, priusquam disceptationem istam aduersis adeo sententijs distractam soluam, ex ijs, que Augustinus libro tertio de Genesi ad literam, Isidorus libro Etymologiarum duodecimo, Petrus Comestor capite octauo, Hugo Carenfis, & Lippomanus hoc loco tradidere, necnon ex Philosophis, ac alijs, genera minorum animantium enitar colligere, eaque lectoribus referre, & ordine recensere. Animantia itaque minuta, non indiscriminatim ex quauis materia corrupta gignuntur, sed

sed vnumquodque genus propriam sibi vendicat materiem aptatā, ac preparatam. Ex ipsis igitur tabescentibus rebus, genera animantium minorum desumere non erit ineptum. Gignuntur ergo animantia minuta, alia ex coitione & putri, alia ex putri tantum. Non est autem modò nobis animus (neque enim id præsens locus ex postulat) disceptandi; Nùm quæ ex maris cum fœmella cōgressu oriuntur, ut mures, verè ex coitione illa edantur in lucem, prout nature exploratores, grauissimique Philosophi luculenter affirmant, an fictitiè; Nùm etiam hæc & illa eiusdem sint speciei, cum eorum operationes vtrisque communes, & promiscuæ videantur, longa enim esset disputatio, & ad Philosophos spectat. Rursum, quæ tantum ex putri prodeunt, alia ex exhalationibus profiliunt, ut papilionex ex aqua, bibionex vino & aceto, quos etiā muscilionex Aueroes duodecimo Metaphisices appellauit. Nonnulla ex elementorū putrefactione emergūt, ut vermes in cisterna ex aqua; ranæ verò, bufones, culices, & quædā vermium genera, ex limo terræ, pulicesq; ex puluere. Amplius plurima ex mistorum tabe scaturiunt, adeo ut singula mista dum putrescunt, aliquid pariant, quod ipsa exterminet. Ex herbis, & floribus multa oriuntur, ut eruca ex oleribus, de quibus Aristoteles libro quinto de Historia Animalium latius scribit; ex fructibus etiam plurima proferuntur, ut garguliones ex fabis; ex lignis alia, ut teredines, & cimices; ex corruptis vestibus alia, ut tineæ, & blatte; ex cadauerum verò tabe discriminatim multa prodeunt, muscæ ex humano corpore, vespæ, crabrones ex equi carnibus, apes ex tauri cadauere, unde & à Sophocle apud Suidam, taurorum filia nuncupantur. Infinita propemodum etiam sunt genera minorum animantium, que non fortuitè, ac citra naturæ deliberantis consiliū nascuntur, sed intelligentiæ non errantis prouidentia oriuntur. Quæritur itaque; Nùm omnia hæc animantium genera in prima tēporum hebdomada, à Deo cū ceteris producta sint; An quædā tantum, reliquis in seminarijs viribus elementorū solum præseminatis, adeo ut post natura ipsa spatijs temporum opportunis ea proferret, ac ederet. Conciliarem ego præfatas sententias, & cum Pererio assuerarem, nullum minutum animal ex putri gigni consuetum, prima ea hebdomada ex putri emeruisse. Ducor in hæc sententiam, eò quod mihi uideatur valde absolum, ut diuina opificis sapientia res summa præstantia præditas, & vix dū productas, ad corruptionē destinaret, cum pariter ex quauis alia materia, seu humo, seu terra ipsa formare animalia illa posset: Nec decuisse videatur, ut res ipse nascentes, seu mox natæ deciderent, cum ad corruptionē naturali defectu protinus ferri minimè possent, utpote quod lapsu tēporum res ipsas corrumpi agnoscamus, quæ quidè ratio non tantum militat de auibus, piscibus, ac animantibus, quæ die quinto, vel sexto prodire, sed de germinibus etiā, quæ tertio die iā emanarant, & elementis, quæ in Chaos confusè effecta vix tertio die inuicè seiuncta, ac in propria perfectione constituta fuerat. Neq; enim creator hoc illis intulit damnum, ut ea breui tēporis decursu lapsuq; (cum uigorofo admodum consisterent) uiolenter uoluerit interire. Neelemēta certè, dum venustabantur veterascere poterāt, nec germina dum florescerent, marcescere potuerunt. Nec decens fuit tandem, ut in Orbis natalibus funestæ adessent neces, & exequiæ. Quamobrem ab Augustini, Magistri, ac D. Thomæ sententia abscederem, quæ in prima rerum emolitione, animantia ex elementorum, ac germinum corruptione profiliencia, exorta fuisse edocet. Abscederem autē ea ratione, quod nullum corruptionis genus his lætis augustisq; effectioe Mundi diebus admittendā credam, nam ut supra diserebamus, id diuino Opifici fuisset indecens, rebus uerò ipsis incongruum, & funestū. Nec etiā cum Petro Comestore, animantia ex exhalationibus nunc prodeuntia, tunc ex eisdē exhalationibus exorta fuisse admitterem, quandoquidem nec exhalatio materies sit minorum animantium, nisi cum putrescit, ac corrumpitur. Persuadere siquidem mihi minimè possum, in ipsa rerum generatione corruptionem adfuisse aliquam à Deo opifice, uel à natura inductam, cum nec res ipse in natura vigore tunc consistentes sine vicissitudine temporum tabescere possent; nec Deus eas ad intereccionem cogeret. Quapropter assero, Deum opificem cuncta ea, quæ ex putri gigni nunc consuescunt, non ex putredine aliqua, sed ex alia quauis materia, seu elemento, seu humo formasse. Nam quemadmodum animalia perfecta, quæ non nisi ex semine, à similibus sibi animantibus procreantur, hac prima Orbis effectioe à Deo uice agente secundarū

Minorum
animantium
varie origi-
nes.

Com. 18.

Cap. 5.

Propositio
quæstio.

Quæ gignuntur
ex putri,
in Mūdi exor-
dio nō emer-
serunt ex pu-
tri.

Augustini &
Magistri sen-
tentia repro-
batur.

Comestoris
opinio reiicitur.

Quæ ex pu-
tri gignuntur
Deus creauit
sed nō ex pu-
tri.

Prædicta asser-
tio non parti-
tur aliquam
ex relictis dif-
ficultatibus.

Deus creavit
omne animam,
ergo & emer-
gentia ex pu-
tri.

Nuperorum
responsio im-
probat.

Defensatur
etiam, quod
sola præstan-
tiora anima-
lia actu sint
condita, geni-
ta vero ex pu-
tri potentia
tantum.

caussarum, ex elementis, seu ex humo fuere producta: Ita animantia ista imperfecta, & minuta, à Deo immensa sua potentia ex ipsdem elementis proferrè potuerunt, cum lon-
gè maior inter femina, & humum, quàm inter tabem, & humum, distantia, ac dispari-
litas cernatur. Ac quemadmodum ea perfecta animantia postea sortita sunt sua in pro-
pagatione mares & foemellas tanquam causas: ita & imperfectiora Solis calorem, ac
putredines. Nec ulla potest hæc opinio (si mea non me fallit sententia) evidenti ra-
tione perturbari. Nam eas omnes effugit incommoditates, ac oppositiones supra de-
latas, quibus nihil his sex diebus putrescere, ac corrumpi potuisse scienter dicebatur;
cum hæc minorum genera nõ ex putri naturali ferie, sed ex humo diuina virtute pro-
filiisse asseramus. Nec Scripturæ aduersatur hoc placitum, sed amplius ijs omnibus ra-
tionibus munitur, ac roboratur, quibus primo loco relatam sententiam cõfirmabamus.
Sic nanque Mundus absolutus è Dei manibus prodijt; nulla fuit species, ac Idæa in
Verbo, quæ per Verbum non actu producta fuerit; nulla extitit res mirificam Dei sa-
pientiam præferens, quæ non emanarit; nullum exemplar, quod naturæ non fuerit
primis illis Mundi effectiois diebus communicatum; nullum tandem animantium
genus prole amplificandum, quod iam conditum benedictionem non perceperit. Ve-
rum quod maximè vrget, & me, vt in hanc concedam sententiam, impellit, illud est,
quod nullum omnino reperiatur minutum animal ex putri emergens, quod interna-
tatum, seu volatiliam, seu terrestriam species ac genera, non sit enumerandum: te-
statur autem Scriptura; Creauit Deus omnem animam viuentem, atque motabilem,
quam prõduxerant aqua in species suas: ac rursus, Fecit Deus bestias terræ iuxta spe-
cies suas, & iumenta, & omne reptile terræ in genere suo: Si condidit Deus omnem ani-
mam viuentem, atque motabilem: si omnia genera, ac species rerum effecit; qua ratio-
ne innumera propemodum minorum animalium genera prætermittenda fuisse asserere
possumus? Nec illud, quod ex D. Thoma, & Nuperis dicitur, suffecisse nempe opifici
has rerum species non actu produxisse (vt aiunt) sed in earum causis, seu potentiali-
ter, vt in præseminata materia, ac secundum rationes feminales, seu vires actiuas, & pas-
siuas, mihi plene satisfacit. Siquidem hoc ipsum asseuerare eadem ratione possemus
de germinibus, piscibus, auibus, & terrestribus præfatis animantibus, vt Augustinus
contendebat. At si cum Patrum Græcorum, ac Latinorum ampla classe, res ipsas nõ po-
tentia, sed actu conditas, asseuerare voluerimus, quæ ratio nos cogit, vt potius hæc
quàm alia prætermittenda dicere debeamus? Asserunt alij, Deum plures, quàm nunc sint,
rerum species producere posse: quin multas diuersas species stirpium, animalium, me-
tallorum, liquorum, condimentorum, medicamentorum, vel naturali diuersorum anima-
lium siue aliarum rerum commistione, vel solertia, ingenioque hominum fuisse produ-
ctas, & produci quotidie; quapropter non ad eò impossibile esse, vt post Orbis emoli-
tionem noua species rerum emanent, ac profoliant. Sed hæc parui referre existimo.
Poterat Deus vtique, potest, & poterit infinitas rerum species procreare; sed quemad-
modum diuina sapientia creauit in numero determinato, quo Mundus gaudet, & in
pondere, ac mensura; sic potest natura ex inditis exemplaribus à Deo similia proferre,
at non potest recentes species, ac res nouas formare. Quod si aliqua in regione prodeunt
quandoque quædam animantia nunquam antea visa, non noua sunt Mundo, sed noua
illi Mundi climati, ac regioni. Deus igitur, vt Basilus, & Ambrosius censere, omniũ
animantium etiam minorum naturas, ex humo prima hac hebdomada, non ex aliqua
putredine eduxit. Sed cum in via Patrum hoc sit problema neutrum, diffinire hæc
quæstionem alio etiam modo possumus, dicereque Deum in hac prima Orbis effectio-
ne animalia tantum præstantiora, tam ea quæ ex coitione gignuntur, quàm ea, quæ ex hu-
mo terræ procreari solent, cuius generis sunt ranæ, & similia, actu effinxisse: ea verò, quæ
ex putri materia oriuntur, in præseminatis causis, & potentia duntaxat condidisse. Pon-
derandum siquidem est, quod aliud sit gigni ex humo, aliud ex putri, cum humus non
sit materies corrupta. Quapropter ea animantium genera, quæ ex humo prodeunt, et si
sine coitione profoliant, potuisse etiam oriri assererem, quia nõ ex materia corrupta, seu
rabe, vt cætera alia, emergunt. Hæc igitur, vt oriunda ex humo, quæ tunc materies fuit
natatiliam, volatiliam, ac quadrupedum, atque vt præstantiora, cum perfectis animan-
tibus

Secundum genus suum.

a. Hoc est, secundum rationem insitam ab æterno in Verbo.

tibus emanasse, non inscianter asseuerare possumus. Hancque Basilij ac Ambrosij suis-
se mentem, ea, quæ superius à nobis tradita sunt, testantur.

BASILIVS attamen Homilia nona clariùs hoc ipsum explicauit.

Præceptum hoc sic impressum est terræ elemento, vt ne hodie quidem desinat subseruire suo creatori. Nam
animalia partim ex antecedentibus oriuntur successione, partim nunc etiam ex ipsamet emergere terra, genera-
riq; cernuntur. Non solum enim cicadas humus pluuio tempore edit, & innumeras alias bestias in aere per-
uolantes, quarum plurimæ præ tenuitate nullam sortita sunt nomenclaturam: quin & mures ranasque ex se
ipsa iam profert & edit, vt potè cum circa Aegyptias Thebas post reuolutes in aëribus pluias, vniuersa
aëria fornicibus impleri protinus nouimus. Anguillas quoque nec alio vilo modo, nisi ex feculentâ constitui
materia, limoq; conspicimus: quarum nec ouum, nec alium vllum modum successione effecere constat, sed è
terra hæc progignuntur.

Cum igitur de ijs duntaxat animantibus, quæ ex humo gignuntur, verba faciant hi Pa-
tres, dicendum nobis est, cuncta ex materia corrupta, seu ex putri nascentia, minuta quo-
que animantia hac primæua rerum genesi à Deo haudquaquam fuisse effecta. Nec ob-
starent præallegatæ rationes, in gratiam sententiæ eius, quæ cuncta rerum genera actu
condita astruebat, relatæ. Neque enim Mundum in sui exordio ob id minus perfectio-
nis habuisse censendum est, quia nonnullis infimis, ac despiciabilibus rerum speciebus
caruerit: quin potius sicuti ad Mundi integritatem spectat, quod alia necessariò, alia
contingenter efficiantur; ita fortasse & Orbi ipsi maiori perfectioni fuit, vt quædam tunc
diuina manu prodirent, quædam verò post à natura, medijs Cælo & ui præseminata,
in lucem ederentur. Nec Mundus, etiam si illis speciebus non cohonestaretur, à pro-
pria cadebat absolute, & Mundi idæalis similitudine; quoniam nec idæa in Verbo
æterno alio modo insita erant, quàm quo fieri statis temporibus cuncta debebant. Nec
mirifica Dei sapientia minus ob id uidetur emicare, ac splendescere, cum exurgentibus
semper nouis formis, nouos stimulos, ac noua obiecta iugiter natura præbeat, ac imper-
tiatur, ut nos ad eam contemplandam, ac glorificandam excitaremur. Nec exempla-
ria ea minorum animalium necessaria erant naturæ, cum virtutes feminales ad recen-
tiora gignenda rerum genera, ipsi sufficerent. Nec tandem postrema ista animantium
genera, nata, nascentia, ac nascitura ex putri, à benedictionis fructu, ac dono, quasi non-
dum condita eximenda sunt. Nam si benedictio quinto die à Deo collata, ex Patrũ sen-
tentia (ut demonstrabimus) sufficit etiam præstantioribus animantibus nondum crea-
tis, sed die sexta creandis; multò magis imperfectioribus istis animalium generibus sub-
sequitis eandem suppleffe censendum est. Sed de putrida percunctatione hæc satis
funto. Seligat sibi ingenuus lector ex propositis duabus huiusce rei diffinitionibus, non
ita passim à Doctoribus enucleatis, quam maluerit.

a. Hoc est, secundum rationem insitam ab æterno in Verbo.

AVGVSTINVS de Genesi ad literam, libro tertio, cap. duodecimo.

Non frustra etiam lectorem mouet, vtrumque passim, & quasi fortuito, an aliqua ratione dicatur; Secun-
dum genus, tanquam fuerint & antea, cum prima creata narrentur: an genus eorum in superioribus ratio-
nibus intelligendum est vtique spiritalibus, secundum quas creantur inferius. Sed si ita esset, hoc de luce, hoc
de Cælo, hoc de aquis & terris, hoc de Cæli luminaribus diceretur. Quid enim eorum est, cuius non æterna &
incommutabilis ratio in ipsa Dei sapientia vigeat, quæ attingit à fine vsque ad finem fortiter, & disponit
omnia suauiter? Incipit autem hoc dici de herbis, & lignis, vsque ad hæc terrena animantia. Nam & in eis,
quæ ex aquis creata sunt, quamuis in prima commemoratione dictum non sit, in illa tamen iteratione dictum
est;

Anno Mudi
primo.
Disexta.

Soluuntur ra-
tiones aduer-
se.

Sap. 8.

Anno Mūdi
primo.
Die sexta.

Secundum genus suum.

- a. Hoc est, ut ex eis alia gignerentur similia.
b. Dicitur est; Secundum genus, & non secundum similitudinem, quia similitudo sequitur genus.
c. Id non dictum est de homine, qui forte si non peccasset, successore non indignisset.
d. Vel quia vnus parens, & vnum genus hominum, animantium parentes plures, & plura genera.

est; Et fecit Deus cetos magnos, & omnem animam animalium reptilium, quae eduxerunt aquae secundum genus eorum, & omne volatile pennatum secundum genus.

a. Hoc est, ut ex eis alia gignerentur similia.

AVGVSTINVS eodem loco.

An quia haec ita exorta sunt, ut ex eis alia nascerentur, & originis formam successionem seruant, ideo dicuntur secundum genus, propter propagationem prolis, qua permansura creabantur?

GLOSSA Ordinaria.

Haec forsitan secundum genus dicuntur, quia ita orta, ut ex eis nascantur alia, & originis formam successionem conseruent.

b. Dicitur est; Secundum genus, & non secundum similitudinem, quia similitudo sequitur genus.

AVGVSTINVS vbi supra.

Sed cur de herbis & lignis non solum dicitur; Secundum genus, verum etiam secundum similitudinem, cum & animalia sive aquarum, sive terrarum, secundum similitudinem suam generent? An quia genus sequitur similitudo, noluit tam vbiq; repetere. Nam & semen non vbiq; reperiunt, cum tam herbis & lignis insit, quam animalibus, etsi non omnibus. Obseruatum est enim, quaedam in a nasci ex aquis, vel terra, ut sexus eis nullus sit: & ideo semen eorum non sit in eis, sed in elementis, ex quibus oriuntur. Hoc est ergo secundum genus, vbi & seminum vis & similitudo intelligitur succedentium decedentibus: quia nihil eorum ita creatum est, ut semel existeret, vel permansurum, vel nullo succedente decessurum.

c. Id non dictum est de homine, qui forte si non peccasset, successore non indignisset.

AVGVSTINVS vbi supra.

Cur ergo & de homine non ita dictum est; Faciamus hominem ad imaginem, & similitudinem nostram secundum genus: cum & hominis propago manifesta sit? An quia non ita Deus fecerat hominem ut more-rectur, si praeceptum seruare voluisset, & ideo non erat necessarius decessori successor? Sed post peccatum comparatus est pecoribus insensatis, & similis factus est eis: ut iam filij huius saeculi generent & generentur, quo possit mortalium genus seruata successionem subsistere? Quid sibi vult ergo post hominem factum illa benedictio, Crescite, & multiplicamini, & implete terram: quod vtiq; fieri posset generando? An nihil hinc temere dicendum, donec ad eum Scripturae locum perueniamus, vbi diligentius ista requirenda atque tractanda sunt?

Verum Augustinus hoc dictum & hoc loco non approbavit, & alias retractauit: nec Glossa desumpsit, tanquam a uero alienum; sed haec suo loco.

d. Vel quia vnus parens & vnum genus hominum, animantium parentes plures, et plura genera.

Id non dixit de homine, quia vnus factus est Adam, de quo facta est Eua, & vnum est genus hominum: sed de animantibus dicitur, Secundum genus, hoc est, generatim, quia confamilia huius generis distinguuntur a ceteris.

AVGVSTINVS eodem loco.

Potest enim nunc fortasse sufficere, propterea de homine non dictum esse, Secundum genus, quia vnus fiebat, de quo etiam femina facta est. Non enim multa genera hominum, sicut herbarum, lignorum, piscium, vola-

Secundum genus suum.

- a. Vel quia homo solus ad imaginem Dei conditus fuit, Et vidit Deus, quod esset bonum.
b. De luminaribus, quod bonum, quia vna natura, & vna utilitas: De animantibus, quod bona, quia plures differentiae, & utilitates.
c. Quia preparata erant, quae homini famulari debebant.

volatilium, serpentium, pecorum, bestiarum: ut sic dictum accipiamus, Secundum genus, ac si diceretur, generatim, ut inter se similia, atque ad vnam originem seminis pertinentia, distinguerentur a ceteris.

GLOSSA Ordinaria.

De homine autem hoc dictum non est, quia vnus fiebat, de quo & femina facta. Non enim multa genera hominum facta sunt, sicut herbarum, & lignorum: ut dicatur, Secundum genus suum, ac si diceretur, generatim, ut inter se similia, atque in vnam originem seminis pertinentia, distinguerentur a ceteris.

a. Vel quia homo solus ad imaginem Dei conditus fuit.

D. THOMAS prima parte, quaestione septuagesima secunda, ad tertium, praefatam causam ab Augustino allatam, cum memorasset, hanc quoque adiecit, dicens.

Dicendum, quod in alijs animalibus, & plantis, mentionem fecit de genere & specie, ut designaret generationes similibus ex similibus. In homine autem non fuit necessarium, ut hoc diceretur: quia quod praemissum fuit de alijs, etiam de homine intelligi potest. Vel quod animalia, & plantae producuntur secundum genus, & speciem suam, quasi longe a similitudine diuina remota: homo autem dicitur formatus ad imaginem, & similitudinem Dei.

In istis obseruationibus cum nihil ueritati reperitur aduersum, eas profecto suscipiendas, & suscipiendas esse iudicamus,

Et uidit Deus, quod esset bonum.

Secundum Graecam editionem; Vidit Deus, quod bona.

b. De luminaribus, quod bonum, quia vna natura, et vna utilitas: De animantibus, quod bona, quia plures differentiae, & utilitates.

PROCOPIVS Commentarijs in Genesim.

Vidit Deus, quod essent pulchra. Hoc loco usus est numero plurali; ut singulari, cum loqueretur de luminaribus. Recte singularem numerum accommodauit sermone de luminaribus: nam etsi astra, & luminaria plurima sint: attamen eadem omnium cum lux, tum utilitas est, scilicet ut lucem praebent Mundo, instituta. In aqualibus vero, & terrestribus animalibus, in vnoquoque genere plurime insunt differentiae, & contemplationem habent haud vulgarem.

c. Quia preparata erant, quae homini famulari debebant.

GLOSSA Interlinearis.

Et vidit Deus. Bada; Preparatis, quae hominibus famulentur.

Et congrue hoc dictum est: cuncta enim praeparabantur propter hominem, si non primo, saltem secundario. Nam Deus primo creabat cuncta propter semetipsum, & sui ipsius gloriam, deinde propter hominem. Quapropter ut producta fuere, & prauidit Deus, quod homini profutura essent, seu ad iucunditatem, seu commodum, bona congrue appellauit.

Quia

Anno Mūdi
primo.
Die sexta.

Anno Mudi
primo.
Die sexta.

Et vidit Deus, quod bonum.

Etiā animantia noxia.

a. Quia ante peccatum homini nocere non poterant.

a. Quia ante peccatum homini nocere non poterant.

Compellit me locus hic tractare de animantibus suis, & homini noxijs, disputareq; primum, Num animantia noxia in statu innocentia mitia homini fuerint, atque pacata. Secundum igitur positam interpretationem, Patres, qui ea placida fuisse homini asserunt, recensabo.

GREGORIVS Nyssenus Philosophia libro primo, capite quinto.

Ceterum antiquitus nullum aliorum animantium homini nocere audebat, sed quandiu proprijs passionibus, & irrationali, quae in ipso erat, particulae dominabatur, subiecta & obedientia ei erant omnia. Suis autem affectionibus minime dominans, & possessus ab eis, decenter & ab exterioribus subactus est. Cum peccato enim quae ab eis est laeso subintravit, cuius sane veritas ex his, qui optimam transegerunt vitam, manifestum est: ferarum enim insidjs indubitanter hi superiores visi sunt, ut leonibus Daniel, viperae autem morsu Paulus.

Hac ipsa leguntur in Anastasio Episcopo Niceno, questione vigesima quarta in Scripturam: quare falsò vel Nysseno, vel Niceno ascribuntur.

DAMASCENVS Orthodoxae Fidei libro secundo, capite decimo, egregie idem edocuit.

Nam omnia priusquam generarentur agnoscens, sciens quod homo libera sua potestatis transgressione futurus esset corruptioni obnoxius, cuncta benigne ad opportunum ipsius usum, & quae in firmamento, & quae in terra, & quae in aquis sunt, creavit. Omnia igitur ante transgressionem homini subdita, & ad manum parentia erant: nam omnium constituerat eum Deus principem, quae in terra, & quae in aquis erant. Serpens autem erat familiaris homini, plus alijs ipsum accedens, & placidis motibus congregiens: unde per ipsum, pessimum princeps mali Diabolus, primis parentibus instillavit documentum. Terra siquidem sponte sua fructus afferebat, ad usum subditorum illi animalium, & neque pluvia, neque hyems ipsi terra erat. At post transgressionem (quando aequiparatus est iumentis insipientibus, & similis factus est illis) preparavit concupiscentiam irrationalem, ut dominaretur rationi, praeepto Domini sui factus inobediens. Insurrexit igitur in eum creatura, cui a conditore electo principi, subiecta erat.

CHRYSOSTOMVS Homilia in Psalmum centesimum quadragessimum octauum.

Eiusmodi ferae antea homini terribiles non erant, nec ab eo fugiende, sed cicures, & mansuetae. Eas itaque deduxit Deus ad Adam, & ipse eis nomina imposuit. Serpens Euam alloquitur, & Eva non refugit. Postquam autem preteritum est mandatum, & Deo non est obeditum, plurimum honori detractum est. Quando ergo videris leonem, quando videris serpentem, in mentem reuoca, quae in sacra narratur historia, & haec exhibebunt tibi non paruum Philosophiae argumentum. Fac quoque in mentem tibi redeat Daniel, quomodo postquam ad antiquam reuersus est imaginem, contemptui illi erant terribiles bestiae: quemadmodum & Paulo vipera: nec paruum hinc colliges animi studium, curam, & diligentiam.

THEOPHYLVS Antiochenus ad Autolyicum libro secundo:

Feras autem Graeci nominant θηρία τὸ το θηρῆσαι, id est, quod venando capiuntur. Nec tamen a reum primordio noxiae, & exitiales creatae sunt. Nam nihil noxium ab initio a Deo conditum est. Sed hominis delictum conditionem creaturarum deteriore reddidit, ubi primum homo legem Dei transgressus est, etiam reliqua praeuicata sunt, & degenerarunt. Ut enim si paterfamilias sapienter vitam instituit suam, etiam domestici, & reliqui familiares ordinatè, & decenter viuunt, sequitur haud inconuenienter: Si autem herus peccarit, & negligentia se corrupendum dederit, hui dubium est, quin & serui delinquant, & socordiam amplectantur? Pari ratione contigit in presenti negotio, ut peccante homine, etiam reliqua, quae in hominis ministerium creata erant, praeuicarentur. Vbi autem homo ad suam naturam, & pristinum ingenium, necnon dignitatem redierit, cessans malefacere, etiam aliqua animalia in primitiuam restituentur mansuetudinem.

THEO.

THEODORETVS Quaestione in Genesim decimo octaua.

Siquidem Ade, priusquam peccasset, assistebant bestiae obsequium profirentes.

EVCHERIVS in Genesim libro primo, capite septimo.

Cum omnia legantur bona a Deo creata, quare quaedam noxia inueniuntur? An forte in primordio innoctua facta sunt, & post peccatum nocere ceperunt? Bona enim condita sunt, sed male agentibus data sunt in flagellum.

AVGVSTINVS de Genesi ad litteram libro tertio, capite quindodecimo.

De generibus quoque animalium venenosus & perniciosus queri solet, utrum post peccatum hominis ad vindictam creata sint: an potius cum iam creata essent innoxia, non nisi postea peccatoribus nocere ceperint? Neque hoc mirum est, quandoquidem etiam temporibus huius vitae laboriose atque arduose, cum ita sit nemo iustus, ut perfectum se audeat dicere, fideliter attestante Apostolo dicente: Non quia iam acceperim, aut etiam perfectus sim. Cumque adhuc exercenda, atque in infirmitate perficienda virtuti, necessariae sint tentationes & molestiae corporales, eodem rursus Apostolo manifestante, qui ait, in magnitudine reuelationum ne extolleretur datum sibi esse stimulum carnis Angelum Sathanae, ut eum colaphizaret, rogatumque a se Dominum terro, ut discederet ab eo, respondisse sibi, Sufficit tibi gratia mea, nam virtus in infirmitate perficitur. Tamen & sanctus Daniel, inter leones saluus atque intrepidus vixit, qui non vitae Deo mentiens in oratione, non tantum peccata populi sui, sed etiam sua fateretur. Et in ipsius Apostoli manu mortifera vipera adhaesit, nec laesit. Potuerunt ergo ista etiam creata nihil nocere, si causa non extitisset, vel terrendorum puniendorumque vitiorum, vel probandae perficiendaeque virtutis: quia & exempla sunt demonstranda patientiae, ad profectum ceterorum; & ipse sibi homo in tentationibus certius innotescit; & iuste salus illa perpetua, quae turpiter amissa est per voluntatem, fortiter recipitur per dolorem.

Philip. 3.

RVPERTVS Commentarijs in Genesim, libro primo, capite quingessimosexto, ex peccato venenum serpentibus immisum, ac a pari bestijs sanctiam fuisse collatam, sic arguit a minori ad maius.

Nunc illud sciendum, quia repebat prius ut nunc omne huius speciei vel generis animal, sed reptatus eius nullum horrorem haberet, si non illo Diabolus ad mortem domini eius hominis usus fuisset. Multo magis verò, nec virus pestiferum vomeret, vel in seipso haberet, si non illum idem creaturae Deo adulterator venenosus illo sua malitia veneno polluisset, & per os eius homini (ut iam dictum est) mortem insibilasset. Ecce hodieque (ut taceam quòd multis sanctorum Christi seruatorum non solum innocuos, sed etiam obedientes legimus fuisse serpentes) gens tota esse traditur, quae in medijs tutam agat vitam serpentibus. Unde ait quidam Romanorum auctor nobilissimus; Gens vnica terras incolit a sero serpentum innoxia: morsu, Marmaride Psylli, par lingua potentibus herbis. Ipse eruo tutus, nullumque admittere virus, vel cantu cessante potest. Quanto magis tunc homo cunctorum animantium praes, & dominus, reptilibus quoque terrae ordine legitimo imperitaret, si vel Diabolus per os serpentis nunquam sibilasset, vel si ipse homo cum in honore esset, sic intellexisset, ut venenum suasionis eius non admisisset? Ergo bona quidem creatio cunctorum, sed homini, quia Deo contrarius factus est, exillens sibimetipsi grauis, in malum iure versa sunt ea, quae bene facta erant.

Luca. lib. 9.
Pharf.

BEDA Expositione in Genesim.

De generationibus quoque perniciosorum queri solet animalium, utrum post peccatum primi hominis ad vindictam creata sunt: an potius quum iam creata essent innoxia, non nisi postea peccatoribus nocere potuerunt, uel ceperunt. Neque hoc mirum, quandoquidem temporibus huius vitae laboriose nemo tam iustus est, qui perfectum se audeat dicere: Ad puniendum igitur, vel ad exercendum probandumque nos, creata sunt. Potuerunt ergo ista etiam creata nihil nocere, si causa non extitisset puniendorum, vel probandorum hominum.

Et libro de sex dierum Creatione.

Querenda est enim ratio, si ista animalia venenosa in principio, quando creata fuerunt, habuerunt venenum sicut nunc. Intelligendum est, quod sicut tunc creata fuerunt, ita permanent: sed tamen in principio nocendi potestatem non habuerunt, sicut probare possumus de serpentibus, quando vipera inuasit manum Pauli, & nihil ei nocuit, quia potestatem habuit inuadendi, nocendi autem non habuit potestatem. Similiter de bestijs, quando Daniel missus in lacum leonum fuit, non ei nocuerunt, sed lingebant pedes eius.

Ea ipsa habet Quaestionibus in Genesim.

GLOSSA Ordinaria ex Augustinus.

De venenosus & perniciosus queritur, utrum post peccatum hominis ad vindictam creata sint: an potius creata innoxia, peccatoribus nocere ceperunt? Potuerunt ergo creata vel nocere si causa non fuisset, vel terrendorum puniendorumque vitiorum, vel probandae & perficiendae virtutis, quia & exempla virtutis, & patientiae alijs danda, & homo tentatus certius sibi innotescit, & iure salus illa turpiter per voluntatem amissa, per dolorem fortiter est recuperanda.

yy MAGI.

MAGISTER Sententiarum secundo, distinctione quinta decima.

Queri solet de venenosis & perniciosis animantibus, utrum post peccatum hominis ad vindictam creata sint: an potius creata innoxia peccantibus nocere ceperint. Sanè dici potest, quòd creata nihil homini nocuissent, si non peccasset: puniendorum nanque vitiorum & terrendorum, vel probanda, vel perficienda virtutis causa nocere ceperunt. Fuerunt ergo creata innoxia, sed propter peccatum facta sunt noxia.

D. THOMAS parte prima, quaestione septuagesima secunda.

Homo ante peccatum ordinatè fuisse vsus rebus Mundi. Unde animalia venenosa ei noxia non fuissent. Petrus Comestor in Historia Scholastica, capite octauo: sed vberius

H V G O Carensis in Postillis.

Querit hic Augustinus de nociuis animalibus, & perniciosis, & venenosis, an creata fuerint talia ante peccatum: an post creata fuerint ad vindictam hominis. Et videtur velle Augustinus, quòd talia fuerint creata innoxia, sed post peccatum ceperunt esse nociua homini, cum ante non possent. Et Post. Post peccatum autem facta sunt homini nociua propter tria. Propter punitionem: punitur enim homo, cum ab illis leditur, vel timet ledi. Propter correctionem: corrigitur enim, cum sciat hanc peccato suo accidisse. Propter instructionem: instituitur enim, videns hanc minima sibi nocere posse, recordatur suae fragilitatis, & humiliatur coram Deo, & querit veniam de peccato. Quia etiam quaedam seuiunt in mortuos, totum est ad hominis instructionem: ne scilicet timeat aliquod genus mortis, quia capillus de capite eius non peribit.

A V C T O R.

Non est hoc loco dubitandum, quin fabricator vniuersorum Deus, priscis illis diebus, vnà cum cæteris animalibus perniciofa etiam condiderit animantia. Principio nanque id clarè testatur Moses, cum de piscibus ait; Creauit Deus cete grandia; Et de animantibus; Producat terra reptilia & bestias terræ: bestiarum nanque nomine, noxias cunctas bestias, & fauas significasse Mosem, Patres concordi sententia affirmant.

R V P E R T V S Commentariorum in Genesim libro primo, capite quingessimosexto.


De ista enim aquè ut de cæteris, non est dubium, quia in illo secreti sui vespere dixit Deus; Producat terra animam viuentem in genere suo: & mane, id est, in primaeva generis huius creatione, factum est ita, & per successiones posteritatis singulorum nunc vsque facit Deus bestias terræ in species suas, & iumenta, & omne reptile in genere suo.

Deinde ab omni opere quieuit Deus die septimo: igitur nullum ex his creauit post, sed omnia antea. Non enim hæc possunt dici præseminata fuisse in uiribus seminarijs, quia ex putri oriri non solent. Sed quid egenus probationibus? Nonne serpens omnium animantium perniciosissimus ac virulentissimus, cum ipso Adam in Paradiso terrestri affuisse legitur? Bestias autem & faua hæc animantia ante peccatum fuisse homini, non tantum mitia & pacata, nec ipsum exterruisse: uerum etiam illi obtemperasse censendum est: pluribus enim id comprobare possumus. Primum siquidè Patres præfati id clarè produnt. Deinde & scimus Euam serpente non exhorruisse, sed intrepidam; & absque vlllo pauore cum iplo colloquutam fuisse. Præterea, si tantum promerere homines Sancti, ut bestiarum cateruæ illis offensam non intulerint, longè magis credendum est, Adam in ea iustitia originali constitutum, ab eis lædi non potuisse. Clarissima enim sunt huius rei exempla. Daniel inter leones stetit illæsus; Paulus viperam non pertimuit; atque (ut hoc vnum non reticere præcipuum) Faustinus, Iouita, & Aphra, urbis Brixiaë tutores, inter famelicos seuiosque leones, & tigrides, per tres dies illæsi in theatro perstiterunt. Nolui horum Sæctorum exemplum in signe reticere: mu-neri enim meo iniquè admodum me satisfacisse credidissim, si quorum gloriosis triumphis ac patrocinijs vrbs patria lætatur, & quorum sanctissimis pignoribus ac reliquijs fulget in eadem urbe Ecclesia nostra Sanctorum Faustini & Iouitæ ad sanguinem, eorū memoriam, amplissima hac mihi oblata occasione, ingrato silentio præterissem. Si igitur tanto fauore digni habitii sunt Sancti, & protoparentes in gratia constitutos hoc priuilegio gauisos esse existimandum est. Tandem, nonne uidemus regis imaginem sæpius pauere ac reuereri subditos, adeo ut animum aufumq; deiciant? Quomodo igitur Dei optimi maximi imaginem, qui homo erat, non extimuerunt animantia, quaquam læua, quaquam immania? Signatum enim erat supra protoparentes lumen uultus Dei. Hinc est, quòd ubi deturpata fuit imago illa ex peccati labe, bestia ut insæuirent in eam, ut

Deus in Mūdi exordio perniciofa et animantia creauit.

Bestia homini ante peccatum subdita.

D. D. Faustinus & Iouita atque Aphra Brixiaë urbis patroni.



Et vidit Deus, quòd bonum.

Etiam animantia noxia.

- a. Quia noxia miscenda cum proficiuis, vii homo ex rebus etiam repugnantibus est compositus.
- b. Vel ut homo sapientiam, quam Deus ipsi contulit, exerceret.
- c. Quia optima quæque à Deo venerunt, quanquam homo vsus eorum non cognoscat.

ut in rebellem, Dei que hostem, ab imperio Mundi deturbatum, & qui nō amplius summi regis imaginem præferbat, audaciam & vim acceperunt.

a. Quia noxia miscenda cum proficiuis, vii homo ex rebus etiam repugnantibus est compositus.

LACTANTIUS libro septimo, capite quarto.

Respondendum est hoc loco Philosophis, maximeque Ciceroni, qui ait; Cur omnia nostri causa cum faceret, tantam vim natricum, viperarumque fecerit? cur tam multa pestifera terra marique disperferit. Ingens ad disputandum locus est, sed ut in transcurso, breuiter stringendus est. Quoniam homo ex rebus diuersis, ac repugnantibus configuratus est, animo & corpore, id est, Cælo atque terra, tenui & comprehensibili, æterno ac temporali, sensibili, atque bruto, luce prædito, atque tenebroso: ipsa ratio ac necessitas exigebat, & bona homini proponi & mala: bona, quibus utatur: mala, quæ vitet & caueat.

b. Vel ut homo sapientiam, quam Deus ipsi contulit, exerceret.

LACTANTIUS libro septimo, capite quarto.

Itcirco enim data est illi sapientia, ut cognita bonorum malorumque natura, in appetendis bonis, & malis declinandis, vim suæ rationis exerceret. Nam cæteris animantibus, quibus sapientia data non est, munita indumentis naturalibus, & armata sunt. Homini autem pro his omnibus, quod erat præcipuum, rationem dedit solam. Itaque nudum formauit & inermem, ut eum sapientia & muniret, & tegeret. Munimenta & ornamenta eius non foris, sed intus: non in corpore, sed in corde constituit. Nisi ergo essent mala, quæ caueret, quæ à bonis vtilibusque distingueret, non esset ei sapientia necessaria. Sciat ergo M. Tullius, aut ideo homini datam esse rationem, ut & pisces caperet vsus sui gratia, & natrices viperasque vitaret salutis sue causa: Aut idcirco bona ei malaque proposita, quia sapientiam acceperat, cuius vis omnis in discernendis bonis malisque versatur.

c. Quia optima quæque à Deo venerunt, quanquam homo vsus eorum non cognoscat.

AVGVSTINVS de Genesi contra Manichæos libro primo, capite sextodecimo, eleganti exemplo hac demonstrat.

Solent enim Manichæi mouere quaestionem, ut dicant; Quid opus erat, ut tam multa animalia Deus faceret, siue in aquis, siue in terra, quæ hominibus non sunt necessaria? Multa etiam perniciofa sunt, & timenda: Sed cum ista dicunt, non intelligunt quemadmodum omnia pulchra sunt conditori, & artificio suo, qui omnibus vitui ad gubernationem vniuersitatis, cui summa lege dominatur. Si enim in alicuius opificis officinam imperitus intrauerit, videt ibi multa instrumenta, quorum causas ignorat, & si multum est insipiens, superflua putat. Iam verò si in fornacem incantus ceciderit, aut ferramento aliquo acuto, cum id malè tractat, se ipsum vulnerauerit, etià perniciofa & noxia existimat ibi esse multa. Quorum tamen vsus quoniã nouit artifex, insipientiã eius irridet, & verba inepta non curans, officinam suã constanter exercet. Et tamen tam stulti sunt homines, ut apud artificem hominem non audeant vituperare, quæ ignorant, sed cum ea viderint, credunt esse necessaria, & propter vsus aliquos instituta. In hoc autem Mundo, cuius conditor, & administrator prædicatur Deus, audent multa reprehendere, quorum causas non vident, & in operibus, atque instrumentis omnipotentis artificis volunt se videri scire quod nesciunt. Ego verò fateor me nescire, mures & rane quare creata sint, aut musca, aut vermiculti: video tamen omnia in suo genere pulchra esse, quamuis propter peccata nostra multa nobis videantur aduersa. Non enim animalis alicuius corpus & membra considero, vbi non mensuras, & numeros, & ordinem inueniam ad unitatem concordie pertinere. Quæ omnia vnde veniant non intelligo, nisi à summa mensura, & numero, & ordine, quæ in ipsa Dei sublimitate incommutabili, atque æterna consistunt. Quod si cogitarent isti loquacissimi, & ineptissimi, non nobis

Anno Mūdi primo. Die sexta.

Anno Mūdi
primo.
Die sexta.

Et vidit Deus, quod bonum.

Etiam animantia noxia.

- a. Quia animalia, si vtilia, bona sunt; si pernicioſa, his vel punimur, vel exercemur, vel terremur, si superflua, complent integritatem Vniuerſi.
- b. Quod in ipsis ſapientia Dei, qui omnia fecit in pondere, numero, & meſura, eluceat.
- c. Quia ſunt, vt flagellum Dei, quo homines terrentur, vt corripiantur,

radium facerent, ſed ipſi conſiderando omnes pulchritudines, & ſummas, & inſimas, Deum artiſicem vbique laudarent: & quoniam niſquam offenditur ratio, ſicubi forte ſenſus carnalis offenditur, non rerum ipſarum vitio, ſed noſtra mortalitatis meritis imputarent.

Alexander Halenſis hæc cuncta loco præcitato.

a. Quia animalia, ſi vtilia, bona ſunt; ſi pernicioſa, his vel punimur, vel exercemur, ſi ſuperflua, complent integritatem Vniuerſi.

AUGUSTINVS ita ſequitur.

Et certe omnia animalia, aut vtilia nobis ſunt, aut pernicioſa, aut ſuperflua. Adverſus vtilia non habent quid dicant. De pernicioſis autem vel punimur, vel exercemur, vel terremur, vt non vitam iſtam multis periculis, & laboribus ſubditam, ſed aliam meliorem, vbi ſecuritas ſumma eſt, diligamus & deſideremus, & eam nobis pietatis meritis comparemus. De ſuperfluis verò quid nobis eſt querere? Si tibi diſplicet, quod non proſunt, placeat, quod non obſunt: quia eſt domui noſtræ non ſunt neceſſaria, eis tamen completur huius vniuerſitatis integritas, quæ multo maior eſt, quam domus noſtra, & multo melior. Hanc enim multo melius adminiſtrat Deus, quàm vnusquisque noſtrum domū ſuam. Vt ſurpa ergo vtilia, caue pernicioſa, relinque ſuperflua.

BEDA Expoſitione in Geneſim.

Triplici modo creata ſunt animalia: aut enim vtilia ſunt nobis, aut pernicioſa, aut ſuperflua. De pernicioſis vel punimur, vel exercemur, aut terremur. De ſuperfluis non nocemur, nec adiuuamur: de vtilibus adiuuamur. Vt ſurpa ergo vtilia, caue pernicioſa, relinque ſuperflua. In omnibus tamen meſuram, & numerum, & ordinem vide, & artiſicem quere.

D. THOMAS hanc Auguſtini doctrinam ſic compendio deſumpſit parte prima, quæſtione ſeptuageſima ſecunda, ad ſextum.

Dicendum, quod Auguſtinus dicit in primo ſuper Geneſim contra Manicheos, quod ſi in alicuius opificia officinā imperitus intrauerit, videt ibi multa inſtrumenta, quorum cauſas ignorat: & ſi multum eſt inſpiens, ſuperflua putat. Iam verò ſi in fornacem intus ceciderit, aut ferramento aliquo acuto ſe vulnerauerit, noxia exiſtimat ibi eſſe multa, quorum vſum, quia nouit artiſicis, inſipientiam eius irridet. Sic in hoc Mundo quidam audent multa reprehendere, quorum cauſas non vident. Multa enim, eſt domui noſtræ non ſunt neceſſaria, in eis tamen completur vniuerſitatis integritas.

b. Quod in ipsis ſapientia Dei, qui omnia fecit in pondere, numero, & meſura, eluceat.

AUGUSTINVS vbi ſupra.

In omnibus tamen cum meſuras, & numeros, & ordinem vides, artiſicem quere. Nec alium inuenies, niſi vbi ſumma meſura, & ſummus numerus, & ſummus ordo eſt, id eſt, Deum, de quo veriſſimè dictum eſt, quod omnia in meſura, & pondere, & numero diſpoſuerit. Sic forte vberiore capies fruſtum, cum Deum laudas in humilitate formice, quàm cum tranſis fluiuium in alicuius iumentum altitudine.

c. Quia ſunt, vt flagellum Dei, quo homines terrentur, vt corripiantur.

BASILIUS Hexæmeron Homilia nona.

Atque nemo creatorem eam ob rem inuſare velit, quod animalia venenata, exitio vite, neciq; parata noſtra, in rationem rerum induxit: vel adeo quiſpiam, & inſtitutorem educatoremque puerorum accuſet, in ordinem redigentem inuentus ingenium, ad improbitatem, ad libidinem, luxumque propenſum plagis verberibusque caſtigando, ac coërcendo.

AMBRO-

Anno Mūdi
primo.
Die sexta.

Et vidit Deus, quod bonum.

Etiam animantia noxia.

- a. Quod fidei demonstrationes eſſe poſſunt.

AMBROSIVS Hexæmeron libro ſexto, capite ſexto.

Nec hoc quiſpiam reprehendat, quod creator ſerpentes creaturis ſuis, aliisque vel animantium, vel herbarum genera venenata miſcuerit. Nata ſunt enim hæc ad correptionem noſtram, non ad deformationem. Nam quæ ignauis, aut inſirmis, aut impijs plerumque offenſioni atque terrori ſunt, alijs vſui. Ita ſunt hæc, vt pedagogi parvulis, amari videntur, acervi, & moleſti, formidabiles verberare, libertatem laſciviendi negant, neceſſitatem diſcipline exigunt, pueriles animos, ne luxu diſfluant, terrore conſtringunt, ideoque horum auſteritate frugi euadunt, ſobrij, continentis, laudi magis quàm ludo dediti. Vides quid terribilia illa flagella proficiant? Sic, & ſerpentes flagella ſunt eorum, quibus inſirma animi atas, & quedam puerilis mentis eſt virtus: caterum fortioribus nocere non poſſunt. Denique conſidenti in Domino dictum eſt; Super aſpidem, & baſilicum ambulabis, & conculcabis, &c.

CHRYSOSTOMVS Commentarijs in Pſalmum centefimum quadrageſimum oſtauum.

At ſerpentes, inquit, & ſcorpj, & dracones, & leones, quid ad vitam vtile afferunt? & quidnam commodi ex eis percipiunt? Plurimum, idque inenarrabile, nec minus certè, quàm ex manſuetis & cicuribus. Illa enim ſunt apta ad vſum corporis: hæc verò & tibi metum afferunt, & vt ſis, modeſtus & temperatus, efficiunt, & ad certamen inſtruant, & peccatum primi parentis tibi in memoriam redigunt, & oſtendunt quantum malorum cauſa ſit inobediencia.

THEODORETUS quæſtione in Geneſim decima octaua.

Pueritum terriculamentis, tum etiam loris, & virgis indigent. Et per illa quidem ipſos terremus, per hæc autem erudimus, honeſtatem omnem eis procurantes. Quum igitur Dominus Deus animaduertiſſet nos ad ignauiam proclines, beſtias & reptilia condidit, veluti lora quedam, & terriculamenta, vt per ea nos terrens, ad ſe traheret, atque eius auxilium imploraremus. At quemadmodum qui perfecti ſunt, terriculamenta huiusmodi & lora contemnunt: ſic qui in virtute educati ſunt, beſtiarum incurſus minimè formidant. Siquidem Adæ, priuſquam peccaſſet, aſſiſtebant beſtiæ obſequium proſtantes. Et rurſum, ipſum Noë ingrediendem arcam, leo, pardus, & reptilium atrociffima quæque, ouium more, ſequebantur. Et Danieli aderant leones, qui alioquin famelici, accedere tamen ad eum non audebant, eò quod in illo characteres diuinam imaginem præſerentes conſpicerent. Idem viperæ, quæ dentes iniecerat in manum Apoſtoli, cum nihil peccato tenerum aut molle in eo reperiſſet, mox reſiliit, & in ignem ſe coniecit, ſupplicium quodammodo de ſeipſa ſumens, quod corpus ſibi nullatenus conueniens, adorta eſſet. Nos autem ideo beſtias formidamus, quia virtutem negligimus.

EVCHERIVS in Geneſim libro primo, capite ſeptimo.

Hinc per Prophetam dicitur; Ego Dominus faciens pacem, & creans malum. Creare ſe mala Dominus inſinuat, dum bona, condita peccatoribus in flagellum format: vt ea ipſa & per dolorem quo feriunt, delinquentibus mala ſint: & per naturam qua exiſtunt, bona. Ifa. 45.

a. Quod fidei demonstrationes eſſe poſſunt.

BASILIUS loco aſſerto.

Fidei ſanè demonstrationes ſunt ipſe ſerpens. Conſidis in domino? Super aſpidem, & baſilicum ambulabis, & conculcabis leonem, & draconem: atque habes poteſtatem ex fide ambulandi ſuper ſerpentes, ac ſcorpiones. An non vides viperam illapſam manui Diui Pauli, avertentia ligna, vel ſarmenta colligentis, nihil illi pernicitatis detrimenti impreſſiſſe, propterea quod fidei plenum inuenit? Quod ſi fide careas, haud ſeram potius exitialem, quàm eā qua præditus es, fidei vacuitatem, tute tibi metuere velis, qua te iam cuius interuentione, & corruptele expoſuiſti. Pſal. 90.

Gloſſa locupletata nonnulla ex his decerpiſit.

AMBROSIVS Hexæmeron libro ſexto, capite ſexto.

Paulum monordit viperæ, & putabant eum quaſi peccatorem vix de naufragio ſeruatum veneno eſſe moriturum: ſed poſteaquam inuiolabilis permaſit, excuſſa in ignem viperæ, plus apud intuentes veneracionis inuenit.

Anno Mūdi
primo.
Die sexta.

Et vidit Deus, quòd bonum.

Etiam animantia noxia.

- a. Ad demonstrandam Dei misericordiam, quòd in solitudinibus ea versari statuerit, & non nisi nocte exire.
- b. Ad ministranda medicamenta.

Mart. 16.

inuenit. Sed & ipse Dominus ad omnes ait; Qui crediderit, & baptizatus fuerit, hic saluus erit: qui vero non crediderit, condemnabitur. Signa autē ei edentium hæc dixit fore, ut serpentes manu mulceant, venena his atque omne mortiferum, etiam si biberint, nocere non possint. Tua igitur tibi magis incredulitas o homo, quam venena metucnda serpentium sunt. Time igitur illa, ut saltem dum formidantur illa, ad fidem prouocare te possint. Quòd si Deum non times, vel vlticia perfidie venena formides.

CHRYSOSTOMVS Commentarijs in psalmum centesimum quadagesimum octauum.

Quando ergo videris leonem, quando videris serpentem, in mentem reuoca quæ in sacra narrantur historia, & hæc exhibebunt tibi non paruum Philosophiæ argumentum. Fac quoque in mentem tibi redeat Daniel, quomodo postquam ad antiquum reuersus est imaginem, contemptui illi erant terribiles bestie: quemadmodum & Paulo vipera: nec paruum hinc colliges animi studium, curam, & diligentiam.

PROCOPIVS Commentarijs in Genesim.

Nemo incuset Deum, quòd venenata, & lethifera animalia creauit: nostram enim incredulitatem non mirabiliuant. Si omnis spes tua & fiducia in solo Deo tibi sita est, super aspidem & basiliscum incedes: & calcabis leonem & draconem, quemadmodum magnus Paulus, qui nihil mali accepit ex maleficæ vipere morfu. Si incredulus fueris, non bestiam time, metue tuam incredulitatem, propter quam obnoxius es omni perditioni.

a. Ad demonstrandam Dei misericordiam, quòd in solitudinibus ea versari statuerit, et non nisi nocte exire.

CHRYSOSTOMVS Enarratione in psalmum centesimum quadagesimum octauum.

Cum his autem aliunde quoque possumus in his admirari prouidum Dei consilium, & constitutionem. Quodnam? Quòd his assignauit loca remota ab vrbibus, nempe solitudines: & cum sint adeo terribiles, non versantur in ciuitatibus, nec irruunt in eos, qui in illis habitant, sed eis placet solitudo, & ea contenti sunt, cum Deus ab initio hoc eis assignauerit, ut locum aptum in quo degerent. Quando enim tu dormis, illa peruadunt solitudinem. Quod etiam Propheta alibi ostendit sic dicens; Posuisti tenebras, & facta est nox: in ea pertransibunt omnes bestie syluæ.

Psal. 103.

Hæc eadem dixit de cetis, & ingentibus piscibus supra.

THEODORETVS quæstione decimo octaua in Genesim.

Deus socordiam etiam hominum curam agens, eas in remotiora loca relegauit, & ijs nocturnum tempus ad escam querendā largitus est. In ipsa enim nocte (ait) pertransibunt omnes bestie syluæ. Reptilibus vero antra terre præbuit, ut in eis latentia humano generi non noceant.

b. Ad ministranda medicamenta.

GREGORIVS Nyssenus Philosophiæ libro primo, capite quinto.

Quòd si non omnia nostris necessitatibus ancillentur, sed homini nocent quedam, considerandum, hæc ijs vsui esse, quæ in famulatum, & conuenienter creata sunt, ut eorum creationi desit nihil, quæ generari decens erat. Sed neque horum vsus omnifariam hominum effugit intelligentiam, immo venenosa ad propriam homini conducunt utilitatem. Vtitur enim eis in medelam ab ipsis inflictæ lesionis, & ad aliarum egritudinum sanationem. Tales quedam sunt theriacæ vocatæ compositiones, quas ratio adiuuenit, ut per huiusmodi & his dominetur, & ab eis veluti possessis hostibus adiuetur. Innumeras autem homo contra hæc virtutes habet à Conditore tributas, quæ cohibere, defendere, & insidias eorum corrigere queunt. Nam alia quidem alijs indigentibus conueniunt, generatim autem omnia ad hominis medelam conferre nata sunt, etiam utilitatis alijs expertia. Et hæc quidem de præsentis nostre vitæ constitutione dicta sint.

CHRYSOSTOMVS Homilia septima in Genesim.

Et vidit Deus quòd bona. Vbi nunc sunt qui dicere audent; Quare feræ, quare reptilia creata sunt? Audi-

diant

Anno Mūdi
primo.
Die sexta.

Et vidit Deus, quòd bonum.

Etiam animantia noxia.

- a. Quia ad incunditatem.
- b. Vel quia valent ad excitandos nos, ut Deum inuocemus.
- c. Aut quia exemplis ipsorum instruitur homo.

diant diuinam Scripturam dicentem; Et vidit Deus quòd bona. Dic, obsecro, ipse qui creauit, laudat factas & tu audes reprehendere? Quanta hoc fuerit insania? Et post. Proinde sicut in arboribus, ita & in animalibus, alia quidem ad cibum nostrum pertinent, alia ad ministerium. Ferarum item & reptilium genera non paruum nobis præstant utilitatem. Et si quis vellet sapienter cognoscere, inueniet etiam nunc, cum principatu eorum ob primi parentis inobedientiam destituti sumus, magnam ex eis nobis utilitatem prouenire. Multa enim inde colligunt Medici, quæ ad nostrorum corporum medicinam, & sanitatem conducunt. Alioquin etiam quid nocenti ex ferarum productione, quando sicut domestica animalia, sub potestate futura erant hominis non multò post formandi? Hoc enim nunc disco, ut discas omnium Domini supereminentem misericordiam, quam erga nostrum genus declarat.

THEODORETVS Quæstione decimo octaua in Genesim.

Præterea & ad alia bestia non sunt nobis inutiles. Nam ex eis Medici pharmaca non pauca componunt, ad morbos propulsandos. Ne quis igitur bestijs per se consideratis, de creatore conqueratur: sed utilitatem inuestiget. Siquidem ipsum etiam corpus humanum, quamuis formosum, temperatum, & varia partium utilitate præditum, mucro tamen & stulto, ac fatido stercore non caret. Nullus tamen sane mentis ex his animalibus vituperat. Neque enim absque his agere vitam potest, sed per hæc firmum est, & vegetum. Siquidem eget pituita, sanguine, & vtraque bile. At quemadmodum per hæc consistit: sic per eadem dilabitur. Vnus enim horum excessu, aut defectu, enecatur animal.

a. Quia ad incunditatem.

DAMASCENVS Orthodoxæ Fidei libro secundo, capite decimo.

Eduxit etiam & Mundi opifice mandante, omnimoda genera animalium, reptilium, ferarum, cicurum, ac peccorum, vniuersa quidem ad hominis opportunam utilitatem. Sed horum hæc ad cibum, ut ceruus, oves, capreas, & huiusmodi. Hæc ad ministerij vsum, ut camelos, boues, equos, & asinos, & id genus: illa vero ad voluptatem, ut simias, & auium picas, & psittacos, & similia. Et plantarum & herbarum hæc quidem fructifera sunt, & esui accommodatæ: hæc odoriferæ, & floridæ, nobis ad delectationem tributæ, ut rosa, & huiusmodi: hæc ad membrorum curationem. Non est enim animal, aut planta, in qua operationem quandam hominum vsui conducantem, non imposuerit conditor rerum, ac opifex.

Dionysius Carthufianus Enarratione in Genesim articulo quartodecimo, hæc non suppresso auctoris nomine adnotauit.

b. Quia valent ad excitandos nos, ut Deum inuocemus.

THEODORETVS loco asserto.

At ne bestias, velut ab his prorsus illæsi, contemnamus, quasi nullarum sint virium, nonnunquam permittit Deus duos aut tres à multis millibus (prout sapientissimè nostra dispensat) vel à scorpionibus pungis, aut à serpentibus morderi: ut nos veriti, ne quid simile patiamur, Deum creatorem in auxilium inuocemus, obsecrantes, ut illa omnium malorum depultrice prouidentia nos tueatur.

DAMASCENVS Orthodoxæ Fidei libro secundo, capite decimo. Verùm quoque neque tunc inutilis fuit ferarum natura illum terrificans, & ad inuocationem Dei, qui illum fecerat, adducens.

c. Quia exemplis ipsorum instruitur homo.

PROCOPIVS Commentarijs in Genesim.

Si quis attentius rimetur, quanta utilitas insit brutis animalibus, inueniet huius mansuetudinem & clementiam, nostram reprimere feritatem, furorem: alterius curam & sedulitatem, nostram excitare negligentiam. Quedam animalia temperantiam colunt, quedam parentibus honorem deferre sciunt. Et ut breuiter, quid sentiam, explanem, semper à vilioribus, is qui ad imaginem Dei formatus est, docetur, & ad diligentiam incitatur.

PETRVS

Anno Mūdi
primo.
Die sexta.

Et vidit Deus, quòd bonum.

Etiam animantia noxia.

- a. *Quòd carnifices sint criminoforum, vt infernus Dæmonum.*
b. *Quia eorum sæuitia nobis inferni pœnam præmonſtrat.*

P E T R V S Comestor has tres causas simul complexus est Historiæ Scholasticæ capite octauo.

Queritur quoque de nociuis animantibus, si creata sunt nocua, vel primò miria, post facta sint homini nocua. Dicitur, quòd ante peccatum hominis fuerunt miria, sed post peccatum facta sunt nocua homini tribus de causis: propter hominis punitionem, correctionem, instructionem. Punitur enim homo cum læditur his, vel cum timet lædi, quia timor maxima pœna est. Corrigitur his, cum scit ista sibi accidisse pro peccato suo. Instruitur admirando opera Dei, magis admirans opera fornicarum, quam onera camelorum. Vt cum videt hæc minima sibi posse nocere, recordatur fragilitatis suæ, & humiliatur.

a. *Quòd carnifices sint criminoforum, vt infernus Dæmonum.*

R V P E R T V S Commentarijs in Genesim libro primo, capite quinquagesimo sexto.

Ceterum quia præscientiam eius, qui fecit quæ futura sunt, nec illud latebat, quòd alius, id est homo, siue Diabolus facturus erat, non mirum si truces homini peccatori bestias, & venenata præparauit animalia, qui infernum quoque futuris Dæmonum, vel hominum peccatis præparauerat.

b. *Quia eorum sæuitia nobis inferni pœnam præmonſtrat.*

B E D A libro de sex dierum Creatione.

Aut propterea ista animalia venenosa creata fuerunt ad terrendum hominem: quia Deus præuidebat eum peccantem, vt intelligeret pœnas infernales, quia alibi dicit; Vt ermes eorum non moriuntur, & ignis eorum non extinguitur.

Et Quæstionibus in Genesim hæc ipsa rememorat.

A U C T O R.

Collegi ego has causas, quarè animantia noxia possint non immeritò bona appellari, easque coaceruauit ita confusè, quemadmodum à Patribus etiam indistinctè, & sparſim traditæ sunt. Possimus tamen, si volumus, eas in ordinem redigere. Sed primò hoc statuamus, animantia quæque etiam noxia, & inutilia, non posse esse nisi bona, cum à Deo optimo condita sint: quamuis ingenij humani perspicacitas bonitatis rationes, seu vtilitates non percipiat, vt dixere Augustinus, & Thomas. Porro animantium istorum bonitas attendenda est secundum triplicem rationem: vel respectu Mundi, vel Dei, vel nostri. Si respectu Dei bonitas ista perpendatur, bona sunt hæc animantia ad demonstrandam eius sapientiam, cum tot generum animantium cõdiderit, & tamen omnia in numero, pondere, & mensura; ad indicandam potentiam, quòd bestiarum genera tam vasta potuerit uerbo solo efficere; ad declarandam eius misericordiam, cum in solitudinibus, & remotis locis ea versari iusserit, & noctu duntaxat uagari; ad indicandam eius iustitiam, cum hæc noxia & terribilia animantia, sint veluti Dei flagellum, uel tanquam carnifices, siue ut præfens infernus, quibus criminofos, & facinorofos homines torquet, flagellat, & punit. Ceterum si respectu Mundi eorum bonitatem consideremus, profectò etiam pernicioſa & superflua, Vniuersi cõplent integritatem: species enim sunt sicut numeri, ex quibus si aliqua deesset, Mundus Vniuersum dici nequiret. Bona tandem sunt hominis respectu, quòd ipsi maxima ferant iuuamenta, tum animo, tum corpori. Nam quantum ad animam spectat, intellectu profunt, cum fidei demonstrationes sint; Sancti nanque fidei dono muniti, horum animantium sæuitiam

Animantia etiam noxia bona sunt.

Bonitas noxiorum animantium, secundum triplicem respectum.
Respectu Dei.

Respectu Mundi.
Respectu nostri.
Iuuamento sunt, & animo, & corpore.

Et vidit Deus, quòd bonum.

Etiam animantia noxia, quanquam sibi inuicem noceant.

- a. *Quòd non ratione peccati, siue exercitationis, sed diuina prouidentia id faciant.*
b. *Vel quia id sibi naturale sit, utpote quæ tantum sensu pollent, & discretionem rationis non habent.*
c. *Cum nos doceant quantum pro salute spiritali, & sempiterna insudare debemus.*

tiam cohibentes, nobis certitudinem præstiterunt ipsius fidei, certosque nos reddiderunt, posse & nos eorum immanitatem non timere, si certam in Deo fiduciam habuerimus. Profunt & affectui, cum nos vel deterreant, ut corripiamur, uel accendant, ut ad Deum confugiamus; & cum ex eorum naturalibus affectionibus, & proprietatibus, documenta accipiamus, quibus vitam instituamus. Tandem & corpori sunt bona, proficuaque, cum eidem vel escam, vel medicamenta, vel indumenta abunde subministrant.

a. *Quòd non ratione peccati siue exercitatione virtutis, sed diuina prouidentia id faciant.*

A V G V S T I N V S de Genesi ad literam libro tertio, capite decimo sexto.

Dicit aliquis, Cur ergo inuicem bestie nocent, quibus nec peccata vlla sunt, vt vindicta ista dicatur, nec vllam recipiant tali exercitatione virtutem? Ideò nimium, quia scilicet aliæ cibi sunt aliarum: nec rectè possumus dicere, non essent aliæ quibus aliæ vescerentur. Habent enim omnia quandiu sunt, mensuras, numeros, & ordines suos, quæ cuncta meritò considerata laudantur, nec sine occulta pro suo genere moderatione pulchritudinis, temporalis etiam, ex alio in aliud tranſeundo, mutantur. Quòd etsi stultos latet, subluceat proficientibus, clarum perfectis est.

E V C H E R I V S Commentarijs in Genesim libro primo.

Queritur adhuc, etsi nobis pro peccato nocent, quare sibi inuicem nocent? nisi quia aliæ in cibum sunt aliarum datæ: Omnia in suo genere pulchra sunt, quamuis nobis pro peccatis videantur aduersa.

B E D A Commentarijs in Genesim.

Si autem dicat aliquis, Cur sibi inuicem nocent? Et dicimus, quia fortasse aliæ alijs data sunt, vt illis vescerentur.

G L O S S A Ordinaria, ex Augustino.

Bestie tamen bestijs nocent, quæ peccatum non habent, vt nec vindicta dicatur, nec tali exercitio recipiant virtutem. Sed aliæ sunt cibis aliarum, nec ideò rectè non essent, quibus aliæ vescerentur. Habent enim omnia quandiu sunt, mensuras, numeros, ordinesque suos, quæ cuncta meritò considerata laudantur.

b. *Quòd id sibi naturale sit, utpote quæ tantum sensu pollent, & discretionem rationis non habent.*

B E D A libro de sex dierum Creatione.

Quamobrem bestie inter semetipsos nocent, dum de originali peccato non habent unde eis vindicta tribuatur, vt beatus Augustinus dicit, quòd bestie in genere suo conciuies sunt: & quando vident bestiam de ciue aliorum, statim inter se litigant, quia animalia viuunt, & sentiunt: arbores autem, sicut diximus, viuunt, & non sentiunt: homo verò viuunt, & sentit, & intelligit, quia habet discernendi discretionem inter bonum & malum.

c. *Cum nos doceant, quantum pro salute spiritali, & sempiterna insudare debemus.*

A V G V S T I N V S de Genesi ad literam libro tertio, cap. sextodecimo.

Et certè omnibus talibus inferioris creaturæ motibus præbentur homini salubres admonitiones, vt videat quantum sibi satagendum sit pro salute spiritali & sempiterna, qua omnibus irrationalibus animantibus antecellit, cum illa videat à maximis elephantis vsque ad minimos vermiculos pro salute corporali & temporali, quam pro sui generis inferiore ordinatione sortita sunt, siue resistendo, siue cauendo

Anno Mūdi
primo.
Die sexta.

Anno Mudi
primo.
Die sexta.

Et vidit Deus, quòd bonum.

Quoniam cadauera mortuorum dilacerent.

- a. Quòd parum interfit, cum per resurrectionem reformanda, & inde nullum horridum genus mortis pertimescere ediscamus.

agere quicquid valent: Quod non apparet, nisi cum quaedam refectionem corporis sui ex aliorum corporibus quaerunt, alia se vel repugnandi viribus, vel fugae praesidio, vel latebrarum munimine tuentur. Nam & ipse corporis dolor in quolibet animante magna & mirabilis animae vis est, quae illam compagem ineffabili permissione vitaliter continet, & in quandam sui moduli redigit unitatem, cum eam non indifferenter, sed, ut ita dicam, indignanter patitur corrumpi, atque dissolui.

- a. Quòd parum interfit, cum per resurrectionem reformanda, et inde nullum horridum genus mortis pertimescere ediscamus.

AVGVSTINVS loco asserto.

Illud fortasse aliquem moueat, si animalia noxia viuos homines aut penaler legunt, aut salubriter exercent, aut vtiliter probant, aut ignoranter docent, cur in escas suas dilacerant etiam corpora hominum mortuorum? Quasi verò quicquam interfit ad nostram vtilitatem, ista caro iam exanimis in naturae profunda secreta per quos transitus eat, vnde mirabili omnipotentia Creatoris reformanda rursus eruatur: quoniam & hinc fiat quaedam prudentibus admonitio, ut se ita commendent fidei Creatori, omnia maxima & minima, occulto nutu administranti, cui etiam nostri capilli numerati sunt, ne propter inanes curas exanimatorum corporum suorum vlla genera mortium perhorrescant: sed pie fortitudinis neruos ad omnia preparare non dubitent.

GLOSSA ex Augustino.

Illud etiam mouet. Si animalia noxia viuos ledunt penaler, exercent salubriter, aut ignoranter docent, cur in escas mortuos lacerent? Quasi quicquam interfit caro iam exanimis per quos iam transitus eat, quae mirabili potentia est reformanda. Quamuis & hinc doceatur, propter inanes curas exanimatorum corporum suorum nulla genera mortis esse horrenda. Sic quamuis & hinc fiat quaedam prudentibus admonitio, ut ita se commendent Creatori, omnia maxima & minima occulto nutu administranti, cui etiam nostri capilli numerati sunt, ne propter inanes curas exanimatorum suorum corporum vlla genera mortis perhorrescant: sed pie fortitudinis numeros ad omnia preparare non dubitent.

PETRVS Comestor Scholasticae Historiae capite octauo.

Sed si iterum dicitur, quòd etiam in mortuos homines seruiunt: sed in his instruitur homo, ne aliquod genus mortis horrescat, quia per quoscunque transeat meatus, nec capillus de capite eius peribit.

Hae, & confimiles interpretationes declaratione non indigent. Bona quippe & optima possunt dici cuncta animantia noxia, & carniuora, quae quodvis obuium dilacerant, ut cibum fumant: hoc enim eis contulit diuina prouidentia; hoc eis indidit natura. Nec ob id tum diuina prouidentia, tum natura eorum vituperanda est; cum cuncta fecerit Deus in pondere, numero, & mensura: Quinimò ex hoc ediscere debet homo, quanta diligentia & sollicitudine spiritualement vitam & sempiternam custodire debet, si animantia haec pro uita hac sensili tantum decertant. Nec ob id etiam homo turbari, quòd brutorum quandoque esca sit. Primò, quia certus est corpus suum, siue in escam bestiarum transeat, siue corrumpatur, vel putrescat, & à vermibus uoretur, iterum resurrectione esse reformandum, & ad meliorem conditionem redigendum. Quinimò ex hac mortali calamitate, duo potest ediscere homo & animaduertere. Primum, ut se Creatori commendat, cui non modò uita, sed et capilli nostri numerati sunt. Alterum, ut nullum genus mortis perhorrescat, sed fortitudine se ad omnia accingat. Haec sunt, quae uoluit Augustinus.

Quòd

Anno Mudi
primo.
Die sexta.

Et vidit Deus, quòd bonum.

Nec benedixit.

- a. Quòd animantibus, quae affectu gignunt, una sufficeret benedictio; repetit attamen eam in homine, ne connubio inesse peccatum arbitraremur.

- a. Quòd animantibus, quae affectu gignunt, una sufficeret benedictio; repetit attamen eam in homine, ne connubio inesse peccatum arbitraremur.

AVGVSTINVS de Genesi ad literam libro tertio, capite tertio decimo.

Item quaeritur, quid tantum aquarum animalia de Creatore meruerint, ut sola benedicerentur sicut homines? Nam & ipsa benedixit Deus, dicens; Crescite, & multiplicamini, & implete aquas maris, & volatilia multiplicentur super terram. An in vno creaturae genere dicendum fuit, ut in ceteris consequenter intelligeretur, quae generationibus crescunt? Et Post. Vbi propagandae prolis inesset effectus, ibi primum hoc dixit, ut in terrenis animalibus etiam non dictum intelligeretur? Necessarium autem fuit hoc in homine repetere, ne quisquam diceret in officio gignendi filios, vllum esse peccatum, sicut est in libidine, siue fornicandi, siue ipso coniugio immoderatus abutendi.

IVNILIUS in Hexameron.

Quaeritur meritò, quare non & hic addatur illud, quòd dictum est de eis, quae aquae produxerant, animantibus: Benedixitque eis, dicens; Crescite, & multiplicamini, & replete terram. An fortè, quòd de prima creatura animae uiuentis dictum à Deo commendauerit, etiam de secunda nobis subintelligendum reliquit? Et maxime, quia in huius diei operibus plura erat alia subiuncturus. Porro de homine factio hoc necessarid iterare curauit, dicens; Benedixitque illis Deus, & ait; Crescite, & multiplicamini, & replete terram. Ne quis honorabili connubio inesse peccatum, thorumque feditati, ac fornicationi putaret comparandum.

BEDA libro de sex dierum Creatione, de piscibus loquens ait.

Benedixitque illis, dicens; Crescite, & multiplicamini. Quare ista animalia benedictionem accipere meruerunt sicut homo? Id ut intelligamus, istam benedictionem in ceteris animalibus permanere.

GLOSSA Ordinaria haec eadem habet.

Quaeritur quare hic non sit additum, quòd dictum est de animalibus aquarum: Benedixitque eis Deus, dicens; Crescite, & multiplicamini, &c. Fortè quòd de prima creatura animae uiuentis dictum erat, de secunda subintelligendum reliquit, maxime quia in huius diei operibus alia plura dicturus. Herbas autem atque ligna, quia non habent generandi affectum, huius benedictionis forsitan indigna iudicauit. Quòd necessarid repetitum est in homine: ne quis putet, in officio gignendi filios esse peccatum, sicut in fornicatione, siue coniugio.

PETRVS Comestor vbi supra.

Crescite, & multiplicamini, etiam de his intelligendum est, licet non sit dictum. Haec est enim communis causa creationis eorum.

D. THOMAS prima parte, quaestione septuagesima secunda, ad quartum.

Dicendum, quòd benedictio Dei dat virtutem multiplicandi per generationem. Et idè quòd positum est in aibus & piscibus, quae primò occurrunt, non fuit necessarium repeti in terrenis animalibus: sed intelligitur. In hominibus autem iteratur benedictio, quia in eis est quaedam specialis multiplicationis ratio, propter complendum numerum electorum: & ne quisquam diceret, in officio gignendi filios vllum esse peccatum.

CAIETANVS Commentarijs in Genesim.

Aduerte, quòd ex industria Moses omittit benedictionem animalium irrationalium terrestrium, ad insinuandum, quòd non assumpsit prouinciam singula singillatim explanandi: sed multa mittit ex industria, quae tamen ex manifestis percipi à sapientibus possunt.

22 2 vel

Anno Mūdi
primo.
Die sexta.

Et vidit Deus, quòd bonum.

Nec benedixit.

- a. *Vel quòd serpens mox esset maledicendus.*
b. *Vel quia benedictio collata sexto die, non tantum hominibus, sed animantibus eo die conditis est communicata.*

a. *Vel quòd serpens mox esset maledicendus:*

STEVCHVS in Cosmopæia, Rabbini Hebræis hanc ascribit interpretationem.

Etsi multa indignè, ac superstitiosè per omnes sacros libros comminiscuntur, à quorum commemoratione abstinere calumniam certum est, iā hoc fortasse non omnino fabulantur: Ideò marinas belluas benedictas, non terrestres, quòd in his esset callidus serpens, paulò post maledicendus.

b. *Vel quia benedictio collata sexto die, non tantum hominibus, sed animantibus eo die conditis est communicata.*

CATHERINVS Enarratione in Genesim.

Quæri à quibusdam solet, cur hæc bestia terræ non ita benedicatur, sicut pisces & aues. Huic quæstioni responderi potest, sub hominis benedictione hanc bestiari benedictionem comprehendendi, cum & ipsi homines sint animalia, immò etiam animalium domini, præsertim terræ. Vnde in hominis benedictione adiectum fuit, ut dominaretur omnibus animalibus, etiam terræ. Quamobrem necessario intelligitur huiusmodi animalia conservari in sua specie debuisse, quibus præcipue homo esset dominaturus, & sic in hominis benedictione includitur eorum benedictio. Alias non possent in suis individuis, cum sint mortalia, permanere. Scio hanc quoque rationem ad pisces, atque volucres accommodari posse, quoniam pariter sub hominis assignantur imperio. Verim postquam illa habuerunt proprium suæ productionis diem, suam itidem propriam benedictionem habere debuerunt. Neque enim cum homine tantam habent communionem, cum non sint animalia terrestria, quantum illa, quæ sexta die creata sunt.

A V C T O R.

Reijcerem ego primo loco hanc Catherini causam, & sententiam. Arbitror enim animantia terrestria minus posse cum homine, quam cum aibus, & piscibus connecti. Non potest siquidem homo terrestribus copulari, nisi ratione generica, & remota. Porro animantia terrestria, uolatilia, & natatilia adeo sibi inuicem proxima sunt, ut æquè animalia sint rationis expertia, & sensu prædita. Nec ualerat ratio Catherini, qua asserbat in benedictione hominis comprehendenda etiam terrestria, quia homo rex est, & Dominus terrestrium animantium. Non ualerat inquam, quia eadem de causa, nec pisces, & aues debebant benedici, sed in hominis benedictione intelligi, cum homo rex, & Dominus eorum esset pari modo sancitus. Nutat etiam altera eiusdem ratio, quæ dicebat, unica complectenda esse benedictione homines & terrestria, quoniam eodem die condita sunt: quia adhuc superest maior ratio discrepantiæ inter hominem, & bruta, quam sit conformitas temporis creationis, nempe quòd ea irrationalia sint, & mortalia, homo autem immortalis, & intelligentia insignitus. Deinde maximè etiam est ponderandum, quòd expleta effectione animantium, dictum sit; Vidit Deus, quòd bonum, ac postea hominem plasmarit. Seiunxit enim hæc duo Deus, tanquam maximè inter se remota, adeò ut quæ dicuntur, & fiunt in effectione unius, alteri competere noluerit. Præterea animaduertendum, quòd benedictio homini impertita, plura secum ferat, includatque, quæ terrestribus animantibus conuenire nequeunt. Potest utique ea benedictionis pars competere animantibus, in qua dicitur; Crescite, & multiplicamini, & replete terram: sed non potest eisdem congruere altera quæ sequitur; Et subiicite eam, & dominamini piscibus maris, & uolatilibus Cœli, & eun-

Animantia terrestria minus connectuntur cum homine, quam cum piscibus vel aibus cœlia Catherini. Soluuntur rationes Catherini.

Benedictio homini largita non potest in uniuersum animantibus conuenire.

ctis animantibus, quæ mouentur super terram. Hæc enim brutis non sunt concessa. Insuper benedictio illa singularem fecunditatem prolis, qua complendus erat numerus electorū, donabat, & impertiebatur, ut egregiè senserūt Augustinus, Thomas, & alij; non poterat igitur terrestribus animantibus conferri, cum bruta non sint perpetuæ beatitudinis capacia. Hebræorum sententia, qua asserbant, benedicta non fuisse terrestria, quia serpens mox maledicendus erat, nulla est. Primum siquidem, non est adhuc exploratum, num maledictio ea in serpentem, an potius in Diabolum, qui in eo mulierem blanditijs deceperat, prolata fuerit: deinde quid secum tulerit ea maledictio, necdum est diffinitum, & mihi suo loco hæc fufius disceptanda erunt. Amplius, Dei mos non est, ex sola præscientia sua, bonum alicui ante ipsius demeritum præripere, & subtrahere. Accedit, quòd si ratio ista ualere, nec homo benedicendus erat, quoniam mox propter inobedientiam maledicendus esset. Quapropter superest, ut Augustini, & electorum causam magis propriam, & ueram dijudicemus: asseramusque Deum benedictionem unam tam animantibus, quam piscibus, & aibus elargitus fuisse; tum quòd ea essent æquè rationis expertia, tum quòd coitione pariter gignerent, tum etiam quòd ex multiplicandæ prolis insito affectu, pariter omnia ad congressum raperentur, tum quòd uel bina tantum, uel pauca profus, in unoquoque genere tam animantium, quam piscium, ac auium indiuidua primò creauit Deus: tum denique quòd ad perennitatem, ubertatemque specierum suarū, ut omnibus numeris absolutum esset uniuersum, omnia æquè destinarentur. Benedictione autem mox piscibus, & aibus productis contulit, nec post formationem animantium distulit, ut primò illud benedictione cohonestaret, quod primo in hoc genere emanarat, & quod condita quinto die piscium & auium genera essent in maiori numero, quam terrestria, & quòd facilius consequenter intelligebatur de posterioribus id, quod dictum fuisset de antecedentibus, quam acciperetur de præcedentibus id quod dictum fuisset de posterioribus. Repetenda autem erat benedictio homini, quoniam homo longè præstantioris erat & eminentioris naturæ, quam animantes, cum ad imaginem Dei conditus sit, intellectu insignitus, & immortalitate cohonestatus. Et quia non ex sensus affectu, sed deliberata ratione ad prolem ducatur, ut in officio gignendi filios omnis tolleretur peccati suspicio, ijs inquam, qui legitimo matrimonio piè incumbunt, ut dixit Augustinus. Rursum, quia benedictio ea in gratiam electorum, ad gloriam, ac deitatem quandam promouendorum, est communicata. Vnde non iniuria Procopius inquit; Verum animalia nequaquam ut homines spiritali beantur benedictione: sed illarum benedictio pertinet tantum ad sobolem procreandam, quæ sit generis successione. Tandem, quoniam præstantissima hominis benedictio ampliora munera, ipsique soli propria, ac præcipua complectebatur, ut terræ dominium, ac in omnia animantia imperium. Hæc sunt, quæ ex Patribus haurire potui, & breuissimo epilogo exponere.

En igitur absolutū præclarum huius Mundi opificiū. En igitur, quomodo surreximus & descendimus in domū figuli, conspeximusque ipsum congesisse opus suū super rotā; Deū, inquam, cunctarū rerum, tam supernarum, quam infernarum, factorem super rotā Verbi æterni patrasse vas istud mirificum Mundi. En argillam, seu massam chaos illius pallentis & inconditi in manibus omnipotentis eius præassumi atque formari, intuiti sumus. En candescens lucem expansam prima die, Cœlorum inconcussam firmitatem extensam altera, terram libratam in centro, maria, lacus, flumina, fontes eruptos tertia, germina, herbas, olera, arbores, plantas virore redimitas, folijs, floribus, fructibusque gemmatis, productas eadē tertia conspeximus. En candescens, fulgentiaque infra quarta, natantes pisces, & pennatos volitantes, quinta; tandem ubique vagantia animantia sexta emanasse spectauimus. En absolutū, & omnibus numeris cumulatum, refertumque Mūdi Theatrum videmus. Quis non summa afficietur lætitia? quis non animo ad glorificandum factorem Deum exurget? quis ad gratias referendas quotidie non regredietur? eò maximè quòd hac nostra tempestate, quæ Mundi forsā senecta est, vigescentem Mūdum ceu modò promanantem cōspiciamus. Siquidem nec in contrarias qualitates elementa prisca, ex quibus res omnes esse concretas agnouimus, mutata sunt, nec machina huius Mundi parte aliqua est relaxata, seu dissoluta, nec Cœlum primigenij

Hebræorum sententia infelicitur.

Probatur Augustini opinio.

Cur piscibus aibus, & terrestribus animantibus una tantum sit data benedictio.

Cur benedictio donata est statim piscibus & aibus ante formationem terrestrium. Homo benedictione propria donatus est.

migenij motus moderamen excessit, aut tardius repere, aut præcipiti volutu raptari cœpit, nec astra à suo calle deuiare, nec Sol princeps syderum magis exardescere, seu tepescere potuit, nec Luna reintegrare seipsam, ac veteres nouellasq; formas librata vicissitudine suscipere destitit, nec tùm bruma, tùm æstate, dies noctesque suas leges immutare, perflare ventos, madidaque imbribus reddere arua, serenitate clarescere aërem, nec commendata semina reddere tellurem, frondescere arbores, fruges exhibere consuetas, prolificare animantia, suasq; immortales reddere species vnquam cessarunt, Mundumq; quasi mox manantem atque recenter profolientem præferre: idque Dei factoris atque moderatoris virtute, beneuolentia, & charitate. Eleua igitur oculos homo, theatrum hoc conspice, artificem eius & moderatorem celebrato.

Reliquum modò esset, ut gesta in sexta die prosequerer, & explicarem, sed cùm ea & plurima sint, & maxima animaduersione digna (quæ enim spectant ad hominem, & quæ hac die sexta euenisse creduntur, uix absoluuntur tribus sequentibus capitibus) iamque volumen primum in ingens succreuerit; non mihi vitio vertatur obsecro, si ea in secundum tomum reijciam, tùm, vt ea, quæ ad hominem attinent, & quæ præstantissima sunt, non ita angusta, & concisa oratione proferam; tùm ut alter tomus, qui ab Adam condito exordium sumet, præclaris his, quæ de homine necessariò dicenda erunt, locupletetur, & cohonestetur. Redditis igitur gratijs Deo, & Deiparæ Virgini, cuius intercessione absolutam esse hanc Literalem Glossam agnosco, finem ipsi impono, atq; ad Mysticam me conuerto.



ASCANII MARTINENGI

Can. Reg. Augustiniani Congreg. Lateranensis.

GLOSSA MAGNA
MYSTICA.



De laudibus mystici sensus Præfatio.



SAEPIVS mihi sacras paginas euoluenti, & profundius contemplanti, nulla certè visio ænigmatica in Prophetis, maiori digna admiratione visa est, quàm ea, quæ ab Ezechiele in sua Prophetiæ exordio de rota, quæ erat in medio rotæ, narratur. Quatuor autem hac in visione, meo iudicio, præcipuam contemplationem exposcentia nobis obtulit Propheta: Primum, quòd rota vna esset, quatuorque facies gestaret, & ea arte esset compacta, vt rota extaret in medio rotæ. Alterum, quòd totum illud corpus esset oculis repletum. Tertium, quòd rotæ ipsæ animalia quatuor à Propheta antea recensita sic insequerentur, vt cùm ambularent animalia, proficiscerentur pariter & rotæ iuxta ea, & cùm eleuarentur animalia de terra, eleuarentur simul & rotæ. Postremum, quòd spiritus vitæ esset in rotis. Quis vnquam tanto ingenij acumine, tantavè spiritus fecunditate erit præditus, vt visionem hanc inusitatam & mirificam assequi, penetrare, & declarare audeat? Non ignoro à Patribus plures huiusce loci afferri interpretationes, sed vt mystici sensus laudes, & encomia celebrem, quid ego in hac contempler, exponere non deterrebor. Rota hæc, quæ quatuor habet facies, Scriptura mihi videtur, quatuor insignita sensibus. Nam (vt inquit Glossa in Prothematibus) his sensibus, vt rotis tota Scriptura voluitur. Rota vna est, quia vna litera, sed quatuor facies gerit, quia quatuor diuino afflata spiritu sensus exhibet. Quamuis enim de sensuum generibus diuersas Patres ferant sententias, diuersas quinetiam ipsorum partitiones: omnes attamen quatuor præcipuos sensus nobis conformiter proferunt. Augustinus certè libro de Genesi imperfecto, quatuor modos declarandi Scripturam sacram tradit, nempe secundum historiam, allegoriam, anagogiam,

Ezechielis visio proponitur.

Quatuor in ea consideranda.

Rota est Scriptura, quatuor facies, quatuor sensus.

Cap. 2.

Cap. 3.

Cap. 30.

Epist. 150.

Quatuor sensuum Scripturae qualitas explicatur.

2. Cor. 3.
Ibid.

Rom. 2.

Iudaei non agnoscetes Christum veros spirituales sensus non habebant.

Sensus mysticus quomodo à literali exeat.
Gen. 25.

gogiam, & ætiologiam. Et libro de Utilitate credendi ad Honoratum cumulatius eosmet declarat. Libro autem De vera Religione, rursus allegoriam in allegoricum, tropologicum, & anagogicum sensum partitur. Quamvis autem hæc Augustini lectio bimembris sit, ad quadrimembrem nihilominus redigi potest, si dicamus, sensuum alium esse historicum, & hunc analogicum, & ætiologicum, alium allegoricum, alium tropologicum, & alium anagogicum. Hieronymus in Epistola ad Hedibiam, quæstione duodecima, regulam Scripturarum dixit esse triplicem, quoniam eam intelligere possumus iuxta historiam, iuxta tropologiam, & iuxta intelligentiam spiritalem. Sed si hanc se iunxeris in allegoricam, & anagogicam, partitionem Hieronymi trimembrem ad quadrimembrem redactam habebis. Eucherius verò in libro Spiritualium formularum, quatuor horum sensuum genera clarius & dilucidius proponit, & exponit: quatuor siquidem præcipua diuinorum sensuum genera hæc esse asserit, historicum, tropologicum, allegoricum, & anagogicum. Historica expositio, secundum ipsius mentem est, quæ veritatem nobis factorum, ac fidem relationis inculcat. Tropologica, siue moralis, quæ ad uitæ emendationem mysticos intellectus refert. Allegorica est, quæ gestorum narrationem futurorum umbram prætulisse demonstrat. Anagogica expositio est, quæ ad sacra cœlestium figurarum secreta perducit. Hæc uerò ipsa planius manifestat sumpto de aqua exemplo. Aqua profecto secundum historiam elementarem aquam significat; tropologicè tribulationes, allegorice Baptismum, anagogice insinuare potest æternam beatitudinem. Glossa in Prothematibus hanc sequuta est partitionem, exemplumque consimile tulit de Hierusalem, quæ secundum historiam significat ciuitatem illam inclitam in Iudæa sitam, allegorice Ecclesiam, tropologicè animam, & anagogice cœlestem beatorum Regiam. Vna igitur est rota, sed quatuor facies habet, quia unica litera quatuor sensus præfert. Cæterum quid significat illud, quod sequitur; Et rota erat in medio rotæ, nisi quod sensus mysticus est in sensu literali? Duo siquidem sensuum primordialium sunt genera, literale, & spirituale. Nomenclaturas has nos edocuit Paulus, cum inquit: Litera occidit, spiritus autem uiuificat. Et cum Iudæos uelamen super cor suum ita gestare asserit, ut licet iuxta literam lectiones audirent, spirituales tamen intelligentiam, quæ uiuificat, non assequerentur. Et cum duplicem tradidit esse circuncisionem; alteram iuxta literam secundum carnem; alteram iuxta spiritum, quæ est cordis circuncisio. Porro literalis sensus ipse est historicus; spiritualis uero idem qui & mysticus. Sensus enim, qui ex significatione uerborum usitata, siue metaphorica elicitur, ipse est literalis, & hic, quoniam ut plurimum rerum gestarum est enarratio, historicus etiam appellatur: qui autem non ex uocum significatione, sed ex contemplatione, & significatum ad altiora spirituali translatione desumitur, ipse est spiritualis; qui cum mysterijs diuinis, altissimisque sit refertus, mysticus est nuncupatus. Literalis sensus omnibus notus erat, at spiritualis siue mysticus, non Hebræis quibuscunque, sed tantum Prophetis & Vatis fortè cognitus fuit. Philo in libro, cui titulum fecit, De uera Theorica, hoc genus spiritualis interpretationis apud Esæos tunc temporis religione, & sanctitate multum celebres, usitatissimum fuisse testatur; hosque commendat, ut qui ab exoriente diluculo ad tenebrescentem uesperum dies integros lectioni diuinarum scripturarum impenderent, ut spirituales, allegoricosque sensus depromerent. Philo autem ipse, quantum fuerit horum sensuum studiosus æmulator, ex præclarissimis, quæ supersunt, ipsius ingenij monumentis, conspiciere possumus. Verum cum Christum sacrarum Scripturarum animam, & scopum non agnoscerent, nec sensus quoque spirituales proprios, ueros, elegantesque, assequi eos potuisse, cõsendum est. Mystici igitur sensus auctor, meo iudicio, fuit Spiritus Sanctus, qui donis suis mentes Doctorum illustrauit, ut ad huius sensus celsitudinem eueherentur, altissimasque eis contemplationes suppeditauit, & secreta rerum diuinarum patefecit. Cæterum, si quomodo rota sit in rota, uel, ut melius dicamus, rota exeat à rota, hoc est, sensus mysticus prodeat à literali, intelligere cuperes; reminiscaris quæso Rebecca Isaac uxoris partum: Collidebantur (inquit Scriptura) in utero eius partuli, & ecce gemini in utero eius reperti sunt. Qui prior egressus est rufus erat, & totus in morem pellis hispidus; alter uerò lenis, & plantam fratris manu tenebat. Ille Esau.

Esau appellatus est; hic Jacob. Ille primogenitus, sed hic, ut adoleuit, benedictionem, primogenituramque matris ingenio furripuit. Sed ut quid hæc? Ecce in utero diuinorum uoluminum, sacrarumque Scripturarum, in quibus altissima, & paucis prorsus nota, futurarum rerum mysteria præsignabantur, duo sensus, literalis, uidelicet, & spiritualis colliduntur, cum utriusque de dignitate ad inuicem decertent: sed primò exit rufus, & qui totus in morem pellis erat hispidus, sensus, inquam, literalis, prior egreditur ac prodit, quia natura & origine spirituales antecedit; nam primum, quod intelligimus in scripturis, est ipsa historia: subsequitur deinde mysticus, quanquam dignitate præstātor, quia natura, & serie posterior est; quinimò ex elegantiâ, & claritate historiae, spiritualis contemplationis prodit concinitas & pulchritudo. Si enim literæ sensus perspicuus non est, spiritualis quoque intelligentia dilucida & decora subsequi nequit. Sed attendas precor, quam egregiè literalis sensus conditio in Esau, & mystici in Jacob sit patefacta, & eleganter declarata. Esau rufus erat, hispidus, & rerum terrenarum solertissimus indagator: literalis sensus, maximè in ueteri testamento, tantummodo cruenta bella, comminationes, flagella, tanquam rufus, ira, uidelicet, excandescens, nobis recenset ac proponit: asper est, & hispidus, quia in cortice literæ uersatur, tantumque terræ fluentis lac & mel, terrenarumque rerum ubertatem & affluentiam spondet, ac promittit. Jacob uerò lenis fuit & supplantator: & mysticus sensus cœlesti iucunditate animu lenit, spiritualesque homines supplantatores, hoc est, Mundi contemptores, & aspernatores efficit. Sed quid est, quod Jacob dum egreditur pedem Esau manu obstringit? nisi quia ita sensui literali mysticus est coniunctus, ut quasi uideatur literalis ipsum mysticum educere, & secum trahere. Neque illud misterio vacat, quod simul coniungantur pes Esau, & manus Jacob: porro pede ambulamus, manu autem operamur: itaque ea, quæ litera narratione sua quasi pede incedens nobis prodit, mysticus sensus manu apprehendit, quando ex litera ipsa documenta pro uitæ institutione hauirens, operari pie nos edocet. Tandem & mirificum fuit, quod Jacob benedictionem furripuerit; significabat certè hoc nobis, quod mysticus sensus benedictionem esset adepturus. Ab Isaac Jacob accepit benedictionem, hoc est, hereditatem, muneribus uerò Esau ditatus est: equidem rerum diuinarum largitio & affluentia hæreditas appellari potest; terrenarum uerò ubertas & copia munus nuncupari. Surripuit igitur sensus mysticus benedictionem & hereditatem, quia his, qui Christi fidem amplexi, ac spirituales intelligentias sunt assequuti, & secundum spiritum vitam composuere, collata est à Deo perennis beatitudo, atque æterna felicitas: illis uerò, qui Christum neglexerunt & literalem tantum sensum sequentes, secundum carnem uiuere maluerunt, elargita fuit à Deo in Mundo rerum terrenarum copia, terra fluens lacte & melle, hoc est, humanarum rerum exundantia, & ubertas. Iudæis siquidem, ut literæ emulatores, sua in cœcitate permanentibus, Gentiles, ut spiritu imbuti, ad gloriæ amplitudinem fuerunt asciti. Hæc est igitur rota in rota, seu ex rota, hoc est, mysticus sensus ex litera profiliens. Cæterum & facies quatuor rotæ plenæ sunt oculis, quoniam unusquisque sensus plura nobis impartitur documenta. Vna siquidem in rota sunt quatuor facies, & unaqueque facies pluribus est referta oculis, quoniam in una litera quatuor sunt sensus, ut dicebamus, & in unoquoque sensu plures intelligentiæ, & plura documenta. De Scriptura siquidem dicitur; Extendens Cælum sicut pellem, quia Scriptura sacra Cælum est, quod Dei arcana celat; & quasi pellis extenditur, quando plures nobis subministrat & contemplationes, & admonitiones. Verum cum oculorum alius sit dexter, alius sinister, certè in his rotæ faciebus aderant tum dextri oculi, tum sinistri. Porro ex Scripturarum tropo secundum allegorias oculus dexter is dicitur, quo cœlestia conspiciuntur, sinister uerò, quo mortales ipsi terrena humanaque intuentur: contemplationes igitur meditationesque; à sacra lectione excitate, quibus diuina rimabimur, dextri erunt oculi; documenta uerò atque monumenta ab eadem excerpta, quibus uitam nostram instruere, moresque cõponere ediscemus, oculi sinistri poterunt non iniuria nuncupari. Et beatus qui ex sacrarum paginarum lectione hos oculos sibi coaptare non ignorabit; pulchriores siquidem erunt oculi contemplationum, sed fortè fecundiores oculi operationum. Rachel speciosiores oculos habes pulchrior utique erat, sed iterilior: Lia uerò lippis oculis non ita uenusta, sed fecundior. Rachel typus est contemplatiuæ uitæ; Lia autem actiuæ. Contemplatiuus, quamquam

Esau literalis,
Jacob mystici
sensus ty-
pus.Unusquisque
Scripturae sen-
sus plura nos
edocet.
Psal. 103.Dextri & sinistri
oculi in
Scripturis
quid.Rachel & Lia
contemplati-
uus & acti-
uus.

a a a elegan-

Euangelistae
cur quatuor
animalium
symbolo ex-
primantur.

Malach. 3.

Apoc. 5.

Math. 11.

Veteris testa-
menti nouū
est finis, ad
quem dirigitur.

2. Cor. 3.

Gen. 2.

In mystico
sensu est spiri-
tus vitæ, in li-
terali spiracu-
lum vitæ.

Psal. 76.
Quomodo
in Scripturis
fit uox toni-
trui.

elegāiores, & sublimiores habeat cōtemplationes, sepius tamē sterilis est, quia sine opē
brius sanctis: Actiuus verò, qui documēta meditatur, moresq; secūdū ipsa cohonestat,
& cōponit, seculior sepius euadit & opere & merito. Superest aliud cōtemplatione di-
gnū: Rota ista quatuor animalia ita insequēbātur, vt euntibus illis irēt, stātibz starent,
eleuatis eleuaretur; Neq; hæc maximo sunt destituta mysterio. Animalia hæc quatuor
sacrosancta sunt Euāgelia, quatuor siquidē Euangelistæ insignia horū animalium ferunt,
ex symbolo rerū earū, quæ copiosius & cumulatiū narrarūt. Mattheus, quoniā Messia,
Christum suo in Euangelio præcipuē demonstrat, Angelum habet; Christus enim, vt
Messias, Angelus ille est testamenti, de quo Propheta; Veniet Angelus testamenti, quē
vos vultis: Marcus autē, quia Christi resurrectionem, resurgentisq; gloriam clariū cæ-
teris referat, leonis insignia tulit; quid enim Christus est dum resurgit, nisi leo ille, de
quo Ioannes; Vicit leo de tribu Iuda? Lucas amplius, cum funestam Christi passionē
vberius declarat, cum boue pingitur. Et quis fuit Christus sua in immensi passione, nisi
bos, propter peccata Mundi, ad sacrificium ductus? Ioannes tandem, quoniā Christi di-
uinitatem dilucidiū cæteris nobis prodidit, aquilæ symbolum promeruit. Christus
nanque & Deus & homo, solus veluti aquila in Solis emicantissimū iubar oculorū acie
figere potuit, quia nemo nouit Patrem, nisi filius; solus etiam aquila illa fuit, quæ tu-
lit medullam cedri. Rota igitur, hoc est, antiqua Scriptura, & rotæ in rota, hoc est, sen-
sus omnes, tum literales, tum mystici in veteri testamento, insequuntur animalia; adeo
vt euntibus illis eant, stantibus stent, eleuatis eleuentur: quoniam quæ Euāgelia clarē
edidit de Christo, antiquæ paginæ sub vmbis & figuris præfigurarunt, & quāquam ve-
tus testamentum antiquitate sit præstantius, nouum tamen dignitate adeo est eminenti-
us, vt secū uetus ipsū pertrahat: finis enim ad se trahit ea, quæ sunt ad finem, & anima
secum corpus rapit, Christus autem veteris finis est & anima, testamenti. Superest, &
aliud propositū mysterium contemplantū. Quid est, quod dicit Scriptura; Et spiritus
vitæ erat in rotis, nisi quia in sensibus his, maximē in spiritualibus, vitæ spiritus residet?
litera enim occidit, inquit Apostolus, spiritus autem uiuificat. Spiritus igitur vitæ erat
in rotis; non spiraculū vitæ; sed spiritus vitæ. Duos enim Adamos nouimus in Scri-
pturis: primum & secundum, terrenum vnum, cælestem alterum. Adam primus &
terrenus gestat spiraculum vitæ, nam inspirauit Deus in faciem eius spiraculum vitæ.
Secundus Adā cælestis habet spiritum vitæ, hoc est, spiritū uiuificantē. Spiraculum
vitæ hominem facit terrenū; spiritus autē uiuificans, hominē reddit spirituale. Spiritus
igitur vitæ est in rotis, sed diuersimodē, quoniam in sensu literali spiraculum est vi-
tæ, cum ea narret, ac pertractet, quæ ad hominem, terrenum spectant. In mystico verò
& spiritali spiritus est uiuificans, quoniam mystici sensus ea nobis produnt, quæ ad spi-
ritum, uitamq; attinent spiritualem. Litera siquidē homines constituit terrenos con-
similes Adæ vetusto: spiritus autem, hoc est, sensus spiritualis, Christicolos spirituales
efficit conformes Christo Adæ nouo. Spiritus igitur vitæ est in rotis, quoniam qui mysti-
cis sensibus, & cælestibus contemplationibus delectatur, spiritualis redditur, terrenarū
rerum contemptor, Mundi aspernator, corporis, corporearūq; oblectationum cōcul-
cator, diuinarum rerum emulor, cælestis beatitudinis indagator, animæq; , & spiritus
cultor. En igitur habemus quæ sit rota quatuor gestans facies, qui oculi in rota, quomo-
do animalia ipsa sequantur, & quis sit spiritus vitæ, qui in ipsis resideat. Hæc rota illa est,
de qua Propheta; Vox tonitruui tui in rota. In rota siquidē sacrarū Scripturarū uox est, &
illa vox non exilis est, sed vox tonitruui; quoniā in lectiōne & contēplatione earū uoca-
tio est, & nō uocatio debilis, sed efficax, sicut ingēs est uox tonitruui. Exēplo id demōstre-
mus. Tonitruū fit, cum sicca calidæq; exhalationes ab humidis & frigidis cōprimuntur,
& cōpelluntur. Vnde simul coactæ ne intereant, rapido, circumflexoq; cursu feruntur, &
peruolitant, ut exeant, qua in collisione coruscationes igneæ apparent, sonus ingens au-
ditur, fulgura emittuntur, quæ altissima quæq; conflagrāt & prosternūt, terræ motus ex-
citatur, & imbres ingētes defluūt. Vocatio certē ea, qua peccator ad poenitentia impel-
litur, tonitruui exemplo maximē nobis hoc loco demonstratur & notificatur: tonitruui,
inquam, de quo diximus; Vox tonitruui tui in rota. Dum enim anima Scripturas cōtem-
platur, mysticisque & spiritualibus sensibus incumbit, inter animi affectiones terre-
nas & carnales, desiderium quoddam rerum cælestium exoritur, quod impellēte vento
Spiritus

Spiritus sancti adeo discindit, eliditq; terrenas, carnalesq; animi dictas affectiones, vt
statim cognitio sui ipsius, quasi coruscatio ignea sepius emicet, terror nouissimorū quasi
tonitruum ipsam animā proterat, & dolor quasi fulgur ipsam penetret; ex quibus mox
ardor sanctæ spei, qua veniam à Deo sperat, exardescat, contritio, tāquam terræ motus,
cunctas animæ uires commoueat, & pluuia lachrimarū poenitentia subsequantur, qua
ex sancta conuersione, à morte anima resurgit, iuxta illud; Beatus qui habet partem in
resurrectione prima. Hæc est certē vox tonitruui in rota.

Quas autem sensus mysticus afferat menti iucunditates, quas uē utilitates, non potest
humano explicari sermone: Explicent ij, qui in ipsis versati, cælestes illas delectatio-
nes spiritus sapius degustarunt. Mysticus profectò sensus, flumen illud est ex Paradiso
egrediens, quod aurum defert, & cuius aurum optimum est. Cum enim fons in medio
Paradisi, Scriptura in Ecclesia dici queat, quatuorq; illa flumina affluētia, quatuor sint
sensus, spiritualis certē, ac præcipuē moralis ille est, qui aurum gestat optimum, quoniā
operari nos edocet opera, vitam æternam promerentia. Currus est Eliæ, quoniā sapius
anima ex eius contemplatione diuino amore flagrans, quasi in curru igneo per extasim
ad Cælum rapitur. Vinū est Sponsæ, quod bibit cum lacte suo, adeo vt in contēplatio-
nibus mysticis sæpè ebria reddatur, non sine lacte iucunditatis; Vnde clamat; Bibi uinū
meū cū lacte meo, bibite, & inebriamini charissimi. Manna pariter est sensus mysticus,
quod decidens est Cælo, omne delectamentum, & omnis saporis suauitatem continet;
nam in contemplatione mysticorum sensuum, mens fructus spirituales quoscuque, ac
sapidos percipit. Ros cælestis est, qui in solum descendit Gedeonis vellus, dum in ter-
ra circumiacente ingens ficitas apparet; sola nimirum mens perfunditur contem-
platione illa spirituali à Spiritu Sancto infusa, quam sensus confert mysticus; caro autem,
tunc maxima mortificatione arefcit. Sed quid plura? sensuum certē mysticorum salu-
berrimæ contemplationes animam vegetant, mentem exhilarant, intellectum illustrāt,
ingenium acunt, memoriam cælestibus cogitationibus fecundant, sensus mortificāt,
fidem nutriunt, spem erigunt, charitatem accendunt, prudentiam dirigunt, fortitudinē
augent, iustitiam consolidant, temperantiam confirmant; deniq; cor uiuificant spiritu,
ipsumque charitate exardescere faciunt: In meditatione enim mea, inquit Propheta,
exardescet ignis, hoc est, in symbolicis & mysticis contemplationibus succendetur diui-
nus amor. Cum igitur tanta sit dignitas mysticorum sensuum, tantaq; ex eis iucunditas,
atque utilitas proficiscatur, præstantissimam, iucundissimam, atque saluberrimam mysti-
cam hanc nostram Glossam vnusquisque existimare debet. Exordiamur itaque alacri
animo hanc maximo labore, summisq; vigilijs partam & dispositam Glossam.

*Quo puritatis candore mens sacras Scripturas adire debeat, quan-
doquidem in ipsarum contemplatione connubium cū Deo celebret.*

BASILIVS Hexameron Homilia prima.

*Quoniam apparatu adornatam conuenit esse animam, tantarum rerum auscultationi occurrere? Nempe li-
berrimam, & perpurgatam ab impura omni carnis affectione, minimè caligantem temporaria istius vitæ cu-
ria; sed expromptam, & alacrem ad tolerantiam laborum, singulis disquirendis attentā, quæ vndequaq; circum-
spiciat, contempletur cuncta, & exploret: sicunde notio quepiam conceptionē nihil Deo indigna affulgeat menti.*

Rectè profectò, ait Basilius, notio conceptionē nihil Deo indigna fulgeat mēti, nam
ex intellectu, & intelligibili, seu re intellecta, ut ait Philosophus, fit vnum, vnde ex men-
te nostra, quotiescunq; Deum, diuinavè percipit, & Deo ipso, vnum fieri opere precium
est. Celebrat igitur mens nostra cum Deo connubium, ipsi nubit, quotiescunq; diuina
contēplatur, ex quo, quasi ex diuino, cælestiq; semine concipiens, conceptumq; calore
charitatis fouens, opus bonum parit, isq; partus conceptusq; non Eua, sed Deiparæ con-
ceptui conformis diudicandus est. Audias quæso similitudines. Deiparæ cōcepit, nō ex
viro, sed ex Spiritu Sancto: Mens nostra, cum Deū contempletur, non ex phantasmati-
bus sensu attractis, sed ex diuino infuso lumine concipit; Scriptura siquidē Spiritus San-
cti afflatu edita est. Deiparæ credendo, filiū Dei genuit. Hæc fide diuinas apprehensiones
gignit. Illa nō tantum intacta ī cōceptu permāsit, sed maiori amicta est puritate. Hæc nō
modò non denigratur, sed clariori illustratur gratiæ fulgore. In Deiparæ Verbū æternū
caro factum est: In mēte nostra Verbū fit spirituale. Illa simul virgo fuit, spōsa, & mater:

aaa 2 Hæc

Apoc. 10.
Iucunditates
atque utilita-
tes à mystico
sensu procedū-
tes.

Gen. 2.

4. Reg. 2.

Cant. 5.

Exod. 16.

Judic. 6.

Psal. 32.

Anima diui-
na contem-
plando nubit
Deo.

Scriptura est fons mysticus.

Mens oculo similis.

Quæ mentis aciem perturbat.

hæc in speculatione, fidei anulo, vt virgo, cū Deo sponatur, cœlestiūq; parit desiderū, & mater fit diuinarum cogitationum. Deipara illa pertulit sine onere, peperit sine dolore; hæc cœlestes fert sine onere cogitationes, cum gaudio profert sanctas operationes. Intelligat igitur anima, quanto puritatis candore, cū Scripturarum contemplationem adit, nite scere debet. Scriptura siquidem fons ille est, apud quem Eua Adæ iungitur; Rebecca Isaac promittitur; Rachel à Jacob exoptatur; Sephora Mofi copulatur; Samaritana quoque Christum super hunc fontem sedentem, alloquitur. Cæterum cū anima sine intellectu nunquam consistere queat, vnde & molæ comparari solet, quæ aqua, vel vento acta, semper aliquid confingere, ac terere cogitur: perspiciat, quæso, cū quibus connubia parit, quibus iungatur, quibus nubat; nunquid brutis? hoc est, de rebus sæculi cogitationibus, ut monstra pariat deformesque bestias, nempe sensus delectationes brutis proprias? terrenis nanq; indulgere, est adulterinas cogitationes gignere. Studeat, inquit D. Basilius, si Deo dignas conceptiones parere cupit, ut à carnis affectionibus expurgetur, uitæ curis nō offuscata reddatur, sed alacris, indagatrixque, & ex omni parte exploratrix efficiatur. Vtitur hoc loco D. Basilius uisus metaphora, & meritò; nam mens eadem contemplando efficit, quæ oculus perspiciendo. Recipit ille species visibiles, ut tradunt Philosophi, hæc species intelligibiles. Cæterum duo oculis officit; intus, organi praua affectio, cū alio quàm naturali humore pollet; extra, nebula, seu pulueris interiectio. Mentem pariter Scripturam sedulo contemplantē duo offuscant, atque impediunt: intus, carnis affectus, illecebrarumq; studium; extra, vitæ curæ, & sollicitudines. Illa impuram, hæc caligantem animā reddunt. Expurganda est igitur mens à carnis illecebris, dissoluenda à vitæ curis. Sed quonam pacto? Humores extranei, oculorum organum malè afficientes, aditu igne in occipite factò, expurgantur: ita carnis perenniter pullulantes affectiones mortificatione, quasi cauterio, euacuantur. Nebulæ autem vel caligines vento validius efflante fugantur; ita vitæ curæ, rerumq; terrenarum sollicitudines spiritu deuotionis, si ualidus est, dissoluuntur. Quibus expurgata ac denu data mens nostra, quasi aquila, quæ acerrimo uisu pollet, profundissima quæq; & altissima prospiciet, diuina cœlestiaq; indagabit, atq; exoptata cū Deo connubia celebrabit.

Anima, quæ ad Scripturas sacras contemplandas ascendit, quasi uinum spirituale bibitura, uas cordis emundare studeat.

AMBROSIUS Hexameron libro quarto, capite primo.

Qui uindemiam colligit, uasa prius quibus uinum infunditur, mundare consueuit, ne sordes aliqua uini gratiam decoloret. Quid enim prodest ponere uitem ordine, fodere quotannis, aut aratris sulcos ducere, putare, subrigere, adiungere uinis, & quodam connubio copulare, si tanto labore uina quæsit, in uase coalescant?

Cogit nos utique Ambrosius hoc loco declarare dictum illud sponsæ, Introduxit me rex in cellam uinariam, ordinauit in me charitatem. Quibus in uerbis non possum ego non summopere admirari, cur sponsa hæc speciosa, summaq; morum elegantia prædita, ut sponsi regis erga se amorem significet, hæc prodat. Introduxit me rex in cellam uinariam. Fœminam pudicam uinum efflagitasse, apud ethnicos nefas erat. Matronæ Romanæ ex uino semel epoto, perpetua laborabāt infamia: Vt quid igitur regina inclamat; Introduxit me rex in cellam uinariam? Adeamus mysticam contemplationem. Rex siquidem & sponsus Salomon Christus est, Patris sapientia æterna, infallibilis, immensa, cœlestis, omnium moderatrix. Sapientissimus fuit nimirum Christus inter tres: Rex inquam, ille, qui animam sponsam educit è culpa, adducit ad iustitiam, deducit per uirtutes, conducit ad perfectionem, circumducit per contemplationes, introducit in Scripturæ intelligentias. Educit certè Christus animam sponsam de limo terræ, nō de terra, hoc est, de carne, seu terrestri mole, cū ipsi sit connexa usq; ad mortem: sed de limo terræ, hoc est, de terrenarum uoluptatum illecebris lutuosis, quibus commiscantur delectationes, quasi aquæ, & carnales affectiones, quasi terra. Adducit ad apicem gratiæ diuinæ, quasi Salomon sponsam reginam ad thronum suum. Deducit per semitas iustitiæ, ad eò ut non declinet, neque ad dextram, neque ad sinistram. Conducit ad perfectionem, uti Apostolos in mōtem. Tandem circumducit per contemplationes sacrarū

Christus spōsus animam sponsam educit, adducit, deducit, conducit, circumducit, & introducit.

Cant. 2.

Scriptu-

Scripturarum, usque dum introducat ad iucunditatem illam, quam nanciscitur anima, cū inuenit Christum. Vnde iam sponsa dicat; Quæsiui quem diligit anima mea, & inueni. Introduxit me igitur rex in cellam uinariam: sed quænam est cella ista, nisi Scripturæ sacræ? Quodnam uinum, nisi intelligentiæ, & contemplationes mysticæ? Attendas unde expressum fuerit hoc uinum. Detulerunt exploratores de terra lac & mel fluente, botrum uinæ adeo ingentem, ut uix duo ex ipsis super humerum ferre illum possent. Terra illa fluens lac & mel, Deipara nostra est, quæ lac puritatis, & uirginitatis, & mel pietatis, & charitatis semper effluit. Hæc botrum dedit, Christum uidelicet, dignitate & præstantia cunctos homines præcellentem. Exultauit enim ut gigas ad currendam uiam. Hunc tulerunt nobis duo exploratores, duo testamenta, uetus & nouum; sed qui præibat delator, antiquum scilicet testamentum, eum intueri non poterat nisi uerso capite, quoniam Christum post se uenturum tantum expectabat: qui uerò sequebatur, nouum uidelicet testamentum, ipsum rectè cernebat, quoniam eum iam incarnatum cognoscebat. Botrus hic in torculari crucis compressus fuit; Torcular enim calcaui solus: calcaui eos in furore meo, inquit ipse apud Prophetam. Christus enim, ut Deus, torcular calcauit, cū diuina iustitia seipsum ad immanem mortem adegit. Et calcauit eos in furore suo, eos inquæ peccatores in sua humanitate cōpressit, ut debitas pœnas suorum criminum luerent; ob idq; uenit in similitudinem carnis peccati, ut torcular calcaret solus, peccatoresq; calcaret in furore suo: calcauitq; tanta efficacia, ut lapis ille, qui factus erat in caput anguli, eleuaretur, hoc est, Christus attolleretur in ætra. Ex hoc botro compresso conculcatoq; , excussum est uinū, hoc est, intelligentia mysticorum sensuum, quod in cellarijs Scripturarum repositum est. Hoc illud uinum est, de quo scribitur, quod in conuiuio Assueri nemo cogebatur ad bibendum, cū in ueteri lege nemo cogebatur ad illud percipiendum. Hoc illud est, de quo architrachus ait; Bonum uinum seruasti usque adhuc: Nam perfecta Scripturarū intelligentia usque ad tempus, quo Verbum caro factum est, ac diuinitatis, humanitatisq; nuptiæ celebratæ sunt in Nazareth Galileæ, in deiparæ florido utero, nec percipi, nec comprehendi poterat. Tunc siquidem ex aqua uinum factum est, quoniam literales, insipidiq; illi sensus, ad spirituales intelligentias transferunt. Hoc uinum, de quo sponsa; Bibite, & inebriamini charissimi. Beatus profetò, qui hoc uino ebrius penè redditus, in extasim rapitur, totusq; extra se in cœlestibus spatiauit, cum Paulo dicens; In corpore, an extra corpus, nescio. Hoc uinum, quo Noë temulentus, denudatus dormit: Mens siquidem his Scripturarum sensibus resecta, terrenas opes, dignitatis illecebras spernit, negligitq; , & in contemplatione, quasi sine hac uita, quiescit. Verum aduertat, quod ad eas indagandas contemplationes multum profunt, humilitas, ut ianua; patientia, ut dux; abstinentia, ut ancilla; diligentia, ut custos; deuotio, ut focia; charitas, ut regina. Ac, ut rectè inquit Ambrosius, uasa quibus uinum infunditur, mundanda sunt, ne sordes illæ uinum decolorent, eiusq; suauitatem imminuant, vel perturbent. Mundandum est siquidem cor, iuxta Prophetæ oraculum; Effunde sicut aquam cor tuum; eo euentu, ut peccato per contritionis lachrymas abluto, per confessionem effuso, per satisfactionem longè proiecto; in corde nullus nec odor, nec sapor, nec color peccati superfit: nullus inquam, odor prauis exempli, nullus sapor memoriæ præteritorum delictorum, nullus denique color peccati, siue apparentia, uel suspicio residet. Frustra siquidem pro cōtemplandis Scripturis tot uigilias adhibemus, si tanto labore uina quæsit, hoc est, Scripturarū intelligentiæ cōparatæ, in immundo uase, in corde peccatis foedato, coalescunt.

Cū Scriptura fons sit perennis, contendat anima, quæ ad Scripturas contemplandas accedit, uasa cordis quoad poterit, dilatare.

CHRYSOSTOMVS in Genesim Homilia tertia.

Meritò thesauro cuiusdam confertur diuinarum Scripturarum lectio. Nam sicut ex illo quisquis uel paruum fructum capere ualet, multas sibi parat diuitias: ita & in sacra Scriptura, etiam in breui dictione uariam sententiarum uim, & indicibiles diuitias inuenire licet. Et non solum thesauro similia sunt diuina eloquia,

Cantic. 3.

Psal. 18.

Esa. 63.

Io. 2.

Cant. 5.

2. Cor. 12.

Thren. 2.

quia, sed fonti quoque, largis perennibusq; scaturienti fluentis: id quod re ipsa bene omnes didicimus. Nam ut prout in libro Genesios incepimus, explanando hoc dictum; In principio fecit Deus Caelum & Terram, totam horam insumpsimus, & neque sic totum comprehendere valuimus. Magna enim est huius thesauri abundantia, & larga fontis huius spiritualis vbertas. Nec mireris dilecte, si nobis hoc accidat. Etiam qui ante nos fuere, pro viribus suis aquas inde hauserunt; & similiter qui post nos futuri sunt, idem attendunt, neque sic totum euacuare poterunt: sed magis interim auferunt flumina, & crescant spiritualis gratia, quo quis magis inde haurire soluet. Propter hoc & Christus dicebat; Siquis sitit, veniat ad me, & bibat. Qui credit in me, sicut dixit Scriptura, flumina de ventre eius fluent aqua viuentis. Quibus horum fluminum dapilitatem & largitatem nobis indicat. Quoniam igitur spiritualium fluminum natura talis est, age afferamus omnes multa mentis nostrae vasa, ut impletis illis domum redeamus. Nam quando videt gratia spiritus feruens desiderium, & vigelem mentem: tunc & gratiam suam opulentam liberalius largitur.

Ioan 7.


Scriptura sacra fons Paradisi.

Scriptura sacra fons ille est (ut paulo ante edisserabamus) in Paradiso terrestri scaturiens, qui in quatuor amplissima deinde dispersit flumina, terrarum Orbem irrigat: Flos, inquam, e Paradiso profiliens, quoniam e Caelo fluxit, nam & Spiritus Sancti afflatus loquuti sunt Prophetæ, per quatuor flumina, per quatuor librorum genera Historicorum nempe, Sapientialium, Propheticoꝝ, & Legalium in veteri testamēto; In nouo vero per quatuor Euangelia diffluit. Hic ille fons, a quo Iacob lapidē amouit, ut Lia Rachelisq; armenta potum sumerent, ille inquam, a quo Christus legis duritiem, Euangelij mollitie abstulit, ut ad mysticos sensus aditum Ecclesie filijs pararet. Hic ille amnis est, ad quem regina, Pharaonis filia, descendens, Mosē reperit Israēlis liberatorē, scilicet in culla cubantem: Ad Scripturam enim anima contemplatione properans, Christum comperit Mundi redemptorem, figuris, quasi pannis, obuolutum. Hic fons est, a quo duodecim emanant fontes Elim; duodecim, scilicet Apostoli, qui doctrina sua arenam siccitatem Mundum irrigarunt. Quibus tandem præconijs efferam ego hunc fontem? Hic ille fons est Solis in nocte ebulliens, in meridie frigescent, cum in aduersis feruefcere cor nostrum, in prosperis frigescente edoceat. Fons Epiri, in quo accensæ faces extinguntur, extinctæ uerò succeduntur; nam corda nostra proprio amore ardētia tepescit, gelida feruore spiritus inflamat. Quis cumulatē narrabit vnquam, quæ sit fontis huius vbertas immensa, claritas limpida, dulcedo inenarrabilis, salus certa, potus tutus? Vbertas, inquam, adeo immensa, cum a diuinitate indeficiente fonte manet, ut quod quis magis ex eo aquas haurire studet, eò magis affluant, & abundantius scateant: claritas adeo limpida, ut si non turbetur nimia curiositate, pretiosissima omnia, quamquam profundissima, conspici sinat: Suauitas adeo inenarrabilis, ut mentes cunctas inebriet, ac in extasim rapiat: Hæc enim dulcedo illa est, de qua metaphoricè dictū est; Eduxit mel de petra; Siquidem Scriptura (teste Chrysostomo) aquæ e petra excussæ suauitatem, metaphora mellis indicauit, cum nunquam legatur a Mose mel fuisse e petra eductum: Salus adeo certa, quod omnes animæ languores, uti saluberrimi balnei feruida aquæ expellant: potus eius adeo tutus, ut non tantum uitam alat spiritus, sed ad uitam uehat æternam. Doctrinæ Philosophorum paludes certè sunt foetida, & veneno vndequaue infectæ, per quæ Christicola, quasi monoceros, cornu, hoc est, fide catholica Romana duce, incedere debet, ut securus inter uenena gradiatur. Studeat ergo vnusquisque, inquit Chrysostomus, mentis uasa dilatare feruore desiderij; mens siquidem, uti spiritus, tantum se dilatat, quantum sanctè desiderat. Cæterum hoc vnū pro fine adducam: Ex decem millibus, qui cum Gedeone in mōte Galaad remanserāt, trecenti tantum sunt electi, qui aquam manu ad os proijcientes, lingua, quasi canes, lambent aquas, neque curuatis genibus eas potarant. Ex tot in montem contemplationis ascendentibus, illi tantum Deo placent, qui non ore ad Scripturas apposito, hoc est, propria sapientia, sed lingua, & manu meditantur, hoc est, & spiritu sensus sacros lambunt, atque contemplantur, & manu quod ediscunt, operantur.

Scriptura sacra fons Paradisi, claritas, dulcedo, salus, & potus.

Doctrinæ Philosophoꝝ paludes.

Qui contemplantur Deo placent.



In principio.

- a. Hoc est, in Filio.
b. In principio: Igitur nil antiquius est Deo, quam ut homini beneficiat, cum in temporum exordio propter ipsum, Mundum effecerit.
c. In principio, scilicet ita ab aeterno preparauit beatitudinem electis.

Allegoricè. Tropologicè. Anagogicè.

a. In principio, hoc est, in Filio.

Expositionem hanc, quæ In principio, hoc est, in Filio, interpretatur, tulerunt Augustinus de Genesi ad litteram imperfecto: & de Ciuitate Dei libro vndecimo, capite trigesimo secundo: Beda Commentarijs in Genesim: Rupertus in Genesim libro primo, capite tertio; Origenes super Genesim Homilia prima; Tertullianus libro aduersus Hermogenem; Hieronymus libro Quæstionum Hebraicarum in Genesim; Ambrosius libro primo Hexameron, capite quarto; Iunilius pariter in Hexameron; Cyrillus libro primo in Genesim; Odo Cameracensis in expositione sacri Canonis; Anastasius Synaita Hexameron libro primo: quorum sententias iam deduximus in catenis supra in Glossa Literali. Cæterum ut verè mysticam nonnulli ex præfatis etiam alijs locis detulere.

EVCHERIVS Commentariorum in Genesim libro primo.

Creatura Cæli & terræ quomodo historialiter ab exordio principij condita sit, legimus: sed qualiter in Ecclesia spiritualiter a Doctoribus accipitur, intelligamus. In principio fecit Deus Cælum & terram. Principium Christus est, sicut ipse ait in Euangelio. Ego principium, qui & loquor vobis. In hoc igitur principio fecit Deus Cælum & terram.

Ioan. 8.

BEDA libro de Sex dierum creatione, in recapitulatione.

Principium Christus est, sicut ipse in Euangelio ait; Ego principium, qui & loquor vobis. In hoc igitur principio fecit Deus Cælum & terram.

HVGOCARENSIS in Postillis.

In principio, id est, in Filio, qui dicit; Ego sum principium, qui & loquor vobis, & ego sum alpha, & omega.

Apocal. 1.

In verbo certè Deus conflauit Cælum & terram, seu verbo, seu per verbum; hæc enim in idem recidunt; quapropter Scripturæ attestantur quandoque verbo congestū fuisse Mundum, ut eo loco; Verbo Domini Cæli firmati sunt; quandoq; per Verbum, vnde legitur; Omnia per ipsum facta sunt, atque etiam; Quem constituit hæredem vniuersorum, per quem fecit & facta: quandoque etiam in Verbo, nam scriptum est; Ex ipso & per ipsum, & in ipso sunt omnia. Porrò Deum Mundum effecisse per Verbum, seu Verbo, seu in Verbo, hoc est, in Filio, seu sapientia æterna, triplici modo exponi potest: primus est; quod erat in Verbo perenniter, ut fieret, & quomodo, & quando fieret, etiam factum est, & eo modo tunc factum est, quomodo, & quando fieri debuisset in ipso Verbo insitum erat. Alter, quod Verbum formarum ordinis, & distinctionis rerum creaturarum in causa fuerit, ut forma, idæa, & ars Patris. Postremus, quod in sapientia, seu per sapientiam, uel sapientia Deus Mundum effecerit. Verum ut hunc postremum modum intelligere possimus, non pigeat ex pictoris similitudine, altissimas indagare artes, quibus æterna sapientia, quasi ludens, Mundum effinxit, delineauit, ac uenustauit. Sapientia æterna cum Mundum condidit, pictoris munere functa est. Effingit pictor ex idæa sibi præscripta, formam aliquam, cuius delineatio, ac digestio, si ipsi complacuerit, efficit subinde formam aliam similem, sed longè minorem, eamque in delicijs habet. En ipsa Sapientia æterna, ueluti eruditissimus pictor, potentia sua, tanquam brachio, verbo, ueluti penicillo, Mundum magnum digessit, ad cuius exemplar, microcōsmum subinde formauit. Attendas, precor, modum, & studium, pictoris artis est, tabulam rudi quadam materia primum contegere, ac deinde in ea res efficiendas delineare; tandem designatas

Deum effecisse Mundum in Verbo tripliciter expouitur.

Deus Mundum condens se habuit, ut pictor.

1. sal. 32. Ioan. 1. Heb. 1.

Rom. 11.

designatas coloribus exprimere. Quæ fuit igitur rudis illa materia, qua Mundum Deus contexit, nisi Chaos illud crassum ex elementis commistum & confusum? Delineauit inde Orbem, quando sphaeras, seu orbis quatuordecim inuicem secreuit, discrimina uitque: coloribus tandem exornauit, cum rerum genera ipsis inferuit; ordo siquidem ille, quo Vniuersum in orbis decem coelestes, ac quatuor simplicia corpora, seu elementa ad instar sphaerarum se ambientia discretum, diuisumque cernitur, quid, inquam, aliud fuit, quam delineatio illa pictoris in tabella, in qua pictor singula suis terminis concludit, ac mirifica quaedam concinnitate vnumquodque suis locis assignat? Deinde fabricatio illa luminarium ad exornandum Coelum, auium, piscium, terrestrium, ad uentilanda elementa productio, quid aliud fuit nisi colorum additamentum, quibus uehementer exornaretur hæc Mundi forma, ac mirum in modum illustris redderetur? Duo linearum genera pictori præcipue deseruiunt, linea scilicet plana, qua rei pictæ longitudo, latitudoque ostenditur, prout in superficie extat, & linea ad imaginatum punctum tantum deducta, ad punctumque vocata, qua res effectæ subterfugere, retrocedereque nobis apparent; ex ea, inquam, ratione, qua sub minori angulo magis res distantes semper conspiciuntur, profunditatemque ostendere uidentur. Hæc duo linearum genera eleganter duos ordines à diuina sapientia creaturis infitos ex similitudine designant, ac linea ea plana partium ad inuicem dispositionem, ac symmetriam insinuat, qua res intra se adeo dispositæ consistunt, ut quid sint clarè, ac distinctè demonstrarent. Altera ad punctum appellata, creaturæ ad creatorem punctum, centrumque omnium relationem indicat: Quo ordine quoddam aliud, quod non in seipsis sunt, præferunt esse, existentiam scilicet in Deo, à qua nunquam excidunt; hoc siquidem profundum est creaturarum. Colorum uero plura sunt genera; alterum album, alterum nigrum; cætera omnia media sunt: Ea autem est ars pictoris, ut res illas, quas eminentiores, uel magis apparere uelit, albo induat, quas uero recedere, nigro contegat. Verum cum atrum nihil, album uero existentiam insinuet, conformi arte opifex æternus, quas eminentiores partes Orbis designauit, eas nitore, idest præstantiori essendi gradu dotauit, ut Hominem, Angelum; quas uero uiliores esse maluit, eas nigredine maiori, crassiori essentia genere, admixta materia potentia, ac corruptione imbuat, qualia sunt elementa, materia prima. Discrimen etiam non paruum adest in effingendis proximis, uel longinquis rebus. Ars enim pictoria exposcit, ut proximarum rerum delineationem absolutam, magisque terminatam pictor deducat, longinquarum uero minorem, ac interminatam. Cõsimili studio Verbum æternum creaturas sublimiores, uti Angelos, & animam, natura magis actu prædita locupletauit, cæteras res & minori donatas præstantia, & magis obrutas admixtasque potentia creauit. His igitur actibus ex idealis Mundo maximum Mundum sapientia æterna expressit. Cum autem Mundus hic extra Dei aulam, Coelum, inquam, publice exponendus esset, ad sui delicias Microcosmum, qui Mundi magni imaginem epilogo complecteretur, referretque secundo loco condidit, atque pinxit. Sex quidem tantum penicilli delineationibus, sex diebus, scilicet, Orbem condidit, ut pictoris summa eruditio, ac excellentia eximia enitesceret. In pingenda tabella non persistit pictor eruditus, ut singula quæque, inchoata perficiat, & absoluat, sed modo hanc, modo illam partem, ut sibi magis libet, modo uno, modo altero colore uenustat, ac perficit. Id uero sapientiam æternam in hac Mundi effectione obseruasse eleganter demonstrat.

A N A S T A S I V S Synaita Commentarij in Hexameron lib. sexto.

Deus, qui sapientissimè & supra sapientiam fecit omnia, in primo die lucem fabricatus, non statim etiam cum eo est fabricatus omnia, quæ sunt ex luce, nempe luminaria, sed ijs relictis, quæ sunt ex luce procreata, transit ad aquas, factis ex eis firmamento. Deinde cum fixisset firmamentum, ne sic quidem adimplet ornatum eorum, quæ sunt in ipso, luminarium. Sed eo quoque relicto imperfecto, transit rursus tertio die ad aquas, eas congregans à terra. Et rursus, cum non ad plenum perfecisset ea, quæ sunt genita ex aquis & in aquis, nempe pisces & cete, ijs quoque relictis semiperfectis, & non genitalibus, transit ad terram, dicens; Germinet terra herbam, & lignum frugiferum. Eo autem factis, cur non statim facit etiam animantia exire à terra, & feras, & reptilia: sed sinens imperfectam, quæ sit ex terra fabricam, rursus redit ad firmamentum, & facit quarto die stellas, & duo luminaria, & illinc rursus reuertitur ad aquas die quinto, ex eis perfecta piscium & volu-

& uolucrum generatione. Deinde sic sexto die reuersus est ad terram, ijs impletis quæ sunt ex ipsa, nempe animantibus, & inuenientibus, & reptilibus, & feris, & homine.

Eleganter itaque Anastasius hanc diuini pictoris in delineando uenustandoque; Mundo ordinis mutationem nobis enucleauit. Primum enim penicillo lucem quasi albescentem colorem deluper indidit, sed eam rudi forma tantum protulit, quoniam in globum minime illam coegit; eaque relicta firmamentum colore hyacintino insignitum ex aquis deprompsit, nec id quidem absoluit, cum splendescencia sidera illi tunc non infixit; tertio penicillo ad partem infimam descendens, quasi atro colore terram, & cærulea maria pingens diuisit, atramque terram iterum viridi colore cohonestauit, sed gemmas, hoc est rerum species, ei non inferuit. Redijt deinde ad supernam partem, & albescenti luci rutilantem superposuit colorem, atque eam in circulis conseptam hyacintino Cælo confixit. Descendit rursus, & aërem, aquam, ac terram, uarijs alitum, piscium, & animantium generibus, tanquam varijs coloribus exornauit. Tandem ad figuram insignem humanam delineandam, formandam, fingendamque, omni adhibito studio manum admouit.

b. Nil antiquius Deo est, quam ut homini beneficiat, cum propter ipsum in temporum exordio Mundum effecerit.

T E R T V L L I A N V S aduersus Marcionem libro secundo, capite quarto.

Igitur quum cognoscendo Deo hominem prospexisset Dei bonitas ipsius, etiam hoc præconio suo addidit, quod prius domicilium homini commentata est, aliquam postmodum molem maximam, postmodum & maiorem, ut in magna tanquam in minore proluderet atque proficeret: & ita de bono Dei, idest, de magno, ad optimum quoque eius, idest, ad maius habitaculum promoueretur.

Nil esse antiquius Deo, quam ut homini beneficia gratiasque impertiatur, illud maximum est argumento, quod in principio temporum, in hominis nihil omnino promerentis gratiam, creauit Coelum & terram, hanc inquam speciosissimam Mundi machinam, ueluti augustissimam eiusdem regiam. Cuius basis esset terra immota; solum, planities; rectum amplissimum, Coelum; luminaria coruscantissima, Solis, Lunæ, stellarumque fulgores; columnæ, Montes; uiridaria, colles, campi; uitaria, lacus, & Maria; delitiæ, aues à suauissimis concentibus nunquam desistentes: famuli, iumenta; custodes, feræ; esca, herbæ uirentes, ligna; pomifera. Et hæc cuncta ab æterno ordinat, atque cum sibi libuit, effecit ante hominis plasmationem. Struthiocamelus, (si uerum de eo ferunt naturales) ouum in arena iacens, alis expansis, oculum alterum in Solem, alterum in ouum intendens uiuificat. En Deus noster uere huic animanti similis, qui ad instar huic auis, pedibus alisque, hoc est nimia pernitate, ad impendenda homini beneficia percurrit semper, & ante tempora, ouum, nempe Mundum, oculo altero in Solem, idest, in Verbum, in quo insitæ erant ideæ rerum omnium creandarum, & in quo etiam impressa, tanquam in libro uite exarata, erant nomina prædestinatorum, propter quos Mundus construebatur; altero uero oculo in Mundum ipsum, in arena, idest in nihilo stratum, uel potius sepultum, fixo, Mundumque ipsum calore amoris fouens, atque ad similitudinem archetypi disponens, uiuificauit, ac produxit. Vetustissima uero, & ab immemorabili tempore inchoata est Mundi structura, ac perpolitio, atque ante hominis plasmationem perfoluta.

c. Ita ab æterno præparauit beatitudinem electis.

C H R Y S O S T O M V S Homilia tertia in Genesim loquens de animarum salute.

Deus propter hoc etiam creaturam hanc omnem produxit, & nos formauit, non ut pereamus, neque ut supplicijs nos torqueat: sed ut saluet, & ab errore liberatis regno frui nobis concedat. Hoc enim nobis præparauit, non nunc, postquam factum est, sed ante iacta fundamenta Mundi, sicut ipse dicit; Venite benedicti patris mei, & in hereditatem accipite præparatum uobis regnum ab initio Mundi. Vide misericordiam Domini, quomodo antequam formaretur Mundus, & produceretur homo, infinita nobis bona præparauit, ostendens quantam nostri generis curam faciat, & quod omnes uult saluari.

bbb Deum

Mundus est hominis regia.

Deus in Mundo condendo assimilatur Struthiocamelus.

Matth. 25.

Creavit Deus.

Tropologicè

a. Ediscat homo à Deo opifice liberalitatem, cum ipse Mundum hunc amplissimum propter hominem conflatit.

Ephes. 1.
3. Reg. 10.

Rom. 8.

Deum ante Mundi constitutionem, preparasse electis regnum illud sempiternum, beatitudinem illam supercelestem, felicitatem eam supernaturalem, quam nec oculus vidit, nec auris audiuit, & quæ in cor hominis ascendere nequit, clarissimum esse arbitror. D. Paulus Deum non tantum ipsam preparasse, sed & beatos, qui ipsa fruenterur, selegisse testatur, cum ait: Elegit nos ante Mundi constitutionem. Cæterum mysterium hoc elegantissimè significatur, ubi dicitur; Thronum fecit sibi rex Salomon, qui habebat sex gradus; rex, inquam, Christus noster Salomon thronum compegit sibi, hoc est, glorificatorum aciem sibi extruxit, sex gradibus eum extulit, de quibus Paulus; Quos præsciuit, hos & prædestinavit; quos prædestinavit, hos & vocavit; quos vocavit, hos & iustificavit; quos iustificavit, hos & magnificavit; quos magnificavit, hos & glorificavit: præsciuit siquidem electos suos Deus ab æterno cum Christo, prædestinavit in Christo, vocavit ad Christum, iustificavit ex Christo, magnificavit per Christum, glorificavit propter Christum. Ut igitur hæc efficeret, ante Mundi constitutionem duos gradus supposuit, ut reliquos superstrueret: ante Mundi igitur constitutionem electos Deus præsciuit, & prædestinavit: & hæc est electio, de qua Paulus; Elegit nos ante Mundi constitutionem: & non tantum elegit, sed & nomina electorum in libro vitæ exaravit: libro, inquam, æternæ mentis, infallibili sua præscientia, tanquam manu, & inflexibili voluntate, tanquam stylo scripsit, immò excudit Deus electorū nomina nunquam abolenda. Regnum igitur illud celeste, beatitudo illa superna, felicitas ea inenarrabilis deifici luminis respectu, ab æterno preparata erat, nam Deus ipse æternus est. Respectu verò destinationis, pariter & ante Mundi huius sensilis constitutionem, quinimò ab æterno; inchoata autem fuit illa superna Civitas, vel ab origine Mundi, si Angeli cum Mundo manarunt, ut censuit Augustinus, vel multis sæculis ante Mundum, ut existimarunt Basilius, & plures Patrum.

a. Ediscat homo à Deo opifice liberalitatem, cum ipse Mundum hunc amplissimum propter hominem conflatit.

Deum Mundum hunc immensa sui liberalitate & bonitate fabricasse, ut illum homini, tanquam regiam domum largiretur, testati sunt Ioannes Chrysostomus in Genesim, Augustinus Opusculo de diligendo Deo, Nemesius de Natura hominis, Iunilius de Partibus diuine legis, Cyrillus Hierosolymitanus Cathedesi duodecima, & alij plures, quos diuersis locis adducemus.

Lib. 2.

LACTANTIVS libro septimo, capite quarto id potissimum asserit. Nihil est, ut opinor, quod sit propter se ipsum factum: sed quicquid omnino sit, ad usum aliquem fieri necesse est. Quis est enim vel tam ineptus, vel tam ociosus, ut aggrediatur facere aliquid frustra, ex quo nullam utilitatem, nullum commodum speret? Qui domum ædificat, non idcirco ædificat, ut tantummodo domus sit: sed ut in ea possit habitari. Qui nauem fabricat, non ideo assumit operam, ut tantum nauis appareat: sed ut in ea nauiget. Item qui vas aliquod instruit, aut format, non propterea id facit, ut tantum fecisse videatur: sed ut vas illud effectum capiat aliquid necessarium. Similiter cætera, quæcumque fiunt, non vti que in superuacuum, sed ad usum aliquos laborantur. Mundus igitur à Deo factus est, non vti que propter ipsum Mundum; neque enim aut calore Solis, aut lumine, aut aspiratione ventorum, aut humore imbrium, aut alimonia frugum, quæ sensu careat, indiget. Sed ne illud quidem dici potest, quod Deus propter se ipsum fecerit Mundum: quoniam potest esse sine Mundo, sicut fuit antea: & ips omnibus, quæ in eo sunt, quæque generantur, Deus ipse non vitur. Apparet ergo animantium causa Mundum esse

esse constructum, quoniam ips rebus, quibus constant, animantes fruuntur: quæ ut viuere, ut constare possint, omnia his necessaria temporibus certis subministrantur. Rursus cæteras animantes hominis causa esse factas, ex eo clarum est, quod homini seruiunt, & tutela eius, atque vsibus data sunt: quoniam siue terrene sunt, siue aquatiles, non sentiunt Mundi rationem, sicut homo. Et post. Magna igitur, & recta, & admirabilis est vis, & ratio, & potestas hominis, propter quem Mundum ipsum, & vniuersa quæcumque sunt, Deus fecit, tantumque illi honoris habuit, ut cum præficeret vniuersis: quoniam solus poterat Dei opera mirari. Optimè igitur Aselepiades noster de prouidentia summi Dei disserens, in eo libro, quem scripsit ad me: Atque ideò, inquit, merito quis arbitretur, proximum sibi locum diuinam prouidentiam dedisse ei, qui potuit intelligere ordinationem suam. Nam Sol ipse est: quis cum videt ita, ut intelligat, quia Sol est, & quantum gratia afferat cæteris institutis? Hoc Cælium est, quis id suspicit? terra hæc, quis eam colit? hoc pelagus, quis in eo nauigat? hic est ignis, quis eo vitur? Instituit ergo summus Deus non propter se, quia nihilo indiget, sed propter hominē, qui his congruenter vitetur.

Munificentiam, liberalitatemque æterni regis, & Mundi factoris Dei, qua nobis speciosissimam hanc Orbis machinam, quasi pro munusculo cōdidit, quis dignè commendare poterit? Quis eam meritis celebrare præsumet encomijs? Augustissimum hoc munus est, si datorē, si datum, si modum, si cui tradatur animaduertas: Magnificus dator Deus amplissimus est, in quo tanta est amplitudo eminentiæ, ut nulla sit inter ipsum, & nos comparatio, cū ipse augustissimus Deus optimus maximus, nos cinis & puluis. Sed quid elargitus est? Non æs, argentum, aurum, non immensas villas, vrbes, prouincias: sed Mundum omnem tam amplum, tam spaciosum, tam pulchrum, Cœlis conceptum, astris emicantem, elementis cōstitutum, rerum speciebus, vti coruscantibus gemmis, insignitum, & quicquid Cœli & terræ ambitu continetur, summa potentia congestum, inenarrabili sapientia elaboratum, immensa bonitate viuificatum. Sed quo modo, & quibus tantum præstat munus? Nō Angelis, sed nobis, nil tale promerentibus, nil efflagitantibus, nil rependentibus: & quibus tandem? Non cōsanguineis, amicis, familiaribus, id est, iustis, sed alienis, hostibus, seruis, & impijs, sæpeque contumacibus. Verum si, qui citò dat, bis dat, quoties tibi dedisse ò homo cēsendus est Deus, qui tam citò, qui in principio temporū, antequam esses, tantum munus tibi cōtulit, quinimò ab æterno ipsum in tui obsequium destinaret? Edisce igitur ò mortali diuinam munificentiam, edisce à Deo liberalitatem: nam si ipse, quod delitescerat, in nostri gratiam effudit, cur tu, quod cunctis patet, celas? Si ipse, quod suum erat, largitus est, cur tu, quod tuum non est, auarè detines? si ille seruo, & hosti, cur tu fratri, & amico non impertiris bona? Cuncta ad liberalitatem te excitāt. Cœlum non interrupta latione in tui gratiam, nec lassatum vnquam superfertur; Astra lucem munificè effundunt, simulque plura tibi impendunt ministeria; diuidunt enim diem à nocte, sunt in signa, dies, & annos, & tēpora: lucent in Cœlo, & illuminant terram. Ignis caliditatem non cohibet, extorrisque in hac infima regione, propter creatam ipsa confidet; Aër salutare imbres, vtero sæpius à ventis direpto, exsudat, nec unquam fatigatus, sonos, odores, speciesque rerum citatissimè proferre desinit: maria, lacus, & flumina, dum latissimas suo dorso sustinent naues, quātas vndique; apportandi opes, & quantas diuitias comparandi tibi aditum subministrant? quot piscium genera tibi perpetim pariant? Terra quoque vberissimos foetus nonne effundit, nec tantum herbas, sed olera, & arbores, & animantia sponte iterat, quinetiam perfossa lapides, & metalla suppeditat? Cuncta demum summi opificis iussu & exemplo liberalissimè quæ sua sunt, præstāt, & elargiuntur. Solus autem homo manus comprimit, & non modò, quæ sua sunt, non impertitur, sed etiam aliena rapit, nec vllum grati animi testimonium repēdit tāto largitori, qui pulcherrimā, & amplā hanc Orbis machinā vberissimo munere, non petitus, sed sponte est elargitus. Cæterum id te homo non fugiat, quod liberalitas liberalitatem poscit, & euocat: quare si præcipua gratiæ & gloriæ munera expectas ab eo, qui etiā pro exiguo munusculo, ut poculū est aquæ frigidæ, non terrena, sed Cœlū rependit, confectis liberalitatem; nā si munificentiam cū Rebecca exhibebis Abrahamæ famulo, libente animo aquas ei impertiens, minimis Christi, id est, pauperibus necessaria subministrans, efficeris certè sponsa Isaac, hoc est filij risus, Christi filij consolationis. Si cum Israel plus offeres ad Tabernaculi structurem, quàm opus fuerit, nempe, si in auxilium piorum, qui templa sunt Dei, copiosè erogaueris opes, benedictionibus cum ipso locupletaberis.

Lufitanus quoque egregiè satis, & copiosè, confimilem detulit obseruationem.

Mundus est
maximū Dei
munus.Cuncta ad li-
beralitatem ho-
minem inui-
tant.

Coelum & terram.

Allegoricè.
Hæ cuncta.

- a. Idest, diuinitatem, & humanitatem in Christo.
 b. Siue Ecclesiam triumphantem, & militantem.
 c. Vel Iudaismum, & Gentilitatem.
 d. Aut testamentum nouum, & testamentum vetus.
 e. Vel Scripturam de diuinitate, & humanitate.

a. Idest, diuinitatem, & humanitatem in Christo.

ANASTASIVS Synaita Cōmentariorum Hexameron lib. primo.
 Vt autem tibi ostenderet, magis quam omnia esse necessariam Verbi incarnationem, & propter eam facta esse omnia, sine qua vana sunt & inania, peccato effecta inutilia, & ad nihilum redeuntia, statim ab initio Scripturæ, & ab ipsis proemijs illam tibi tradit, dicens; In principio fecit Deus Cælum & terram, seu fecit in principio temporali: seu ei placuit, vt fieret Cælum tanquam Deus, & terra propter Iesum hominem. Quando autem ei placuit hæ creatio? Quando cepit producere sensilia, non autem ea, quæ cadunt sub intelligentiam. Sciebat enim fore, vt hæc illa paterentur, & malè afficerentur, & corrumpentur à peccato Adæ, & sua benignitate, & clementia præuenit mali, quod erat passurus, incurSIONem, ante affectionem, & vitium, parans medium. Propterea etiam dicitur vitulus signatus apud diuinum Lucam. Vitulus, tanquam caro, vel vt qui crucis iugum erat tracturus. Saginatus autem, vt qui iam olim, & ab ipso initio esset definitus, & prædestinatus, vt nostram subiret naturam. Quando ergo Cælum constituit, & terram, & quæ sunt cum eis, tunc etiam contexit mysterium incarnationis.

Quamuis hæc expositio minùs accommoda fortasse videatur, vt elegans tamen à me prætermitti non potuit. Exponamus igitur, In principio creauit Deus Cælum & terram, hoc est, in Christo, qui principium illud est, de quo dicitur; Ego principium, qui loquor vobis, coniunxit Deus diuinitatem, & humanitatem. In Christo enim, in vna hypostasi, diuinitas, & humanitas copulantur. Quo autem symbolo diuinitas magis explicari potuit, quam Cœli nomine: Cælum siquidem, quod incorruptibile est, ac semper illustratum, sublunariaq; cuncta moderatur, egregiè significare potuit diuinitatem illam æternam, semper splendescentem, & Mundum regentem. E contra verò humanitas Christi terra nuncupari potuit, quoniam de terra sumpta est: Formauit enim Deus hominem de limo terræ. Humanitas autem Christi ex terra pura, non ex limo compacta fuit: quia carnem suscepit ex Deipara puram, non cœnosam, hoc est, peccatricem. Sed quid est, quod legitur; Cælum sursum, & terra deorsum? Si enim Cælum sursum erat, & terra deorsum, quomodo in Christo coniungi potuerunt? Attendas miraculum, & remiscaris mulieris illius, quæ vt drachmam deperditam comperiret, subuertit totam domum. Cælum enim, vt terræ coniungeretur, in terram descendit, nam propter nos homines, & propter nostram salutem, descendit de Cœlis: & incarnatus est de Spiritu Sancto, ex Maria Virgine, & homo factus est. Vbi autem terram, hoc est, humanitatem, Cælum illud micantissimum diuinitatis sibi adiunxit, eamque cœlestem reddidit ex resurrectionis gloria ei impartita, extemplò terram ipsam ad superna traxit, quando ascendit ad Cœlos, & sedet ad dexteram Patris. Sedent igitur in gloria illa superna Cælum & terra; diuinitas, & humanitas Christi; sedet, & inquam, ipse Christus ad dexteram Dei Patris, tanquam Sol miro splendore cunctos Angelos & Beatos collustrans. Mirificum igitur est, quod dicitur, In principio creauit Deus Cælum & terram, nēpe in Christo coniunxit Deus diuinitatem, & humanitatem.

b. Siue Ecclesiam triumphantem, & militantem.

Non parum profectò hæc altera me delectat interpretatio, In principio creauit Deus Cælum & terram, idest, in Christo, tanquam in fundamento, extruxit Deus Ecclesiam militantem, & triumphantem. Fundamentum certè Ecclesie sicut Christus est, de quo Paulus; Fundamentum aliud nemo potest ponere, præter id, quod positum est, quod est Christus Iesus. Hic lapis est angularis, de quo Propheta; Lapis, quem reprobauerunt ædificantes,

hic

1. Cor. 3.
Psal. 117.

hic factus est in caput anguli; Christus nimirum, Deus, & homo, in caput anguli positus est tanquam basis, & fundamentum duorum parietum, nempe Ecclesie triumphantis, & militantis, & est mirabile in oculis nostris, oculis, inquam, internis mentis nostræ. Porro in hoc principio, nimirum fundamēto, extruxit Deus Cælum, Ecclesiam videlicet triumphantem; & terram, Ecclesiam militantem. Nec immeritò equidē triūphas Ecclesia Cœli nomē promeretur. Cælum incorruptibile cœsetur, & Ecclesia illa nūquā finē agnosceret: splendent in Cœlo Sol, Luna, & astra: E micat in Ecclesia triumphanti Christus Sol ille, qui splenduit in terra, obscuratus est in cruce, & septies claritatē auxit in Cœlo. Luna Deipara nostra, nutrix rerū terrenarū, quia mater misericordie. Stellæ Sancti, qui inuicē differunt gloriæ claritate. Mouentur orbis primò raptus motu in Occasum; ac deinde retrograda motione in Ortum: feruntur mentes Beatorum primò in Deum, tanquam raptæ, uertuntur ad se, & ad suam contemplandam felicitatem, tanquam motu euerfo. Non ascendunt ad Cælum exhalationes, quanquam trahantur in aëra; Non adhærent Sæctis, nec appropinquant passionibus tum animi, tum corporis, quoniam absterfit Deus omnem lacrymam ab oculis Sanctorum, & non erit amplius, neque luctus, neque clamor, &c. Rursus etiam in hoc principio, hoc est, in Christo, fundata est terra, scilicet Ecclesia militans, ex terrenis, mortalibusq; hominibus congesta; Terra siquidem pluribus metaphoricis proprietatibus in Scriptura Ecclesiam militantem præsignare comperitur, ex quibus adnotandæ mihi sunt illæ duntaxat, quæ ipsius videntur firmitudinem manifestare, & stabilitatem declarare. Duæ firmitudinis rationes, terræ attribuantur à Scripturis, quæ Ecclesie nostræ ascribi possunt: De prima ait Psalmus: Qui firmavit terram super stabilitatem suam, non inclinabitur in sæculum sæculi. At quanam est ista stabilitas, nisi quia, ut aiunt Philosophi, librata in centro consistit grauitatis ratione? Stabilitas igitur Ecclesie militantis euenit, quia sedet in centro, scilicet in Christo; fundata enim est supra petram, idest, supra Christum: Christus enim petra est; uel supra petram, hoc est, Petri fidem. Quæ petra, nempe Christus, & Petri fides, vt grauis, & immobilis, stabilitatem ipsi Ecclesie exhibet, & præbet: Nam sicut terrena omnia, quæ sunt extra terram, non possunt firma persistere, sed continuò mouentur, & iactantur: ita quæcunque religio, secta, vel hæresis, extra Ecclesiam est, mutatur semper, & doctrinis diuersis iactatur. Sola autem Ecclesia supra petram, quippe supra fidem Petri firmata, in fide sancta Catholica, & Apostolica consistit immobilis. Propterea non mouebitur in sæculum sæculi. Terræ etiam aliud fundamentum ascribit psalmus, cum ait; Quia ipse super maria fundauit eam, & super flumina præparauit eam. Et alio loco; Qui firmavit terram super aquas. Terra nanque (iuxta D. Chrysofomi, ac nonnullorum Patrum sententiã) super aquas firmata perhibetur, quia ex aquis educta, illis censetur insidere. Sed cum ab eis irrigatur, florescit, virescit, fructusq; reddit, ac profert suauissimos. Super aquas pariter fundatam, firmatamq; Ecclesiam asseuerare possumus, nimirum super Spiritum Sanctum, de quo Propheta; Effundam super uos aquam mundam. Assistit siquidem semper Ecclesie Spiritus Sanctus, eique omnem firmitudinem, atque constantiam confert, cum ipsam protegat, ne unquam labatur in errores, ipsique dona tribuat, & charismata, quibus spe uirescit, desiderio florescit, & charitate sapidos fructus profert. Hoc igitur est Cælum, & hæc terra, qua Deus in Christo, videlicet super Christum, in principio fecit. Precemur nos, ut ita fiat voluntas, Dei in terra, sicut in Cœlo, iuxta illud; Fiat uoluntas tua sicut in Cœlo, & in terra; perficiatur scilicet, & compleatur Dei voluntas in Ecclesia militante, quemadmodum in triumphante: quod equidem tunc continget, quando in hac terra, hoc est, in Ecclesia militante, cœlestes homines nos fieri satagemus.

c. Hoc est, Iudaismum, & Gentilitatem.

Non ineptè etiam potest exponi locus hic, In principio creauit Deus Cælum, & terram, scilicet in mystico corpore Christi (qui principium est) congregauit Iudaismum & Gentilitatem: Ecclesia siquidem Mundus est pulcherrimus, de quo Saluator noster ait; Sic Deus dilexit Mundum, vt Filium suum vnigenitum daret. Hic compactus est ex Iudæo, & Gentili, tanquam ex Cœlo, & terra. Nil Deo proximius est Cœlo, & nil eidem

Ecclesia triū-
phans Cœli
est.Ecclesie mili-
tantis cū ter-
ra similitudi-
nes.Psal. 103.
Duæ firmitu-
dines terræ
quæ Ecclesie
aptantur.Psal. 29.
Psal. 135.

Ezech. 36.

Matth. 6.

Io. 3.

Ifa. 66.

Eidem propinquus erat Iudæo; Nec enim est alia natio tam grandis, quæ habeat Deos appropinquantes sibi, sicut Deus noster adest nobis. Hoc Cælum erat, de quo testatur ipse Deus; Cælum sedes mea est, quoniam Deus sedebat in hoc populo. At terra, idest, Gentilitas, longè distabat à Deo, quapropter erat scabellum pedum eius, quoniam cum Idolorum cultrix esset, ipsi erat abominabilis. Sed mentem erige, & quid effectū sit, attende. Fecit Deus luminaria magna, Solem, Lunam, & stellas, vt lucerent in firmamento, & illuminarēt terram; In hoc, in quam, Cælo, populo videlicet Iudaico, resplicuerunt Prophetæ, ut stellæ; Moses & lex, vt Luna; Christus & Euangelium, vt Sol: Et quanquam splenderent in Cælo, illuminarunt nihilominus & terram, quia venit Christus etiam illuminare his, qui in tenebris & vmbra mortis sedebant. Missus utique fuerat Christus ad Iudaicum populum, sed ex quo ipse lucem Mundi spectare noluit; & Spiritui Sancto restitit, conuersus est ad illuminandas Gentes. Sed audias mysteriū: Tradunt Philosophi, lumen non exoriri, nisi ex terræ repercussione; Quapropter quamquam Sol splendeat in Cælo, & aërem radijs perfundat: splendens tamen & lumen non excitat, nisi in terra, quoniam radius ab ea reflectitur, adeo vt in Cælo, & in aëre medio obscuræ insideant tenebræ; cum lucem reflectere ea corpora nequeant. Ecce Christus Sol, quanquam emicuerit & effulserit in Iudaismo, & radios doctrinæ suæ in populum eum duræ cervicis expanderit, quoniam nihilominus uoluntate pia, & fide, ipsos radios, ipsam videlicet doctrinam non susceperunt, nec reflexerunt, ob id splendor & fulgor Euangelij ipsos non illustrauit. Quia verò Gentiles populi, euangelicæ; cælestisq; doctrinæ radios receperunt, & corde ad fidem accedentes eos reflexere, ob id & lumen ipsi illuxit, & ex illo lumine uiuificati calore vitæ æternæ fructum reddere potuerunt. Quapropter terra, quæ squalida erat & indecora, fide Christi uiua, tanquā radio perfusa, & uiruit, & floruit, & speciosa reddita est. Hoc igitur Cælum, hanc terrā, populum scilicet Iudæorum, & Gentilem, in Ecclesia, in mystico Christi corpore compegit, & coniunxit Deus.

Iudej cur nō illuminati à Christo.

d. Idest testamentū nouū, et testamentū uetus: e. uel Scripturā de diuinitate et de humanitate: f. uel sensum spirituale, et literale.

B E D A Expositione in Genesim.

Alij autem dicunt, in eo quod dicit, Cælum & terram, animam & corpus, uel nouum & uetus testamentum spiritualiter posse intelligi.

H V G O Carenfis in Postillis.

Creauit Cælum, idest, nouum testamentum, cælestia promittens: Et terram, idest, uetus testamentum terrena promittens. Vtrunq; testamentum in Christo creatum est. Vnde Exodi vigesimo sexto, cortine tabernaculi, quæ figurant uetus & nouum testamentum, opere plumario compositæ sunt. Pluma est acus: acus uero Christus, in primo aduentu perforatus in passione: punget in secundo sicut acus, quando uenerit in maiestate. Per cuspidem acus significatur potestas diuinitatis, quæ punget in iudicio. Per foramen acus, fragilitas humanitatis, quæ fuit perforata in cruce. Vtrunq; testamentum dicitur Cælum, ubi de diuinitate agitur: Terra, ubi de humanitate. Cælum, propter sensum spiritualem: terra, propter literalem. Et bene dicitur, quod in Filio factum est uetus & nouum testamentum: quia Filius Verbum est, in quo facta est Scriptura: Iob trigesimo tertio; Semel loquitur Deus.

Scriptura Sacra Heliotropio similis.

Testamentum noui ut Cælum, uetus ut terra.

In Christo confecit Spiritus Sanctus Cælum, & terrā, hoc est, testamentum uetus & nouum, quia Scripturæ omnes solum Christum respiciunt. Sunt siquidem Scripturæ sicuti Heliotropium, quæ abeuntem Solem intuetur semper, omnibusq; horis cum eo uertitur. Scriptura nanque sensibus suis semper Solem, nempe Christum, respicit. In hac autem compacta sunt Cælum, & terra, quod triplici modo exponere possumus, & exemplis interpretationes has declarare. Cælum primò appellari potest testamentum nouum, & terra testamentum uetus. In Cælo profectò resident, Sol, Luna, & alstra, quæ dum radijs suis terram illustrant, ipsi fecunditatem præbent. Porro in testamento nouo emicant, Christus, vt Sol: Ecclesia primitiua, ut Luna: Apostoli, vt stellæ, qui omnes lucem emittunt cælestem, scilicet ueram doctrinam, quæ si ad terram, hoc est, ad testamentum uetus peruenit, ipsum reddit fecundum, quia ex ipso eliciuntur veri sensus, genuinæ intelligentiæ, certæ interpretationes, ex quibus fecunda redditur antiqua Scri-



Coelum & terram.

- f. *Vel sensum spirituale, & literalem.*
- a. *Idest animam & corpus, siue spiritum & carnem.*
- b. *Vel mentem & sensum.*
- c. *Aut potentiam intelligibilem & sensibilem.*
- d. *Siue Cælestes terrenosq; homines.*

Allegoricè.

Moraliter.

Scriptura, & uiuificatur: Testamentum enim uetus, nisi ad Christum, & Euangelij doctrinam referatur, mortuum est, nam litera occidit. At quando ea ratione explanatur, vt Christum demonstret, & cum Euangelio coherentiam habeat, uiuum est, quia in eo spiritus, idest, spiritualis sensus uiuificat. Rursum Scriptura omnis, cum de Christi diuinitate, Cælum, cum uero de eiusdem humanitate nobis secreta pandit, terra nuncu pari potest. Cælum nanque diuinitati, & terram humanitati iam supra cōparauimus. Sed illud animaduertendum, quod ex terra sæpius prodeunt exhalationes, & caligines, Cælum tegentes, & lucem Solis retundentes, adeo vt radius quandoque ad nos peruenire nequeat: Ita ex historia, quæ res ad humanitatem Christi spectantes narrat, dubitationes sæpius gignuntur, quæ Christi diuinitatem quadantenus obscurare uidentur, nisi scintilla miraculorum, ut diuinitatis monumenta, eas proscinderēt, & certam de ipsius diuinitate testificationem præberent. Tandem & utrunq; testamentum, Cælum dicitur, mystici sensus respectu, terra autem literalis ratione; & in hoc mirificū est, quod hoc modo terra complectitur Cælum, & non Cælum terram, quia literalis sensus mysticum includit, ac potissimū in ueteri testamento. Sed quid nobis agendum est? Id certe, quod artifices, qui metalla hauriunt & constant, efficere non ignoramus. Hi nanq; terram effodiunt, dilacerant, uenas ipsas metallicas in terra obrutas eliciunt, eas in fornacem uehementer accensam iniiciunt, vt metalli vitium excoquant, ignisque vi summotis terrestribus, puriores partes secernunt, simul cogunt, atque in aquam, ut conglutinentur, proijciunt, ipsasq; igne iterum mollitas, in speciosas redigunt formas. Nos quoque Scripturas sacras præcipuè antiquas, cōtemplantes, sensus mysticos, & latentes debemus elicere, in cordeque diuino amore successo, tanquam in fornace, recondentes, & inutilia projicientes, salubriora fecernere, atque ea in aquæ sapientiæ Christianæ, & cælestis consolidare. Deinde sæpius insignes illos sensus meditando, ad uitæ sanctæ institutionem exempla ex eis & documenta plura depromere. Et quidnam unquam thesauro hoc erit pretiosius? Hoc igitur pacto ex terra Cælum, quasi in internis eius latebris reconditum, eruemus, moxque clarescent nobis lumina cælestia, nempe intelligentiæ spirituales, quibus mens nostra illustrabitur.

Scriptura omnis de diuinitate, ut Cæli, sed quæ de humanitate, ut terra.

Vtrunq; testamentum quod ad mysticum sensum, est Cælum, quod ad literalem, terra.

a. Idest, animam & corpus, siue spiritum & carnem.

A V G V S T I N V S Sermonē de tempore centesimo tricesimo tertio.

Fecit ergo in principio Cælum & terram: Cælum spiritum, terram carnem, hoc est, hominem spiritualem. In principio, hoc est, in Christo. Interrogauerunt eum Iudæi. Quem te dicis? Respondit; Principium, qui & loquor uobis.

Ioan. 8.

R I C A R D V S de Sancto Victore.

In principio creauit Deus Cælum & terram. Cælum spiritus, terram corpus: quia, sicut, Cælum terra sublimius & solidius: sic excellentior & dignior est corpore spiritus.

B E D A Expositione in Genesim.

Alij autem dicunt, in eo quod dicit Cælum & terram, animam & corpus spiritualiter posse intelligi.

L Y R A N V S in Postillis.

In principio Creauit Deus Cælum & terram. In hoc capite, Mundi creatio describitur, per quam bene hominis creatio designatur, eò quod homo minor Mundus dicitur à Philosophis, & etiam à Sanctis. Gregorius enim exponens illud Marci ultimo, Predicate Euangelium omni creatura, dicit; Omnis creatura nomine signatur homo: Mundus enim & uniuersitas creaturæ idem penitus significant. Igitur primò describitur hominis perfectio in esse nature, cum dicitur; In principio creauit Deus Cælum & terram, idest, spiritum humanum,

manum, quæ Cælum dicitur, eò quod à Deo calius donatur. Et terram, idest, carnem humanam, quæ dicitur terra, eò quod est terra à domino.

Gen. 2.
Animæ ad
Cælum, &
carnis ad ter-
ram relatio-
nes.

Scienter profectò anima & spiritus, qui apex est animæ, Cælum nuncupari queunt; corpus & caro, quæ idem sunt, terra: idque maximè si originem eorum inuestigemus. Anima quippè & spiritus è Deo prodeunt, nec è materia eliciuntur; Vnde in Adam insufflauit Dominus Deus spiraculum vitæ, & factus est in animam viuentem. Corpus autem & caro è terra ipsa, & ea rubra originem trahunt; Formauit enim Deus hominẽ de limo terræ, & Adam nuncupatus est, quasi terra rubra. Incorruptibile est Cælum, immortalis anima: Corruptionibus obnoxia est terra, interitui caro subiecta. Non conspicitur Cælum nisi astrorum luminis gratia; terra omnibus patet: non videtur anima, sed tantum operationibus suis nobis innotescit; conspicua omnibus est caro. Amplius & animum spiritumque Cæli specimina referre, quemadmodum & corpus seu caro terræ crassitiem præfert, clarissimum est: splendent enim in anima intellectus, vt Sol; voluntas, vt Luna; rerum species in memoria insitæ, vt Stellæ in firmamento: porro corpus & caro crassissima sunt. Si Cælum insluit in terram, depuratur terra, virescit, floribus redolet, & fructibus ditatur; at si Solis radijs non perfunditur, squalens reddita arefcit, indecora, infrugiferaque facta desolatatur. Si spiritus carnem regit, atque ab illecebris abstrahit, vtique & exemplo sanctimoniam benè olet, & copiosis bonorũ operũ fructibus locupletatur: quod si à spiritu, tanquam à Cælo, influxus non recipit, sed magis spiritum ipsa conculcat, insolens effecta, concupiscentijs suis putrescit, fordidaque & infructuosa in vitijs tabescit. Mouetur Cælum, suoque motu cuncta rapit: ita & animæ arbitrio cunctæ obtemperant corporis vires. Moderator est Cælum cunctarum rerum terreharum; moderator est spiritus cunctarum affectionum carnalium. Ceterum valde mirum est, quod nunc sumus adiecturi. Non desuere Philosophi, qui Cælum immotum consistere putarint, terram autem ad eò citata circumlacione ferri existimarint, vt ipsa stare, & Cælum super ipsam volui videatur. Erronea quidem est hæc sententia, & falsa. Sed erroneum (quamuis heu nimis verum) est etiam, quod in his, qui carnis & corporis illecebris indulgent, anima, quæ Cælum est, immobilis persistat, suaque in vecordia sordescat; caro autem, quæ terra est, ipsa moueatur, ipsa imperet, quoniam in his anima carni, non caro spiritui cernitur deferuire.

b. Idest, mentem, & sensum: & c. Vel potentiam intelligibilem, & sensibilem.

A M B R O S I V S in libro de Noè & Arca, capite quartodecimo.

Quod autem ad altioem pertinet sensum, Cæli simbolo mens humana significatur: terræ autem appellatione, & corpus, & sensus.

In Microcosmo, hoc est in paruo Mundo, ad sunt profectò & Cælum, & terra; mens nanque & intellectus, quæ supereminentes partes sunt Microcosmi, Cælum appellari possunt; sensus autem, qui infimi sunt, terra. Cum autem hæc duæ portiones, scilicet intellectus & sensus, præstantissimæ sint illæ dotes, quibus homo intelligit, non ineptũ diiudico, si Cæli & terræ exemplo, intellectiois modum explicare enitar, vt intellectũ Cæli, & sensum terræ partes subire cognoscamus. Terra (sphæra nempe ista ex terra, & aqua aggregata) vapores exhalationesque semper suppeditat, quæ si ad primam, secundamve regionem attrahuntur, nubes pariunt, si ad tertiam, ignitas impressiones. Hæc autem omnes quandoque rutilant, quandoque albescunt, & quandoque atrè in pluias, nubes, & grandines conuertuntur, cum à ventis iactantur & dissoluuntur. Eodem prorsus modo, sensus nostri species sensibiles à rebus sensibilibus perpetuò subministratas capiunt, ex quibus in phantasiã ductis, phantasmata sunt in intellectu possibili; quæ postea ab intellectu agente, seu à mēte animæ apice, depurantur & illustrantur, vniuersaliaque redduntur. Atque hæc, si Dei diuinarumque rerum sint apprehensiones, rutilant certè & diuino calore nitescunt: sin autem rerum earum, quæ ad naturam spectant, candescunt: at si terrenarum humanarumque rerum sint conceptiones, in phantasia, ut in media regione, consistunt, quia nimia sua crassitie attolli nequeunt, atque vt crassæ

Quomo do
homo intelli-
gat.

vt crassæ nubes à ventis, hoc est, ab animi passionibus sæpius iactantur. Vnde & in fulgura, tonitrua, coruscationes, videlicet in iras, diffidia, & cædes soluuntur; uel in niues & grādines, idest, in liuores, maleuolentias, & odia; siue in pluias & pruinas, hoc est, in lachrymas & dolores sæpe vertuntur. Cælum igitur est mens, terra sensus, homo Mundus compactus ex Cælo & terra, qui vt Cælum Angelis coniungitur, vt terra animatibus, & brutis rationis expertibus copulatur, sicque vinculum est rerum diuinarum, & humanarum, cœlestium, & terrestrium.

d. Idest cœlestes terrenosque homines: e. Vel imaginem cœlestis et terreni hominis portantes: f. Vel bonos iustos & sanctos; malos, peccatores, & impios.

E V C H E R I V S in Genesim libro primo, capite primo.

Creatura Cæli & terræ quomodo historialiter ab exordio principij condita sit, legimus, sed qualiter in Ecclesia spiritaliter à Doctõribus accipiat, intelligamus. In principio fecit Deus Cælum & terram. Principium Christus est, sicut ipse ait in Euangelio; Ego principium, qui & loquor uobis. In hoc igitur principio fecit Deus Cælum, idest, spirituales, qui cœlestia meditantur, & querunt. In ipso fecit & carnales, qui terrenum hominem necdum deposuerunt.

A L C V I N V S vt etiam in Glossa Ordinaria.

In principio. Filio, quo humanato patuit qui essent cœlestes, qui terreni.

B E D A Expositione in Genesim, capite primo.

Spiritualiter autem in hoc principio Christo fecit Deus Cælum & terram, idest, spirituales, & qui cœlestia meditantur: & carnales, qui terrena sapiunt.

Et libro De sex diebus creatione.

Principium Christus est, sicut ipse in Euangelio ait; Ego principium, qui & loquor uobis. In hoc igitur principio fecit Deus Cælum, idest, spirituales, qui cœlestia meditantur, & querunt. In ipso fecit & carnales, qui terrenum necdum deposuerunt.

G L O S S A Interlinearis.

Cælum, idest spirituales, qui cœlestia meditantur: Terram idest, carnales, qui terrenum hominem necdum deposuerunt.

I S I D O R V S vt in prothematibus Glossæ.

Cælum & terram, idest, spirituales, qui cœlestia meditantur: & terram, idest, carnales, terrenum hominem imitantes.

G L O S S A Ordinaria.

In principio creauit Deus Cælum, eos scilicet, qui cœlestis imaginem portauerunt: & terram, idest eos, qui postea superbiendo, terram, idest terreni hominis imaginem portantes, se fecerunt deformes.

H V G O Carenfis in Postillis.

Filius est creator Cæli, idest, bonorum: & terræ, idest, malorum: Formans lucem, & creans tenebras: faciens pacem, & creans malum. Cæli sunt sancti: Cæli enarrant, &c. Terra, mali; Terram comedet omnibus diebus vitæ tuæ.

Primam totius humanæ sobolis parentẽ Euam, duos legimus filios peperisse, Caim & Abelem, qui diuersum uiuendi institutum amplexantes, alter piorum cœlestiumque hominum, alter impiorum terrenorumque; primitiæ extiterunt. Mirandum prorsus dictu, quod duo isti fratres, primi profapiæ humanæ furculi, ex eodẽ genitore Adam, & ex eadem genitrice Eua editi, ambo iisdem vberibus lactati, ambo eadem esca enutriti, ambo sub eadem Cæli temperie & terrarum climate educati, ambo iisdem imbuti præceptis; in tam varias ac repugnantes properarunt morum naturas, ut vnus bonorum, alter impiorum princeps sit existimatus. Sed longè magis admirandum est, quod Christi fcolarum ex eodem secundo Adam Christo genitorum, fiant nonnulli cœlestes, nonnulli uero terreni efficiantur. Omnes quippe ex eodem secundo Adã Christo, ac Eua, Ecclesia, sunt renati, omnes eodem baptismo abluti, omnes eodem Chrismatis oleo ad augendum robur spiritus peruncti, omnes eodem Eucharistiæ Sacramento, vt cœlestis panis adipe refecti, omnes eodem pœnitentiæ pharmaco; sapius curati, omnes eadem

ccc diuina

Caim et Abel,
piorũ & im-
piorũ primi-
tia.

Coelum, & terram.

Moraliter.

d. Siue caelestes, terrenosq; homines.

e. Vel imaginem caelestis & terreni hominis portantes.

f. Seu bonos iustos, & sanctos, malos peccatores, & impios.

Tropologicè
Anagogicè.

a. Curanda primò sunt caelestia, quàm terrestria, Dei exemplo.

b. Angelos & homines in superna regia beatorum.

Iusti Cælo
comparati.

diuina gratia protecti, iisdem Euangelica doctrinæ præceptis eruditi: & nihilominus alij caelestes Dei opitulatione, alij carnales propria prauitate euadunt, adeò vt bene exponi possit; In principio, hoc est, in Christo facta sunt Cœlum, & terra, idest, spiri- tuales & carnales homines; Et isti quidem ferunt imaginem primi Adam terreni: illi autem secundi Adam caelestis. Quapropter & de ipsis inquirere liceat, cuius est imago & superscriptio hæc? Cæterum eleganter caelestes homines Cœlo, & terreni terræ comparantur, pluribus de causis. Primò, Cœlum ex quinta quadam essentia constat à corruptione alienum. En homines caelestes, immunes à peccato. Cœli, quanquam retrogrado vehantur motu, rapi tamen à supremo orbe noscuntur. En caelestes homines, quāquam naturali ferantur appetitu, à Dei tamen lege, Deiq; voluntate rapiuntur, in ipsisq; spiritus promptus est, caro autem infirma. Splendent Cœli Sole, Luna, & stellis micantibus, coruscant caelestes homines iustitia Christi, mortificatione, & virtutum exemplis. Sunt equidem caelestes homines vti luminaria, quæ splendent in Cœlo, & illuminant terram; sic isti profectò caelesti rutilant vita, sed Mundum, terrenosque homines exemplo illustrant. Rursum adnotes & hoc exemplum, velim. Resident astra in Cœlo, & tamen ijs, qui terram respiciunt, apparent, saltem in fontibus aquisq; limpidis. Sedent certè iusti in Cœlis, spatianturque per Cœlos, iuxta illud; Nostra conuersatio in Cœlis est. Nihilominus & hominibus terrenarum rerum sollicitudinibus obuolutis exemplo sunt, ex claritate scilicet vitæ eorum sanctæ, quæ profectò similis admodum est aquæ, nam sæpius angustijs iactatur, sicuti aquæ à furentibus ventis commoueri solent. Cœli terram tangere nequeunt, quòd si tangerent, vt rotæ in vno tantum puncto terram tangerent. Caelestes homines à terra longè sunt semoti, quia terrena non sapiunt, sed si tangunt, hoc est terrenis necessitatibus astringuntur, in puncto tangunt, quia quantum possunt, ab ipsis abdicantur. Cœlum si rueret, cuncta machina corrueret: Sole siquidem, Luna, & sideribus sublatis, cuncta in nihilum collaberentur; Iusti columnæ sunt Mundi, nam Sanctis omnibus deficientibus, Mundus excidium subiret: quod liquiddò monstrat memorandum & horrendum Pentapolis exemplum. Verum quomodo terræ comparantur terreni homines, uberiùs infra super verba; Terra autem erat inanis, &c.

a. Curanda primò sunt caelestia, quàm terrestria,
Dei exemplo.

Cum vniuersorū fabricator Deus, in Mūdi huius admirabili constructione, Cœlū ante omnia condiderit, ac subinde terram, documentum vtique nobis non aspernandum reliquit, ut semper caelestibus primò vacare studeamus, deinde terrenis, iuxta illud; Primū quærite regnum Dei, & hæc omnia adicientur vobis. Homo solus inter omnia animantia facie Cœlum respicit, non terram, ut intelligat se ad caelestia paranda creatum, non ad terrena. Quæ enim comparatio est inter caelestes res, & terrenas? Hæ marcescibiles sunt, illæ immarcescibiles: Ab edaci tēpore corroduntur istæ, illæ incorruptibiles permanēt: Hæ viles, illæ preciosæ: Istæ suū possessorē statim in fastidiū per fatietatē vertūt, illæ quò magis possidētur, eò magis appetūtur: Labiles istæ, illæ sempiternæ. Theaurizate, iquit Christus, vobis thesauros in Cœlo, ubi neq; erugo, neq; tinea demolitur, neque

Matth. 6.
Cur homo
facie erecta
creatus.


Matth. 6.

neque fures effodiunt, & furantur. Quo documento quid vel sapientius, vel nobis accommodatius tradi poterat? Quis etenim peregrè constitutus, ad proprios lares redire festinans, in patriam suam, vt ibi diuturno, & commodo perfruatur æuo, thesauros præmittere non studet, ac elaborat? Patria nostra Cœlum est: illam percipimus, illam inquirimus, illam anhelamus. Ibi ergo nobis theaurizandum est, ibi nostræ accumulandæ & coaceruandæ diuitiæ. Illud autem nouerit sibi faciendum esse Christicola omnis, quod Lunam suis in conuersionibus efficere conspiciamus; Luna nanque etsi ex sui orbis motione, cornua quandoq; ad terram vertere compellitur, quo tempore paulatim infuso sibi splendore destitui videtur; mox attamen ad Cœlum se conuertens, mirificè splendorem suum auget, quoadusque tota lumine perfundatur: ita anima, licet quandoque ad terrena se deprime cogatur, naturæ necessitate ducta, adeò vt paulatim obtenebrescere videatur, citius attamen vota, atque spem suam ad caelestia erigere studeat, mox enim caelesti gratia perfusa, bonorum omnium vbertate locupletabitur, lucebitque sicut Luna plena in diebus suis. Curanda enim sunt terrena ex necessitate, non studio & uoluntate; peruolitare quippe debet mens nostra, non sicut miluus, oculis semper ad terram defixis, sed ut aquila in Solem Cœlumque acie uersa, ut in arduis ponamus nidum nostrum Christi exemplo, qui ut aquila magnarum alarum in arduis posuit nidum suum, cum in dextera Dei resedit.


b. Angelos et homines in superna regia Beatorum.

Ex duabus intellectualium creaturarum classibus Ecclesiam triumphantem, Mundū illum supercaelestem, constare, tanquam ex Cœlo & terra, non ignoramus; ex Angelo, veluti Cœlo: & homine, tanquam terra. Decēs siquidem erat, vt Deum optimum maximum, maiestate immensum cunctæ creaturæ intellectuales suspicerent, laudarent, ac prædicarent: igitur & homo intellectu dotatus, ad illam supernam beatitudinem erat destinandus, atque ad tantum tamque, præclarum munus, vt Deum contemplaretur, promouendus. Porro hoc fuit studium sapientiæ, de qua Saluator noster; Quæ mulier habens drachmas decem, si perdiderit drachmam vnā, nonnè accendit lucernā, & euertit totam domum? Mulier ista profectò sapientia erat æterna, quæ drachmas decem, decem scilicet classes naturarum intellectualium in suas delicias creatar, choros nouem Angelorum, & animam humanam. Perdidit drachmam istam, cum dolosa caliditate Dæmon eam illi suffuratus est; Ideò benè accendit lucernam, quādo Verbum caro factum est, luxq; illa micantissima Verbi vase luteo, carne scilicet inclusit, quò tanquam Gedeon, Hiericho, hoc est, Mundum prostraret. Tuncque subuertit totam domum, totum Mundum, inquam: tunc enim Cœlum fecit terram, & terram Cœlū, hoc est, Deum hominē, & hominem Deum, immensum finitum, inuisibilem visibilem, immortalem mortalem, vitam mortem, Dominum seruum, principium finem, Alpha Omega. Subuertit totam domum, cum Cœlum noua stella exornauit, aërem in atra nocte, caelesti luce illustrauit, rerum naturas, ex aqua vino factò, mutauit, furentesque ventos compescuit, & procellis iactatum mare sedauit, quando defunctos, & iam tumulatos ad uitam reuocauit, prostratas naturæ vires cæcis, claudis, elisis, diuersisque morborum generibus affectis, restituit. Subuertit certè totam domum, cum ipse, qui vita erat, morte occubuit, sed morte sua mortem occidit, & mors ianua fuit vitæ: cum Sol delituit, saxa dirupta sunt, terra tremuit, monumenta dedere mortuos suos, limbus animas restituit, infernus horruit. Subuertit totam domum, cum prostratis idolis, euerfis Gentilium scætis, Mundum ad sese cōuertit, Iudæis pulsus, Gētiles elegit, regna omnia Mundi subdidit, efferatosque Imperatorum animos deiecit, immanes Orbis tyrannos subiecit, & superbiorum colla sua virtute calcauit. His igitur artibus mulier caelestis, sapientia æterna drachmam reperit, animam scilicet humanam, & cum cæteris in domum suam, hoc est, in regiam caelestem eā reposuit, vt perpetuò Dei uisione delibuta, & gloria amicta, æternas sibi perfonet, ac referat gratias.

Quomodo
circa res terre-
nas se gerere
debet Chri-
stianus exem-
plo Lunæ.Luc. 15.
Mulier habēs
drachmas de-
cem, sapiētia
æterna, drach-
ma perditā
homo.Sapiētia æter-
na subuertit
totā domū,
vt drachmā
reperiret.



Terra autem erat inanis, & vacua.



Allegoricè:

- a. Idest, caro Christi in cruce erat exinanita doloribus, & vacua sanguine.
- b. Natura humana, ex qua compingenda erat Ecclesia, erat inuisibilis, hoc est, non digna quæ videretur à Deo, & incomposita, hoc est, diruta, & inextructa.
- c. Terra deformitas, & ruditas describitur, non Cæli; quia peccatum hominis reparandum, non Angeli.

Caro Christi terra est, sed sancta. Exod 3.

Elia. 53.

Gen. 3.

Caro Christi ut terra spinas germinavit.

Cur factus est terræ motus dū Christus penderet in cruce.

Quid enim vetat Christi carnem, siue humanitatē appellatione terræ insinuari, eum verè humanitas illa benedicta, fuerit sumpta ex Adam, quem dubio procul ex terra plasmatum nouimus? Terra certè erat, sed terra sancta, de qua Deus Mosi: Solue calceamentum de pedibus tuis, locus enim, in quo stas, terra sancta est; Nulla enim vnquam peccati labe, seu originali, seu lethali conspurcata fuit. Hæc siquidem terra erat illa, in qua rogos ardebat, nec comburebatur. An non Christi humanitas in cruce rogos fuit amore flagrans, nec vnquam extinctus? Terra igitur hæc, humanitas videlicet Christi, in cruce exinanita fuit plagis, flagellis, doloribus, afflictionibus, adeo ut vix caro humana existimari posset, meritoque exclamaret Propheta; Et vidimus eum, & non erat aspectus, & desiderauimus eum despectum, & nouissimum virorum, virum dolorum, & scientem infirmitatem. Et quasi absconditus vultus eius, & despectus, vnde nec reputauimus eum. Verè languores nostros ipse tulit, & dolores nostros ipse portauit. Et nos putauimus eum quasi leprosum, & percussum à Deo, & humiliatum. Ipse autem vulneratus est propter iniquitates nostras, & attritus est propter scelera nostra. Attendas equidem. Maledixit Deus terræ propter Adæ peccatum, cum dixit: Maledicta terra in opere tuo, spinas & tribulos germinabit tibi. Quæ profectò maledictio, quanquam literaliter sensu de terræ elemento intelligatur, tropologice autem de terra carnis nostræ, quæ nobis spinas passionum, & tribulos prauarum cogitationum semper gignit, vti terra hæc spinas, & tribulos frequenter profert; allegorice tamen sensu (vt post vberius videbimus) de Christi carne explicari potest. Siquidem hæc propter Adæ peccatum, quoniam ipse Christus venerat in similitudinem carnis peccati, Christo germinavit spinas, coronam scilicet, vel pileum spinis acutissimis refertum: & tribulos, hoc est, plagas, flagella, liuores, contusiones, vulnera, adeo ut non esset in ipso aspectus, neque decor, & reputaretur tanquam leprosus, percussus à Deo. Quinimodò & vacuus fuit sanguine, nam ante mortem fons ille corporis sui sacratissimi, fons verè Paradisi, apud lignum vitæ constituti, nempe in cruce, sanguinem in Mundi redemptionem profudit. Attendas autem precor hic mysterium; Vt cunctum sanguinem effunderet, factus est terræ motus magnus, quo terræ motu agitato est valde Caluarius mons, concussa crux, simulque concussum Christi corpus, cum cruce perstaret fixum, qua concussione totum sanguine exhaustum est. Adijcias, quod eo iam mortuo, pectus lancea perforatum fuit, ut si quæ remansisset sanguinis particula, effunderetur. Propterea exiuit sanguis & aqua, hoc est, post totum sanguinem egressa est aqua, tanquam indicium certum, quod nulla superesset sanguinis portio. Merito igitur interpretati sumus per terram inanem & vacuam, Christi carnem, terram sanctam exinanitam, deformatam plagis, vulneribus, & vacuam omnino sanguine, &c.

Natura

b. *Natura humana, ex qua compingenda erat Ecclesia, erat inuisibilis, idest, non digna quæ videretur à Deo, & incomposita, hoc est, diruta & inextructa.*

ANASTASIVS Synaita Comm. in Hexameron libro primo.

Atque hæc quidem est congruenter literæ Mosæ de terra crassior ac corporaliore, quod ad ipsam attinet historiæ narratio, mare quoddam horridum ac tenebrosum, multisque vndis iactatum, & totam quandam atram noctem apertè describens totum Orbem terræ: quod quidem apertè & circa vllam dubitationem erat præfiguratio & imago prioris status, vel potius transgressionis, erroris, & tempestatis, & ignorantie terre, nempe ratione prædita Ecclesia. Hæc terra erat inuisibilis, quæ non solum non videbatur, sed nec videbat, hoc est, statim ab ortu erat sine oculis, & cæca, quam excæcauit princeps tenebræ seculi huius impositus supra abyssum ratione præditam. Aqua quoque peccatorum eam obruerunt, & demerserunt, & spiritalia nequitia, quæ sufflarunt per os serpentis, ei grauissimam attulerunt tempestatem, & tentationum mille fluctus excitarunt. Vnde eam terram non solum dicit, ἀόρατον, idest, ἀόρατον, nempe carentem oculis, sed etiam inuisibilem, vt quæ non videntur omnino. Auertam, inquit Deus, oculos meos à vobis. Sed & per Osee dicit, non solum Iudeis, verum etiam toti generi; Claudam oculos meos à vobis, quoniam odi opera vestra. Sed eam quoque dicit incompositam. Nam cum in eam mali irrupissent fluij, & iniqui spirassent venti, cecidit, fuitque incomposita, & non constructa, & fuit magna eius ruina, vt quæ non esset adificata supra vixorem, & sponsam Christi, nempe super petram fidei Petri.

Diuinam vtique contemplationem suggerit nobis hoc loco Anastasius Synaita, quare natura humana inuisibilis & incomposita dici possit. Inuisibilis ergò erat, quoniam indigna reddita, quæ à Deo videretur: primum quoniam cæca effecta fuerat, ipsamque princeps tenebrarum obcæcarat, sed intelligas modum. Medicus impius & mendax fuit serpens, qui dum aciem oculorum roborare spondit, adhibito medicamento, ipsam etiam naturalem facultatem, & virtutem prostrauit. Cur præcepit vobis Deus, ne comederetis de omni ligno Paradisi, inquit serpens: respondentibusque illis, Ne fortè moriamur, adiecit; Nequaquam moriemini, sed eritis sicut Dij scientes bonum & malum. Ecce promissio: Eritis sicut Dij, hoc est videntes, scientes bonum & malum, cognoscetes amplius non tantum bonum, sed & malum. Tunc igitur illis promittit eos futuros Deos, hoc est, videntes; adhibito pomo inobedientiæ, reddidit eos non Deos, hoc est, non videntes, & qui cognoscebant tantum bonum, noscere ceperunt & malum; nam aperti sunt oculi eorum, &c. Hoc igitur dolo princeps tenebrarum, protoparentibus lucem mentis abstulit. Deinde & indigna erat vt à Deo conspiceretur natura humana, quoniam rugosa, scabiola, liuida, & pallens effecta erat. Illud enim pomum, cuius gratia cæca reddita fuerat humana stirps, adeo inferna eius, epar scilicet, & totum sanguinem accenderat, vt facies cunctumque corpus scabie lepraque obrutum foedatimque videretur. Ita enim peccati labe, pomo illo inobedientiæ contracta, concupiscentiam inflammarat, cæterasque animi passiones commouerat, ut non nisi facinora, prauaque opera gigni conspicerentur. Cæcitate igitur ratione, in intellectu, & concupiscentiæ feruore, in affectu, ita deformata fuerat natura humana, ut à Deo auctore suo spectari nequiret. Deus siquidem veluti pictor, summa arte effectam à se imaginem respicere abnuebat, quoniam sepe peccati macula deturpatam eam non ignorabat: quare vel clauderat oculos, vel faciem auertebat; neque etenim complacentiæ obtutus in eos, qui peccato sunt obnoxij, intendere potest Deus, nec eis faciem suam benignitatis, quoad usque respiscat, serenam demonstrare, sed vel oculos claudit, & faciem auertit, vel si oculos aperit, igneos illos ac minaces ira & iustitia vibrat: si faciem quoque vertit, iratam & terrificam eam exhibet, eam, inquam, de qua David; Auerte faciem tuam à peccatis meis. Rursum erat incomposita natura humana, quia cum corruisset in protoparente, inextructa semper remanserat. Structura pulcherrima erat profectò cõpago humana, & quæ unquam structura (Deum immortalem) ipsa præstantior? cum columnarum vices agant ossa, tegminis caput, parietum caro, fenestrarum sensus? Sed structura erat ex lateritio opere, & fundata supra terram, quoniam formauerat Deus hominem de limo terræ; Non erat ædificium ex petra congestum, hoc est, ex Christo, nec supra petram, supra Christum, vel Petri fidem firmatum. Contra hanc flauerunt venti: serpens enim tunc per os suum sufflauit,

Natura humana per peccatum effecta est cæca.

Effecta est et scabiola.

Psal. 30.

Structura primi hominis pulcherrima sed lateuita.

fufflauit, tentationumque ventos validissimos excitauit, cum in Paradiso terreſtri Euam primūm decepit, & per Euam Adam seduxit. Et quoniam domus illa non erat funda ta supra petram, cecidit, atque incomposita, inextructa; remanſit, adeo ut de ipsa pro pagine humana dici poſſet.

Quanta Roma fuit, ipsa ruina docet.

Quanta fue- rit dona na turalia & gra tuita homini collata.

Ex donis enim naturalibus, quanquam fauciatis & prostratis, cum sint adeo pre- flantia, contemplari & arguere possumus, quam prestantiora essent natura dona in flo- rido illo statu originalis iustitiæ, & quam prestantiora adhuc, & præclariora essent in- nera gratuita, quæ homini Deus benignissimè cōtulerat. Equidem si (vt dicitur) ex plā- ta Hercules, & si ex pede colossi Rhodiensis, quam ingens esset percipi, atque cognosci poterat, certè ex infimis hīs dotibus quæ nobis adhuc supersunt, quam eminens, excel- lensq; fuerit Herois illius Adæ humani generis propagatoris conditio & excellentia, sū- spicere & contemplari datum est. Cæterum Christus cum humanæ naturæ restituit ædificium, ne amplius collabi poſſet, ex lapidibus perpolitus, ex iustis & pijs in seipso il- lud erexit, atque, supra petram supra seipsum, seu Petri fidem ædificauit; ideò portæ in- feri non præualebunt aduersus ipsum, quia marmoreum est, non lateritium. Hæc igitur terra, natura humana ex terra genita dici poterat inuisibilis, quia indigna, quæ à Deo videretur: Et incomposita, quia collabente Adam diruta erat, & inextructa iacebat.

c. Terra deformitas et ruditas describitur, non Cæli; quia peccatum hominis reparandum, non Angeli.

ANASTASIVS Commentarijs in Hexameron.

Sed neque hoc prætercurras in principio Mūdi creationis, nempe quomodo cum Deus fecisset firmamē- tum Cæli, vel potius Cælum & terram, prætermittens ornare Cælum, quod erat ipsum quoque inornatum & incompositum, statim ante illud per scriptorem aggreditur dicere de terra, dicens; Terra autem erat inuisibilis & incomposita. Vnde cum ad hoc quidem dixisset interpres, quod Israël, qui in Aegypto terrestres creatu- ras adorasset tanquā Deos, volens Deus abducere à tali Idololatriâ, docet eum illas esse in terra creaturas, alias contra obiecit, dicens; Sed nihilominus & exercitum Cæli, & Solem, & astra adorauit Israël, vt dicunt Prophe- ta. Et deinceps ostendit Cælum fuisse exornatum, ne ipsum Israël adoraret. Nondum enim ceciderat, qui aliquan- do fuit Lucifer, qui mane oriebatur. Illa autem terra, homo inquam, qui audivit; Terra es, & in terram reuertere- ris, attracta in profundum cecidit tartarum, spinas & tribulos germinans in peccatis. Ea de causa de hac re scriptor inducit orationem. Propterea ante Cælum terra à Deo ornatur, quoniam ante Angelos terra, ex terra ge- niti homines, Deum per carnem vidimus: & ante superna, inferna exornans, ea letificauit, & illuminauit. An- te Cherubin & Seraphim, magi, & publicani, & latrones, & meretrices, & peccatores facie ad faciem Deum viderunt, eoque se oblectarunt, & fructu sunt: deinde eum sic transmiserunt videndum superius virtutibus.

Anastatius proluxa oratione edisserit plura, duoque, meo iudicio, non satis explora- ta & perspecta defert. Primum, Angelos verbum non vidisse in essentia & natura, nec eius æternam generationem cognouisse, quanquam ipsum mirificè celebrarent; Al- terū est, nec mysterium incarnationis ante hominem percepisse, sed prodente Ecclesia, ipsos id assequutos esse; Quapropter diligere eos, ac protegere genus humanum, & pro eo intercedere ea de causa, quia referante ipso viderint, quod per se spectare nequif- sent. Verū hæc sano iudicio sunt acceptanda: Quantū enim ad primum spectat, An- geli profecto, si non ante, saltem ubi ad gloriam sunt asciti, generationem Verbi cōspe- xere, & Deum intuiti sunt, quanquam illum comprehendere, seu totam essentiam ap- prehendere non dicantur. Quantum ad secundum attinet, uel incarnationis mysteriū Angelis mox vt conditi sunt, reuelatum fuit, qua etiam de causa (vt sensit D. Bernardus, & alij) perduelles Angeli humanitatis nostræ gloriam æquo animo ferre nolētes, apostatarunt; vel saltem ubi ad gloriam elati sunt, id spectarunt in Verbo, vel tandem id non ignorarunt, quando Verbum caro factum est, quoniam eiusdem ministri fuerūt: nam & Angelus Mariæ nunciauit, eam ex Spiritu Sancto parituram Filium Altissimi; il- lustratis quoque noctis tenebris, Angeli pastoribus Christum natūm prodiderunt, ange- lico concentu personante; Gloria in excelsis Deo, &c. Quapropter scitè interpretari possumus Cæli nomine, Empyreū, & Angelum: terrę verò, hominem: Mosemq; Cæli defor-

Angeli ad bea- titudinē elati Deum cōspe- xerunt. Incarnatio- nis mysteriū quando An- geli cogno- uerunt.

Hier. 19.

Esa. 14.



Terra autem erat inanis, & vacua.

- a. Gentilitas, ex qua Ecclesia confici debebat, erat inanis opere & merito, & va- cua præmio.
- b. Testamentum vetus, secundum literalem sensum, inane spiritus, & vacuum, expofitoribus.
- c. Id est, caro nostra decidens ad interitum, & vacua bono.

Allegoricè:

Moralitèr.

deformitatem nō narraſſe, quoniam iam Empyreum repletum fuerat Angelis, iam An- geli sancti euecti ad gloriam, quare nec Empyrei, nec Angeli deformitas vlla supererat enarranda. Desertorum verò Angelorum, ac Dæmonum funestum casum, & lapsum non tradidisse, quia irreuocabilis, nec reparandus. Terræ autem ruditatem declarat Vates, quoniam humani generis iactura, per Christum erat refarcienda. Sed quorsum homo, & non Angelus, per Verbum diuinum redimendus erat? Quoniam Deus, quan- quam bonitate eximius, & potentia robustissimus, sapientia attamen sua inenarrabili nihil efficit, nisi se attemperando ad rerum earum naturas, in quibus agere dignatur. An- gelus igitur natura sua, redemptionis nō erat capax, tum ratione intellectus, tum volun- tatis, tum etiam naturæ spiritualis; Angelus siquidem perspicacissimæ fuit intellectu- nis, propterea ab apprehensis rebus non potuit mutari, vt melius doceretur; inconuer- tibilis est voluntatis, propterea reuertens ad Deum noluisse; impassibilis naturæ, propte- rea pœnis peccatum redimere recusasset. Homo è contra maximè erat redemptionis capax, eisdem rationibus, erat enim intellectu rudi præditus, propterea edoceri, volun- tate flexibili, propterea flecti, natura passibili, propterea pati poterat, & redimi. Exem- plo id accipe. Adest imago vna inſculpta in ære, adest altera in luto, seu cera impressa: illa si corroditur, & corrumpitur, reuincidi, & rursum inſculpi nequit, nisi iterum æs ip- sum igne liquefiat, refundatur, & iterum celetur. Hæc si foedatur, vel coinquinatur, ac secundum aliquas partes pereat, quoquomodo restitui potest. Imago Dei in Angelo quando per peccatum lacerata est, non potuit iterum incidi, & restitui, nisi mutata natu- ra Angelica: at in homine, quia mutabilis voluntate, potuit iterum coinquinata imago, & contracta restitui, immo pulchrior, ac venustior reddi.

Quare ho- mo, & non Angelus re- demptus.

a. Gentilitas, ex qua Ecclesia confici debebat, erat inanis opere & merito, et vacua præmio.

B E D A Expositione in primum caput Genesis.

Spiritualiter terra, Ecclesia intelligi potest: qua erat inanis, id est, sine operibus bonis: & vacua, id est, sine præmijs.

Duabus certè rebus per maximè necessarijs destituebatur Gentilitas ante Christū, merito nempe & præmio: Homo siquidem arbor est euerſa, sed duplici in terra plan- tari posse perspectum est, in primo Adam, & in secundo. In primo complantatus, nō fructus suaues gignit, cum omnes iustitiæ eius sint tanquam pannus menstruata. Proſi- liunt vtique filij hominum ex originali labe filij iræ, atque vt arbores infructuosæ, eo- rumq; opera & merito, & præmio sunt destituta. Maledicta enim fuit terra in opere ho- minis, adeo vt spinas, & tribulos illi germinaret. Apud lacum Asphaltitem, vbi sitæ erāt vrbes illæ infandæ, quæ iusti Loth tempore ob earum abominationes cœlesti igne con- flagarunt (vt plerique testantur) reperiuntur poma in cortice pulchra admodum & ru- bescētia, sed itus cinere fumoq; sunt referta; ita homines in terra primi Adā, inſiti (quasi apud lacum Asphaltitem plantati) apud quem omnia concupiscentia exarferunt, quan- quam iusti quandoque appareant, fructus attamen foetidos referunt, cum nec merito præditi sint, nec præmio. Porrò si in terra secundi Adam inſitus fuerit homo, fide & baptismo, complantatusque quasi arbor, fructus vtique proferet suaues: exornabuntur etenim opera sua, & coronis, & meritis, virtute gratiæ, qui ea vt aqua irrigat, gratia ni- mirum

Homo vt ar- bor in primo Adam planta tus infructuo- sus est.

Mirū de po- mis iuxta Asphaltitem lacum.

Homo in Christo plan- tatus suaues fructus pro- fert.

mirum est fons tantum scandens, quantum descenderat, rediensque in Cœlum, unde egressus erat; fons enim est saliens in vitam æternam; æquivalent siquidem gratia & gloria, cum utraque à Deo proficiscatur. Exornabuntur etiam ipsius opera merito, & præmio, ratione terræ, in qua insitus est homo, hoc est Christi; Quia si filij & hæredes. Terra igitur erat inanis & vacua, hoc est Gentilitas, quæ in Ecclesiam redigenda erat, iacebat sine operum fructu, nempe sine merito, & præmio.

b. Testamentum vetus secundum literalem sensum inane spiritu, & vacuum expositoribus.

H V G O Carenfis in Postillis.

Terra autem erat inanis: idest, vetus testamentum inutile, quia lex neminem ad perfectum ducit. Et vacua ab ornatu, quem habuit postea per Christum & expositores; Lingua sapientum ornat scientiam.

Testamentum vetus secundum literalem sensum duntaxat explanatum, inane profecto nuncupari potest, & vacuum. Primò inane erat, hoc est, sine spiritu, seu virtute, qua spiritus accenderetur ad bonas proferendas operationes, salutemque nanciscendâ, & beatitudinem comparandam. Exemplo id ostendam. Efflant venti aquilonares, vt Boreas, sufflant & Zephyri. Ille maximo impetu aërem nubibus obruit, mare & vndas inflat; sed quia frigidus, cuncta arefcere facit: sufflant isti suaviter, aërem serenant, & quia calidi, terræ fecunditatem præbent. Emergunt duæ intelligentiæ ex veteri testamento; altera iuxta literalem sensum, secundum quem maxima Iudaicæ gentis gesta narrantur, hac tumescunt, inflanturque Iudæi; & quoniam affectum non accendit, ipfos nec ad Christum adducit, nec gratia decorat, vt ea tanquam calido spiritu viuificati, vitæ æternæ opera gignere possint. Econtra altera secundum mysticum sensum & spiritualementia, suavi quodam spiritu mætem cœlesti veritate imbuit, Christum Deum & hominem nobis referat, ad fidem & gratiam ducit, qua calidos nos reddit, ut partus fecundos vitæ æternæ dignos proferre possimus. Et quod de veteri testamento secundum literalem sensum considerato dictum est, in scientijs etiam mundanis euenire experimento cognosci potest, cum & ipsa mentem varijs, aduersis que obruant doctrinis, hominem inflent, nec eum vberem, fructuosumque reddant. Vacuum proinde erat vetus testamentum, quoniam spirituales homines non habebat, qui cœlestibus contemplationibus, & expositionibus ipsum insignirent, & cohonestarent. Erat siquidem (vt exemplo alio etiam hoc explicem) vt aluearium, in quo apes non essent, quæ ex hauistis suauissimis floribus mellificarent, hoc est, ex interpretationibus, explanationibusque elegantibus, mel nobis redderent contemplationum cœlestium, quibus tanquam ambrosia, ac nectare anima, hac in uita pascitur, ac saturatur. Merito igitur testamentum vetus secundum literam tantum expositum, terra erat inanis fructu, vacua contemplationibus.

c. Idest, caro nostra decidens ad interitum, et vacua bono.

L Y R A N V S in Postillis.

Caro verò hominis lapsi non habet ex se aliquod bonum, Roma. septimo capite. Non habitet in me, idest, in carne meâ bonum, idest, subditur; Terra autem erat inanis & vacua, scilicet à bono motis.

Caro nostra, hæc inquam, quæ semper resistit spiritui, inanis est & vacua: inanis primò, hoc est non consistens, sed decidens, & uelocissimo cursu ad mortem properans: Unde de hominis profertur uita; Tanquam dies hesternæ, quæ præterijt. Primum dicit, Dies hesternæ, & non præsens; quando enim vitæ curriculum considerare volumus, nec tempus præsens, quoniam vnicum est momentum, nec futurum, cum nostrum non sit, sed præteritum perpendimus, & enumeramus. Appellat autem diem, & non dies, quia uere uita nostra dies una tantum est, quam præcessit nox, hoc est, quando nihil eramus, & subsequetur nox atra & obscura, scilicet mors. Et sicut dies habet tantum mane, meridiem, & uespere, ita uita hominis augmentum, consistentiam, & decrementum, seu iuuentutem, uirilitem, & senectutem. Propterea & uita nostra Ephemero comparari potest, qui unico die vitam absoluit. Caro autem præcipue flori assimilatur, cum

Ioan. 4.
Rom. 8.

Heb. 7.
Prover. 15.

Intelligentia
literals, & spi-
ritualis in ve-
teri testamen-
to, ut Boreas,
& zephyrus.

Psal. 89.

Vita nostra
est una dies.

Terra autem erat inanis, & vacua.

- a. *Seu terreni homines inanes doctrina cœlesti, & vacui operibus.*
b. *Vel terreni homines inanes, hoc est, instabiles, & vacui gratia.*
c. *Nihil vetustius est, quam quod res terrene vt inanes trāscant, atq; vt vacua non satient.*
d. *Hoc est, humanitas nostra ante Christi incarnationem erat inanis, idest, mortalis: & vacua, sine dispositione ad gloriam.*

Moraliter.

Allegoricè
Anagogicè.

cum dicitur: Omnis gloria eius quasi flos agri; quoniam flos mane floret, meridiem matrescit, & uespere marcescit. Floret siquidem caro & uita nostra in iuuentute, matrescit in uirilitem, & marcescit in senectute. Verum non modò inanis est, sed etiam vacua, omni scilicet bono, iuxta illud: Non habitat in me, hoc est, in carne mea bonum. Terra siquidem erat frugifera, sed lapsu Adæ maledicta fuit, adeò ut non gignat nisi spinas, & tribulos, prauas scilicet cupiditates & operationes. Hoc enim erat, quod amphibologicè illis sponderat Dæmon, cum dixit: Eritis sicut Dij, scientes bonum, & malum. Nam ante peccatum caro experiebatur solummodo bonum, quia spiritui obsequens ut ancilla, non deprecabatur nisi optima: post uerò non cognouit nisi malum; nam rebellis effecta, defertur tantummodo ad malum. Hæc autem euenere propter Adæ peccatum, quod homini abstulit immortalitatem elargitam, & iustitiam originalem. Inanis igitur est & vacua terra carnis nostræ; idest, euanescentes ad interitumque; properans, & vacua bono, seu propensione ad bonum.

Isa. 46.

Rom. 7.

Gen. 3.

a. Seu terreni homines inanes doctrina cœlesti, et vacui operibus.

E V C H E R I V S in Genesim libro primo, capite primo.

Terra carnis nostræ inanis erat & vacua, priusquam doctrina acciperet formam.

Beda Expositione in Genesim, libro de Sex dierum creatione, & Questionibus in Genesim: Glossa Interlinearis hæc eadem mutuauit uerba: Isidorus quoque, vt in Prothematibus Glossæ Ordinariæ.

G L O S S A Ordinariæ.

Terra autem erat inanis, quia deposuerat formam bonum; Et uacua, boni operis fructu.

Elegantem nobis indicauerunt hi Patres considerationem, & contemplationem. Caro siquidem nostra, seu homines secundum carnem uiuentes, inanes nuncupari possunt, quia sanctæ doctrinæ formam non receperunt: inanes, inquam, in præscribendo sibi fine, cum diuersis doctrinis, vel sectis quasi uentis, iactati, quam beatitudinem exquirent, ignorabant: quo deinde fiebat, vt vacui etiam operibus bonis cernerentur. Cæterum vt doctrina Euangelica superuenit, Deumque; uerum agnouerunt, beatitudinemque supernaturalem post hanc vitam nobis paratam didicerunt, mox in una fide & doctrina stabili & inconcussa firmati sunt, ut amplius tanquam arundines iactari nequirent, exindeque; ad progignendos uitæ æternæ fructus properarunt. Hoc illud est, de quo Psalmus: Educens nubes ab extremo terræ, fulgura in pluuiam fecit. Christus scilicet, tanquam Sol radijs suæ doctrinæ micantibus, & calefacientibus, eduxit nubes. Quæ autem sunt istæ nubes, nisi Apostoli? Sunt siquidem hæ nubes illæ, de quibus miratur Propheta; cum dicit: Qui sunt isti, qui ut nubes uolant? Nubes certè laetæ à Zephyro uento illo suauis & calido, scilicet à Spiritu Sancto. Hæ nubes eductæ sunt ab extremo terræ, quia ex infimo hominum genere selecti sunt Apostoli, ignobiles, pauperes, ineruditi, simplicesque; nam piscatores erant; Venite post me, faciam uos piscatores hominum. Hæ nubes sunt, quæ Euangelica prædicatione doctrinam cœlestem Mundo detulerunt; qua Euangelica prædicatione, Deus fulgura in pluuiam fecit. Et quid est, Fulgura in pluuiam fecit? Accipe duas interpretationes. Vel cum fulguribus pluuias fecit, uidelicet cum miraculis, quæ ut fulgura Mundum prostrauerunt, doctrinam attulere cœlestem. Vel fulgura in pluuiam

Psal. 134.

Isa. 60.

Matth. 4.

ddd pluuiam

pluuiam fecit; hoc est, minis, & penarum Inferni comminationibus ita perterritis peccatorum corda, ut ea in pluuias salutare redegerit, nempe in lachrymas sanctæ poenitentia; ex quibus consequutum est, ut fructus parerent sanctæ vitæ, nec amplius vacui comperirentur.

b. Vel terreni homines inanes, hoc est, instabiles, & vacui gratia.

H V G O Carenis in Postillis.

Terra autem erat inanis. Mali sunt inanes, vacui à bono: boni verò sunt inanes, vacui à timore superbiae. Esurientes impleuit bonis, &c. Christus exinanivit semetipsum, formam serui accipiens.

Terreni homines rectissime terra nuncupari possunt, non tantum quia sicut ceteri homines de limo terræ formati sunt, sed quoniam omni affectione & studio rebus terrenis indulgeant. Hæc igitur terra, hi terreni homines inanes sunt, videlicet in desiderijs voluptatibusque suis instabiles. Notificauit id nobis Propheta, qui dixit: Impij quasi mare feruens. Quoniam sicut mare diuersis aduersisque iactatum ventis horribili fremitu undas huc atque illuc elidit, ita peccator sæpe repugnantibus inuicem animi passionibus conflictatus, desideria, affectionesque suas modò in hanc, modò in illam vertit voluptatem. Nec tantum instabilis est, sed vacuus; vacuus inquam gratia, vacuus spiritu, vacuus bono. Sed quid ego eum vacuum nuncupo? Quomodo vacuus potest dici peccator, cum vacuum non admittat natura? Vacuus certè est spiritu & gratia, sed repletus peccatis, & delectationibus aquis, atque adeò delictis onustus, aquisque obrutus, ut ferè in profundo pelagi, nempe in profundo criminum, seu in reprobo sensu demersus iaceat. Infelix nimium peccatoris conditio. Agè verò, & quomodo è profundo maris, videlicet flagitiorum, ad auram, scilicet ad gratiam educi possit, exemplo demonstremus. Nautis amplissima, si mercibus onusta, aquisque expleta profundo pelagi versa fuerit, non potest certè nisi hac arte & hoc ingenio ex immensis illis fluctibus erui. Primum, cum undique clausa fuerit, instrumento illo, quo ex puteis aquas haurire, & paludes exiccare solent artifices, paulatim educenda est aqua, intromittendusque spiritus, & aer, tumque tantum eam ascendere conspiciemus, quantum aquis exonerata, spiritu, seu aere implebitur, quousque extra fluctus emerget. Nautis est certè anima peccatorum sarcinis onusta, & uoluptatum, illecebrarumque aquis obruta, in profundum, & in abyssum impiæ vitæ deiecta. Inducatur diuina pietate tanquam instrumentum aquas ex fugens, penitentia sancta, quæ sæpe ac sapius iterata aquas, id est voluptates exhauriat, & spiritum gratia immittat: mirifico certè euentu mox ad auras extra fluctus peccatorum peruenire conspiciemus. Neque enim lignum aere refertum in aquis contegi, nec cor diuina gratia ditatum, uoluptatibus & carnalibus illecebris mergi potest.

c. Nihil vetustius est, quam quod res terrena ut inanes transeant, atque ut vacua non satient.

H I E R O N Y M V S Commentarijs in Esaiam libro vndecimo.

Ipse pro qualitate temporum principes constituit, sine secretorum scrutatores, ut sint quasi non sint: & indices terræ velut inane fecit: Pro quo Septuaginta translulerunt τὸν δὲ γῆν εἰς οὐδὲν ἐποίησεν, id est, terram autem, quasi nihil fecit. Siquidem & in principio Græcos, ubi scriptum est: Terra autem erat inuisibilis & incomposita, ceteri translulerunt: Terra autem erat inanis & nihil. Quos reges, & Græca, & Barbara, Romanaque narrat historia? Vbi est Xerxis innumerabilis ille exercitus? Vbi Israelitica in eremo multitudo? Vbi regum incredibilis potentia? Quid de veteribus loquor? præsentia exempla nos doceant, esse principes quasi nihil: & indices terræ quasi inane scriptari.

Nihil antiquius, nihil certius est, quam quod terra, nimirum quælibet res terrena, inanis sit, & vacua: Inanis, quia citò labitur; vacua, quia ueræ felicitatis expertis est. Terrenarum igitur rerum omnium exundantia vanitas est, iuxta illud; Vanitas vanitatum, & omnia vanitas: Et illud; Vidi cuncta, quæ fiunt sub Sole, & ecce vniuersa vanitas. Quid igitur insudant mortales, ut terrena lucrentur, cum nec consistant, nec satiet? Non consistunt res terrene, quia inanes; non satiant, quia vacuæ: Vanitas vanitatum &c.

De

De Imperijs Mundi præclarioribus protulit hæc Propheta; Residuū ericæ, Affiriorum vetusti imperij aurea ætate, & auro locupletissimi, comedit locusta, Persarum scilicet potentia; Residuum locustæ, Persarum regni amplissimis exercitibus incliti, comedit bruchus, Græcorum in Asiam eruptio: Residuū bruci, Alexandri illius magni, atque Macedonum ditionis tanta felicitate comparata, comedit rubigo, Romanorum inuicta uirtus. Residuum rubiginis, Romanorum scilicet gloria, nonne barbaræ, obscurique nominis nationes deuastarunt, & dilacerarunt? Vanitas uanitatū, &c. Vbi Nembroth fastus? Vbi Nini inclytum nomen? Vbi Assueri supra vigintiseptem provincias dilatata sedes? Vbi Cyri tot laboribus comparata gloria? Vbi Cresi immensum aurum? Vbi Darij partum vastè regnum? Xerxis innumerabiles copiarum, sexdecim militum miriades excedentes? Alexandri uix Indico Oceano, & Rhipheis montibus terminatum imperium? Pompei amplissima potentia? Cæsaris inuicta fortuna? Augusti amplissima Monarchia? Caligulæ fœdè voluptates? Neronis inexcogitabile illecebræ? Vanitas uanitatū, &c. Vbi Semiradis mirifica potentia? Helenæ species infausta? Hecubæ numerosa proles? Cleopatrarum nimia delicia? Liuiæ augusta felicitas? Agrippinæ nunquam satiata uanitates? Vanitas uanitatū, &c. Quoniam loco conspici nunc possunt, Babylon illa superba, Memphis immensa, Carthago Romani imperij terror, Argos illustris, Athenæ disciplinarum nutrices, Corinthus pulchra, Sardis diues, Roma triumphans, Hierusalem sancta? Vanitas uanitatū, &c. Quò abiere septem illa ædificia toto Orbe cantatissima, quæ propter admirandam operis magnitudinem extitere loco miraculi, ut nihil diuinius ars humana posset confingere, aut excogitare? Babyloniarum muri, Dianæ Ephesæ templum, apud Rhodios Solis Colossus, Aegyptiæ Piramides, Sepulchrum Mausoli, Turris pharia, Simulachrum Iouis Olimpici: Quò Cyri Medorum Regia, Romana Amphiteatra, & cætera mirifica ædificia, quæ nunc prostrata, atque collapsa, uix quanta Roma fuerit, suismet ruinis edocent, & prædicant? Vanitas uanitatū, &c. Sed ut quid exterarum rerum monumenta recensere, & nostrarum exempla non proferre? Vbi est amplissimum illud sapientissimi Salomonis imperium, quod uix à Dan ad Bethsabee terminabatur, cuius Regia Reginam Saba ad stuporem perduxit? Vbi immanes eiusdem diuitiæ, qui in quotidianis sumptibus, farinæ choros sexaginta (chorus autem mille libras continebat) boues domesticos duodecim, campestres viginti, arietes centum, præter altitium, ac ferarum, quæ uenatione capiebantur, copiam immensam, absumentem, qui equorum quadraginta millia alebat in stabulis, curruum & equitum duodecim millia, qui præter omnia uectigalia sexcenta sexaginta sex talenta auri pro munere exigebat (talentum autem erat pondere librarum sexagintaquinque) qui septingentas reginas, ac trecentas concubinas alebat, in cuius tandem regno tanta erat copia argenti, quanta & lapidum, immò & pro nihilo argentum putabatur? Nonne ipse in tanta humanarum terrenarumque rerum exundantia, verum hoc de rebus sæculi iudicium tulit: Vanitas uanitatū, & omnia vanitas? Sed quid amplius? Vanitas certè sunt res ipse terrene, uanitatū uerò sunt, hoc est, vanorum hominum, adeò ut tam hæreditas, quam hæres, tam opes, quam dominus, vanitas sint. Et vidi, inquit, cuncta quæ fiunt sub Sole, & uniuersa uanitas. Fiunt enim alia supra Solem, alia sub Sole, quæ ex gratia sunt, opera, inquam, spiritus supra Solem sunt, quia non læduntur à temporis edacitate: quæ uerò à carne sunt, sub Sole fiunt, cum à Solis conuersionibus, atque annorum temporumque rubigine, caro, terrenaque res absumentur, & corrumpantur. Terra igitur erat inanis. Nec tantum inanis, sed vacua, quia non tantum terrene res labiles sunt, sed & ueræ felicitatis expertes, iuxta illud; Aspexi terram, & ecce vacua erat, & nihili; Et illud; Viri diuitiarum nihil inuenerunt in manibus suis. Dignitates, opes, deliciae nihil sunt, si benè perpendas, quia nihil permanentis, & beatifici boni gerunt. Ut quid enim dignitates extollunt, nisi ut magis deiiciant? ut quid deliciae inflant, nisi ut in opportunitatibus deserant? ut quid uoluptates delectant, nisi ut ad molestias, atque egritudines deducant? Momentanea sunt hæc, vel potius nihil, quoniam ad nihil redigunt mortales, præcipuè quando è uita excedunt: ad nihil, inquam, uirtutis, meriti, gratia, uitæ, felicitatis; Sed

ddd 2 dehis

Luc. 1.
Phil. 2.

Isa. 57.
Peccator ut
mare.

Nautis ex
plo
ostenditur,
quomodo
peccator è
fundo pecca-
torum educa-
tur.

Eccles. 1.

Ioel. 1.

Terrenactia
licet amplifi-
ma trahunt.

Septem mira-
cula Mundi.

Salomonis
diuitiæ &
gloria.

Quædam sub
Sole, quædam
supra Solem
fiunt.

Hier. 4.
Psal. 75.

Allegoricè.

Tenebræ erant super faciem abyssi.

- a. Ignoratio Dei super populum gentilem, seu in populo gentili.
 b. Ignorantia & error doctrinarum ante illuminationem Christi.
 c. Aut tenebræ peccati ante redemptionem.
 d. Id est, imperceptibilitas erat super diuinitatem, quoniam scilicet Deus est nobis imperceptibilis.

de his aliàs. Quid igitur est, terrenas res amore prosequi, nisi umbras amplecti, in somnijs beari, super aquas pedes figere, in arena extruere, chalcymiam quaritare, laruas mirari?

d. Hoc est, humanitas nostra ante Christi incarnationem erat inanis, nempe mortalis: & vacua, sine dispositione ad gratiam et gloriam.

AVGVSTINVS Sermone centesimo trigésimotertio de Tempore, qui est tertius in vigilia Paschæ.

Terra, inquit, inuisibilis & incomposita. Quia carnem hominis Christus assumere disponebat, incomposita dicebatur. Composita necdum erat, quia necdum Gabrielis Angeli annunciatione composita, necdum assumptione Domini visibilis facta, necdum virtutum frugibus plena.

Quando eximia & ineffabili prorsus Dei pietate, Verbum caro factum est, diuinitasque sibi naturam copulauit humanam, duo humanitas nostra suscepit commoda, quibus mirificè insignita est, & exaltata. Erat primò inanis, hoc est, uilis, decidensque ad corruptionem; & uacua gratia, qua ad gloriam promoueri posset. At verò, ut Christus humanitatem assumpsit, eamque ad gloriam euexit, & uitæ consistentis, & gratiæ, gloriæque capax effecta est. Propter hoc mysterium Propheta Christum alloquens, dicebat; Apud te est fons uitæ; id est in tua humanitate fons est, uis, facultas, & efficacia immortalitatis, & gloriæ uitæ. Sed quid est, quod dicitur; Apud te est fons uitæ? nonne ipse est fons uitæ, sicut testatur Ioannes; In ipso uita erat; Et ipsemet; Ego sū uia ueritas, & uita. Audias arcanum mysterium. Erat Christus Deus & homo, ut Deus, fons erat uitæ, quia in ipso uita erat; ut homo, apud ipsum erat fons uitæ, quia in ipso erat diuinitas fons uitæ: sicut autem fons oritur in latebris terræ, per ipsamque terram labuntur aquæ, quousque erumpant; ita in latebris diuinitatis exoritur uita, & per humanitatem Christi, quasi per uenas terræ prolabitur, & deducitur, quousque exiliat, & nobis uitam imperriatur. Hoc igitur pacto apud eum est fons uitæ, nempe in humanitate Christi fons est immortalitatis, & gloriæ. Cæterum non potest quis has dotes, & facultates, in carne, & humanitate sua suscipere, nisi illam humanitati Christi connectat, reddatque confimilem. Porrò caro Christi pura erat & mortificata; pura, id est, sine labe peccati; mortificata in uita, & in cruce flagellis, plagis, liuoribus, spinis, & clauis. Studemus & nos à peccatorum maculis humanitatem nostram expurgare, tribulationibus, ærumnis, afflictionibus eam comprimere, si humanitatem nostram inanem, & uacuum, immortalem, atque gloriosam per eam effici concupiscimus.

a. Ignoratio Dei super populum Gentilem, seu in populo Gentili.

ANASTASIVS Synaita Hexæmeron libro primo.

Quoniam autem non solū aduersarias potestates, sed ipsas etiam aquarum congregationes, sepe vocat Scriptura aquas & abyssos, super quas sita sunt mala tenebræ, necesse est ut de his adducamus prophetica testimonia. Dicit itaque Dauid; Abyssus abyssum inuocat: & ad Dei cognitionem nunc adhortatur Iudæum abyssus, id est, multitudo Gentium, quæ prius erant offusæ tenebris. Nonnulli enim duas aquarum appellationes intellexerunt de duobus populis: abyssum quidem populum Gentium, super quem sunt tenebræ: aquam autem

Psal. 41.

Duo comoda ex incarnatione Verbi recepit natura humana.
 Psal. 35.
 Io. 1.
 Diuinitas fons est uitæ.

autem Iudæorum, super quem ferebatur spiritus diuinae Scripturæ, sed non quiescebat. De his autem aquis dictum est; Egreditur aqua uia ex Hierusalcm, dimidium eius in mare primum: dimidium autem eius in mare ultimum. Sicut clamat etiam Abacuch Propheta; Et induxisti in mare equos tuos, turbantes aquas multas: equos Christi dicens sanctos Angelos, & Apostolos. Unde etiam in ascensu horum equorum, turbate sunt abyssi, multitudo sonitus aquarum. Et illud; Laudate Dominum ex terra dracones, & omnes abyssi, cantatur de Gentibus. Dracones autem dicit eorum principes, qui prius erant feri & inhumani. Iam cum tot sint testimonia, ne mireris quòd dicat de congregatione Gentium, quæ prius erant offusæ tenebris; Tenebræ erant super abyssum.

H V G O Carenis in Postillis.

Abyssus genus humanum, super quod erant tenebræ ante aduentum Christi, Ephesi quinto; Eratis aliquando tenebræ, nunc autem lux in Domino.

Abyssum vocari posse populum Gētilem, clarissimum est; Nam si abyssus immensa dicitur colluies aquarum, aquæ etiam multæ dicuntur populi multi. De hac abyssu potest illud exponi; Abyssus abyssum inuocat (ut edifferebat Anastasius) scilicet populus Gētilis Iudæum ad fidem uocat. Et illud; Laudate Dominum de terra dracones, & omnes abyssi, nempe de terra gentilitatis Deum celebrent principes maximi, & omnes populi. Et illud; Tenebræ super faciem abyssi, hoc est, super Gētilitatem. Et spiritus Domini super aquas, uidelicet, spiritus diuinae Scripturæ non quiescebat super Iudæos. Et illud; Induxisti in mare equos tuos, turbantes aquas, id est, Apostolos sanctos turbantes Gētium multitudinem, iuxta illud; In ascensu equorum turbatæ sunt abyssi. Super hanc abyssum ante Christum adfuerunt tenebræ; ignoratio scilicet Dei, & supernæ beatitudinis, impiisque idolorum cultus. Hæ quippe fuerunt nobis in figura per Aegypti tenebras demonstratæ: de quibus scriptum est; Extendit Moyses manum in Cœlum, & factæ sunt tenebræ horribiles in uniuersa terra Aegypti tribus diebus. Nemo uidit fratrem suum. Extendente siquidem Deo in Adam manum iustitiæ, qua ex paradiso terrestri eum expulit, factæ sunt in eius posteritate tenebræ horribiles, hoc est, mentis obcæcatio adeò atra, obscura, & horrens, ut Deum non agnosceret, impieque se ad creaturas, Solem, Lunam, stellas, ignem, & consimilia colenda prosterneret. In uniuersa autem terra Aegypti, nempe in uniuerso ferè Mundo expandebantur hæ tenebræ; Nā Mundus Aegyptus illa est, in qua regnat Pharus immanis Dæmon. Tribus uero diebus terram obruerunt hæ tenebræ, hoc est, tempestate naturæ, legis, & Prophetarum. Interim micante tantum Sole super Israël, quoniam illi duntaxat populo Dei veri cognitio clarebat. Atque in luce densis tenebris tandiu iacuit Mundus, quousque fulgeret lux uera, quæ illuminat omnem hominem uenientem in hunc Mundum, id est, Christus.

b. Ignorantia & error doctrinarum ante illuminationem Christi.

ANASTASIVS Synaita Comm. in Hexæmeron libro primo.

Tenebræ erant super abyssum. Ante lucem erant tenebræ impietatis, tenebræ libidinis & intemperantiæ, tenebræ idololatriæ, & omnium aliorum peccatorum, ante præsentiam, inquam, & aduentum ueræ lucis, nempe Christi. Propterea enim Scriptura tenebras solum ponit ante lucem, quoniam prius eramus in errore, deinde transimus ad lucem. Propterea prior est lex tenebricosa, & deinde Euangelium. Propterea prior est uespere, deinde dies. Hinc lege est constitutum, ut inciperetur à uespera dominica, quoniam à morte obscura processimus ad lucem resurrectionis.

Clarissimum & patentissimum cunctis esse arbitror, quòd mysticæ, ac spirituales tenebræ, hoc est, ignorantia, idololatria, impietas, & similia, ante lucem, ante illuminationem Euāgelij, ante ueram Dei agnitionem, ante pietatem Christianam decurrerint, morsque obscura præcesserit lucem resurrectionis, sicut tenebræ ante lucem extiterunt. Verum sicuti tenebrarum, ita etiam duplex est peccatorum genus. Tenebrarum alia sunt omnimoda lucis carentia, ex lucis, seu corporis lucem emittentis absentia; alia sunt umbra ipsa ex opaci corporis interiectione producta. Primæ tenebræ in Mundi formatione adfuerunt ante lucem primigeniā, reliquæ uero post genitā lucem sunt enatæ. Ita prorsus, delictorum, aliud est simplex lucis Christi ignoratio, quando lux uera Christus nondum cordi affulsit; aliud est obstinati animi cæcitas, & est mysticæ lucis Christi ignoratio,

Zaccar. 14.
Abac. 2.Psal. 41.
Psal. 148.

Exod. 10.

Generis humani cæcitas Aegypti tenebris significata.

Tenebrarum & peccatorum duplex genus.

incarnati, doctrinaque cœlesti, & miraculorum fulgore coruscantis contemptus. Primum ante Christum comperiebatur in Mundo, quoniam nondum emicuerat lux vera, cunctum Orbem illustrans: alterum conspicitur nunc post Christi aduentum, quia multi adhuc lumen fidei suscipere renuerunt; & hi præcipue sunt Iudæi, Turcæ, & Hæretici. Infidelitas ante Christum pura fuit ignorantia, sed infidelitas post Christum malitia est; propterea umbra comparatur; quoniam sicut umbra ex denso corpore Soli opposito exoritur, ita infidelitas in his ex pernicaci corde fidei lumini reluctante contingit. Sed paueant Christicolæ, ne & ipsis Sol occidat, atque in noctem infidelitatis præcipitent. Quibus fulget lux meridiana, & feruida, ipsis metuendum non est, quod Sol statim ad occasum vergat: hoc est, qui fidem ferunt viam, charitateque exardescentem, in noctem hæresis decidere non facile queunt: Sed quibus adest splendor lucis absque ardore, hi certè vel occidentem Solem habent, vel condito iam Sole sub Horizonte, vespertino tantum lumine aliquatenus illustrantur, pertimescendumque est eis vehementer, ne deredere nox illos opprimat propinqua: ita profectò qui fidem charitatis feruore destitutam habent, timeant valde, ne in tetram hæresis caliginem labantur & corruant.

c. Tenebra peccati ante redemptionem.

A N A S T A S I V S Synaita Commentarij in Hexæmeron.

Terra autem erat inuisibilis, & incomposita, & tenebra super abyssum male ante generationem bonæ lucis super eam, nempe ignorantia & error. Deinde eodem modo, Israël prius ponuntur illæ trium dierum tenebræ, & deinde rursus dies. Et rursus nocturnum Paschæ sacrificium, & dies qui Israël plus illuminauit, quam qui tunc præcesserat. Et rursus in Rubro mari prius dicit tenebras quartæ vigiliæ noctis, deinde splendorem matutinum, & salutem populi ex profundo. Eodem modo etiam in monte Syna ponit tenebras, caliginem, & procellam: & postea Dei præcepta lucem afferentia. Sic hic quoque prius posuit tenebras supra abyssum, & deinde lucem à Deo genitam.

Animaduertit, & grauius equidem, Anastasius hoc loco, præcessisse tenebras generationem lucis; tenebras quidem significantes errorem & peccatum, & lucem demortantem Christi redemptionem. Hoc verò bene præsignatum fuit, quando tenebrarum tribus diebus Aegyptum opacarunt. Et quinam sunt isti tres dies? status naturæ, legis, & Prophetarum, post quæ tempora emicuit lux Christus: Præterea primum decucurrit & nox illa, qua primogenita Aegypti interiit; deinde dies illa sancta & solemnitas, qua comparata libertate, Hebræus populus de Aegypto egressus est. Quid nox ista, nisi tempus protractum ab Adam ad Christum, in quo interiit primogeniti, nimirum, naturæ humanæ & prosapia primi filij, primæ generationes, & post venit dies sancta, id est, dies redemptionis? Amplius in transitu maris Rubri præcedunt primò tenebræ vsque ad vigiliam noctis, deinde splendor matutinus, & salus populi. Et quænam pariter iste tenebræ, nisi tenebræ criminum & cecitatis Mundi, usque ad uigiliam matutinam, vsque ad tempus plenitudinis redemptionis, nuncupatum matutinum, quoniam mox exorientus erat Sol? in hac siquidè interfectus fuit Pharaon, & omnis eius exercitus, hoc est, Dæmon, & cuncta eius nobis infesta potestas. Tandem post nubem densissimam, tonitruis, ac fulguribus portentosam, & terrificam, data est lex, videlicet post ignorantiam crassissimam, Orbem obruentem, inter miracula, quasi fulgura, & voces doctrinæ cœlestis, quasi tonitrua, collata est lex euangelica, non amplius perterritis populis, sed spe sancta, & suauitate recreatis, & confirmatis.

d. Id est, imperceptibilitas erat super diuinitatem, quoniam scilicet Deus est nobis imperceptibilis.

A N A S T A S I V S Synaita Cōmentariorū in Hexæmerō libro primo. *Est autem aër quoque typus ac figura diuinitatis, que non potest exinaniri. Quomodo enim aër est ubique, & implet omnia: ita etiam diuina natura præsens in vniuersitate, eam ita implet, vt exinaniri nequeat. Quomodo enim aër non hunc implens locum, ex illo est exinanitus: ita etiam diuinitas omnia ita implet, vt non exina-*

Tenebræ erant super faciem abyssi.

- a. Hoc est literalis sensus super faciem testamenti veteris.*
b. Id est, scientia nulla super intellectum humanum.
c. Cacitas super cor peccatoris, vel reprobis sensus super cor impij.
d. Tenebræ symbolum sunt peccati, quia increatum peccatum sicut tenebra.
e. Id est, tenebræ super faciem Inferni.

exinaniatur. Et quomodo aër est & tenebricosus, & lucidus, primum autem est id, quod est tenebricosum: ita etiam diuinitas est tenebræ nolentibus, lux autem volentibus. Primum autem est id, quod est tenebricosum, quoniam primum ignoratur, & tunc agnoscitur. Et quomodo aër veluti intracitabiliter, & insensibiliter est etiam perfectior dum scinditur, ad hoc vt permoueat secans corpora: ita etiam Deus ijs, qui ipsum volunt medium peruadere, & tanquam per penetrationem, quod ad eius fieri potest ab homine, ei vniuntur insensibiliter, ipse etiam aperitur cum perfectione, & qui nouit ipse scit, vt qui sit desiccatus. Et quomodo aër & quod est extrinsecus continet, & refrigerat quod est intra animal: est autem magis necessarius vsus qui est intrinsecus: ita etiam Deus, id quidem quod est extrinsecus continet castris Angelorum, vt qui sint salutes spiritus: sed & per se in ipsos operatur viuificationem, aut reuiuificationem: si autem soli diuino illo priuantur aère, qui elegerunt natationem super pectus & ventrem per humorem peccati: sunt enim voluptates ex humoribus, pectus autem & venter acris propensio ad ea, que sunt sub ventrem.

Abyssus profundissima quidem, sed clarissima emicantissimaque est Deus, & ineffabilis illa diuinitas, quæ, vt Anastasius dicebat, vbique est, implet omnia, exinaniri que nequit, omnia penetrat, & continuè refocillans vitam omnibus præbet. Cæterum quantum in se ipsa sit micantissima, coruscantissimaque lux illa perennis, quæ beatis fulget, attamen super faciem eius, tanquam super faciem abyssi, tenebræ extant, eo sensu, quod menti humanæ tenebrosa sit, adeò ut eam intelligere, & assequi nequeat, cum sit incomprehensibilis, ineffabilis, incogitabilis, & imperceptibilis. Tenebræ igitur sunt super faciem abyssi; Non enim, inquit ipse Deus, uidebit me homo & uiuet. Viuenti namque homini hac mortali uita, eum uidere nunquam datum est, quoniam lumine naturali percipi non potest, sed tantum beatifico supernaturalique. Sed quid est, Non uidebit me homo & uiuet? Duplex est uita, & duplex mors: Vita spiritus, uita sensus, Mors spiritus, mors sensus. Qui uita uiuit sensus, nec morte mortificationis agitur, Deum uidere nequit. Verum qui uita uiuit spiritus, sensumque comprimit, is ex gratia etiam hac in uita raptim, seu per transfennam Deum uidere potest, & tenebras has penetrare, saltemque temporis momento, in extasi exiguo gloriæ radio perfundi, atque ad degustandam beatificam uisionem promoueri. De hac duplici uita & morte Paulus; Viuo autem, iam non ego. Viuo ego, nempe uiuit spiritus meus, quia uiuit in me Christus; iam non ego, non sensus meus, quia mortificatione obijt. Exemplum de his afferam. Luna si à parte superiori illustratur, & cum Sole coniungitur, in parte infera ad nos uersa tenebris obruitur; quod si in parte inferiori illuminatur, certè in ea, qua Cælos supra respicit, opacatur. Ita & mens nostra, quasi Luna, quæ quotidiana accessione crescit, & decrefcit lumine, si à parte superiori, scilicet, per participatam gloriam in extasi luce diuinæ uisionis perfunditur, & Dei radio coniungitur, nimirum Dei cognitione insignitur, in parte infera, videlicet sensu, necesse est ut mortificetur, cunctarum rerum terrenarum & humanarum obliuione. Quod si sensus uiget, & in parte infera, hoc est in sensibili, qua mundana, & terrena affectat, tumidè coalescit, in superna certè tenebris obrui est necesse, quia tunc spiritus, & mens; diuina cognitione, & illustratione condecorari nequit, & tunc tenebræ illi fiunt super faciem abyssi.

a. Hoc est literalis sensus super faciem testamenti veteris.

S T E P H A N V S Canthuariensis, ut in Allegorijs Godèfredi Tilmanni. *Et tenebræ erant super faciem abyssi. Abyssus sacra Scriptura. Tenebræ sunt non in abyso, sed super faciem abyssi: quia obscuritas non est in medulla, sed in cortice. Et spiritus, id est, spiritualis intelligentia ferebatur*

Allegoricè.

Diuinitas & fulgētissima, & tenebrosa.

Exod. 33.

Duplex uita, & duplex mors.

Gal. 2.

ferebatur super faciem abyssi. Quod fertur, de loco ad locum mouetur: quia spiritualis intelligentia huc & illuc dimoueri potest, at litera, quasi fundamentum, immobilis manet.

H V G O Carenfis in Postillis.

Pfal. 17.
Ioan. 4. 5.
Ioan. 8.
2. Corin. 3.
Esa. 29.

Tenebrae erant super faciem abyssi: quia Scriptura profunda est, & obscura; Tenebrosa aqua in nubibus aëris; puteus altus est. Item, scrutamini Scripturas: illae enim loquuntur de me: In profundo inueniet me. Vnde tenebrae tantum in superficie erant; quia intus est Christus, qui dicit: Ego sum lux Mundi, qui in passione dissoluit velum literae. Sed adhuc tenebrae sunt super faciem Iudaeorum. Vsq̄ue in hodiernum diem idipsum velamen manet in lectione veteris testamenti non reuelatum: Erit vobis visio omnium, sicut verba libri signati.

Vetus testamētū abyssi dicitur. Apoc. 12.

Pfal. 41.

Pluribus certè de causis vetus testamentum abyssus nuncupari potest. Primò, quia tanquam aqua sit. Secundò, quòd sit profundissimum: sepius nimirum sacra Scriptura se ipsam aquam & flumen uocat: Vnde in Apocalypsi legitur; Ostendit mihi fluuiū aquae vitae splendidum. Abyssus etiam est uetus testamentum, quia si sensus intimos respicias, profundissimos utique reperies. Abyssus certè illa est, de qua: Abyssus abyssum inuocat, in uoce cataractarum tuarum; hoc est, sensus sensum alterum excitat in fra gore spiritus. Quapropter & Nilo comparari potest, qui ex altissimo ruens alueo, maximum reddit fragorem. Attende similitudinem. Nilus dum ad loca illa, quae catadupa nominantur, ex altissimis montibus praecipitat, impactus rupibus, & albicat ualde, & ingentem sonitum, ac fragorem excitat: Ita Scriptura sacra, dum eminentia sua in sensum mysticum cadit, incidens in lapidem illum praclarissimum, in Christum, internas intelligentias, & contemplationes patefacit, adeoque immensum sonitum reddit, ut in omnem terram exierit sonus eorum, Apostolorum scilicet, atque praedicantium, quoniā in fines Orbis terrae peruenere uerba eorum. Haec igitur abyssus tenebras habet super faciem, sed intus micantissimum lumen Christi celat; suntque Scripturae ueteris testamenti tenebrosa aqua in nubibus aëris. Quid profectò est ista aqua in nubibus aëris? aut dias. Nubes, aliae sunt aëreae, aliae coelestes. Prophetarum, prisciūque ueteris testamenti uates nubes fuerunt, sed aëreae, & haec detulerunt tenebrosas aquas, nempe obscuras, quia sub uelamine sensus literalis, nobis de Christo prophetias prodiderunt. Nubes coelestes fuere Apostoli, nitentes, & rutilantes, haecque aquam limpida & claram in mortales effuderunt, quia clarè Christi diuinitatem, & humanitatem nobis annuntiarunt. Haec Scriptura antiqua puteus est altus, de quo dicitur; Puteus altus est, neque in quo haurias habes: Nec enim omnibus datum est hydriam obtinere, hoc est, mentem candidam, & funem, scilicet Spiritus Sancti afflatum, & diuinum amorem. In hac igitur abyfso residet, ac latet Christus, vnde ipsemet aiebat Iudaeis; Scrutamini Scripturas, & illae sunt, quae testimonium perhibent de me. Tanquam, diceret, In Scripturis ipsis, ceu in profunda abyfso, me latitantem comperietis. Et quoniam Iudaei tantum sensum respiciunt literalem, nec profunda penetrare student, idèd semper illis tenebrae apparent super faciem abyssi, quae tenebrae sunt ipsummet uelamen positum super cor Iudaeorum.

Pfal. 17.
Nubes aëreae & coelestes
Prophetarum, &

Apostoli.

Ioan. 4.

Io. 5.

b. Id est, scientia nulla super intellectum humanum.

L Y R A N V S in Postillis.

Nomine abyssi potest anima humana significari propter sui profunditatem: vnde Hieremia 17. Prauum est cor hominis, & inscrutabile. Alia translatio habet; Profundum est cor hominis, &c. Nec obstat, quòd spiritus hominis, qui est idem quod anima, supra per Celum significatur. Nam unum & idem propter diuersas sui proprietates, per diuersas res figuratur, ut supra dictum est in Prologo. Nam anima in sua creatione caret scientiarum luce, ut habetur tertio de Anima. Propter quòd bene dicitur de ipsa; Et tenebrae erant super faciem abyssi.

Expositionem istam, quamuis non nihil degeneret à superioribus, nolui in praeteritis relinquere, cum eam à Lyrano, haud infimi nominis uiro, prius allatam habeamus. Et certè abyssus ingens intellectus noster est: si enim abyssi, id est munus, ut penè absque profunditatis termino infinita capere possit corpora; quidnā magis promeretur abyssi nomen, quam intellectus, qui infinitas propè recipere potest intelligibilium rerum species? Ceterum intellectus ipse in homine à principio est tanquam tabula rasa, in qua nil pictum, vel exaratum reperiatur, tenebris nimirum intellectus obruitur, cum nullo lumine

lumine perfunditur. Verum triplici lumine illustrari eum posse perspectum est, lumine scientiae acquisitae, reuelatae, & beatificae, quasi luce stellarum, Lunae, & Solis: stellarum enim luce perfunditur, cum scientiae acquisitae lumine splendet, medijs sensibus atque phantasmatis: Lunae, cum scientia reuelata fide duce exornatur: Solis, cum ad scientiae beatificae conuersionem perueniet. Nam sicut Luna lucem mutuatur à Sole, ita reuelata scientia radius est à beatifica proficiens. Perdiscant igitur Philosophi, quam tenui exiliq; luce abyssus eorum condecoretur, si tantum stellarum luce, naturalium scilicet principiorum scintillis effulget. Quae autem vel qualis est lux stellarum, si ad Lunae splendorem, uel ad Solis fulgorem non ineptè conferatur? Ut quid ergo insistantur? Gratias uero referat Deo, & maximas quidem Christicola, cui Lunae nitor, seu lux tridui primi clarescit, ut inde ad superni luminis fulgorem pertranseat.

Intellectus triplici lumine illustrari potest.

c. Cacitas super cor peccatoris, vel reprobis sensus super cor impij.

E V C H E R I V S Commentarijs in Genesim.

Et tenebrae erant super faciem abyssi, quia delictorum cacitas, & ignorantiae profunda obscuritas corda nostra tegebat.

B E D A Expositione in Genesim.

Et tenebrae super abyssum, quia ignorantiae profunda obscuritate caro nostra tegebatur.

Idipsum libro de Sex dierum creatione, & Quaestionibus in Genesim. Isidorus, ut uideret est in Prothematibus Glossae Ordinariae, consimilia habet.

G L O S S A Interlinearis.

Et tenebrae peccatorum, id est, ignorantiae & ueritatis super faciem humani cordis.

G L O S S A Ordinaria.

Et tenebrae erant, ueri scilicet luminis priuatio. Super faciem abyssi, corda scilicet superborum.

H V G O Carenfis in Postillis.

Tenebrae peccatorum, vel ignorantiae: Super faciem abyssi, id est, super cor peccatoris. Profundum est cor hominis, & inscrutabile; Vbi qui profundi estis corde. Facies pars eminentior, signat rationem; Filij Memphis, & thaeos constupauerunt te usque ad verticem. A planta pedis usque ad verticem, non est in eo sanitas. Caro enim per luxuriam, spiritus per superbiam, vel malitiam corrumpitur.

Hier. 17.
Esa. 29.
Hier. 11.
Esa. 1.

Abyssus non iniuria nuncupari potest cor hominis, siue bonum sit, siue malum; profundum nanque est, & in infinitum dehiscit in desiderijs suis. Quid enim profundius quam cordis uorago, quae nulla unquam re condita faturari potest? Haec profunditas est de qua Propheta; Profundum est cor hominis & inscrutabile: profundum certè, hoc est, sine fundo, quoniam finem non habet: inscrutabile, quoniam ipsum nec homo, nec Angelus, sed solus Deus penetrare potest. Si bonum est, ipsum est de quo dicitur: Abyssus abyssum inuocat, cor enim cupiditate immensa flagrans, adeo ut nulla re finita expleri possit, inuocat abyssum, nempe Deum: neque enim vlla res creata, sed tantum Deus ipsum faturare potest, quia infinitum non impletur nisi infinito. Vnde rectè Augustinus; Inquietum est cor nostrum, donec quiescat in te. Si uerò malum est cor, abyssus est illa, de qua Ioannes refert; Vidi stellam de Coelo cecidisse in terram, & data est ei clauis putei abyssi. Et aperuit puteum abyssi, & ascendit fumus putei, sicut fumus fornacis magna, & obscuratus est Sol & aër de fumo putei. Et de fumo putei exierunt locustae in terram. Quae enim est stella de Coelo decidens nisi Sathan, stella illa matutina, de qua dictum est; Quomodo cecidisti de Coelo Lucifer, qui mane oriebaris? Huic ipsemet homo peccator dedit clauem abyssi, nimirum cordis sui. Cum primum autem referatur abyssus haec, fumus caecitatis ex igne proprii amoris adeo immensus prodit; ut obscuraretur Sol, uidelicet intellectus, & aër, ipsa ratio. Gignuntur subinde ex fumo putei locustae, impiae utiq; passionnes, quae euncta deuorant. Super abyssum hanc insident tenebrae, scilicet ignorantia, caecitas, & sui ipsius, ac proprii discriminis obliuio. Porrò tenebrarum duplex est genus; nonnullae enim sunt omnimoda lucis, lumiferiq; corporis carentia; huiusmodi fuerunt praecae illae, quae ante lucem prima die conditum chaos obruebant: nonnullae uero opaci corporis umbra, qua nostra nox atra est & tenebrosa. Priores tenebrae ignorantiam caecitatemq; indicant intellectus, quando necdum

Cor hominis abyssus & profundum.

Pfal. 41.

Apocal. 9.

Isa. 14.

Tenebrarum duo genera quid indicent.

e c c v l l o

ullo fidei lumine est illustratus. Posteriores vero ignorantiam insinuant cordis, dum delectatione illecebrisque terrenarum rerum adeo est irretitum, ut in reprobum videatur sensum cecidisse, cum sua nouissima non perpendat, mortem videlicet in infidijs latitatem, & inopinato adorientem, iudicium horrendum, infernum cunctis poenarum generibus refertum. Hæ sunt illæ tenebræ, de quibus scribitur; Illuminare his, qui in tenebris sedent, & regione umbræ mortis; improbi enim in his iacent tenebris, quasi in regione umbræ mortis. Quid umbra mortis? Duplex est mors: mors nouissima in inferno, quæ verè mors ea est truculenta, de qua Psalmus; Et mors depascet eos: & mors prima in hac vita, videlicet peccatum, quod umbra vocatur mortis, quoniã dum hac degit in uita peccator, sublata culpa quasi lethifera umbra, lucem redeuntis Solis conspiciere etiam potest. Hæ tenebræ sunt, de quibus proditur; Extendit Moses manum in Cœlum, & factæ sunt tenebræ horribiles in vniuersa terra Aegypti. Nã post octo illata flagella, seu cõminationes Pharaoni indictas, sequutæ sunt tenebræ, & mox primogenitorum funesta clades. Post siquidem octo genera uocationum, quibus Deus peccatores ad veniam allicit, nimirum internas inspirationes, Scripturarum lectiones, concionatorum declamationes, exempla piorum, aculeos tribulationum, correctiones fraternas, Angeli custodis excitationes, & pastorum, prælatorum uè cõminationes, permittit Deus tenebris obrui cor, atque reprobo sensu obuolui, quod deinceps insequitur primogeniti cades, spiritus nempe miserandus interitus. Hæ tandem tenebræ sunt, quæ factæ sunt super vniuersam terram, Christo in Cruce animam exhalaturo: nam merito Christo in impio, fuit in eo tenebræ reprobis sensus super cõtatas animæ facultates, ex quibus internis tenebris sæpius postea corruunt in externas illas, de quibus in Euangelio; Projicite eum in tenebras exteriores, ibi erit fletus & stridor dentium.

d. Tenebræ symbolum sunt peccati, quia increatum peccatum sicut tenebræ.

ANASTASIVS Synaita Commentarijs in Hexæmeron.

Quod si, ut est consentaneum, ea quæ dicuntur mireris; dic tu quænam lux, cum esset Deus, statim obscurum & tenebrosum primum suum fecit opus, Mundum inquam. Quomodo enim artificiosè operans operatur in luce? Cur autem lucem posuit tenebras? Deinde, cum prius posuisset, quomodo non dicit quemadmodum ille cõfiterint tenebræ, est perspicuum, quod tenebræ sunt signum seu symbolum peccati: increatum autem est peccatum, & minime consistens. Quomodo enim aquæ caliginem habent ex propria essentia: ita etiam homo proprio & non coactio proposito sua sponte facit & procreat peccatum. Tu autem, antequam venias ad exquirendam rationem diei ac noctis, prius considera, quod tenebræ erant increate: Deinde lux, & postea factæ sunt tenebræ, idq; diem nominat Moses.

Non exposcit præsens hic locus, ut prolixiori oratione peccatum non esse quid creatum comprobemus. Ea enim est nobis sufficiens ratio, quæ passim afferri solet: Peccatum nihil est, porro sine Deo factum est nihil; Omnia nanque per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil, inquit Ioannes. Quod quidem euinci etiam potest ex Dei attributis; nam Deo immensam potentiam, ineffabilem sapientiam, incomparabilem bonitatē ascribunt. Si igitur potentia est robustissima, quomodo delictū ab eo prodire potest, quod est deficientia? Si sapientia inestimabilis, quomodo crimen ab ipso manabit, quod est insipientia? Si bonitas inexhausta, quomodo parere poterit culpam, quæ malum est? Sine ipso igitur factum est nihil. Exemplum, quod nobis exhibet Anastasius, elegans est. Aer & aqua caliginē habent ex propria essentia, quoniam ipsa luce non sunt prædita, quanquã lucē sint suscipientia. Lux gratia est, aer vel aqua anima: ex sui natura anima non est gratia decorata, ipsam tamen à Deo collatam suscipere potest. Cæterum cum lux ista supercelestis, nempe gratia, cunctis exponatur, & offeratur, si quis lumen hoc non recipit, nõ de ipsa luce, vel eius auctore Deo conqueratur, sed seipsum incuset, qui obstaculum opposuit, vel nubes densas, & crassas, hoc est, ignorantia, uel corpus aliquod opacū lucē præpediens, nẽpe malitiam, vel tandẽ suæ ipsius naturæ exilitatem, scilicet fragilitatem, & imbecillitatem. Ex quibus demonstratur & declaratur peccatum esse quid increatum, videlicet non creatum à Deo, sicut sunt & tenebræ: sed esse carentiam gratiæ, prout etiam tenebræ carentia lucis esse perhibentur.

Idest,

Tenebræ erant super faciem abyssi.

a. Carentia beatifica visionis in intellectu humano.

Anagogicè:

e. Idest, tenebræ super faciem inferni.

ORIGENES in Genesim Homilia prima.

Tenebræ erant super abyssum. Quæ est abyssus? Illa nimirum, in qua erit Diabolus, & angelus eius. Denique hoc manifestissime & in Euangelio designatur, cum dicitur de Salvatore. Et rogabant Dæmonia, quæ eiciebat, ne iuberet ea ire in abyssum. Propterea ergo Deus soluit tenebras, dicente Scriptura; Et dixit Deus, &c.

Abyssum vocari infernum sacre Scripturæ docuerunt, nam Angelus apprehendit Satan, & misit eum in abyssum, hoc est, in infernum. Et quænam abyssus profundior, obscurior, horribilior uè excogitari potest ipso inferno? Tenebræ igitur sunt super faciem abyssi: Nam Saluator ait: Projicite eum in tenebras exteriores, ibi erit fletus & stridor dentium. Sed ut quid appellauit eas Saluator tenebras exteriores? potius siquidem nuncupari debebant interiores, quia intra specum illum latebrosus, & præruptus cõcluduntur. Hoc certè non vacat mysterio. Tenebræ illæ sunt exteriores, nempe alterius generis ab his tenebris Mundi, sicut & extra Mundum sunt. Non enim sunt aeris obscurationis, sed palpabiles tenebræ, horrentes, sulfureæ, foetentes, caliginosæ, & imperceptibilis, ignotique nobis generis, sicut & fletus, & stridor dentium. Si enim fletus, & lachrymæ ex cordis oppressione distillant, quia cor humidum est, quomodo fletus poterit esse in corporibus damnatorum, quæ omnis humiditatis expertia arcescent? Et qui stridor dentium, si dentes titubant? Fletus certè erit, stridorque vehemens, sed id erit poenarum argumentum, quoniam cum fletus & stridor sit doloris exhalatio, & refocillatio cordis in eo diro ploratu, & eiulatu, lachrymæ ad doloris temperamentū cieri, & euocari non poterunt. Cæterum fletus ille, dentiumque stridor, quale futurum sit, nobis imperceptibile est, quanquam id certissimè credamus consimilibus his doloribus afficiendos esse damnatos, sicuti & igne concremandos, sed omnia Dei virtute. Quapropter & de tenebris quid verè sint, diffinire non possumus, quamuis tenebras in inferno horridas omnino reperiri fateamur.

a. Carentia beatifica visionis in intellectu humano.

Cum in hac Mundi effectione elegantè præsignata sint cuncta, quæ in superna regia beatorum præparauit Deus diligentibus se, merito per tenebras possumus beatificæ, glorificæque visionis, carentiam interpretari. Super abyssum igitur, idest, super intellectum humanum, abyssum certè immensam, quoniam & naturali lumine cunctas rerum species suscipere, & supernaturali ipsum etiam Deum infinitum, si non comprehendere, saltem ex collato gloriæ munere intelligere, & cognoscere potest. Super faciem huius abyssi, inquam, tenebræ adsunt, nimirum carentia huius glorifici luminis, quod assequi haud poterit, quousque ad gloriam promouebitur. Continget igitur huic nostro microcosmo, quod Mundo euenisse non ignoramus. Præcessit primum in Mundo lux pallens, & tenuis quasi aurora, vel serotini alboris claritas; ex ipsa deinde congestus est Sol, qui micantissimo radio cuncta illustrauit: ita in homine præcedit primum fides, tanquam lux, candescens quidem, sed non fulgens, post quam in electis succedet Sol, coruscans, & rutilans, gloria & visio beatifica; Nam gloria est gratia consummata. Sed de his aliàs exactius.

Luc. 1.

Duplex mors
Psal. 48.

Exo. 10.

Octo uocationes Dei,
post quas
mittit tenebras.

Matth. 22.

Peccatum nõ
est à Deo
creatum.
Io. 1.

Apoc. 16.

Matth. 22.
Tenebræ inferni cur exteriores dicantur.



Spiritus Domini ferebatur super aquas.

Allegoricè.

- a. Hoc est, Spiritus Sanctus super aquas Iordanis, cum Christus baptizaretur.
- b. Aut Spiritus Sanctus super aquas baptismatis.
- c. Post tenebras, mediante Spiritu, super aquas emicat lux: Post errores, mediante baptismate, fit lux fidei, & sanctæ vitæ.
- d. Id est, status Sacerdotis ad instar crucis super fontem baptismatis.

a. Hoc est, Spiritus Sanctus super aquas Iordanis, cum Christus baptizaretur.

B E D A Expositione in primum caput Geneleos.

Hoc quoque quod dicit; Spiritus Dei superferebatur super aquas, figurat Spiritum Sanctum descensurum super Christum de aqua baptismi in specie columbæ.

Quod in veteri testamento obumbratum fuerat, cum Spiritus Domini ferebatur super aquas, in nouo effectum est, quando apertum est Cœlum, & descendit Spiritus Sanctus corporali specie sicut columba in Christum, vt quod dudum in umbra euenerat, ac postmodum visibili specie super Christum apparuerat, inuisibiliter super baptismi aquas contingere intelligeremus. Ferebatur igitur spiritus Domini, hoc est, Spiritus Sanctus, in columbæ specie super aquas Iordanis, mirifico euentu Cœlo aperto, Angelis astantibus, Patre in clamante; Hic est Filius meus dilectus. Et non tantum descendit spiritus, sed remansit super eum. Descendit autem & mansit in plenitudine; Christus enim est vas illud Gomor, quod manna fuit repletum vsq; ad summum. Quamobrem egregie de ipso dicere possimus; Super lapidem vnum septem oculi, ecce ego celabo sculpturam eius. Sed quis est hic lapis? Qui oculi? Quæ sculptura? Lapis Christus est; Petra autem erat Christus: Lapis certè, qui fortem Goliath confregit, superbiam, contumaciam, arrogantiamque Diaboli deiecit, atque prostrauit: Vicit nanque leo de tribu Iuda: Lapis, qui abscissus de monte, statuum illam, cuius caput aureum erat, pectus argenteum, uenter æreus, crura ferrea, pedes ex terra, protriiuit; qui regna, inquam, Medorum, Persarum, Græcorum, Romanorum prostrauit, atque confregit: Lapis, qui uirga crucis percussus, aquas redemptionis protulit, quibus tum homines, nēpe viri iustitiæ, tum iumenta, hoc est, peccatores salutem nancisci possunt: Lapis, qui oleum & mel dedit, iuxta illud; Eduxit mel de petra, & oleum de saxo durissimo; pietatem & misericordiam scilicet exugit ex saxo in iustitiæ, qua Deus erat Deus vindictæ, vindicans in tertiam & quartam generationem: Lapis, qui dedit uoces, nimirum preces fudit pro generis humani salute, atque vt ad Cœlum supremum peruenirent, eas per antrum corporis sui (quod Echo maxima fieret) emisit. Nam cum clamore valido, & lachrymis offerens preces, factus est in caput anguli; Anguli, inquam, videlicet legis & Euangelij, Iudæorum & Gentilium, diuinitatis & humanitatis, Cœli & terræ, immortalitatis & mortis. Super lapidem itaque hunc septem sunt oculi, id est, septem dona spiritus; timoris, consilij, fortitudinis, pietatis, scientiæ, intellectus, & sapientiæ: hæc enim egregie ostendit Christus in cruce. Quis enim maior timor, quam à Deo nunquam discedere velle; Vnde clamabat; Deus Deus meus, vt quid dereliquisti me? Quod maius consiliū, quam verba charitatis habere? vnde; Ecce mater tua, ecce filius tuus. Quæ maior fortitudo, quam tor tormenta perferre, vt hostes, Diabolum, Mundum, & Carnem prostraret? vnde; Consummatum est. Quæ amplior pietas, quam pro peccatoribus orare? vnde; Pater ignosce illis, quia nesciunt quid faciunt. Quæ maior scientia, quam in tormentis, & in morte impios saluare? vnde; Hodie mecum eris in Paradiso: Quis eminentior intellectus, quam Deo se commendare? vnde; Pater in manus tuas commendo spiritum meum. Quæ maior sapientia, quam terrena despiciere, cœlestia anhelare? vnde; Sitio. Egregie igitur spiritus Dei descendit, & quieuit super eum; Spiritus enim sancti plenitudinem obtinuit, adeo vt super eum quieuerit, nec vnquam discesserit.

Luc. 3.

Exc. 16.

Zach. 4.

1. Cor. 12.

Apoc. 5.

Lapis Christi.

Dan. 2.

Deut. 32.

Heb. 10.

Psal. 117.

In Christo septe dona Spiritus Sancti.

Matth. 27.

Io. 19.

Luc. 23.

Hoc

b. Hoc est, Spiritus Sanctus fertur super aquas baptismatis.

Spiritu Domini super aquas delatum in primordijs temporum, & Mundi effectione, præsignasse Spiritum Sanctum, qui supra fontem baptismatis fertur, clarè tradiderunt plures Patres, vt videre est, in Catena, quæ exponit: Spiritus Domini ferebatur super aquas, id est Spiritus Sanctus.

TERTULLIANVS tamen præcæteris hoc explicauit cumulatius libro de Baptismo.

Tunc ille sanctissimus spiritus super emundata & benedicta corpora libens à Patre descendit, super baptismi aquas, tanquam pristinam sedem recognoscens conuiescit, columba figura delapsus in Dominum, vt natura Spiritus Sancti declararetur per animal simplicitatis & innocentie: quod etiam corporaliter ipso felice careat columba. Ideoque, Estote (inquit) simplices sicut columba, ne hoc quidem sine argumento præcedentis figure. Quemadmodum enim post aquas diluuij, quibus iniquitas antiqua purgata est, post baptismum (vt ita dixerim) mundi pacem cœlestis iræ præco columba terris annuntiauit dimissa ex arca, & cum olea reuersa: quod signum etiam apud nationes paci præstenditur: Eadem dispositione spiritalis effectus terra, id est, carni nostra emergenti de lauacro post vetera delicta, columba sancti Spiritus aduolat, pacem Dei afferens, emisit de Cælis, vbi Ecclesie est arca figurata.

Matth. 10.

Quamquam de baptismatis sacri fonte prolixum me sermonem habere locus iste non patiat, non possum attamē nō pconia aliqua fontis huius, ac munera illi ob id cōgruentia, quia Spiritus Sanctus super aquas ipsius deserit, breuiter saltē ac summatim perstringere. Tertullianus libro de Baptismo, priuilegia multa aquis collata in gratiā sacri fontis, fœcunda enarrat oratione. Sed ego ad magis propria descendens, virtutes, ac dona, muneraque ex Sancti Spiritus gratia sacro fonti collata recensebo. Hostis ille immanis, serpens ille antiquus, perfidus inquam Sathan, malefica prorsus arte, pomo, & verbis illis; Eritis sicut Dij, adeo fascinarat genus humanum, lethali que morbo affecerat, ac prostrauerat, vt languens à morte, per mortem, ad mortem traheretur: A morte vtique spiritus, per mortem, scilicet per quotidianum defectum, ad mortem æternam. Christus è contra, noua excogitata metamorphosi, fontem inenarrabilis, inusitataque virtutis Spiritus Sancti vi aperuit, quo à vita, per vitam, ad vitam prouehi potest homo. A uita, inquam, spiritus, in qua renascitur: per vitam, per ipsum Christum, qui via, veritas est, & vita: ad uitam cœlestem scandit, atque properat. Mirificus igitur est hic fons. In Diaboli maleficio fuerunt res esculenta, pomum; uerba malefica: Eritis sicut Dij; vis ipsa inobedienciæ: Ita in fonte Christi, quo humanum genus ab eo maleficio reparandum erat, adsunt aqua, vt res & materia; sacra verba: Ego te baptizo; virtus, gratia, & Christi meritum. Fons hic aquas præstantiores complectitur, quam aquæ sint cœlestes super Cœlos veatæ, cum cœlestes homines reddat. Hic maioris virtutis aquas concludit, quam Diluuij aquæ fuerint, cum illæ peccatricem carnem absorberint: hæc animum à delictorum maculis emundent. Hæc præstantiores aquis de petraeductis à Mose, quoniam ex petra Christi excussæ sunt cum uirga crucis. Hæc dulciores quam aquæ illæ à Mose ligno dulcoratæ, nam istæ ligno crucis cœlestem susceperunt iucunditatem. Hæc nitidiores aquis tēpli, quibus tum vasa, tum sacerdotes abluebantur, cum uasa cordium, & Christicolas ad regale promotos sacerdotiū, nitidos reddant, atque sanctos. Hæc illis multo præstantiores, quæ hyssopo aspersæ, immundos, qui cadauera tetigerant, purgabant, quia homines sordibus criminum pollutos abluunt. Hæc vt Nili aquæ irrigant Aegyptum, hoc est, Ecclesiam. Hic fons vt Physon, quem ferunt per decem alueos percurrere, herbas gignere propellendis infirmitatibus appositissimas, gemmasque exhibere, quoniam ad decem præceptorum obseruantiam astringit, peccatorum antidotum, virtutesque deserit. Hic ut Tygris, quasi sagitta decurrit, cum ad animæ & spiritus sanctificationem penetret. Hic mare est Rubrum, in quo Aegyptij merguntur, Hebræi saluantur; crimina scilicet obruuntur, animæ salutem percipiunt. Hic sacri baptismatis fons aquæ sunt ille feruidæ ab Anna in deserto compertæ, quæ ad propellenda morborum plurima genera multum conferunt. Hic Iordanis amnis, per quem Hebræi promissionis terram adeunt, per quem videlicet ad optatam beatitudinem fideles pertingunt: Fonte isto Naaman Syrus ab omni lepre labe, scilicet peccati mundatur: fidelium plaga ab infidelium in deserto seiungitur. Hic fons, apud quem Eua

Dæmon primum hominem fascinauit.

Fascinationis dæmoniacæ antidotus in baptismo. Aquæ baptismalis præstantia.

Eua copulatur Adæ, Lia Iacob, Sephora Mofi, in quo abluitur Sufanna: Sed quid amplius? fons est Siloè, in quo genus humanum iamdiu peccato Adæ obcæcatum lumine fidei illustratur. Hic probatica est piscina, in qua languidus sanatur. Tantam, tamque eminentem suscipit fons iste ex Spiritu Sãcti superlacione virtutem, vt ea omnia in anima efficiat, quæ aqua extra præstare conspiciamus. Porro aquæ, dum limpida cernitur, munus est imagines reddere, ardorem refrigerare, vasa nitido humore explere; puluerem pulueri connectere, colles, uallesq; fœcundare, aspera emollire, sitim pelle-re, ignem extinguere, tantumq; saliendo, quantum descenderat, imas res extollere; morbos, quando cum sulphure miscetur, propellere, arces munire, ac denique maculas abstergere. Hæc utique mirifica in se sunt, in vnda sacri baptismatis lōgè magis admiranda noscuntur? Si enim aqua illa, dum clara est, imagines refert; hæc fœdatã Dei imaginem in nobis, atque deturpatam, præstantem, prout in Adam ante peccatum erat, reddit. Si illa ardorem mitigat, hæc concupiscentiam compefcit; Si illa vasa explet, hæc animam gratia, & donis exornat; Si illa puluerem cum puluere copulat, hæc humanitatem nostram cum Christo coniungit; Si illa terram irrigans, fertilem reddit; hæc spiritum viuificans, ad opera cœlestia proferenda coadiuuat. Illa certè, quod asperum est, mitescit; hæc cor durum, ne male habeat in nouissimo, mulcetur. Sitim pellit illa, terrenarum rerum desideria tollit hæc; ignem extinguunt illa, inferni flammæ euitare largitur ista; illa res in profundo positas attollit, ista spiritum ad Cœlum vehit; morborum genera plura propulsat illa, si cum sulphure misceatur: originale, lethale, venialeque peccatum tollit hæc, si in mortificatione componitur. Tandem hæc spiritum munit, vt illa arcès, animæque sordes emundat, prout illa maculas. Anima igitur in hoc fonte, tanquam planta in aquas proiecta reuiuiscit, atque iterum uirescit, floresq; & fructus proferre non præpeditur. Tanti utique refert, quòd Spiritus Dei ferebatur super aquas. Mirifica quidem traduntur de quibusdam in Orbe fontibus; sed nullius sunt momenti, si cum hoc æqua lance comparentur. Fons in Macedonia pecudes albefcere cogit, sed hic animas super niuem dealbatas atque mundas reddit. Adfunt in Bæotia duo fontes, quorum alter obliuionem, alter reminiscenciam excitat: Sed hæc quid ad baptismi fontem, qui terrenarum illecebrarum contemptum, cœlestium verò memoriam inducit? In Aegypto feruntur duo esse fontes, quorum vnus faces extinguit, alter extinctas accendit. Verùm fons noster, cor inani ardens amore mortificat, gelidumq; charitate inflammat. Fons Solis apud Garamantes interdum frigidus est, noctibus feruet: fons noster in prosperitatibus non extolli, in aduersis non deijci edocet. Fons Idus meæ tribus anni mensibus cœnosus, tribus limpidus, tribus viridis, & tribus rubeus cõspicitur: fons iste modò contritionis tremorem, modò fidei claritatem, modò spei viriditatem, & modò charitatis flagrantiam in renatis præstat. In Sicilia duos asserunt extare fontes, quorum alter sterilitatem, alter fœcunditatem præstat. Ecce fons noster, qui mala opera refecat, & sancta profert atque viuificat. Duorum fontium in sylua Ardenna, alter odium, alter amorem excitat: fons noster ad Mundi contemptum & Christi charitatem fidelium pectora allicit. In insulis Canarijs, fons ab arbore scætet inexhaustus; hic à Christo in cruce appenso, redemptionis aquis nūquam exiccandis exit. Si Mosopotamiæ fons suauem gratumq; dilatat odorem, hic suauissimam reddit animam Angelis atque hominibus. Inter fontes, Phaliscus, eminentius scandere fertur: hic autem fons est, saliens in uitam æternam. Sedde his aliàs.

c. Post tenebras, mediante spiritu, super aquas emicat lux: Post errores, mediante baptisate, fit lux fidei & sancta vita.

A N A S T A S I V S Synaita Comm. in Hexæmeron libro primo.

Propterea enim fortasse hic rursus post tenebras examinat aquam & spiritum, hoc est, post peccatum baptismi illuminationem. Nam sicut tanquam super piscinam aliquam constituit Deus spiritum super aquas ita statim post præcipit post hæc dicens; Fiat lux illuminationum, & facta est lux illuminationum. Vnde etiam hic in primis discernimus mysterium Trinitatis in baptisate, quando dicit; Et dixit Deus, planè Pater: Et fiat lux, hoc est, Christus appareat in terra, & spiritus Dei sanctus, qui ferebatur super aquam. Cum hoc mysterio vitam quoque Deo gratam discernimus.

Difficultas

Aqua baptismi omnia aquæ munera exprit spiritaliter.

Quæ de aquis mira feruntur, cuncta in baptisimo spectantur.

Difficultas non aspernanda inter Doctores præclaros iactatur; quænam sit discrepantia inter fidem Catechumeni nondum baptizati, fide tamen insigniti, & baptismi votum ferentis, fidemque eiusdem in sacro fonte abluti & renouati. Definiunt Theologi nonnulli, quòd illa pristina fides donum Dei est, seu gratia præueniens; hæc fides, quæ subsequitur, est gratia inhærens; fides enim, spes, & charitas diffunduntur in nobis per Spiritum Sanctum. D. Thomas de contra edocet, gratiam, & uirtutes ante baptismum, & post inuicem non differre nisi secundum magis (ut aiunt) & minus. Qui enim fide Christi illustrantur, ut Cornelius ille celebris miles, & baptismi uotum implicite, uel explicitè gestant, gratiam, uirtutesque consequuntur; sed postmodum in baptismum earundem tum gratiæ, tum uirtutum maiorem nanciscuntur copiam, & ubertatem. Quamobrè super illud Psalmi; Super aqua refectionis educauit me, Interlinearis Glossa sic fatur; Per augmentum scilicet uirtutis, & bonæ operationis, educauit in baptismum. Sed quicquid sit, asseram ego huiusce rei exemplum. Splendet aër ex lumine aurore, sed non irradiatur, nisi radio Solis repercusso: splendet & in meridie, & à radio Solis perfunditur, adeò ut ille radius illuminet, calefaciat, & attrahat: ita claret anima fide ante baptismum, sed non adeò ubertim, & copiosè, uti in ipso fonte. Tunc profectò perfunditur radio gratiæ amplioris qua illuminatur fide, calefit charitate, & spe attrahitur. Nam hæ tres uirtutes præstantissimæ efficacia sacramenti perficiuntur. Quapropter sicut dicitur fieri lux, quum Spiritus Sanctus ferretur super aquas; ita infunduntur gratia informans, & uirtutes in sacro fonte baptismatis.

d. Id est, status sacerdotis ad instar crucis super fontem baptismatis.

A N A S T A S I V S Synaita Commen. in Hexæmeron libro primo.

Nos autem eas quas diximus anagogicas facientes contemplationes, literam non dissoluimus, absit, immò verò apertè cognoscimus, quòd tenebræ sensiles erant super abyssum sensilem, & spiritus Dei ferebatur super aquam sensilem, siue spiritus aëris, quem nominare ventum scit consuetudo hominum: siue Spiritus Sanctus, prius significans, & describens gratiam Sancti Spiritus. Ambubus enim est opus, nempe & aërio spiritu, vt instar crucis inspiret in aquam baptismatis: & Sancto Spiritu, vt sanctificet.

Elegans est hæc allegoria, qua per spiritum Domini, interpretari possumus statum, halitum uè sacerdotis ad instar crucis super aquam baptismatis effusum. Nec siquidè id sine arcano mysterio effici existimandum est. Formauit Dominus Deus hominem (inquit Scriptura) & inspirauit in faciem eius spiraculum uitæ. Qui quidem Scripturæ locus iuxta crassam uerborum interpretationem à nonnullis ita exponitur, nempe Deum effigiatum inspirasse, uidelicet spiritum, seu halitum ori hominis plasmati indidisse & insufflasse: Id tamen à Patribus non est receptum, Porro Deus in hominem primum inspirauit spiraculum uitæ, in secundum uerò inspirandus est spiritus uiuificans: iuxta illud; Factus est nouissimus homo in spiritum uiuificantem; hoc est, in hominem exteriorem effunditur spiraculum uitæ, anima scilicet, ut halet, & uitam degat. In hominem secundum, nempe in interiorem, effunditur spiritus uiuificans, qui est spiritus Christi, uel Spiritus Sanctus, qui spirat ad cœlestia, & uitam exhibet spiritualem. Quoniam uerò id propriè efficitur in baptismatis fonte, ideò sacerdos ad instar crucis halitum, seu spiritum spirat in sacro fonte, ut demonstret, atq; notificet effectum illum spectatissimum, quo spiritus uiuificans ex baptismatis uirtute effunditur in animam sacro lauacro ablutam Infidelis quisque, qui fide orbatus erat, morte spiritali obrutus dici poterat. Vt igitur Deus spirando in Adam, spiraculum uitæ exhibuit, & uitam: ita sacerdos, Dei uices gerens, halitum spargens in sacramentum baptismatis, uitam præstare spiritualem demonstrat.

Hoc est

An fides Catechumeni & baptizati differat.

3. p. q. 69. art. 4. ad 2.

Psal. 22.

Verba Concilii Vienen. de Summa Trini. & Fide cath. cap. Fidei.

Gen. 2.

1. Corin. 15.


Allegorie.

Moraliter.

Verba illa, Spiritus Sanctus superueniet in te, exponuntur. Virtus altissimi, & Spiritus Sanctus, & Filius dici possunt.

Lib. 18. Moral. cap. 12.

Homi. 2. in Annuntiatione.



Spiritus Domini ferebatur super aquas.

- a. Hoc est, Spiritus Sanctus ferebatur super purissimos Deipara sanguines.
- b. Seu Spiritus Sanctus super linguas prophetantium, & predicantium.
- c. Id est, spiritus hominis fertur naturaliter super scientias.
- d. Vel gratia praeueniens, seu inspiratio, seu misericordia Dei super cor fluidum peccatoris.

a. Hoc est, Spiritus Sanctus ferebatur super purissimos Deipara sanguines.

Pulcherrimam hanc & caelestem ferè interpretationem visus est excitasse & innuasse Gabriel Angelus, quando altissimum incarnationis Verbi sacramentum Deiparae Virgini annuncians, hæc intexuit verba; Spiritus Sanctus superueniet in te, & virtus altissimi obumbrabit tibi, propterea quod ex te nascetur sanctum, vocabitur filius Dei. Quid nanque aliud ipsi notificare voluit, nisi quod Spiritus Sanctus superferendus esset super purissimos eius sanguines, tanquam super aquas? Condignum nanque erat, vt verus microcosmus, nimirum Christus Deus & homo modo illo formaretur, quod & Mundus hic ab ipso redimendus, congestus est. Fecerat enim Deus Coelum & terram, hoc est, in humanitate animam & carnem: caro erat inanis & uacua, videlicet mortalis, & infirma. Et tenebrae erant super faciem abyssi, ignorantio Dei super intellectum humanum, cum spiritus Domini ferebatur super aquas, id est, quando Spiritus Sanctus ferebatur super sanguines purissimos Deiparae, vt ex illis formaretur nouus Mundus, Christus benedictus. Quapropter benè dixit Angelus; Spiritus Sanctus superueniet in te. Singula hæc verba mysterijs redundant. Superueniet, nempe è superis veniet; in te, non supra te, vt iam consueuerat spiritus super Prophetas, & antiqui testamenti Patres venire, sed in te, nimirum non in tuam duntaxat animam, vt ipsam caelestibus repleat donis, sed in te, in tuos sanguines, vt ex illis formet Deum & hominem. Et virtus Altissimi obumbrabit tibi; quod quidem tum de Spiritu Sancto, qui virtus est; tum de Filio, qui & ipse Altissimi virtus nuncupatur, intelligi potest. Porro si de Spiritu Sancto intelligemus, sic est interpretandum; Virtus Altissimi obumbrabit tibi; scilicet te fecundam reddet. Sed quorsum dixit, Obumbrabit, & non dixit, Fecundam reddet? Quo enim pacto lux emicantissima, vt Spiritus Sanctus est, obumbrare potest? Animaduersitas mysterium. Virgo pudicitiae, castitatisque amantissima, cum se parituram agnouit, extimuit, ne aliqua impuritatis macula foedaretur: Quapropter Angelus ei dixit; Obumbrabit; id est sine carnis ardore, quasi umbra superueniens spiritus, refrigerium tibi afferet, & non concupiscentiam. Quod si per virtutem Altissimi, ipsum Filium intelligemus; verbum, Obumbrabit tibi, elegans nobis indicat arcanum, exponendumque est: Virtus altissimi obumbrabit tibi, hoc est, Diuinitas in te humanitatem assumet; obumbratio nimirum hoc indicat. Gregorius siquidem ait; Per obumbrationis vocabulum incarnandi Dei vtraque potuit natura signari. Umbra enim à lumine formatur, & corpore. Si igitur obumbratio in Virgine efficienda erat, necessariò & lumen, videlicet diuinitas, & corpus, nempe humanitas connectenda erant; & diuinitas humanitati iungenda, vt humanitas vmbrae splendorem diuinitatis. Vel exponendum: Virtus altissimi obumbrabit tibi, id est, Filius Altissimi in te vmbra culum, seu nubem candidam assumet, ad obtegendam, velandamque suam immensam claritatem. Vnde Radulphus Ardens ait; Quia enim immensitatem diuini fulgoris infirmitas nostrorum oculorum contemplari non posset, ideò Sol iustitiae Iesus Christus se se velauit carne, vt sic quodammodo melius eum contemplaremur sub nube. Mysterium hoc praesignatum fuit in Ezechiae Horologio, in quo decem gradibus, siue lineis retrocessit Sol, & repedauit ad Orientem, quæ quidem retrocessio, cum Sol in horologium illud radios effunderet, nota & manifesta facta est ex umbra; Nam cum Deus in Deipara homo factus est, hu-

mani-

manitatem tanquam vmbra protulit, qua eum decem gradibus retrogressum, nempe à nouem Angelorum choris minoratum, atque ad decimam, ad hominis scilicet naturam inclinatum, Mundus intellexit. Propterea quod ex te nascetur sanctum, vocabitur filius Dei. Ex hoc nanque Spiritu Sancto, superlato super sanguines purissimos Deiparae, non nisi sanctum progigni potuit. Et adnotes, quod dicit, Sanctum, non, Sanctificatum: Nati sunt nonnulli sanctificati, solus Christus natus est sanctus. Aliud est enim esse sanctificatum, & aliud sanctum. Sanctificatio est ex gratia, sanctitas est ex natura: Sanctificatus prodijt Ioannes Baptista, & alij nonnulli, sed non sancti, quoniam concepti fuere culpæ originis obnoxij, & post virtute Spiritus Sancti sanctitatem obtinuerunt. Solus Christus conceptus est sanctus, quia ex Spiritu Sancto, & ex sanguinibus iam sanctificatis. Sanctum igitur nascetur hac de causa, immò sanctus sanctorum, quia in Christo sanctum Verbum, sancta anima, sancta caro, sanctum cor, sanctum os, sanctæ manus, sanctæ cogitationes, sancta verba, sanctæ operationes. sanctus nascens, sanctus viuens, sanctus, qui sanctam duxit vitam, sanctam tulit legem, sancta instituit sacramenta, Sanctum procurauit Spiritum, sanctam conflauit Ecclesiam, sanctos reddidit homines. Sed hæc omnia, quia Spiritus Sanctus ferebatur super aquas.

b. Seu Spiritus Sanctus super linguas prophetantium et predicantium.

B E D A Expositione super primum caput Geneleos.

Et per Spiritum Dei, spiritus Prophetiae intelligitur, qui superferebatur super aquas, hoc est, Prophetas.

Sapius iterantur hæc uoces in Scriptura sacra: Spiritus Domini super me: Factus est sermo Domini ad me: Spiritus Domini assumpsit me; Et duxit me in spiritu Domini, & similia. Perspectum igitur est, Prophetas, & Apostolos, & sacros declamatores non à se loquutos fuisse, sed ex spiritu Dei: Non enim vos estis qui loquimini (inquit Dominus noster) sed spiritus patris vestri, qui loquitur in vobis. Verum, vt ad sacros declamatores me conuertam, sciant, quod tubæ sunt Spiritus Sancti; Tuba autem non ex se exaltat vocem, sed ex spiritu alterius. Quæ igitur erunt partes, & munera concionatorum? Tantum seipsum exhibere, atque vt congrua sint Spiritus Sancti instrumeta, præparare: dicereque cum Esaia: Vir pollutus labijs ego sum, deprecarique, ut ad se peruolent inquam, non Cherubim, qui scientia pollent, sed Seraphim, qui diuino amore exardescunt, & calculo ex altari delato, scilicet diuino, charitateque sancta labia mudent, ac exornent; non enim affectandus est scientiarum apparatus, uel orationis elegantia, sed charitas tantum & spiritus. Sed quid? Dilata os tuum, inquit Deus, deuotione ac obsequio, & implebo illud: Vnde & Propheta; Os meum aperui, & attraxi spiritum. Spiritus igitur Sanctus superfertur in ore declamantium, super aquas, videlicet populos. Fructus quoque, qui ex concionibus prouenit, Spiritus Sancti est, & non tubæ, scilicet declamatoris sacri. Qualis autem, & quam præclarus fit iste fructus, demonstrat illa Ezechielis visio, quando raptus est in campum ossibus aridis repletum. Nam prophetante eo iuxta uerbum Domini, factus est sonitus & commotio, & super ossa illa nerui & carnes ascenderunt, & cutis extenta est; ac tandem insufflante in ea à quatuor ventis spiritu reuixerunt. Declamantibus nanque sacris concionatoribus, fit sonitus, cum uerbum Dei ad cor penetrat, & commotio, quando commouetur & contremiscit terra, cor scilicet, succrescuntque; nerui, cogitationes sanctæ, & mox carnes, desideria nouæ uitæ; & cutis, nimirum sanctum propositum. Tunc à quatuor ventis venit spiritus, nempe ex omni parte Spiritus Sanctus, & gratia sua insufflat super interfectos, atque reuiuifcunt. Spiritus hic est (ut exemplum afferam) ventus ille, qui nubes tum exhalationibus calidis & siccis, tum humidis & frigidis congestas adeò comprimit, ut comprimentibus humidis & frigidis, hoc est, timore poenarum, siccas & calidas concupiscentias, mox fit tonitruum contritionis, lampas cognitionis sui, & erumpunt pluuia, imbresque; lachrymarum, & doloris, vt aliàs dicebamus.

Sancti & sanctificati discrepantia. Christus solus sanctus conceptus est, & uerè factus.

Matth. 10. concionatores tubæ sunt Spiritus Sancti.

Esa. 6.

Psal. 80. Plal. 118.

Ezech. 37. Concionum effectus & quam præclarus.

fff Ides

c. *Idest, spiritus hominis fertur naturaliter super scientias.*

LYRANVS in Postillis.

Et spiritus Domini: idest, spiritus hominis, qui conuenienter dici potest Domini spiritus, eo quod est a Domino creatus, ferebatur super aquas: idest, naturaliter desiderans scientias, que nomine aquarum designantur. In plateis aquas tuas diuide, docendo scilicet publice.

Proverb. 5.

Spiritus hominis spiritus Domini dicitur. Gen. 2. 1. Cor. 15. Eccl. 12.

Aque scientiarum symbolam. Hier. 2. Scientia diuinarum reru est fons, terrarum cister na.

Interpretationem istam venustate ac elegancia reliquis minimè comparandam deduxit Lyranus; eam itaque compendiaria oratione elucidemus. Hominis spiritus non incongruè certè spiritus Domini appellari potest, tribus de causis. Primum, quod a Deo prodierit: Insufflauit enim in eum spiraculum vitæ, & factus est homo in animam uiuentem. Deinde, quod ab ipso, seu Spiritu Sancto alatur & uiuificetur. Nam factus est secundus Adam in spiritum uiuificantem, scilicet spiritum nostrum. Et tandem, quod in ipsum Deum redire debeat; Vnde est illud; Et spiritus redeat ad eum, qui dedit illum. Hic igitur spiritus superfertur super aquas; Superfertur, quoniã desiderat, exoptat, anhelat rerum vel diuinarum, vel corporearum scientias, & cognitiones. Aquæ siquidem symbolum scientiarum sunt; nam sicut aquis fitim extinguimus, ita cognitione rerum mentis desiderium saturamus, illud inquã, quo omnis homo natura scire desiderat. Inde est, quod de mortalibus conqueritur Deus, cum ait; Dereliquerunt me fontem aquæ uiuæ, & foderunt sibi cisternas dissipatas. Fons aquæ uiuæ scientia est rerum diuinarum; cisternæ dissipatæ sunt sciẽtiæ humanæ & naturales. Illa fons est, quia scaturit semper, nec vnquam effluere desinit. Nam scientia de Deo infinita est, sicut & obiectum infinitum. Illa fons est clarus, quia quæ de Deo percipimus, seu lumine naturæ, seu reuelato, seu beatifico, clarissima sunt, euidentissimaque. Illa fons aquæ uiuæ, quia non tantum depurat intellectum, sed uiuificat cor, ad superna; nos extollit, & ad beatitudinem coelestem promouet. Hæc verò scientia naturalis, creaturarumque rerum indagatio, cisterna est; quemadmodum enim aquæ cisternarum colliguntur ex pluuijs, quæ congeruntur ex exhalationibus, & vaporibus à terra & aquis hautis: ita scientiæ humanæ decerpuntur ex phantasmatis illustratis, quæ phantasmata à speciebus rerum sensilium per sensum apprehensis compinguntur. Aqua cisternarum sunt scientiæ humanæ, quoniam vt plurimum cœnosæ, & turbidæ; nec enim perspicuam nobis produnt scientiam, sed infinitis obuolutam quæstionibus, & disceptationibus. Tandem mortuæ suat aquæ istæ, quia quamuis intellectum pascant, affectum tamen non excitant; & si vitam quandam moralem instituunt, non tamen coelestem, qua anima supernaturalem beatitudinem Dei petit, astruunt. Intelligent igitur Philosophi, Mundi que sapientes, quas cisternas fodiant, dissipatas scilicet & cœnosas. Intelligent Theologi, cui fonti os porrigant, vt aquas coelestes bibant, & labia emudent, mentis que aciem excolant, ut tantæ aquæ condigna uasa efficiantur.

d. *Vel gratia præcurrens, seu inspiratio, seu misericordia Dei super cor fluidum peccatoris.*

EVCHERIVS Commentariorum in Genesim libro primo.

Spiritus autem Dei super cor nostrum tenebrosum & fluidum, quasi super aquas iam superferebatur, in quo subsistentes requiesceremus, cuiusque uiuificaremur statu, & cuius vnda ablueremur.

Beda Expositione in Genesim, & clarius libro de Sex dierum creatione, id ipsum non mutatis verbis asserit.

ISIDORVS vt in Prothematibus confimilia, & in Glossa Ordinaria.

Corda scilicet fluctuantia, que mentis quietem amiserant, quia eis spiritus non innitebatur, sed superferebatur, quasi potens naturam à confusione in melius reuocare.

GLOSSA Interlinearis confimilia habet, cum exponit.

Spiritus Domini: idest, Spiritus Sanctus super aquas, super spiritualem vitam, quasi fluitantem ante conuersionis formam: vel super cor tenebrosum, & fluidum.

Non

Spiritus Domini ferebatur super aquas.

- a. *Idest, diuina miseratio super peccatores.*
- b. *Hoc est presen in Dei super cogitationes cordis.*
- c. *Seu diuina gratia iustificans super aquas contritionis & penitentia.*
- d. *Aut consolatio Spiritus Sancti super tribulationes.*
- e. *Vel Spiritus Sanctus super electos.*

Moraliter.

Anagogicè.

Ia. 57. Maris salcedinis causa.

Cor peccatoris, ut mare.

Diuina bonitas in expectando peccatore quanta.

Non sine graui ratione Patres isti per aquas interpretati sunt cor fluidum peccatoris, nam & Scriptura sæpius impios mari feruescenti comparat, & præcipuè cum ait: Impij quasi mare feruens. Mare certè, quia amarum semper, atque salum. Porrò salcedinis maris plures possunt esse causæ; seu quod sulphureis venis permisceatur, seu quod excrementa cunctorum elementorum suo in vtero capiat, seu quod terrestres humores à Sole attracti, in superficie ipsius dispergantur, & coacescant: ita in improbi corde uoluptates omnes amaritudine sunt refertæ, uel quia nimio concupiscentiæ ardore exuruntur, uel quia uilescetium terrenarumque rerum sit receptaculum, uel quod impiarum uoluptatum gustu expleri non ualeat. Feruescit mare, cum à uentis iactatur, cumque perperuis & aduersis uentorum procellis in se ipso conteritur. En quatuor uenti corda tenebrosa agitant; Boreas, nepe odiu; Auster, amor; Eurus, spes; Zephyrus, timor, quibus animi motibus nunquam lassatus conflatur: Horum impetu mare ad arenosa litto ra in se ipso cõtusū fremit. His feruet cor, & dum feruet stridet, quia humanis in rebus, iurgijs contentionibusque repleta sunt omnia. Mare horrendis monstris, atque ingentibus bestijs refertum est: Cor passionibus, atque monstruosis cogitationibus semper corroditur. Illud thesauros, atque gemmas in profundo abstrudit, cadauera, paleas, resque; Ieues sustollit, & ostentat. Hoc uirtutum semina in cœno illecebrarum obruit, uitiortu, & criminum copiam palam profert. Super hoc mare fluidum superfertur spiritus Domini semper, uidelicet gratia præueniens: quantum enim propensa sit diuina uoluntas, diuinaque bonitas, ut gratia sua nos semper præueniat, uno Adæ exemplo perspectum fieri arbitror. Deus, ut peccauit Adam, deambulabat ad auram post meridiẽ. Hic obserues precor, primum, quod Deus post hominis peccatum mox deambulat, non statim uindictam sumit subita lacesitus indignatione, sed deambulat, expectat perpetua uictus misericordia: deinde, deambulat ad auram, quia non in igne Dominus, non in commotione Domini, non in uento Dominus, sed in sibilo auræ tenuis. Non uenit in igne diuina uindicta, ut contra Nadab, & Abia; non in commotione, quasi terrã aperiens, sicuti olim aduersus Chore, Dathan, & Abiron: non in uento Dominus, ueluti contra Aegyptios: sed uenit in sibilo auræ tenuis, idest, in inspiratione suaui synderesim excitat. Adhuc & post meridiem uenit; expectat enim, quantum potest, quousque; Sol uertatur ad Occasum, quoniam hominem usque ad mortem præstolatur. Spiritus autẽ Domini superfertur super aquas, bonitas uidelicet, & misericordia Dei uocantis, quam si audit peccator, non amplius passionum impetu iactatus ut mare æstuat ac sauit, sed concitati ipsius animi sedantur fluctus, cum lenis Spiritus Sancti aura ipsum mulceat, & pacatam reddat; unde fixus in Domino firmusque consistit, atque in illo omnino conuiescit. Fecisti, n. nos Domine ad te (inquit Augustinus) & inquietu erit cor nostrum, donec quiescat in te. Canis audis ferẽ indagator huc illucque; nunquam fessus decurrit, sed mox ut exoptatã ferã offendit, consistit, auribusque erectis, & oculis intẽtis perstat immotus, quousque; rete à venatore superexpãdatur. Pari euentu peccator felicitatis cupidus, dũ terrenam indagat, percurrit sepe, sed cũ Spiritu Sancto, ductus Dei amorem fuerit odoratus, ipse præceptis, & lege, quasi fune, ac rete aureo, se obstringi immotus permittit.

a. *Idest, diuina miseratio super peccatores.*

HVG O Carenis in Postillis.

Spiritus Domini ferebatur super aquas: quia quocunque fluant homines per peccata, semper superfertur Dominus, sicut auicula super nidum, cum pulli eius rapiuntur, clamitans; Tu fornicata es cum amatoribus multis, fff 2 multis,

Esa. 55.
Math. 23.

multis, nunc saltem reuertere, & ego suscipiam te, dicit Dominus. Ideo dicitur; Inuocate eum dum propè est. Semper enim circumuolat nos Dominus; Hierusalem, Hierusalem, quoties uolui congregare filios tuos, quemadmodum gallina congregat pullos suos sub alas suas, & noluisti?

Peccator aquae similis.

Peccatores certè aquae nuncupari possunt, quoniam sicut aquae huc illucque labuntur, ita ipsi modò in has, modò in illas desluunt illecebras, delectationes, & facinorosa. De his siquidem illud interpretari non dedecet; Omnes morimur, & sicut aquae dilabimur: Omnes, uidelicet qui peccato obnoxij sumus, morimur spiritus morte; & sicut aquae dilabimur, quia, tanquam labentes aquae in praecipitium, super has aquas, super improbos inquam, semper spiritus Dei, hoc est, diuinus amor superfertur, prouidentia miserationeque assistit, & uel nobis, si haec diuina misratio nos etiã fontes, Deique inimicos effectos, non comitaretur; profectò uti in perduelles Deique hostes cuncta creata, tanquam iniuriarum diuinarum vindices, insauirent, ac debaccharentur. Caelum lucem nobis subtraheret, ut Aegyptijs: ignis descenderet, & nos voraret, ut Pentapolim: mare deglutiret, ut Pharaonem: aqua nos submergeret, ut Mundum, & gigantes; terra abforberet, ut Chore, Dathan, & Abiron; infernus deglutiret, & Daemon dirus hostis immaniter nos dilaceraret. Verùm haec omnia nos non infestant, quia spiritus diuini amoris, qui nos ad poenitentiam, & ad salutem expectat, fertur super aquas.

2. Reg. 14.

Misericordiae diuinae protegitur homo, ne cuncta in eum irruant.

b. Hoc est, praesentia Dei super cogitationes cordis.

H V G O Carenensis in Postillis.

Eccle. 23.

Item fertur spiritus Domini super cor peccatoris per notitiam, quia nihil latet eum: Oculi Domini multo plus lucidiores super Solem, circumspicientes omnes vias hominum, & profundum abyssi, & hominum corda intuentes in absconditis partibus.

Psal. 138.

Cor impij comparari posse procellis iactato mari iam supra demonstrauimus. Super igitur hoc cor, seu super eius aquas, hoc est, cogitationes, fertur spiritus Domini, uidelicet Deus ipse, & assistit; qui cum lucidiores Sole oculos gerat, circumspicit vndique omnes vias mortalium, & profundum etiam abyssi, nempe cordis intuetur. Vnde bene Propheta; Si ascendero in Caelum tu illic es, si descendero in infernum ades. Si sumptero pennas meas diluculo, & habitauero in extremis maris, etenim illuc manus tuae deducet me. Quasi diceret: Si ascendero cogitatione, & contemplatione ad caelestia indaganda, tu illic es; si descendero in infernum, nempe ad abdita naturae secreta peruestiganda, ades; si sumptero penas intellectus, & habitauero in extremis maris, uidelicet, si consideratione, & discussione persistam in contemplationibus altissimis, & remotissimis, illuc manus tuae deducet me. Vel aptius: Si ascendero spe in Caelum ad procuranda caelestia, & si descendero timore in infernum ad meditanda nouissima, & si sumptero pennas animi leuitatis diluculo, in mane etiam florentis iuuentutis, & habitauero in extremis maris, in extremo scilicet illecebrarum, & voluptatum, semper tu Deus ades, semper cor conspicias, rimaris, & penetras. Sed quid? nonne cor nostrum est ueluti mare crasso humore refertum, & cerosum? quomodo ergo Deus pertingere potest ad eius profunditatem? Neque enim dignatur quid peccato foedatum benignè intueri. Auscultes quæso. Qui profunda maris etiam crassi & tenebrosi conspiciunt, studet, oleum inter se, & maris ima interijcit, id est, aquas perfundit, & eius ope ad ima intuentem facultatem nanciscitur. En Deus oleo misericordiae, pietatisque suae inter se, & impium interiecto, eoque delinitus, profunda cordis illius, quamquam sordida conspiciunt, ut peccatorem ad salutem euocet. Erubescat igitur homo dum peccat, etiam si in latebris delinquit, cum Deum semper cor eius intueri, & cuncta prospicere, certò sciat.

Misericordia sua Deus intuetur cor peccatoris quamuis sordidum.

c. Seu diuina gratia iustificans super aquas contritionis, & poenitentiae.

Fontes duos, voluptatis & poenitentiae.

Plura retulimus mirifica de fonte baptismi, eadem quoque fonti poenitentiae egregiè adaptari possunt. Verùm duos fontes comperio, voluptatis nempe & poenitentiae. Voluptatis fons ille est, in quo Narcisus (liceat mihi Aegyptios quandoque expoliare, ut dicitur

ditentur Hebraei) fugacis suae umbræ amator effectus, nihil aliud contendebat, quàm ipsam alloqui, amplecti, & osculari; Qui siquidem apud voluptatum illecebrarumque fontem vitam degunt, hi proprio amore exardescunt, nil aliud, quàm vita hac, quae est umbra, frui appetunt, atque totis viribus stultè ad eam anhelant. Ad fontem hunc, si quis ut Aëton, casu descendat, à tribus illis voluptatum Deabus, gula, libidine, & ociositate, illecebris, ut aquis aspersus, in feram conuertitur, quoniam ferinos, belluinosque appetitus confectatur, ac deinde à suismet canibus, à suis, inquam, passionibus miserando euentu discerpitur ac dilaniatur. Porrò alter fons est poenitentiae. Ceruus iam senio confectus, repubescere denuo falsò sperans, virulentos serpentes deuorat, ac deglutit; & ne veneno interimeretur, ad fontes properat. Peccator, qui vitæ prolixitatem sibi prescribens, voluptuosam vitæ dulce venenum hausit, ne criminum culpa ad inferos detrudatur, ad hunc poenitentiae fontem accedat, super quem profectò, tanquam super aquas fertur Spiritus Sanctus. Sed animaduertas, quòd fertur non ut coruus, sed ut columba. Meminisse enim lectorem credo, quòd olim in Diluuiio super aquas ferebatur & coruus, & columba. Super aquas ergo Diluuij, uidelicet poenitentiae & contritionis superfertur ac volitat coruus Sathan, & hic cum adhuc aquae terram occupant, & necdum est tellus arefacta, id est, quando animus adhuc passionibus carnis irretitus, & subiectus cernitur, sordescitque improbus in poenitentia simulata, & ficta, coruus iste teterrius Sathan cadaueribus, nempe, cordibus in peccatum recidentibus, marcescentibusque vescitur & alitur. Superfertur etiam columba, & haec quandoque, cum in lutuosa superficie pedem figere non possit, redit in arcam; quandoque etiam exiccata terram reperiens, in illa conquiescit. Superfertur, inquam, Spiritus Sanctus, & quando non veraci ac sancta poenitentia cor ablui, sed coinquinatum remanere comperit, discedit; At si aquis denudatam & arefactam terram, eamque florentem inuenit, scilicet si cor à delictis perfecta poenitentia solutum, & spe caelestia anhelans, sanctoque proposito sanctiorem vitam affectans inuenit, super ipsum requiescit, & ramusculo oliuae, uidelicet pacis, sumpto, ut monumento & indicio innouatae pacis, lætus de hominis salute ad superna redit. Hoc igitur pacto Spiritus Domini, scilicet spiritus iustificationis superfertur super aquas contritionis & poenitentiae.

Coruus & columba in diluuiio super aquas volantes quid indicent.

d. Aut consolatio Spiritus Sancti super tribulationes.

Tribulatio, quae in Dei seruos quandoque vehemens irrumpit & grassatur, similis est flumini, quod plurimis auctum pluuijs aggeres frangit, atque extra alueum transfunditur: De Christo siquidem scribitur: De torrente in via bibit, propterea exaltauit caput: In via siquidem uitae suae, immò ad exitum viae, bibit de torrente passionis suae, qua factus est obediens usque ad mortem, mortem autem crucis: propterea exaltauit caput, ut ei genuflecteretur caelestia, terrestria, & inferna. Cum filij Israël Iordanem pertransirent, arca ipsis aderat, qua amnis unda sistebatur, ut fecatis ac repressis fluctibus, per profunda fluminis tutum iter populo illi pararetur. Quando enim filij Dei, inquam, qui nominantur & sunt; tribulationum ac calamitatum torrentes offendunt, arca Spiritus Sancti cum ipsis est, Spiritus inquam, qui in tentatione facit prouentum, cuius consolatione consistit tribulatio, quia uanescit, & sine offensione pertransit. Porrò arca legem & manna continebat: Ita tribulatio ad legem Dei custodiendam nos compellit, & spiritus alacritatem, ineffabilemque suauitatem defert; Ibant enim gaudentes Apostoli à conspectu concilij, quoniam digni habiti sunt pro nomine Iesu contumeliam pati.

Tribulatio ut flumen.

Psal. 109.

Aa. 3.

e. Vel Spiritus Sanctus super electos.

Vt anagogicam quoque interpretationem non praetermittamus, exponamus etiam; Spiritus Domini ferebatur super aquas, hoc est, diuina praedestinatio fertur super electos, ut eos praeparet & disponat, promoueatque; ad beatificam gloriam comparandam. Aqua igitur humanitas nostra est, ut dicebamus, & aqua est decurrens ac fluens, quia ad interitum semper properat; Omnes enim morimur & tanquam aqua dilabimur. Morimur, inquam, non moriemur, sed nunc morimur, quia tantum morimur, quantum

Humanitas nostra ut aqua.

vinimus,

Dixitq; Deus.

Allegoric.

a. *Creaturae Dei verba sunt, amplissimam eius maiestatem explicantia:
Et Mundus liber est, notis Dei cognitionem exprimentibus, exaratus.*

viuimus, & dilabimur, uti aquae labuntur: quoniam quemadmodum vnda post vndam fluit, & quae subsequitur praecedentem impellit, ita humanitas nostra ad mortem incidit, adeo ut generatio generationem, vel aetas aetatem insequatur, & quae emergit generatio & aetas, praecedentem eicit & expellit. Verum si ad immortalitatem promouenda est humanitas nostra, subtrahenda est ab ea haec concitatio, & haec fluxio, qua ad intantum delabitur. En itaque spiritus Domini fertur super aquas; spiritus scilicet praedestinationis, humanitatem nostram ad immortalitatem impellit. Sed quomodo? Cum Boreas uentus frigidissimus perflat, aquas profecto in glaciem vertit; aqua vero, ut glacies est effecta, non tantum immota consistit, sed pellucida redditur. En Spiritus praedestinationis, qui tribulatione electos, uel humanitatem nostram congelat, atq; in glaciem mortificationis redigit, quae si Austro concupiscentiae non liquefcit, immota consistit, & lucida emicat, atque claritate & consistentia hac ad immortalitatem disponitur, & adaptatur. Spiritus ergo Domini fertur super aquas; nimirum Deus spiritu tribulationis, & mortificationis, electos praeparat ad immortalitatem, & beatitudinem.

a. *Creaturae Dei verba sunt, amplissimam eius maiestatem explicantia.*

Mundum hunc sensibilem, esse librum, intus creaturis, uti hieroglyphicis literis & notis exaratum, quibus diuina maiestas nobis innotescat, saepe mecum ipse reputaui. Quamobrem hoc loco non possum hanc contemplationem xericere. Hanc siquidem Theosophiam nobis prodidit Dauid hymno graphus, cum inquit; Celi enarrant gloriae Dei, & opera manuum eius annuntiat firmamentum: Dies die, et uocat uerbum, &c. Quo pacto, quae so, Celi enarrant? qua uoce? quo idiomate? qua orationis serie? quibus characteribus?

CHRYSOSTOMVS Homilia nona ad populum Antiochenum id demonstrat, ita scribens.

Vocem non habent, os non possident, ipsis non est lingua, quomodo igitur narrant? Per ipsum aspectum. Cum enim uideris pulchritudinem, magnitudinem, celsitudinem, situm, formam per tantum temporis permanere, tanquam uocem audiens, & ad aspectum discens, adoras eum, qui tam pulchrum & admirabile corpus creauit.

Contemplationem hanc D. Paulus, eximius Dei prece edocuit, cum ait; Inuisibilia enim Dei a creatura Mundi per ea, quae facta sunt, intellecta conspiciuntur, sempiterna quoque eius uirtus & diuinitas, ita ut sint inexcusabiles.

ATHANASIVS Oratione contra Idola.

Bonus enim cum sit Deus, & hominum amans, curatorq; animarum quas condidit, sed tamen inuisibilis, & incomprehensibilis natura, & altior omnibus rebus creatis, ut homo in eo cognoscendo frustra laboraret, eo quod ipse ex non ente ad essentiam prodierit, ille autem creatus non sit, ideo rerum naturam ita ratione intruxit, ut quamuis per naturam sit inuisibilis, ex operibus tamen cognosci possit. Saep enim ex operibus cognoscitur artifex, etiamsi in oculis non sit. Quemadmodum referunt de statuario Phidia, quem sua opera ex commensione, & proportione partium inter se, etiam absentem, extraque contuitum positum representarint: ita quoque ex Mundi ordine eius opifex & conditor Deus intelligendus est, tametsi corporeis oculis spectari nequeat. Non enim abusus est sua inuisibili natura Deus (ne quis hoc causificetur) nec se ignotum hominibus prorsus reliquit: sed (ut dixi) ita intruxit rerum naturam, ut ipse, tametsi natura esset inuisibilis, tamen ex operibus suis cognosceretur. Neque quod loquor, a me profectum est, sed ab hominibus rerum diuinarum

narum peritis accipi, quorum vnus est Paulus, Romanis ita scribens; Inuisibilia eius ex creatione Mundi ipsis operibus intellecta conspiciuntur. Rom. i.

Patres, praeter uetustos saeculi sapientes, ab oraculis Scripturarum edocti, confirmilia prodidere.

MERCVRIVS Trismegistus in primo Pimandri.

Tota Mundi conspiratio, & rerum pulcherrimus ordo contemplandi Deum naturam suggerit; est enim natura uelut liber vnus diuinitate plenus.

BASILIVS Hexameron Homilia prima.

Tum demum conueniebat, his iam conditis Mundus ut accederet, & adiungeretur, qui in primis locus esset perdocendis animabus hominum, atque erudiendis sane quam accommodus. Dein ut semel omnibus suo capaci sinu excipiendis domicilium esset appositissimum, quae generationi pariter & corruptioni obnoxia sunt.

Et Homilia undecima.

Quin & uniuersa haec Mundi moles, perinde est, ac liber literis exaratus, palam contestans, ac depradicans gloriam Dei, illiusque augustissimam maiestatem, arcanam alioqui, & inuisibilem, abunde enuncians tibi intellectibili creaturae, quatenus ad cognitionem attinet ueritatis.

GREGORIVS Nissenus in suo Hexameron.

Verè quicquid cum sapientia fecit, Dei oratio est, quae non sonantibus quibusdam instrumentis distinguitur, & exprimitur: sed per ea quae in apparentibus rebus existunt miracula, pronunciat.

CHRYSOSTOMVS Homilia in psalmum ceterisimum decimum, exponens eum locum; Exquisita in omnes voluntates eius, ait.

Ad praeccepta eius, inquit, ad mandata eius: non solum autem ad praeccepta eius, sed ut ipse etiam cognoscatur ab hominibus, quae qui dem est principalis eius uoluntas, & propter quam haec maxime fecit. Quod itaque dicit Propheta est eiusmodi: Is, qui attendunt, & sapient, ueritatem, apertissimam, & euidentissimam Dei cognitionem hominum menti afferunt. Ad hanc enim eius uoluntatem, ea ab initio ab ipso maxime constituta sunt, ut magnitudine, pulchritudine, postura, operatione, ministerio & alijs omnibus animum spectatoris commoueret, mentemque & intelligentiam excitare, & ad opificem, & praestantissimum artificem Deum inquirendum, & adorandum eum qui illa fecerit, & ut uniuersum corpus totius creaturae esset ei pro libris, & literis.

Conueniunt igitur tam oracula Scripturarum, quam Patres, quod rerum & supernarum, & terrenarum genera uoces sint, siue characteres, seu uerba, uel orationes, diuinam immensam maiestatem notificantia.

Si creare, est Dei dicere, res conditae igitur uerba Dei censentur, Mundus uero liber, in quo exarata sunt Dei uerba, maiestatem illius proferentia. En liber ille scriptus intus, & foris, signatus sigillis septem; scriptus, inquam, intra, & extra, quia intus spectantur creaturae corporeae, foris spirituales; signatus sigillis septem, septem sphaeris quasi circumseptus, sphaera nimirum instellari, firmamento, planetariis orbibus, igne, aere, aqua, & terra; In hoc libro elogia amplissima, praeconiaque exarata sunt diuinae maiestatis, potentiae, inquam, ipsius infinitae, sapientiae inenarrabilis, bonitatis immensa, adeo ut asserere quoquo modo possimus, elementa esse literas; mixta imperfecta syllabas, perfecta uero dictiones, hominem demum orationem absolutam: Vel quod rerum species omnes, uerba sint, Dei maiestatem explicantia; In his enim conscribendis manus Verbum fuit aeternum; calamus sapientia; tabella Mundus; aramentum materia prima; characteres, formae, & qualitates specificae; nexus ordo rerum; uirgula & coma, rerum distinctio; rerum conditarum congeries Dei laudes complexim pronunciat, atque orationem conficit. In hoc libro legere datum est tum rudibus, tum eruditibus, tum uiris, tum mulieribus, tam die, quam nocte, tam saepe, quam raro, tam cito, quam lente; Legentibus autem natura pedagogus est, intellectus lumen praestat.

De Mundo Hieroglyphico.

Ceterum quanquam secundum metaphoram uocum, & literarum, & orationis, hanc possemus prosequi Theologiam: attamen aptius dici uisum est, Mundum hunc paginam esse non planam, nec columnarem, nec pyramidalem, sed sphaericam, intus, non literis, sed notis hieroglyphicis exaratum, ac incisam. Quanam uero mens adeo perspicax esse poterit, ut immensum theatrum hoc, Mundi; sphaeram, tot creaturarum generibus refertam, quasi notis, ac literis hieroglyphicis excusam, contemplari sufficienter queat?

queat? Contendam attamen ego quantum potero, non quidem de cunctis, sed de præclarioribus duntaxat rebus, cuius generis sunt Sol, Luna, Stellæ, & elementa, insignioraque mistorum genera, quomodo hieroglyphica maiestatis Dei censeantur, in nuere, non ex meo Marte, sed iuxta sacras (vt aiunt) Aegyptiarum, ac aliarum Gentium literas; Contendam, inquam, illa quæ ipsi ad suos Deos, vel ad humanas res significandas detorquebant, ex eorum etiam usu, & delata ab eis significatione, ad Deum, Dei que maiestatem notificandam, summam, & piè referre, vt hac mea meditatione, alij forsitan acriter ingenio, ac maiori eruditione pollentes, excitati, nõ vulgarem hieroglyphicam Theologiam affiduis lucubrationibus partam, Mundo feliciore euentu elargiantur.

Sol hieroglyphicum Dei maiestatis.

Solem Aegyptij, & cuncti uetustæ ac prophanæ religionis Theologi, Dei esse hieroglyphicum nullo alio addito signo existimauerunt, maiestatemque eius eleganter exprime re tradiderunt. Nam emicans adeo est Solis splendor, vt solus Dei maiestatem vndiq; coruscantissimam referre videatur, idque non tantum ethnici, sed & Patres nostri vix sunt censuisse. Gregorius Nazianzenus, id esse Deum dixit inter intellectuales creaturas, quod Sol inter sensibiles. Persæ, reiecta prorsus omnium Deorum caterua, Solem vnicum esse Deum arbitrabantur, nec templâ vlla ipsi condebant, cum uni Soli Mundum ipsum vix sufficere opinarentur. Hæc autem quam eleganter uero Deo & immortaliconueniunt? Deus etenim noster, qui solus Deus est, Dij verò Gentium Dæmonia & vana simulachra, quamuis præcipuè adorandus sit in templis, colendus tamen est etiam vbiq; cum Cælum & terram ipse impleat. Pythagoras aduersus Solem lotium effundere nefas putabat: nefas certè est ac turpe, scelera, quæ catnis petulantis excrementa sunt, ante Deum patrare. Sol, reges, imperatores, atque eos, apud quos summa resideret imperij maiestas, hieroglyphicè denotabat, quapropter ultimo Domitiani imperij anno, cum corona quadam iridi similis Solem circumdedisset, ac obumbrasset, arioli imperatoris necem prædixere; sed rectius regem regum Deum significat, cuius maiestas in vniuerso emicat, ac splendescit.

Sol hieroglyphicum vnitatis Dei.

Sol ideo Sol dictus, quod solus luceat, globo suo spherico vnitatem Dei apud Aegyptios significabat: sed quis verè Deus vnus est, nisi Deus noster? Vnus essentia, trinus personis, sed vnus maiestate, vnusque; Mundi sator, atque moderator. Alexander ille magnus, Dario sædera secum inire exposcenti, respondisse fertur, quod gubernari Orbis à duobus regibus nequiret, uti nec Mundus à duplici Sole illustratur, quod certè probè dictum est, si de Deo id interpretemur. Vnicus profectò Deus est, sicuti vnus Sol.

Sol hieroglyphicum fecunditatis Dei.

Sol, cum sit vis ea, qua cuncta res uitam recipiunt, eleganter Deum uitæ fontem insinuat. Aegyptij in scisso globo Solis Stellam interponentes, foetum in utero prægnantis mulieris indicabant; sed hoc hieroglyphico aptius foetus Dei, quo Mundum edidit, significari poterat; Deus siquidem vt Sol essentia præstantissimus stellam edidit, creaturam longè se ipso imperfectiorem, nã illa esse mutuat à Deo, sicut stella lucem à Sole, hæcque resider in Deo, cum Deus ipse cuncta extra & intra Mundum contineat.

Luna hieroglyphicum eternitatis Dei.

Luna apud Gætes, eternitatis erat hieroglyphicum, quoniã et si deficere uideatur, noua tamen semper redeat. In Faustina nummis exculptum erat simulachrum, in cuius laua pila, in dextera uero Luna super auiculum incisa erat, cum inscriptione, Aeternitas; Et Alexandri Seueri simulachrum dextera nouam Lunam in altum porrigens, inscriptionem habebat, Perpetuitati Augusti. Sed elegantius æternitatem Dei indicat Luna, æternitatem, inquam, perennem, qua semper idem ipse est. Et quanquam prouidentie, ac iustitiæ ipsius argumentum quandoque nobis deficere videatur, semper attamen, sicut cuncta perpendantur, splendidius emicant, & clariùs innotescunt.

Stella Dei prouidentie hieroglyphicum.

Apud Aegyptios pariter stella diuinæ prouidentie fuit hieroglyphicum, ex eo, quod mirifica, ac stupèda in ipsa orbis circumlacione, atque astrorum varietate, & vi experirentur, quapropter in Pertinacis nummis simulachrum manibus ingentem stellam demonstrans visebatur, cum inscriptione, Prouid. Deor. Cos. ij: quasi Dijs gratias ageret, quod eorum prouidentia uoti compos factus esset. Et Panos pectus varijs stellis refertum pingebant Gentiles, quasi vniuersam rerum naturam, quam Pan significare asseuerabant, diuina prouidentia regi faterentur. Nos quoque ab his minimè dissentimus, sed hanc non Iouis, sed Dei nostri prouidentiam dicimus, Dei, inquam, veri, qui solus super stellas sedens,

sedens, Vniuersi est moderator, quemadmodum fuit & conditor.

Prisci gentilitatis vates, Homerus præcipuè, elementorum dispositionem tunc demonstrare existimabant, cum Iunonem catena Ioui appensam pedibus (quorum alter contractior erat altero) lapides colligatos habentem fingeant; quasi Iuno aërem, catena ignem, pes superior aquam, & inferior terram denotarent. Sed hæc congruentius ad ueram Theologiam redigi possunt, si Iunonis simulachro sapientiam ex Ioue, ex vero vtiq; Deo prodeuntem, iuxta illud; Ego prodij ex ore altissimi, intelligamus. Quæ mirifica dispositione ignem desuper, vt leuissimum, terram in centro, vt grauissimam, aërem sub igne, vt leuem, ac aquam super terram, vt grauem locauit, nexuque diuini amoris, tanquam catena, omnia simul colligauit.

Astræam gigantis, & auroræ, seu vt alij malunt, Themidis, & Iouis filiam, quæ in Cœlum euolasse, ne infanda mortalium scelera conspiceret, poetæ effingunt; iustitiæ hieroglyphicum dixerunt Aegyptij, propterea inter leonem, & librâ, cœlestia signa, eâ pingebant, ut eius constantiam indicarent, qua nec minis, nec precibus à recto flecteretur. Caput vel adimebant, vel inter sydera occultabant, ut iustitiam neminem respicere insinuarent. Sed hæc quam aptius iustitiæ diuinæ sint tribuenda, contemplerur. Iustitia diuina in Cœlo residet, quia in Deo est Cœlorum rege, caput inter sydera cõdit, quoniam à sola Dei imperscrutabili sapientia emanat, inter leonem & librâ confidet, cum æqua lance omnium libret merita, & secundum ea vel puniat, vel præmia largiatur. Quo quid elegantius de Dei iustitia dici potuit? In Areopago Atheniensis, reorum causæ velato ipsis capite dici solebant, ne eorum mœrorum animum iudicum mouere possent. Sed elegantius obseruat hæc iustitia diuina. Nam Deus noster, cum in reos sententiã pronunciat, caput ab eis auertit, neque oculis diuinæ suæ misericordiæ eos intuetur.

Leo ex Aegyptiorum disciplina, vigilantie, custodiæque fuit hieroglyphicum, & non immeritò, quamplures enim fert proprietates, uigilantiam demonstrantes; siquidè natus mox oculos aperit ac cernit, dormitat cauda sapiens mota, splendescit, ac patefactis oculis, cum oculos habeat magnos, palpebras perexiguas; quare & in phanorū, & regiarum ualuis, ut custos excudebatur. Sed quodnam Dei vigilantie (quam in electos Deus habet) symbolum præclarior ac præstantius comperiri potest? Diuina enim super prædestinatos uigilantia, à Mundi usque constitutione oculos misericordiæ, ac prouidentie referatos semper habuit, nec unquam deiecit, quia oculi Domini super iustos. Et quos elegit à constitutione Mundi, hos & prædestinauit, uocauit, iustificauit, magnificauit, & glorificauit: Non dormit siquidem, neque dormitat, qui custodit Israël.

Sed quid diutius in hac re immoror, cum hieroglyphica Dei innumera propè sint? Imagines siquidem quadraginta octo cœlestes, animantia, plantas, lapides, quicquid natura prodit, quicquid arte confici potest, singula etiam hominis membra, possemus nos ad Dei maiestatem insinuandam deducere; sicuti olim ab Aegyptijs in hieroglyphicas notas uniuersa referebantur: qua serie libra hieroglyphicum dici posset diuinæ iustitiæ: gemini, diuinitatis ac humanitatis, & sic de singulis: elephas diuinæ opulentie: rhinoceros, Dei lenitatis: salamandra, perennis Dei amoris: delphinus, Dei in hominem propensionis: aquila, eiusdem imperij: pelicanus, miserationis; fulmen iustitiæ, tonitrua comminationum, iris pacis, circulus æternitatis, triacum, seu triangulus in una essentia Sanctissimæ Trinitatis, uitis hilaritatis cœlestis, lilium diuinæ puritatis, hyacinthus sapientie, adamas constantie. Sed hæc, & innumera alia contexere hoc loco prolixum fortè, ac tædiosum esset. Sufficiat igitur modum hieroglyphicorum deducendorum tentasse, ac leuiter saltem attigisse. Quamobrem cum Deus creauit, eleganter dixit, uerba enim, seu (ut melius dicamus) hieroglyphica protulit, quibus homo de inuisibilibus, atque sibi imperceptis edoceret, instruereturque, ut certè inexcusabilis esset, si Deum se non nosse mentiretur.

Cum in hieroglyphicorum contemplatione incidimus, hoc unum prætermittere nõ possum, quoniam pacto Eneph ille, quæ Aegyptij Mundi opificè existimabatur, hieroglyphicum sit Dei opificis Mundi, uerique; eius satoris, atque effectoris. Eneph Deum humana sub forma Aegyptij pingebant, pileum plumis insignitum in capite ferentem, cœrulea ueste indutum, sceptrum in dextera, zonamque, stelliferam, seu Zodiacum in sinistra tenentem, ouumque; ex ore

ggg emitten-

Quatuor elementorum dispositio sapientie Dei hieroglyphicum.

Ecc. 24.

Astræa Iustitiæ Dei Hieroglyphicum.


Leo Dei erga electos uigilantie hieroglyphicum.

Psal. 33.

Psal. 120.

Eneph hieroglyphicum Dei, quatenus opifex fuit Mundi.

Allegaticè



Fiat lux.

- a. Incarnetur Christus lux Mundi.
- b. Dixit; Fiat lux, & facta est lux & non; Fecit lucem, ut intelligeremus Christum incarnatum voluntate & non necessitate.
- c. Splendeat Christus in Mundo.
- d. Resurgat Christus.

emittentē. Hæc est Eusebii memorat libro de Præparatione Euangelica. Verum hæc omnia illi Eneph impiè, & immeritò, ut rerum opifici attributa, Deo nostro hieroglyphica translatione ac contemplatione ascribere piè & meritò possumus. Deus enim Optimus Maximus humana forma ac facie pingi potest, seu quia fortè humanam effigiem assumpserit, cum Mundum fabricatus est, ut sensere nonnulli, seu quòd homini immensum amorem in ipsa Mundi effectione ostenderit, quandoquidem Mundum homo ipse maiori studio sibi præparare nequiuisset, seu quòd Moses humanis tropis, ac modis Deum Mundum condentem describat. Hic igitur Deus pennas in capite gestare scribitur, quoniam eius essentia nimirum sublimis est, omnemque humanum captum excedit: cærulea veste indutus narratur, quia in Cœlis cõsistet, sceptrum dextra tenet, quòd Mundi imperator sit, sinistra Zodiacum, nam cœlestis virtutis, atque secundarum causarum, cœlestiumque influxuum, tanquam prima, & libera causa extat moderator; Tandem ouum ex ore emittit, quoniam Mundum uerbo creauit, ut sacræ testantur literæ. Nam dixit Deus: fiat, & factum est. Sed de his peregrinis perscrutationibus satis.

a. Incarnetur Christus lux Mundi.

ANASTASIVS Synaita Hexæmeron libro primo.

In tot ergo & tantis malis iacebat à terra genita hominum natura, quando venit plenitudo temporis, ut ascenderet ex terreno profundo voluptatum, & libere uetur ab aquis eam suffocantibus, & esset tranquillitas undarum, quæ in eam insurgebant, ut mali silerent venti, & recederent tenebræ ignorantie, & illucesceret splendor Dei cognitionis. Et ideo cecinit; Et dixit Deus: Fiat lux, hoc est, Christus uera lux, quæ illuminat omnem hominem uenientem in Mundum. Fiat, scilicet ueniat ad generationem, effingatur, & corporetur.

Perelegans mihi uisa est hæc Anastasij allegorica interpretatio; siquidem dum medium silentium tenerent omnia, & nox in suo cursu medium iter perageret, lux apparuit, cum Christus est incarnatus, unde & lux effulsit in pastores atra in nocte, noxque tunc peperit diem, & tenebræ illucescere didicerunt. Nubes fuit lux illa primæua, quæ Mundum illustrauit sensibilem, non intelligibilem, lux quoque mystica Christus Deus & homo, ad illuminandos uenit mortales, & Mundum hunc, non Angelos. Ignita erat nubes illa, & Christus sola charitate homo factus amoris diuini ignem accendere uenerat. Rursum, lux primo die emicans, nubes fuit lucida, quæ post quarto die in Solè redacta est, iuxta priscorum Patrum sententiam: Ecce Christus, dum carnem assumpsit, & mortaliam ærumnis affectus est, nubes fuit lucida tribus diebus, nam triginta annis cum latuisset, tribus postea doctrina & miraculis effulsit. Tunc autem lux ista in Solem redacta coruscavit, quando ad immortalē uitam resurrexit, glorificoque lumine explenduit. Cæterum modum, quo lux ista, quæ triginta annis uelata latuerat humanitate, seipsam detexerit, diligentius animaduertas. Gedeon Madianitas ut prostraret, tubam atque lampada in medio lagenæ sumpsit, ingressusque hostilia castra tuba personare cœpit, & lagenam confringere, hydriamque contracta, uictoriam reportauit. Ecce Gedeon noster contra humani generis hostes bello suscepto, tubam habuit Euangelicæ prædicationis, & lampada cœlestis ueritatis in medio lagenæ, uelata namque erat humanitatis calamitatibus, tuncque lagenam complodere cœpit, & buccina clangere, quando & miraculis coruscare, & Euangelium promulgare exorsus est; hydriam confregit in cruce, cū eius corpus undique diruptum, ac conscissum fuit, atque exanimatum apparuit: sed protinus emicans intus lampas effulsit, cum resurrexit, & tanquam Sol splendidissimus,

Christus hostes suos debellauit ut Gedeon Madianitas.

coru-

coruscantissima lucæ gloriæ amictus prodijt. Benè igitur interpretari licuit; Fiat lux, Incarnetur Christus, seu lux illa Mundi, quæ uia ueritas est, & uita, sese nobis offerat, & spectanda appareat.

b. Ut intelligeremus, Christum incarnatum voluntate, & non necessitate.

ANASTASIVS Synaita Hexæmeron libro primo.

In principio fecit Deus Cælum & terram: hic non dixit; Et fecit Deus lucem: sed; Et dixit Deus; Fiat lux, ut discas differentiam creationis, & generationis, & ut hereticorum uoces comprimas, qui dicunt Deum Verbum nolentem & inuitum suscepisse incarnationem: & quòd propterea iustum patrum non posset recusare, ut qui Patrem amaret, inuitus tamen, & ut qui nollet repugnare, humanam subiit naturam. Propter hoc ergo, & propter eiusmodi uicia, non dixit; Et fecit lucem: sed; Fiat lux. Id enim quod fit non habet fortasse conuenientiam cum effectu, ad quem traditur, ut quod cum efficiente minimè conueniat. Non sic autem se habet generatio: nam quæ generantur, collatantur cum generatione, alterumque est alteri gratum, & acceptum, simulque exultant, & petunt perfectionem, quomodo etiam uidemus fetus exilientes in matris utero, & festinare ut eximantur, & in plantis ramos, folia, fructus libenter crescere. Dixit ergo; Facta est lux, non autem; Fecit lucem, ut per illud, Facta est, intelligas uoluntarium, propriumque, & letabundum Verbi cum Patre beneplacitum in incarnatione: non autem Verbum eam subiisse coactum, & necessitate adductum, inductus à Verbo facta est.

Anastasio discrepantiam ponit inter creationem, & generationem, creationemque ex necessitate fieri, generationem uero uoluntate censet; ex quibus elicit, Christum profectò non coactum, uel necessariò, sed sponte & libenti animo fuisse incarnatum: quapropter dictum, Fiat lux, & facta est lux, & non, Fecit lucem, ut intelligeremus, quòd quando fanciuit Pater, ut Filius carnem gestaret, ipse à seipso carnem suscepit, & homo factus est. Cæterum hanc liberam Verbi æterni humanitatis assumptionem Paulus unico expressit argumento, dum dixit: Qui cum in forma Dei esset, non rapinam arbitratus est esse se æqualem Deo, sed semetipsum exinaniuit, formam serui accipiens: Verbum siquidem compar erat Patri, non quidem rapina, ut autem uoluit fieri Lucifer, sed natura; Quapropter ipse semetipsum exinaniuit, sua, inquam, uoluntate, & libenter formam serui accepit. Afferam exemplum. Christus uitululus est faginatus, de quo in Euægelio; Adducite uitululum faginatum, & occidite, & manducemus, & epulemur. Vitulus, inquam, quia caro, & quia bos post effectus, crucis iugum erat subiturus, sed uitululus est faginatus, & impinguatus. At quomodo tempore faginari, ac impinguari cœpit, nisi quando carnem in utero sumpsit uirgineo? Tunc siquidem uitululus est effectus, tunc pinguescere cœpit gratis & meritis, nam proficiebat gratia & uirtute apud Deum, & homines. Verum, quemadmodum vitulus cum pinguescit, non ui, sed uoluptate faginatur: ita Christus, cum carnem sibi associauit, non coactus, sed libenter eam suscepit. Unde & Sapientia de seipsa; Et delicia meæ esse cum filiis hominum. Summæ utique fuerunt deliciae Verbo æterno fieri hominem, & cum hominibus conuersari: Habitauit enim in nobis, & uidimus gloriam eius.

Christus sponte non coactus incarnatus.

Philip. 2.

Luc. 15. Christus, ut uitululus faginatus.

Luc. 2.

Prout. 3.

Ioan. 1.

c. Splendeat Christus in Mundo.

ANASTASIVS Synaita Commentarijs in Hexæmeron.

Dicebat Christus: Ego lux ueni in Mundum: Et; Ego sum lux & uita, & resurrectio, lux quæ uerè erat orta ad reuelationem Gentium, quæ prius erant obtenebrata, ex quibus populis qui erat in tenebris, uidebat lucem magnam cognitionis, quando uisitauit nos oriens ex alto, ut illucesceret ihs, qui sedere in tenebris, & umbra mortis. Quòd enim terra erat in initio in inferis obruta, id prius descripsit terra genitam nostram naturam sedentem in tenebris, & in umbra mortis: cuius in extremis temporibus per Christum illuminationem prius describens, dixit Deus; Fiat lux, & facta est lux, quæ præcurrebat, & præfigurabat ueram lucem, nempe Iesum.

§§§ 2 Hæc

Apoc. 21.

Hæc lux illa est, de qua: Et ciuitas non eget Sole, neque Luna, ut luceant in ea, nam claritas Dei illuminat eam, & lucerna eius est agnus. Ciuitas ista speciosa, & omni ornatu insignita, Ecclesia nostra est, hæcque non eget Sole hoc interdium micante, neque Luna in nocte lucefcete, quia spiritali claret lumine, & claritas Dei, cognitio Dei eam illuminat, & lucerna eius est agnus, Christus Deus & homo. Porro ut lucerna illuminet, lucemque ferat, tria simul conueniant necesse est, oleum, ellychnium, & lux; ita in Christo oleum fuit caro, quia piissima, vel quia Spiritus Sancti oleo peruncta, cum obumbrante Spiritu Sancto compacta est. Ellychnium anima sancta & pura; lux diuinitas. Sed quorsum Scriptura sacra, dum Christum lucernam vocat, simul etiã ipsum agnum nuncupat, nisi ut summam carnis eius puritatem & innocentiam demonstret? quod veluti ex olei puritate, & ellychnij sinceritate lumen clarum, ac perlucidum effundere posse sciremus. Hæc lucerna est, de qua ipse ait; Nemo accendit lucernam, & ponit eam sub modio, sed super candelabrum, ut luceat omnibus, qui in domo sunt. Domus ista Ecclesia est, domus Dei, domus quam consecrauit Salomon noster, & repleta est fumo, Christi oratione; Domus Simonis, in qua focus eius à febre liberatur. Domus extructa supra petram, supra Petri fidem; Domus, quam vëti, licet in eam magno impetu essent, subuertere nequeunt; Domus illa, domus sancta, quam impiè impij efficiunt domum negotiationis, cum sit domus orationis; Domus, in qua Martha conuiuium Christo præparat, & Maria à Christi pendet ore, actiuus Christum pascit in pauperibus, & cõtèplatiuus eius meditatione reficitur; Domus, in qua Magdalena Christi pedes lachrymis lauat, Capillis abstergit, vnguento vngit, & flagitiorum suorum remissionem promeretur; peccatrix videlicet anima pœnitentia feruescente à peccatis absoluitur; Domus, quam ingreditur Christus ianuis clausis; gratia enim sua intrat nullis patentibus, vel id postulantibus meritis, ingressusque cœlestes semper affert iucunditates; Domus, in cuius culmine sedet Petrus & orat, à cœlestique oraculo edocetur, in cuius fastigio sedet Pontifex Romanus, pro omnibus deprecatur, & Spiritus Sancti afflatu oracula recipit ad cœlestia diffinienda dogmata, & Ecclesiastica constituenda decreta. In hac igitur domo posita est lucerna Christus, non sub modio, sed super candelabrum. Quod verò candelabrum, nisi crux, in quam, ut à Mundo spectaretur, sublatus est? Efflarunt vndique in hanc lucernam validi adeò & vehementes venti, ut ferè ex tingui visa sit; nam oleum defecit, quando humanitas aruit, & ellychnium sublatum est, quia separata est anima ab oleo, à carne. Emicuit attamen semper & effudit lux istius lucerne, tum in oleo, tum in ellychnio, quanquam seiunctis, quia diuinitas, neque à carne, neque ab anima vnquam fuit segregata. Verum ipso resurgente, adhuc magis resplenduit, totumque oleum, ac ellychnium adeò glorificauit, amboque simul adeò illustrata sunt, ut cuncta lux effecta sint, atque ita posita est super candelabrum, eminentiã videlicet potestatis, & auctoritatis, qua donauit illi Deus nomen super omne nomen, ut in nomine Iesu omne genuflectatur, cœlestium, terrestrium, & infernorum. Splendet autem vndique; cum beatos illustret in Cœlo, illuminetque simul & terram, dum Ecclesiam militantem clarificat. Sicque lucerna eius est agnus.

Christus lucerna est.

Matth. 5.

Ecclesia est domus.

Christus in Cruce, vel lucerna super candelabrum.

d. Resurgat Christus.

AUGUSTINVS Enarratione in psalmum quadragesimumseptimum.

Ioan. 3.

Non frustra enim Dominus ait de Moysè; De me enim ille scripsit: nisi quia omnia, quæ scripta sunt, etiam cum Deus conderet creaturam, possunt interpretari ad significationem futurorum: ut intelligas Deum fecisse lucem, cum Christus à mortuis resurrexisset. Tunc enim reuera illa lux diuisa est à tenebris, quando immortalitas à mortalitate discreta est.

HERONYMVS pariter titulo in eundem psalmum.

Habet aliquid in nouo testamento. Prima sabbathi resurrexit lux Christus. Vnde dixit in Euangelio; Erat lumen verum, quod illuminat omnem hominem venientem in hunc Mundum.

Accommoda, & concinna mihi videtur etiam hæc allegoria, qua Augustinus verba ista; Fiat lux, interpretatus est; Resurgat Christus; & diuidat lucem à tenebris, segregetur immortalitas à mortalitate. Quæ siquidem in hac de Mundi opificio narratione prænar-

Fiat lux.

- a. Idest, formetur seu assumatur Angelus ad gloriam.
 b. Deipara scilicet ante Solem Christum.
 c. Ioannes Præco ante Solem, ante Messiam Christum.
 d. Lux ante Solem, lex ante Euangelium, vel Moses ante Christum.
 e. Emicet fides in tenebris Infidelitatis, ante Solem, ante beatificam visionem.

Allegoricè.

prænarrantur ante lucem effecta, maximè videntur posse huic interpretationi accommodari. In principio profectò creauit Deus Cælum & terram, videlicet copulauit simul diuinitatem, & humanitatem. Terra autem erat inanis & vacua, humanitas nempe Christi, seu ut melius dicam, caro ipsa inanis erat, postquam emisit spiritum, & vacua anima, & tenebræ erant super faciem abyssi, super ipsum monumentum mortis insigne. Tantum spiritus Domini ferebatur super aquas; quia Christi diuinitas fouebat ad vitam. Tunc dixit Deus; Fiat lux, resurgat Christus, & facta est lux, resurrexit mane diluculo. Surrexit nanque Christus ut Sol, & surrexit mane diluculo in Aurora, quapropter & Sol iste Mundi, ut Soli æterno confociaretur, exortus est ipse mane diluculo. Nam scriptum est; Et valde mane vna Sabbathorum veniunt ad monumentum ortu iam Sole. Quomodo valde mane ad monumentum perexere mulieres istæ sanctæ, si iam Sol exortus erat; perexere siquidem valde mane, sed eo splendido mane, præter id, quod consueuerat Sol, ut cū Sole æterno exurgeret, quasi nouo miraculo, statam horam anteuertit. Aurea oratione id expressit Chrysologus dicens; Sol, qui præter horam, ut Domino compateretur, abcesserat claritate, cum resurgeret Dominus, ante tempus occurrit; & qui, ut suo commoreretur auctori, ipsam meridianam suam mortificauerat claritatem, ut confurgeret auctori, cuius tenebris antelucanus erupit. Diuisitque tunc Christus lucem à tenebris, immortalitatem à mortalitate: Tunc siquidem primū dies effecta est, immortalitas uisa est, corpusque humanum rediuuam uitam suscepit.

Sol in die resurrectionis Christi surrexit valde diluculo.

Serm. 22.

a. Idest, formetur seu assumatur Angelus ad gloriam.

Interpretationem hanc approbarunt ut literalem Augustinus, Eucherius, Beda, Isidorus, Glossa Ordinaria, Rupertus. Et eam non refutarunt ex scholasticis Magister, D. Thomas, Halensis, & alij. Ex cæteris Patribus præcipuè.

RUPERTVS in Genesim libro primo, capite undecimo.

Nec verò pro similitudine, sed pro vera lucem dicimus appellatam, idest, non idèò quòd similitudinem visibilis huius lucis habeat. Nam ista potius visibilis lux, hæc astra visibilia secundum similitudinem lucis illius sunt facta, ut cognoscat spiritalis homo sic sanctos Angelos in eadem felicitate differentis esse honoris & glorie, sicut stella differt à stella in claritate, & sic eos in comparatione Solis æterni, scilicet creatoris sui veram lucem non esse, sicut stella circa Solem in toto hemisphærio nequeunt suum lumen ostendere.

Vt perspicuum profectò à nobis recipiendum est, allegorico sensu hoc loco assumptionem Angelorum sanctorum ad gloriam præsignari, ac demonstrari. Angelus igitur, siue in pura natura manarit, siue in gratia, siue in gloria, non quidem in ea confirmatus, sed nutans, ita ut decidere posset, cum ad gloriã ascitus est, ad micantissimamque Dei uisionem, tunc certè lux fulgida euasit. Sufficiat autem mihi exemplum duntaxat de hac re (ut mei moris est) afferre. Lapis preciosus (quisquis ille sit) proprio ac inna to sibi nitore claret etiam in tenebris, at si coruscantissima Solis luce irradiatur, adeo rutilat, ut spectari vix possit, quoniam oculorum aciem maximopere præstringit, & nimio eius splendore obtutus hebetatur. En lapis preciosus, natura Angelica præstantissima. Ex natura quidè excellentia nitescere Angelus, uerum ut gloria perfusus est, lux adeo coruscans euasit, ut Sol ei comparatus, splendescere non existimetur. Nouem Angelici chori, nouem lapides sunt, de quibus per Prophetam loquitur Dominus; Omnis lapis preciosus operimentum tuum, Sardius, Topatius, Iaspis, Chrysolitus, Onix, Berillus,

Ezech. 28. Angelorum chori nouem lapidibus pretiosis significantur.

Ius, Saphyrus, Carbunculus, & Smaragdus. Clarebant igitur Angelorum chori naturæ præstantia, vel gratiæ dono; sed gloriæ dote mirandum in modum effulserunt.

b. Deipara scilicet ante Solem Christum.

Cum in Beatissimæ Virginis Deiparæ præconia inciderimus, eius intercessio nobis est postulanda, ut dignas de ipsa proferamus laudes. Lux igitur ipsa cum sit, mentem illustret, illustremque & claram nobis orationem largiatur. In principio creauerat Deus Cœlum, & terram; Angelos, inquam, & homines; sed terra erat inanis & vacua, quia homo inanis erat in intentione, vacuus in operatione. Et tenebræ erant super faciem abyssi: Dei, supernæque beatitudinis, ac legis sanctæ ignoratio, diffusa erat super omnium nationum multitudinem; tantummodò Spiritus Dei, propensa Dei charitas ad reparandum hominem ferebatur super aquas, super Adæ profapiam, eam non extèrminans, sed ad reparationem disponens: cum ecce, dum nigrantibus tenebris inhorrent omnia, subito effulsi lux, apparuit nubes lucida, Virgo ista sanctissima. Nubes verè sancta, quæ salutem attulit Mundo. Clausum nanque fuerat Cœlum annis tribus, quando Helia orante nubecula parua quasi vestigium hominis ascendit de mari. In statu etenim innocentia, naturæ, & legis, post iustitiam primordialē amissam, clausum fuit Cœlum, nullusque illud adire poterat, Cherubin siquidem igneo gladio diuinæ iustitiæ illud custodiebat; cum orantibus Patriarchis, atque Prophetis, quando venit plenitudo temporis, è mari humanitatis nostræ emerit nubes, quasi vestigium hominis, nubes vtique pura, & vapor attractus à Sole, Deipara virgo absque originis criminis labe (vt pie creditur) concepta; ex qua compactum est vestigium hominis Christus, habitus inuentus ut homo. Qui postea ventis actus, & iactatus, amore scilicet suo erga hominem, & liuore Hebræorum in ipsum, pluias dedit Redemptionis humanæ, quando ruptæ sunt caracæ Cœli, sacra ipsius corporis membra, & diluuium sanguinis sui præciosissimi peccata demersit, atque in arca Ecclesiæ electos saluauit: Deipara igitur nubes illa est, in qua in situs fuit arcus fœderis, & pacis: Christus nēpe arcus ad nos conuersus, iuxta illud: Arcum meum ponam in nubibus Cœli. Nubes illa leuis, super quā ascendit Deus, cum homo factus est; leuis, quia immunis à peccato, iuxta illud: Ecce Dominus ascendet super nubem leuem. Nubes, quæ sola Solem contègere potuit, ne nimio eius splendore obrueremur, cum nobiscum conuersaretur, unde scriptum est, Solem nube tegam. Nubes, quæ sola pluit iustum, immò iustitiæ fontem, cum eius iustitia tantum iustificari potuerit homo. Nubes tandem, in qua Deus apparuit in templo, cū per eam mirificas consequamur à Deo gratias. Cæterum Virgo nubes est, & nubes lucida, quia sine umbra delicti, nec lethalis, nec venialis, nec originis. Hæc siquidem est, de qua Dominus ad serpentem; Ipsa conteret caput tuum; Cum enim caput serpentis sit peccatum illud originis, quo omnes nascimur filij iræ: ipsa contriuit caput istud, quoniam concepta fuit absque noxa originali, sanctifica taque Spiritus Sancti virtute, ne anima ipsius inquinaretur: ex qua confectione illud subsequutum est, quòd quanquam fomitis potentia ipsi inesset (nam in solo Christo Spiritus Sancti obumbratione concepto sublata est omnino fomitis potentia) adeò attamen contractum, contritumque fuit caput, mortificata, inquam, ea caro, ut nunquam contra spiritum consergere posset, vel ei reluctari: vnde bene in pace factus erat locus eius; in ea pace, qua Spiritus & caro vnum effecta sunt. Nubes igitur lucida fuit Beatissima Virgo, nō obtenebrata, vt luna, crasso vapore, qua tota splendescere nequit. Nubes adhuc fuit leuis, clara, rorans, cœlestis, coruscans, immota: leuis puritate, clara fide, rorans gratia, cœlestis uirginitate, coruscans glorificatione, immota in optimo: Leuis in natalibus, clara in viræ exēplo, rorans in partu, cœlestis in conuersatione cum filio, coruscans in assumptione, immota in gloria. Hæc inquam nubes lucida triduo effulsi ante Solē, tribus scilicet iustis, cum in quintodecimo anno tantum pepererit Solem. Hæc profectò Solem peperit, quia ex hac nube Christus genitus est; Nouum enim fecit Dominus super terram, ut foemina circumdaret virum gremio vteri sui. Tunc siquidem virgo circumdedit virum, stella Solem protulit, riuus fontem, flos radicem, filia patrem, Ancilla

2. Reg. 15.
B. Virgo. vt
nubes.

Gen. 9.
Iia. 19.

Ezech. 32.

B. Virgo nubes
lucida.
Gen. 3.

B. Virgo pu
ra ab omni
peccato.

Hier. 31.

ancilla dominum; Tunc rubus exarsit, & non comburebatur, virga refluuit, ros descendit in vellus; ex porta clausa egressus est homo; ex horto concluso, Deus; ex fonte signato, humanitas Christi; ex arca, colūba; ex paradiso, lignum vitæ; ex nube, lampas. Sed de his aliàs.

c. Ioannes praco ante Solem, ante Mesiam Christum.

AUGUSTINVS Sermone septuagesimo sexto.

Præmittitur ante Iesum Christum Ioannes, lucerna ante Solem, seruus ante Dominum, amicus ante sponsum, praco ante iudicem, vox ante verbum.

PETRVS Chrysológus in Sermone centesimo vigesimo septimo, inter entomia Ioannis, lucernam Mundi ipsum vocat, cum ait.

Ioannes maior homine, par Angelis, legis summa, Euangelij sanctio, Apostolorum vox, silentium Propetarum, lucerna Mundi, praco iudicis.

Non inepta comparatio hæc est, quam Petrus Chrysológus excitauit; siquidem post tenebras legis, & Mundi, dum in nocte cecitatis medium silentium tenerent omnia, mox effulsi lux primæua triduo ante Solem; Ioannes, inquam, quo nullus maior inter natos mulierum, ante Solem, ante Christum; fuit enim lux præuia Solis, paronymus, & præcursor Christi Ioannes; Lux illa primæua sine orbe erat, Ioannes purus homo non à se, sed à Deo lucem recipiebat: Sol orbe redimitus, lucis fons: Christus Deus & homo fons gratiæ, de cuius plenitudine nos omnes accepimus: Effulsi lux in triduo, Ioannes per tria annorum decennia, nam Christus vix trigesimo anno Mundo innotuit: Effulsi exiguò lumine Ioannis lux, quia in Christi comparatione, cuius lux fuit amplissima, parumper dicitur emicasse: Nam me oportet, inquit, minui, illum autem crescere. Quando vrbs Hierico euerenda erat, sacerdotes buccinis perstreptentes Iubilei, arcam præcedebant: ita propè cum debellandus erat Mundus, Ioannes de sacerdotali profapia natus, vt tuba arcam præcessit, Christum scilicet Dominum; Tuba enim erat Ioannes; vnde de se ipso ait: Ego vox clamantis in deserto, parate niam Domini. Vox certè Verbi illius increati, incarnati, & inspirati, Vox siquidem præcedit, declaratque verbum, sed deficit eo prolato; Ioannes adueniente Christo delituit. Vox præcessit Verbum, sed nō præcelluit, antecessit in sequentis obsequium, non ad propriæ potestatis indicium; Vox quidem nuncia paranympa, sed Verbum rex & sponsus: vox pura Ioannes, sed Christus status viuificans, & verbum exprimens.

Ioan. 1.

10 in. 3.
Ioan. 4.

Ioan. 1.

d. Lux ante Solem, lex ante Euangelium.

ANASTASIVS Synaita Commentarijs in Hexameron.

Et dicamus, quòd illa lux singularis, & simplex, erat typus monarchiæ & Iudaicæ fidei, eiusque quæ sunt ante legem, & eius quæ post legem, quæ quidem non potuit illuminare vniuersam terram, propterea quòd ea adhuc operta esset, quando Deus illam ostendit lucem, aqua & tenebris erroris, quæ sunt terrestris operculum super cor hominum, donec Deus fecit duo luminaria, quæ sunt magna, illucescens super terram. Dico autem aduentum increati Verbi Dei, & Lunam, nempe Ecclesiam ei desponsam, Et luminare magnum, nempe Christum Solem in principatus diei: hoc est, qui est exortus in principio predicationis. Et Lunam, in principatus noctis: hoc est, quando natiuitatem infantium acceptura erat principatum, quæ erat in ipsis incredulitas, protinus oriri facit suam illuminationem, quæ apud nos Luna est Ecclesia.

In Mundo tenebris vnde quæque obvoluto, quibus nec Deum, nec supernam felicitatem, nec ad eam iter mortales agnoscebant, duo explendere lumina, Lex, & Euangelium, testamentum vetus, & nouum, Moses & Christus. Lex quidem in nube data est ignita, nam in monte inter flammam & fulgura collata est per Moysen. Euangelium à Sole fulgentissimo, à Christo in monte Thabor, quando facies eius resplenduit sicut Sol. Lux primæua tribus primis diebus emicuit ante Solē, lex & Moses ante Christum tribus primis atatibus claruerunt, à Mose scilicet vsq; ad Dauid, à Dauid vsq; ad transmigratiōem, & à transmigratiōe ad Christum: Euangelium verò, & Christus effulserunt vt Sol, à postrema Mundi atate vsq; ad sæculi finē. Lex & Moses tenui prædita fuerunt claritate, cum apud solam Hebraicam nationem celebres haberentur. Christus & Euangelium in totum emicarunt Orbem, nam in omnem terram exiuit sonus eorum, &c. In nocte

Lex & Euangelium duo
Lumina.
Matth. 17.

Psal. 18.

igitur

Iſa. 21.

igitur ante Christum, de qua dicitur; Custos quid de nocte? non defuit ignea columna Moses, & lex in igne lata, & in die nostra, de qua testatur Apollolus; Ecce nunc dies salutis, non deest Euangelium, & Christus, quorum veritati testimonium reddidit Deus in splendore nubis. Et hæc duo luminum genera stirpem Israëliticam, electorum videlicet aciem, ad felicissimam promissionis terram, ad cœlestem patriam deduxere.

e. Emicet fides in tenebris infidelitatis: ante Solem, ante beatificam visionem.

E V C H E R I V S Commentariorum in Genesim libro primo.

Dixit Deus; Fiat lux, idest, illuminatio credulitatis appareat. Prima enim die lucem fidei dedit, quia prima est in conversione fides. Unde & istud primum in Dei preceptis mandatum est, Dominus Deus tuus, Deus unus est. Propter quam fidem ipse Dominus etiam visibiliter in Mundo apparere voluit.

B E D A Expositione in Genesim.

Dixit Deus; Fiat lux, idest, credulitatis illuminatio in nobis appareat.

I S I D O R V S ut etiam in Prothematibus Glossæ Ordinariæ.

Dixitque Deus; Fiat lux, idest, appareat illuminatio fidei. Primo enim die lucem fidei dedit, quia prima est in conversione fides. Unde primum mandatum est, Dominus Deus tuus unus est, Deuteronomij sexto. Propter hanc fidem Christus visibiliter apparuit presentia sua. Diuidens lucem, idest, filios Dei, & lucis: à tenebris, idest, peccatoribus. Hos appellavit diem, illos noctem. Unde Ephe. quinto; Fuisistis aliquando tenebræ, nunc autem lux in Domino.

Beda hæc ipsa habet libro de Sex dierum creatione, & Quæstionibus in Genesim.

G L O S S A Interlinearis.

Illuminatio fidei scilicet appareat.

Ex sententia igitur horum Patrum, allegoricè lux primò profiliens in tenebris infidelitatis, fides est, virtutum cæterarum princeps. Hæc siquidem lux est, quæ effulset pastoribus in nocte, quæ duxit magos ad Christum à tenebris infidelitatis. Quamobrem & asseuerare non ineleganter possumus, lucem ante Solem conditã, fidem significare effusam ante beatificam visionem. Duo namque lumina supernaturalia nobis conferre benignitas Dei dignata est: Aliud in hac vita, aliud in altera; reuelatam scilicet scientiam, & beatificam; siue fidei lumen, & uisionis in Verbo splendorem. Lux ergo prima condita, fides, Theologiaque est nostra, ante Solem, ante beatorum cognitionem. Ex nubecula fulgida profiliebat primò ista lux, fides Theologiaque nostra ex Christo humanato, qui, nubes ea est, de qua Deus per Prophetam; Solem nube tegam; ipse etenim arcana cœlestia nobis reſerauit, miraculisque comprobauit, vox namque eius, uox fuit tonitruum in rota: Cùm enim diuinitas, quasi uapor siccus & calidus à nube humida & frigida, ab humanitate sæpiretur, & contegeretur, flante Austro, nimirum charitate, compressa diuinitas, & uoces dabat euangelicæ prædicationis, quasi tonitrua; & miracula doctrinæ ueritatem testantia, ut faces, & fulgetra, & uocationes humana corda penetrantes, tanquam fulgura. Ex nube igitur fulgida prodijt hæc lux fidei; lux uerò beatificæ uisionis ex Sole coruscantissimo emicabit, ex Christo glorificato. Fidei lumen triduo effulset, in statu uidelicet naturæ, legis, & Euangelij, & compacto Sole euauit, quia adepta gloria, nulla erit amplius fides: Cùm enim uenerit (inquit Apollolus) quod perfectum est, euacuabitur quod ex parte est. Fides quippe est columna nubis, quæ cùm nos ad terram promissionis duxerit, euanescit; Visio uerò beata permanet in sæculum, & in sæculum sæculi. Hæc nostra Theologia quoquo modo palleſcit, quia uidemus per speculum in ænigmate, illa coruscat, quoniam tunc uidebimus faciem ad faciem. Non defuit populo Israëlitico columna ignis per noctem, & columna nubis per diem: Ecce nobis in sortem Domini uocatis hac in nocte uitæ nostræ, qua ambulamus in tenebris, & in regione umbræ mortis, non deest columna ignis, fulgor fidei uiuæ, & ignitæ ex charitate ferueſcente; nec deerit in die æterna columna nubis, splendor Christi in nube lucida, qua obumbrabantur Apolloli, cùm respenderit facies eius sicut Sol, &c.

Agè nunc lucis dotes ac eminentias, fidei adaptare, cõtendamus, eiusque originem, ortum,

Duo lumina
supernaturalia
fides, &
gloriæ splendor.

Ezech. 32.
Christus ut
nubes.

1. Cor. 13.

March. 17.

Fiat lux.

- Fiat lux in Chaos, fiat gratia in homine; ante Solem, ante gloriam.*
- Vel Euangelium, vel sensus spiritualis in testamento ueteri.*
- Seu anima, vel pars ratione & intellectu prædita.*
- Hoc est, iustitia in homine, vel iustus homo.*
- Idest, cognitio sui ipsius in anima peccatrice.*

Allegoricè.

Moraliter.

Fidei ad lucem
collationes.

Rom. 9.

Heb. 11.

Cantic. 5.

Sap. 4.

ortum, amplitudinem, pulchritudinem, uelocitatem, & uirtutem contemplemur. Lux Dei uerbo effusa est, nam dixit Deus; Fiat lux, & facta est lux: fides per Dei uerbum nobis inferitur; nam fides est ex auditu, auditus autem per uerbum Christi. Prodit lux à sublimioribus corporibus, & omnium præclarissimis, Sole, Luna, & stellis: profiliit fides in nos à Christo Sole, Ecclesia Luna, Apollolis, Doctoribusque; uti stellis. Lux pulchritudo est Vniuersi, adeò ut sine ipsa Vniuersum horrescat, ac tenebris sepultum conspici nequeat: fides uenustas est animæ, & microcosmi, eiusque, gratia à Deo ipso spectatur: Nam sine fide impossibile est placere Deo: Lux adeò immensa est, ut è globo solari effusa, protinus cunctum Vniuersum expleat, & illustret: fides adeò extenditur per longitudinem perseverantiæ, latitudinem misericordiæ, profunditatem humilitatis, ac altitudinem contemplationis, ut nulla res ab ipsa longè disiuncta sit. Pulcherrima res lux est, tum in cãdore, tum in rubore: & fides per pulchra conspicitur, cùm candore puritatis in intellectu, & rubore charitatis in affectu nitescit, unde de uero fidei dictum est; Dilectus meus candidus & rubicundus: candidus, quia in rebus credendis puritatem; rubicundus, quia in rebus efficiendis charitatem præfert, ac de ipso perhiberi potest: O quã pulchra est casta generatio cum claritate, & charitate: Speculũ enim tunc fiet anima nostra sine macula improbitatis, & erroris. Velocissima res est lux, cùm unico momẽto ab Ortum ad Occasum peruolet, aëremque & corpora lucem suscipientia repente illustret; Vnico momẽto infunditur fidei donum, & mox cuncte animæ facultates à suprema ad infimam clarent, intellectusque; ab ipsa illuminatur, & si doctrinarum ethnicarum expertus erit, statim serenus redditur. Lux efficacissima adeò est uirtutis, ut cuncta uiuificet, & absque ipsa arescat Mundus; & fides animam, hominemque ipsum ad uitam ducit, & sine ipsa in mortem corrui. Debilis est lux sine fulgore, sicut in aurora, & serotino albore, debilius est in nocte, cùm palleſcit; sed efficacissima in die, quando calefacit: fides lux noctis esse dicitur, cùm mortua est, infidetque; in anima culpæ obnoxia: albescit, uerò, sed non fulget fides, cùm in anima est, quæ licet delicti non sit rea, tepida tamen per dilectionem non operatur; tunc autem fulget, & rubescit, quando charitati iuncta, opera præbet digna uita æterna. Studeamus igitur lucem coruscantem obtinere, fidem uiuam, & per dilectionem operantem, ut in die ambulemus, & non in nocte, seu uespere, quoniam nox præcessit, dies autem appropinquauit. Lux inflamat, lux humectat, lux fecundat: & fides contemplatiuos diuino amore accendit, penitentes contritione madidos reddit, actiuos exempla sanctarum operationum progignere facit.

a. Fiat lux in Chaos, fiat gratia in homine ante Solem, ante gloriam.

H V G O Victorinus de Sacramētis Fidei libro primo, parte prima, cap. duodecimo.

Præus ergo in rationali illo Mundo cordis humani creatur lux, & illuminatur confusio, ut in ordinem redigatur. Post hæc cùm fuerint purificata interiora eius, uenit lumen Solis clarum, & illustrat eam. Non enim digna est contemplari lumen æternitatis, donec munda & purificata fuerit, habens quodammodo & per materiam speciem, & per iustitiam dispositionem. Sic lex præcessit gratiam, sermo spiritum, sic procurator Ioannes Christum, lux lucem, lucerna à Solem, & ipse Christus humanitatem suã prius demonstrauit, ut post manifestaret diuinitatem, & ubique lux lucem præcedit. Lux, quæ peccatores ad iustitiam illuminat, illam lucem, quæ iustificatos ad beatitudinem illustrat.

hhh Ex

Gratia Dei in
et comparatur.

Psal. 42.

P. 2. q. 110.
Art. 3.

Ioan. 1.

Lucis & gra-
tie munerum
uicem conse-
rantur.

Ex multis allegoricis sensibus, qui huic loco præbentur, egregius ac proprius is mihi videtur, quo lucem gratiam denotare perhibemus. Cui siquidem rei ex creatis aptius comparari potest inuisibilis illa diuina gratia, quam luci? Secundum quam metaphoram Dauid: Emitte lucem tuam, & veritatem tuam. Adeamus definitionem: Lux (ut dicebam in Glossa Literali) non est corpus, neque forma, neque defluxus corporis: sed qualitas ex orbe Solis effluens, & corpora collucida irradians. Ita gratia, ut colligitur ex D. Thoma, non est diuina ipsa essentia, neque defluxus diuinæ essentiae, sed qualitas proficiens ex Deo in animam infusa, per quam efficiuntur consortes diuinæ naturæ. Aliiter autem lux in Sole est, aliter in Luna & stellis eam reflectentibus, & alio modo in aëre, & aqua, & diaphanis, siue pellucidis corporibus; nam in Sole refidet tanquam in fonte, in astris, quatenus mutant eam à Sole, in perspicuis corporibus, in quantum perfunduntur à radio, & illuminantur: ita gratia refidet in Deo in fonte; in Christi humanitate, tanquam in aluelo eam recipiente, & ad nos transfundente, nam de plenitudine eius omnes accepimus; in anima tandem, ut ab ipsa gratia illustrata. Alia autem serie lux diffundebatur in triduo, & alia post Solem conditum; nam in triduo (si D. Basilio credimus) per miraculosam emissionem, & attractionem, dies gignebatur: Sol verò vbique sua natura radios diffundit. Ante Christum conferebatur gratia tantum per emissionem, & attractionem, ex Dei videlicet singulari dispositione, nam sacramenta perfecta non aderant, quia gratiam non conferebant, sed significabant. Cæterum incarnato Christo, per iubam illud sanctissimum diuinitatis ipsius vbique gratia effunditur, ac per septem sacramenta, quasi per septem planetas, confertur, & exhibetur. Agere verò proprietates lucis, & gratiæ diligenter inspiciamus, & an mutuo conueniant, concinnaque similitudine lucis munera gratiæ effectus repræsentent, perscrutemur. Orbem omnem implet lux, moxque surgente Sole, candore eius Orizon illustratur, ignis depuratur, aër illuminatur, aqua clarescit, astra, orbisque cælestes exornantur, terra florescit, Mundus ridet, herbæ cacumen exerunt, flores redolent, animantia exultant, aues canunt; delectabile enim est oculis videre Solem; Sic gratia microcosmum, hominis animam viuificat, Cælum desuper cohonestatur, facultates namque animæ condecorantur, intellectus fide, memoria spe, uoluntas charitate; Elementa quoque subter, portiones nempe sensibiles exornantur: oculi castitate, aures pietate, nares discretionem, os parsimonia, corpus mortificatione, concupiscibilis facultas temperantia, irascibilis mansuetudine. Exurguntque mox desideria sancta, cogitationes piæ, opera probata vitæ. Ridet spiritus, exultat, cælestique afficitur lætitia, adeo ut inter Mundi ærumnas gaudeat. Et uti penetrat lux non tantum cælestes illas amplissimas sphaeras, atque elementa; uerum & terræ uiscera: ita profus & gratia non modò rationales uires, & sensibiles, sed etiam cordis intimas affectiones pertingit, ut ex eo charitatis aurum, & optimarum cogitationum gemmas eliciat, atque promat. Lux (ut inquitur naturales) si recto radio in speculum percusserit, ignem gignit. Ecce speculum, conscientia nostra, in qua nos ipsos, quales sumus, conspiciere possumus: si gratia recto radio uehementique ipsam percusserit, in improbo excitat ignem compunctionis, ignem inquam illum, qui cor in lachrymas soluit, cum dolet impius atque acriter ingemiscit, quod Deum, cuius beneficia innumera expertus est, ingratus offenderit. Utinam sæpe speculum conscientiæ nostræ radio gratiæ opponamus. Sed hæc sufficiat tetigisse.

b. Id est, Euangelium, uel sensus spiritualis in testamento veteri, uel ipsa Scriptura.

A N A S T A S I V S Synaita Cōmentariorū in Hexameron lib. primo.

Propterea, prior est lux tenebricosa, deinde Euangelium.

B E D A Expositione in Genesim.

Aliter per lucem testamentum nouum, uel sensus spiritualis intelligitur, qui à tenebris, id est, à ueteri testamento, uel à litera diuiditur.

H V G O Carenfis in Postillis.

Vel lux sacra Scriptura: lucerna pedibus meis uerbum tuum. Mandatum Lucerna est, & lex lux. Si uis videre

Psal. 118.
Prouer. 6.

videre hanc lucem, primo stude, ut sis in luce per cordis mundiciam. In maliuolam animam non introibit sapientia.

Dicam sigillatim, quomodo tūc Euangelium, tūc sensus mysticus, tūc Scriptura lux appellentur, quibusque mysterijs sub nomine lucis eorum claritas demonstratur. Principio Euangelium lux appellatum est ab Esaia, cum dixit: Populus, qui ambulabat in tenebris uidit lucem magnam, habitantibus in regione umbræ mortis lux orta est eis. Populus iste quisnam extitit, nisi Iudaicus, qui ambulabat in tenebris, cum de unigeniti filij Dei incarnationis mysterijs nil penitus agnosceret? Hic uidit lucem magnam, Euangelium maxima in claritate, quando miraculis innumeris, quasi facibus & fulgetris, populo illi primum promulgatum fuit. Veruntamen adeo coruscavit lux ista, ut Iudæorum obtutus (peruicacia quidem & duricie illius gentis id promerente) potius hebetarit, quam illustrarit. Dicebant siquidem ad Moysen; Loquere tu nobis, & audiemus, non loquatur nobis Dominus, ne forte moriamur. Solum enim Moysen audire, illiusque auctoritati inniti magis concupierunt, quam Christum Deum & hominem sese alloquentem auscultare. Habitantibus uero in regione umbræ mortis, lux orta est eis, Gentili uidelicet populo, qui regionem morte umbræ & atram colebat, Euangelium innotuit. Adnotes prophetam dicentem: Habitantibus in regione umbræ mortis, lux orta est eis. Triplex regio est: regio uitæ, regio mortis, regio umbræ mortis: uitæ regio superna illa uita cælestis est, de qua regius Vates; Portio mea fit in terra uiuentium: regio mortis, regio inferni est, in qua mors, tanquam regina, & imperatrix damnatos perpetuo depascit: umbræ mortis regio uita nostra est post Adæ lapsum: Regio siquidem est non mortis, sed umbræ mortis; nam sicut duplex est tenebrarum genus, nonnullæ enim ex lumiferi corporis carentia oriuntur; quædam uero ex corporis opaci ad lumen oppositione gignuntur, quæ potius umbra, quam tenebræ nuncupanda forent: Ita duplex mors; altera, quæ est omni uita destituta ac orbata, cuius generis est mors in inferno, à qua omnis spes uitæ est sublata: altera, quæ est ex interposito obstaculo à uita seiunctio, & ista est mors nostra hac in uita, quandoquidem culpa, à Dei gratia, quæ est animæ uita, nos separat; hæc autem potius umbra mortis, quam mors appellanda est. Habitantibus igitur in regione umbræ mortis effulfit lux Euangelij, ut quasi lux uiam nobis ad uitam pararet, iuxta illud Zachariæ: Per viscera misericordiæ Dei nostri, &c. Illuminare his, qui in tenebris sedent, ad dirigendos pedes nostros in uiam pacis. Hæc lux est, quæ emicuit in nocte pastoribus, & benè primum pastoribus, quia primum prælati communicandum erat Euangelium. Hæc illa est, quæ Saulum prostrauit, sapientiam scilicet Mundi prostrauit. Hæc illa, quæ effulfit in carcere Petro, humano scilicet generi, dum ab Herode, à Diabolo in atro conclusus carcere detineretur.

Lux quoque est sensus mysticus, & lux illa est, de qua scribitur in Iob: Indica mihi si nosti omnia, in qua uia lux habitat, & tenebrarum quis locus sit. Locus tenebrarum certe testamentum est uetus, secundum literæ sensum apprehensum; sed in quam uia lux habitat? quam, inquam, uia ad comperendum in eo lucem sensus spiritualis profici sci poterimus? Nunquid, enim (ait) ingressus es profundum maris, & in nouissimis abyssis ambulasti? Nunquid inquam, ingressus es profundum Scripturarum, & abyssum ad ditorum sensum perlustrasti? Cæterum id nobis, ut in profundo huius maris & abyssis lucem comperiamus, efficiendum superest, quod nauæ peragunt, dum profunda maris conspiciere student: Infundendum est oleum super aquarum faciem, & ecce abditissima in latebris maris perspicere datum erit. Sed quodnam hoc oleum est, nisi Spiritus Sanctus, cuius ope acies mentis nostræ, si pura ipsa erit, & alacris, sensus & intelligentias profundissimas Scripturarum assequi poterit?

Scriptura tandem sacra lucerna est, de qua Dauid: Lucerna pedibus meis uerbum tuum. Proficiscimur siquidem hac in uita tanquam aduenæ in regione ista Mundi, rerum cælestium, diuinarumque; ignoratione, ueluti tenebris obruti, ab Ortu ad Occasum, à uitæ initio pubescentemque; ætate ad exanguem usque & occiduum senectutem & mortem: tanquam uiaioribus igitur aduenis atra nocte iter agentibus data est nobis lucerna uerbi Dei, & Scripturarum, ut per semitam iustitiæ incedamus. Quæ ergo dementia maior, quam lucernam abijcere, ac negligere, ut in abyssos errorum curis innume-

hhh 2 ris

Sap. 1.

Esa. 9.
Euangelium
lux est.

Exod. 20.

Regio tri-
plex, uitæ,
mortis, &
umbræ mor-
tis.
Psal. 141.Tenebræ du-
plex, & du-
plex mors.

Luc. 1.

Iob. 38.

Testamentum
uetus locus
tenebrarum,
sensus mysti-
cus lux.Psal. 118.
Scriptura lu-
cerna est.

ris circum septi, præcipites ruamus? Lucernam habere negligunt, qui legem Dei contemnunt. Lucerna ante splendet, sed retro tenebris omnia obuoluta relinquit: ita scripturæ, Deiq; verbum, & lex sancta, quò nos progredi debeamus, edocent & demollant. Sed quæ operati fuerimus, quasi transacta facie auersa non amplius contemplanda admonent, ne complacentia, laudisq; , & inanis gloriæ vermis, meritum sanctorum operum corrodat, remaneatq; triticum absq; interna pinguedine, quasi à vermiculo & tinea arrosam ac exesum.

c. Id est, anima, vel pars ratione & intellectu prædita.

B E D A Expositione in Genesim.

Aliter per lucem anima ostenditur, quæ carne præstantior est. Per tenebras autem, caro cum suis vitijs, vt Apostolus ait; Scio quòd non est bonum in carne mea.

L Y R A N V S in Postillis.

Fiat lux, scilicet rationis naturalis, quæ est quadam impressio diuini luminis in nobis: Signatum est super nos lumen vultus tui.

Spiritualis natura nulli profectò rei potest aptius quàm luci comparari. Verùm, sicuti luminum triplex inuenitur genus, Sol, Luna, & Stellæ, quorum discrepantiæ admodum notæ sunt: ita profectò tripartita est natura spiritualis, Deus, Angelus, & Anima. Deus equidem (si licet maxima componere paruis) Soli conferri potest, quoniam ipse fons lucis est, lucis, inquam, viuificæ, emicantis, & fulgentis. Ipse fons vitæ, vitæ perennis, indeficientis, & cunctis vitalitatem tribuentis. Ceteræ spirituales naturæ lumē mutuunt à Sole, quia vitam, & naturam à Deo recipiunt. Angeli atamen, vt stellæ (differunt enim gloria inter se, sicut stella differt à stella in claritate) luminis mutationes, & vicissitudines non subeunt, quoniam ad gloriam euecti sunt, à qua nunquam deficiunt, exceptis ijs, qui vt stellæ ceciderunt è Coelo, Lucifer, inquam, cum aſſectis, de de quo Propheta; *Quomodo cecidisti Lucifer, qui mane oriebaris?* Verùm anima, Lunæ haud inconcinne comparari potest, quoniam dum hoc in corpore degit, non vndique potest clarescere ac lucida effici. Quemadmodum enim Luna in parte tantum superna illustratur, in inferna autem crassa est, & atra, nec lumine perfunditur, nisi purificetur: ita anima parte ea superiori spiritus & mentis, à Deo illuminatur fide & gratijs: in ea autē, quæ infima est, qua sensus respicit, & corporis, carnisq; affectiones, crassa est, nec decorari potest donis, nisi mortificetur. Duos igitur cum Sole congressus habet Luna, nam vel ipsi est coniuncta, tuncq; omni candore refertam percipit lucem, quoniam nullo interiecto vapore, seu exhalatione, illustratur, & proxima Soli effecta, lumen vnde quaq; micans recipit: interim tamen nobis subter obscura apparet. Vel est quoquomodo opposita, & tunc, quanquam vel plena, vel ex parte lumine insignita videatur, non ad eò tamen nitidè clarescit, quoniam interpositis elementis, lux ipsi non admodum pura communicatur: Ita anima bipartitò affecta esse potest. Hac siquidē in vita Soli dicitur esse opposita; illustraturq; dum est in gratia, sed non ad eò perfectè; his enim obuoluta corporis affectionibus, quasi interiectis exhalationibus, lucis candorem capere non potest: Cùm verò corpore soluta, ipsi Deo altera in vita cōiungetur, omni semoto carnis obstaculo, ad eò clarè illustrabitur, vt non tantum ipsa gloria redimiatur, sed ipsam quoque carnem, & corpus glorificis dotibus perfundat. Eclipsim insuper patitur Luna, cùm terra interponitur inter ipsam & Solem, & tunc id contingit, quando peccato lethali intercedente, terrena affectio, seu carnales illecebræ Lucem gratiæ retundunt. Lux igitur est Anima, seu vis ratione, & intellectu prædita in nobis: sed lux est, veluti lux Lunæ, mutationibus, & vicissitudinibus obnoxia: Lumen, de quo Propheta; Signatum est super nos lumen vultus tui Domine. Quibus verbis diuinus vates duo nobis patefecit contemplatione dignissima. Primum, quòd lumen illud signatum sit, non infusum. Deinde, quòd lumen sit vultus diuini. Quid siquidem per hæc nobis notificare voluit? nisi quòd lumen illud, quo diuinam representamus imaginē, & similitudinem, signatum est, nempe insculptum, incisum, & lumen vultus est, videlicet insignis & similitudinis suæ, quoniam Deus nobis suam non communicauit essentiam, sed consimilem tantum propria ex benignitate largitus est.

Hoc

d. Hoc est, iustitia in homine.

H V G O Carenfis in Postillis.

Fiat lux. Homo iustus lux est, & peccator tenebra. Hi diuisi sunt merito & premio: Quæ participatio iustitiæ cum iniquitate: aut quæ societas lucis ad tenebras? Prima dies à plena luce inchoauit, & luce occidente in vesperum declinauit. Sed iterum luce redeunte ad ortum, lucem recepit: quia primus homo factus est in luce plena, id est, in peccati immunitate, post in tenebras ignorantie, & peccati cecidit. Sed iterum de morte ad vitam per Christum resurgentem, ad lucem redijt: Exurge qui dormis, exurge à mortuis, & illuminabit te Christus. Nos verò omnes primò fuimus tenebræ, quia omnes nascuntur filij iræ: sed per gratiam baptisimalem, vel penitentiam, sumus lux: Eratis aliquando tenebræ, nunc autem lux in Domino.

Iustitiam lucem esse, peccatum verò tenebras, Scriptura vbique prodit. Rursum, hominem iustum lucem nuncupari, iniustum vero tenebras, pariter vbique clamat, vt nos pluribus in locis postea perpendemus. Nunc autem sufficiat nobis, de iustitia locum præsentem interpretari: idq; ex oblata nobis ab Hugone Carenfi contemplatione. Humanitatem igitur nostram à Mundi exordio vsq; ad eius exitum, quasi diem habuisse dicendum est, diem quippe ab Occasu inchoatum, inde per noctem, per mane, meridiem, & vespere post delapsam. Procreata est humanitas nostra in luce, in iustitia, quoniã Adam protoparens, vt Sol, iustitia originali insignitus erat: sed statim occidit, quando ipse iniquitati & culpæ obnoxius effectus est. Posteritas autem ipsius in nocte atra peccati, & obscura admodum permanfit tempore naturæ & legis, in qua si clarebat aliqua lux seu iustitia, pallens erat, & sine ardore, quoniam natura, moralisq; iustitia, & lex non iustificabant, nisi ex fide in Christum venturum. Effulsit inde Sol Christus, & diem gratiæ nobis reduxit, humanoque generi lucem tulit, iustitiam & gratiam, in qua vsque ad finem Mundi Ecclesia sancta persistet. Communicatur igitur hæc lux nobis, quando in Christo iustificamur, & cùm per Christum in iustitia viuimus: tunc siquidem effunditur in animam nostram lux Solis, iustificatio Christi, tanquam in corpus, seu globum aliquem luci suscipiendæ accommodum. Iustus igitur homo, iustitia Christi ornatus, tanquam Phaeton Christi, mystici Solis curram ascendit, quia eius iustitia imbuitur. Studeat autem, dum per semitam iustitiæ ambulat, in Ecliptica semper decurrere, in semita Christi, nam si equis furentibus, passionibus impellentibus, vel ad superna scandet, nimirum in vitia spiritualia decidet, vel ad inferna, in corporalia nempe, & carnalia (vt aiunt) precipitabitur; tunc omnia tunc diuina, tunc humana confundentur: & fortè non sine ipsius animæ interitu, quia iustus à iustitia cadens, in culpam corruit, ac sapius in ipsa perijt: Tunc verò deprecandum est, vt duæ sorores, conscientia, & synderesis, deplorent, & calum plangant, incisoq; cortice cordis, succum lachrymarum emittant, vt ad rediuuam vitam fratrem suscitent. Sed de his aliàs.

e. Id est, cognitio sui ipsius in anima peccatrice.

H V G O de Sancto Victore de Sacramentis Fidei libro primo.

Ego puto magnum hic aliquod sacramentum commendari, quia omnis anima quandiu in peccato est, quasi in tenebris est quibusdam & confusione. Sed non potest euadere confusionem suam, & ad ordinem iustitiæ, formamque disponi, nisi illuminetur primum videre mala sua, & discernere lucem à tenebris, hoc est, virtutes à vitijs, vt se disponat ad ordinem, & conformet veritati. Hoc igitur anima in confusione iacens, sine luce facere non potest, & propterea necesse est primum, vt lux fiat, vt videat semetipsam, & agnoscat horrorem, & turpitudinem confusionis suæ: & explicet se, atque coaptet ad illam rationabilem dispositionem, & ordinem veritatis. Postquam autem ordinata fuerint omnia eius, & secundum exemplar rationis, formamq; sapientiæ disposita, tunc statim incipiet ei lucere Sol iustitiæ, quia sic in repromissione dictum est: Beati mundo corde, quoniam ipsi Deum videbunt.

Cognitio illa, qua impius, qui dudum in voluptatum, illecebrarum, & criminum abyſſo iacuerat dormiens, quinimò sepultus, tandem aliquando expergefactus, se ipsum, miserabilemque sui status conditionem conspiciat ac intuetur, luci effulgenti sapius in Scripturis assimilatur. Sed quantum ad præsentem locum spectat, vnico tantum proposito exemplo id declarabo; Horrescebat Mundus densis in tenebris, quando iussu Dei subito effulsit lux, quæ chaos illud horridum & squalens quoquomodo illustrauit, uade & cuncta segregari, perfici, uenustariq; cœperunt. Verùm, quisnam Mundus ma-

gis

Psal. 4.

Deus fons lucis ut Sol.

Angeli reflecte.

Isa. 14. Anima ut Luna lucet.

Duo congressus lunæ cum Sole.

Lunæ eclipsis quid mystice in anima.


3. Corinth. 6.

Eph. 5.
Eph. 2.
Eph. 5.

Iustitia est lux.

Parte prima cap. 12.

Anagogicè
Tropologicè
Tropologicè



Fiat lux.

- a. Lux scilicet aterna beatis.
b. Discat homo à Deo in luce opera sua inchoare, bona videlicet intentione.
c. Discat homo à Deo primò lucem gignere, gratiam adipisci, ut opera sua postea in luce in gratia efficiat.

Anima peccatrix quanta mala subeat.

gis horret, quàm paruus hic, siue microcosmus, dum in tenebris & nocte criminum sepelitur? Quale chaos isto horribilius? Quæ abyssus atra magis, vel profundior, & inaspectabilior? Cæterùm si Dei gratia è somno excitabitur, effulseritque in ipso sui ipsius cognitio, qua intueatur quàm sit miseranda sui conditio, quàm horribilia quæ ei imminet & impendunt nouissima, quòd Dei gratia destituta sit ipsius anima, exul paradisi effecta, de libro vitæ deleta, Angelis inuisa, creaturis omnibus tã supernis, quàm infernis in ludibrium versa, quòd Diaboli captiua, mortis mancipium, peccato obnoxia, inferno addicta, illecebratum voluptatumq; carnis ancilla, Deo, Cælo, Angelis, Ecclesiæ, iustis, atque pijs pastoribus odiosa. Si claruerit, inquam, in ipsa cognitio ista lachrymandi sui discriminis, sperandum vtique erit, quòd luce hac superueniente, cunctaq; illuminante, fiet firmamentum, propositum sanctioris vitæ: seiungentur aquæ cœlestes à terrestribus, affectiones cœlestium rerum à concupiscentia terrenarum: cor quasi terra germinabit herbam virentem, desideria spe virescentia: & lignum faciens fructum, sanctarum virtutum habitum: quòd emicabunt iustificatio, vt Sol: iustitia vita, vt Luna: exempla, vt stellæ: quòd gignentur volucres, cõtemplationes, & pisces, opera misericordiæ: & tandem iumenta, obsequia erga Deum, & proximum. Nautæ, qui furentibus vndiq; ventis, vndiq; se inuicem collidentibus, conscissa iam naui, in præceps feruntur, si flammeam illam exhalationem, quam ipsi Sancti Hermi ignem appellant, cõspicere contigerit, non modicam de salute sua comparanda spem concipiunt. En anima nostra, quæ in carne, quasi in naui per illecebrarum, ac voluptatum vndas nauigat, eiusq; anchora fides est, malus contentio, carbasa spes, clauus prudentia, rudens charitas, membrana Scripturæ, si quandoq; ventis passionum impellentibus, delictorū procellis quasi submergenda iactatur, certè si ignitam hanc lucem, sui ipsius cognitionem nacta erit, salutis arrham tenere, nec se naufragaturam sperabit. Hoc itaque duntaxat curandum est peccatori, dum in atra scelerum abyfso fordescit, vt lux ista, sui ipsius videlicet cognitio, cum timore, & spe veniẽ sociata, illi effulgeat.

a. Lux scilicet aterna beatis.

Animabus illis, quæ felici admodum euentu ex hac vita migrantes, beatitudinis contopotes fiunt, tanquam ex atro carcere obscuroq; eductis, effulget lux illa emicantissima, quam Ecclesia defunctorum precatur, cum ait: Lux eterna luceat eis Domine, &c. Cæterùm quænam lux hæc est? Quadruplex lux, meo iudicio, beatis effulget: duplex spiritualis, & duplex corporea; Prima & princeps inter spirituales est ipse Deus, lux viuifica, quæ animas beat, nam visio est tota merces: Lux altera, gloria ipsa est, qua anima induitur, euehiturq; ut ineffabili Dei uisione perfrui possit: Inter corporeas altera est, quæ ex Empyreo coruscantissimo Cælo emicat, altera tandem & postrema in corpore glorificato confidet, qua iusti fulgebunt, ut Sol. Vndique igitur in ea cœlesti regia luces coruscabunt, cuncta erunt in lumine, nec aliquid comperiri illic poterit, quod umbram pariat, & emittat. Hæc est igitur lux, quam postulat migrantibus è uita Ecclesia: Lux perpetua, &c. Cæterùm nil potest suscipere lumen, nisi purificatum sit, nec aër serenus redditur, nisi uaporum, & exhalationum sit expers, nec aqua clara, dilucidaq; apparet, nisi à cœno, atque luto, crassouè alio humore fuerit purgata. Studeat igitur Christicola animam, quasi aërem purificare, auramq; spiritus Sancti exhalationes, ua-

Lux quadruplex fulget beatis.

pores, affectiones uidelicet, passioneq; omnes, quæ cœlestes non sunt, sed à terra, à carne prodeunt, expellere, si gloriæ luce emicare peroptat. Studeat carnem, quasi aquam expurgare, illecebras, uoluptatesq; cunctas mortificatione comprimere, si dotibus gloriæ eam exornari concupiscit. Tunc ipsi post hanc uitam lux sempiterna fulgebit.

b. Discat homo à Deo in luce opera sua inchoare, bona videlicet intentione.

H V G O Victorinus de Sacramentis Fidei libro primo.

Incipiens ergo Deus opera sua, ut perficeret, primùm fecit lucem, ut cetera omnia postmodum faceret in luce. Significauit enim nobis se non amare opera, quæ in tenebris fiunt, quoniam mala sunt: quia omnis qui malè agit, odit lucem: & non venit ad lucem, ut non arguantur opera eius, quia mala sunt. Qui autem facit veritatem, venit ad lucem, ut manifestentur opera sua, quia in Deo facta sunt. Ipse ergo, qui veritatem facturus fuit, in tenebris operari noluit: sed venit ad lucem, & fecit lucem, ut se manifestaret per lucem. Non enim ideo fecit lucem, ut ipse videret per lucem: sed ut opera sua manifestaret per lucem, quia in Deo facta sunt. Et ideo vidit Deus cuncta, quæ fecerat, & erant valde bona. Hoc mihi dicendum interim fuit pro reddenda ratione, cur Deus primùm lucem fecit.

In luce opera sua incipere, existimo ego nil aliud esse, quàm optima intèntione actiones aggredi. Saluator enim noster aiebat, Si oculus tuus simplex fuerit, totum corpus lucidum erit. Oculus igitur intentio est, ex cuius luce consequitur, quòd & totum opus lucidum euadit, atque in luce fit. Vnum tantùm ad id deducam exemplum. Fingunt poëtæ Europam adolescentulam pulcherrimam, cum à tauro, cuius dorso infidebat, per vndosum mare ueheretur, in Orientem semper facie retrorsum conuersa (è Phœnicia siquidè in Cretâ ferebatur) patrii litus respexisse. Europa animæ typus est, hæc infidet tauro petulanti, huic nostræ carni, vtinamque habenas temperantiæ non dimittat; fertur per profundum & immensum pelagus huius Mundi, tum placidis, tum fluctuantibus undis, tum prosperis, tum aduersis rebus iactatum. Sed quid? retro conuersa ad ortum semper respicere debet, ad Deum, unde originem traxit; studere enim ei incumbit, quomodo placeat Deo, vt sicuti à Deo profiliit, ita ad Deum redeat. Porro si ad Deum semper oculos anima verterit, oculus eius simplex erit, totumque corpus lucidum cerneretur; si intentio operis sancta extabit, totum quoque opus perfectum prodibit, & semper opera eius in luce perficientur.

c. Discat homo à Deo primò lucem gignere, gratiam adipisci, ut opera sua postea in luce, in gratia efficiat.

Mirificum Dei omnipotentis in venustando Mundo artificium, insigne nobis suppeditat exemplum, qua arte microcosmum, hominem internum extruere, & exornare debeamus. Quemadmodum enim Deus ex atro illo Chaos primùm tenebras expulit, & lucem expandit; ita in nostro hoc ædificio primùm à nobis est propellendum delictum, & gratia inducenda, sine qua impossibile est placere Deo, deinde opera reliqua superadijcienda, si ea merito ullo insigniri optamus. In nocte, & in tenebris tellus quidè germina, flores, & fructus gignit; sed nunquam perficit, & maturat: ita sceleribus obstricta anima, uota sancta, deliberationes pias, & opera bona habere quidem potest: sed nisi gratia foueantur, uitam nequeunt prorsus æternam promereri. Nam (ut rectè inquit Theologi) quæ bona operatur homo, dum culpæ subiacet, ipsum certè quadantenus disponunt ad comparandam gratiam, sed meritum secum non ferunt. Exemplum id demonstrat: Quamplures arbores etiam in hyeme, atque algore, flores quandoque gignunt, sed hi, Solis radio eos non maturante, arescunt: ita anima, dum lethali noxa astringitur, parit quidem bonas cogitationes: at sine gratia perficere eas nequit. Studendum igitur est, vt primò lucem, gratiam comparemus, quemadmodum Deus primò lucem produxit; deinde cætera opera in gratia efficiamus, sicuti & Deus edita luce, reliqua opera superadijecit.

par. pti. c. 8.

Io. 3.

Matth. 6.

Anima in hoc Mundo oculos semper ad Deum vertat.

Opera bona in peccato facta disponunt aliquatenus ad gratiam, sed nil merentur.

Discat

Tropologicè

Allegoricè.

Psal. 76.
Cuncta Deo
obediunt pre-
ter hominem

Deo non obe-
dientes sunt
vt gigantes.

Fulgur quo-
modo fiat.

Rom. 2.

Divinæ vin-
dictæ exēpla.



Et facta est lux.

a. *Discat homo à rebus insensatis Deo parere.*

Vidit Deus lucem quòd esset bona.

b. *Vidit Deus Christum verā lucem, & in ipso benè complacuit; nec prius laudat Cælum, terram, abyssum, aquas, quoniam ante Christum nil bonum appellari poterat.*

a. *Discat homo à rebus insensatis Deo parere.*


A M B R O S I V S Hexameron libro tertio, capite primo.

Non mediocris pudor est, imperio Dei insensibilia elementa parere, & homines non obedire, quibus sensus ab ipso tributus est auctore. Nec hoc solum obedientis aque exemplum habemus, nam & alibi scriptum est; Viderunt te aque Deus, viderunt te aque, & timuerunt.

Cuncta profectò Dei nutu & arbitrio gubernantur, eiusq; voluntati parent & obsecundant vniuersa, etiam ea, quæ non sunt. Nam dixit Deus: Fiat lux; & facta est lux: solus homo Deo obfistere audet. Proh indignum facinus: res non modò quando nondum conditæ vocantur ad vitã, sed etiam quando iam existentes, ad suum pelluntur interitum, obediunt, creatoriq; obtemperant; vnde in Israëliticæ gentis obsequium retrogressi sunt Cœli, stetit Sol, descendit ignis de Cœlo, desiterunt tribus annis exurgere nubes, exiccatum est mare, constiterunt ac retrocessere flumina, emiserunt aquas saxa, ingenti hiatu aperuit vterum suum terra, homines veriti sunt famelici leones, sepulchra restituere cadauera, infernus ipse saltè superior animas reddidit: solus homo Deo non obtemperat, solus insolefcit, solus mandata eius paruifacit, contemnit, spernit, irridet. O scelus inauditum. Enimuerò impij isti Deo reluctantes ac rebelles, Gigantes illi sunt, de quibus scribitur; Postquam ingressi sunt filij Dei ad filias hominum, illæ genuerunt Gigantes. Postquam certè animi humani cum concupiscentijs connubia iniere, genuerunt Gigantes, appetitus nefandos, procaces, efferatasq; voluntates, Deum parui pendentes, atq; cum eo impio ausu & vesano bellantes. Sed sciant, quòd ineuitabile & horrificum fulmen vibrat Iuppiter ille supernus & ter maximus, fulmen, inquam, diuinæ vltionis. Audias quomodo: Calor internus per refrigerantem nubem dispersus, & à frigore sollicitatus, in globū se colligit, quantòq; angustius premittur, tantò validius erumpit, & percutit. En diuina charitas algore criminum sollicitata, in seipsam cogi compellitur, quantò grauius comprimitur, ne effundi possit, in Zelum iustitiæ versa, tãto acrius in indignationem prorumpit, atq; peccatores punit, meritas illis cædes infligens, & poenas irrogans: Thesaurizas tibi iram in die iræ (inquit D. Paulus) Memores sint quæso impij, quid Deus ipse in Angelos apostatas, quid Cherubim flammeo ense in protoplastos, quid Diluuium in Gigantes, flamma & sulphur in Pentapolin, virga Dei in Aegyptios, ignis in Nadab, & Abiu, vorago in Core, Dathan, & Abiron, Angelus in Seunacherib, leones in pueros egerint, quàm immaniter inscuerint: Memores, inquam, sint, ac reminiscantur sæpissimè, quæ & qualia, quàm horrida & terrifica nouissima eos expectent, mors dira, iudicium ineuitabile, infernus acerbissimis ac inæstimabilibus poenis immaniter locupletatus.

b. *Vidit Deus Christum, & in ipso benè complacuit: nec prius laudat Cælum, terram, abyssum, aquas, quoniam ante Christum nil bonum appellari poterat.*

A N A S T A S I V S Synaita Commentariorū in Hexameron lib. primo.
Et vidit quòd est bona. Si omnia, quæ fecit Deus, sunt valde bona, quomodo non dicit Scriptura illas tenebras, quæ erant ante lucem, esse bonas, neque aquas illas bonas: neq; abyssum, quæ obscurabatur, bonam? Dicens ergo scriptor; Et vidit Deus lucem quòd esset bona, ostendit quòd omnia illa, quæ venerunt ante veram lucem,



Vidit Deus lucem quòd esset bona.

- a. *Lux bona vitæ post sacrum baptisma commendatur à Deo, sicut lux creata postquam spiritus Domini ferebatur super aquas.*
- b. *Approbat Deus opera nostra exhibita in luce, hoc est, cum sunt effecta.*
- c. *Deus igitur tenebras, & malum non fecit.*

Allegoricè:

Tropologicè

lucē, quæ illuminauit omnē hominē venientē in hunc Mundū, & terrā obscurarūt, obruerūt, demerserunt, & suffocauerunt, nō esse bona: adeò vt ipsa cavens lumine, inuisibilis & incomposita, & infrugifera suslineret contrarios spiritus, qui ante lucē Christi, in terra obtinuerunt dominatum. In his autem terram intellige hominem.

Hæc ab Anastasio prolata interpretatio elegans est, si graūter intelligatur. Nihil certè ante Christum bonum erat in terra, in homine: Bona profectò potest lux, seu Christus nuncupari, respectu vatum eorum, qui probitatis, & sanctitatis nomen sibi vendicauerunt: quia ante lucem in Chaos nil boni extabat, sed omnia in tenebris errorum, & impietatis degebant. Vnde ipse Seruator: Omnes, qui ante me venerunt, fures fuerunt & latrones. Sed quomodo omnes? Num fures fuerunt, Abel, qui iustus à fratre necatus est? Seth, eiusq; profapia, ex qua originē traxit Christus? Enoch ad Cælū translatus? Noë iustus in generationibus suis? Abraham pater credentiū? Isaac filius risus? Iacob lenis & supplantator? Moses Deo familiaris? Aaron Pontificū Pontifex? Dauid, de quo testimonium perhibens ipse Deus ait; Inueni hominē secundū cor meū? Elias, qui curru igneo raptus est in Cœlum? Eliseus duplici spiritu ditatus? Prophetæ celeberrimi, Hieremias, Isaias, Ezechiel, & Daniel, qui visionibus mirificis de Christo cecinerunt? Ioannes Præcurfor, de quo ipse Saluator: Inter natos mulierum non surrexit maior Ioanne Baptista? Omnes hi in atra nocte legis, tanquam in Chaos extiterunt ante lucem: nunquid igitur fures, & latrones? Subsiste, & ausculta loci interpretationem. Omnes, qui ante me venerunt, fures sunt, & latrones: omnes, inquam, qui ex eodem Cœlo, superno scilicet venerunt ante me, non qui carne vincti ex profapia Adam emerferunt, sed Lucifer, & asseclæ, aduersariæq; omnes potestates; Hi omnes fuerunt fures, & latrones, quia id concupierunt primū in Cœlo, deinde in terra, quod suum non erat; Dei videlicet maiestatem, siue Christi dignitatem. Et nō audierunt eos oues: quænam oues? nunquid Iudæi, siue Gentiles? Iudæi quidem obedierunt, & litauerunt Dæmonijs: Gentiles verò mancipium fuere Diaboli. Quæ igitur oues? Illæ pfectò nonaginta nouem; multitudo nempe Angelorū, quæ ipsis non assensit; illæ enim oues nō audierunt vocem furum, & latronum: vna duntaxat ouis, misera, inquam, natura humana è terra genita, quæ perijt, & ab ipsis fuit decepta, sola audiuit, quousque Pastor bonus, qui propter eam Mundi deserta arenosa, atque infestis animantibus referta, peragrarè ac perlustrare uoluit, inuentam est allocutus, cuius illa vocem audiens, ab eo ad salutis ouile est deportata. Solus igitur Christus bonus, ex ijs qui è Cœlo descenderant, atq; de ipso tantum dici potuit: Vidit Deus lucem, quòd esset bona. Hæc ferè ipse Anastasius loco præcitato. Cæterum addere quoque illud possumus, quòd si Christum patris Patribus conferamus, certè vidit Deus lucem, quòd esset bona, quoniam ipse solus natura probus, cæteri si boni, ex ipsius bonitate, & gratia boni, cum omnes natura filij iræ extarent, nam de ipsius plenitudine omnes acceperunt. Amplius, si cæteri Archipatres, Prophetæq; insignes sanctitate extiterunt iusti, non tamen plenè probi, quoniam quandoque à rectitudine defecerunt; solus Christus absolute bonus, propterea in ipso benè complacuit sibi cœlestis Pater.

Io. 10.

Ag. 15.

Matth. 10.

Fures ante
Christum ue-
nientes qui
fuerunt.

Christus so-
lus natura bo-
nus.

a. *Lux bona vitæ post sacrum baptisma commendatur à Deo, sicut lux creata postquam spiritus Domini ferebatur super aquas.*

A N A S T A S I V S Synaita Comm. in Hexameron.

Postquam autem datum est, inquit, baptisma, & quæ est in eo fides, tanquam aliquod signaculum: Fiat, inquit,

inquit, lux: idest, exerceatur operibus vita Deo grata, sicut lux lucens coram hominibus, congruenter Christo qui sic ixit. Quam etiam cum vidisset, laudat. Vidit enim, inquit, Deus vitæ lucem, & dixit: Bona est. Laudat autem, quoniam delectatur huiusmodi luce. Est enim gaudium propter unum peccatorem, quem pœnitet.

Virtutes morales Gentilium Deo non sunt acceptas.

Clarissimum, evidentissimumque est, Deum non commendare, & approbare virtutes, actionesque eas infidelium, quas vocant morales, quanquam non fucatas: sed acceptas illi esse virtutes duntaxat, atque bona opera Christianorum: has merito opimas facere, remunerare, tanquam castissima ei veritate dicatas. Porro huius rei causa est, quoniam duplex est fructuum conditio; alij sylvestres, siue feri nuncupantur, alij verò domestici, vel mansueti, suauitate, & speciositate potiores, atque præstantiores. Inter hos autem ea est discrepantia, quod illi stipites habeant in sylvestri solo, nec quoquomodo infitos; horum autem stipites in terra feraci culta infideant, & dum augentur, infiti fuerint. Terra igitur, in qua confident agrestes arbores, ipsa est prosapia humana, prauitatis labe infecta, nec ipsis appositum est Christi meritum, propterea fructus illi, licet quandoque pulchriores, agrestes attamen comperiuntur. Cæterum Christianorum plantati sunt in terra sancta Ecclesiæ, impinguata Christi sanguine, & in ipsis infitium est Christi meritum, quibus de causis possunt fructus, seu opera proferre redolentia apud Deum, & suaui. Verum quoniam complantatio & infitio hæc fieri nequit, nisi mediante baptismate, quo in Ecclesiam inducimur, & meriti Christi participes efficiamur, ideo probè non laudatur lux bonæ vitæ, nisi post baptismum, sicut non laudatur lux, nisi quæ effecta est per Spiritum Sanctum, super aquas delatum.

b. Approbat Deus opera nostra exhibitæ in luce, hoc est, cum sunt effecta.

VALERIANVS Bergomenfis Canonicus noster, insequens Alcuini methodum, quæstiuiculas nonnullas eruditione non aspernandas, quanquam concisè exaratas conscripsit. Quærit autem.

Quid est, quod Deus vidit lucem quod esset bona? an nesciebat antequam faceret eam, an esset futura bona? Resp. Forsan inuit, quod lux idest, bona opera nostra summe placent Deo, cum exhibitæ sunt, plus quam cum sunt in solo proposito nostro.

Opera bonæ etiam in solo proposito Deo placent.

Definiunt certè Theologi, opera nostra acceptissima Deo fieri, quando sunt in proposito tantum, dummodo studeat anima maiori qua potest alacritate, illa perficere, atque non oscitanti sedulitate eadem in lucem proferre. Cæterum per plura sæpius concipit anima optima desideria, sanctasque cogitationes, quas post in lucem non profert, vel socordia, uel alijs præpedita curis: Et hæc certè grata Deo adeò non sunt, vt ea, quæ mox gignuntur. Mulier concipit, & conceptum fœtum parit, quandoque autem postquam concepit, non edit, nisi mortuū, quandoque et illa pereunte ipsum et mortuū profert, quandoque tandem intercidit ipsa, & immaturum partum viuum relinquit.

Anima operans ut mulier pariens.

Anima nostra mulier illa est, quinimmo Virgo beata obumbrata Spiritu Sancto, vt ex ipsa sanctum nascatur, sanctum scilicet opus. Hæc concipit aliquando sancta proposita, & ea in lucem emittit, cum bonum opus iam conceptum perficit. Quandoque autem bonum quidem propositum gestat, sed illecebris carnis, curisq; terrenarum rerum, tanquam mole ipsum præfocat, vt altera ex mulieribus quæ contendebant ante Salomonem: quandoque in sancto ipso proposito in culpam labitur lethalem, & se ipsam, conceptumque filium interficit, cum ipsum amplius in lucem non emittat: quandoque tandem decidens ipsa in peccatum mortale, propositum opus perficit, semiuiuum quidè, quia redeunti in gratia reuiuiscit meritum propositi sancti, sed non opus in peccato paratum, quod attamen tantum cooperatur ad gratiam reparandam. Ediscant igitur animæ Christianæ ocyssimè proposita sua in lucem emittere, ut approbentur à Deo; & ipsæ discrimina quæcunque imminetia euitent. Nam non deest impius Dæmon, qui tanquam obstetrix scelestæ, genitos fœtus mox quasi blandiens, suffocare, spiritu gratiæ vitalis oppresso, ac interimere studeat.

DEUS

c. Deus igitur tenebras, & malum non fecit.

Patefacit nobis, & manifestò demonstrat hic locus, Deum principem rerum omnium parentem, & Mundi fabricatorem, lucis quidem & bonorum auctorem esse, non tenebrarum, vel malorum: testatur etenim Scriptura sacra hoc loco, Deum ipsum effecisse lucem, ac vt bonam approbasse, de tenebris autem nulla apud eam extat mentio, nisi quod eas seiunxerit, & dissecarit à luce: Ex quibus cõsequitur pari illatione, quod Deus bonum duntaxat protulerit, malum autem solummodo à bono segregarit. Verum quo modo ab illo Dei ipsius testimonio nosmetipsos explicabimus; Ego Dominus formans lucem & creans tenebras, faciens pacem, & creans malum? Duplici responso huic occurrere possumus obiectioni. Primò locum illum ita interpretantes: Ego Dominus creans lucem & tenebras; nimirum; Ego creans formam, & materiem; formæ enim rerum omnium editarum lucis nomine cohonestari possunt, materies verò tenebrarum appellatione nuncupari ob sui imperceptibilitatem, & ad diuersas formas nūquam expletam cupiditatem. Vel secundo loco possumus ita interpretari: Ego Dominus creans lucem, & tenebras, creans, inquam, lucem bonam, & tenebras ordinans, ex quo ordine bonum elici contingit, cuius etiam est Dominus creator. Quæret fortasse ingenuus lector; Et quisnam extitit malorum auctor? Dicam ego breuissimè, pro lato prius vulgato illo adagio, ex Propheta desumpto; Non est malum in ciuitate, quod Dominus non fecerit. Orbis iste vrbs est, ciuitasq; vastissima, in qua resident creatura rum tam supernarum, quam infernarum, tam cœlestium, quam terrestrium innumera genera: Princeps & dominus eius homo est; nam dominium Mundi contulit Deus homini. Ipse igitur princeps malorum omnium est auctor; Fecerat enim Deus hominè rectum, rectitudine iustitiæ primordialis, sed ipse, suadente Diabolo, infinitis se miscuit quæstionibus; Vt enim à Deo apostatauit, exorta sunt statim mala culpæ, pœnæ, & damni: Nam mala omnia ad hæc tria genera reducuntur; culpæ originalis, lethiferæ, & venia dignæ: pœnæ temporariæ & æternæ, damni, (vt aiunt Theologi) scilicet ærumnarum, quibus humana natura angitur perpetuò. Rosa, ex Basilij, Ambrosij, & plurimorum Patrum testimonio, primùm sine spinis exorta est, verum vt primus nostræ naturæ parens lethali fœdatus est crimine, spinas protulit, & vsq; nunc, ad monumentum meritatum pœnarum illis obsepitur. Quid erat rosa sine spinis ante lapsum, nisi in statu innocentia vita sine malis? At post lapsum rosa spinis septa est, vita nostra malis vndique circumclusa; nam vndique versum innumeris vallata est malis, peccatis, calamitatibus, atque ærumnis, pœnisq; crebris obseptæ, nã spinas & tribulos germinat terra ipsi Adæ, quia propter eius præuaricationem mala nostra vndiq; profert. Peregre Venerem Ethnicus in pectore rosam spinosam gestare effingebant, quod concupiscentia in voluptatibus ipsis curas & mala plurima deferat: rosa siquidem rubet, sed pungit, cum nil iucunditatis in vita illecebrosa absque rubore, & exulceratione culpæ reperiatur. Non est igitur malum in ciuitate, quod non fecerit princeps, eaq; de causa Christi caput spinis coronatur, quod Adæ, eiusq; prosapiæ scelera expianda, atq; pœnas luendas ipse suscepit. Quid igitur conquerimur, si malis vndique obruimur, cum ex nobis ipsis, non ex Deo prodeant?

Deus bonorum tantum auctor, non malorum.

Isa. 45.

Deus quomodo dicitur creare lucem & tenebras, pacem & malum.

Amos 3.

Homo malorum est auctor.

Eccles. 7.

Tria malorum genera peccatum exorta sunt homini.

a. Examinare debemus opera nostra Dei exemplo.

HVGΘ Victorinus de Sacramentis libro primo.

Sed & illud non negligenter transeundum est, quod dicitur; Vidit Deus lucem, quod esset bona, & diuisit lucem à tenebris, & vocauit lucem diem, ac tenebras noctem. Fecit enim, & vidit: deinde diuisit, & vocauit. Quare vidit? Noluit prius diuidere, quam vidisset. Prius vidit an esset bonum, & tunc demum diuisit lucem à tenebris, & vocauit lucem diem, & tenebras noctem. Adducet enim omne opus suum in iudicium.

parte prima cap. 12.

Deus, à quo nil malum, nil imperfectioni mistum prodire potest, opera sua rimatur, & speciosissimam omnium lucem ponderat, & nos, qui natura deprauata non nisi diuinæ gratiæ ope, quod bonum est, gignere possumus, quorum opera omnia defectibus cernuntur conspersa, tenebras nostras, actus, inquam, nostros imperfectione infectos non ponderamus, non examinamus, non rimamur. Præclarissima vtiq; prodire opera Dei

Vidit Deus lucem quòd esset bona.

- a. *Examinare nos debemus opera nostra Dei exemplo.*
 b. *Dijudicandum est, an lux sit bona, scilicet.*
 c. *An Angelus sit, vel Lucifer transfiguret se in Angelum lucis.*
 d. *Vtrum inspiratio sancta, an fictitia, & diabolica.*
 e. *An iustitia vera, an hypocrisis.*

Tropologicè

Opera nostra
quomodo à
nobis exami-
nauda.

Gen. 27.

parte prima
cap. 12.

in Mundi effectione, adeo vt de ipsis pronuntiare illud possimus: Materiam superabat opus. Ex ea rudi massa, incongestaque, profiliit lux candida, agilis ignis, labilis aer, fluens aqua, immota terra; nitens prodijt Coelum, inalterabile, incorruptibile, nulla vnquam motione lassandum: Prodiere amplissima maria, amœni lacus, scatentes fontes, in deficientia flumina, erumpentes riui. Protulit terra virefcentia germina, tenellas herbas, mirè olentes flores, suaues fructus, proceras plantas. Emicuerunt astra, coruscans videlicet Sol, nitens Luna, fulgentes stellæ, Coelum quasi gemmis venustantes: Prodiere pisces, & aues ex coenosa aqua, bruta quadrupedia ex limo, quæque sensili animâ pollentia currunt, volitant, natant, viuunt: atque ita materiam superabat opus: Talia tamen & tam præclara opera Deus rimatur & examinat. Cur itaque nos opera nostra imperfecta, exilia, omnibusq; defectiõibus obducta, vt Deo placeamus, non examinamus, neq; consideramus, an Deo sint grata, an superna beatitudine condigna? Examinemus igitur ea diligenter, sed attendas modum: Regula nostra diuina lex est, exemplar Christus, speculum conscientia. Satagamus igitur opera nostra, secundum normam, secundum leges iustas proferre: probemus, an sint secundum exemplar: adæmus speculum conscientia, in ipsa tanquam in speculo operum nostrorum imagines cõtemplamur ad instar mulieris, quæ totam faciem suam ad speculum pulchram reddere contendit. Vitam nostram reformemus, ne munera operum nostrorum Deo oblata, despiciantur, atque reijciantur: Munuscula nostra, & ieiunia, eleemosynas, orationes, misericordias, largitiones, magna profectò impuritã affecta, auro meriti Christi contegamus, vt saltem eius nitore accepta sint pientissimo Patri, & ante illum suauiter redolectant, adeo vt dicat cum Isaac: Ecce odor filij mei, sicut odor agri pleni.

- b. *Dijudicandum est, an lux sit bona, scilicet; c. An Angelus sit, vel lucifer transfiguret se in Angelum lucis.*
 d. *Vtrum inspiratio sancta, an fictitia & diabolica.*
 e. *An iustitia vera, an hypocrisis.*

H V G O Victorinus de Sacramentis libro primo.

Et non solum opera alia, quæ in luce fecit, vidit Deus, quòd esset bonum: sed ipsam quoque lucem vidit, quòd esset bonum, & diuisit lucem & tenebras. Nam ipse Angelus malus transfiguratur se aliquando in Angelum lucis, & ingerit se ad decipiendam mentem, quasi lux vera. Sed hæc lux non est diuidenda à tenebris, nec vocanda est dies, sed nox: quia speciem quidem lucis habet, sed tenebras veras. Propterea prius vidit Deus lucem, an esset bona, vt non statim credamus omni spiritui, sed probemus spiritus si ex Deo sint, & cum viderimus lucem, quia bona est, tunc demum diuidamus lucem à tenebris, & vocemus lucem diem, & tenebras noctem. Ergo non solum studendum est, vt lux præcedat in operibus nostris, & vt in luce fiant opera nostra: sed ipsa quoque lux prius videnda est, & consideranda diligenter: & sic postremo, cum viderimus lucem quia bona est, diuidamus lucem à tenebris, & vocemus lucem diem, & tenebras noctem.

Documentum saluberrimum nobis tradit hoc loco Deus, dum nos edocet inspicere lucem, an sit bona: Plura siquidem sunt, quæ lucis nomen & speciem præferunt, sed fictitia sunt lumina. Angelus lux est, & Satanas quandoque transfiguratur se in Angelum lucis. Inspiratio ex gratia profiliens lux est, quæ cor illustrat, sed inspiratio quoq; à Dæmone aliquando suggeritur, quæ lucis speciem gestat. Iustitia in iusto lex est splendida inter tenebras vitiorum, verum & hypocrisis lumine hoc indui sæpius studet. Videndum

Vidit Deus lucem quòd esset bona.

- a. *Vtinam videat Deus animam meam, vt vidit lucem, & erit bona.*

Diuisit lucem à tenebris.

- a. *Idest, Angelos à Dæmonibus.*
 b. *Hoc est, fideles ab infidelibus.*

dum est igitur & solerter discutiendum, num lux sit bona, an scilicet vnumquodq; horum luminum genus bonum sit, uel prauum, an uerum, uel fictum. Ego hoc loco, breuitatis gratia, de singulis horum metaphoricorum luminum generibus exempla solummodo adducam, quibus cognosci uera à fictitijs possint. Sunt duo in Cœlo luminum genera; alterum residens in Cœlis, ut stellæ; alterum in superna aeris regione ex ignitis & calidis exhalationibus progenitum, quod stellarum speciem sæpe præfert, cuius generis cometæ sũt, & alia meteororũ genera. Sed quæ nã est inter lumina ista discrepãtia? Stellæ quidem inditum sibi à Deo cursum & motum in orbem explent; ignitæ autem impressiones, vel consistunt, vel certè sub & supra feruntur. Hoc prorsus est discrimen inter Angelum veram lucem, & Satanam transfiguratum. Angelus lux vera, Dei mandata exequitur, in obsequiumq; & Mundi utilitatem splendet, & nos per Dei mandata proficisci pariter admonet. Satanas verò sua perstat in obstinata voluntate, ferturque tantum vel supra per propriam elationem, vel sub, in quantum Dei virtute comprimitur, & coercetur: coruscaturque vt portentum ad Mundi excidium, nosque pariter vel superbia inflari, vel desperatione deiici edocet. Effunditur lux, quæ simul claret, & calefacit, ut lux Solis præcipuè in meridie: diffunditur etiam lux altera, quæ fulget quidem, sed calorem non emittit: Ita duo sunt genera inspirationum; Alia inspiratio est, quæ mentem illuminat, & cor calefacit; inspiratio enim sancta est ipsa gratia, quæ non tantum mentem illustrat, sed spiritum quoque excitat. Inspiratio uerò fictitia illuminare quidem videtur, & primo aspectu cuncta collustrare; sed licet sæpius reflexa, idest, iterata, nunquam tamen calorem vllum excitat, nisi in concupiscentia. Quapropter qui hæc genera luminum, seu inspirationum discernere cupit, adeat orationem, in eaq; diutius persistat; tuncque si inspiratio sancta erit, spiritus utique exardescet; at si fictitia, euanescat certè oportebit. Perfundit etiam lux aërem, sed non æquali modo; quandoque enim pura est, & nitida, maximè in superna regione; quandoque autem rubeſcit quoquomodo, quia uaporibus crassis est obuolutus aer, præcipuè in ortu & occasu Solis, cum & Solis ipsius orbis ob eosdẽ vapores aliquando & maior & rubentior uideatur. En uerã iustitiã, & simulatã exemplum. Iustitia uera lux est pura, nitens, & candida, quoniam propter solam uirtutem operatur; hypocrisis uerò, & affectata probitas magis rubeſcit, quia est fucata, & exhalationibus, proprijs nepe affectionibus, uel inanis gloriæ, uel acquirendarum opum vel consequendarum dignitatum, vel huiuscemodi alterius rei gratia, est obuoluta. Beatus igitur, qui Dei exemplo vidit lucem, quòd sit bona, dijudicans inter lucem & lucem, bonamque approbans, malam repellit.

- a. *Vtinam videat Deus animam meam, vt vidit lucem, & erit bona.*

Vidit Deus lucem, quòd esset bona, placuit scilicet, ut ea bonitate maneret, qua placuit vt fieret. Augustinus de Genesi ad literam libro primo, capite tertio, & Iunilius vt supra retulimus, hunc locum ita sunt interpretati. Quia igitur Deus res ipsas aspexit, in causa fuit, ut res, sicuti bonæ manarant, ita bonæ persisterent. Vidit autem Deus lucem in luce; in luce scilicet æterna vidit lucem hanc nostram micantem, quòd esset bona. Dicam igitur & ego: Vtinam uideat Deus animam meam, vt lucem, lucis suæ gratia, & iustus effectus, bonus permanebo. Oculos Deus uibrat iustitiæ, & misericordiæ.

Iustitiæ

Tropologicè

Allegoricè.

Angelus bonus
quomodo
cognoscatur.Inspiratio bona
& ficta
quomodo
agnoscantur.Iustitia uera
& simulata
quomodo
notescant.Videre Dei
conferuat bonitatem
in rebus.

Exod. 20.

Dan. 10.

1. Cor. 25.

Is. 7.

Gen. 3.

Iustitiæ oculos aperuit à lapsu Adæ ad Christum, quia erat Deus zelotes, vindicans iniquitatem patrum in filios in tertiam, & quartam generationem: Oculi autem hi fuere, de quibus Propheta; Oculi eius ut lampas ardens. Nam ante Christum cuncta in Deo erant ignea, thronus, indumenta, oculi, & os, quia cuncta iustitiam affectabant. Sed oculus ille in Deo non erat connaturalis, Verùm ex quo Christus homo factus est, oculi eius, columbarum oculi redditi sunt, quia effectus est Deus pater misericordiæ, & totius consolationis. Hic oculus est, de quo D. Paulus; In ietu oculi, & in nouissima tuba. Vix enim oculus hic misericordiæ claudetur, quod mox iudicium nouissimum apparebit. Videat igitur me Deus hoc oculo misericordiæ, ut siam bonus. Sed quæ de causa? Quoniam, cum in me respexerit Deus, imaginem suam in me exsculptam conspiciet; fecit enim me ad imaginem, & similitudinem suam: Delectabiturque in factura sua, quia delicæ eius esse cum filiis hominum; nec propter scelera mea id perire patietur, quod suum est, suaque imagine decoratum. Ea de causa me uocauit, iustificauit, magnificauit, glorificauit. Qua enim de causa dictum est Nathanaëli; Hic est uerè Israëlita, in quo dolus non est, nisi quia uidit eum sub ficu? Sed hoc altiore exposcit speculationem. Nathanaël typus est generis humani, hoc uerum Israëlita effectum est, quia Deus uidit ipsum sub ficu; & quænam ficus ista, nisi illa, de qua in Genesi habetur; Cum cognouissent se esse nudos, consuerunt folia ficus, & fecerunt sibi perizomata, uidelicet tentoria; Quid, inquam, est esse sub ficu, nisi diuina miseratione esse protectum? Sub hac enim ficu stetit humanum genus usquequo ipsum uidit Deus, & ad salutem uexit. Beata igitur erit anima mea, si in luce gratiæ Deus ipsam, ut lucem, spectabit, atque ut bonam approbabit.

a. *Idest, Angelos à Demonibus.*

AVGVSTINVS de Ciuitate Dei libro vndecimo.

Cap. 19.

Inter illam uerò lucem, quæ sancta societas Angelorum est, illustratione ueritatis intelligibiliter fulgens, & ei contrarias tenebras, id est, malorum Angelorum auersorum à luce teterrimas mentes, ipse diuidere potuit: cui etiam futurum, non nature, sed uoluntatis malum, occultum aut incertum esse non potuit.

Hæc supra etiam à nobis recitata sunt in Glossa Literali: confirmatiq; habent, Eucherius, Beda, Rupertus, Glossa tum Interlinearis, tum Ordinaria, ut in eadē pariter Glossa nostra conspici potest. Quamuis uerò hæc interpretatio deducta sit eo loco, ut literalis, quia talem præfati Patres eam existimarunt, non erat tamen hic prætermittenda ut mystica, cum ceteri Patres omnes ferè eam magis ad mysticum, quam ad literalem sensum inclinare arbitrentur.

Misericordia & iustitia in Deo.

Deus in origine Angelorum & hominum iustitiam & misericordiam suam patefecit.

Ezech. 23.

Deus noster summè misericors, & summè iustus, & misericordiæ & iustitiæ præclarissima nobis edidit monumenta. Hæc quippe sunt duæ ipsius manus, dextera efficax, & sinistra lenis. Hæc duo uera, quibus exhibet lac, & uinum. Hæc duo sunt oculi, quorum alter ut fulgur ualde est minax, alter uerò suauis, & placidus. Hæc duo pedes, quorum alter progreditur ante, & alter retro consistit. Hæc leo, & agnus sub eius curru iugati, de quibus aliàs prolixius. Cæterum si Deus unquam iustitiæ misericordiæq; suæ egregium efficacem præbuit argumentum, profectò in origine duarum creaturarum spirituum, Angelicæ, & humanæ, eas præcipuè demonstrauit. Ecce testimonium de iustitia: Diuisit lucem à tenebris; mox siquidem ut elati tumore superbiæ peccarunt Angeli, diuisit Deus lucem à tenebris, mox, inquam, sine ulla temporis dilatione. Neq; enim Luciferi, desertorumq; Angelorum sublimis natura, candor, ac puritas, nec intellectus celsitudo, nec uoluntatis alacritas, nec donorum naturalium sublimitas, nec fortè gratiæ, & supernaturalium donorum ueritas, diuinam potuerunt iustitiam cohibere. Quid? Nonne erat Lucifer signaculū similitudinis Dei? sapientia cœlesti refertus? decore inenarrabili sublimatus? in delicijs paradisi positus? opertus omni lapide precioso, egregijs donis, tum naturalibus, tum supernaturalibus ditatus? in montem Dei sanctum, uidelicet in Empyreum Cœlum euectus? in medio lapidum ignitorum, in medio Seraphin, qui Dei charitate exardescunt, residens? Lucifer, qui mane oriebatur, nonne erat Angelorum princeps? & nihilominus mox ut tumuit, mox ut elatus est, statim decidit, protinus est pulsus, confestim in exilium actus, extemplo Dei gratia destitutus, repente ad

ad gehennam condemnatus. Magnum certè hoc est Dei uetricis iustitiæ exemplum. Discas ex hoc tu homo, superbè non sapere, sed Deo placita semper humilitate proficere: ut quid enim superbis terra, & cinis? Tu, inquam, qui non ut Angelus, spiritus es corporis expers, sed luteam farcinam gestas; qui terra es, nec tantum terra, uerum & cinis, terra scilicet, concupiscentijs proprijs, quasi igne arefacta. Terra equidem homo est, quia à Deo formatus de limo terræ: cinis uerò, quatenus culpæ obnoxius. Quid igitur superbis? Quid non times Dei iustitiam, si Angelo, qui præstantissimus est creaturaru, poenas meritas inflictas conspicias? Misericordiæ uerò diuinæ insigne exemplum in humana natura spectari potest. Conditus fuerat homo in iustitia primordiali tanquā in luce, coinquinauit se labe culpæ, & effectus est caligo, & tenebræ; & nihilominus Deus nō statim diuisit lucē à tenebris, sed exortū est in tenebris lumen rectis, quia misericors, miserator, & iustus. Humanum scilicet genus non prostrauit, nec interneconi tradidit, sed cum in tenebris esset, exortum est ei lumen, uidelicet Christus, de quo scriptum est; Erat lux uera, quæ illuminat omnem hominem uenientem in hunc Mundum, quia misericors, miserator, & iustus Dominus; misericors, nēpe misericordia pius, miserator, in ipsa miseratione longæuus, & iustus tandem, quia contemnentibus, spernentibusque misericordiam, iustitia, quæ eorum facinora uisciscatur, tantum superest. In Angelum igitur Deus fuit maximè iustus, quoniam diuisit statim lucem à tenebris; In hominem fuit misericors, cum eum non damnauit, & miserator, cum expectauit: quapropter non diuisit lucem à tenebris, sed exortum est in tenebris lumen rectis.

b. *Hoc est, fideles ab infidelibus.*

Notificauit nobis interpretationem hanc D. Paulus, cum loquens ijs, qui fidem receperant, dixit; Eratis aliquando tenebræ, nunc autem lux in Domino: tanquam dixisset; Eratis aliquando in tenebris, nunc autem in luce, Domini gratia. Sed quænam discretio hæc est lucis ac tenebrarum, fidelium, & infidelium, cum in eadem regione Mundi simul degant, & commorentur? Mundus Aegyptus est, in qua Israëlita lumine perfunduntur, & Aegyptij profundissimis tenebris obruuntur. Diuisit igitur Deus lucem à tenebris, cum illis impertitus est fidei lumen, hi sua pernicaci uoluntate in tenebris iacuerunt. Sed quid? Mundus hemisphæria duo habet; aliud, in quo fulget Sol, & dies; aliud suppositum, in quo diffunditur umbra, & nox. Fidelium quoque alij degunt ita in hemisphærio superno, ut luce Solis illustrentur, & sunt pij, atq; iusti, qui non tantum fidem rectam tenent, sed etiam radium, & calorem charitatis, gratiq; secum gestant: sunt alij, qui in ortu & occasu fermè positi, lumine quidem Solis illuminantur, sed calore radiorum eius non fouentur, hiq; aurora tantum, vel serotino albore poriantur, & sunt, qui fidem gerunt catholicam quidem, sed mortuam, nempe sine gratia, quia noxa lethali præpediti deturpati; sunt, nec charitatis radio calefiunt. Rursum, alij degunt in hemisphærio supposito, in tenebrarum horrore: & horum alij sunt, quibus splendet Luna, Moses & lex, ut Iudei; alijs stellæ nonnullæ, ut Hæretici, qui fidei articulis omnibus nō credunt; ut Manichæi, qui in Christo consistuntur deitatem, negant humanitatem: Arriani, qui in ipso fatentur humanitatem, deitatem inficiantur: Sabeliani, qui naturæ unitatem in Deo profitebantur, sed Personarum sanctarum Trinitatem tollebant. Tandem Gentili populo nullum certè claret lumen, quippe qui in obscuris, densis, crassisq; ignorantie nubibus degit, & uolutatur. Gratias referamus nos Deo, qui nobis lucem exhibuit, & diem. Enitatur igitur in die honestè ambulare, & in meridie stare, non in occasu & ortu. Cæterum si (quod Deus auertat) meridiana in luce, fide, inquam, charitate flagrante nos destitutos, orbatosq; cognoscimus; curémus saltem in ortu potius, quam in occasu degere; ut magis à rosida aurora accessum habeamus ad lucem enascentem, & gratiam, quam ab obtenebrescente crepusculo serotino ad tenebras & densiorem noxarum fuliginem proficiscamur; & in atra nocte æternæ damnationis miserimæq; recondamur.

Separauit

Homo cur terra & cinis dicatur.

Psal. 111.

Io. 1.

Eph. 5.

Exod. 10.

Fidelium uarietas.

All egoricè.

Moraliter.

Tropologicè.

Gen. 8. Cerui & Columba in Diluio allegoricus sensus.

Baptizatorum varia conditiones ex varia ipsorum preparatio ne ad baptismum.

Diuisit lucem à tenebris.

- a. Separauit lucem, hoc est, hominem suscipientem effectum baptismi, ab ijs qui sacramentum, & non rem suscipiunt.
b. Iustos à peccatoribus in libro vite.
c. Seiungendum exemplo Dei bonum à malo, nec laudanda mala, vituperanda bona.

a. Separauit lucem, hoc est, hominem suscipientem effectum baptismi, ab ijs qui sacramentum, & non rem suscipiunt.

ANASTASIVS Synaita Commentarijs in Hexameron.

Quamobrem tanquam iam à fide, & à bona vita illuminata creatura, & ab ea in baptismo separatis que in ea erant peccati tenebris & incredulitatis, statim subiunxit scriptor dicens; Et separauit Deus inter lucem & inter tenebras, que erant super aquam abyssi. Quod præsignificauit etiam ille due volueres, que emisse sunt ex arca Noè. Vnde licet videre illic quoque priores esse tenebras. Prior enim coruus euolauit super aquas: & cum vel suffocatus esset & perisset tenebrosus coruus Sathan, aut etiam ad crassitudinem, & carnalitatem peccati adhaesisset, non enim possunt omnes sermonem capere: tunc spiritus Dei columba superferrebat, volans super aquam, non inueniens requiem pedibus suis, vt tabernaculum figeret in homine, aut inhabitaret, & inambularet, etiam si omnia montium cacumina essent detecta.

Qui in sacro fonte baptismatis renascuntur, non eandem omnes nanciscuntur status conditionem, idque ex varia eorundem prouenit dispositione, ac præparatione. Alij sunt, qui sacramentum quidem suscipiunt, sed quia ficto animo ad ipsum accessere, effectum, nempe renouationem, viuificationemque non consequuntur. Alij sunt, qui infirmi animo, atque imbecilles, quasi nutantes in fide ipsum adeunt, & hi non completum, perfectumque sacramenti effectum sortiuntur. Alij tandem, qui puro animo, stabili, inconcussaque fide ad suscipiendum ipsum accedentes, non tantum sacramentum, sed & rem sacramenti vberimam adipiscuntur. Quæ præfigurata sunt in duabus illis volucribus, quæ emisse sunt ex arca: Post Diluuium nanque sacri baptismatis, prior coruus euolat super aquas, hic cadauera reperit putrescentia, ipsaque dilacerat, & deglutit. Coruus Sathan tenebrosus est, qui super fictè baptizatos redit, ipsosque in peccato obsolescit & putrescentes dilaniat. Exemplum nobis est Simon ille magus, qui fortè, vt donum consequeretur miraculorum, ad baptismum accessit, fidem sanctam illudens, propterea in peccato obduratus funestè interijt. Egressa est & columba, quæ quidem volitans super aquas, nec requiem cõperiens, primò redijt ad arcam. Columba Spiritus Sanctus est volans, vt quiescat, & inhabitet in baptizato, sed ob impudentiam quandoque, vel elationem, vel callosam foecordiam quorundam baptizatorum, in infirmis animis quiescere non valens, redit ad Cælum. Columba hæc egreditur & secundò, virescentiaque corda reperiens, baptizatorum videlicet plurimorum animos pios, super ipsos quiescit, & ad gignendos sanctæ vitæ vberimos fructus, opem impertitur. Diuisit igitur Deus lucem à tenebris, quia quamuis omnes isti post baptismum in Ecclesia resideant, non tamen omnes lux sunt; sed alij lux, alij tenebræ; hancque lucem & tenebras benè separat Deus, qui corda omnium intuetur, & merita singulorum æqua lance librat.

b. Iustos à peccatoribus in libro vite.

EVCHERIVS Commentariorum in Genesim libro primo.

Tunc iam Deus iuxta præscientiæ suæ gratiam, diuisit inter lucem, & tenebras, id est, filios Dei & lucis à peccatoribus, tanquam à tenebris, iustos vocans diem, & illos noctem. Nam quia in Ecclesia lucis nomine iusti appellantur, audi Apostolum; Fuiſtis, inquit, aliquando tenebræ, nunc autem lux in Domino.

Isidorus vt in Prothematibus Glossæ Ordinariæ ea ipsa.

BEDA libro de Sex dierum creatione, hæc ipsa non mutatis verbis edocuit: Et Expositione in Genesim.

Diuisit Deus inter lucem & tenebras, hoc est, inter peccatores recedentes à veritate, & iustos manentes in eadē luce. Glossa

GLOSSA Interlinearis.

Diuisit lucem: id est, filios lucis: ac tenebras, peccatores.

Ecclesia paradus est, in quo resident & serpens & agnus: Arca, in qua referuntur animantia munda, & immunda: Manus demittens coruum & columbam: Tabernaculum, in quo nudatus Noë, nempe Christus, à Cham illuditur, & à Seth obtegitur: Cœlum Abrahæ demonstratum, innumerabili stellarum, tum cadentium, tum surgentium acie decoratum; Scala Jacob, per quam descendunt, & ascendunt Angeli: Hæc nigra & speciosa, de qua dicitur; Nigra sum sed formosa, sicut tabernacula cedar, sicut pelles Salomonis: Templum, in quo adfunt sancta, & sancta sanctorum: Acies Gedeonis, in qua accersiti erant & lambentes manibus aquas, & ore eam deglutientes: Lectulus, in quo iacent, & mulier, quæ puerum suffocauit, & quæ suum non compressit: Terra promissionis, in qua simul habitant & Israëliti, & Iebusæi: Sagena, pisces bonos, & malos concludens: Ager, zizania, & triticum proferens: Atrium, prudentes virgines, & fatuas recipiens. Cæterum quanquā omnes Christicolæ numero sint in Ecclesia, plures merito ex ea eiciuntur. Deus uerò, cuius inenarrabilis est sapientia, librum habet, quo ex præscientia prædestinatos seiungit à præscitis; vt lucem à tenebris. Beatus igitur, qui scriptus est in libro vitæ: infelices, de quibus dictum est: Deleantur de libro viuientium, & cum iustis non scribantur. Liber hic liber est ille scriptus intus & foris, signatus sigillis septem, scriptus, inquam, cum eius pagina sit Verbum æternum Dei imago, manus, quæ scripsit, Filius, calamus, Dei certa deliberatio; atramentum, sanguis agni Christi immaculati; nomina, ipsa electorum prædestinatio, & peculiaris gubernatio; scriptus autem intus & foris, quia intus prædestinati, foris præsciti; signatus sigillis septem, vt infallibilem, irreuocabilemque, denotet eorum prædestinationem, adeò vt prædestinati certe nasci sint gloriam, præsciti verò damnandi. Verum si ita est, quid deprecabatur Moses, cum aiebat: Aut dimitte huic populo hanc noxam, aut dele me de libro tuo, quem scripsisti? De libro igitur vitæ deleri poterat, ut ex prædestinato fieret præscitus. At uerò respondeo, quod liber viuientium hic interpretandus est de vita hac, quasi Moses populi sui salutem, quam vitam suam magis affectaret. Vel dicamus, quod impossibile Deo proposuit, vt quod exoptabat consequeretur. Cæterum liber iste in ore dulcoris, in uentre amarum apparet; spe certe, qua prima fronte fideles se numero prædestinatorum concludi existimant, liber hic dulcis est in ore; sed timore deinde, cum maximam in adipiscenda uita difficultatem agnoscent, amarus redditur. Concludo cum Apostolo; Satagite, ut per bona opera certam uestram uocationem faciatis. Nobis quippe incumbit, & nostrum est iuste, & piè viuere cum Christo, vt sit nobis mori lucrum.

c. Seiungendum exemplo Dei bonum à malo, nec laudanda mala, vituperanda bona.

HIERONYMVS Commentariorum in Esaiam libro secundo.

Eiusdem criminis est, bonum, lucem, & dulce contrarijs vocare nominibus, cuius malum tenebras, & amarum, uocabulis appellare uirtutum. Hoc contra eos, qui peccatum non putant, si bono derrahant, & non existimant esse delictum, si laudent malum. Ponunt autem Iudæi bonum malum, & lucem tenebras, & dulce amarum: suscipientes Barabam latrocinij & seditionis auctorem, & crucifigentes Iesum, qui non uenerat nisi ad oues perditas domus Israël: ut saluaret quod perierat. In Baraba intelligamus Diabolum, qui cum sit nox, & tenebræ, transfiguratur in Angelum lucis. Vnde & Apostolus loquitur; Quæ participatio iustitiæ cum iniquitate? quæ societas luci ad tenebras? qui consensus Christi & Belial? Neque enim lucerna tollenda est, & ponenda sub modio, vel sub lecto: sed supra candelabrum, vt omnibus luceat. Nec arbor malos afferens fructus, bonæ arboris est appellanda uocabulo. Vnde in Genesi mystico sermone narratur, quod diuiserit Deus inter lucem ac tenebras, quæ in principio super abyssum ferebantur.

Quis ita est desipiens, ingenijque ruditate obrutus, qui adeò hallucinetur, ut tenebras dicat lucem, & lucem tenebras, noctem diem, & diem noctem, bonum uidelicet malum, & malum bonum, dulce amarum, amarum dulce, uirtutem uitium, uitium uirtutem, gratiam noxam, noxam gratiam? esset enim in ipsa splendescente luce cecuti-

KKK re,

Ecclesia quibus figuris significata. Gen. 9.

Cant. 1.

Psal. 68. Apoc. 5.

Exod. 32. Moses an scribatur se deleri de libro vitæ.

1. Pet. 1.

2. Cor. 6.

Moraliter

Tropologicè

- Diuisit lucem à tenebris.**
- a. Animam à vitio, seu culpa seiungendam edocet.
 b. Hoc est, incompatibilia fecit gratiam, & peccatum lethale.
 c. Non est connectenda iniustitia vitæ, cum iustitia Christi.
 d. Deus lucem condidit, & tenebras ordinauit, idest, bonum fecit, malum tantum disposuit ad bonum.

re, atque caligare. Cæterum, si qui in hanc decidunt caliginem, vespertilionibus comparari possunt, qui cum lucem inuisam habeant, tenebris tantum oblectantur. Improbi certè homines, veluti carnalibus illecebris, terrenarumque rerum curis oppressi; adeo lucem, virtutem, gratiam detestantur, ut tenebras, vitium, culpas consecrari tantummodo concupiscant. Sed memorent, quæso, vespertilionem serò prodire, crepusculo vespertino, atque ubi tribus aut quatuor spatiolis uolatum exercuerit, à noctis tenebris occupari, adeo ut in ipsis obruatur. Animaduertant, inquam, hi nostri vespertiliones, dum in criminum delectatione sordescere incipiunt, adeo ut dicant bonum malum, & malum bonum, iustitiæ exiguam, pallentemque lucem, illis adhuc superesse, sed citius se in profundis reprobè sensus tenebris eo miserando euentu casuros, ut ad tenebras exteriores præcipites rapiantur.

a. Animam à vitio, seu culpa seiungendam edocet.

Psal. 4.

Anima nostra lumen illud est, de quo scriptum legitur, ut supra etiam exponebamus, Signatum est super nos lumen vultus tui Domine; nobis indita est anima, lumen nuncupata, quoniam anima spiritus est, spiritualisque omnis creatura, lucis nomine decorari metaphoricè potest; Lumen autem vultus Dei anima perhibetur, quia ipsa imago est, & similitudo Dei, cum spiritus sit, sicuti & Deus. Diuidenda est igitur lux à tenebris, seiungendum est animæ lumen, & lumen vultus Dei, à tenebris, à criminibus, & flagitijs animam ipsam sædantibus. Afferam de hac re tantum exemplum. Anima nostra speculum est perpolitum quidem natura, & tersum, quia effusa est à Deo in Adam, & in nos, nulla impuritate coinquinata. Splendet in hac imago Dei, quia homo factus est ad imaginem ipsius & similitudinem, animæ ratione. Superficie s huius speculi conscientia est. At supra superficiem hanc quandoque status calidus nubeculas diffundit, quæ & speculum maculant, & imaginem in eo velant ac tegunt. Super speculi huius faciem, super conscientiam, status nonnulli quandoque propriæ concupiscentiæ disperguntur, qui nubeculam, crassitudinē in conscientia gignunt, & speculum, animam ipsam sædant, imaginemque uelant, & obscurant. Detergendum est igitur speculum, lineoque panno submouenda crassities illa statiosa, ut speculum emicet, & imaginem perspicuam demonstrat: comprimendi sunt hi status, hi carnis, & concupiscentiæ halitus, & lineo panno, mortificatione abstergenda est facies speculi, nimirum conscientiæ; tuncque anima clarā perspicuamque præferet Dei imaginem & similitudinem, quod est lumen sibi insitum. Hac arte ediscant mortales diuidere lucem à tenebris, animam videlicet seiungere à tenebris peccatorum.

Anima nostra ut speculum.

b. Hoc est, incompatibilia fecit gratiam, & peccatum lethale.

STEPHANVS Cantuariensis vt in libro Allegoriarum.

Et diuisit lucem à tenebris, Peccatum mortale à gratia. Sol enim secum non sustinet in eodem hemisphærio noxam: sed quando nox est superius, Sol est inferius: quia dum mortale peccatum regnat in homine, homo Solem nescit: idest, Christi gratiam contemnit, & hunc conculcat sub pedibus. Quando verò Sol in eo regnat, Diabolum

Diabolum conculcat, & habet sub pedibus suis. Verum sicut Sol nebulam sustinet, sic gratia veniale peccatum.

Elegans nobis proposuit exemplum pius hic Doctor, quo clarissimè demonstratur gratiam & peccatum non posse confimul in anima commorari: Dicamus igitur: Sol emicantissimo suo globo lucem effundit, quæ duo obstaculorum genera offendit; aliud nebularum, & caliginum; aliud corporum opacorum, quæ lucem suscipere nequeunt, nec ipsam transfundere atque transmittere. Hæc autem vmbra ex necessitate porrigunt, & tenebras luci repugnantes & aduersas. Sol Christus est gratiæ fons, radius Solis, siue lux, ipsa est gratia in microcosmum diffusa: Hæc duo se impediencia obuia reperit, nebulas & caligines; delicta nempe venia digna, quæ sicuti nebulae lucē suscipiunt, sed non puram, atque synceram transmittunt; sic ipsa gratiam quidem sustinent, sed non ad eam pura est, efficax, clara, & nitescēs gratia in anima venialis delicti cōscia, quemadmodum comperitur in anima, nulla huiusce generis noxa commaculata. Rursum obuium habet & terræ globum, amplissimamque sphaeram, mortiferum videlicet crimē, quod nec gratiam patitur, nec ipsam transfundit, sed vmbra porrigit, culpam omnino ipsi gratiæ contrariam, & repugnantem. Facinus verò lethale, vt terra est opaca, quoniam rerum terrenarum, carnalisque concupiscentiæ effectus est, quæ nullum habent ad suscipiendam gratiam propensionem & aptitudinem; gratiæ siquidem spiritus est capax & homo interior; non caro, & homo exterior: ex quo sequitur in anima non posse lucem vel gratiam emicare, quousque vmbra, & tenebræ lethiferi sceleris in ipsa sedem obtinent.

Duo lucē impediencia duo genera peccatorum, lethale, & veniale.

c. Non est connectenda iniustitia vitæ cum iustitia Christi.

D. BERNARDVS Epistola centesima septima discretionem hanc iniustitiæ, quasi tenebrarum, & iustitiæ, quasi lucis, à Deo in improbo effectam, his declarat.

Et tunc demum quasi diuidit Deus lucem à tenebris, cum peccator Sole illucescente iustitia, abiectis operibus tenebrarum, induitur arma lucis: & is, quem prior vita ac propria conscientia, tanquam reuera filium gehennæ, deputauerat ardoribus sempiternis, ad tantam visitantis se orientis ex alto dignationem respirans, gloriari etiam incipit præter spem in spe gloriæ filiorum Dei, quam iam nimirum è vicino reuelata facie, exultans nouo in lumine speculatur, & dicit; Signatum est super nos lumen vultus tui Domine: dedisti letitiam in corde meo.

Psal. 4.

Quæ Deus separauit, homo non iungat. Diuisit opifex lucem à tenebris in nobis veluti in microcosmo, lucem, inquam, iustitiæ collatæ ex gratia Christi in sacramentis, à tenebris iniustitiæ, culparum, & iniquitatum. Audias quomodo. Condiderat Deus hominem iustum, & rectum, quoniam voluntas & spiritus Deo obtemperabant; caro & sensus voluntati, & spiritui parebant: sed cum caligines, concupiscentiæ videlicet carnis & sensus, Adæ voluntatem, & spiritum obuclarunt, facta est iniustitia, quæ caro & sensus voluntati dominabantur, & voluntas Deo reluctabatur. Christus, vt iustitiam nobis redderet, in cruce carnem extendit, ingentiq; passionum, & tormentorum cruciatu laceratæ adeo exiccavit, & arefecit, ut non amplius vapores, idest, concupiscentias, ad partem supernam, ad voluntatē & spiritum scandentes, efflare vel eructare posset; tuncq; spiritum & animam emisit Deo gratam & obedientem, propterea inclinato capite, tradidit spiritum. Atque hæc omnia effecit Christus, non vt propriam à se auferret iniustitiam; quoniam ipse absque originalis delicti labe conceptus, peccatum non fecit, nec inuentus est dolus in ore eius, sed vt nostram tolleret iniquitatem. Quapropter venit in similitudinem carnis peccati, vt in sua carne nostræ simillima, nostram redderet iustam. Si hæc igitur ita se habent, vt quid denuò tenebras cum iustitiæ nitore commiscemus & confundimus? Prohibuit Deus agrum diuerso semine seminari, & tu homo agrum cordis diuerso semine, tum tritico, tum lolio seris? Iussit diuersarum specierum animantia non simul coire, & tu adulterino connubio cum carne, & concupiscentijs tuis nuptias celebras, & monstra gignis? Vetuit Deus vestem lino lanaq; contextam gestari; & tu vestem nuptialem tum virtutibus, tum vi-

Christus, ut iustitiam nobis redderet, carnē in cruce extendit.

tijs confectam defers, cum ad nuptias accedis? Præcepit ne iugaretur bos cum asino: Et tu bouem ruminantem, mentem scilicet meditationibus vacantem, cum asino, cum carnis illecebris, & ignauis simul neccis, & ligas? Diuisit lucem à tenebris; lucem sanctitatis à tenebris iniquitatis, vt illa dies esset, hæc nox, & tu diem ipsum noctem facies? nec memoras Solem hemisphæria duo consimul illustrare non posse. Sed animaduerte & obserua, quod sicuti in Aegypto postquam tenebræ diem opacauerunt, mox primogenitorum nece insequuta sunt: Pertimescas & tu, ne cum in die hac vitæ & gratia, flagitia te obtegunt, pereat primogenitus tuus, videlicet spiritus. Hora nona, cum tenebræ factæ sunt super vniuersam terram, mortuus est Christus: Poneas, ne quando magis clarescit Sol radijs suis, nimirum gratia, tenebræ iniquitatum te obruant, pereatq; in te Christus.

d. Deus lucem condidit, & tenebras ordinauit, idest, bonum fecit, malum tantum disposuit ad bonum.

AUGUSTINVS de Genesi ad literam imperfecto, capite quinto.

Hac sententia vult intelligi, diuisit Deum inter lucem & tenebras, eo ipso, quo lux facta est, oportet accipi, quod aliud est lux, aliud illa priuationes lucis, quas in contrarijs tenebris ordinauit Deus. Non enim Deum fecisse tenebras dictum est, quoniam species ipsas Deus fecit, non priuationes, quæ ad nihilum pertinent, vnde ab artifice Deo facta sunt omnia: quas tamen ab eo ordinatas intelligimus, cum dicitur: Et diuisit Deus inter lucem & tenebras, ne vel ipse priuationes non haberent ordinem suum, Deo cuncta regente atque administrante. Sicut in cantando interpositiones silentiorum certis moderatisq; intervallis, quamuis vocum priuationes sint, bene tamen ordinantur ab ijs, qui cantare sciunt, & suauitati vniuersæ canidena aliquid conferunt. Et vmbre in picturis eminentiora queq; distinguunt, ac non specie, sed ordine placent. Nam & vitiorum nostrorum non est auctor Deus: sed tamen ordinator est, cum eo loco peccatores constituit, & ea perpeti cogit, quæ merentur. Ad hoc valet, quod oues ponuntur ad dexteram, hedi autem ad sinistram. Quædam ergo & facit Deus, & ordinat: quædam verò tantum ordinat. Iustos & facit, & ordinat: peccatores autem, in quantum peccatores sunt, non facit, sed ordinat tantum. Quippe cum illos ad dexteram, illos ad sinistram constituit, & quod in ignem æternum iubet ire, ad meritorum ordinem valet: ita species, naturasq; ipsas & facit, & ordinat: priuationes autem specierum, defectusq; naturarum non facit, sed ordinat tantum. Dixit itaque: Fiat lux, & facta est lux. Non dixit: Fiant tenebræ, & facta sunt tenebræ. Horum ergo vnum fecit, alterum non fecit: vtrumque tamen ordinauit, cum diuisit Deus inter lucem, & tenebras. Ita & ipso faciente, pulchra sunt singula, & ipso ordinante pulchra sunt omnia.

Deus condidit Mundum quædam fecit & disposuit, quædam disposuit tantum.

Deus in condendo Mundo se habuit vt Musicus.

In Mundi huius pulcherrima structura, summus ac sapientissimus opifex efficit quædam, simulq; disponit; qualia sunt cuncta ea, quæ vidit, & erant valde bona: quædam non efficit, sed ordinat saltem, vt sunt rerum tum supernarum, tum terrenarum ab ipso effectarum defectus, priuationes, & præcipue peccatum. De sapientia autem, qua & mala Deus disponit, plura enarrare possemus: sed hoc loco Musica exemplum ab Augustino inductum, sufficiat ventilare. Deus cum Mundum congessit, quasi Musicus concentum lyre induxit, quemadmodum Athanasius in Oratione contra Idola, nos edocuit, Verbum igitur sapientiæq; æterna Coriphæus noster est, qui cantus dulcedine post se, non modò muta animantia, sed plantas & saxa traxit, immò verius corda nostra, quæ sæpe sapius suis in sceleribus perniciosissime callum obducunt. In lyra ista septeni contexit chordas, spheræ scilicet, seu globos, terram, aquam, ærem, ignem, planetas, firmamentum, & Cælum instellare, seu septem creaturarum genera, Angelum, hominem, sensibilia, vegetantia, ex anima, elementa, & materiam primam. Hæ omnes creaturæ, mirifice pulsante diuina manu, sonitum sibi indictum emittunt, cum munus sibi à Deo iniunctum perfecte obeunt; rationalis creatura sola, vt sibi libet, quandoq; in consonantias (vt aiunt Musicæ artis periti) imperfectas cadit, cum imperfecte operatur; quandoq; verò in absouantias labitur, quando contra legem quid concupiscit, profert, & facit. Sed eleganter hæc Deus disposuit. Musici ars est, consonantias eas, quas imperfectas vocant, qualè dicunt esse Sextam, in ipsas perfectas resolvere, vt in Diapente, & Diapason: Ita Deus opera ea, quæ ex natura sua impura sunt, gratia ab imperfecto ad perfectum euehit: Non potest siquidem homo à se aliquid numeris omnibus absolutum absque gratia efficere, quoniam nihil ad perfectum duxit lex. Musici etiam ars est, consonantias ipsas in proximas consonantias absolutas deducere, vti Secundas in

Sextas

Diuisit lucem à tenebris.

a. Idest, electos à damnatis.
Appellauitq; lucem diem, & tenebras noctem.

a. Nature, legis, antiqui testamenti temporas nox: Euangelij verò dies nuncupata sunt.

Sextas in Octauas: Ita Deus crimina, & scelera improbi hominis, contritionis dolore ab eo emisso, qua quoquomodo obstrepere delicta illa videntur, ad summam iustificationis suauitatem & consonantiam redigit: atq; ex ipsis redditur concentus suauior, nã gratior est canorus modulatus, cum post dissona audiuntur consona, q̃ si concentus perpetuis ilaberetur vnisonis, ac consonis. Interpositiones silentiorum quæ pauca dicuntur, inferit & admittit Musicus, vt ceteræ partes clariùs audiantur: Ita Deus aliquorum lapsus per mittit, vt perfectorum, & iustorum gesta sancta magis enitescant. Dulcius enim resonat probitatis sonus inter silentia peccatorum. Concentum igitur huius Mundi, tanquam lyra moderatur Deus noster delicta permittens, & iniquos diuturna misericordia sustinens, vt inde maiorem concentum, maius videlicet bonum eliciat. Vtinam igitur & nos lyram nostram ad Dei exemplum moderemur; Lyra siquidem nostra anima est, pluribus chordis, pluribus animi passionibus prædita. Temperantia est vt arcus, prudentia vt manus, ratio autem articulos digitorum regit, quibus concentum suauem reddere Deo possumus, si passionibus temperantiæ virtute bene compressis, rationeq; ad iustas leges libratis, accommodatisq; vitæ sanctæ nouum canticum cantemus: Musæ siquidem tunc nõ Parnasi montis, sed Cœli, vbi nõ Apollo, sed Angelus noster psallit, efficiemur, si honesta, bonaque disciplina uitam instituerimus; Eusebius enim à *uero* Musas dictas arbitratur, quod significat honesta, bonaque disciplina instituit; Tunc siquidem cum Dauid laudabimus Dominum in psalterio, & cithara, &c.

a. Idest, electos à damnatis.

Nunquam certè, nec vllò in loco facienda est lucis à tenebris maior seiunctio, quam in postremo illo, ac terrifico iudicio, in quo perfecta & absoluta efficietur lucis, ac tenebrarum discretio secundum cuncta luminum, atque tenebrarum genera. Segregabuntur ad eò in supremo illo die lux & tenebræ, quod altera ex parte electis omnia clarescēt, mirificoque nitore effulgebunt: ex altera reprobis, & damnatis, proscriptisque cuncta obtenebrescent, & atro squalore nigrescent. Iustis siquidem lux erit iudicis facies speciosissima, lux anima, lux corpus, lux societas, lux locus, lux sedes præparata. E contra damnatis tenebrosa apparebit iudicis facies; tenebræ erunt anima, corpus, societas, locus, carcer: vnde exactissime hinc & inde seiunctæ spectabuntur lux & tenebræ. Pro electis cuncta lux erunt, pro reprobis omnia tenebræ. Facies iudicis, illius videlicet filij hominis, cuius capilli extabunt candidi tanquam nix, & oculi rubentes, vt flamma ignis, & uox ingens tanquam uox aquarum, & pedes similes auricalcho in camino ardenti: ex cuius ore exibat gladius ex utraque parte acutus: facies, inquam, illa spectatissima electis eo nouissimo die hilari radio ut Sol fulgebit: sed tanquam sulphureus ignis, ex quo erumpant fulgura, apparebit reprobis. Electorum anima gloria candescet, exuberantiq; hilaritate latabitur: damnatorum anima pauore ardescet, & inenarrabili confusione obruetur. Corpora beatorum glorificis dotibus, claritate, agilitate, subtilitate, & impassibilitate ditata, quasi Sol coruscantia desuper vehentur: damnatorum corpora atra, & exusta, ponderosaq; præcipitabuntur: Cum beatis Angeli lucis perennes Deo laudes persoluent: damnatos tenebroso Dæmones, & lucifuga, vt carnifices diræ & immanes ex cruciabitur. Rapiuntur electi in ætra inter nubes rutilantes, atque clarescentes: sepelientur damnati in tetricis terræ ac latebrosi antris. Spectabunt electi Em-pyreï

Anagogicè

Allegoricè

In die iudicij electis omnia erunt lux, damnatis tenebræ.

Apoc. 1.

pyrei, regiaque sublimis referatas aulas: conspicient impij obscuro inferni sulphureos ignes vndique eructantes, abyssumque apertam, & ad eisdem deglutandos preparata. Nunquam igitur absoluta & perrennis fiet lucis & tenebrarum segregatio, nisi in eo nouissimo die, quo & dies fiet perpetua beatis, nunquam ad occasum prolapsura; & nox sempiterna damnatis, nunquam ad ortum reditura.

a. Natura, legis, antiqui testamenti tempora nox: Euangelij vero dies nuncupata sunt.

INNOCENTIVS tertius, sermone secundo, in Aduentu Dñi. Ante aduentum Christi fuit nox erroris, infidelitatis, & ignorantie: sed iam post aduentum Christi, dies fidei, veritatis, & gratie nuncupatur. Vnde iam non possumus excusationem habere, tanquam ignoremus veritatem occultam. Quia lex per Moysen data est, gratia & veritas per Iesum Christum facta est. Nam populus Gentium, qui ambulabat in tenebris, vidit lucem magnam.

Ierem. 30. Ibrae 9. Ecclesia Munda est.

Malach. 4. Cantic. 6. Eccles. 50. Ita 60. Psal. 67. Act. 7. Psal. 119. Ion. 1. Psal. 27.

Tempus ante Christum cur nox dicitur.

Ibrae 27.

Iosue 10. Pontifex Romanus ut Sol.

Matth. 16.


Ecclesia certe Mundus noster est, sic enim Deus dilexit Mundum, vt filium suum vni genitum daret: non Mundum, inquam, hunc fenfilem, nec enim in ipsius gratia Deus homo factus est: sed Ecclesiam sanctam; Paruulus enim natus est nobis, & filius datus est nobis. In hoc Mundo nostro, Ecclesiastici viri vices gerunt orbium caelestium, laici terrestrium: In hoc Christus Sol est iustitiae; Luna Deipara; Stellae matutinae Sancti, cardines Coeli diuinitas & humanitas Christi; nubes Apostoli, pluuia doctrina Euangelica; aura Spiritus Sanctus; montes Praelati; colles Principes; planities multitudo populorum; mare humanarum rerum vicissitudo; flumina tribulationes. De hoc enim Sole dictum est; Orietur vobis Sol iustitiae: De hac Luna: Pulchra vt Luna: De his Stellis; Quasi Stella matutina: De his nubibus; Qui sunt isti, qui vt nubes volant? De hac pluuia; Pluuia voluntariam segregabis Deus: De hoc vento; Factus est repente de Coelo, sonus, tanquam spiritus vehementis: De his montibus & collibus; Montes exultauerunt vt arietes: De hoc mari; Facta est tempestas magna in mari: De his fluminibus; Flumina plaudent manu. Quandiū igitur Sol in statu naturae, legis, veterisque testamenti, incōspicibilis extitit, & veluti sub Horizonte delituit, nocte exhibuit, vigeruntque; tenebrae erroris, infidelitatis, & ignorantiae: tēpusque; id rectissime nox appellari quiuit: nox, quod Sol Christus radios non effunderet gratiae: nox, quoniam terra, nempe terrenarum rerum per legem promissio, vmbra eis impertiebatur: nox, nam omnia gelu arescebant: nox, quia Luna legis, & stellae Prophetarum de Christo venturo perexile lumen, exiguumque; splendorem proferebant: nox, per quatuor vigilias decursa, per tempora Patriarcharum, Iudicum, Regum, & Ducum: nox, cuius prolixitatis tadio affecti Patres, vociferabantur; Custos quid de nocte? custos quid de nocte? Caeterum, vt Christus super Horizontē in Ariete apparuit, praemissa Deipara, vt aurora, dies factus est, Euangeliumque; enituit, fides emicuit, veritas rutilauit; radijque; coruscantes vndique; emissi sunt, gratia scilicet vndique effusa, Mundus, Ecclesia sancta, spe viuida florescere, & desiderijs caelestibus virefcere, & sanctis actionibus fructificare potuit. Haec dies fidei sanctae, & veritatis, doctrinaeque; caelestis vsque; ad Mundi exitium est protrahenda. Sed quomodo? Audias miraculum. Stetit Sol in medio Coeli, & non festinauit occumbere spatio vnius diei. Sol iste Romanus est Pontifex, Pontificum omnium Pontifex, Christi vices gerens in terris, in medio Coeli, Romae, quae est regnorum omnium centrum: vel, vt melius dicam, in sede Petri, quae Coelum est nostrum: vel quonia clauis gerit regni Caelorum; Sol autem iste stetit, nec festinauit occumbere spatio vnius diei, permanebit namque inconcussa auctoritate, usque ad iudicij diem; nam portae inferni non preualebunt aduersus eam. Et hic Sol ita immotus Mundum illustrat, quoniam in ipso residet fidei firmitudo, veritatis certitudo, catholicorum dogmatum definitio, & doctrinarum omnium delectus. Quapropter dies iste, quousque Ecclesia militans non efficietur tota triumphans, nunquam ad vesperras precipitabitur. Efferueat nunc ira Turca, veluti tenebrae matutinae se, praheres, & immensas vastissimi imperij opes aduersus Christianorum nomen adhibeat; insurgat in ipsum Haereticorum turba, tanquam tenebrae vespertinae exorientes, & vastitij, dolo, ac insidijs sedem petat Romanam: Certē sedes illa nuncquam



Appellauitque; lucē diem, & tenebras noctem.

a. Peccati tempus nox, & gratia dies appellanda sunt. b. Suprema felicitas dies, damnatio nox.

Allegoricè? Anagogicè?



quam obruetur, cum superno illustrata sit lumine. Confidebit igitur Romanus Pontifex in sede maiestatis suae, sicuti Sol emicans in caelesti orbe, diemque; clarum, & perennem fugatis undequaque; tenebris Ecclesiae praebit.

a. Peccati tempus nox, & gratia dies appellanda sunt.

ANASTASIVS Synaita Commentarijs in Hexameron. Vocauit lucem diem, & tenebras vocauit noctem. Lux est, inquit, quam etiam diem voco. Quae autem aduersantur tenebras, noctem appello: & Ambulare donec lucem habeatis, venit nox quando nemo potest operari. Nox enim non sumus filij noctis, sed diei Christi. Qui enim dormiunt somnum peccati, in noctis tenebris dormiunt: & qui inebriantur, rursus in ipsa nocte inebriantur ex peccatis, sicut docet Paulus.

Ioa. 12. 1. Testal. 9.

Vulgatissima est haec metaphora, tum in Scriptura, tum apud Patres, unde & Paulus; Nox praecessit, dies appropinquauit; abijciamus ergo opera tenebrarum, & induamur arma lucis. Siquidem si dies est Solis super Orbem latio, quando uehitur Sol super animam nostram, uidelicet Christus, radijsque; gratiae suae eam perfundit, dies effulget: quando uero nobis ipse occidit, & umbra, peccatum nempe; & culpa undique extenditur, ipsa quoque anima in nocte uersari perhibetur. Porro hemisphaerium nostrum uita est nostra, hemisphaerium suppositum mors; nonnullis igitur apparet Sol, & fit dies in ortu; alijs in meridie, alijs in occasu: in ortu siquidem fit illis, qui florescenti in iuuentute: in meridie, qui consistenti uirilitate: in occasu, qui arescente in senectute Solem Christum recipiunt, & radijs gratiae uiuificari inchoant. Sed heu, quot somno obuoluti illecebrarum & criminum, Solem negligunt, a delicijs carnis, tanquam e strato non exurgunt, nisi declinante Sole, more eorum, qui uigilias in conuiujs & ludis protrahunt usque; ad aurorae ortum, & inde usque ad occiduum Solem dormiunt? His uix in occasu oritur Sol, atque utinam ipsum conspicerent possent. Abijciamus ergo opera tenebrarum, & induamur arma lucis; crimina, illecebrae, uoluptates, tenebrae sunt, quod eorum princeps sit tenebrae, causa tenebrae, natura tenebrae, effectus tenebrae, finis tenebrae. Diabolus quippe princeps tenebrarum harum, & tenebrae est. Profecto diuisit Deus lucem a tenebris, Angelos sanctos a desertoribus; Causa ipsa caligo est & tenebrae; Prodeunt siquidem uitia uel ex ignorantia, uel ex malitia, uel demum ex fragilitate: Ignorantia pura est carentia luminis, nimirum ueritatis: malitia est umbra atra & obscura, ex cordis opacitate manans; fragilitas uero quasi nebulosa crassities, quae lucem non admittit. Caeterum asserere etiam possemus, criminis originem esse sui ipsius ignorantiae. Homo enim, cum in honore esset, non intellexit, in honore, inquam, quod in Dei filiationem ascitus, ad caelestia destinaretur: sed concupiscentijs superatus, comparatus est iumentis insipientibus, & similis factus est illis. Natura delicti tenebrae, quum nihil aliud sunt, quam destitutio lucis, uidelicet gratiae, quinimmo & omnis lucis, scilicet uirtutis, meriti, uitae, & gloriae; haec siquidem omnia lucis typum gerunt. Effectus caecitas est & tenebrae; quia hominem culpa tenebricosum, & inglorium reddit. Finis uero sunt aeterna tenebrae; Projicit eum (inquit diuina iustitia) in tenebras exteriores. Si igitur dies est, abijciamus opera tenebrarum, & induamur arma lucis: amplectamur uirtutes, & iustitiam, quae indumenta sunt animae, quibus tegitur & ornatur. Nam & proparentes mox ut deliquere, cognouerunt se esse nudos. Erubescit autem semper nuda libido; erubescit siquidem homo dum deficit, & peccat, quod pudenda sua pro ludibrio, quasi Noe temulentus, omnibus patefacit. Armant etiam uirtutes: & sicuti armorum,

Rom. 13:

Christus Sol quibusdam in mane, quibusdam in meridie, & quibusdam in occasu apparet.

Peccata tenebrae sunt.

Psal. 48.

Matth. 22. Rom. 13.

Factum est vespere & mane.

Allego ꝛc.

- a. Hoc est, cognitio vespertina & matutina in Angelo.
 b. Scientia naturalis, & reuelata in homine.
 c. Vespera lapsus rationalis creature; mane eiusdem per Christum reparatio.
 d. Hoc est, iusti casus in peccatum, & resurrectio per penitentiam.

Moraliter.

Virtutes az-
ma sunt.

morum alia sunt ad tegendum, alia ad nocendum: sic prorsus virtutum alia protegitur animum ab insensibus hostibus, à vitij animam inuadentibus, eamque immaniter perimere cupientibus: alia verò vitia ipsa necant, atque trucidant. Cæterum David armis Saul indutus, nesciebat incedere, sed in funda & lapide prostravit Goliath. Pius virtutibus moralibus ethnicorum armatus, non potest proficisci, sed in funda, & lapide, in virtute, que gratia est ianbata, & lapide Christo hostes prosternit. Arma autem sunt lucis, quoniam sub Christi lucis diuinæ vexillo sunt, & gratia quæ lux est, muniantur, animamque lucidam, & coruscantem reddunt: insuper quia fideles sanctosque, vitæ sanctæ exemplo, lucem esse Mundi demonstrant, atque ad lucem nos ducunt æternam.

b. Superna felicitas dies, damnatio nox.

Aeternitas illa supernæ felicitatis, in qua lux perpetua lucebit sanctis; & nunquam terminandum tartaræ damnationis tempus, quando tenebræ mortis continuè reprobos depascuntur, elegantissimè certè & dies & nox appellari possunt: Sed dies perennis, & nox perpetua. Hoc in Orbe habitabili, citra circulos Arcticum & Antarcticum, dies & nox ita vicissitudinibus suis alternant, ut alijs dies æquales noctibus, alijs inæquales, sibi inuicem horis succedentibus, reddantur: Sed ultra circulos illos adeo augetur dies & nox, quod sub Mundi polis sex mensium spatio dies, totidem etiam nox protendatur. In exiguo huius vitæ curriculo, quod natura, vel potius Deus ipse naturæ auctor, hominibus circumscripsit, homines inter aduersa, & prospera ita versantur, ut infinitis propè discriminibus lacessitam, iactatamque vitam ipsam ferant. Verum in altera vita prosperitas ita effulgebit nonnullis, videlicet beatis, ut perennis illis dies emicet: alij vero, nempe in tartarum detrusi, cõtinuis aded constrictabuntur ærumnis, ut æterna nocte obrui, perpetuisque in tenebris sepulti iacere cogantur. Deus igitur beatis clarescet perenni luce, & cuncta nitore imbuentur, anima ipsa gloria, corpus claritate, & Empyreū fulgore; nec vnquam dies illa ad occasum præcipitabit, de que ipsa canent beati: Hæc dies, quam fecit Dominus, exultemus & lætemur in ea. Nox è contra damnatis nigrescet perpetuis velata tenebris; cuncta enim obscuritate perfundentur; anima pœnae damni, corpus atro squalore, & infernus densa, ac putrescenti caligine: quibus certè omnibus nullus vnquam finis imponetur. Sed de hac die, & nocte aliàs luculentius.

a. Hoc est, cognitio vespertina & matutina in Angelo.

Cap. 22.

Augustinus de Genesi ad literam libro quarto, hanc uti literalè prosequitur expositionem, sicuti nos supra deduximus: & per vespere & mane duas Angelorum cognitiones exponit, vespertinam, quatenus res cognoscunt in propria ipsarum natura; matutinam, in quantum eas spectant in Verbo. Conenserunt Augustino Eucherius, Isidorus, Beda; eiusque sententiam memorarunt Glossa, Albertus Magnus, D. Thomas, Alexander Halensis, de quibus supra in Glossa Literali. Verum ceteri Patres hanc ut mysticam agnoscunt, propterea hoc loco eam prætermittere non contentaneum duxi.

Scientia

b. Scientia naturalis, & reuelata in homine.

Omnis scientia lucis typum habet, ut supra demonstrabamus, quoniam cognitio fulget in mente, sicuti lux splendet in Mundo. Cæterum si genera scientiarum, quæ in hac vita mentem possent exornare humanam, indagauerimus, duo certè ea esse comperientur; naturalis, & reuelata. Amplius & naturalem scientiam vespertinam, & reuelatam matutinam nuncupare, non uideatur ineptum, quin potius nocturnam & diurnam. Quid est .n. cognitio naturalium scientiarum, nisi lumen stellarum, & lunæ in nocte emicās? Fides uerò, seu reuelata sciētia, quid aliud censeretur potest, nisi quidam auroræ nitor ad diurnam fulgentissimamque; lucē Solis, ad beatam, maximeque; conspicuam in patria uisionem progrediens? Cur igitur inflatur Philosophi, qui in nocte versantur? Apud veteres Aegyptios Pauon elata & inflexa in orbem cauda, in qua Argi cernuntur oculi, noctis hieroglyphicū erat; quod noctu stellarum micantissima Cœli lumina vel oculi splendeant; eundem vero Pauum cauda demissa diem significare volebant, quod tam diu lateant stellæ, quæ diu Sol est supra terram. Sed hæc ad alium significatum trahere non mihi in temeritatem ascribatur. Pauones Philosophi sunt, scientiarumque naturalium professores, & fidei irrisores, qui dum caudas attollunt, & inflantur, luminaque; suarum scientiarum demirantur, noctem ignorantia suæ patefaciunt: Cum verò fidei, reuelataque scientia luce attingentes, tantaque; luce perfusi, caudam demittunt, & confunduntur, uel erubescunt, diem, cognitionem scilicet quandam ostendunt, pedibusque atris, quibus terram tangunt, inspectis, strident gementes, quod scientia suæ, quibus pollebant, ad mundandum affectum, extollendamque ipsorum mentem ad cœlestia viribus destituantur.

Scientia naturalis ut lumē stellarum, fides ut aurora.

Philosophi pauoni comparantur.

c. Vespera lapsus rationalis creature; mane eiusdem per Christum reparatio.

BEDA Expositione in Genesim.

Vespera peccatum rationalis creature: mane renouatio illius significatur.

Quomodo peccatum & lapsus Adæ præierit ipsius reparationem per Christum effectam, declarare hoc in loco superuacaneum existimaui. Hæc enim se consequuntur ex necessitate, ut primum præcedat casus, seu tenebræ, & post subsequatur reparatio, seu lux. Verum id nobis tantum restat grauius edisserendum, quorsum tandiū vespere, seu atra nox immorata sit ante reparationem. Catenulam autem Patrum hanc rem examinantium deducam perbreuem, nam exquisitam & exactam fortè meliori nocte occasione me præstiturum spero.

Deus reparationem hominis protraxit ratione, quam ipse sua sapientia nouit, nobis autem est imperscrutabilis.

AVGVSTINVS Epistola quadragesima nona, quæstionem secundam dissoluens, dum docet ante aduentum etiam Christi pios seruatos esse per Christum, in hanc incidit sententiam.

Quamobrem cum Christum dicamus Verbum Dei, per quod facta sunt omnia, & ideo filium, quia Verbum, nec Verbum dictum atque transactum, sed apud incommutabilem Patrem incommutabile ipsum atque incommutabiliter manens, sub cuius regimine vniuersa creatura spiritalis & corporalis, pro congruentia temporum, locorumque administratur, cuius moderandæ & gubernandæ, quid, quando, & ubi, circa eam fieri oporteat, sapientia & scientia penes ipsum est: profectò & antequam propagaret Hebræorum gentem, per quam sui aduentus manifestationem congruis sacramentis præfiguraret, & ipsis temporibus Israëliti regni, & dein de cùm se in carne de Virgine accepta mortalibus mortaliter monstrauit, & deinceps usque nunc, cùm implet omnia, quæ per Prophetas antè prædixit, & ab hinc usque in finem sæculi, quo Sanctos ab impijs dirempturus est, & sua cuique retributurus, idem ipse est filius Dei, Patri coæternus, & incommutabilis sapientia; per quam creata est vniuersa natura, & cuius participatione omnis rationalis anima fit beata.

Et ut leuiora remedia primum præmitteret.

THEODORETVS De curatione Græcarum affectionum libro sexto.

Quod si fortè mirabundi inquiritis, cur non olim multò prius humanitate assumpta opifex Mundi nobis consuluit, aegedum & medicos accusate, qui in postremum curationis tempus differunt acriora remedia. Leuioribus
 lll siqui-

Siquidem prius vsi, quae potentiora sunt, ultimo loco adhibent. Idem itaque fecisse inuenitur creator, ac medicus animarum nostrarum. Nam cum prius olim multa & varia remedia attulisset, cunctis quidem hominibus ad pietatem allucendis, ea inspectanda proponens, quae in Mundi fabrica & natura rerum ab eo facta cernuntur. Hebraeis autem Prophetas mittens, & scriptam legem contribuens, postremum & hoc vndique potens pharacum, ac saluberrimum nobis attulit, quo omnis egritudo funditus tolleretur.

Et ut quae per Christum efficienda erant, figuris & vaticinijs praemonstrari possent.

T H E O D O R E T V S loco praefertto hanc alteram causam nobis subobscurè insinauit.

Euangelicam praeterea veritatem & antiquae Prophetiae confirmant. Haec namque praedicunt, quae in Euangelijs continentur. Euangelia verò prophetica praedictionis finem ostendunt. Ac Propheta quidem praedixerunt Virginis partum, haec verò nos docent prophetica veritatem. Illi praedixerunt crucis mysterium, sed Euangelia ostenderunt. Illi praedixerunt Christi tormenta, haec verò narrant facta miracula. Illi cecinerunt Mundi salutem, nos autem videmus oraculorum finem. Illi Iudeorum perfidiam perditionemque praedixerunt, nos permanentem adhuc eorum perfidiam, dispositionem, seruitutemque videmus. Ego autem, ni conijcerem nimis longo sermone & vos & eos, qui in posterum in nostra haec monumenta inciderint, defatigandos fore, vobis vel ipsas Prophetarum praedictiones apposuissem, vt exactius à rebus ipsis disceretis verborum veritatem.

Vt tempore tum natura, tum legis, agnita sua imbecillitate, homo reparatorem affectaret.

D. T H O M A S tertia parte, quaestione prima, articulo quinto.

Galat. 3. Primò quidè, propter conditionem humani peccati, quod ex superbia prouenerat. Vnde eo modo erat homo liberandus, vt humiliatus recognosceret se liberatore indigere. Vnde super illud; Ordinatq; per Angelos in manu mediatoris, dicit Glossa; Magno Dei consilio factum est, vt post hominis casum non illico Dei filius mitteretur. Reliquit enim Deus prius hominem in libertate arbitrij in lege naturali, vt sic vires naturae suae cognosceret, ubi cum deficeret, legem accepit, quia data inualuit morbus non legis, sed naturae vitio, vt ita cognita sua infirmitate, clamaret ad medicum, & gratiae quaereret auxilium.

Quoniam ab imperfecto paulatim proficiscendum est ad perfectius.

D. T H O M A S loco praefertto.

1. Cor. 15. Secundò, propter ordinem promotionis in bonum, secundum quem ab imperfecto ad perfectum proceditur. Vnde Apostolus dicit; Non prius quod spirituale est, sed quod animale, deinde quod spirituale: Primus homo de terra terrenus, secundus homo de Caelo caelestis.

Ut ex longiori praecorum serie, dignitas redemptoris magis enitesceret.

D. T H O M A S ubi supra.

Galat. 4. Tertio, propter dignitatem Verbi incarnati: quia super illud; At vbi venit plenitudo temporis, dicit Glossa; Quanto maior iudex veniebat, tanto praecorum series longior praecedere debebat.

Ne fidei feruor post reparatorem, temporis prolixitate tepesceret.

D. T H O M A S adhuc loco praecitato.

Luc. 18. Quarto, ne feruor fidei temporis prolixitate tepesceret: quia circa finem Mundi frigesceat charitas multorum. Vnde dicitur; Cum filius hominis veniet, putas inueniet fidem in terra?

Vt fides maiorem nancisceretur soliditatem.

C A I E T A N V S Commentarijs in eundem D. Thomae locum.

1. Cor. 13. Et tu adde quintum ex soliditate fidei: nam si statim fuisset incarnatus, fictio putaretur antiquorum. Nunc autè, ex quo Christi incarnatione tot non solam verba, sed Scripturae Prophetarum praecesserunt, tanta expectatio tot seculorum fuit de Messia, mens nostra in fide solidatur. Quae fidei securitate reuiguit Apostolus, bis de Christo replicans; Secundum Scripturas. Et propterea Ecclesia in symbolo, post articulum resurrectionis Christi, apposuit hanc; Secundum Scripturas, quod refertur ad omnes praecedentes de incarnatione variolos: ita quod sensus est; Quia propter nos homines, & propter nostram salutem, descendit de Caelis, incarnatus homo factus, crucifixus,

crucifixus, passus, sepultus, & resurrexit secundum Scripturas, ne videantur incarnationis mysteria, omnem huiusmodi manam capacitatem excedentia, nouiter conficta.

Causae à Patribus istis doctrina & eruditione spectatissimis prolatae, grauiissima quidem sunt, sed cunctae ferè (prima excepta) non potuisse reparationem humani generis post delicti labem mox fieri, solummodo demonstrant: minimè tamen quod expectabamus declarant; Quorsum videlicet per tot annorum curricula, vel magis per tot secula sit prorogata rationalis creaturae redemptio. Causa tantum à D. Augustino producta, difficultatis caliginem soluit, cum ad aeternae sapientiae dispositionem id refert. Quis enim altissima diuinitatis consilia penetrare, aut redarguere praesumat? Venit igitur Christus reparator humani generis, secundum plenitudinem temporis à Deo praescripti. Quapropter Paulus: Vbi venit plenitudo temporis, misit Deus filium suum, &c. Quod quidem oraculum duplicem suscipit interpretationem. Vbi venit plenitudo temporis, videlicet, quando tempus impletum est à Deo praedeterminatum, sancitum, atq; statutum. Vel interpretari possumus: Vbi venit plenitudo temporis, id est, cum venit tempus, quo impleri possent cuncta, quae adimplenda erant per Christum. Quando igitur reparator noster praestantissimum humanae redemptionis munus absoluit, tunc adimpleta est Dei praesentia, cum ea omnia quae Deus prauiderat, sint consummata. Adimpleta est omnis Scriptura, quoniam tum figurae & umbræ, tum vaticinia suam susceperunt claritatem. Adimpleta est lex, quoniam ad perfectum ducta est: non enim venit solvere legem, sed adimplere. Adimpletum est Vniuersum, quoniam creatura iuncta est creatori, effectus causae, & finis principio. Adimpleti sunt modi generationis; nam quemadmodum Adam sine viro & muliere plasmatus fuerat, Eva ex viro, sed non ex muliere, cuncti mortales ex viro & muliere procreantur, sic Christus ex muliere tantum sine viro progenitus est. Adimpleta est subinde Ecclesia immenso, tum Gentilium, tum Iudeorum numero. Adimpleta anima gratia, merito, virtutibusq; caelestibus. Adimpletus Orbis Christicolarum religione sanctissima, & praestantissima. Haec igitur erat plenitudo temporis, nempe tempus, quo adimpleri poterant cuncta, quae adimplenda sancuerat, atque decreuerat sapientia aeterna.

d. Hoc est iusti casus in peccatum, & resurrectio per penitentiam.

S T E P H A N V S Cantuariensis in libro Allegoriarum.

Factum est vespere & mane. Quando iustus errat, cadit, & est vesper gratiae: quando resurgit, mane. Nec fit mentio de nocte, quia si fueris iustus, & cadas & resurgas, Deus ex vespere & mane vnum diem reputat: non noctem mortalis peccati computat, iuxta promissionem suam; Quacunque hora ingemuerit peccator, &c.


Contemplatio ista elegans reputari certè debet: nam quando iustus cadit, vesper ipsi fit gratiae, quoniam Sol, siue lux, Christus, seu gratia ipsi obscuratur. Quando verò per penitentiam resurgit, fit mane, quoniam Christus & lux ipsi lucefcit. Exēplar huiusce rei in Petro cernitur, quia in vespere, hoc est, nocte, Christum se non agnoscere, interposito etiam iuramento, testatus est: gallo autem canente, maneque surgente, conuersus fleuit amarè; aded vt Petro in tenebris vesperae criminis factae sint, & luce rutilantis aurorae exurgente, lux ei etiam gratiae innotuerit, quod ea, quae peccatori contingunt, exemplo demonstraret. Sed quid est, quod dixit; Factum est vespere & mane, nec memoratorem vllam de ipsa nocte agit? Audias: Non fit noctis mentio, quia si iustus cadit, & resurgat, Deus vespere illud & mane vnum diem reputat, nec interiectam noctem mortiferi sceleris, quando in lethali iacuit delicto, computat, quoniam quacunque hora ingemuerit peccator, iniquitatum eius amplius non recordabitur. Et quamuis nox quādoque sit prolixior, aded vt saepe totum vitae tempus vitij impendatur; mitissimus tamē, & misericors Deus, si penitentia subsequuta fuerit, ita obliuioni tradit, quasi nulla interfuerit nox inter vesperam lapsus, & mane resipiscetiae. Exhibuit nobis huius rei exemplum Iatro. In Scripturis profecto duplex est vesper, vesper serotinus, & vesper matutinus, nempe qui sero obtenebrescit, & qui mane lucefcit. De primo ait Deus; Comedetis agnum ad vesperam paschae. De altero in Euangelio legitur; Vespere autem

Galat. 4. Temporis plenitudo apud D. Paulum quid.

Incarnatione Christi omnia adimpleta.

Iustus à delicto surgenti bus nulla imputatur nox Ezech. 18.

Exod. 12. Matth. 23.




Vespere & mane.

Allegoricè.

a. Id est, finis, seu perfectio sanctarum actionum; Et mane; nempe exordium, & inchoatio sequentium.

Moraliter.

b. Vespere actio externa, & mane contemplatio interna. c. Lucem iustitiae sequitur vespera tentationis, quousque ad mane reuertimur gloria.



fabbati, qua lucefcit in prima fabbati. Impiis igitur illis, qui decidunt in lethale peccatum, adeo vt non amplius refurgant, fit vesper ferotinus, post quem nox atra subfequitur, reprobus scilicet sensus; illis vero pijs, qui etiam quandoq; delinquant, mox tamen respiciunt, fit vespere albescentis mane, quoniam citius ad claritatem aurora transeunt rore madentem, nempe ad cognitionem criminis, respicientie lachrymis humefactam, & inde ad diem gratiae, & iustificationis.

a. Id est, finis, seu perfectio sanctarum actionum; Et mane; nempe, exordium, & inchoatio sequentium.

B E D A libro de Sex dierum creatione.

Factum est vespere & mane dies vnus. Quid est vespere, nisi ipsa perfectio singulorum operum? Et mane, id est, inchoatio sequentium.

Ea ipsa habet Questionibus in Genesim.

G L O S S A Interlinearis.

Vespere, id est, perfectio boni operis: Et mane, exordium.

G L O S S A Ordinaria.

Vespere in omnibus perfecta conditionis terminus est. Mane exordium incipientis.

S T E P H A N V S Canthuariensis vbi supra.

Item bene post vespere sequitur mane, quia vespere significat perfectionem operis, mane inchoationem. Vnde etiam consummatur homo, tunc incipit: Patrem me vocabis, & post me ingredi non cessabis: hoc est, quasi semper te inchoantem reputabis. Item; Tota die contrista: ingre. In signum huius rei vestimenta filiorum Israel non erant attrita: semper enim debemus habere vestes recentes, qui volumus nuptijs interesse.

Hier. 3.

Otiū quam turpe.

Otiū cuius re cuncta nos edocent.

Prout. 6.

Christicolarum nonnulli post vespere profecto ad mane proficiscuntur, cum absoluta aliqua iusta actione, mox ad aliam ineundam se conferunt. Nonnulli etiam post vespere longam ducunt noctem antequam ad mane redeant, in otio scilicet hebescunt, & languescunt, inertia ac desidia tempus frustra impendentes, quo quid ineptius? quid sedius? Nil siquidem turpius otio, & ignavia, qua animam prostermit, voluntatem deijcit, intellectum obcaecat, memoriam obtundit, sensus hebetat, vires eneruat, corpus debilitat, concupiscentiam fouet, irascibilem excitat, virtutes deprimit, & vitia alit: Deus proinde hominem in hoc Mundo collocavit, vt cuncta, qua in hoc Orbis theatro spectari possunt, exemplo suo otium detestari cognosceret. Coeli nunquam curricula sua citatissima intermittunt. Sol, Luna, & Stellae uix in Ortum exortae, meridiem scandunt, ut in Occasum decidant, atq; inde in Ortum remeant; nec post innumerabiles orbis sistere, uel requiescere unquam conspiciuntur. Ignis uix dum excitatus, supera, excelsaq; petit. Aer uel rapidis iactatur uentis, uel aura fertur suauis. Aqua in mari fluxu & refluxu semper se collidit, fontes semper scatent, flumina semper defluunt: duorumq; horum elementorum ea extat natura, ut si consistant, statim putrescant. Terra, quanquam algore constricta, & ardore saepius exusta, attamen germina profert, folia emittit, flores parit, fructus gignit, nec tot editis foetibus unquam lassatur, quin alacrior ad eos iterum proferendos redit. Animantia quaeq; tam quae in aquis, quam quae in aere, densis nemoribus uitae degunt, pro tuenda uita, pro sobole propaganda, nunquam lassata conuiescunt. Notissimum est illud formice exemplum. Vade ad formicam o piger, & considera uias eius, & discite sapientiam, quae cum non habeat ducem, nec praecptorem, nec principem, parat aestate cibum sibi, & congregat in messe, quod comedat.

dat. Singula sapientis uerba homini stimulus esse possunt. Vade ad formicam o piger. Erubescas certe homo a tam exiguo animali doceri; considera uias eius, quod non unquam, sed plures uias tentet, ubi tu nec unquam christianam uirtutem ad comparandos tibi aeternae uitae thesauros amplecti laboras: Quae cum non habeat ducem, praecptorem, & principem; ducem, qui eam ducat; praecptorem, qui doceat; principem, qui puniat, tantum aestuat animo, ut horrea expleat; Et tu, qui Christum habes ducem, praecptorem, principem, nec eius ut ducis exemplo, nec ut praecptoris mandato, nec ut principis timore, ad sanctam uitam teipsum compellere potes. Parat aestate cibum, & congregat in messe, quod comedat: Et tu aestate uita, qua gratia te irradiat & calefacit, tibi cibum non congeris, & praeparas, & in messe operum, quibus mereri potes inenarrabilem supernam beatitudinem, merita non congregas. Cuncta igitur in hoc theatro Mundi te ad otium fugiendum impellunt, nec tamen coniungis uespere ad mane; Sed in nocte inertia delictijs quasi strato, flagitijsq; quasi somno sepultus alte stertis, & propria in desidia putrescis.

b. Vespere actio externa, & mane contemplatio interna.

R A D V L P H V S vt in Allegorijs Godefridi Tilmanni.

Factum est vespere & mane dies vnus. Mane fit anima, quotiens per contemplationis & meditationis studium, eterno lumini se ingerit. Vesperam autem patitur, mox ut ad tenebras exterioris actionis relabitur. Quae tamen ne in noctem tenebrosam descendat, opus est ut lumen omissum citius repetat, & studijs spiritualibus se restituat. Vnde Moyses post uesperam statim factum mane subiungit, dicens; Factum est vespere & mane dies vnus. Quod per omnes sex dies repetitur. Necessesse est enim, ut per omnes sex Mundi huius aetates, humana anima has uicissitudines patiat, donec septima illucente, nulla amplius uespere subsequatur. Nam & Salomon nos admonet, dicens; Mane semina semen tuum, & uespere non cesset manus tua, quia nescis, quid magis oriatur, hoc an illud. Quod si utrunque simul, melius erit. Et quasi illam mane partem colaudans; Dulce, inquit, lumen, & delectabile est oculis uidere Solem.

Homo, uti microcosmus, Coelum habet, Solem, & Hemisphaeria. Coelum est portio illa ratione pollens, in qua Solis partes agit intellectus, qui apprehendit, & meditat, & cuncta illustrat. Hemisphaeria duo sunt duae animae facultates, intelligens & sentiens, illa tanquam superna, haec ueluti inferna. Mane autem est speculatio, uespere uero praxis, siue operatio. Quando igitur splendet Sol in parte superna, nempe quando intellectus meditat, & contemplatur, fit in ipso homine mane; cum uero ad exteriorum actionem proficiscitur, fit uespere. De his metaphoricè Psalmographus loquitur est, cum dixit: Posuisti tenebras, & facta est nox, in ipsa pertransibunt omnes bestiae syluae. Et post: Ortus est Sol, & congregati sunt, & in cubilibus suis collocabuntur: exit bit homo ad opus suum, & ad operationem suam usque ad uesperam. Dum profecto fit nox in homine, derelicta scilicet contemplatione, ipse ad operationes labitur exteriores: bestiae syluae, in syluis latentes pertransiunt; affectiones & passionis animi expergescunt, & huc illucque peruagantur. Etharum aliae sunt placidae, utpotè affectiones sanctae, & passionis animi rationis imperio subactae; Aliae immanes, ut cupiditates animi carnales, seu terrenae, passionisque rationis freno non cohibent. Et quarant escam sibi, ut ingluuiem suam saturent & expleant. Sed mox ut ortus est Sol, & exurgit contemplatio, collocantur in cubilibus suis, quiescunt in inferna parte carnea; & homo, pars scilicet superna animae, qua homo est ad imaginem & similitudinem Dei effectus, exit ad opus suum, & ad operationem suam. Sed quodnam est hoc opus, quod hominis ferè proprium nuncupatur, nisi meditatio & contemplatio? Nascitur siquidem auis ad uolandum, piscis ad natandum, bruta ad uagandum, homo ad contemplandum. Dum igitur homo contemplationi incumbit, perficit opus suum; dum uero rebus terrenis, atque carnalibus illecebris indulget, non fungitur munere suo, sed partes animalis agit; Et operatur usque ad uesperam, usque dum iterum necessitate impulsus, ad externam prolabitur operationem. Factum est igitur uespere & mane; primum quidem uespere, & post mane, sed à uespere ad mane statim pertransendum est in unaquaque hominis aetate, in uirescenti uidelicet pueritia, labili adolescentia, florida iuuentute, maturatione uiriliter, nutante senectute, & decedente decrepitate; & inde à uespere postrema, qua

Psal. 103.

Contemplatio propriū opus est hominis.

quæ erit mors, proficiscetur homo ad mane uitæ æternæ, in quo opus suum absolutif. simè perficiet, quando micantissimam diuinitatem contemplantur, iuxta impertitam sibi gloriæ portionem, securus, quod amplius vesperæ ipsi non superuenient, neque ad externam actionem se amplius reuersurum formidabit.

c. Lucem iustitiæ sequitur vespera tentationis, quousque ad mane reuertamur gloria.

GREGORIVS Magnus Expositione in Iob libro octauo, cap. sexto. Nequaquam sic in hac vita per exercitationem iustitiæ, peccatum deseritur, vt in eadem iustitiâ inconcusè maneatur: quia etsi iam à cordis habitaculo culpam reëctitudo eliminat, ipsa tamen culpa, quæ repellitur, cogitationis nostræ foribus astans, vt sibi aperiat, pulsatur. Quod Moyses spiritaliter innuit, cum facta corporaliter temporum momenta narrauit, dicens; Facta est lux, atque paulo post subiiciens; Factum est vesperæ. Creator quippe omnium, humane culpæ præsciens, tunc expressit in tempore, quod nunc versatur in mente. Lux quippe ad vesperam ducitur, quia nimirum lumen reëctitudinis umbra sequitur tentationis. Sed quia electorum lux tentatione non extinguitur, nequaquam nox, sed vespera facta perhibetur: quia nimirum sepe tentatio in corde electorum lumen iustitiæ abscondit, sed non interimit, & quasi ad pallorem trepidationis perirabit, sed funditus non extinguit.

Patherius in Expositione noui testamenti, quam ex libris Beatissimi Gregorij decessit: Beda Quæstionibus in Genesim, hæc eadem non mutata oratione sumpserunt.

GLOSSA Ordinaria hæc B. Gregorij sic compendiauit.

Nequaquam in hac vita per exercitationem iustitiæ, peccatum deseritur, vt in ipsa inconcusè maneatur, quia si culpam reëctitudo eliminat, cogitationis nostræ foribus assidens, vt sibi aperiat, pulsatur. Vnde ait Moyses; Facta est lux. Et paulo post; Factum est vesperæ. Creator enim humane culpæ præsciens, tunc expressit in tempore, quod nunc versatur in mente. Lumen nanque reëctitudinis sequitur umbra tentationis. Sed quia electorum lux tentatione non extinguitur, non nox, sed vespera facta memoratur: quia tentatio lumen iustitiæ abscondit, non interimit.

Hamerus Commentatione in Genesim, apud ethnicos hanc eandem viguisse sententiã pluribus edisserit, illo Flacci Horatii adducto adagio, quod fuit: Nihil est ab omni parte beatum, & Chremetis apud Terentium: Homo sum, humani à me nihil alienum puto, & Clearchis apud Atheneum: Nil usquam est hominum carpere quod nequeas: adijcit & prouerbia illa apud Græcos famosa & uulgata: Felix per omnia nullus est moralis: Et, quandoque bonus dormitat Homerus.

Grauißima contemplatione Gregorius tentationem vesperi comparauit, cum dixit: Post productionem lucis, siue reëctitudinis, umbram sequi tentationis. In vesperæ profectò, maiores de montibus cadunt umbræ, aues nocturnæ ad prædandum exiliunt, exhalationes vaporesq; crassiores prodeunt, fatigataque iam membra somnum petunt. In tentationum discrimine & agone, umbra terræ, carnis videlicet nostræ reluctatio latius protenditur, aues potestatum tenebricosarum acrius tentationum tela iniiciunt, carnis illecebrosæ passionés ad mentem obuelandam & obruendam exurgunt, fessusq; animus flaccidior est & debilior ad retundendas tentationes. Prouidus ille Christicola est, qui vesperæ ostia claudit, nimirum sensus mortificat, ut oret in abscondito. Felix spiritus, qui dicit: Dimitte me, & abscondar vsque ad vesperam. Et felix, qui dicere potest cum Propheta; Mortua est uxor mea vesperæ, nempe mortificata est caro mea, & concupiscentia in ipsa me mihi infesta tentatione. Sed altiori speculatione inuestigandum nobis est, quanam de causa post reëctitudinem iustitiæ mox sequatur umbra tentationis. Iustitiam comparatam confestim certè tentatio sequitur, quia iustificatio etiam impio fomes superest insitus, quo culpa iterum fores pulsatur. Porrò tentatio his insidijs nos petit, arteq; ista nos ex cruciat. Fœdera ineunt aduersum nos Mundus, Caro, Dæmon. Mundus permulta, quæ nos mira afficiant delectatione ac voluptate, nobis obijcit: Caro concupiscentia sua, quæ est fomies, ex sympathia, qua terrenis rebus cohæret, ipsis cõdelectatur, in desiderijq; coru exardescit. Dæmõ uoluntatè, ut cõcupiscentiæ assentiatur, suadet, atq; totis viribus impellit. Exemplũ suscipias ex prima ea tẽtatione parentum, qua totum corruit genus humanum. Arbor, vt Mundus pomum gestabat; Mulier, vt concupiscentia vidit, quod pulchrum esset visu, & ad vescendum suaue, & typũ gessit carnis; Serpens Dæmon mendacio ipsam decepit. Cum igitur post iustificatum homi-

Tentatio vesperi comparatur.

1. Reg. 2. Ezech. 24.

Tentatio post comparatã iustitiã statim sequitur. Mundus, Caro, Dæmõ cõtra nos sedes inuicunt.

Factum est vesperæ & mane.

- a. Prius est vesperæ aduersitatis, quàm mane prosperitatis. Dies vnus.
- b. Ecclesia ante Christum in vesperæ legis, post Christum in mane Euangelij vna.
- c. Vesperæ, hoc est, tempus, quo anima gloria potitur sine corpore; Et mane, tempus, quo cum glorifico corpore in æternum viuet, dies vnus est.

hominem in baptismo, seu pœnitentia, & Mundus delectantia porrigat, & caro fomittem excitet, & Dæmon immane in hominem odium præsto semper habeat, statim præforibus adest tentatio, quasi post lucem facta umbra, vt inquit D. Gregorius; Anima enim tanquam Eurydice est, quam in pede momordit serpens, in affectu scilicet, nam pes affectum insinuat & exprimit. Quare dixit Deus serpenti; Tu insidiaberis calcaneo eius, & ipsa conteret caput tuum. Cæterum qui victoriam anhelat, id vnum uelis remisq; contendat, ut prauum incitabulum, concupiscentiam, inquam, carnis, seu affectu cõprimat, & mortificet. In hoc enim totius rei cõsistit summa. Saluator discipuloru pedes lauat, ut se ab affectibus terrenis mundos eos reddere significaret. Vnde & Petro dixit; Nisi lauero te, non habebis partem mecum. Achilles (ut Græcorum fabulas non spernam) quoniam puer undis stigijs fuerat immerfus, nulla in parte uulnerari poterat, nisi in pedibus, qui aquis illis aspersi non fuerant. Achilles noster est miles Christianus, hic sacro baptismatis fonte merfus, nulla in parte interfici potest, nisi in fomite, & affectibus, qui sublati non sunt. Verum ardua est hæc pugna, quoniam perucax, indefessaq; est concupiscentia, & sæpius prostrata resurgit. Sed qua arte uinci & ipsa possit, hoc uno exemplo ostendam. Hercules ille inter Heroes strenuissimus existimatus, cum Anthæo singulare habens certamen, ex eo afflictabatur; quod ille sæpius prostratus, semper mox ut pedibus terram tetigisset, renouato robore confurgeret; quomobrem eum in altum sublatum, constructis in aëre membris, & faucibus iugulauit. En Hercules noster Christianus, si cum Anthæo, cum carne, atq; concupiscentijs eius pugnam gerit, & illa crebro, & millies oppressa, millies redit, eam in altum tollat, procul, inquam, à terrenarum rerum intuitu, mortificatione neq; fomentum carnis exanimet, atque comprimat, & mox de fructu uictoriæ exultabit. Tunc autem id fiet, cum mortuus erit Mũdo, & uita eius abscondita erit in Christo, tunc preciosa erit in conspectu Domini mors, nimiru mortificatio sanctorum eius, & tunc granum frumenti mortuum, multum fructu afferet, homoq; exterior mortificatus, fructus dignos proferet.

Gen. 3.

Ioan. 3.

a. Prius est vesperæ aduersitatis, quàm mane prosperitatis.

HAMERVS Commentatione in Genesim, ex D. Gregorij auctoritate, quàm eleganter uesperæ & mane felicitatem & infelicitatem præferant, his edisserit.

Gregorius non ineliganter ex ijs Scripturæ uerbis: Vesperæ & mane dies vnus, adagium exculpfit, vt uesperam & mane referat ad infelicia atque prospera mortalis huius uitæ. Hæc enim duo inuicem connexa & sibi perpetuo coherentia sunt: vt læta tristibus, infelicibus prospera succedere soleant, & felicium atque infelicium semper mistura quedam sit. Verum est profectò uerbum quod aiunt: Nihil quicquam tam prospere diuinitus hominibus datum, quin etiam admistum sit aliquid difficultatis. Sapientis uerbum est: Non est iustus super terram, qui faciat bonum, & non peccet. Hoc idem. Homerus de Ioue ait:

Lib. 8. Mora.

Eccl. 7.

Nunc lætis uitam miscet, nunc tristibus idem.

Menandri quoque hic uersus est.

Num quæpiam intercedit ijs cognatio uitæ & doloris?

Non alienum arbitror ab hac sententia, quod præci Romani duas Diuas coluerunt, Angeroniam, atque Volupiam; alteram ab angoribus dictam, alteram à voluptate. Et Angeronia quidem ponifices in sacello Volupiae sacrum faciunt, significantes dolores ac voluptates in uita hominum inuicem mistas esse. Addunt, Angeronie simulachrum in ara Volupiae fuisse collocatum, quod dolor comes sit voluptati, & voluptas dolori. Idem hoc in Prouerbijs Salomonis legitur: Risus dolore miscbitur, & extrema gaudij luctus occupat.

Prou. 14.

Vulgatum est ac percelebre apud Patres, & apud concionatores illud antitheton & Psalmo

Psalm. 29.

Psalmus desumptum; Ad vesperam demorabitur fletus, & ad matutinum lætitia. Deus enim, & Mundus diuersa admodum incedunt via. Mundus siquidem primùm prospera, deinde aduersa; Deus verò tribulationes primùm, post præmia suis elargitur. Apud Deum igitur ad vesperam demorabitur fletus, & ad matutinum lætitia. Verùm quàm egregia elegantiq; comparatione dies prosperitatem, nox aduersitatem præfigent, attendas. Diei Sol præest, ob id fulget, atq; rutilat; nocte vero Luna & stellæ, exinde pallescunt omnia. Prosperitatem fulgor, seu lætitia sequitur, aduersitatem pallor obscuritatis, vel dolor. Dies fulget, sed aridus est, nox tenebrosa, sed humida; Prosperitas enim, felicitasue clarum reddunt hominem, sed arentem virtutibus: in aduersitate vero, & calamitate, quanquam obscurus appareat, vigescit attamen homo pius virtutibus. Exurgente Sole ros cadit, sed mox à Solis calore absumitur: in nocte verò augetur: Ita virtutum semina, aucta felicitate, facile rescinduntur, & marcescunt: vnde deprecabatur Dauid; Per diem Sol non vret te, neque Luna per noctem. Cœterùm in aduersis virtus augetur, vitia præscinduntur, quoniam tanquam aurum in fornace expurgatur animus. Heu quot in hac die secundarum rerum cum Phaetonte currui Solis, felicitatis videlicet, affluentiq; rerum terrenarum insidentes, quatuor vehuntur ab effrenatis equis, passionibus, inquam, proteruis, amoris, odij, spei & timoris, nec rectum iustitiæ callem tenentes, cuncta diuina, & humana subuertunt, seipos in vastissimum atque turbidum Eridanum, in abyssum videlicet discriminū præcipitant? Quot cum Icaro in eamque die prosperitatis alis cereis sibi effictis, videlicet propriæ existimationis, se in altū fastu suo attollunt, at feruore rerum prosperarum, quasi Solis ardore, liquefacta cera corrunt, atque decidunt? Quot in nocte aduersitatum è contra stellatum currum ducunt mirifico ordine, quoniam pluribus insigniti virtutibus, temperantia duce proficiscuntur? Cadent enim à latere tuo mille (inquit Dauid) & decem millia à dextris tuis. Quod si Dei dextera, est diuitiarū & gloriæ Mundi affluentia, sinistra verò tribulatio & ærumna: ne mireris, quod à dextris cadant decem millia, & mille tantum à sinistris, decem millia in die, & mille tantum in nocte. Nubis columna Hebrais interdum patens iter exhibebat, ignis verò in nocte, quod certè typo quodam significabat, rerum prosperitatem sepe mentem obnubilare, tribulationem verò igne diuino accendere. Nautis per maris irati fluctus disrupto iactatoq; nauigio errantibus, die sydus non adest, quo deducti recta pergant, at noctu stella semper polaris splendet: Ita profectò in prosperitate difficile est rectam semitam tenere, vbi in aduersitate prudentia excitatur, quæ & viam ostendit, & à iustitiæ calle recedere non patitur. Peregre igitur & dies prosperitatis, & nox indicat aduersitatem. Mundus itaque ducit suos per diem ad noctem horrores; Deus verò per noctem mœroris ad diem lætitiæ. Duxit Mundus Cain, Cham, Pharaonem, Esau, Antiochum, Herodem, per diem felicitatum ad noctem confusionis. Cain siquidem, vt fera p̄fossus est, Cham profugus interijt, Pharaonem in mari perijt, Antiochus, & Herodes à vermibus ex carne scatentibus dilaniantur, vt inde debitas sibi poenias in horrore noctis æternæ subirent. Duxit Deus Abelem, Iacob, Ioseph, Dauid, Christū, Ecclesiam, & electos per noctis ærumnas ad mane iubilationis. Vnde Abel primò martir, deinde beatus; Iacob primùm exul, deinde diues; Ioseph prius in carcere, deinde triumphat; Dauid primùm profugus, deinde Rex; Christus primùm traditur ad illudendum, & flagellandum, post tercia die resurgit; Ecclesia primùm militans, deinde triumphans: O quàm foelicior, & optatior est nox tribulationis, si via est ad dies supernæ prosperitatis. Diem igitur supernæ beatitudinis præire debet nox aduersitatum, atque Mundi ærumnarum. Scriptura sacra id nobis indicat pluribus monumentis. Primùm nanque extiterunt in Mundo tenebræ, deinde lux; primùm fit vesper, & post mane: Sex diebus operatur Deus, septimo requiescit: Flammeum ensē vibrat Angelus ante ianuas Paradisi: iactatur primùm inter Diluuij procellas arca, deinde quiescit: seruiuit septem annis Iacob pro Lia, deinde pro Rachele: Pelle primùm induitur Iacob, deinde benedictionem meretur. Sex annis feritur terra, septimo requiescit. Aer obscuratur, deinde manna descendit. Israël quadraginta annis, per inuia, ac arenosa deferta fatigatur, deinceps promissam terram obtinet: Idem etiam primò Iordanē transiit, mox terram fluentem lac, & mel possidet: Saxa ante expoliuntur, quàm in Templi

Prosperitas diei nomine aduersitas noctis denotatur.

Psalm. 120.

In prosperis virtutes pereunt, in aduersis roborentur.

Psalm. 90.

Deus & Mundus per diuersa suos ducunt itinera.

constru-
tionē adhiberetur. Elias nō scādit Celū, nisi curru ignito. Ciuitas est plena omnium bonorū, sed callis est āgultus, inter ignē & aquā. Chorda i lyra primò extēditur, mox cōcentū reddit. Mūds sphæricus rota est, nō fortunæ, sed Dei: Sol peragrās hemisphæriū supernum, dum dies est, primū scandit vsque ad summum, deinde descendit vsq; ad occasum, atque in mari mergitur: At in hemisphærio altero dum nox est, primū descendit vsque ad ima, à quo iterum non potest non nisi ascendere. In die igitur prosperitatis paucet homo, si ascendit ad rerum terrenarum affluentiam, diuitiarum & voluptatum copiam, ne sit etiam descensurus, quia post ascensum est descensus: lætetur verò & gaudeat in nocte aduersitatum, cum descendit, certior effectus, quod post descensum ad ima, iterum sit ascensurus ad superna.

Mundus rotæ assimilatus.

b. Ecclesia ante Christum in vespere legis, post Christum in mane Euangelij vna.

ANASTASIVS Synaita Cōmentarijs in Hexameron libro primo.

Non dixit; Dies primus, sed dies vnus, non duo. Hoc mysterium magnum est, vesper & mane. Ego autem dico in Christo, & Ecclesia, quæ aliquando erat vesper obscurum, ei autem vnica vera luce, fuerunt duo in carnem vnā, vnus lucis dies, qui illuminat omnem hominem venientem in hunc Mundum fidei Christi. Quem deinde initiavit baptismo, cum diceret; Et spiritus Dei ferebatur super aquas, per spiritum & aquam ipsum ostendens, per quem & ipsum purgavit ab antiquis sordibus, & docuit mysterium regenerationis, quia dixit; Fiat lux, per quod verbum, & bonam vitam ab eo exegit, quæ tanquam lux luceat ante faciem eius, ne contingat eum esse pigrum ad intensos, & vehementes sudores virtutis, vt qui non sit habiturus coronas tantorum sudorum, quorum sunt participes futuri, qui laborant.

Ecclesiæ sanctæ tempus, quo ipsa ab Adamo, seu ab Abele exordium sumens, ad Mundi usque excidium protrahetur, diei vni optimè comparari posse non dubito. Vesper, seu nox præcurrens, tempus id fuit, quod ante Christum delapsum est, in quo emicauit Luna, lex, seu pontificia illa leuiticæ stirpis auctoritas, exiguo pradita gloriæ fulgore, & stellæ, Prophetæ. Profiliijt inde lux Christus, vt mane & dies, quo splendescit Sol, Euangelium, seu pontificia Romana sedes summo fulgore rutilans, & stellæ, Apostoli, Doctores, atque conspicii prælati; attamen factum est vespere & mane dies vnus, quia vna est Ecclesia à Mundi exordio vsque ad eius restorationem & reparationem. Verùm quid est illud, quod Paulus nobis referauit, cum dixit; Sacramentum hoc magnū est, ego autem dico in Christo, & in Ecclesia; sacratissimum illud mysterium insinuās, quo intelligimus, quod quemadmodum Euaeducta est ex costa Adæ somno correpti, & mox ei connubij vinculo sociata: ita Ecclesia profiliierit ex latere Christi in cruce morte exanimati, & statim ei sponsa addita? Non igitur Ecclesia, si morte Christi exorta est, ante Christum per multa prætereuntia secula præexistit. Attendas responsum; Efficta & formata est Eua, non in teneris infantia pueritiæque annis, sed in procerâ consistenti ætate. Ecclesia proinde sancta egit infantia annos naturæ tempore, cum ei & natura nutrix, & Deus nutricius extitit; pueritiæ verò annos tempore legis absoluit, quando Moses, lexq; ipsa ei pedagogus fuit, vt verò adoleuit, florentemque ætatem tetigit, reparata per Christum ex latere eius prodijt, ei que est desponsata, quemadmodum & Eua ex Adæ costa excerpta, ei est matrimonij nexu copulata. Quapropter Ecclesia ad instar Eua, simul & nata, & Christo desponsata perhibetur, quia ea in ætate, qua Eua formata est, & Adæ coniuncta, eadem certè & ipsa Ecclesia reparata, iustificata, & mirificis donis, tanquā monilibus, & ornamentis decorata, Christi sponsa est effecta, quamuis funesto euentu consimul inter lætas nuptias sponsum mortem subire spectarit. Suscepit igitur Ecclesia vitam proceram in ætate, sicut Eua florida in iuuentute:educta est è latere Christi, vt i Eua ex Adæ costa: propterea latus eius lancea confossus est, & exiuit sanguis, & aqua, duo hæc præmonstrabant baptismata sanguinis, & fluminis, quibus efformanda erat Ecclesia: conscissum est autem latus Christo iam exanimato, mortique adacto, vt Adam somno correpto, ut omnia Adæ primæni, atque secundi gesta concinnè sibi ipsis responderent. Sed de his uberius infra.

m m m Vesperi

Allegoricè.

DIES VNUS.

- a. *Dies generationis Verbi vnus, & aternus.*
 b. *Ortus Angelicus dictus est dies vnus & non primus, quia primus tantum nuncupari potuit dies aternus generationis Verbi.*
 c. *Dixit; Factum est vespere & mane dies vnus, non, Factum est lux, & tenebra, quoniam effici poterunt vnum prescientia, & essentia Angeli, & non Angelus & Demon.*

c. *Vespere, hoc est, tempus, quo anima gloria potitur sine corpore; Et mane, tempus, quo cum glorifico corpore in aeternum viuet, dies vnus est.*

ANASTASIVS Synaita Commentariorum in Hexameron libro primo.

Eum docet etiam mysterium resurrectionis, & dicit; Ne putes ad nullum lucrum tibi esse reditura certamina. Non ita erit. Sed erit tibi vespere, per mortem scilicet contracta, & vacabis ab omni operatione, & te apprehendent tenebrae caliginis & cecitatis, Deinde postea fiet tibi mane, nempe illucescet dies resurrectionis, & exoriens sol, qui cadit sub intelligentiam, soluet mortalem noctem, & te vocabit, vt expurgaris, & sic videbis diuinum illud mane, quod quidem Moses nominauit diem.

Beatitudinis inenarrabilis aternitas, quae nescit occasum, neque tetris tenebris obduci vnquam poterit, dies certè est sabbati, perennis quietis, vberriam benedictionis, & nunquam aeternum abolendae sanctificationis; verum dies quoque hic iucundissimus gaudet vespere, & mane. Vespere mors est, & tempus id, quo anima in regia superna effulgentè, squallet corpus in tumultis, marcescit, ac putrescit. Adueniet mane, quando corpus etiam emicabit resurrectione: de quo mane exponi possunt verba illa; Et valde mane una sabbatorum, hoc est, in primordijs praestantissimae diei, quae vna erit post sabbatum, post noctem quietem. Hoc mane subsequitur dies aeternitatis, & lucis, quo beati corpore glorifico, micantiq; beatitudinis omnigenae compotes efficientur. Ceterum vespere, & mane dies vnus; & tempus, seu nox, quando anima à putrescente soluta corpore, & dies, seu mane, quo ipsa eidem gloria fulgido iuncta, beatitudine insignitur, dies vnus est, quia vna beatitudo; vnus, inquam, non primus, quia perpetuus, & quem secundus, seu alter nunquam est subsequuturus. Verum vespere & mane dies hic habet, non animae ratione, quae eo glorifico lumine accincta, semper rutilanti mane potitur, sed corporis, cui quidem primum vespere fit, dum in tumultis iacet, mane verò subsequitur, cum ad rediuuam vitam reuocabitur: Euocabitur autem ad resurrectionem, & florentem immortalitatem, vt enitescat diuina potentia, sapientia, & bonitas; Quae enim augustior potentia, quam corruptionem vocare ad incorruptionem, priuationem ad habitum (ut aiunt in scholis) mortem ad vitam, mortalitatem ad immortalitatem, & crassa corpora redigere ad subtilitatem, opaca ad claritatem, passibilia ad impassibilitatem, & grauiora ad agilitatem? Quae autem praeclearior sapientia, quam restituere animae sociam carnem, atq; vt cunctis animae votis satisfiat, connectere illi corpus, ad quod propensionem fert naturalem, & corpus congruum gloriae suae? Quae insignior bonitas, quam reddere & carni merita, laboribus, ærumnis, mortificationibusque suis condigna? Congaudeat igitur Christicola, certior redditus, quod quamuis in morte vespere fiat corpori suo, subsequuturum sit postea mane resurrectionis, & immortalitatis, quod certè splendidissimum, & perenne, nullum timens occasum, ipsi aeternum fulgebit.

a. *Dies generationis Verbi vnus, & aternus.*

Psal. 2.
Psal. 109.

De die isto coruscantissimo atq; aeterno, de quo Spiritus Sancti cōcētor; Ego hodie genui te, qd excelius unquam tradi potuit, quam verba illa eiusdem Psalmographi; Tecum principium in die virtutis tuae, in splendoribus sanctorum, ex utero ante Luciferum genui te. Quo in loco

loco perpendenda sunt singula. Principium quandoque dicitur Deus internarum emanationum, seu etiam diuinarum hypostasum & personarum: quandoque verò externarum, quibus creaturae ipsius conditoris largitate propriam naturam adipiscuntur. Secundum emanationem internam & aeternam principium est Pater, principium est Filius. Pater principium sine principio, quia Filij principium, & à nullo: Filius principium de principio, quia à Patre, & cum Patre principium Spiritus Sancti. Sic enim statuit atque approbavit sacrosancta Ecclesia in generali & œcumenico Concilio Lugdunensi. Secundum quam celestem doctrinam interpretandum est; In principio erat Verbum, videlicet principium Filij erat ipse Pater. Verum vt ad perpendendum psalmi oraculum nos ipsos conferamus; cum inquit: Tecum principium, alloquitur Pater Filium, declaratq; quid ab aeterno fuerit cum ipso. Tecum igitur principium, ait, ac si diceret; ego principium cum te principio, quia filius es, nec minor me ipso Patre, cum à me nec sis diuinitate seiunctus, nec potestate diuisus, neque aeternitate discretus: Hinc magnus ille pontifex Leo; Nec genitor est genito prior, nec genitus est genitore posterior. Nam & Verbum (inquit Ioannes) erat apud Deum, hoc est, non supra, vel sub, non maius, vel minus, sed compar. In die virtutis tuae, in die illa aeterna, qua me ipsum in te quasi in speculo contemplabar, ac amore accendebam, in ea die virtutis tuae, qua amorem excitabas, in splendoribus sanctorum eram cum Spiritu Sancto, videlicet cum illo amore aeterno, qui ineffabilis est splendor sanctorum, nempe vtriusque nostrum, Patris, Filij, qui sumus sancti sanctorum. Et ex utero semper ante Luciferum genui te: vterus essentia est ipsa diuina, ex qua ab aeterno perenniter generatur Verbum. Quapropter Glossa interpretata est, ex occulta & secreta substantia genui te ineffabiliter. Ante Luciferum, id est, ante omnia tempora. Lucifer quidem emicans stella ea est, quae diem praenunciat; Genitus est igitur Filius ante Luciferum, nempe ante cuncta saecula. Vel ante Luciferum, ante Angelum, qui prima fuit creaturarum omnium à Deo productarum. Hæc igitur dies est, de qua: Ego hodie genui te: dies certè vna sempiterna, quae neque initium sumpsit, nec finem susceptura est.

Deus varijs modis dicitur principium.

Cap. vnico de Sum. Tri. & fide Cath. lib. 6.

b. *Dies, seu ortus Angelicus, dictus est dies vnus, et non primus, quia primus tantum nuncupari potuit dies aternus generationis Verbi.*

RVPERTVS Commentariorum in Gen. libro primo, cap. vigesimo.

Illud sciendum est, quod certam ob causam non dictum sit; Dies primus. Quid enim? Nunquid iste angelicae claritatis dies, quamuis pulcher, quamuis decorus, dies est primus? Minime. Absit hoc. Nam longe minor est illo die sanctificato & benedicto, in quo requiescit Deus. Et post. Bene ergo dictus est hic non primus, sed vnus dies, quia videlicet ille alius primus dies, immò & dierum dies est.

De diebus istis symbolicis, qui altissimas exposcunt speculationes, periculosum vereor latè differere. Quapropter id mihi satis erit animaduertisse, quod nulla inter diem aeterni Verbi, & diem Angelicum possit attendi comparatio. Dies siquidem Verbi, dies est aeternitatis, dies angelicus dies est æui. Dies Verbi praesens tantum, dies angelicus praeteritum nouit, & praesens, & futurum, quanquam sine naturae decidentia, & eiusdem inuouatione. Dies Verbi principium non habuit; angelicus verò dies exordium sumpsit, quoniam Angeli à Deo manarunt. Dies Verbi luce fulget omnium coruscantissima, incomprensibili, inconspicibili, quinimò ipse est lux; dies angelicus claret quidem, sed luce aliena, luce scilicet diuina. Dies Verbi semper est in meridie; dies angelicus transit à vespere tantum ad mane. Dies igitur iste Verbi, dies Sabbati est sanctificatus & benedictus, in quo requiescit Deus, in quo requiescemus & nos, post laborem dierum nostrorum respirantes. Et utinam in hac atra nocte vitæ ita ambulemus, vt ignea columna duce, nempe fide, mare Rubrum ærumnarum, & tribulationum Mundi transilientes, ad illud felix mane peruenire ualeamus. Dies igitur Verbi primus & princeps, dies uerò Angeli vnus perhiberi potest, non primus.

Diei Verbi aeterni & Angelici collationes.

Dies vnus.

Allegoricè.

a. Hoc est, dies prima Solis, ex antonomasia vna, quod nominanda esset dies Dominica, singularibusq; privilegijs decoranda.

Anagogicè.

b. Portendens & significans primam aetatem Mundi.
c. Dies scilicet perennis aeternae beatitudinis vnus.

c. Dixit, Factum est vespere et mane dies vnus; non, Factum est lux, & tenebra, quoniam effici poterant vnum praescientia, et essentia Angeli, & non Angelus, & Daemon.

R V P E R T V S Commentariorum in Genesim lib. primo, cap. vigesimo.

Factumq; est vespere & mane dies vnus. Notandum hic in primis est, quod non dixit; Facta; sunt tenebrae & lux dies vnus. Hoc bene & prudenter à scriptore sacro obseruatum est. Quae enim Deus diuisit, quomodo coniungi, vel vnum quid efficere possint? Diuisit autem lucem & tenebras, appellauitq; lucem diem, diem (inquam) totum & plenum absque consortio tenebrarum. Bene ergo dictum est; Facta sunt tenebrae & lux dies vnus, quia (sicut iam dictum est) quae Deo diuidente separata sunt, sociari, vel vnum quid efficere non possunt.

Angeli & Demones non possunt in vnū conuenire

Si dies Angelicus dictus est vnus, profecto dictus est vnus ex ipsius lucis ratione, videlicet ex sanctorum Angelorum societate, non Daemonum, cum simul persistere nequeant lux & tenebrae; sanctitas honorum Angelorum, & impietas Demonum, ex ipsisq; effici non potuit quid vnum: Angelus siquidem lux est naturae candore, gratia, & gloria; adeo ut clareat naturae puritate, fulgeat gratiae dono, coruscet gloriae lumine. Demon è contra caligo, & tenebrae est ex natura polluta, & quia exors gratiae & gloriae. Quae uis enim vires naturae ex nequitiae labe non amiserit, eas tamen denigrauit, atq; sedauit. Gratiā praeterea, si vnquam eam nactus fuerat, deperdidit, & gloriam, ad quam promouebatur, sibi surripuit. Quae igitur similitudo, quae concinnitas inter summam lucem, & profundissimas tenebras? Non potuit itaque ex luce, & tenebris fieri vnum, sicut vnum effectum est ex vespere & mane, nempe, ex esse quod habuit Angelus in latibris illis coruscantissimis mentis diuinae, & eius prolata, editaq; natura. Sed cum Angelus & Demon vnum effici nequeant, qua de causa homo inscienter ipsos in vnum posse conuenire arbitratur? Habet homo Angelum custodem à latere vno; habet & Demone tentatorem ab altero, saepeq; & Angelum exposcit ut se protegat, sibiq; opem ferat, & Demone precatur, ut uotorum suorum compotem faciat. Angelo obtemperare, & Demoni simul parere se posse existimat, quo quid dementius, cum ipsi in vnum in nostri gratiam coire non possint? Alter enim salutem, alter exitium homini machinatur, neque Angeli, nisi postquam discessit Sathan, ad Christum, ut ei ministrarent, accessere, quamuis illustri illi & lungum memorando ipsius certamini, ueluti spectatores interfuisent.

a. Hoc est, dies prima Solis, ex antonomasia vna, quod nominanda esset dies Dominica, singularibusq; privilegijs decoranda.

B A S I L I V S Homilia prima in Genesim ad finem.

Ipsam, inquam, dominicum diem, quem resurrectio Domini honore praecipuo affectit. Allegorica & elegans interpretatio ista, diei, quae Dominica nuncupatur, encomia breuissimo epilogo me recensere impellit, ac ferè compellit. Dies certè Dominicus, vnus antonomasia appellandus erat ex eius excellentia, & dignitate. Principio nanque fuit dierum omnium coryphaeus, primus dierum illorum sex, quibus congestus est Mundus; Dies ille, in quo lux omnium congestarum rerum praestantissima manauit; Dies, qui

qui Solis nuncupatus est, quo inter planetas nullus coruscantior, atque augustior; Dies naturae natalis, quo natura initium habuit, quo etiam (perfoluta illa hebdomada) redeunte, suis institutis eadem natura uiuere coepit; Dies, quem Deus mirificis & innumeris ferè sacramentis, condecorare undequaque dignatus est: ex quibus hoc unum conticere nec possum, nec debeo. Dies tres sunt, quibus admiranda contigisse enarrat scriptura; Dies nempe Veneris, Dies Sabbati, & Dies Solis, qui nobis dominicus effectus est: sed quae in die Solis peracta sunt, reliquis longè preclariora ac praestantiora censentur. Die Veneris, homo princeps Orbis plasmatus est, Mundi imperium ei collatum, cunctarum rerum contemplandarum, & gerendarum scientia ei impertita; Mulier prima formata, genusq; humanum (ut plurimorum Patrum est sententia) seductum, & in exilium actum; Eadem, ut ferunt alij, Deus homo factus est, uirgo peperit Deum, riuulus fontem, sphaera centrum, lux Solem, aurora Diem, nocte illustrata Angeli cecinerunt, stella Magis illuxit, Christus est circumcisus: Eadem, post plura annorum curricula, redemptio nostra est absoluta, sacramenta profiliere, Ecclesia educta est de latere Christi, tumulusq; lapideus uite fontem conclusit. Porro dies sabbati, dies & ipse celebris in Scripturis spectatur: In hoc primò Deus quieuit ab omni opere, quod pararat, hic singulari priuilegio à Deo benedicatur, atque sanctificatur, Iudeisq; colendus perpetuis seculis indicitur, singularia miracula Christi in ea perfecit; hac limbus aperitur, fulgor uitae tenebras mortis eo in loco expulsi. Sed die Solis longè nobiliora contigere sacramenta, de quibus Leo Papa Epistola octuagesima prima ad Dioscorum; Augustinus Sermone de Tempore: Beda libro de Natura Rerum, Epistola de celebratione Paschatis, seu de Aequinoctio verno; Gregorius Nazianzenus Oratione in nouum Dominicum, & alij. Hoc siquidem illustri die (ut dicebamus) lux primò effulsi, tenebrasq; Mundum obumbrantes expulsi: hoc natura enata, & Mundus, vndique suis numeris refertus, pulcherrimus apparuit; hoc Rubri maris euentu mirifico tumentes fecati sunt fluitus, ut Hebraeis tutum iter pararetur; hoc Aegypti rex Chencres vnà cum innumerabili equitum, peditum, curuumq; acie obruitur; hoc Hebraica gens optatam veditatem; hoc manna de Caelo Hebraeis pluit; sed quod potissimè est, Christus hoc die baptizatus est in Iordane, Caeli aperti sunt, Spiritus Sanctus descendit, vox Dei Patris primò audita est; hoc in nuptijs aquae in vinum versa sunt, hoc quinq; panibus, & duobus piscibus quinque millia hominum, stupentibus omnibus, expleta sunt: sed, quod augustissimum est, in ipso Christus, prostrata morte, surrexit primitiae dormientium, in ipso die octauo ianuis clausis discipulis spectandum se exhibuit, clauas illas mirificas ligandi, soluerique Ecclesiae suae tradidit; in ipso praecipitur, ut Euangelium per totum Orbem praedicaretur; atque ut baptizarentur homines cuncti, tam Gentiles, quam Iudei in nomine Patris & Filij, & Spiritus Sancti; in ipso Spiritus Sanctus igneis linguis apparuit super discipulos; in ipso Ioannes admirandas apparitiones, & reuelationes se habuisse testatur, dicens: Fui in spiritu in dominica die; in ipso vniuersalem mortuorum resurrectionem, atque Orbis totius restorationem futuram nonnulli Patres arbitrantur, simulque erit aeternae vitae adeptio, Ecclesiae triumphantis absolutio; perennis diei illius, qui perpetua temporum vicissitudine semota, nunquam excidere poterit, exordium; in eo ipso Sol in ortu consistet septies coruscantior, Luna nitidior, & plena in occasu, stellae micantes, elementa depurata, terra tanquam crystallus illustrata, perennem suscipient omni corruptione, & generatione sublata, consistentiam. Sed quorsum haec? Audias mysterium. Quicquid humanae naturae est, ad naturamq; spectat, die Veneris peractum est, natura eo die constituta est, natura gignere coepit, homo plasmatus est, eo die, pro dolor, erumne septem ille humane, algor, ardor, sitis, fames, infirmitas, mors, egestas ceperunt; sed & amplius culpa, quae non solum hominem, sed totam infecit naturam; quapropter ad reparandum hominem, Mundumq;, Deus homo factus est, & ut hominem redimeret, Mundumq; restauraret, miserandam, immanemq; mortem subijt. Naturae igitur & homini dies Veneris dies celebris est, dies certè amoris; ex immensa siquidem charitate, eo die Deus Mundum in hominis gratiam absoluit, eo ipso Eua, & Adam coniugium sancitum est, eo ipso ex concupiscentia, quae amor est sui ipsius, homo delapsus est, eomet propter nimiam

Dies tres celebres.

Die Veneris quae contigunt.

Diei Sabbati mirabilia.

Dominica die quae mirabilia sunt effecta.

Apoc. 1.

Ioan. 13.

nam charitatem, qua dilexit nos Deus, Verbum caro factum est, eo ex amoris excessu erucem subiit; cum enim dilexisset suos, in finem dilexit eos. Ceterum quicquid legis est singulare, id die sabbati efficitur; dies enim sabbati, dies Iudaicus est; nec immerito, & absque inuidiae liuore, nil siquidem contendebat Iudaeus sua lege hac in vita, quam focordem quietem, vitæq; huius lætum, supinumq; ociū, in terra fluente lacte & melle, diurnamque quandam terrenarum rerum vbertatem, & fortè eam sabbato consequutus est; dies enim sabbati, Saturni est. Amplius alia in vita Iudæis Christi Messia fides, limbi tantum quietem vsque ad Christi aduentum conferebat; quapropter & die Sabbati Christus limbum descendit, Archipatresque illos exhilarauit. Omnis igitur Iudaica gloria in sabbato fuit. Verū quicquid Euangelij, & gratiæ est opus præclarum, id die dominico perfolutū fuit, ut enarrata mysteria demonstrant; Euangelici namque hominis finis, dū hæc degit mortali in vita, est hominis veteris in nouum reformatio, prima, inquam, illa resurrectio, de qua in Apocalypsi legitur; Beatus qui habet partem in resurrectione prima, obidque hoc die baptismate Christi, baptismata omniū nostrum sanctificantur, quibus in nouum hominem renascimur. Miraculum illud primum, fidei nostræ comprobatio, aqua scilicet in vinum versa, hoc die efficitur; Spiritus Sanctus pro Ecclesia perenni regimine hæc eadem mittitur, quin & Iudæis eomet die mare Rubrum diuiditur, ac manna è Cœlo manat, vt duo nobis præsignarent collata sacramenta; baptismum, & eucharistiam, sicut & cætera omnia in figura contingebant illis; Alter Euangelij finis erat postrema corporis resurrectio, & hæc in Christi resurrectione, quæ dominio die effecta est, exemplar habuit, exordium, ac virtutem percepit. Dies igitur primus, qui dies Solis fuit, dies vnus dictus est ex præcellentia certè, eum sublimioribus sit elatus priuilegij, quàm dies illi, qui naturæ humanæ, legiq; ac Iudæo celebres exitere. De his diebus dicta saltem vno muniam testimonio.

G A V D E N T I V S Episcopus Brixienfis in Exodum tractatu primo. *Vult enim nos Christus promulgator legis & gratiæ, neque legitimos iuxta Lunæ cursum computatos præterire dies, neque diem suæ resurrectionis ocio ingrato transcendere. Nam sexta feria, qua hominem fecerat, pro eodem passus est; & die dominica, quæ dicitur in Scripturis prima sabbati, in qua sumpsit Mundus exordium, resurrexit, vt qui primo die creauit Cælum & terram (vnde postea hominem faciens figurauit) prima etiam die omnem repararet hominem, per quem fecerat Mundum.*

b. Portendens & significans primam ætatem Mundi.

I S I D O R V S & Beda, vt in Prothematibus Glossæ Ordinariæ.

Primordia generis humani, quibus ipsa luce perfrui cepit, bene comparantur primo diei, quo Deus lucem fecit. Et hæc ætas tanquam infantia putanda est ipsius vniuersi seculi, quod tanquam vnus homo ætatem agit infantiam. Hæc protenditur ab Adam vsque ad Noë generationibus decem. Quasi vespere huius Dei sit in diluuiio, quia & infantia nostra tanquam obliuionis diluuiio deletur.

Perpulchra est hæc allegoria seu comparatio, quam etiam plurimi Patrum nobis tradiderunt, ut Augustinus de Genesi contra Manichæos, Iulianus Pomerius contra Iudæos, Isidorus, Beda, ut hoc loco citatur: hi nāq; Mūdi ætatis diebus sex priscis, quibus conflatus est Mundus, præsignari & adumbrari declarant. Enimuerò Mūdi infantia (ut ab ea exordiamur) meritò primæ diei comparatur: conceptus enim, & natalis Mūdi egregiè ac locupletissimè comprehendere potest modo & similitudine emanantis lucis, sicuti eleganter demonstrat Isidorus. Pater Mundi Deus est, Pater sæculi etiā ab Ethnicis appellatus; sapientia æterna mater fuit; ipsa etenim est, quæ de se ipsa effatur; Cum eo eram cuncta componens, & delectabar per singulos dies, &c. Conceptus est Mundus in latebris diuinæ sapientiæ, tanquam in utero matris, ibiq; persistit, quandiu pariendi tempus aduenit, nempe vsque ad plenitudinem temporis sanciti à Deo. Effudit sapientia Mundum, tanquam puerum inordinatum inconditumque, quando manauit Chaos incongestum, & informe. Obstetricis & nutricis muneribus functa est ipsamet sapientia, quæ hunc Mundum, cum lucem pristinam fugatis tenebris protulit ad vitam, excepit. Infantia ætatem peregit Orbis à manatione sua, & protoparentum vsq; ad Noë tempestatem, tuncque pannis obuolutus est; videlicet legibus naturæ: eloqui didicit, cum ei prima rudimenta scientiarum impertita sunt ipsomet Deo pedagogo, atque Deum

Lib. 7. cap. 8.

Lib. 13.

Mundi infantia describitur.

Prou. 9.

Deum primum inuocare cepit; progredi didicit, cum primi virtutum habitus sūt ei infusi; lacte passus est, quoniam obsequijs plurimis Deus est ipsum prosequutus; hæcque educatione infantiles transegit annos, atq; ad pueritiam peruenit, ad tempora videlicet Noë, generationibus decem, quasi decem annis: & quemadmodū cum adolescit puer, res in infantia gestas, tanquām ijs annis peractas, quibus necdum memoria vigere solet, obliuioni mandare cōsueuit; ita cataclismo illo Noëtico cuncta rerum præteritarū gesta à memoria hominum exciderunt, adeo vt nil prorsus scire potuerimus ex ijs, nisi quæ Deus nobis referare dignatus est.

c. Dies scilicet perennis æternæ beatitudinis vnus.

Indicarunt nobis hanc Anagogiam plures ex Patribus, vt Basiliius Hexæmeron homilia tertia, Ambrosius Hexæmeron libro primo, capite decimo, sed dilucidius eam nobis declarauit

A N A S T A S I V S Synaita Commentariorum in Hexæmeron libro primo.

Neque dixit diem primum, quod magis oportebat, & diem extremum recensere oratione. Sed quoniam typicè prænarabat illum futurum, quem non metiuntur hora & puncti, & qui nocte non interrumpitur, sed est perpetuus & continuus, eum nominauit vnum, vt qui se semper similiter & eodem modo se habeat: & non primum, propterea quod nec omnino circumscribatur vltimo. Primum enim & vltimum sunt eiusmodi, vt afferantur ad aliquid. Illic autem nihil tale, quale oritur Christus.

Pater hic eruditione præstantissimus, adeo egregiè nobis hanc vnitatem æternitatis illius spectatissimæ, in qua degit Deus & ciues tum angelici, tum beati, quos ad tantam gloriam sublimare ipse dignatus est, symbolis declarat ac patefacit, vt exhibere lectori nil aliud possim, nisi ea, quæ Pater iste hoc loco detulit. Symbola autem hæc ex ethnicis hausta possumus afferre. Pithagoræi primum diem mensis, non primum, sed similem nominarunt, quanquam vitam illam in dissolubilem non apprehenderent, nec intelligerent; similis proinde sibi extitit dies ille æternus beatitudinis, quoniam principium non discrepat à medio, nec medium à fine, nec finis ab ipso exordio, effulgentq; cuncta in meridie consistente Sole, atque quid mane sit, vel quid vespere, prorsus ignorat. Aegyptij sacra ratione draconem, qui vorat sibi caudam, insculpebant pyramidibus, vt æternam circumuolutionem diuinarum rerum significarent, quippe qui draconem inter Deos referebant: sed fatius à nobis dicendum est, draconem potius fuisse symbolum temporis, & annorum redeuntium, quorum caput deuorat, deglutitq; caudam, præfens nempe absorbet præteritum; non autem æternitatis illius indeficientissimæ, quæ anulo aureo potius nobis erat representanda, quoniam edacitas in ea nulla reperitur, sicuti in tempore iugiter dilabente; nec præfens eliminat futurum, quoniam in æternitate ineffabili nullum adest præteritum, vel futurum, sed semper vnum viget præfens. Orpheus Deū vocabat *μωαδα*, vnitatem, id est, indiuiduum, quod nec sesquialtera, nec sesquitercia, seu alia numeri pars in ipso cernatur. Differt autem vnitatis ab vno, quemadmodum archetypus ab imagine; exemplum quidem est vnitatis, vnitatis autem imitatio est vnum. Rectè profecto hæc omnia, si tamen ad nostra Christiana dogmata trahamus. Vnitatis summa est illa excelsa diuina essentia, in qua nulla est pars, nam personæ Triadis illius sanctissimæ, atque superexcellentiissimæ, essentia vnum sunt. Ad eius igitur exemplar æternitas quasi imitatio vna est. Adiciam & hoc vnum. Hieroglyphicum omnium ferè vetustissimorum Aegyptiorum, quo ipsi non tantum Deum, sed æternitatem describebant, erat Mundi figura in orbem conglobata. Hæc profecto æternitatem præsignare perhibebatur. Sed non iniuria nos asseueramus, æternitatis hieroglyphicum esse, supra spheram ipsam confidere. Nulla equidem æternitas in concitato, ac perenniter volutato orbe concipi mente potest, sed potius super orbē, extra vertiginem, atque omnem motionis rationem, hoc est, in Empyreo, sede illa beatorum, ipsam vigere asserendum est.

Æternitatis symbola.

Hoc est,

Allegoricè.

Fiat firmamentum.

- a. Hoc est, Christi caro habens supra se aquas, & Cælum supremum, videlicet, animam, & diuinitatem.
- b. Vel, Fiat confirmatio in Angelo, ne amplius decidere possit.

a. Hoc est, Christi caro habens supra se aquas, & Cælum supremum, videlicet, animam, & diuinitatem.

ANASTASIVS Synaita loco præcitato, hanc quoque allegoriam prolixiori oratione profequitur, quam nos vt superiorem deducemus. Primum Cælum, Christi diuinitatem: Firmamentum autem, eius humanitatem, nempe carnem: Aquam verò supercœlestem, animam ipsius denotare, his explicat.

Quid necesse erat, dic quæso, facere secundum hoc velum, Cælum inquam, quod dicitur firmamentum? Sufficiebat enim primum Cælum ad situm solis, & Lunæ, & stellarum ad illuminandam terram. Si autem hoc omnino necesse est fieri, cur non secundum quoque Cælum sicut primum fuit indigena, sed tanquam ex aliqua externa regione, ipsum extulit ex terra, & ex eius guttis? Superioris ergo Cæli natura incomprehensibilis, mihi videre haberi typum ac figuram diuinitatis inaspektabilis & incomprehensibilis. Firmamentum autem, quod ab imo ascendit, habet figuram Christi humanitatis, seu carnis. Aqua autem, quæ cum eo ab imo ascendit, & intercepta fuit in medio primi, & quod propriè est Cæli, & huius firmamenti, quod ascendit ab imo, describit imaginem impollutæ eius animæ, quæ est media inter diuinitatem, & carnis crassitudinem, vt potè quod sint duo hi Cæli, ex quibus alterum quidem est aspectabile, alterum verò non cadit sub aspectum. Eius quod dictum est, testis est Gregorius in rebus diuinis præclaris, dicens Domini animam esse intermediam inter diuinitatem, & carnis crassitudinem. Anima enim & aqua dicuntur signa vitæ in diuina Scriptura.

Superius autem firmamentum hoc in medio aquarum, nimirum vteri virginei, compactum fuisse, his lepidè demonstrat.

Non fit autem extra aquam hoc firmamentum, sed in medio aquæ omnium gentium ex ea concretum. Quoniam fecit Deus salutem in medio terræ, vt potè qui habitauerit in medio terreni vteri Virginis, & salutem mundi fecerit, compacto firmamento sancti sui corporis in medio incorruptæ matris fontis vitæ puella Dei matris, & posito sub aqua firmamenti, sub Sole, inquam, eius diuinitatis.

Amplius Christi caro quomodo Cælum nuncupari potuerit, sapienter, prolixèque enarrat.

Vide enim, quod Cælum quidem superius, & quod non cadit sub aspectum, natura ab initio vocatum est Cælum. Firmamentum autem materiale, quod ab imo ascendit, non natura ab initio factum est Cælum: sed post unionem, quam habuit cum Cælo natura inaspektabili, tunc ipsum quoque Cælum est appellatum. Sed quoniam sanctum quoque Christi corpus deificatione & unione dicitur Deus, non autem natura, necesse est ob typicas, sed non naturales, quæ dictæ sunt rerum traditiones, id dicere firmamentum, quod factum est ex aquis. Erat abyssus tenebrarum sedes, homo. Quæ autem per Christum exaltata est supra Dei lucis sedes, considet etiam cum eo indiuiduè. De his in Christo unitis Cælis, seu naturis, dictum est illud; Cæli enarrant gloriam Dei, hoc est, nature Christi, predicant & gloriam ipsius Dei unigeniti, qui ex ipsis, & in ipsis consideratur, & paternè, eum quidem vt Deum declarantes, & vt hominem, qui est simul in ipso Deus. Manuum autem eius facturam, cum oporteret eum tangentem per se operari, in miraculis annuntiat firmamentum, hoc est, qui in eo cernitur homo. Per eum enim operabatur miracula diuinitatis, quem è terra sustulerunt dicentem; Manus tuæ fecerunt me, & plasmauerunt me, firmamentum à corruptione ad incorruptionem. Vnde Cælum quidem carnis eius quod videtur, ex humore terræ, nempe ex sanguine terrestris Virginis sibi editum, firmavit, seu compegit ad incorruptionem, quoniam est Dei caro. Non enim corrupta est, aut interijt, etiam si ea quæ sunt natura, secuta est etiam in cruce. Nam etsi Dei caro, erat tamen etiam nostra.

Enarrare quinetiam sequitur, animam aquarum cœlestium eadem ratione typum habere.

Alteram autem, nempe quæ intercepta est, vt dictum est, media inter duos Cælos, dico autem animam, vt dictum est, sunt in sua essentia, vt quæ non opus haberet, vt firmaretur, ed quod eius natura minimè corrumpatur, nec in eam cadat interitus.

Adjiciens insuper pluribus demonstrat, diuinitatè èt aère significari, & demōstrari.

Si

Si autem vales, non accipies de sola carne Domini secundum firmamentum, nempe aërem, sed etiam de eius diuinitate. Quomodo enim aër implet omnia, & nullus est locus eo vacuus. Dicitur autem & ab externis locus capax omnium, & qui potest omnia suscipere. Est autem etiam perspicuus, nullius capax figura, & inaspektabilis: sed faciens quidem, vt res videantur, cum ipse omnino non videatur: ita etiam vniuersorum Deus implet omnia, & nullus est locus eo vacuus. Non est enim creatura, quæ ex ipso non sit conspicua, est autem capax omnium, qui querunt comprehendere eam, quæ ex ipso existit, deificationem, congruenter ei quod à Moise dictum est; Est locus apud me, nempe facultas suscipiendi te, & tua. Quidnam autem est aliud eo magis perspicuum, qui propemodum occæbat oculos discipulorum in Thabor? Est autem nullius capax figura, adeo vt nullam aliam suscipiat formam, tanquam formam in materia. Ad hæc autem accedit, quod est inaspektabilis. Qui enim supra eius pectus recubuit, dixit; Deum nemo vidit vnquam; & facit quidem, vt alia videantur ab ipsis, qui habent validam mentis perspicacitatem, vt potè Angeli, Cælum, & vniuersa creatura, vndenam & quemadmodum facta sit. Ipse autem non subiicitur comprehensioni, neque cernitur modus eius essentia. Hoc quoque non te pretereatur, quod sicut aër est viuificator hominum, & eorum quæ sunt in terra: ita etiam Deus accedens, eos viuificat, qui viuunt ex ratione, Angelos, inquam, & homines: sed & eos, & qui sunt belluini, in sola eos conseruans essentia, non vtiq; ad eos accedens, & cum eis transiens. Quod sic etiam intelligas de Angelis & Daemonibus illud; Et separauit Deus, &c.

Non quidem inelegans censenda est hæc comparatio, quam hoc in loco habet Anastasius, qua supernum Cælum diuinitatis typum gerere, supracœlestes aquas animæ, & firmamentum carnis Christi similitudinem præferre contemplantur; nil siquidem excelcius & coruscantius superno Cælo, seu Empyreo: nil præstantius, splendidiusvè diuinitate Christi, qua qui perfunditur, beatus, omniumque felicitatum compos efficitur, Latitat Cælum illud, & firmamento, quasi velo obtegatur: latitabat in Christo diuinitas, & carne, quasi densa nube, velabatur. Conscindetur firmamentum, & reparabitur, & tunc explebit supernum illud fulgidius Cælum, ipsum nempe perlucidum, emicansq; firmamentum. Discindenda utique erat caro Christi in cruce, & immortalitati restituenda, vt diuinitas in ipsam humanitatem lumen beatitudinis diffunderet, eiq; impertiretur. Cæterum & animam ipsam aquis supercœlestibus non ineptè comparaueris; mediæ enim sunt inter supernum Cælum, & firmamentum aquæ, pariter & anima inter diuinitatem & humanitatem considet, mirifico quidem euentu, vt simul beata sit, & uatrix: beata, vt supra se diuinitatem cernit: viatrix, ut firmamentum, videlicet carnem viuificat, humanitatisque rationes persoluit. Tandem, & caro eleganter firmamentum appellatur, nec una tantum id exigente similitudine, sed pluribus. Firmamentum in medio aquarum primò constitutum est, & efformatum: Christi caro in medio sinus virginei ex incorrupta inuolataq; Deiparæ carne compacta: Mirificum certè opus, quando Deus operatus est salutem in medio terræ, scilicet Christum salutare nostrum in medio vteri genitricis Dei. Concretum est firmamentum Dei virtute: conceptus est Christus in aluo virginali, Spiritus Sancti obumbratione. Firmamentum illud consolidatum fuit inter aquas, non quidem ex omni aquarum colluue, sed ex summitatibus, ac puritatibus eius: ita Christi caro efformata est, non ex quacunque, sed ex purissima immaculatæ Virginis humanitate, quæ in ipsa perpurgata fuit, ne animam pollueret, & ne uel leuissima quidem labe coinquinaret. Confectum est Cælum, vt in ipso collocarentur Sol, Luna, & astra, quæ infera cuncta illuminarent: Diuinitatem velauit caro Christi, vt ex eius ore prodiret ad nos lumen doctrinæ cœlestis, à scientia beatifica promanans, ut à Sole rutilante: ab acquisita, ut à Luna diuersas uicissitudines subeunte: ab infusa, ut à stellis scintillantibus. Sub firmamento cuncta alterationibus, corruptionibusq; perturbantur, ipso tamen ab omni alteratione, & interitu incolumi remanente: sub carne & humanitate Christi resident mortales criminibus obnoxij, & ipse vnus ab omni prorsus sceditate perstat alienus. Firmamentum, ut Patrum sententia tulit, cadu cum est, sed in ipso casu reparandum: Christi caro horrorem mortis induit, sed mox ad immortalitatem, euecta erat: De ipso profectò scriptum erat; Non dabis sanctum tuum videre corruptionem; adeoq; est reparatum corpus eius, ut non ultra profcindi possit lubrica corruptione. Aspectabile est firmamentum: conspici poterat & caro Christi. Firmamentum non initio, & suaque natura effectum est Cælum, sed Cæli nomen sibi uendicauit ex unione supremi inaspektabilis Cæli: caro Christi non sua natura diuinitatis idiomata præripere poterat, sed tunc eis est potita, cum ipsi est diuinitati copula,

n n n ta; com-

Christi diuinitas Cælo, anima cœlestibus aquis, caro firmamento cōparantur.

Psal. 73.

Psal. 15.

Psal. 18.

Iob. 10.

ta; communicata sunt enim utriusque naturæ idiomata ob illius spectatissime & præclarissime unionis rationem. Quapropter probè concludit Anastasius, de Christo Deo & homine eleganter exprimi posse, quod cecinit David; Celi enarrant gloriam Dei; & opera manuum eius annuntiat firmamentum, scilicet naturæ, diuinæ & humana in uno Christo Dei gloriam celebrant, seu ipsum Patrem glorificant, iuxta illud; Ego gloriam meam non quero, sed eius, qui misit me: & opera manuum eius, nimirum opera omnipotentiæ suæ, siue diuinæ maiestatis, firmamentum, nempe Christi caro, annuntiat; Christus enim homo, ut cernebatur, opera diuinitatis annuntiabat, quia ipsa exequabatur. Et hæc quidem satis; Nam de diuinitate quomodo cõferri, & comparari possit, supra edifferuimus.

b. Hoc est, fiat confirmatio in Angelo, ne amplius decidere possit.

Cap. 24. GREGORIVS Magnus Expositione in Iob, libro uigesimo septimo: Et Patherius libro primo supra Genesim.

Virtutes Angelicæ, quæ in diuino amore fixæ persisterent, lapsis superbientibus Angelis, hoc in munere retributionis acceperunt, ut nulla iam rubigine surripientis culpæ mordeantur, ut in contemplatione conditoris sine felicitatis sine permaneant, & in hoc quod sunt condita, æterna stabilitate persubstant. Quod bene apud Moysen ipsa de Mundi origine historia verba testantur, cum & prius factum Cælum dicitur, & hoc idem postmodum firmamentum vocatur: quia videlicet natura Angelica, & prius subtilis est in superioribus condita, & post ne vnquam potuisset cadere, mirabilius confirmata.

Et Commentarijs in Ezechielem Prophetam, ut idem et Patherius refert. *Tales creati sunt Angeli, ut si vellet, in beatitudinis luce persisterent, si autem nollet, etiam labi potuissent: Vnde & Satban cum sequacibus legionibus cecidit, sed post eius lapsum ita confirmati sunt Angeli, qui persisterent, ut cadere omnino nõ possent. Quod bene in ipso exordio Genesios libri, ex historica descriptione signatum est. Quia creauit Deus Cælum & terram, quos postmodum vocauit firmamentum. Cæli ergo fuere ij, qui prius bene sunt conditi, sed postmodum firmamentum appellati sunt, quia ne omnino iam caderent, virtutem incommutabilitatis acceperunt.*

GLOSSA Ordinaria hæc sic desumpsit.

Angelicæ virtutes, quæ in Dei amore persisterunt, hoc in retributione acceperunt, ut in contemplatione conditoris perenni felicitate maneant, & in hoc, quod condita sunt, æternaliter subsistant. Vnde apud Moysen, Cælum factum dicitur, & idem postea firmamentum vocatur, quia Angelica natura prius subtilis est in superioribus condita, & post, ne vnquam cadere possit, mirabilius confirmata.

Allegorica hæc de Angelis interpretatio à beato Gregorio excitata, ut de eorundem confirmatione sermonem habeam (breuissimè attamen) me impellit. Fiat, inquit Moyses, firmamentum in medio aquarum. Aquæ profectò erant Angeli, nam in primæuo creationis ipsorum momento, in nitore purissimæ naturæ constituti, ut aquæ labiles, huc illucque, ad bonum malumque ferri poterant: Tunc autem effectum est firmamentum, quando ad Deum conuersi, virtutem incommutabilitatis acceperunt. Triplex siquidem est naturarum intellectualium genus, Deus, Angelus, homo. Deus nunquam nisi bonum, ut fons bonitatis, velle poterat. Angelus semel illud velle, aut non velle quibat. Homini verò sapius, vsquequo rebus excedat humanis, illud amplecti negligere vè datum est. Verum quamam de causa Angelo id tantum semel posse, impertitum fuit à Deo, quod homini sapius? Damascenus libro de Fide secundo, rei propositæ satisfacit; cum ait, quia id Diabolo est casus, quod homini mors. Albertus Magnus prima parte Summæ, quæstione decima, cõsimili occurrit responsione; quia prima voluntatis flexio Angelis fuit non in uia, sed, ut aiunt, in termino. D. Thomas parte prima, quæstione sexagesima quarta, id ostendit subtiliùs ex eo quòd Angeli uti apprehendunt immobiliter, ita & immutabiliter adherent. Superaddam ego exemplum. Hilarius in Matthæum Angelos lilio comparat, & egregiè quidem, liliū nanque candidum est, & Angelus in candore iustitiæ, & puritatis naturæ semper albescit; Non laborant, neque nentilia; sed adeo nitido indumento à summo conditore sunt exornata, ut nec Salomon in omni gloria sua eis æquari potuerit; & Deus non ex aliqua Angelorum arte seu merito, iustitiæ, puritatisque dona eis contulit: Liliū flores omnes proceritate superat; Angelus autem omnes creaturas natura eminet, atque excellit.

Lilij

Psal. 118.

Ioan. 8.

Cap. 24.

Angeli aquis comparantur.

Cap. 2.

Art. 14.

Art. 2.

Can. 5.

Angeli lilijs conferuntur.

Fiat firmamentum in medio aquarum.

Et diuidat aquas ab aquis.

a. *Hoc est, fides inconcussa inter diuersa doctrinarum genera. Et diuidat aquas, doctrinas viuas fide, ab aquis mortuis incredulitate.*

Allegoricè

Lilij germen, si à radice humi detenta auellitur, virtute in seipso occultata iterum reflorescit: Angeli pariter ex eo tantum quod diuinitus perceperunt, non externa vlla generatione, perpetuam degunt vitam & immortalem. Sed ut quid hæc? Ut scilicet edifcas, quòd sicut liliū est absque Sole non aperitur, & redolet, apertum attamen non amplius concluditur: Ita & Angelus Dei gratia ad creatorem ut se vertit, conuersus semel, ab ea, qua obfirmatus est incommutabilitate, nunquam auertitur. Hæc lilia sūt, de quibus inquit Sapiens; Qui pascitur inter lilia: quòd Deus inter candidissimos Angelorum choros sua in coruscantissima regia, se suosque pascit. Hæc lilia, de quibus fabulantur Gentilium Vates, quòd ex lacte Iunonis decedente pullularint, dū ipsa ab Hercule, cui clam supposito vbera admouerat, sese abstraxisset. Figmenta profectò sunt hæc: illud equidem verissimum est, ex lacte purissimo diuinæ sapientiæ Angelos suis se exortos.

Cantic. 6.

a. *Hoc est, fides inconcussa inter diuersa doctrinarum genera.*

ANASTASIVS Synaita Commentariorum in Hexæmeron libro secundo, hanc allegoricam interpretationem elegantibus cõtemplationibus adeo prosequitur, ut labore explanationem prolixiore dilucidandi nobis sublatum esse intelligamus, acta enim forsitan agere videremur: Quapropter breuibus tantum argumentis eam sic colligemus. Firmamentum notificare nobis symbolica fidei soliditatem, in aquis sacri baptismatis compactam, quemadmodum firmamentum in aquis congestum fuit, his primùm declarat.

Primò die factum est velum superioris Cæli, quod appropinquat sanctis sanctorum, quòd introijt præcursor pro nobis Christus. Ea de causa de cetero secundo die fit secundum & exterius velum, quòd dicitur firmamentum in medio aquarum, quòd quidem est firmamentum fidei in Christum. Non fuisset autem hoc factum, nisi prius nata esset lux. Nempe datum fuit baptisma, fides sequitur.

In hoc firmamento fidei Ecclesiam esse constructam, hisce postmodum edocet.

In hoc firmamento, fide, inquam, edificauit Lunam Ecclesiam, dicens fore, ut porta inferi non præualeant aduersus eam.

In medio aquarum constitisse fidem Catholicam, hoc est, doctrinarum, his tradit.

Vnde etiam firmata fuit in medio aquarum, inconcussa in medijs fluctibus, ventis, procellis, & innumerabilibus tempestatibus passionum, & heresum. Sic etiam eos, qui eam edificauerunt, misit tanquam oves in medio luporum, virorum, inquam, qui cæde ac sanguine delectantur, dicens; In medio aquarum fiat firmamentum, nempe fides firma prædicetur, ne amplius discindantur, agitenturque; & diffundantur aquæ gentiles, alijs quidem dicentibus se esse Petri, alijs verò Pauli, alijs verò Cephe: sed firmetur eorum mare, ut ego ambulem super eius aquas, & inhabitem & inambulem in cordibus eorum.

Amplius diuifisse, dissecasseque; fidem, aquas viuas fide, ab aquis mortuis incredulitatis, explicatè his tradit.

In medio aque viuæ, & aque mortuæ incredulitate. Nam si est infidelis, separatur zizania à tritico, palea à pane. Non enim veni ut mitterem pacem lucis ad tenebras, sed ut facerem separationem in medio serpentis. Si autem, ut est consentaneum, non verisimilis videatur oratio, ostendo tibi in singulis sex dierum Deum fecisse aliquam huiusmodi separationem, exemplorum multitudine fortè te liberaturus ab incredulitate. Primo ergo die facta est separatio lucis à tenebris. Hoc die facta est separatio aque, & aque. Tertio, liberatio terre ab aquis. Quarto, separatio luminarum inter diem & noctem. Sexto die, distinctio & diuisio hominum & volucrum. Quòd si non facile admittas, per omnia significari diuisionem Ecclesie ab errore & incredulitate;

nnn 2 dic

dic mihi, quanam de causa, aut quid opus erat Deo res coniungere, & deinde eas a se inter se separare secundo ordine? Hoc enim signum est artificis minime ingeniosi. Dicit enim; Et fecit Deus firmamentum. Qui firmavit terram hominis super piscinam, & separavit Deus in medio aqua, quae erat super firmamentum, & factum est sic: Et vocavit Deus firmamentum Caelum. Et vidit Deus quod esset bonum.

Dilucidè igitur habes ab Anastasio plura animadversione dignissima. Primum, firmamentum symbolicè significare fidei firmitatem, nam quemadmodum firmamentum res est inconcussa, & infrangibilis, à Mundi exordio usque ad eius exitum nunquam labefactanda: ita fides in Christo, seu de Christo, fides inquam Petri, petra est, quae ceteri, proscindi, confringi non potuerit, poteritque; quamuis essent venti, procellaeque; tumescant in pelago, seu in aere, Coelum quippe commouere nequibunt. Effereant persecutiones, Ecclesiae antistites, & sanctos dilacerent, nunquam certè fidei firmitatem concutient. Erumpant terremotus, ac terrestres effusiones, firmamentum hoc & Coelum nunquam attingent, quanquam montes, & vrbes subuertant. Erudent impij & falsidici homines, haeretici, inquam, doctrinas & hereses erroribus, dolis, fallacijsque; roboratas, vel potius sordidatas, tanquam cuniculis oppugnantes, nunquam certè poterunt fidei catholicae firmitatem labefactare, puritatem adimere, aut micantissimum eiusdem nitorè inquinare. Quemadmodum autem compactum est firmamentum inter aquas: ita consolidata est, & condecorata fides inter aquas sacri fontis baptismatis: aura namque, gratia Spiritus Sancti ipsam, vt crystallum consolidauit, constrinxitque; . In hoc firmamento aedificatam Ecclesiam non ignoramus, nam dixit Saluator Petro, ipseus diuinitatem confitenti; Ego dico tibi, tu es Petrus, & super hanc petram, nempe fidem, quam confessus es, aedificabo Ecclesiam meam: & super hanc firmitudinem, & soliditatem tuae micantis fidei, quam ego compegi, nam rogavi pro te, vt non deficiat fides tua, aedificabo Ecclesiam catholicam, & apostolicam. Hic lapis est augustus, super quem Christus, veluti Iacob, infudit oleum Spiritus Sancti. Amplius firmamentum hoc fidei catholicae apprime consistit immotum inter procellosas vndas doctrinarum, & fluctuum, heresum, immaniumque persecutionum, tanquam rupes, & scopulus, in quem irruentes haereses, & doctrinae prophanae vndae, seipsas potius collidunt, atque confringunt, quam ipsam fidei stabilitatem commoueant, seu vacillantè reddant. Tandem fides ista sancta Ecclesiam segregat ab infidelium synagogis, sicut & mare Rubrum Israelitas ab Aegyptijs. Quid est enim, quod Israelitico populo lux in columnae specie praebat? En lux, fides catholica Romana in columnae specie, quia nimirum inconcussa, & ab omnium errorum maculis eluta, nitida, vegeta. In nocte, in aduersis ignescit fulgore doctrinae, quae charitate vehementer candescit: In die vero, in prosperis rubescit, rutilans certitudine definitionum, & dogmatum. Factum est igitur firmamentum in medio aquarum, in medio doctrinarum omnium, vt diuidat aquas ab aquis, doctrinam supernam, sanctam, & catholicam, ab infernis, ab haereticis & inanibus doctrinis, cum ad ipsam fidem spectet, catholica dogmata ab haereticis, à falsis vera secernere. Vel in medio aquarum, & diuidat aquas, quae fide viuam clarent, ab aquis quae incredulitate & criminum forde, quasi ceno obruuntur.

a. Idest, fiat cognitio principiorum in medio scientiarum, & diuidat scientiam diuinam ab humanis.

LYRANVS in Postillis.

Fiat firmamentum, idest, cognitio primorum principiorum indelebilis & firma. In medio aquarum, idest, scientiarum, quarum aliqua sunt sub isto firmamento, quia deducta sunt ex primis principijs, & aliqua supra firmamentum, quia sunt à Deo per reuelationem data.

Cum unaquaque facultas sua sibi vendicet principia, ex quibus eiusdem certitudo promanat, & deriuatur, perbellè firmamentum appellari potest eorum principiorum notitia, cum ipsorum firmitudinem & stabilitatem totius scientiae veritas & claritas consecetur. Erit igitur intellectus noster principijs facultatum humanarum exornatus, ut firmamentum, in quo explendescet Sol, nimirum lumen fulgidum scientiarum naturalium, quas nomine speculatarum appellant. Luna, idest, nitens cognitio moralium disciplinarum: stellae rutilantes, notitia mathematicarum. Hicque comprehendet

Fidei Catholicae firmitas.

Matth. 16.

Fides segregat fideles ab infidelibus, & fallat à veris. Exod. 13.


Intellectus noster ut firmamentum.



Fiat firmamentum in medio aquarum, &c.

- a. Idest, fiat cognitio principiorum in medio scientiarum, & diuidat scientiam diuinam ab humanis.
- b. Auctoritas inconcussa in Scriptura, & diuidat populos supernos Angelorum ipsa non egentes, à populis inferioribus ipsa indigentibus.

Allegoricè.



det sub se aquas infernas, nempe scientias humanas; supernas autem supra se efferet, reuelatam videlicet scientiam, cuius principiorum nullum firmamentum habet in se lumine suo naturali inditum, sed ipsa fide, & infuso superno lumine clarentia suscipit. Verum quemadmodum aquae terrestres, perpetuis aguntur alterationibus, & mutationibus, ex quo quandoque clarae, interdum coenosae, nonnunquam virides, aliquando ceruleae spectantur a luorum qualitate, per quos permeant: supracaelestes uerò semper clarae, atque conspicuae eodem modo nitescunt: Ita scientiae humanae ad veritatem indagandam, & referendam fallaces admodum existimandae sunt, quoniam ingenia, in quibus vigent, diuersa admodum sunt, diuersasque & repugnantes in ijs ferunt opiniones; nam quot capita, tot sententiae: caelestis uerò ab eomet fonte proficiens, dilucida, nitens, perspicua, & absque vilo scrupulo vel haesitatione, una & eadem semper apparet: Vnde conqueritur Deus; Dereliquerunt me fontem aquae uiuae; caelestem nempe doctrinam meam, quae uiua est, & clara; scilicet certa, & uitam proferens: Et foderunt sibi cisternas dissipatas; nimirum scientias inanes, quae concludi, atque contineri non possunt.

Hier. 2.

b. Auctoritas inconcussa in Scriptura.

EVCHERIVS Commentariorum in Genesim libro primo, capite tertio.

Firmamentum: idest, solidamentum sanctarum Scripturarum. Firmamentum, in Ecclesia Scripturae diuinae intelliguntur, sicut scriptum est; Caelum plicabitur sicut liber. Discreuitque super hoc firmamentum aquas: idest, caelestes populos Angelorum, qui non opus habent hoc suscipere firmamentum, vt legentes audiant verbum Dei; vident enim eum semper, & diligunt: sed superposuit ipsum firmamentum legis suae super infirmitatem inferiorum populorum, vt ibi suspicientes cognoscant, qualiter discernant inter carnalia, & spiritualia, quasi super aquas superiores & inferiores.

IIa. 34.

BEDA Expositione in Genesim.

Allegoricè autem, fecit Deus firmamentum in medio aquarum, & diuisit inter aquam & aquam: idest, soliditatem sanctarum Scripturarum. Et discreuit super hoc firmamentum aquas, virtutes caelestes, de quibus dicitur; Aqua quae super, usque, Domini: quia Scriptura non indigent semper Deum videntes. Et hoc posuit firmamentum super inferiores populos, qui Scripturae intelligentiam habent.

Ea ipsa habet libro de Sex dierum creatione, & Quaestionibus in Genesim.

ISIDORVS in Glossa, & in Prothematibus.

Die secunda posuit firmamentum, scilicet Scripturas in Ecclesia: de quibus dicitur; Caelum sicut liber plicatus. Hoc firmamentum discernit aquas, idest, populum Angelorum, quibus non est necesse, vt in lectione audiant verbum Dei. Sed illud firmamentum posuit in sublimi super infirmitatem inferiorum populorum, vt suspicientes in eum cognoscant, qualiter discernant inter carnalia & spiritualia, quasi inter aquas superiores, & inferiores.

GLOSSA Interlinearis.

Fiat firmamentum: diuina Scriptura, de qua dicitur Esa: trigesimoquarto; Caelum sicut liber plicabitur. Et diuidat aquas: populos Angelorum, qui non indigent firmamento Scripturae, ab aquis: à populis hominum, qui indigent, &c.

HVGOCarenis in Postillis.

Et fecit Deus firmamentum. Firmamentum sacra Scriptura, quae firma est. Vnde; Labium veritatis firmum erit in perpetuum. Tingat in oleo pedem suum, & es calciamentum eius: idest, tingat affectum suum in gratia spirituali, & sic praedictio eius fortis fiet, & durabilis. Item Scriptura sacra confirmat bonos in bono; Verbo Domini Caeli firmati sunt. Item intransgressibilis, quia nemo in ea debet esse nimis subtilis inquisitor.

Pron. 12. Deut. 33.

Psal. 32.

non



Fiat firmamentum in medio aquarum, &c.

Allegoricè.

a. Firmitudo Ecclesiæ inter duas leges, vel doctrinas diuersas, vt discernat nouum testamentum à veteri, seu sanctam doctrinam ab heresi.

Moraliter.

b. Prælatus inter Christicolos; & discernat inter cœlestes & terrenos.

c. Homo exterior, vel anima rationalis inter aquas voluptatum, & discernat inter supermas, hoc est, voluptates spirituales; & infernas, nempe carnales.

Proverb. 22.

Proverb. 25.

Non transgrediaris terminos antiquos, quos posuerunt patres tui. Sicut qui mel comedit multum, non est ei bonum, sic perscrutator maiestatis, opprimetur à gloria.

3. Reg. 18.

Aquam metaphoricè doctrinam cœlestem significare, non est modò nobis in dubiū reuocandum, cum id ex pluribus sacræ Scripturæ locis patentissime eliciatur. Hoc vnū ego ex ipsa Scriptura referā. Clausum fuerat Cœlum tribus annis, cum nubecula, quasi vestigium hominis è mari exhalata est. Nulla profectò cœlestis roris fuerat gratia ab Adam ad Abraham, & ab Abraham ad Mosè, & à Mosè ad Christum, cum nubecula, quasi vestigium exurrexit; Christus, inquam, qui primus pluuie salutis vberimā profudit copiam, cum Euangelium primū promulgauit. Vel nubes ipsa Mosès fuit, qui primus arcana à Deo hausta nobis in fœderis volumine referauit. Ac subinde educens Deus nubes de extremo terræ, fulgura in pluuiam fecit: Nubes siquidem extiterunt Prophetæ, Apostoliq; ab extremo terræ, ex infima, vilescitq; hominum sorte selecti, qui vento Spiritus Sancti circumacti, atq; iactati, & pluuiam salutarem cœlestis sapientiæ, & fulgura miraculorum dedere. Cæterum quemadmodum firmamentum ex aquis concretum est: ita aquæ istæ soliditatem nactæ sunt, cum Ecclesia Spiritu Sancto diuinitus afflata, canonicas Scripturas elegit, easq; inconcussas nobis præbuit. Hæc enim Scripturarum delectus & approbatio, diuina est existimanda; Angelus profectò ille fortis, amictus nube, postmodumq; cœlesti iride coronatus, facie vt Sol rutilans, pedes, tanquam ignis columnas, in mari, terraq; locans, postquam loquuta sunt septem tonitrua voces suas, iurauit per viuentem in sæcula sæculorum, quòd tempus non erit in septimi Angeli clangore tubæ; sed consummabitur mysterium Dei: librumq; Ioanni præbuit. Christus est Angelus consilij, humanitate, vt nube, amictus: Rex quoque pacis, vnde & iride cœlesti, veluti rex coronatus, diuinitate tanquam Sol emicans, in terra, & in mari imperium gerens inconcussus vt columna, & præpotēs, ut ignis: postquā caput Ecclesiæ Pontifex Romanus, seu Concilium eius nutu coactum, quasi tonitrua (nam Apostolorum, qui Boanerges, hoc est, filij tonitruui nuncupati ab ipso fuerunt, vices gerunt) locuta fuerint voces suas, nempe Scripturas approbauerint: iurauit per viuentem in sæcula sæculorum, quòd vsq; ad iudicij diem, quo consummabitur mysteriū Dei, inconcussa illæ Scripturæ perdurabunt; ipsasq; Ioanni, nimirum fideli, vt monumenta suæ voluntatis dedit. Quid enim Cœlo solidius, quod tanquam æs fufum est? Quid terra firmitus, quæ in centro librata, immota adeo consistit, vt decidere nullo modo possit, nisi in Cœlum consurgat? Verum Cœlum, & terra transibunt, inquit Christus, verba autem mea non transibunt. Super hoc firmamentum Angeli sunt, ac beati, quoniā fidei lumine non egent, sed beatifico potiuntur. Subter degunt mortales omnes, ipsa fide duce, ad superas sedes proficiscētes. Columna nanque illa splendida præcessit Israël: sed Cœlum non ingreditur.

Psal. 134.
Prophetæ &
Apostoli vt
nubes.

Apo. 10.

Matth. 24.

a. Firmitudo Ecclesiæ in medio Mundi, vel inter leges, & doctrinas diuersas.

AVGVSTINVS præfatione in Psalmum quadragesimumseptimū.

De hoc quod dominus donare dignabitur, excipite tanquā filij firmamenti. Secunda enim sabbati, id est, post diem primum, quem dominicum dicimus, quæ etiam secunda feria dicitur, factum est firmamentum Cœli, immò firmamentum Cœlum. Et post. Secundam ergo sabbati non debemus intelligere, nisi Ecclesiam Christi: sed

sed Ecclesiam Christi in Sanctis, Ecclesiam Christi in his, qui scripti sunt in Cœlo, Ecclesiam Christi in his, qui Mundi huius tentationibus non cedunt. Ipsi enim digni sunt nomine firmamenti. Ergo Ecclesia Christi in his qui firmi sunt, de quibus dicit Apostolus; Debemus autem nos firmi, infirmitates infirmorum sustinere, appellata est firmamentum. De hoc cantatur in psalmo; Audiamus, agnoscamus, sociemur, gloriemur, regnemus. Namq; eam etiam firmamentum apostolicis literis appellatam audi & agnosce: Quæ est, inquit, Ecclesia Dei viui, columna, & firmamentum veritatis. De hoc firmamento cantatur filijs Chore, quos nostis esse filios sponsi crucifixi in caluarie loco. Chore nanque caluitium interpretatur.

HIERONYMVS pariter titulo in eundem psalmum.

Prima sabbati fecit lucem, secunda sabbati fecit firmamentum, lucem, Angelos, firmamentum, homines. Habet inde aliquid in nouo testamento. Et post. Secunda sabbati firmata est Ecclesia in fide, quando dixit Dominus: Et super hanc petram edificabo Ecclesiam meam. Psalmus totus circa sanctam plebem, totus circa Ecclesiastica mysteria commoratur.

BEDA Expositione in Genesim.

Aliter per firmamentum Ecclesia in medio aquarum, id est, inter duas leges intelligitur: vel inter sanctam doctrinam, & heresim, quæ aquas ab aquis diuidit, id est, nouum à veteri, vel sanctam doctrinam ab heresi. Diuisitq; vsq; sub firmamento, id est, vetus, & hereses sub Ecclesia sunt. Nouum autem, & sancta doctrina, super Ecclesiam sunt. Vocauitq; firmamentum Cœlum, id est, Ecclesiam à celsitudine.

Si aquæ multæ populi multi, Ecclesia certè coacta est ex aquis vndique irruentibus, cum ex diuersis constata sit populis, tum scilicet ex Iudæo, tum ex Gentili, ex omni Orbis plaga euocato. Cæterum aquæ firmamentum factæ sunt, quando populi isti Christi fide imbuti, & sacro baptismatis fonte abluti, Ecclesiam constarunt super lapidē fundamenti, super ipsum Christum. Firmamentum igitur, soliditasq; Ecclesia est, quia extructa supra petram; Petra autem erat Christus. Porrò supra hanc angularem petram, aliæ superponuntur petræ, quarum prima est Petrus; Tu es Petrus, & super hanc petram edificabo Ecclesiam meam. Post petram Petrum inuicem subsequuntur reliquæ petræ, vt Pontifices; Petra enim altera fuit Linus, altera Anacletus, altera Clemens, &c. Templum Salomonis cum extrueretur, saxa, columnaq; extra scindebantur, perpoliebanturq; vt sine fragore moles illa compingeretur. Vtinam & Cardinalium cœtus, amplissimæque ille Senatus, vt Spiritu Sancto agitur, ita petram ante sic eligat, ut sine dissidijs votis ductis, petram supra petras iaciat. Factum est igitur firmamentum in Ecclesia, quia portæ inferi non præualebunt aduersus eam; quia si Deus pro ea, quis contra eam? Si ignitorum equitum acies immensa per ciuitatem discurret, quid Dæmonum funestus exercitus moliri contra eam poterit? Si Christus, in cuius nomine omne genu flectitur cœlestium, terrestrium, & infernorum, sponsus eius est, quis eam deturbare audebit? Si Spiritus Sancti perenni munitur assistentia, quis eam insidijs petere tentabit adeò vt corruat? Exerit enim Iacob lapidem in titulum sempiternum; Iacob, inquam, noster profugus è Cœlo, in obsequium Rachelis septem & septem annis seruus, exerit lapidem, sedem Romanam, in titulum, vt caput Ecclesiæ, & oleum Spiritus Sancti desuper infudit. Hic est lapis decusus à monte, decusus à Christo, qui statuam, imperium Mundi prostrauit: Lapis hic est lapis ille Manalis Romæ adeo celebris, quem cum propter nimiam siccitatem in urbem pertraherent, statim pluuia sequebatur; iste profectò est lapis Manalis, cum veræ aquæ cœlestis gratia, & doctrinæ ab ipso manent. Saxum Capitolij, de quo vigeat opinio, tunc occasurum Romanum imperium, quando saxum illud caderet. Hæc enim non de eo saxo, sed de hoc, nempe de sede Petri prolatum experimur: nunquā enim cadet imperium Christi infinitum, ditio spiritualis amplior, & præstantior, quam fuerit imperatorum cunctorum, seu reipublicæ sub consulibus degētis: quia nunquam decedet thronus Petri, qui super petram; nempe super Christū superpositus est, quoniam portæ inferi non præualebunt aduersus ipsum.

b. Prælatus inter Christicolos: & discernat inter cœlestes & terrenos.

Prælati, qui ritè præfunt, firmamento comparari lepidè queunt, ex eo quòd vitæ innocentia puri sint vt Cœlum, in fideq; solidati, regimine circumuoluantur: hu iusmo di

1 Corint. 10.
Matth. 16.
Petra Christus & Pontifices Romani.

Gene. 28.

Daniel. 2.

Prælati firmamento similes.

di nanque splendescunt iustitia vt Sole, clementia vt Luna, virtutibus vt stellis, agūtq; in sublunaria luce, & motu, doctrina, atque exemplo. Cōfident hi inter aquas & aquas: inter aquas cœlestes, nimirum homines spiritu actos, qui mente superna tantum perua gantur, & vitæ puritate Angelos representant, quorum conuersatio in Cœlis est: & aquas terrestres, videlicet saeculo deditos, qui æquoris more tumescunt superbia, excan descunt ira, fluctuant inconstantia, amarescunt inuidia, dissidijs colliduntur, putrescunt otio, & desidia, crassantur epulis, male olent libidine, rapiuntur animi concitatis pas sionibus, efferuescunt iurgijs, vel impiâ prorsus concordia pacantur. Vnde Esaias; Impij quasi mare feruens, quod quiescere non valet. Prælati in medio confidet, cœ lestes ad superna euolantes superfert quasi dorso, quod ipsos verbo & exemplo in celsi tudinem sanctitatis promoueat. Terrenos autem vel scelestos legibus, quasi motu re git, exemplis, veluti luce illustrat, charitate, vt igne fouet, vt ipsos ad vaporum instar, ab imo cœni, à vita voluptatibus & illecebris cœnosa subleuet, & in aëra propriæ con siderationis exhortationibus attollat; flatibus, nouissimorum memoracione condenset; fulguribus comminationum conterat; & in pluiam lachrimarum salutaris poenitentię soluat. Hæc nanque singula operatur Cœlum motu, & astris; cōtendit eadem exequi prælati adhortationibus, & comminationibus.

Iia. 17.

c. Homo exterior, vel anima rationalis inter aquas volupta tum, & discernat inter supernas, hoc est, voluptates spirituales: et infernas, nempe carnales.

ORIGENES Homilia prima in Genesim.

Illud quidem primum Cœlum, quod spirituale diximus, mens nostra est, quæ & ipsa spiritus est, id est, spiri talis homo uoster, qui uidet ac perspicit Deum. Illud autem corporale Cœlum, quod firmamentum dicitur, ex terior homo noster est, qui corporaliter intuetur. Sicut ergo firmamentum Cœli appellatum est, ex eo quod diuidat inter eas aquas, quæ super ipsum, & eas quæ sub ipso sunt: ita & homo, qui in corpore positus est, si diuidere potuerit, & discernere quæ aquæ sunt superiores super firmamentum, & quæ sub firmamento sunt, etiam ipse Cœlum, id est, cœlestis homo appellatur, secundum Apostoli Pauli sententiam, dicentis: Nostra autem conuersatio in Cœlis est.

GLOSSA Ordinaria ex Augustino.

Secundo die factum est tanquam firmamentum disciplina, quod discernit inter carnalia & spiritualia, sicut inter inferiores, & superiores aquas.

HVGOCarenis in Postillis.

Firmamentum: Anima rationalis. Aqua superiores: sancta desideria, & mundæ cogitationes, de quibus; Benedicite aquæ omnes, quæ super Cœlos sunt, Domino: Et; Si conuenerit aquas, omnia siccabuntur: si emiserit eas, subuertent terram. Inferiores sunt terrena desideria, & immundæ cogitationes. Habitatio huius ci uilitatis optima est, sed aqua pessima sunt.

Iob. 12.

4. Reg. 2.

Eleganter sanè hi Patres ad Vniuersi partes in homine, quasi in microcosmo, con templandas, argumentum nobis suppeditant; Homo enim paruus Mundus est (vt edif ferebamus in Prolegomenis) in quo Empyreum, siue Cœlum super aquas cœlestes su preum, mens est ipsa, seu spiritus; primus orbis ceteros sapiens, voluntas est omnium regina; sydereum Cœlum, memoria pluribus tanquam stellis illustrata scientiarum ha bitibus; Sol, intellectus, qui phantasmata illustrat; Saturni typum habet phantasia; Io nis iudicium; Martis irascibilis; Veneris concupiscibilis; & Mercurij ingenium; Lunæ verò sensum tum externorum, tum internorum vires. Verum & elementa quatuor, in microcosmo quatuor feruntur esse humores; quo symbolo, sanguis ignis; bilis, aë ris; flegma, aqua; melancholia terræ vices agunt. Vel elegantius, cor sedes caliditatis, ignis microcosmi censendus est; pulmo attrahens spiritum, aër; epar per tot venas, qua si per alueos sanguinem diffundens, aqua; ossa verò, & caro, terra. Duo igitur sunt ge nera aquarum, quæ in hoc microcosmo defluunt; aliud desuper orbis cœlestes, & sūt sancta desideria, mundæ cogitationes, & cœlestes, spiritualesq; voluptates, quæ à men te, spirituq; animæ apice pullulant, & descendentes voluntatem delectant, intellectum illustrant, memoriam fecundant, cæterasq; animæ facultates mirum in modum affi ciunt. Aliud, quod è terra erumpit, suntque carnales illecebræ, terrenæ affectiones, factæ

Voluptatum in homine duo genera, sicut duo genera aquarum.

fedè cogitationes; quæ sepius aërem luce Solis candidatum, animam gratia illustratam obruunt. Quemadmodum verò nubes, exhalationesq; humida; à terra attractæ, Luna fouente, quæ mater humorū dicitur, attolluntur, atq; à calido soluuntur: quod si intus exhalatio extabit sicca & calida, fulmina, tonitrua, faces, & impressiones ignitæ ex ea gignantur: Ita pari euentu in hoc microcosmo appetitus omnes à carne pullulant, & sensitiua virtute fouente, à concupiscentia in delectationem soluuntur: quod si intus in dignatio, vt vapor calidus aderit, tonitrua, & fulgura, videlicet bella, rixæ, & iurgia con fequentur. Obruunt sepe nubes Cœlum: ita cupiditates carnis voluntatem alliciunt, atque demulcent, & intellectum obumbrant. Vento circumferuntur nubes, instabili tate, ac mutabilitate maxima iactantur delectationes carnales. Primum igitur genus vo luptatum cœlestium à spiritu descendit in Cœlum; alterum hoc à carne ascendit versus Cœlum. Fiat igitur firmamentum in medio aquarum: fiat homo ratione, sapientia, & disciplina christiana firmatus, & consolidatus. Et diuidat aquas ab aquis; voluptates hæcæ spiritus, ab illecebris carnis seiungat: has comescat, & cohibeat, ne exurgant vsq; ad astra, ne voluntatem obnubilent & obducant. Siquidem si in homine vt in Mundo primum quod rapit cætera, voluntas, inquam, recta per diuinæ legis sapientiæ, discipli næque sanctæ semitam incedet, cæterasq; sphæras rapiet, cuncta iuste se habebunt: ve rum si sphæra prima ab indito sibi à natura motus ordine vacillabit, vel reliquæ sphæ ræ planetarum, quæ retrograda circumlacione feruntur, sensilis nimirum animæ facul tates, non natura malæ, sed primo crimine deprauatæ, ad malum pronæ, ipsam rectam in sequi renuent; omnia certè in microcosmo ruent. Studendum igitur est, vt voluntas sit recta, à uoluntateq; spiritu imbuta trahantur cæteræ vires; quamuis siquidem con tumaces interdum fiant, parere attamen coguntur ipsi rationi, quia; Sub te, inquit, erit appetitus tuus, & tu dominaberis illius. Curet igitur homo, ne nubibus, voluptatibus, inquam, carnis obruatur, illas potius in arido, scilicet in fomitis mortificatione, quasi in arenoso littore secludat, atque comprimat. Exemplo autem quomodo id fieri queat, si potero, explicabo. Gorgones illæ tres Phorci filia; capita draconis squammis obsita, dentesque maximos aprorum instar gestantes, & alas extendentes, peregre triū ani mæ partium, quæ in homine comperiuntur, hieroglyphicum, & exemplar esse possunt. Tres sunt Gorgones, tres & animæ facultates, quarum prima, Nephes, ab Hebræis ap pellata est, & Latine, viuens, vel sentiens, & est anima sensitiua. Altera, Ruah, & est spi ritus rationis particeps, rationalis videlicet anima. Tertia dicitur, Neflamah, nempe lumen, de quo Dauid; Signatum est super nos lumen uultus tui Domine; Hocq; lumē Plato mentem; & Ecclesiastici Doctores spiritum animæ apicem vocant: Anima illa prisca, sensilis inquam, quam communem cum bestijs habet homo, Medusa est; Medu sa nanq; ex tribus his sororibus morte immunis non erat, & sensilem animā corruptio ni esse obnoxiam Philosophi omnes definiunt. Hæc suo aspectu homines in laxa & fe ras conuertit: homo profectò sensibilibus affectionibus, illecebrisq; illectus, saxum fit obstinatione, & animal voluptatum studio. Medusæ crines à Minerua in angues immu tati sunt, eius, inquam, superflua & inordinatæ cupiditates à sapientia terrena, seu sa pientiæ terrenæ studio in angues, nempe in solertissimas artes rediguntur. Hanc solus Perseus peremit obruncata ceruice; solus, inquam, spiritus necat mortificationis cul tro, ex eiusque cruore nascitur Pegafus equus alatus, quoniam ex eius oppressione mēs alas suscipit contemplationis ad cœlestia meditanda.

Gen. 4.

Animæ tres partes vt tres Gorgones.

Psal. 4.

a. Ratio inter spiritum & carnem, & diuidat spiritualia à carnalibus desiderijs.

HVGOC de Sancto Victore de Sacramentis libro primo, parte prima, capite decimonono.

Quare autem factū sit, vt firmamentū aquas à se diuideret: partimq; supra atq; infra, partim earundē aqua rū natura cōsisteret: nō querat extra se, qui hæc pp se facta credit. Nā est illo, qui interius fabricatus est, Mūdo quiddā huius operis formā, et exemplar habēs, vbi terra quædā deorsū posita cōsistit sēsualis natura hominis: Celi autem

000 autem

Fiat firmamentum in medio aquarum, &c.

Moraliter.

- a. Nempe ratio inter spiritum & carnem, & diuidat spiritualia, à carnalibus desiderijs.
- b. Sine Christus inter delectationes, & diuidat cœlestes, à terrenis.
- c. Aut, prudentia inter humana negotia, & discernat actualem, à theoricam.

autem sursum puritas intelligentie, & quasi quodam immortalis vite motu vegetata ratio. Duas verò istas tam dissimiles in vno homine naturas, magna quaedam desideriorum moles hinc inde fluctuantium, & in contrariis sepe motu alterno tendentium oberrat: quia & aliud est, quod subtus caro ex infirmitate pressa appetit, & aliud quod spiritus sursum per contemplationem veritatis eleuatus intendit. Sed fit aliquoties, vt contrarij motus confusionem gignant, nisi ratio media interueniens diuidat ab inuicem, & discernat voluntates, & appetitus, desideriaque diiudicet. Quid sit videlicet, quod ex carne deorsum trahit, quid quod ex spiritu in superna inhiat, summum illud, & immortale bonum ambiens. Nam cum ipsa ratio fortiter iudicij censura, quasi firmamentum quoddam in medio sese collocat, atque hinc supercœlestes aquas: illinc autem eas, quæ sub Cœlo sunt, disponit separatim: non potest inferior corruptela superiorem animæ puritatem inficere: neq; ipsa, qua sursum est, sinceritas, ad ea, quæ subter sunt abiecta & vilia, sinitur sese inclinare.

BERNARDVS in Paris Sermonibus, sermone tricesimosecundo.

Vsq;e hodie in ciuibus Babylonis aquarum effusio, idest, confusio cogitationum, terram fecit inanem, & vacuum. Dum enim fluctuat circa carnem cogitatio vniuersa, nullum ex ea sperare est fructum salutis. Diuidantur ergo aquæ ab aquis, quatenus anima quoque (vt dignum est) partem sibi vendicat sollicitudinis & meditationis. Sanè inferiores certis limitibus coercantur, certis contineantur alueis, necessitatis terminos non excedunt proinde superiores copiosius dilatentur. Ex hoc sanè dat Dominus benedictionem, & terra nostra dabit fructum suum.

Hæc allegoria ferè eadem est cum illa, quam superius deferebamus; quemadmodum enim ex Basilij, Ambrosij, Theodoret, plurimorumque Patrum sententia, Mundi ea est dispositio, vt firmamentum in medio consistat inter supernum Cœlum, & terram, aquarumque maxima exundantia, spatium inter firmamentum & supernum illud Cœlum expleat, & spatium pariter inter firmamentum & terram, madentes hæ nubes, & aquæ obruant: ita hæc in homine microcosmo sic effinguntur, vt spiritus pars nostra superna desuper collocetur, caro inferna subter deprimatur; ratio autem, quasi medium firmamentum extendatur, & veluti humeris, ut dicebamus, spiritualia desideria, affectionesque superferat, & inferius carnales terrenasque concludat. Elaborat igitur ratio esse firmamentum; quemadmodum etenim firmamentum est, ut æs fufum intrãgressibile, infrangibile: ita ratio in iustitiæ soliditate roborata, conetur impenetrabilis esse, adeo vt nunquam illecebras carnales spiritum obruturas transgredi permittat; & infrangibilis, ut nusquam pariter voluptatum delicijs, & libidine soluta, ac veluti emollita eneruis, ipsas spiritus partes coinquinari patiatur. Cæterum, quomodo ita consolidari, sublimarique potest ratio in nobis, vt euadat tanquam æs fufum, intrãgressibilis, & infrangibilis? Audias arcanum, ex Philosophia ipsa decerptum. Cœlum ex Peripateticorum sententia, peregrina quadam natura constat, ideoque caloris, frigiditatis, humiditatis, & siccitatis expers, non graue, nec leue, quapropter immune ab omni alteratione. Studeamus igitur & nos efficere rationem cœlestem quandam naturam, ut scilicet calorem amoris sui æstuantis, & frigus odij, humorem am placentiæ, atq; ariditatem feruescentis iræ nesciat, fiatq; non leuis, ne facillè tanquam Adam ab Eua seducatur, nec grauis, seu ponderosa, proprijsq; cupiditatibus subdita: tunc fiet ratio, vt æs fufum, infrangibilis, & impermeabilis, eritq; ab omni mutatione soluta, & vt firmamentum inconcussa.

Ratio vt firmamentum.

Ratio quomodo efficiatur ut firmamentum.

Christus

b. Christus inter delectationes, & diuidat cœlestes à terrenis.

H V G O Carenis in Postillis.

Vel firmamentum: Christus. Aqua superiores: cœlestes delectationes: Inferiores: terrene, & carnales, quæ dicuntur maria, iuxta illud; Omnia flumina à mari exeunt, & in mare reuertuntur. Has diuidit firmamentum, quia Christus per amaritudinem passionis magnum chaos imposuit, vt nullus valeat ab his ad illas transire. Quidam non bene diuidunt inter has aquas, quia sub specie virtutis vitium intus nutriunt; Atrendite à falsis Prophetis, qui veniunt ad vos in vestimentis ouium, intrinsecus autem sunt lupi rapaces.

Eccle. 1.

Matth. 7.

Præclarissimum certè firmamentum est Christus inter voluptates, delectationesque cœlestes & terrenas, ne videlicet terrene exhalentur à carne, tanquam à terra, & exurgant atque ascendant, ita vt spirituales actiones obtegant, vel impediunt; Id verò præcipuè præstabit Christus, si in cruce appensus spectabitur, eius profectò contemplatione cohibebuntur, atque comprimuntur: Quomodo siquidem tumor ascendet superbiæ, si Christi, vt hanc culpã dilueret, lancea pectus perforatum aspicietur? Quomodo iræ exardescunt, & odia, diffidiãq; si in Christo, vt pacem ferret, ludibrium Gentium Iudeorumq; effecto, figentur obtutus? Quomodo sacra fames auri, si Christus nudus, vt detestandum hoc facinus deleret, Mundo expositus conspicietur? Quomodo libidinis ardore exufflabunt, si caro Christi flagellis ad eos reprimendos exinanita cernitur? Quomodo gula, commestationis, ebrietatisq; studia animum nostrum demulcebunt, si eorum causa Christus felle & aceto pastus considerabitur? Quomodo tandem desidia, & vecordia carnis petulantiam in nobis fouebunt, si Christi carnem ad eam comprimendam, tot vulneribus dilaceratam fuisse contemplabimur? Beatus certè, qui allidit paruulos suos ad petram: Paruuli sunt vitiorum prima semina, pullulantesque radices, quæ in vitia, habitusq; prauos succrescunt, & tãquam diri angues cor nostrum postea circumsepunt, atque obuoluunt, vt eorum veneno semper affici compellatur. Beatus igitur, qui allidit paruulos ad petram, ad Christum in cruce, pœnarumq; earũ, quas Christus pro vitijs his perpeffus est, memor, conterit, conscindit, comprimitq; hæc prima carnalium, terrenarumq; voluptatum semina, & initia.

Christi in cruce contemplatio nos ab omni vitio coerct.

Pfal. 136.

c. Idest, prudentia inter humana negotia, & discernat actualem à theoricam.

BEDA Expositione in Genesim.

Per firmamentum quoq; sensus prudentie perfectus demonstratur: Qui & ipse sensus à celsitudine Cœli dicitur. Vt diuidat aquas ab aquis: idest, actualem, & theoricam discernat: actualem sub se, theoricam vero supra se.

Prudentiam esse firmamentum quoddam, quo tuti progredimur inter agibilia, euidentissimum est apud omnes Philosophos, omniumque calculo receptum: hæc super se theoricam euectam habet, & sub se practicam; quoniam ad rationem tantum pertinet practicam, non ad speculatiuam. Quapropter D. Thomas id approbat ea de causa, quod Philosophus sexto Ethicorum, prudentis partes dicat esse, consilia bene gerere. Sicut autem consilia non sunt de rebus, quæ in speculatione versantur, sed quæ agenda sunt, ad finem peroptatum directã: ita sanè ratio eorum, ratio practica censenda. Cæterum ego vnum tantum superadijciam, vt quomodo prudentia firmamentum nobis esse possit, dignoscamus. Aegyptij gruem volantem cum lapillo pingebant, hieroglyphicumq; id esse prudentiæ perhibebant: Ex probatissimis autem scriptoribus, grues duplici modo lapillum ferre dicuntur; nam alij eas pede ipsum gestare tradunt, vt lapsu illius explorent, nùm supra terram, nùm supra mare volitent, quod ex sono cadentis lapidis intelligunt: vt inde, nùm confidendum, nùm vltra procedendum sit, edificat. Ecce ars, quam Christicola profectum debet; pedes sunt, quibus incedimus, & affectum significant: teneat igitur lapidem in pede, nimirum in affectu Christum, indeq; si omnes actiones ad Christum referat, agnoscat certè, an in mari, an in terra confideat, nempe an in lubricis voluptatibus, an in solidis; quoniam in lubricis voluptatibus, & illecebris sonare Christum non audient, sed in cœlestibus. Maluerunt alij, vt Maximus Tyrius, grues dum volant, lapillum in ore gestare, ut graues quoquomodo reddita, fluuta-

Prudentia est firmamentum quoddam.

Secunda secunde q. 47. art. 2.

Prudentie ty pus grues.

Fiat firmamentum in medio aquarum, &c.

Allegoricè.

- a. Spes in medio aduersitatum, discernens aduersitates supernas à Deo illatas, & infernas à Mundo immixtas.
- b. Idest, fortitudo Christiana inter calamitates; & diuidat inter tribulationes ad augenda merita, & inter tribulationes illatas ad delenda peccata.

re in uolatu ad instar nauis, quam agitent undæ, nequeant. Ecce altera prudentia Christiano, cunctis in consilijs, actionibusq; suis debet Christum præferre, quoniam cum ipso præcipitare in uanas terrenarum rerum cupiditates, atque studia, nequibit.

a. Spes in medio aduersitatum, discernens aduersitates supernas à Deo illatas, & infernas à Mundo immixtas.

Spes Christiana firmamentum est solidum, atque inconcussum, quod confidet inter aduersitates, quæ nos sæpe undique premunt, atque perturbant: Quid enim solidius firmamento? Quid uero animum nostrum magis firmum, & inconcussum reddit inter procellas tribulationum, quàm ipsa spes? Hæc residet inter aquas supernas, uide licet inter aduersitates illatas à Deo, ut excitet, probet, atque erudiat; & aquas infernas, tribulationes immixtas à Mundo, ut nos deterreat, confundat, atque prosternat. Ceterum spes anchora est nauigij uitæ nostræ, qua per Mundi undas labimur, ut in portum cælestis Hierusalem deferamur. Ne igitur in procellosa tempestate scopuloso littori illi frangamur, uel tumentibus undis obruti submergamur, sed infracta rapidis statibus uentorum reluctetur, solido saxo est anchora isthæc appendenda, & rudente perualido nauis colliganda. Appendatur igitur spes nostrâ Christo lapidi angulari, ipso crucifixo, pro exemplo in aduersis sumpto; clamat utique pro omnibus; Deus Deus meus, ut quid dereliquisti me? colligetur fune flagrantissimæ in Deum charitatis, tuncque anchora nauem nostram furentibus in undis aduersitatum perire non sinet; Deus est enim refugium nostrum & uirtus, adiutor in tribulationibus: spem nostram ipse non deludet, neque elidet; Est profectò refugium, ad quod confugere; uirtus, qua reluctari; auxilium, quo superare aduersa præstabitur.

b. Idest, fortitudo Christiana inter calamitates; & diuidat inter tribulationes immixtas ad augenda merita, & inter illatas ad delenda peccata.

Aquæ in sacris literis tribulationum symbolum sunt, unde Dauid; Saluum me fac Deus, quoniam intrauerunt aquæ usque ad animam meam. Quemadmodum enim aquarum aliæ sunt superne; aliæ infernæ: ita tribulationum duo sunt genera; quædam, quas propter Dei gloriam, aut propter augenda merita, siue thesaurum Ecclesiæ amplificandum, seu ad exercendas uirtutes Deus immittit. Huiusce generis fuerunt tribulationes Beatissimæ Virginis Deiparæ, Apostolorum, & Sanctorum. Vnde Paulus, Adimpleo ea, quæ desunt passionum Christi in corpore meo pro corpore eius, quod est Ecclesia: Tribulationes uero infernæ sunt illæ, quæ in delictorum abolitionem, ad redimendam culpam, & auferendam pœnam sunt illatæ. Hæc duo sunt genera aquarum, quæ in Diluio Mundum expurgarunt; animam etenim fontem & foedam in hac uita purgant, atque emundant; Ruptæ sunt enim desuper cataractæ Cæli, & subter fontes abyssi. Quapropter extruendum est firmamentum in medio aquarum, fortitudo in homine iusto, in colluue tribulationum. In hieroglyphicis, seu symbolis passim effingitur rupes, siue scopulus in medio maris, cum inscriptione; Immobiles fidei; Quod symbolum concinnè quidem iusto, forti animo tribulationibus reluctanti, ascribi potest; Rupes

Tribulationes à Deo, & à Mundo. Spes ut anchora.

Matt. 27.

Psal. 45.

Psal. 68.

Tribulationum duo genera.

Coloss. 1.

Iustus in tribulationibus ut rupes in mari.

Fecit Deus firmamentum, & diuisit, &c.

- a. Fecit Deus firmamentum, Christum, & diuisit Iudæos à Gentilibus.
- b. Fecit Deus in Angelis confirmationem in bono: Et diuisit Angelos bonos à desertoribus.
- c. Idest, fecit firmamentum astris fulgidum, & diuisit classes Angelorum, ut aliæ assiderent Deo, & aliæ ad Mundi ministeria destinarentur.

Allegoricè.

pes enim est, in quam quanto acrius procellæ ac fluctus impingunt, tanto validius retunduntur, atq; in seipsis collisi rescinduntur; ea enim est tribulationis, atq; aduersitatis ratio, ut si in hominē fortē impellat, eo illæso in seipsa refrangatur, & ipsas inferentē ledat, animū eius excrucians. Rupes igitur, scopuliq; incōculsi fuere martires in medio maris, in medio impiorū constituti, inter tormēta, enses, ignes, necesq; immanes, quod exultarēt in ipsis cruciatibus, erantq; ut Atlantes, qui Mundū sustinebāt, omnes nimirū Mundi vires, quas ad eos proferendos Mundus adhibebat, cum in ipsos infrensens sæpè grafaretur. Diuidat igitur iustus, & pius fidelis aquas ab aquis, discernat, & cognoscat tribulationes desuper manantes ex Dei voluntate, ad virtutes, gratiam, merita, gloriam, thesaurum Ecclesiæ ampliandum, & hæc ferat libenti animo, quod in suū cedant maius meritum; & aquas infernas, ad luendas culpas & pœnas immixtas; & de his prodatur; Hic vire, hic seca, ut in æternū parcas.

a. Fecit Deus firmamentum, Christum, et diuisit Iudæos à Gentilibus.

AUGUSTINVS Sermone de Tempore centesimo trigesimo-quarto.

Diuisio aquarum, Iudeorum populorum, & Christianorum, sicut Apocalypsis: Aquas quas vidisti, posthæc sunt & nationes. Cum aquas dicit super Cælos impositas, Christianum populum nuntiat.

Apocal. 17.

ANASTASIVS Synaita Hexæmeron libro secundo.

Nonnulli autem hoc etiam referunt ad duos populos, nempe & ad nos quidem stantes, qui firmi sumus ac stabiles supra Petri fundamentum, & illius fidei immobilem constantiam: & ad Iudæos, qui ceciderunt, & subiecti sunt inferiori firmamento.

Angularis lapis, & firmamentum solidissimum Christus est, super quod, tanquam super latissimam, atque inconcussam basim, extructa est Ecclesia: Collocatus uero est lapis iste in angulo domus huius sanctæ, atque spectatissimæ, quoniam alia fuit facies Ecclesiæ ab Adam ad Christum, & alia est à Christo ad Mundi finem: prima in facie tantum populus Iudaicus situs, & quasi lapis super lapidem spectabatur: in secunda uero facie Gentilis locus ipsi præripuit; atque in hac discretæ sunt aquæ supernæ ab infernis, quoniam super fundamentum hoc euecta est Gentilitas, & Iudaismus subter cecidit: contigitque illis & nobis, quod hemisphærijs euenire consuevit. Si quis ad Antipodas penetraret, tunc ei supernum hemisphærium fieret infernum, & infernum supernum; Iudæus siquidem populus supra extabat; Non enim erat alia natio tam grandis, quæ haberet Deos appropinquantes sibi. Nunc Gentilis, qui in inferiore considerat loco, superuectus est. Commutata siquidem est benedictio Iacob Patriarchæ, ad eum ut dextera minori sit superposita, & sinistra maiori. Vtinam cum nos Christiani aquarū cælestium locum vendicauerimus, cælestis etiam vitæ atque perfectionis normam insequamur, Iudæis, uti aquis terrestribus cœnos, in profundis specubus terræ derelictis, tanquam in ignorantia, ac criminum atro, atque teterrimo profundo collocatis.

Iudæus & Gentilis populus ut duo hemisphæria.

Deutero. 4. Gen. 48.

b. Fecit Deus in Angelis confirmationem in bono: Et diuisit Angelos bonos à desertoribus.

ANASTASIVS Synaita Commentarijs in Hexæmeron;

Quod sic etiam intelligas de Angelis, & Demonibus illud; Et separauit Deus in medio aqua, quæ est sub

Sub firmamento, & aque quæ est supra firmamentum, nihil intelligis, quod discrepet à pietate.
 Philosophicum axioma est, ea quæ sunt extra suam sphaeram, moueri semper; atque indefinèter agitari: quæ verò in propria collocantur sphaera, immota persisterent, & quiescere. Quapropter & lapis in altum iactus, mox descendit, nec quietem nanciscitur; quoadusque ad propriam reciderit sedem. Sphæra naturarum, quæ intellectu prædite sunt, Deus ipse est; Angelus igitur & anima quiescere nequeunt, nisi in Deo confideant. Ut igitur asciti sunt Angeli ad gloriâ, nimirum in ipsum Deum assumpti, tantam quietem, soliditatemque nacti sunt, & firmitudinem, ut firmamentum redditi esse dici queant. Firmamentum igitur id in ipsis est quod delinquere non possunt, hocq; ex eo puenit prout D. Thomæ fert opinio, quoniam beatitudine comparata, explendescemtem Dei essentiam spectant, quæ est bonitatis perenniter scatens fons; appetitus verò nullus potest resilire à bono amplissimo, ut concupiscat aliud, quod bonitatis similitudinem præferat. Quare fieri non potest, ut velint ipsi diuertere ab eo incommutabili bonitatis fonte. Hoc itaque firmamentum, seu confirmatio & quies in fonte perennis bonitatis indeficienter scaturiente, Angelos sanctos à contumacibus & lucifugis discreuit, cum ipsi perenniter in iustitia sint permansuri; hi verò à Deo auersi, impij, contumaces, rebellesq; redditi, nunquam ad bonitatis normam regredi, conuertique possunt. Et hæc theologice dicta sint.

p. q. 62. art. 8.
 Angeli confirmati cur non possint labi.

c. Id est, fecit firmamentum astris fulgidum, et diuisit classes Angelorum, ut alia considerent Deo, et alia ad Mundi ministeria destinarentur.

A N A S T A S I V S Synaita Commentariorum in Hexameron libro secundo.

Suausissimus autem Niseorum Gregorius intelligentium intellexit potestatum esse aquarum distinctionem. Nam alias quidem constituit Deus in Cælis ad diuinam glorificationem; aliquas autem ad ministerium in terra, conuenienter ei, qui dicit eos administratores spiritus, qui mittuntur ad nostrum ministerium & salutem. Videte enim, inquit Christus, ne contemnatis vnum ex ijs pusillis, qui in me credunt. Dico enim vobis, quod Angeli eorum perpetuo vident faciem patris mei, qui est in Cælis.

Matth. 18.

3. Reg. 10.

Si regina illa Saba, bacchante per Orbem Salomonis fama prouocata, cum Hierusalem petisset, domumq; ab ipso adificatam, & ministrantium ordines diligentius contemplantam fuisset, ita in stuporem est adducta, ut non haberet ultra spiritum: quid menti nostra euenturum putamus, si Dei Optimi Maximi, diuinarum sedium, celestisque regni desiderio perfusa, hæc ipsa intimius contemplantur, & Angelorum ordines, atque munera considerare periclitabitur? Non tantum, uti regina Saba, spiritu deficiet, sed spiritu accensa, supra spiritum scandet, immo sine spiritu quasi exanimata pallefcet. Verum ut de propòsitâ nobis speculatione edisseramus, id animaduertendum est, ante thronum Dei maiestatem summa coruscantissimum, Angelos adesse in duplici classe; alios assistentes, alios verò administrantes; quemadmodum & coram principibus in aulis regijs alij sunt, qui semper eis assistunt, & eorum præcepta ore tenus capiunt; alij, quibus præcepta regalia per assistentes nuntiantur, eaque ipsi exequuntur. Cæterum ex Theologis id præsertim nos fugere non debet, quod assistentiæ duplex potest esse ratio, vel enim assistere est faciem Dei coruscantissimam intueri, & hoc pacto Angeli omnes Deo assistunt, quoniam Dei beatifica visione fruuntur.

Angelorum alij Deo assistentes, alij ad ministrantes. Angelorum assistentiæ duplex ratio.

G R E G O R I V S Magnus Expositione in Iob libro secundo, capite secundo.

Et mittuntur igitur, & assistunt, quia per hoc, quod circumscripti sunt, exeunt, & per hoc, quod intus quoque presentes sunt, nunquam recedunt. Et faciem ergo patris semper vident, & tamen ad nos veniunt, quia & ad nos spiritali presentia foras exeunt, & tamen ibi se, vnde receperant, per internam contemplationem seruant.

Vel rursus assistere traduntur, quatenus secreta diuinorum mysteriorum in ipsa claritate diuinæ essentiæ percipiunt, & hoc munere soli superiores decorantur.

D. THO.

Fecit Deus firmamentum; & diuisit aquas, &c.

- a. Facto firmamento, id est, Christo, diuisit aquas quæ erant sub firmamento, nempe aduersarias potestates, ab his, quæ erant supra firmamentum, ab electis.
- b. Fecit Deus firmitudinem in gratia; & discreuit sanctificatos ab his, qui peccare possunt.

Allegoricè.

D. THOMAS proinde parte prima, quæstione centesimaduodecima articulo tertio, ita de ipsis definit.

Art. 3.

Considerandum est ergo, quod omnes Angeli diuinam essentiam immediatè vident. Et quantum ad hoc, omnes etiam qui ministrant, assistere dicuntur. Et Post. Et secundum hoc, soli superiores, qui sunt primæ Hierarchie, assistere dicuntur, cuius proprium dicit esse Dionysius, immediatè à Deo illuminari. Et per hoc patet solutio ad primum, & secundum, quæ procedunt de primo modo assistendi.

Cæterum qui ordines assistant, & qui ministrant, iam à nobis ex Patrum, & Doctorum sententia aliàs discussum est. Firmamentum igitur istud nobis aspectabile, in quo amplissima fulgent hæc astra, discreuit quoquomodo Angelos assistentes à ministrantibus, cum illi super in regia fulgentissima Empyreï Deo assistere; hi verò intra Mundi ambitum diuersis muneribus fungi perhibeantur.

a. Facto firmamento, id est, Christo, diuisit aquas quæ erant sub firmamento, nempe aduersarias potestates, ab his, quæ erant super firmamentum, ab electis.

A N A S T A S I V S Synaita vbi supra.

Potest autem hoc quoque dici de nobis, & de aduersarijs potestatibus. Magnam enim Dæmonum multitudinem separauit Deus veniens super terram, & eos misit in abyssum, nempe sub terræ firmamentum, quod missi sunt illi, qui sunt ingressi in gregem porcorum: ut cum pauciores essent inimici, nos rectè & ex virtute vitam ageremus. Aliquando separauit etiam Angelus Dei in mari, stans in medio Israelis, & Aegyptiorum, ut seruaretur populus Dei, præsignificans magni consilij Angelum, qui nos erat liberaturus à manu Diaboli.

Christus certè firmamentum est illud positum inter aquas supernas, & infernas, inter animas, inquam, & dæmoniacas potestates; intransgressibile, quoniam ipse murus, & antemurale animarum effectus est. Verum quomodo cohibuerit aduersarias potestates, nùm in abyssum eas relegarit (ceu rati sunt nonnulli Patrum) nùm eorum fortitudinem, ac virtutem debilitarit (ut malunt alij) iam supra discussum est, ac definitum. Superest, ut hoc in loco tantum, quomodo inuictam Dæmonis fortitudinem Christus frænarit, atque compefcuerit, exemplo prodam. Gigas vastæ proceritatis, ac magnarum virium, dum liber est, cuncta proterit, atque vastat, nec inuicta eius, ac efferatæ fortitudini resistere quispiam potest. Verum si manicis ferreis & compedibus astringatur, vel arctis catenis columnæ, vel rupi vinciat, ludibrium mox efficitur ipsis etiam pueris atque mulieribus. Dæmon gigas ille erat, qui ante Christi aduentum solutus, cuncta, quasi leo terrificus, & sæuus proterebat, & deuasabat: at ut Christus Angelus virtutis suæ, quasi catenis eum constrinxit, & trucem eius immanitatem compefcuit, pueri profecto, & mulieres, videlicet in Christiana virtute ibecilliores, ei illudere pro libito potuerunt. Polyphemus Cyclops vnum oculum, sed eum ingentem torua sub fronte gestans, Dæmonis typum gerebat: qui certè cyclops dicitur, quasi inferni indigena, vnum oculum immentum, vnam scilicet ad generis humani interitum diram rabie ferens, hic non ab Vlisse, sed à Christo sapientia illa æterna, Verbo increato, prostratus est, cum illi immensum eruit oculum, potestatem scilicet, atque nocendi facultatem, ex quibus effectum est, ut ludibrium omnium euaserit.

Dæmonis fortitudinē compefcuit Christus.

Dæmon ut gigas.

Fecit



Fecit Deus firmamentum, & diuisit aquas, &c.

Allegoricè

- a. Terminum cognitionis humanae, & discreuit arcana inscrutabilia, à mysterijs nobis reueratis.
b. Hoc est, Ecclesiam in Christo consolidatam: Diuisit aquas superiores, praelatos à subditis.

b. Fecit Deus firmitudinem in gratia; discreuit sanctificatos ab his, qui peccare possunt.

Deus fecit vasa lapidea & lutea, id est confirmatos in gratia, & qui peccare poterunt.

Ioan. 2.

Proverb. 24.

Figulus ille prudentissimus, & omnipotens, Deus Optimus Maximus, ineffabili sapientia diues, inaccessa nobis, & incognita ratione, vasa alia fecit lapidea, alia lutea super...

a. Terminum cognitionis humanae: & discreuit arcana inscrutabilia, à mysterijs nobis reueratis.

H V G O Carenfis in Postillis.

Psal. 35.

Eccle. 3.

Oculis nostris animi, & corporis prescripius est terminus.

Diuisitq; aquas, &c. Aquae super firmamentum, sunt mysteria nobis abscondita. Aquae sub firmamento, sunt opera Domini in presenti facta, vel eorum notitia.

Prescripsit certe Deus terminum quendam oculis nostris tum animi, tum corporis, quem terminum transgrediendi nulla est nobis facta potestas.

Atrium

Atrium igitur cognitio naturalis rerum est, quas conflat Deus, qua utique potiti sunt Philosophi. Sancta sunt mysteria sacra Christianae nostrae religionis, quae sacerdotibus tantum, nempe genti sacerdotali progenitae à Christo spectatissimo Sacerdote, pateferi possunt.

Cantic. 5.

b. Hoc est, Ecclesiam in Christo consolidatam: Diuisit aquas superiores, Praelatos à subditis.

STEPHANVS Cantuariensis in Allegorijs Tilmanni.

Et diuisit aquas ab aquis. Ecclesia est firmamentum, quasi in bono confirmata, quae habet aquas superiores, id est, praelatos: & inferiores, id est, subditos.

H V G O Carenfis in Postillis.

Vel firmamentum; Ecclesia. Aquae superiores, praelati: Inferiores, subditi.

Discrepancia certe maxima est inter affectiones, qualitatesque aquarum supernarum, & infernarum, quanquam eiusdem generis utraque extent. Triplex autem differentia in eis considerari, atque intelligi potest.

Inter aquas caelestes & terrestres triplex differentia.

Praelatus qualis debeat esse ex similitudine aquarum caelestium.

ppp Fecit

Fecit Deus firmamentum; & diuisit aquas, &c.

Moraliter.

Anagogicè.

- a. Fecit iustitiam christianam, & discreuit vitam celestem à terrena.
 b. Solidum propositum in penitente, & discreuit aquas præteritorum criminum à futuris.
 c. Id est, intransgressibilem terminum, & discreuit beatos à damnatis.

a. Fecit iustitiam christianam, et discreuit vitam celestem à terrena.

ORIGENES Homilia prima in Genesim.

Studeat ergo unusquisque nostrum diuisor aquæ effici eius quæ est supra, & quæ est subius: quod scilicet spiritalis aquæ intellectum, & participium capiens eius quæ est supra firmamentum, flumina de ventre suo educat aquæ viue salientis in vitam æternam, segregatus sine dubio, & separatus ab ea aqua, quæ subius est, id est, aqua abyssi, in qua tenebræ esse dicuntur, in qua princeps huius mundi, & aduersarius draco, & Angeli eius habitant, sicut superius indicatum est. Illius ergo aquæ supernæ participio, quæ supra Cælos esse dicitur, unusquisque fidelium celestis efficitur, id est, cum sensum suum habet in arduis & excelsis, nihil de terra, sed totum de celestibus cogitans, quæ sursum sunt quærens, ubi Christus est in dextera Dei patris.

Duæ equidem vitæ, celestis, & terrena, duplici aquæ, cœlesti, & terrestri non ineptè conferri possunt: cœlestis, inquam, gratia est decorata, & perfusa, tanquam luce è Cœlo manante: terrestris verò tenebris obducta, nempe crimine à praua voluntate proficiente. Quemadmodum igitur aquæ terrestres pluribus refertæ sunt affectionibus: ita & terrestris vita. Aquarum terrestrium aliq̄ cœnosæ, & luto sunt asperse: Ecce diuitiarum cupida vita; Quid tibi in uia Aegypti, ut bibas aquam turbidam? inquit Deus homini, auaritia labe sordidato; Aliq̄ foetentes, & sulphureæ: Et isthæc est libidine sedata; Aliq̄ amaritudine refertæ, tanquam aquæ Amarath, seu maris aquæ: En inuidia aspersa uita; Aliæ crassæ, & perunctæ: Ecce ebrietatibus, & commensationibus addicta; Aliæ frigescentes, ac metallico humore contaminatæ: Ecce ociosa desidiosaq̄ exemplar; Aliq̄ calentes, atq; sulphuris more ebullientes: Ecce uita, quæ ira sepius, facileq; excandescit, & furore inordinato accenditur; Aliæ exhalationes facillimè emittentes & in uaporem transeuntes: Ecce superbiæ tumore inflata. De omnibus his aquis scriptum est: Aquæ inferiores descendunt in mare mortuum, nempe aquæ istæ terrena vitæ cœnosæ, fetentes, amaræ, frigescentes, calentes, crassæ, euaporabiles, descendunt, ruuntq; præcipites in mare mortuum, in amaritiæ mortis spiritualis, huius fetida affectio quanquã fructus gignat perpulchros quidè aspectu, inanes attamen sunt, ac putredine referti. Cæterum aquæ supercœlestes puræ sunt, claræ, suaue olentes, dulces, nec calore, nec frigore refertæ, nec euaporantes: puræ gratia, claræ sapientia, benè olentes exemplo, dulces benignitate, non calidè concupiscentia propria, nec frigidè odio proximi, nec euaporantes terrestriū rerum affectione. De his aquis inquit Saluator: Qui biberit ex hac aqua, sitiet iterum, qui autem biberit ex aqua, quam ego dabo ei, fiet in eo fons, &c. Videlicet, qui uarias has terrene vitæ rationes prosequi studuerit, sitiet iterum, felicitatem saturantem non comperiet; qui autem biberit ex aqua, quam ego dabo ei; nempe, qui uitam consequutus fuerit à me sibi demonstratam, & patefactam, non sitiet iterum, sed saliet in uitam æternam, quoniam uita hæc cœlestis, dispositio præuia est uitæ æternæ.

b. Solidum propositum in penitente, et discreuit aquas præteritorum criminum à futuris.

Propositum sanctum, quod suscipit impius, dum præteritarum culparum luem in sacra penitentiâ delet, dumq; non amplius se ad easdè noxas reuerturū spōdet, firmamentū elegatè nūcupari pōt, inter aquas superiores, culpas uidelicet præteritas, & inferiores

Vita terrena uarijs prauis affectionibus referta ut aqua.
Hier. 2.
Exod. 15.

Iosue 3.

Vitæ cœlestis optimæ qualitates.

Ioan. 4.

Et factum est ita.

a. Edificat homo nec in apice à Dei mandatis recedere.

Vocauit Deus firmamentum Cœlum.

b. Duo Cœli recensentur in hac narratione Moysi, in typum duarum naturarum in Christo, & duarum Ecclesiarum, militantis, & triumphantis.

riores futuras. Huius rei mirificū exēplū id est, quòd in trāsitu maris Rubri Israēlitis euenit, de qua scriptū est: Extendit Moses manū, diuisaq; est aqua, & erat quasi murus à dextera eorum, & leua: Extendente uidelicet sacerdote super prostratum penitentem manum auctoritatis, dum ei absolutionem elargitur, seiunguntur noxæ, & futuræ quidem consistunt quasi murus, ad eò ut ipsum obruere nequeant; præteritæ verò defluunt, quia deinceps vitæ sanctimoniæ ipse prosequitur, omneq; peccatorū genus ante ipsum euanescit. Paueat autem penitens, ne cum Aegyptijs in tumentibus, celsisq; fluctibus postea mergatur; ne scilicet in peccatis commoratus, cum eis in tartarum deiciatur.

c. Id est, intransgressibilem terminum, & discreuit beatos à damnatis.

ANASTASIVS Synaita Commentariorum in Hexæmeron libro secundo.

Intelliges autem duarum aquarum diuisionem, iustos, qui separantur à peccatoribus, illos quidem, qui rapiuntur in nubibus supra fundamentum, hos verò qui infra transmittuntur ad inferos.

Intransgressibilis certè terminus & firmamentum est, non posse villo profus modo animas corporibus exutas uel obrutas beatorum vel damnatorum, hinc illuc transmeare, ad eò ut damnati euehantur ad gloriam, & beati decendant in tartarum. Firmitudo verò hæc ex tribus oritur; à Dei decreto, locorum distantia, & voluntatis inflexibili electione. Decretum Dei latum promulgatumq; in postrema sententia, quo damnati adacti sunt ad penas seuisissimas, & effecti extorres; & beati sublimati fuere ad cœlestes sedes, irreuocabile est; nam inquit Saluator: Cœlum, & terra transibunt, uerba autem mea non transibunt; hoc est, cœlum & terra inter omnia à Deo congesta & conflata, robustissimè deletioni reluctantia, transibunt tandem, finemq; demum aiment; Verba autem mea, promulgataq; mea sententia, nunquam transibit, finem nunquam percipient, quoniam ipsi perennitas adiuncta erit, qua & hi perpetim beati, & illi damnati persistent. Intercapedo porrò inter Cœlum, & infernum vastissima est, cum in duobus extremis collocata sint. Cœlum desuper, & infernus subter. Hæc chaos illud est magnum, de quo Abraham ad diuitem: Inter nos, & vos magnum chaos firmatum est, ut hi qui uolunt transire ad uos, non possint, neque inde huc transmeare: Voluntas præterea beatorum, ac reprobatorum ad eò inflexibilis reddita est, ut nec illi à bono, nec isti recedere à malo queant. Exemplum afferam. Ferrum dum in igne æstuat fornacis positum est, molliitur, & in quamlibet formam redigi potest: At ubi friguerit, amplius flecti nequit. Anima, dum hac in uita amore perfunditur, in omnes se trāsfert formas; at ubi è corpore elapsa fuerit, si obdurata in malo, quasi frigescentis egredietur, nunquam calere, seu ad Deum uitæ fontem conuertit poterit.

a. Edificat homo nec in apice à mandatis Dei recedere.

Natura suo auctori obtemperans fuit, ut nec in minimo quidem iussionem eius præterierit: factum quidem est ita, quemadmodū Deus fieri iusserat. Studeat & homo eius exemplo ita mandata Dei absolueret, ut nec in apice ab ipsis discedat, quapropter Dauid: Beati, inquit, immaculati in uia. Quis immaculatus in uia nūcupari potest, nisi qui permeat per semitam iustitiæ, non declinans ad dexteram, neque ad sinistram? Iusti

Tropologicè.

Allegoricè.

Exod. 14.

Firmitudo in beatis & damnatis ex tribus oritur.
Matth. 24.

Luc. 16.

Psal. 118.

tia, legisq; femita, est uti Eccliptica, à qua nunquam recedit Sol, homo, scilicet iustus; iniustus autem, qui recedit, quasi Phaeton horrida monstra offendit, flagitia, inquam, & crimina, quibus perterritus præceps corrui, quoniam quandoque in desperationem cadit. Studeat igitur recta in via incedere, nec latum quidem vnguem à Dei mandatis recedere: id erit immaculatum esse in via.

b. Duo Cæli recensentur in hac narratione Moysi, in typum duarum naturarum in Christo, & duarum Ecclesiarum, militantis, & triumphantis.

A N A S T A S I V S Synaita Commentariorum in Genesim libro secundo.

Duorum ergo Cælorum tantum fabricationem didicimus ex sacra Scriptura, in typum ac figuram duorum celorum templi, quæ significant duas naturas Iesu, & duorum populorum, & duarum Ecclesiarum, superne, inquam, Hierusalem, & nostre fidelium. Quod enim superiori Cælo Deus est ad lumen, hoc Cælo inferiori est Sol, & firmamento Ecclesie Euangelium. Et quod sunt sancti Angeli in Cælo, quod non cadit sub aspectum, hoc sunt & firmamento stelle, & in Ecclesia Sancti.

Perpulchra, appositissimaque mihi videntur hæc symbola, quæ nobis Anastasius referauit; duos enim Cælos Deum compegisse, dilucidè demonstrabamus; aliud cum terra in primordiis temporum, quod & Empyreum, sedemque beatorum spectatissimam fuisse dicebamus; aliud ex aquis hac secunda die congelatum, & firmamentum nuncupatum, quia ex aquis labentibus obstrictum fuit, ut es, quod & Cæli nomine decoratum est. Duo igitur Cæli duas in Christo naturas significare possunt, diuinam, & humanam: elegantissimè siquidem natura diuina Empyreum representatur, quoniam quid splendidius Empyreum? quid autem diuinitate coruscantius? Humana verò nostro hoc Cælo spectabili, astris nitente, significatur. Purissimum est Cælum, quoniam ex desecatis elementorum summitatibus, quasi ex peregrina quadam natura, iuxta Peripateticorum sententiam, compactum est. Purissima est in Christo natura humana, quoniam ex sanctificatis Deiparæ sanguinibus sumpta est. Splendent in Cælo Sol, Luna, & astra; claret in Christo Deo & homine diuina scientia, infusa, & acquisita. Cuncta viuificat Cælum motu & lumine; cunctas animas alit Christus gratia, & doctrina ab ipso profluentibus. Rursum & hi duo Cæli Ecclesias duas præsignare videntur, Empyreum scilicet triumphantem; totum profectò coruscet Empyreum, nullaq; pars eius lumine destituitur; tota fulget Ecclesia triumphans; nullusq; beatus gloria est abdicatus: Firmamentum verò congruè denotat militantem; non siquidem totum emicat Cælum hoc nostrum, sed tantummodo in eo fulgent Sol, Luna, & astra, partes illæ nitidiores, & desecatiores; non cuncta militans Ecclesia gratia & sanctitate claret; quoniam maxima est etiam impiorum, flagitiosorumq; hominum caterua; verum in ipsa saltem nitescunt iusti & pij, diuersa insigniti gratia, & claritate. Immobile consistit Empyreum, immota in beatitudine hæret Ecclesia triumphans. Peruolitat firmamentum nostrum, perpetuaque actum circumlatione choræas stellarum, Lunæq; facies diuersè exhibet: Immutatur Ecclesie militantis facies, perpetuisq; agitur aduersitatibus, & ærumnis. Vtræq; tùm natura diuina, tùm Ecclesia triumphans, Cæli verè sunt; natura verò humana in Christo, & Ecclesia militans ex eo vendicant sibi Cæli nomen, quoniam & illa naturæ diuinæ, & hæc Ecclesie triumphanti coniuncta est.

a. Deiparam in sanctitate corroboratam Cælum.

Quæ mens adeo nitida, quis spiritus ita viuus, quæ memoria sic foecunda, quæ lingua tam pura, quis calamus tanta arte cõpositus, ut dignis te laudibus, Deipara benedicta, cumulare aut venerari queat? Tu siquidem es Eua, viuientium spiritu parens; Sara non anus, sed Virgo Deū enixa; Rebecca pueros habens collidentes in vtero, nimirum Christum, duas naturas, diuinam, & humanam complectentem; Rachel simul, & Lia, venusta quidem contèplatione, & secunda actione; Judith Dæmonis caput conterens; Esther

Natura humana in Christo conferunt firmamento.

Cæli duo duas Ecclesias significant.

Beata Virgo sanctis mulieribus præfigurata.

Vocauit Deus firmamentum Cælum.

- a. Deiparam in sanctitate corroboratam Cælum.
 b. Angelus in bono confirmatus Cælum nuncupandus est.
 c. Scripturam approbatam ab Ecclesia, Cælum.
 d. Ecclesiam solidatam in Christo, Cælum.

Allegoricè.

B. Virginis symbola.

Ad B. Virginem deprecatio.

Esther uirgam virtutis Dei ad se inclinans; Maria animo exultans; Bethsabæe summo regi acceptissima. Tu paradisi elegans; hortus spinis pudoris conclusus; fons gratijs signatus; virga Iesse reslorens, quia virgo foecunda; columba nitida, pacis ramusculum, Christum ferens; tabernaculum sanctificatum ab altissimo; terra benedicta, & lo cupletata cunctis gratijs; rubus ardens incombustus; mater, & Virgo; mons pinguis donis; vellus Gedeonis irroratum supernis solatijs; porta clausa, quæ foli Deo referatur; nubes lucida, & rutilans, puritate, & charitate; propitiatorium vnde esluunt cuncta miserationes; aula regia, in qua spatiantur Angeli; thalamus exornatus dignitate; lectulus floridus virtutibus; lilium inter spinas, quoniam sola candida inter sedatas peccatrices; vrna aurea gratiarum; oliua frugifera inenarrabilem meritum. Et quid amplius? Aurora confurgens, dum nasceris; Luna, dum vitâ transigis; Sol, dum assume ris in Cælum; acies ordinata, dum cuncta proteris Dæmonum molimina. Tu igitur firmamentum, & postea Cælum; firmamentum, cum sine primæua iniquitatum labe concepta, in gratia solidata prodijisti; postea Cælum effecta, cum Deum concepisti; Cælum, inquam, quia quem Cæli capere non poterant, tuo gremio contulisti. Amplissimam siquidem, spectatissimam, atque ineffabilem eam diuinitatem, quam Cæli Celorum capere non poterant, tu conclusisti, quoniam Christum, Deum & hominè, utero sanctissimo, atque purissimo gestasti. Cælum, nam ad eam suscipiendam, laudibusq; celebrandam diuinitatem, Angelorum immensas acies circa te coegisti, suauissimas personantes melodias cœlestes. Cælum, in quo beatæ animæ degerunt gloria iam potita; anima, inquam, Christi iam beata effecta, quanquam & viatrix. Tu igitur Cælum nobis mortalibus oculis madentes ad te attollentibus, animos erigentibus, palmas tendentibus, genuaque flectentibus, cœlestis influxus dona largire. Tu lumen sapientiæ infunde; tu flagrantiam charitatisingere; tu rorem cœlestem copiosissimum demitte; tu animabus vitam porrige; obnubilatas mentes illustra; ad te nos reuoca, & attrahe, suauissimisq; clementiæ tuæ radijs rescito.

b. Angelus in bono confirmatus Cælum nuncupandus est.

G R E G O R I V S Magnus in Ezechielem libro primo, homelia octaua.

Posunt enim firmamenti nomine cœlestes potestates intelligi. Quod firmamentum recte quasi aspectus crystalli dicitur, quia videlicet crystallum forte quidem nimis est, sed ex aqua solidatur. Et natura angelica, quando creata est, liberum arbitrium accepit, vtrum vellet in humilitate persistere, & in omnipotentis Dei conspectu permanere, an ad superbiam laberetur, & à beatitudine caderet, per similitudinem aqua fuit. Sed quia cadentibus alijs sancti Angeli in sua beatitudine persistenterunt, atque hoc acceperunt in munere, ut iam cadere omnino non possent, in eis natura sua, quia iam deiçi mutabiliter non potest, quasi in magnitudine crystalli durata est.

Non ineptè profectò inter omnia, quæ Cæli nomen sibi surripiunt, Angelus ad gloriam ascitus illud sibi vendicare potest. Audias comparationes. Cælum ex altissima quadam substantia conflatum est, & Angelus ex spiritali constat natura. Cælum per se, & incommutabile est, Angelus immortalis, & incorruptibilis. Nouem orbes sub supremo concluduntur Cælo, quorum alij instellares nuncupati cæteros rapiunt; alij stelligeri cœlestia moderantur; alij errone sublunaria regunt: & Angelorum nouè ordines sunt in tres dispersi classes. Hierarchia suprema Deo semper assistens; cæteris ardorem,

Angeli & Cæli similitudines.

ardorem, & lumen impertitur; hierarchia media, cœlestibus officijs, atque muneribus est delegata; infima, quæ sub Cœlo sunt, curat. Fulget Cœlum Sole, Luna, stellis: clarent Angeli cognitione meridiana, matutina, vespertina, de quibus post. Rapiuntur Cœli à supremo, & uoluntas Angelorum præcipuam Deo obtemperationem præstat. Hi Cœli sunt, de quibus Propheta; Cœlum mihi sedes est, terra autem scabellum pedum meorum. Deus quippe residet, & quiescit in Angelis, velut in micantissimo throno, atque aurea sede, pedibus verò, nempe affectu super hominem, uti super scabellum incumbit. Hoc Cœlum, de quo in oratione petimus; Fiat voluntas tua sicut in Cœlo, & in terra: quasi precemur, ut diuinam uoluntatem ita homines exequatur, sicuti & Angeli. Hoc Cœlum est, quod nobis rorem in aurora confert, consolationem in uita nouitate.

c. Idest, Scripturam approbatam ab Ecclesia, Cœlum.

AVGVSTINVS Enarratione in Psalmum centesimum tertium, Scripturam Cœlum nuncupari, clarissimè his prodit.

Figuratè autem si aliquid rebus regi volumus, & pulsare ad elausum, inuenimus extendisse Deum Cœlum sicut pellem, ut intelligamus Cœlum sanctam Scripturam. Hanc auctoritatem primò posuit Deus in Ecclesia sua, inde cœpi exequi cetera, posuit enim Cœlum Deus, & extendit sicut pellem.

Postmodum secundiori oratione Augustinus Scripturam ad instar pellis extensam congruè dici, eo loco edisserit. Sed nos de his aliàs.

Scriptura, summi Pontificis seu Concilij decretis approbata, & munita, haud equidè Cœli nomine est indigna, nec ineptas cum Cœlo habet comparationes: Conflatum est Cœlum nõ ex eadem materie, qua elementata obnoxia generationi, & corruptioni; sed ex præstantiori, & sublimiori: dictata est Scriptura non ingenio humano, ut cæteræ scientiæ, sed Spiritus Sancti afflatu, nec acquisita medijs sensibus, & phantasmatis, sed è Cœlo diuinitus delata. Incorruptibile Cœlum est; immutabilis Scriptura. Plures orbis complectitur Cœlum; plures classes librorum Scriptura. In Cœlo clarent Sol, Luna, & stellæ; in Scriptura sensus allegoricus ut Sol, literalis ut Luna, moralis ut stellæ; de quibus infra. Influxunt Cœli motu, & luce, uitæ semina; effundit Scriptura doctrina, & exemplo spiritualis uitæ rationes; vidit enim Ezechiel spiritum uitæ in rotis, nempe in sensibus Scripturarum. Non lateat igitur Ecclesiasticos viros, seipfos, cum Scripturas contemplantur, in Cœlis uersari. Studeant itaque ut Phæbus, cum curram contemplationis saliant, à recta feminata eclipticæ non aberrare. Cauent, ne ut Phæton, ingenij sui sagacitate, & acumine confisi, habenas curiositati, & subtilitati laxent, ne forte à calle deuiant, in hereses labantur, diuina humanaque confundant. Sed heu, quàm impium & ineptum, simul uelle in Cœlis, & in terris uersari, contemplatione Scripturas indagare, & uitæ luxu carni indulgere, terrenaque amplecti, & more Mercurij alatum caput, & alatos pedes gestare, ut simul & in Cœlis contemplatione peruolent, & mox ad libitum, ut à libris, pergamo, uel è cathedra discedunt, ad uitæ illecebras descendant.

d. Ecclesia solidata in Christo, Cœlum nuncupari potest.

Cœli uocabulo ipsa Ecclesia pariter à Scriptura, & à Patribus eleganter exprimitur; hoc siquidem Cœlum est, cuius materies longè præstat materie sublunari, quippe quæ homines gestat spirituales, & non carnales. In nouem orbis secatur Cœlum sub vno summo ceteros raptante: & in Ecclesia nouem sunt ordines Ecclesiasticorum sub vno Pontifice Romano: Archiepiscopi, Episcopi, Sacerdotes, Diaconi, Subdiaconi, Acolythi, Exorcistæ, Lectores, & Ostiarij. Splendent in Cœlo Sol, Luna, & stellæ; in Ecclesia dignitates, Pontificia, Imperatoria, & plures inferiores, ut Cardinalatus, Episcopatus, Regnum; quæ inter se differunt, ut stella differt à stella in claritate. Super duos cardines, seu polos conuertitur Cœlum, super duplicem auctoritatem Petri, spirituales & temporales, uoluitur Ecclesia. In orbem seu circulum redit Cœlum, & Ecclesia à Cœlo, ex quo Christus venit, ad Cœlum deducetur, cum ex militante efficietur tota trium-

Ista. 66.

Scripturæ factæ & Cœli collationes.

Ezech. 1.

Ecclesia ut Cœlum nouem orbis habet.

Duo Poli Ecclesiæ auctoritas spiritualis & temporalis.

Vocauitq; Deus firmamentum Cœlum.

- a. Idest, Prælaturam sedentem in sede Christi, Cœlum.
 b. Hominem interiorem in gratia firmatum, Cœlum.
 c. Animam, uel mentem iusti in Deo solidatam, Cœlum.
 d. Res in melius commutate, nouo nomine sunt decorandæ.

Allegoricè.

Tropologicè.

triumphans. Velatur Cœlum nubibus, caliginibus, & exhalationibus, quæ constipantur in aëre; attamen Cœlum semper & puritate, & fulgore decoratur; Obruitur sæpe Ecclesia ærumnis, tribulationibus, & noxarum labe; nec tamen fieri potest, quominus sancta sit apostolica, & catholica. Cœlum Ecclesia est, in quod Iris effingitur, quod in ipsa pacis, & misericordiæ, gustusq; spiritualis copia exundet. Cœlum splendet, dum tenebræ palpabiles obruunt Aegyptum: in ipsa Ecclesia est lux uitæ, dum ignorantia cecitas Mundum obscurat. Hæc Cœlum est illud, quod pluit manna, quoniam per ipsam cœlitus gratia defluit, & salus. Sciunt igitur fideles, quibus singulari euentu datum est, ut in Ecclesia insiti sint, quod eorum conuersatio in Cœlis est. Vilescant igitur illis terrena omnia, quum perexigua sint, si ex Cœlo conspiciantur. Sicuti nanque si terram è Cœlo conspexeris, minima tibi apparebit: ita sanè terrena omnia minima tibi uidebuntur, si à te cœlesti uita insignito spectentur: punctum siquidem est terra, & adhuc puncto minor; sic & terrea quæq; minimum quid sunt, ac propè nihil.

a. Idest, Prælaturam sedentem in sede Christi, Cœlum.

In firmissima sede Petri confidentes prælati, firmamentum sunt, & Cœlum nuncupari queunt. Cœli profectò Episcopi, Archiepiscopi, Patriarchæ, Purpurati, immo & Cœli Cœlorum sub supremo Cœlo, Pontifice maximo. Cœli, inquam, ubi resident Pater, Filius, & Spiritus Sanctus, maiestas, inquam, auctoritatis Dei, doctrinæ cœlestis fons, & Spiritus Sancti præsentia: præcipuè verò templum & sedes sunt Spiritus Sancti, cum in ipsis resideat pro Ecclesiæ suæ sanctæ regimine. Animaduertant igitur prælati, si Cœlum sunt, num ipsos deceat toto in terram uultu & animo procumbere: Si Spiritus Sancti domicilium, num à sanctitate prolabi ipsis liceat; animaduertant, inquam, Spiritus Sancti dona esse, sapientiam, intellectum, consilium, fortitudinem, scientiam, pietatem, & timorem Domini; ut studeant sapientia diuinarum cœlestiumq; rerum contemplationem amplexari; intellectu spiritualium rerum intelligentiam assequi, consilio saluberrimas in regimine suo consultationes indagare; fortitudine in arduis intrepidus se reddere, & animo non deijci; scientia, ea studijs assidujs comparare, quæ antistitè igno- rasse dedecus est; pietate, alacri animo facultates pauperibus erogare, & resipiscentes suscipere; timore tandem pauere semper, ne in persoluendis ijs, quæ sui sunt muneris, Deo displiceant. Hæc profectò partes sunt antistitis sacri, qui Cœlum, Spiritusq; Sancti domicilium condignum esse delectabitur.

Prælatos cum Cœlum sint, non decet terrena sectari.

b. Hominem interiorem in gratia firmatum, Cœlum.

BEDA Expositione in Genesim. Non incongruè quoque & homo noster interior Cœlum appellatur, sicut in Euangelio; Fiat voluntas tua sicut in Cœlo, & in terra. Quod firmamentum appellatur propter aeternitatem, quodq; debet discernere inter spiritualia & carnalia, quasi inter aquam, & aquam.

Sæpius hæc hominis interioris & exterioris in Scripturis est discretio memorata; Hi enim sunt Abel & Cain, Adæ filij; Ismaël & Isaac, Abraham nati; Esau & Iacob, ex Isaac geniti; Phares & Zaram, Iudæ gemini. Hi homo nouus & uetus; ille ex Adam secundo oriundus, iste ex Adam primo profliens: ille cœlestis, hic terrenus; ille spiritus, hic caro. Cæterum quinam sint, partus Rebeccæ nobis aperte declarat, cum de eo dicitur; Et ecce gemini in utero eius reperti sunt; gemini non iniuria uocantur homo exterior,

Gen. 25.

Homo interior & exterior in Iacob & Esau per: est gurati 1. Cor. 15.

exterior, & interior, eadem nanque in anima, tanquam in ytero resident; nam si anima nostra celestia cupit, atque contendit, homo interior gignitur; at si terrena, sensibusq; & carni ariditudo concupiscit, exterior prodit. Primus autem qui egressus est, rufus erat, & totus in morem pellis hispidus, homo, inquam, exterior; quia prius est quod animale, deinde quod spirituale: rufus, quia terrena sapiens, animi passiones insequitur, atque ferina pelle induitur. Qui vero egressus est post, lenis erat, & simplex, quoniam homo interior mansuetudine, & simplicitate maxima præditus est. Quemadmodum vero Iacob benedictionem præripuit, & Esau tantum munera sunt collata: ita & homo interior ad benedictionis diuinæ, supernæ videlicet beatitudinis locupletationem destinatur; exteriori vero hæc Mundi marcescibilia, & decidentia bona impertiuntur.

Ha. 66.

Cælum vero homo noster interior appellatur, quia in ipso residet Deus; de eo siquidem scriptum est; Cælum mihi sedes est, terra autem scabellum pedum meorum. Cælum, videlicet homo interior, suæ spiritus, Dei sedes est, quoniam in ipso fedet, & quiescit, & suo calore ipsum fouet, gratia scilicet viuida, & tunc cum in ipso fedet; homo exterior, & caro, quasi terra, scabellum sunt pedum illius, nimirum pede ea comprimit, quoniam mortificatione ipsa macerat, & mortificat. Hinc euenit, vt dum homo interior euehitur, exterior deprimatur; dum ille viuificatur, hic mortificetur.

e. Animam, vel mentem iusti in Deo solidatam, Cælum.

STEPHANVS Cantuariensis in Allegorijs præcitat.

Et vocauit Deus firmamentum Cælum. Mens iusti, qua per bona opera firmamentum est, rectè Cælum dicitur, quia & sculpta est virtutum floribus, & conscientie gloriam cætat.

In iusto quo modo refertur Deus. Ezech. 1.

Scripturæ sacræ vndiq; nobis declarant, animam seu mentem iusti Cælum esse, atque Dei sedem; oracula pariter nostra, idest, Patres id ipsum fatentur. Superest nunc nobis contemplationis gratia, de modo, quo Deus confideat in anima, atque in Cælo, differere, ac pertractare. Vnde verò simulachra, & exempla huiusmodi rerum aptius sunt, quàm ex ipso Scripturarum fonte petenda? Et super firmamentum, ait Ezechiel, quod erat imminens capiti eorum, quasi aspectus lapidis saphiri, similitudo throni, & super similitudinem throni, similitudo quasi aspectus hominis desuper. Et vidi quasi speciem electri, velut aspectum ignis intrinsecus eius per circuitum, à lumbis eius, & desuper, & à lumbis eius vsque deorsum, vidi quasi speciem ignis splendentis in circuitu, velut aspectum arcus, cum fuerit in nube in die pluuie. Ex his habes, firmamentum fuisse similitudinem lapidis saphiri; in firmamento constituisse thronum; in throno sedisse virum, atque in parte eius superna, ignem exufflantem vndiq; circumtexisse, deorsum verò igne, ad instar Iridis, circumuallatum fuisse. En simulachrum, quomodo Deus in anima iusti confideat: firmamentum ad instar lapidis saphiri, anima ipsa est, hanc decet mote saphiri coruscare, colore videlicet cœlesti; quoniam cœlestem gerere debet vitam, eamq; perennem, & à gratia nunquam delabentem. Thronus est ipsa mens iusti, pars animæ superior. Vir gestans hominis aspectum, Christus est Deus & homo, homo factus, vt in hominibus cohabitare posset. Sed quis est ignis supra eum circumtegens in speciem electri, nisi charitas Dei in superna parte animæ cœtuans? Sed in speciem electri, & electri albi, quia scilicet puritate sancta est insignita. Quis verò ignis in speciem arcus Iridis inferiorem partem circundans, nisi charitas proximi in nube rutilante & candida collocata, nempe in intentione pura, & ardenti inferta? Iris siquidem triplici afficitur colore, rubeo, viridi, cœruleo, vt charitatem erga proximum demonstret, quæ pietate, & mansuetudine refertâ esse cõuenit. Hæc est visio similitudinis gloriæ Domini; similitudinis, inquam, qua Dominus in anima iusti, maxima in gloria fedet. Cælum igitur anima, vel mens iusti est, Cælum gestans lucida sydera, nimirum splendida exempla; amplius & statos motus, videlicet rectos incessus, choreas concinnas, idest, virtutum cateruas, diuinos circuitus, diuinas contemplationes, influxus efficaces, exempla euidentissima. Cælum, de quo petimus; Fiat voluntas tua sicut in Cælo, & in terra. Deprecandum siquidem est, vt ita fiat voluntas Dei in terrenis hominibus; sicut in cœlestibus: vel ita in carne, sicuti & in spiritu. Cælum apertum Ezechiel, hoc est, Christo, quia tantum Christo referatur. Cælum, in quo fit silentium, dum contemplationi uacat;

Anima iusti Cælum est.

Matt. 6.

Ezech. 1. Apocal. 1.

cat: Factum est silentium in Cælo, idest, in anima. Cælum quandoque ferenum, quandoque pluuias laxans: ferenum puritate, & contemplatione, humidum pietate, & misericordiæ operibus. Cælum, in quod cupit Lucifer ascendere, cum ait: Ascendam in Cælum, & ero similis Altissimo; nil enim magis exoptat Dæmon, quàm in mente iusti confidere, & eam sedare.

Apoc. 8.

Esa. 14.

d. Res in melius commutata, nouo nomine sunt decoranda.

LVSIANVS in primum caput Geneleos.

Vocauit firmamentum Cælum. Res in melius commutata, indi gna sunt, qua prioribus nominibus appellantur. Hac de causa Abram in Abraham mutatus est: Iacob in Israël. Quo docemur, vt si quem ex peccatore iustum, ex malo bonum, aut in melius commutatam viderimus, nominis prioris ignominiosi obliuiscamur. Sic Dominus lucem vocauit diem.

Cõmutatio in melius duplex.

Commutatio in melius duplici modo contingere potest; uel secundum rationem nature, uel secundum rationem gratiæ. Cõmutata sunt in melius quamplura, cum Deus mirificum hoc Mundi opificium congereret; quapropter & lux dies, firmamentum Cælum, arida terra, congregationes aquarum maria sunt nuncupata. Sublimatis enim, atq; in perfectius commutatis ipsorum naturis, nomina etiam præclariora uedicarunt. Commutati quoque plures mortalium, atq; ad sublimiorẽ conditionẽ euecti, nomina mutarunt, ut Abraham, Sara, Iacob, Daniel, Petrus. Quid mirũ igitur, si nobis Christicolis, dum ad excelsius & eminentius vitæ genus transimus, nomen immutatur, ut nobis noua sint nomina, sicuti noua sunt omnia? Noua nobis sunt certè omnia, nouus Mũdus, hoc est, Ecclesia; noui Cœli, Angeli; nouus Sol, Christus; noua Luna, Deipara; nouæ stelle, sancti; nouæ nubes, doctrina cœlestis; noui montes, prælati; noui colles, principes pii; nouæ valles, fideles; nouum mare, tribulatio propter Christum; noua flumina, Spiritus Sancti dona. Insuper in nobis ipsis noua facienda sunt omnia: noua anima, renouata in Christi iustificatione; noua mens ad contemplationem euecta; nouus amor diuinarum rerum; noua spes cœlestium; nouum odium seu fuga delictorum; nouus timor Dei; noui sensus mortificati; noua caro macerata. Quapropter nomen nouum non amplius ex Gentilibus haustum, uel regionibus orisq; nostris desumptũ ferimus; sed Christiani appellamur. Erubescat igitur semper homo, cum ea perpetrat, quæ huic uenerando aduersa sunt nomini. Christiani à Christo nominamur, à quo progeniti sumus, tanquam à nouo parente; noua nostra mater est Ecclesia; noua nutrix, Euangelica lex; nouum lac, doctrina Christiana; spiritus nouus, Spiritus Sanctus; nouus cibus, sacratissima Eucharistia; nouum lauachrum, sancta poenitentia; noua indumenta, innocẽtia Christi; nouus potus, Scripturæ cœlestis intelligentia. Si igitur Christi parentis nomen gerimus, ut quid Christi mores, & naturam non imitamur, sed ueluti degeneres obliuioni mandamus? Si Christus pauper spiritu, vt quid nos inflati tumescimus? Si Christus mitis, vt quid ira saepe excandescimus? Si Christus semper luget, vt quid nos immoderato risu, & obscenis dissoluimur cachinis? Si Christus misericors, vt quid nos sæuimus? Si Christus iustus, vt quid nos criminum cœno fœdamur? Si Christus mundus, ut quid nos culpis coinquinamur? Si Christus persecutionibus afficitur, ut quid nos prospera demulcent? Studeamus igitur ferre Christi imaginem, frontem serenam sinceritate, supercilia oblonga perseuerantia, oculos graues, & misericordes pietate, rubens os charitate, nitida labia purissimis eloquijs, manus apertas eleemosynis, pectus latum prudentia. Sed quid plura referam? Studeamus ferre imaginem Christi in cruce, uitam maceratam, atq; mortificatam una cum ipso, caput spinis perforatũ, frontem sanguine conspersam, aures conuicijs obtusas, oculos lachrymis madentes, os mirra & aceto delibutum, genas alapis contusas, collum fune circumligatum, manus & pedes clauis ligno affixas, pectus confossum, carnem dilaniatam, cuncta, inquam, maceratione, & mortificatione conspersa, tunc cum Christo spiritum reddemus Deo. Si Christianus uocaris, ethymologiæ nominis ne obliuiscaris, Christianus es, idest, unctus oleo expiationis Christi & gratiæ, ex oleæ bacca sudante compresso; Christo, inquam, in cruce, tanquam in torculari percalcato. Vt quid igitur pollueris delictorum sordibus;

Christianis noua sũt omnia.

Christi imaginem debet ferre Christianus.

Factum est vespere, & mane, &c.

Allegoricè.

a. *Benè dies secundus, quia amplissima secunda representat mysteria.*
 b. *Ad præsignandam secundam Mundi ætatem, pueritiam.*

Si unctus, igitur mitis: ut quid ita efferbes? vt quid fastu tumidus inflaris? Cùm hæc facis, profectò Christianum te non esse demonstras.

a. *Benè dies secundus, quia amplissima secunda representat mysteria.*

A N A S T A S I V S Synaita Commentariorum in Hexæmeron libro secundo.

Præterea non est hoc quoque præmittendum, quemadmodum hunc diem appellavit secundum. Existimo autem id esse factum aptè simul & verè. Si enim Deus non ideo formavit hominem, vt propter ipsum subiens crucis patibulum, afficeretur iniuria: & sic per se, & suos discipulos ad se traheret hunc autem genus: sed vt ipse qui fuerat formatus, firmus maneret ac stabilis in ijs, quæ ei fuerunt tributa in Edem, minime ab eis abstractus: ille verò cum non permansisset, victus est, & eiectus ex Edem, damnatusque ad corruptionem, & interitum, oportebat venire aliqua prioribus bonis longe meliora, ea autem erant, *Aus*, qui nos est fabricatus, humane nature susceptio. Et nunc ab imo ascendens ærium firmamentum ex aquis terræ, quoniam humanitas per Christum est assumpta, est simul cum magno & primo Cælo, cum Verbi, inquam, diuinitate assidue. Et hæc facta sunt secunda, vt prima medicamento adhibito curarentur. Propterea dies secundus, & actio secunda dicitur, seruatoris humane nature susceptio. Quam qui hinc & illinc disereunt fidelium & infidelium aquas, per firmamentum fidei, Christianorum dies significauit.

Quæ nobis Anastasius de mysterio primi, & secundi hominis obiecit, eadem & de præclaris cæteris diuinis rebus contemplari, differereque non ab re futurum existimaui. Firmamentum profectò effectum secunda die, pluribus secundis, iisdemque sacris rebus soliditatem quandam inditam significare, demonstrareque potest. Ad sunt duo Adā, alter terrenus, alter cœlestis: duæ Ecclesiæ, militans, & triumphans: duæ leges, Mosaica, & Euangelica: duæ escæ, lignum vitæ, & sacramentum Eucharistia: duæ resurrectiones, altera spiritus, altera carnis: duæ uitæ, præsens, & æterna. Cæterum in secundis semper firmamentum effici, seu firmitudinem, soliditatemque indi, atque inferri spe ctatur. Congestus fuit primus Adā primæua illa iustitia originali decoratus; at in ipso firmitudo reperta non est, quoniam itabilis in sublimi illo innocentia statu non permansit, sed prolapsus est, secumque in interitum genus traxit humanum: exortus est Adam secundus, Deus & homo, sanctitate pollens connata & firma, à qua nunquam decidit, sed iustitia sua genus nostrum reparauit in Adam prostratum: Ecce firmamentum editum secundo die. Promulgata fuit lex Mosaica inter nubes, caligines, coruscationes, & fulgura, sed labente tempore consenuit: emicuit lex Euangelica, Spiritu Sancto valida adeo & potens reddita, ut nunquam ad Mundi usque excidium sit occasura: Ecce firmamentum effectum secunda die. Prodiit Ecclesia sancta militans ex perfosso, cruentoque latere Christi; sed & cum Mundo finem suscipiet. Constructa est Ecclesia triumphans, & in regia illa fulgentissima superna, temporis edacitate prostrata, uiuet in sæculum sæculi: Ecce firmamentum secunda die fabricatum. Poterat lignum vitæ Adæ vitam protrahere; sed tandem & senium, annosamque ætatem experturus erat: viuificat sacratissima Eucharistia animam, supereminensque quoddam genus vitæ ei imperatur, vt ad uitam eam ferat æternā: Ecce firmamentum conditum secunda die. Resurgit interdum improbus resurrectione ea, de qua Ioannes; Beatus, qui habet partem in resurrectione prima, sed & peccato iterum quandoque polluitur, & ab ipso conficitur. Resurgunt beati coruscante carne, morte illis amplius non dominatura: Ecce firmamentum compactum

Secundis rebus inest firmitas.

Apoc. 10.

compactum secunda die. Vita præsens, vita est, sed morti obnoxia, quoniam tandiu edacis mortis feritate dissoluimur, quandiu præsentis lucis vsura fruimur, tandemque; ab ipsa, quasi truculenta læna, efferataque; discerpimur, atque dilaceramur. Vita illa, vita erit, quoniam perenni insita in vita, nempe Deo, funestam mortem nunquam expertura: Ecce firmamentum secunda die patratum. Secunda igitur dies, qua firmamentum effectum est, quasi simulachro sacro representat mysteria secunda, quæ firmitudinem, atque soliditatem nacta sunt.

b. *Ad præsignandam secundam Mundi ætatem, pueritiam.*

O R I G E N E S, vt in Glossa Ordinaria.

Incipit mane secunda diei à Noë, tanquam à pueritia: & tenditur vsque ad Abraham, alijs generationibus decem. Et benè comparatur secundo diei, quo firmamentum est inter aquas. Sicut arca Noë inter aquas inferiores, in quibus natabat, & superiores, quibus compluebatur. Hæc ætas non diluuiò deletur, quia pueritia nostra obliuione de memoria non deletur. Meminimus enim nos pueros fuisse, infantes non meminimus. Huius vespere est confusio linguarum in eis, qui turrim faciebant: & fit mane ab Abraham. Sed nec ætas secunda generauit populum Dei, quia nec pueritia apta est generationi.

Clara, & concinna est ex se hæc allegoria, necnon etiam similitudo, quam habere potest secunda Mundi puerilis ætas, cum ijs quæ secunda die fuerunt à Deo patrata, ex se claret, atque conspicitur. Superest, vt sicut de infantia Mundi, ita de pueritia nonnulla proferamus. Mundum quasi sex ætates suscepisse, adeo ut nunc veterascat, & senescat, decursumque propè iam illi vitæ spatium sit, nobis clarissimum est, qui Mundi æternitatem inficiamur, & eius futurum excidium fatemur. Infantilis igitur fuit prima Mundi ætas ab Adam ad Noë; puerilis, quæ secundo loco ponitur, subsequuta est à Noë ad Abraham. Ferunt nonnulli ætates tum Mundi, tum hominis septem, septem Er ronibus comparandas esse. Infantia quasi Lunæ curru vehitur, qui currus cum nutricibus trahentibus effingitur; nutat enim infantia diuersis infirmitatibus afflicta, quemadmodum & Luna diuersas porrigit facies; succrescit paulatim infantia, veluti & Luna; nutricibus vehitur infantia, sicuti & Lunæ currus. Pueritia è contra Mercurij rheda fertur, quæ à gallis trahi effingitur; quoniam quemadmodum Mercurius alatis pedibus, huc illucque; vagari traditur; ita & illa ætas, absumptis annis infantia imbecillioribus, huc atque illuc in præceps, quasi tunc affectatam libertatem consecuta, labitur, atque distrahitur; Quod quantum gestis ea in Mundi ætate conueniat, facillè est consideratu; prorupit enim genus humanum, & Mundus ipse à Dei lege, & timore deuius, in turris Babelis famosam ædificationem, qua, confusis linguis, profapia humana dissipata est, atque in amplissimas & diuersas regiones, ac plagas, orasque; profuga secessit, atque (vt puerorum mos est) inconsideratè ac temerè varijs sese homines exposuere discriminibus; ita vt disciplinarum ofores effectos, quod pueri faciunt, ludum literarium aufugisse conspiciamus. Galli eam uehebant ætatem, quoniam peruigiles erant mortales; sed ad cunctas corporis oblectationes, & commoda comparanda strenui & solertes. Cæterum quemadmodum pueros ad prolem gignendam aptos idoneosque; non esse experimur; ita Mundi hæc pubertas selectam nequaquam potuit proferre gentem, quæ diuino cultui incumbens, Deo summo litaret; hominisque; rationis & sapientia præditi, partes subiret. Et sicuti pueri, ludi gratia, fictitia simulachra sibiipsis efformant: ita Mundus Deos ea puerili in ætate, atque simplici, sibi effinxit, quasi homines, quibus & innoxia animantia mactaret, tanquam illi inter miserabiles eorum, & cruorem sugere, & palpitantia corda conspiciere diri, & immanes lætarentur. Simulachra quapropter venerabatur; de quibus Dauid. Simulachra gentium argentum & aurum, opera manuum hominum. Sed amplius mares, & foeminas illos existimabat, voluptateque eos mollescere, libidine gestire, & titillatione mulceri credebant, Deos procreare, ac Deas ipsas grauidas, gliscentibusque; per dies aluis pondere morositate cunctari, parere, & dolorum acuminibus eiulare; quo quid ineptius, & magis puerile?

Infantia Lunæ similis.

Pueritia Mercurio comparatur.

Psal. 113.

Congregentur aquæ, quæ sub Cælo, &c.

Allegoricè.

a. *Congregentur populi in unam Ecclesiam.*

Et appareat arida.

b. *Seiunctis doctrinis prophæticis, Gentilitas apparuit arida.*

a. *Congregentur populi in unam Ecclesiam.*

ANASTASIVS Synaita Hexameron libro tertio, locupletissimè & scitissimè hanc nobis pandit allegoriam. Quapropter eius methodum sectantes, videamus si quid consideratu dignum depromere possimus. Declarat primò congregatam esse Ecclesiam militantem ex gentibus, quasi ex aquis subter cælos labentibus, ad instar congregationis præclaræ aquarum super Cælos consistentium, videlicet Ecclesiæ triumphantis, seu Angelicæ potestatis. De cuius triumphantis unitate plura habet eleganter. Sic etenim scribit.

Congregetur aqua, quæ est sub Cælo: hoc est, vniuersa multitudo gentium, quæ sub Cælo sunt, congregentur in congregationem unam meæ fidei, & Ecclesiæ, quomodo est congregata aqua, quæ est sub Cælis, multitudo, inquam, potestatum Angelicarum, in unam Dei congregationem, in concordiam, in unam gratam animorum, consensionem, in hymnodiam unam, in Hierusalem celestem unam, in unam lucis conuersionem. Vbi nulla est heresis, nec diuisio: vbi non est Iudæus, nec Græcus: vbi non est Scythæ, nec Barbarus: neque iniquus, nec infidelis: neque serpens, neque scorpius, neque reptiles bestie, neque peccatum, nec nigror: sed aqua una, & fluentium unum, & fons vnus, & similis: & puteus aque viue vnus, cui affidet Christus, & congregatio sancta, & pretiosa vna. Fiat ergo voluntas Dei sicut in Cælo & in terra.

Aquarum cōgregatio in unum locū, typus Ecclesiæ triumphantis.

In Cælis omnia unæ.

Psal. 147.

Duplex erat aquarum genus; superceleste, & terrestre. Interposito firmamento, supercelestes aquæ redactæ sunt in unum locum, quæ reductio, atque sublimatio simulachrū fuit Ecclesiæ triumphantis. In unū porrò locū coactas fuisse aquas celestes, hoc est, Angelos perhibetur, quia in unā cōueniunt diuinæ intuitionis beatitudinē, in unā mentium consensionem, in unam hymnodiam, in unam regiam celestem, in vniformem gloriæ sublimitatem: celestes nanque illi sacri spiritus vnum Deum contemplantur. Tripliciter nanque Sol est exurens montes: Sol vnus in se ambiens tria iubara. Splendidissima, & coruscantissima complectitur; vna scilicet diuina, & ineffabilis essentia tres hypostases concludit, & exurit montes, nempe Angelos, qui ceteras creaturas longè antecellunt: exurit autem, quoniam non tantum emicans illis Deus lucem beatificæ scientiæ impertitur, sed & flagrantissimo amore eos inflamat & incendit. Vna pax, vna concordia, grataque mentium consensio in Angelis, quemadmodum rapiuntur ab unico ineffabili bonitatis viuido fonte; Posuit enim fines suos pacem, cum proiecto, longèque amandato Lucifero. Angelici belli auctore, omnia eo in regno egregia pace sunt potita. Vna hymnodia, cum acies illæ angelicæ, perennes Deo laudes persoluant concinno atque adeo concordia modulatu, vt vna, suavisque vox reputetur. Vnum canticum est illis, vna hymnodia; Sanctus, Sanctus, Dominus Deus Sabaoth: Vnus contentus, quia una serena mens. Non tempus uariatur, quoniam aternitate tuta sunt omnia. Non dissonantia interijcitur, quoniam viget in superna beatitudine bonum sine villo mali pauore. Vna Hierusalem, quia unum Empyreū. Vna regia, vna sancta Hierusalem, Dei claritate fulgida: Vnus tantum lucis splendor, quoniam omnes Angeli, qui luce micabant naturæ præstantia, claritudine fulgebant gratiæ, ad sublimem felicitatem asciti, fulgore gloriæ cuncti pariter rutilant. Itaque vna perenni ineffabilique beatitudine potantur Angeli, quasi una aqua, uno fluente, vno fonte, vno puteo celestis & inenarrabilis voluptatis scatente à Christo: quare non sitient in æternum, quanquam haurientes aquas de fontibus Saluatoris, nunquam saturari perhibeantur.

Congregationem aquarum infimarum, hoc est gentium, fuisse vnā in Ecclesia, his prodit

prodit Anastasius, atque de Ecclesiæ militantis unitate symbola nonnulla concinna nobis insinuat.

Congregetur genus humanum, nempe aqua, cui prius insidebant tenebræ. Veniat, & congregetur ad lucem, hoc est, ad Christum, qui suis mandat Discipulis, & dicit: Ite & congregate omnes gentes & aquas in vnā congregationem baptismatis, baptizantes eos in nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti: illius, inquam, spiritus, qui prius ferebatur super hanc aquam, nunc autem in ea cohabitatur, & coniungit omnes aquas gentium, quæ prius erant remotæ, ac distantes, in vnā Ecclesiæ congregationem; & fient omnes vna aqua vita, vnus fons, vnus hortus deliciarum, vnus grex, vnus pastor, vnus Dominus, vna fides, vnum baptisma, vnum corpus Christi, vnus spiritus, vnum cor, vna caro sponsa Ecclesia, & eius sponsus Christus, vnum firmamentum, vnum Cælum Christus, & populus fidelium, tanquam stellarum, quæ in ipso deficiunt, & illuminantur. Ita est intelligenda, & accipienda vox Dei, & iussus de his aquis, sic & non aliter sentimus spiritu omnia & corpore: & sic prædicamus de nobis, quæ prius eramus gentes dispersæ, & in Deos innumerabiles, qui Dij non erant, & multi erant Dij, errabamus, dicere vocem diuinam, & iubendo dicere: Congregentur, &c.

Matth. 28.

Aquæ igitur terrestres, nationes amplissimæ iussione Dei, Christi scilicet Dei & hominis, flantibus uentis, Apostolis, & aura Spiritus Sancti congregatæ sunt in locum vnū, in Ecclesiam vnā ex omni Cælo, ex omnibus Mundi plagis, quanquam inter se longè disternatis, atque remotis, in Ecclesiam vnā, tanquam in unum firmamentum, in unum fontem, in unum hortum deliciarum, in unam arcam, in unum gregem sub vno pastore, in unum templum, in unum currum, in vnā regiam. Firmamentum vnū est Ecclesia, atque Cælum unum, stellarum, nempe fidelium, uirtutibus ueluti facibus effulgens. Vnus fons è terra Paradisi, irrigans quatuor fluminibus totum Orbem, quoniam doctrina Ecclesiæ instruit vniuersum. Vnus hortus deliciarum conclusus, in quo collocatur Adam iustus, vt ligno vitæ senescentem vitam repararet, nimirum vt sacratissima Eucharistia dilabentem spiritum uiuificet. Vna arca, quæ suscipit animalia munda, & immunda, iustos, & peccatores, pios, & impios, electos, & reprobos, Iudæos & Gentiles, elatos & humiles, infantes & flagitiosos. Vnus grex sub vno pastore, grex, inquam Iacob seu Christi, completens oues uarias, & diuerso colore resperfas, vt sit merces Iacob, continens scilicet Christicolæ diuersis vitæ generibus præclaros, tanquam prædam Christi, laboribus, atque ærumnis ipsius comparatam. Vnum templum Salomonis extructum lapidibus perpolitus, electis tribulatione vndique contusus; & in quo cuncta fulgent auro, charitate, inquam, uel Christi merito. Vnus currus igneus Eliæ, quo ascendunt electi cœlestia atria, charitate Dei, & proximi, quasi rotis euecti. Vna regia Salomonis, cuius pulchritudinem admiratur Saba, sapientia humana. Congregatæ sunt igitur gentes quæ sub Cælo erant in locum unum, in vnā Ecclesiam sanctam catholicam, & apostolicam. Quibus uerò de causis vnā appellari possit Ecclesia, aliàs contemplantur. Nunc accipito unitatis eius inconcussæ nonnullas allegorias haud inelegantes.

Symbola unitatis Ecclesiæ.

ANASTASIVS grauissimè, & cumulatè aquas terrestres quandoque rapiendas ad celestes sic demonstrat:

Super terram congregat Deus Verbum in vnā congregationem: Per ærium autem firmamentum diuidens, cum in Cælos susculisset aquam; eam dilatauit; & valde extendit à finibus vsque ad fines vniuersæ creaturæ, abyssorumque & æquorum; & cum supra firmamentum instar veli expandisset, ipsum extendit, vt nos discamus, quod quæ prius erant gentes tenebris offusæ super terram, in vnā congregatæ congregationem consensionis Christi Ecclesiæ, rapiuntur aliquando in nubibus in occursum Domini in Cælis, extense & dilatate, aliæ quidem in regione uiuentium, aliæ autem in paradiso, & aliæ in externis tabernaculis, & glia in luce uiuentium, & aliæ in regno Dei, & aliæ in ciuitate Domini uirtutum, congruenter ei quod dictum est à Christo; Multæ sunt mansiones apud Patrem.

Ioan 14.

Gratissimum lætissimumque nuncium id est, quod memorat nobis Anastasius; nos uidelicet uti aquas, quanquam terrestres, & terrena hac corporis mole onustos, ac in locis lacunosis terræ iacentes, euehi adeo atque attolli posse, ut cū supercelestibus cōsociemur. Verum, ut id consequi possimus, nostra mirum in modum interest, leues fieri, claros, & dulces, ut à Sole attrahi, atque in sublimi constipari possimus, tumque albecere, & rutilare Dei radio percussi: leues, inquam, fieri ab omni onere peccatorum, claros uitæ sanctimoniam, & dulces pulsus amaritudinibus amarefcentium passionum: uel le-

Vt ad cœlestia efferamur, quid agendum.

ues

ues spe cœlesti, propulsato omni terrenarum rerum grauantium onere, claros fidei intererat nitore, que nulla polluat hâsitationis macula, & dulces miti charitate, que asperitatem nullam admittat. Hac via à Sole, à Christo gratia attrahemur, cogemur in nubes nitidas gloria, & rutilantes charitate; firmamentum penetrabimus, Angelis sociabimur, atque in regione viuentium, vita, inquam, in Paradiso non terrestri, sed cœlesti, in æternis tabernaculis supra Cœli vertiginem collocatis, in luce viuentium, in deitate, in regno Dei perenni & superno, in ciuitate Domini virtutum, in excelsa Hierusalem virtutum Angelicarum, vbi mansiones multæ sunt, collocabimur, & sublimabimur. Annuat nobis Spiritus Sanctus, vt ad tantam euehamur celsitudinem.

Elegantissimè idem Doct̃or post hæc differit de Ecclesiæ militantis vnitate, illud Psalmi exponens, Congregans sicut in vtre aquas Maris, ipsamq; Ecclesiam vtri & thesauro comparat.

Psal. 32. De his aquis maris Deo dicit Dauid; Congregans tanquam in vtre aquas maris, ponens in thesauris abyssos. Thesaurus Dei dicitur Ecclesiæ, vbi aurum, & argentum verbi Scripturæ reponitur absconditum & spirituale, vbi custodiuntur margarite diuinorum sacramentorum, quas iubemur abscondere porcis. Nam illi sunt & Iudas, eas non capiunt. Christi igitur thesauri sunt Ecclesiæ, in quibus alij quidem ex fidelibus dantur quinque talenta, alij autem decem, alij verò duo, alij autem vnum. In his thesauris recondidit Gentium abyssos, que prius erant offusa tenebris. Quoniam tenebræ erant super abyssum. De hac abyssio dicit etiam Propheta Abacuc; Dedit abyssus vocem suam, glorificans eum qui ipsam illuminauit, & dissoluit altitudinem phantasiæ ipsius gentilis idololatriæ. De hac abyssio aquarum ratione præditarum, Deus gloria tonauit per Euangelium; Deus Dominus super aquas multas, & gentes inenarrabiles. Quamobrem rursus Dominus inhabitabit diluuium, in vna congregatione; & sedebit Dominus super ipsum, tanquam super sedem requiescens, regnans super ipsum in seculum.

Ecclesiæ tanquam vter. Ecclesia igitur, Oceanus, in qua, amplissimus, in quo congregantur aque plurimarum, diuersarumq; nationum, pereleganter vtri, & thesauro comparatur. Vter pellis est inueterata, & secundum morem Italorum, & fortè Hebræorum, tunc temporis humidæ naturæ in ipso concludebantur. Qui igitur est vter, nisi ipsa Ecclesia ex merito Christi agni immaculati, & candidi, tanquam ex pelle congefacta; hæc enim pellis est ea, qua erubescens protoparentes ob nuditatem, manu Dei amicti sunt. Verum animaduertito, quod si pellis corpus obtegit viuum, calensq; calefcit & ipsa, caliditatemq; excerptam fouet. At si corpus tetrum, & mortuum circumdat, nec ipsa calefcit, nec caliditatem reflectere potest. Vestis hæc præciosa, gratia est meriti Christi, si animam vita spiritu viuentem complectitur, mirificè in eam operatur; at si animam lethali prauitate interfecit, nec ipsa, quamuis efficacissima, operari quicquam potest. Ecclesia etiam thesaurus est, immò, vt aptius dicamus, thesaurorum sedes, & arca; in qua concluditur aurum meriti Christi, Deiparæ, Apostolorum, atque cæterorum sanctorum; argentum Scripturæ, cœlestis videlicet verbum, locupletandis animabus nostris aptissimum; margaritæ, diuina dona, à quibus iubemur arcere porcos. Thesauri hi sunt locupletissimi, qui nobis impertiti sunt, mediantibus clauibus Petri, aurea & argentea, ex quibus eliciuntur talenta, vel quinque, vel duo, vel vnum, sedulis seruis collata. In hac igitur amplissima arca thesaurorum, collocauit Christus abyssos, Gentiles, qui prius erant offusi tenebris, quoniam tenebræ erant super abyssum; abyssum, inquam, de qua Propheta; Dedit abyssus vocem suam, gloriam reddens ei, qui ipsam reparauit, illuminauit, vocauit, iustificauit, & glorificauit.

Abac. 3. Non sine venerando mysterio, tertia die hanc congregationem aquarum, scilicet Gentium in Ecclesiam effectam perhiberi, sic prosequitur Anastasius demonstrare.

Lucæ 13. Die ergo tertio fecit Deus aquas in congregationem vnã. Quamobrem? Quoniam post primum diem Moisaicum, & secundum cultum propheticum, tertio die nos Gentes congregatæ sumus in vnã fidei congregationem, per Iagenam Euangelij. Quamobrem dicebat etiam Christus, qui tertio die surrexit à mortuis; Hodie, & cras facio signa. Ecce duo dies. Signa autem dicit, que facta sunt in Aegypto, que in deserto, & que per Mosem. Sunt hæc, vt semel dicam, primi diei. Secundi autem, que per Eliam, & Heliseum, & qui deinceps secuti sunt Prophetas. Tertio autem die eius aduentus dies lucidus perficitur, qui ostendit per Euangelium perfectum, & omnibus numeris absolutum eius studium. Est enim Christus plenitudo, ac complementum legis, & Prophetarum. Et Paulus dicit; Lex est omni ex parte perfecta, nempe lex Christi, ego autem per legem, videlicet Moisaicam, seruo legi peccati. Vnde etiam, que in Cana facta sunt nuptia, facta sunt tertio die. Cana autem interpretatur creatura: in qua creatura eo descendente, facta sunt incorrupte nuptia vnionis.

vnionis Verbi ei nostra natura. In his nuptijs tertio die primum miraculum Christus fecit in aqua: quoniam tertio die aquam Gentium congregauit in vnã congregationem, cum eam transmutasset vera vitis ab aqua in vinum letitiæ, in congregationibus suis, nempe in lapideis petra Ecclesiarum hydrijs, que capiunt circa duas metretas veteris & noui testamenti, aut tres mysterij Trinitatis Dei, qui tertio resurrexit, qui tertio die dicit; Congregetur aqua, &c.

Vsq; adeo clarè & excelsè sunt Anastasij contemplationes, ut eis quid superaddere non audeam. Colligam tamen quasi argumento breuiusculo, quæ nobis prodidit. Dies tres excerpti possunt ex diuinis historijs; Moisaicus, Propheticus, Euangelicus, de quibus id verificari nos erudit: Hodie & cras facio signa: Hodie; en dies Moisaicus, in quo patrata sunt signa tum in Aegypto, tum in deserto per Mosem. Cras; en dies Propheticus secundus, quo explenduerunt portenta per Eliam, & Heliseum, & cæteros Prophetas; tum uero tertio die emicuit Euangelium, numerosioribus, ac longè præclarioribus miraculis insignitum, quoniam plenitudo fuit legis, & Prophetarum. Quemadmodum igitur tertia die hebdomadæ primæ congregatæ sunt aquæ in locum unum, ipsa tertio die Euangelico coactæ sunt nationes gentium, quanquam amplissimè, in locum unum, in Ecclesiam unam, aulam Dei. Harum rerum elegans fuit simulachrum nuptiæ celebratæ in Cana Galilæa: Nuptiæ quidem illæ memorandæ semper, ac celebres, quibus coniunctæ sunt diuina, & humana natura, quibus interfuerunt Angeli, tanquam parantiphis, vterus virgineus ut thalamus egregie cultus, Deus ut Pontifex, diuinitas ut sponsus, humanitas ut sponsa, manus iunxerunt, cum simul copulatæ sunt natura diuina atque humana, annulumque immortalitatis contulit sponsus sponse, letantibus hinc inde socijs, & consanguineis, Angelis & sanctis: Quibus in nuptijs illud contigit miraculum, quod aquæ immutatæ sunt in uinum, miraculum profecto primum, nempe singulare; aquæ scilicet incredulitatis in uinum sapidum fidelitatis; hoc autem uinum in lapideis reconditum erat hydrijs, nimirum in Ecclesia ipsa, ex petra, ex Christo excisa, seu Petri soliditate compacta, quæ certe Ecclesia fide sua capit duas metretas, uel tres, uidelicet ueteris, & noui testamenti arcana, uel Trinitatis sanctissimæ recondita mysteria, & nuptiæ istæ peractæ sunt tertio die, quemadmodum & aquæ perhibentur tertio die congregatæ.

Cæterum quæ aquæ extiterunt illæ, quas Deus tertio die conglutinauit, uidelicet quæ impiæ doctrinæ, quæ superstitiosissimæ sectæ, his fufius declarat Anastasius.

Congregetur aqua que est sub Cælo, in vnã congregationem. Nam multæ nuper erant aquæ, multæque & execranda synagoga, ac congregationes extensa super totam faciem terræ. Aquas nunc dico, dogmata, & disciplinas alienas à pietate. Aquam, que interimit generalem doctrinam, astrologiam, diuinationem. Aqua fusionis sanguinis, a uia amara heretica lingue pruriginis, aqua obscura, & difficilis ad interpretandum. Superstitionis Græcæ multæ sunt aquæ, multi fluij, multi submerfores. Iste docebat non esse Deum: hic non esse prouidentiam. Ille prædicabat Solis adorationem: hic adoranda ligna, & iste docebat ligneas fabricari statuas, & hic ignem adorare, alius initiabat in mysterijs libidinis, & intemperantiæ. Hæc sunt primæ, & steriles, & non potabiles, & mortiferæ aquæ Orbis terrarum, flantes in multis receptaculis, alucis, canalibus, & congregationibus, & que sunt synagoga, seu congregatio A pollinis, synagoga Saturni: synagoga Ammonis, & alia Serapidis: & synagoga Iuli: synagoga Mercurij: synagoga Pythiæ & Dianæ. Nec hoc solum, sed etiam improba Iudaica Christi inimica, & Dei aduersaria. Propter has ergo impias synagogas, & congregationes, & que in eis sunt Populorum & Gentium execranda disciplinas, & doctrinas, Deus iubet, &c.

Qua celeritate propulsa hæc aquarum colluies in Ecclesiam, tanquã in unum locum decliues fluxerint, consequenter his enarrat.

Deus iubet magna voce dicens; Congregetur aqua que est sub Cælo, in vnã fidei congregationem. Quam quidem vocem Christi Dei cum audissent & aquæ, & fines & genera barbarica, quomodo tunc in creatione Mundi, aquæ fluxu metu ac tremore, magno impetu fluentes festinabant, currebant, accelerabant, non expectabant, vt que in vnã congregarentur, & mouerentur congregationem, boreales, australes, occidentales, orientales, Orbis terrarum vnde & fluente, se inuicem prouenientes, & in fluctus assurgentes, tanquam ab aliquo violento & diuino spiritu, & qui super ipsas ferebatur, acta & impulsæ, & vna congregatio & mare essent omnes aquæ terræ.

Quando uerò, & quomodo effecta fuerit hæc Gentium impetuosa, atq; prolapsa coactio, adijcit dicens.

Ita licet videre omnes Gentes, & maxime illo die Pentecostes, ab illa voce violenta, que facta est spiritus, qui nunc etiam fertur supra gentilem fidelem aquam, que congregata est in vnã fidei congregationem, & vnica,

Dies tres Moisaicus, propheticus, & Euangelicus.

In Christi incarnatione nuptiæ factæ sunt.

mita, in vnam Ecclesie compaginem concurrentes. Vide enim non solum rebus, sed etiam ipsis verbis conso-

Septe Theolo-
giae & Reli-
giones Gen-
tilium tan-
quam aquae
congregate in
vnam Eccle-
siam.

A. 1.
Exod. 14.

Collatio lo-
corti quando
Spiritus fere-
batur super
aqua, & qua
do super A-
postolos.

Vastissimum esset Oceanum trajcere, si cunctas Philosophorum sectas, prophanasq; Gentilium Theologias, pollutasque Religiones recensere uellem, sectas, inquam, ut Stoicos, Epicureos, Pythagoreos Eleaticos, Cinicos, Platonicos, Peripateticos, Theologias, Chaldaeorum vetustorum, Phenicum, Aegyptiorum, Phrygum, Graecorum, de quibus cumulatius Eusebius de Preparatione Euangelica praetatur. Rursus secreta mysteria, & cultus demoniacarum superstitionum omni turpitudine, & foeditate sordescunt: ut religio sacrilega & nefaria, qua infani Gentiles coluerunt Saturnum, Iouem, Martem, Mercurium, Venerem, Apollinem, Dianam, Palladem, Cererem, Mineruam, Bacchum, Herculem, Iunonem. Desuebant igitur vndequa; alluuiis aquarum gentilitatis, religionum impiarum, Theologiarum obscenarum, & sectarum cequentium, cum dixit Deus: Congregetur aquae in locum vnum; immisit, inquam, spiritum illum vehementem, de quo scriptum est; Factus est repente de Coelo sonus, tanquam aduentus spiritus vehementis; De quo etiam symbolicè dicitur; Cum extendisset Moyses manum super mare, abstulit illud Dominus flante vento vehementi, & vrente tota nocte, & vertit in siccum. Spiritus Sanctus ventus est vehemens, & vrens, quia inenarrabili efficacia, flagrantissimo ardore corda adurit, & exiccatur: propterea in linguis igneis descendit super Apostolos, notificans, declaransq; per linguas Apostolicas igneas, cum ipse ignis sit, fore se exhalandum, ut corda hominum exureret, & in siccum verteret, sub motis, arefactisque impiarum doctrinarum aquis. Hic igitur spiritus est, qui quasi simulachro quodam ferebatur tunc super aquas, nam spiritus ille, qui tunc ferebatur super abyssos immensas, ipse est, qui superlatus est cunctis nationibus, & eas coegit in vnam congregationem, in vnam sanctam Ecclesiam; Ille ferebatur, & incubabat super aquas, iste ferebatur per linguas Apostolorum, & cubabat super corda Gentilium; Ille prima die lucem effudit, ignitam scilicet nubem, quae chaos illustrauit; iste eadem dominica prima die linguis igneis apparuit, splendore inusitato Mundo affulsit, gratijs quasi radijs Ecclesiam coactam in domo ea collustrans; Ille secundo compegit firmamentum, secretis aquis supernis ab infernis; iste secundo loco bases Ecclesiae inconcussas solidauit in Apostolis, seiunctis Iudeis à Gentilibus, cum illos sua in perniciaci duritie reliquit, & hos ad salutem vocandos esse decreuit: Tunc enim afflante Spiritu Sancto, sancitum est Euangelium in Gentibus esse disseminandum; Ille tertio die coegit aquas; hic congregauit ex omni gente, quae sub Coelo erat, sanctam Ecclesiam: nam Parthi, Medi, Elamitae, & qui habitant Mesopotamiam, &c. euangelica doctrina fuerunt illustrati.

Quam elegantes autem similitudines habeat Ecclesia cum aquarum alluue in vnum locum contracta, & quantum oracula sacra nonnullis symbolicis sensibus id demonstrarint, adijcit Anastasius; cum ait.

Nihil refert, an dicatur, quod congregata & confusa fuit tota illa multitudo in domo Apostolorum; illud enim, Confusa fuit, valde conuenit, ut aptè, & decenter dicatur de aquis. Ratione enim prae dicitur tunc aquis, & Christi piscatoribus propter vnam praedicationem communis vita: Christo ergo Domino valde conuenit dicere; Congregetur aqua, quae est sub Coelo, in vnam congregationem. Congregetur aqua, piscatores enim parauit. Congregetur aqua, Petrus enim crucem tanquam remum intingit in mari mundano. Congregetur aqua, parata est enim sagena verbi. Accumuletur aqua, non potest enim frangi rete.

Congregatio haec symbolica & insignis aquarum in vnum locum, nempe Gentilium cequentium in vnam Ecclesiam, scitè, & eleganter comparari potest mari Genesareth: Ecclesia siquidem sancta mare est, in quo Apostoli sedulo animas piscantur, in quo nauicula Petri, videlicet, sedes Petri nauigat, in quo vesaniunt interdum venti tentationum,

Ecclesia est
mare.

tionum, tumescunt procellae tribulationum, feruent stridentes vnde aduersitatu, anxie laborant Apostoli, & Christus opem eis afferre protrahit, immo quasi videtur dormire; quando scilicet angustijs affecti, preces ad ipsum fundimus, ille verò, quod magis nos in virtutibus exerceat, audire dissimulat. Ecclesia mare est illud, super quod Christus graditur eam regendo, & gratijs locupletando: mare, in quod sagena praedicationis proijcitur, numerosaque piscium acies, peccantium videlicet capitur, adeo ut scindi retere perhibeatur: mare, ad cuius littus tutum conuiuatur Christus, postquam gloria micans, vita redimitus resurrexit; littus siquidem Ecclesiae militantis triumphans est, in qua Christus cum Apostolis electis iam fulgentissima gloria amictis laeta conuiuia celebrat. Mirifica igitur mysteria symbolicè hac in aquarum congregatione, nimirum in Ecclesia, patrata à Christo conspiciuntur.

Redit Anastasius tandem ad explicandum elegans antitheton inter Spiritus Sancti gesta, quando in Chaos super aquas naturales, & quando in Ecclesia nascente super aquas ferebatur symbolicas.

Aqua sanctificetur, praenit enim praecursor, ad quem currebant etiam aquae populorum, & circumcurrebant, quod ab eo congregarentur, & accumularentur. Ille praecursor veterum aquarum, fuit etiam praecursor, & programma huius praecursoris, figuraque & indicium aquarum credentium, & ratione praedictarum ad Christum accurrentium. Per illum antiquum aquarum praecusorem, constituti sunt fontes aquarum, & reuelata sunt fundamenta Orbis terrae. Per hunc praecusorem a uarum gentilium, firmata sunt & creata fundamenta Ecclesiae Orbis terrarum. Ille aquae currentes reuelarunt per vehementem cursum omnes montes, qui prius tegebantur, & suffocabantur à tenebris. Ante illum praecusorem aquarum, petra super terram non cognoscebatur, & ante praecusorem aquarum gentilium, Christum petram non cognouimus. Ille aquae congregatæ, terra lucem ostenderunt, & in concursu aquarum gentilium ortus est Sol iustitiae. Ante illum praecusorem aquarum, volucris in terra non habitauit: & ante congregationem cursum Gentium, Spiritus Sancti columba non habitauit in nobis. Ante illam aquae congregationem, terra nullo modo fructum ostendit: quomodo nec ante congregationem Christi Ecclesiae, fructum possedit humana natura, nempe virtutes. Per congregationem prima aqua, panem homo comedit: & in congregatione nostra, nempe Gentium, caelestis cibus in cibum apparuit, caelestia haec omnia bona nascuntur terrae hominis.

Claret ex se profundius res ipsas sacras rimantibus, Spiritum Sanctum in congerendo Mundo, & in construenda Ecclesia, similibus usum fuisse artibus, & ijs quidem mirificis ac splendidissimis, spiritumque Domini, qui ferebatur super aquas, tanquam praecusorem manantis Mundi fuisse programma, atque simulacrum sui ipsius congerentis nascentem Ecclesiam. Ipse tunc, cum superferebatur super aquas, fouebat eas ad vitam halantem, & spirantem; Ipse nunc superfertur cunctis nationibus, animat eas ad spiritualem vitam. Ipse tunc tertio die bases terrae inconcussas detexit; Ipse nunc fundamenta, scilicet Apostolos intrepidus manifestauit. Tunc defluentibus aquis montes extulit; Nunc Ecclesiae montes, utpote Antistites, qui prius offusi erant tenebris, & aquis, sublimauit. Tunc petras patefecit; Nunc Christum petram, & petram, nempe fidem Petri, supra petram, supra Christum declarauit. Tunc congregatis aquis spiritu vrente, terra quasi Zephiri aura uiuirit; Nunc segregatis infidelibus, Ecclesia Spiritus Sancti gratia floruit. Tunc post coactas aquas Sol emicuit; Nunc post coactam Ecclesiam, Christus Sol iustitiae effulsit. Tunc aqua volucres dedit; nunc baptismus columbam, videlicet Spiritum Sanctum largitur. Tunc post congregationem aquae, cuncta ad uitam hanc nostram alendam emerferunt; Nunc Ecclesia constructa, caelestia omnia bona animas pacentia, ut doctrina Euangelica, sacratissima Eucharistia redundant.

Spiritus Sanctus, dum condidit Mundum, & dum constituit Ecclesiam, iisdem usus est artibus.

b. Seiunctis doctrinis prophanis, gentilitas apparuit arida.

ANASTASIVS Hexameron libro tertio.

Appareat & reueletur, quae erat arida & infrugifera gentilis Ecclesia, quae à Deo aliquando fuerat absconsa, ut quae facta esset nuda ab insidijs Diaboli. Appareat quae erat arida, & deserta, & sitiens, quoniam in deserto erupit aqua, ne amplius maneat arida. Appareat & veniat ad fontem vitae. Veniat quae fuit olim gentilis Samaritana, ferens hydriam animae ad puteum viuentem. Sedet enim Christus eam expectans. Appareat arida, & quae profluuio male laborabat sanguinis idololatriae, ut exiccetur fluxus sanguinis qui currebat, & scaturiet scaturigo baptismatis. Appareat arida, auferte malum operculum pudoris animae. Soluite intermediam peccati maceriem, quae Deum ab ipsa separat.

rrr Appa-



Congregentur aqua in locum vnum, &c.

Allegoricè.

- a. *Seuunctis infidelibus Ecclesia effecta est arida, & fontem fidei sitiens.*
 b. *Congregentur omnes pœna in Christo, & appareat eius caro arida.*
 c. *Comprimentur concupiscentiæ omnes in fomite, & appareat arida Deipara, omni scilicet peccati labe expers.*

Appareat quæ tecta erat, non amplius cæcutiens, sed videatur, quoniam visus est Deus Deorum in Sion. Respiet de cætero, & ascendat ex profundo ignorantie, quæ fuit aliquando arida Ecclesia, & accipiat radios celestis Solis, ut dicitur pluuia.

Gentilitas ut
deseruit erat.
Exod. 17.

Marc. 16.

Sapientia M^{di}
di typus est
puteus, fons
vero celestis.

Psal. 80.

Gentilitas ipsa secretis prophanis doctrinis, theologijs, atq; sapientijs super eam effusis, aruit, atque ut arida apparuit hiatibus referta, & globosa. Quapropter & sitire, scaturiginesq; optare subter, vel nubes madefacientes, & aquosas de super laxari præposcere spectabatur. Conditio autem hæc gentilitatis horridæ, arefactæque, pluribus symbolis in Scriptura nobis patefacta est, & referata. Ipsa gentilitas arida desertum erat, in quo Israëlita degebant, cum in clamabant: Da nobis aquam, ut bibamus. Cur fecisti nos exire de Aegypto, ut occideres nos, & liberos nostros, & iumenta siti? Gentilitas namque ipsa, reiectis impijs doctrinis, quasi in deserto constituta in clamat, Exhibe aquam celestem, alioquin siti consumimur. Tunc percussa virga petra, aquas dedit vbertim manantes. In cruce Christo mortuo, lanceaq; percussio, fluxere Euangelium, Euangelicaque doctrina; eius liquidem iussione promulgatum fuit ab Apostolis Euangelium. Sic enim eis imperauit; Euntes prædicate Euangelium omni creaturæ. Tuncque in vniuersam profuxit gentilitatem. Porro Samaritana illa fuit, quæ dum ferret hydriam ad puteum, viuentem fontem inuenit, & Christum expectantem comperiit. Duo sunt autem, puteus, & fons: puteus simulachrum est sapientiæ mundanæ; fons verò celestis. Confidet certè sapientia humana in puteis, seu in specubus terræ abstrusa, quoniam à terra profiliit. Fons verò scaturit à montium iugis excelsis, uel rupibus, quoniam sapientia celestis ex alto descendit Cælo, & per rupem Christum, seu Petrum, Petriq; sedem erumpit: Qui sapientiã indagat Mundi, hydria, funeq; eget. Hydria est mens humana omnis sapientiæ natura expers, & eam affectans; funis uerò, qua sapientia hauritur, studium; neque ea profectò sapientia absque maximo sudore comparari potest, quemadmodum nec aqua ex puteo sine labore promitur. Verum qui celestem exquirunt sapientiã, muneris eorum duntaxat est, os ad fontem apponere procliue, videlicet summa humilitate ipsam optare, atq; à Deo deprecari, iuxta illud: Dilata os tuum, & implebo illud. Gentilitas igitur, dum ad puteum sapientiæ terrenæ accedit flagranti siti ducta, celestem cõperit, fontemque supra puteum sedentem reperit, quoniam sapientia celestis supereminet, præcellit terrenam, & mundanam. Christus prior alloquitur Samaritanam, quia ipse primò euocauit gentilitatem; Ipse bibere potest, quoniam in similitudinem hominum factus, quæ humanitatis erant partes subibat; sed simul suam obtulit perennem indeficientemq; sapientiam celestem, cum Euangelium, supernamq; doctrinam coruscantibus vnde quaque miraculis, quasi testibus confirmatam disseminauit. Beata igitur Samaritana, beata, inquam, gentilitas, quæ felici euentu, dum puteum adibat, fontem inuenit, hydriaq; relicta, terrena uidelicet sapientia spreta, ac celesti sapientia potata, Christo meruit inhærere, admirandasq; eius uirtutes, ut præco, pronuntiare: Comparatur & gentilitas ab Anastasio mulieri fluxu sanguinis laboranti; sed, meo iudicio, non ita concinnè & eleganter.

a. *Seuunctis infidelibus Ecclesia effecta est arida, et fontem fidei sitiens.*

E V C H E R I V S. libro primo, capite quarto.

Die tertio collegit in vnum aquas inferiores salsas: hoc est, homines infideles, qui cupiditatu tempestate, & tentationum

tionum carnalium fluctibus quatuntur, & in seipsis quasi amaritudo includuntur. Segregauitque ab eis aridam, populum scilicet, fontem fidei sitiens.

B E D A Expositione in Genesim.

Allegoricè autem collegit in vnum aquas inferiores: hoc est, infideles homines, qui tempestate cogitationum carnalium quatuntur. Segregauit ab illis aridam, populum scilicet, fontem vite sitiens.

Hæc ipsa habet libro de Sex dierum creatione, & Quæstionibus in Genesim, quæ certè mutuata etiam oratione, excerpta sunt ex Eucherio.

G L O S S A Ordinaria.

Die tertia congregauit aquas inferiores & salsas, infideles scilicet, concupiscentiarum & tentationum fluctibus sese quatientes: & segregauit ab eis aridam: id est, fideles fontem fidei sitiens.

Isidorus ea ipsa, ut in Protematibus Glossæ.

G L O S S A Interlinearis.

Congregentur aqua. Infideles, qui cupiditatum tempestate, & tentationibus fluminum quatuntur. Et appareat arida, fontem fidei sitiens.

H V G O Carenis in Postillis.

Congregentur aqua que sub Cælo sunt: aqua sub firmamento, sunt infideles sub sacra Scriptura: boni enim sunt supra, quia iusto lex non est posita, sed iniustus, ut eos coërceat à malo. Hinc est, quod in Ezechielis primo, vota sequuntur animalia, quia Scriptura magis sequitur iustos, quam iniustitia eam. Aqua ista congregatae sunt in vnum, quando cessauit persecutio, quæ inualuerat tantum in primitiua Ecclesia: & reddita est pax Ecclesia, & tunc apparuit arida, id est, Ecclesia.

1. Thimo. 1.

Ex illa congerie, atque aquarum colluie, quæ terram vndique vallabant, Dei iussione coactæ sunt aquæ, & apparuit arida; obruto Mundo in infidelitatis procellis, incredulisque tum Gentilibus, tum Iudeis explosis, apparuit, congregataque est Ecclesia fontem Dei sitiens, baptismum inquam, quo germinauit omnium virtutum femina, effectaque est hortus conclusus cum fonte signato. Ecclesia profectò secretis infidelibus qui buscumque, Axa ipsa fuit, quam Caleph Ottonieli in uxorem addixit: Deus Pater, inquam, Christo duci præstantissimo copulauit. Axa igitur ipsa sedens in asino suspirat atque ait; Terram arentem dedisti mihi, da & irriguam aquis. Tumque Caleph irriguū superius, & irriguum inferius ei dono contulit. Terra arens ipse est fidelium cætus, baptismum, celestiq; doctrina non superflua. Deprecatur igitur Ecclesia à Deo irriguum aquæ celestis, doctrinæ scaturiginem, seu fontem. Tunc ipse contulit illi irriguum superius, & irriguum inferius. Irriguū superius, nempe fidem in baptismo, fideiq; articulos, & dogmata, & rotantem celestem doctrinam, quæ Spiritus Sancti afflatu super Ecclesiam, tanquam ros super Gedeonis vellus descendit, vel tanquam pluuia salutaris ex nubibus madentibus fluxit, ex Apostolis, qui sunt nubes à Spiritu Sancto iactatæ, de quibus scriptum legitur; Qui sunt isti, qui ut nubes volant? seu etiam sunt riuli deferentes claram, splendidamque aquam, è montis rupe defluentem, è Christo, seu ex se de Petri pontificia ac Romana scatentem, & Ecclesiam irrigantem. Et irriguum inferius, doctrinam scilicet, & scientiam humanam, non amplius cœnosam, vel lutosam, sed dilucidam, atque pietate Christiana expurgatam. Quibus certè irriguis adeò fecunda reddita est Ecclesia, ut germinare potuerit.

Iudic. 1.

Ecclesia est
terra arida.

Isa. 60.

b. *Congregentur omnes pœna in Christo, et appareat eius caro arida.*

Dum Christum cruci affixum intueor, uidere certè mihi videor locum vnum, in quo vniuersæ coactæ sunt aquæ, scilicet pœna omnes, dolores, tormēta, supplicia, ludibria, calamitates, ærumnæ, passiones. Ut quid enim caput ipsius spinis est septum, facies sanguine conspersa, oculi velati, lingua felle amarissimo infecta, fauces aridæ, collum fune corrosus, caro dilacerata, manus & pedes confossi, latus apertum, corpus exanimatum, nisi quoniam congregatæ sunt aquæ in locum vnum? Ut quid in funesto eius spectaculo obtenebescit Sol, uelatur Cælum, obruitur aër, horribili motu quassatur terra, colliduntur saxa, gemunt pij mortales, nisi quoniam congregatæ sunt aquæ in locum vnum? Ut quid ipse Christus clamat: Deus Deus meus, ut quid dereliquisti me, doletq; se derelictum, quoniam diuinitas (quanquam in ipso consideret) humanitatē attamē in pro-

In Christo
congregati
sunt dolores
omnes.

rrr 2 fundo

Congregentur aqua in locum vnum, &c.

Allegoricè.

Moraliter.

a. Congregentur sapientia in intellectu, & affectus aridus appareat, hoc est, mortificatus.

b. Seiungantur peccata & vitia, & appareat caro, & cor nostrum aridum, idest, ad fructificandum aptum.

fundo dolorum reliquerat, vt nec ipsi opulari, nec solatium afferre videretur, nisi quoniam congregatae sunt aquae in locum vnum? Vt quid ex Propheta seu Psalmographi Davidis voce inclamat: Saluum me fac Deus, quonia in trauerunt aquae vsq; ad animam meam, quod non tantum in corpore, sed anima doloribus angeretur, nullum ei ad ferendas penas suppeditante diuinitate vel diuina gratia solatiu, aut virtute, quemadmodum martiribus sanctis elargienda erant, nisi quonia congregatae sunt aquae in locum vnum: Quapropter apparuit arida: Omnia quippe in Christo arida mirum in modum remanere; aridum scilicet pectus, quod aquam effudit & sanguinem; aridum corpus, quod omni cruore destitutum est; arida caro, quae vlcibus dilaniata aruerat; arida lingua, & fauces, quae siti laborantes, fele & aceto sunt potatae; arida omnia, cum mors superuenit. Sed non desperandum, quia tertio die germinabit terra herbam virentem.

Psal. 68.

In Christo omnia remanserunt arida.

c. Comprimantur concupiscentia omnes in fomite, & appareat arida Deipara, omni scilicet peccati labe experta.

Sanctitatis quatuor genera, Christi, Deiparae, sanctificatorum, & piorum hominum.

Quatuor genera sanctitatis comperiri, Theologi sacri nos erudierunt; Christi, Deiparae, sanctificatorum, & piorum hominum. Christus, ut potest qui Spiritu Sancto obumbratus conceptus erat, non tantum ab omni iniquitatis contagio, tum originalis, tum lethalis, tum venialis liber, immunisq; extitit; sed nec prauum fomitem, vt aiunt, habuit, ex quo concupiscentiae motus exurgerent. Deipara, ut potest, ex parentibus progenita, quanquam carnem infectam primo detulerit, virtute tamen Spiritus Sancti, diuinamq; gratiam adeo praeseruata fuit, vt nil prorsus animae illius pollui quierit. Immunis igitur extitit a culpa originis, a lethali, & a veniali, concupiscentiaq; femina adeo compressa sunt, atque frænata, vt prostrare non possent. Sanctificati, vt praecursor Ioannes, Christi paranympus, originali quidem labe polluti sunt, sed deinceps fuere sanctificati, non adeo tamen in illis compressa concupiscentia, quin attolleret interdum virulentum caput, ipsiq; in veniale saltem delictum labi quierent. Reliqui Christicolae originali contagio sordidati fuere, a quo in baptismatis sacro fonte abluti sunt, restitutaq; est illis caro, (sicuti olim Naama Syro) tanquam caro pueri, nimirum intacta, & pura; sed fomitis ardor non adeo in ipsis cohibitus est, quin eos in delicta tum mortifera, tum venialia prouehere possit, idq; a Deo permissum ad virtutum exercitationem, & meriti augmentum, nunquam illis deficiente gratia, si ipsa uti non renuerint. Congregatae sunt igitur in Deipara aquae in locum vnum, nempe fomites in carne, sed ibi fabuloso litore mortificationis, & rupibus excelsis fortitudinis gratiae, adeo cohibiti, & praclusae sunt aquae istae, ut nunquam ad uexandam, nedum ad mergendam ipsius sanctissimam animam, laxari, vel egredi potuerint. Quapropter haec ipsa est non sancta tantum, uidelicet ea perfectione insignita, qua caeteri sancti, sed sancta sanctorum, idest, caeteris sanctis sanctior; sola profecto ingressa est sancta sanctorum, sepiusq; arcam Angelorum alis coopertam, diuinitatem scilicet, quam ipsi Angeli nullo tectam uelamine perpetuo contemplantur, & celebrant, crebra meditatione, & extasi meruit spectare.

Virgo omnibus sanctis sanctior.

a. Congregentur sapientia in intellectu, et affectus aridus appareat, hoc est, mortificatus.

LYRANVS in Postillis.

Congregentur, &c. Nam omnes scientiae sunt intra intellectum, & sic appareat terra arida, idest, caro scientiae vacua:

vacua: quia tamen per Caelum, idest, spiritum gubernata proficit in exercitio bonorum operum, idem subditur; Germinet, &c.

Non mihi vitio uertatur obsecro, si allegoriam hanc ad accommodatiorem sensum redegi, cum prius non admodum elegans, uel concinna mihi uideretur.

Ex prophanis historijs didicimus, quod si aliqui Mundi sapientum, sapientiae studio incumbabant, hi Mundo ipso contempto, vitae commoda, carnisque delicias aspernabantur, seque illis prorsus abdicabant, id exploratum habentes, non posse se & delitij simul & sapientiae uacare, neque in medijs voluptatibus sapientiae culmen peringere. Anaxagoras patrimonium omne suis cessit, vt liberius Philosophiae vacaret. Democritus oculos sibi eruit, quod eos rerum diuinarum contemplationi impedimento esse existimaret. Pythagoras propter discendam Philosophiam, non solum ab animalibus, sed etiam a fabis abstinuit. Carneades quoque manum ad mensam porrigere obliuiscatur, vsque adeo contemplationi inharebat. Cleantes noctu in extrahenda aqua victum quaeritabat, vt interdum Chryssippi praecipis percipiendis operam daret. Diogenes in dolio vitae degebat, nec Alexandro assurgere dignatus est. Quod si in his Mundo celeberrimis sapientibus, in quibus congregatae sunt aquae in locum vnum, aquae, inquam, terrestres, lutulentae, turbidae sapientiae terrenae, apparuit arida, uidelicet in ipsis emicuit vita pauperima, & pluribus afflicta incommodis, quomodo in illis, in quibus Dei, Sanctique Spiritus afflatu reconduntur uiuidae, fluentesque aquae sapientiae caelestis, non apparebit terra arida, vita scilicet maceratione, mortificationeque arefacta? Emicant certe Mosi diuturna in deserto commoratio, paupertas Elisei, Eliae indigentia, Davidis, quanquam Regis, cilicium, Danielis continuata ieiunia: Christus quoque fons sapientiae perennis, & icatens in horto deliciarum, in Ecclesia nostra, & Apostoli duodecim fontes Elim, nonne pauperrimam duxere vitam? Sed quid plura? Non modo non possunt congregari aquae in locum vnum, idest, sapientiae caelestes in mentem vnam, quin appareat arida terra, nimirum absque delicijs in maxima mortificatione, & vitae asperitate, sed nec proferri dignè potest ipsum Euangelium absque hac ariditate. Calculo ignito mundat Angelus labia Esaiæ, mortificationis scilicet flagrantis diuino amore, refecat & rescindit omnia, quae superflua sunt. Cygnus dulcè canit, sed caro eius nigrore & ariditate horrescit. Apostolicus orator & declamator dulciter cantat, quando sanctissimam Euangelij doctrinam praedicat, sed vita eius mortificatione nigrescere, arefcereque debet.

Delicias spreuerunt plei- que, vt sapientiae incumbere- rent.

Sancti vitam pauperem, & mortificationem degerunt.

Cōcionator sine vitæ mortificatione nō potest Euangelium dignè praedicare.

b. Seiungantur peccata, & vitia, & appareat caro & cor nostrum aridum, idest, ad fructificandum aptum.

ORIGENES in Genesim Homilia prima.

Et dixit Deus; Congregetur aqua quae est sub Caelo, in congregationem vnam, & appareat arida. Et factum est ita. Nos ergo laboremus congregare aquam quae est sub Caelo, & abijcere eam a nobis, vt cum hoc factum fuerit, appareat arida, quae sunt in carne gesta opera nostra, quod scilicet videntes homines opera nostra bona, glorificent patrem nostrum, qui in Caelis est. Si enim aquas istas, quae sunt sub Caelo, non separauerimus a nobis, idest, peccata, & vitia corporis nostri, arida nostra non poterit apparere, nec habere fiduciam procedendi ad lucem. Omnis enim, qui male agit, odit lucem, & non venit ad lucem, vt in ea manifestentur opera eius, & videantur, si in Deo sunt gesta. Quae vitique fiducia non aliter dabitur, nisi velut aquas, abijciamus a nobis, & segregemus vitia corporis, quae sunt materia peccatorum. Quo facto iam arida nostra non permanebit arida, sicut ex consequentibus ostenditur.

BEDA Expositione in Genesim.

Possimus quoque aquas istas peccata intelligere, quae sub Caelo sunt, hoc est, subiacent rationi nostrae. Quae si separata fuerint, tunc arida nostra non erit arida, sed fructifera.

Quod terra est in Mundo, id est cor in homine; Illa centrum Mundi; Istud centrum corporis humani; Illa pondus est vniuersi; Hoc pondus est hominis. Circa terra reuoluuntur omnes sphaerae, quasi in eius obsequium; In cordis gratiam fatigantur omnes animae vires, & intelligentes, & sentientes. Ex terra pullulant omnes exhalationes; Ex corde omnes concupiscentiae, & appetitus. In terrae vtero reconduntur tum gemmae, tum lapides rudes; In corde alitur oes cogitationes, tum caelestes, tum terrenae. Terra aratro percussa, semina suscipit, quae marcescunt, repullulant, virescunt, maturescunt, & fruges fertunt; Cor nostrum contritione discerptum, Euangelij doctrinae praecipia capit, mortificatio.

Cordis humani & terrae mutua collatio.

Congregentur aquæ in locum vnum, &c.

Allegoricè.

- a. *Idest, cumulentur sacramenta, & charismata in unitate fidei, & charitatis: Et appareat arida, anima digna Dei intuitione.*
 b. *Seiunctis laicis, terra, idest, vita regularis, apparuit arida, mortificata.*

cationeque, spe, & perseverantia uberes emittit fructus. Terra si imbribus, & salutaribus pluuijs non madescit, fructum non profert; Cor nostrum si gratia diuina, tanquam celesti pluuia non perfunditur, virtutum ac sanctorum actionum fruges non suppeditat. Quod ergo terra est in Mundo, cor est in microcosmo. Quemadmodum igitur terra ante tertium diem undique aquis circumfusa, & obruta, nec herbas uirentem, nec lignum fructiferum proferre poterat; ita cor uitij, uoluptatibus, illecebrisque undequaque uallatus, neque uirentia desideria, nec femina, uidelicet opera eternam uitam promerentia unquam germinabit. Congreganda sunt igitur aquæ in locum unum seorsum à terra: orandum, deprecandumque est, ut esset Boreas uehemens, concitatusque uentus, timor scilicet nouissimorum, seu Austere urens, diuinus amor, qui aquas uoluptatum & illecebrarum, licet amplissimæ, uastissimæque sint molis, adurat, exiccet, atque consumat.

a. *Idest, cumulentur sacramenta, & charismata in unitate fidei, & charitatis: Et appareat arida, anima digna Dei intuitione.*

P E T R V S Abbas Cellensis libro De Panibus, capite quarto.

Regeneratio spiritus ad inuisibilem pertinet cordis fidem. Regeneratio uero ex aqua, ad uisibilem, idest, sacramentalem. Hinc enim est, quod in tertia die dictum est: Congregentur aquæ, quæ sub Cælo sunt, &c. Aliter non appareat arida, nisi aquæ congregentur in locum unum, quia non est uultibus diuinitatis anima digna, nisi in una fide catholica, omnia Ecclesie consummauerit sacramenta. In locum autem unum bene dicuntur congregari omnes aquæ, quia in unitate fidei & charitatis conueniunt tam sacramenta, quam charismata omnia. Tunc appareat arida ab immunditijs idololorum, & præcedentium delictorum. Tunc germinat herbam uirentem, & facientem semen, quia quod in uisceribus fidei eius adhuc latebat, erumpit in germen, & facit fructum sursum in conspectu Dei, & Angelorum, atque hominum.

Si rectè Petri Cellensis mentem rimatus sum, ita interpretanda est hæc Scripturæ portio, quam præ manibus habemus; Congregentur aquæ in locum unum, & appareat arida; idest, cumulentur sacramenta, & charismata cum unitate fidei & charitatis; fide, nimirum pura & uiua: & appareat arida; anima digna Dei intuitione. Et quid profundius certè effari potuit? Sacramenta profectò non proficiunt, & charismata non imperitiuntur, nisi imbutis fide pura, & uiua; pura, inquam, si catholica est, & apostolica; uiua, si charitate insignita. Quomodo huc intraisti non habens uestem nuptialem? inquit rex ille, qui regiam exhibuit cenam: esca in cena apposita, gratiæ charismata sunt, sacramentis quasi aureis uasibus collata. Aula ipsa Ecclesia, rex Christus, ministri Angeli, & sacerdotes. Damnatur igitur, qui ad cenam hanc accedunt sine ueste nuptiali; & ea quidem candida, & omnibus maculis eluta, non exornati scilicet fide sincera & uiua; quod si hac ueste induta fuerit anima, si gratiæ charismatibus, quasi monilibus redimita, digna profectò erit, ut tanquam Esther à summo rege nostro benigno prospiciatur intuitu, & voti compos efficiatur.

b. *Seiunctis laicis, terra, idest, vita regularis, apparuit arida, mortificata.*

E. V. C. H. E. R. I. V. S. Commentariorum in Genesim libro primo.

Fixitque debine superborum limites, & coëruit eos, ne turbulētis iniquitatum suarum fluctibus, aridam, idest, animam

Sacramenta non proficiunt nisi fide uiua imbutis. Matth. 22.

Congregentur aquæ in locum vnum, &c.

Tropologicè

- a. *Congregentur populi Christiani in locum unum, idest, in Ecclesia; & appareat platea vacua.*
 b. *Non dictum est de aquis supercaelestibus, ut congregentur in locum unum, sed de terrestribus, quoniam amor celestium nullis coërcetur terminis, uti amor terrestrium.*

animam sitientem Deum conturbent, liceatque ei germinare bonorum operum fructus.

Beda libro de Sex dierum creatione, hæc ipsa sumpsit.

G L O S S A Ordinaria.

Infideles uero coëruit, ne iniquitatis sue fluctibus aridam; idest, animam sitientem Deum conturbent: sed liceat ei germinare fructus bonorum operum.

Possumus hanc Eucherij mysticam interpretationem ad Clericorum Regularium statum aptare, ut superborum nomine laicos impiæ uitæ, animæ uero nuncupatione ipsam religiosam animam intelligamus.

Vastissima sunt maria, vastissimæ & vrbes, oppida, ac sedes laicorum. Extumuit quibusdam in locis terra; extructa sunt pluribus in urbibus cœnobias. Sed quemadmodum terra munitur arenosis littoribus, rupibus, scopulis, ne mare ipsam inundet, & denastet: ita & cœnobias clausura coërcetur, ut longè seiuncta sint à quotidiana laicorum conuersatione. Ediscant igitur Regulares, quantum periculi subeunt, cum aggeres fabulosos, austere scilicet clausuræ postes violant, & prætergrediuntur; nam veluti nauis imperiti, nauticæque disciplinæ ignari, paruo nec firmo nauigio suæ incertitudinis, turbidis procellis, Mundi scilicet negotijs & conuersationibus incautè seipsum committunt, certissimoque naufragio se exponunt. Cæterum congregatis aquis in locum unum, & seiunctis à terra, à claustrum inquam, apparuit arida, vita nimirum claustralis mortificata. Quid enim claustrum est, nisi desertum? Quid deserti aspectu horribilius? Quid hac vita asperius? Sed ne primescant claustrum adacti, dum peragratur desertum aquis indigenti. Incidunt equidem in aquas Marath, amaritudine oppletas, in propriæ uidelicet voluntatis abdicationem; sed & ligno statim dulcescunt, exemplo scilicet passionis Christi. Permeant arida loca secularium oblectamentorum expertia; sed duodecim fontes Elim & palmas offendunt, Scripturarum scilicet sacrosanctarum contemplationes. Alimentis egent quandoque; sed manna illis non deest intimæ consolationis. Deficit eis aqua illecebrarum, deliciarumque; sed rupis dulciores exhibet ipsis aquas, Christi scilicet meditatio suauissimas animi delectationes. Personant certè aliquando inter caligines tonitrua, & fulgura, præcepta, idest, prælatorum constituta, & decreta; sed rutilanti, splendidaque facie Mosis, hoc est, charitate, & sinceritate Antistitum alleuiantur. Non desunt, qui ignem alienum thuribus suis imponant, nempe qui animis Deo dicatis terrenarum cupiditatem ardorem immittant; sed proprio deuorantur igne, ut Nadab & Abiu. Non desunt, qui iurgia, & scandala excitent; sed à terra, à suamet confusione deglutiuntur, ut Chore, Dathan, & Abiron. Erumpunt & igniti serpentes, serpentis, inquam, antiqui tentationes; sed æne serpētis intuitu super lignum collocati, hoc est, Christi patibulo affixi eliduntur. Infestant & Madianitæ impij molestijs iter; sed Dei uirtute prosternuntur. Arduum est iter per deserta aquis indiga, & arenosa, montuosaque; sed tandem ad terram fluentem lac & mel nos perducit. Aspera est vita claustralis, uerum & callis est angustus inter ignem, & aquam, quo ducimur ad terram illam uiuentium, ad regionem omnium bonorum affluentia uerem, atque insignem.

Regularis uita & claustrum desertum sunt.

a. *Congregentur populi Christiani in locum unum, idest, in Ecclesiam; et appareat platea vacua.*

A. M. B. R. O. S. I. V. S. Hexameron libro tertio, capite primo.

Congregentur aquæ, dictum est, & congregata est: & frequenter dicitur, congregentur populus, & non congregatur.

gatur. Non mediocris pudor est imperio Dei insensibilia elementa parere, & homines non obedire, quibus sensus ab ipso tributus est auctore. Et fortasse hic pudor fecerit, ut hodie plures conveniretis, ne quo die congregata est aqua in congregationem unam, eo die populus nequaquam congregatus in Ecclesiam Domini videretur.

Quam propensa autem sit aqua Dei iussioni parere, & quantum eius exemplo aquę etiam populorum Dei præcepto obtemperare deberent, his subnectit.

Nec hoc solum obedientis aquę exemplum habemus: nam & alibi scriptum est; Viderunt te aquę Deus, viderunt te aquę, & timentur. Neque verisimile non videtur de aquis dictum, quando alibi idem quoque Propheta ait; Mare vidit, & fugit, Jordanis conuersus est retrorsum. Hoc enim verè factum quis ignorat, quod ad Hebræorum transitum mare fugerit, quando se vnda diuisit, transiit populus puluerulento vestigio, perisse mare credens, fugisse fluctus? Denique credidit hoc Aegyptius, & ingressus est: sed illi redijt vnda quę fugerat. Nonit ergo aqua & congregari, & timere, & fugere; quando Deus præcipit. Hanc imitemur aquam, & vnam congregationem Domini, vnam Ecclesiam nouerimus.

Deinde & metaphoricò sensu, ex quibus locis cōgregandę sint hæ aquę, id est, Christianicę, his subsequitur enarrare.

Congregata est hic quondam aqua ex omni valle, ex omni palude, ex omni lacu. Et post. Vallis est scina, vallis est circus, vbi currit mendax equus ad salutem, vbi humilis & abiecta contentio, vbi litium sedit deformitas. Ex his igitur, qui circo inherere consueverant, fides creuit Ecclesię, quotidianus cętus augetur. Palus est luxuria, palus est intemperantia, palus est incontinentia, in qua volutabra libidinum sunt, bestiarum murrura, latibula passionum: vbi merguntur quicunque inciderint, & non emergunt, vbi labuntur pedum vestigia, sicutant singulorum incestus: vbi fulicę se dum lauant, polluunt; vbi debiles desuper gemitus columbarum: vbi pigra testudo cęnoso heret in gurgite: denique aper in palude, ceruus ad fontes. Ex omni igitur palude, vbi quasi ranę veterem querelam canebant, congregata est fides, congregata est puritas animi, mentisque simplicitas. Congregata est aqua ex omni lacu, & ex omni foueā, ut nemo fodiat foueam fratri suo, in quam ipse incidat: sed omnes se inuicem diligant, omnes se inuicem foueant, & quasi vnum corpus diuersa se membra sustentent, &c.

Exhortatio hæc Ambrosij, qua eorum redarguit ignauiam, qui diebus festis ad Basilicas non conueniunt ad sacras cōciones, psalmodias, missasq; audiendas, grauissimi qui dē est, nectanto Doctore indigna. Christus nanq; ut Assuerus, grāde conuiuij cunctis principibus, & pueris suis, & omni populo septem diebus præparat in vestibulo, quod regio cultu, & manu confitum est. In Ecclesia siquidem, veluti in nemore, siue in horto regis nostri septem diebus, videlicet quotidie, paratum est illud amplissimum conuiuium, & sacratissimum Eucharistię, & doctrinę cęlestis, quę passim a sacris concionatoribus fidelibus præbetur. Sed pro dolor: si aquę multę populi sunt multi, ad Dei nuntum congregantur aquę in locum vnum, & ad Ecclesię præceptum non congregantur populi Christiani in Ecclesia. Insensibilia elementa Dei imperio parent, & homines sensu præditi Deo non obtemperant. Sed quid? Herent diebus festis alij in valle, alij in palude, alij in lacu. In valle, qui plateas circumeunt, vbi currunt equites, scenici fabulas agunt, vbi est abiectę plebis contentio, & murmur. In palude resident, qui per tabernas, meretriciasque domos vitę degunt, palus enim est luxuria, palus quoque est ebrietas, palus sunt ludi, in quibus post nimiam satietatem, iurgia, bella, rixa, dissidia, altercationes, blasphemias, veluti infandę eructationes erumpunt. Heu quot in his paludibus, vti fulices, dum se lauant polluunt, & sunt luxurię dediti, quot ceu lenta testudo cęnoso herent in gurgite? & sunt ignaui, quot vt ranę veterem canunt querelam: vt murmuratores. Lacum tandem peruagantur, qui in aulis regū, seu in optimatum domibus, ludis inanibus, & colloquijs tempus conterunt. Congregantur igitur omnes in locum vnum, in Ecclesiam, vbi non mortiferi cantus, & acroamata scenicorum mentem emolliunt ad amores, sed concentus Ecclesię, & Scripturę intelligentia animum vehunt ad cęlestia. Sed quid? Aper versatur in palude, & ceruus ad fontes currit. Aper symbolum est eorum, qui terrenis, carnalibusq; dediti sunt. Circes appositis epulis, & vitę commodis hoīes in sues conuertisse traditur: Ita concupiscentia his Mundi illecebris, hoīes reddit vt sues. Aegyptij simulacrum porci prophanum habebant, apud Romanos flamen Diaboli porcum tãgere sine piaculo non poterat; in lege prohibita sunt carnes suinę, nam homines voluptatibus dediti, & hominibus, & Deo sunt inuisi. Sed contra ceruus ad fontes euolat. Cerui ea est natura adeo calida, vt frigidissimis reptilium carnibus libenter vescatur, quibus assumptis, naturali calore per antipathiam cōcitato, gelidos fontes studiosissime perquirat: Quapropter lepidè symbolū est fidelis, qui vt carnis concupiscentia

Psal. 76. Psal. 113.

Est. i.

In Ecclesia Xpus conuiuij celebrat.

Inuestio in eos qui ad Ecclesiam nolunt conuenire.

Ad Ecclesiam non conuenientium triplex ordo.

Aper & ceruus symbolū carnalium & spiritualium.

tia veneno affectas viperas edisse, nimirum crimina se perpetrasse agnoscit, ad fontes sacramentorum, & doctrinę cęlestis ex concitato pauore, & dolore percurrit. Aper igitur in sylua, & ceruus ad fontes.

b. Non dictum est de aquis supercęlestibus, vt congregentur in locum vnum, sed de terrestribus; quoniam amor cęlestium nullis coercetur terminis, vt amor terrestrium.

H V G O Victorinus de Sacramentis Fidei libro primo, parte prima, capite uigesimotertio.

Hoc mirum videtur, quod aqua quę sub Cęlo sunt, congregantur in locum vnum: & illa quę sunt supra Cęlum, non congregantur, neque vnus eis locus tribuitur, sed relinquuntur diffuse atque expansę, quasi aquę coarctari nolint, vel colligi. Quid putas hoc sibi vult, nisi quod charitas Dei diffusa est in cordibus nostris per Spiritum Sanctum, qui datus est nobis? Et ista sunt supercęlestes aquę: quia adhuc excellentiorem (inquit Apostolus) viam vobis demonstro. Si lingua hominum loquar, & Angelorum, si habuero omnem prophetiam, si nouero mysteria omnia, quid est? nihil prodest; si charitatem non habeam. Pax (ait) Dei, quę exuperat omnem sensum, custodiat corda vestra, & intelligentias vestras. Iam quodammodo videmus, quare aqua illę, quę supra Cęlum sunt, non debuerunt colligi, & in vnum coarctari, quoniam charitas amplificanda semper est, & dilatanda: & quantò latius panditur, tantò cęsius sublimatur. Quę autem sub Cęlo sunt aquę, congregandę sunt, & constringendę in locum vnum, vt inde per certos tramites, & exitus ordinatos quacunque deducantur. Quoniam affectus animę inferior, nisi certa lege constringatur, non potest apparere arida, nec germina producere, sicut Apostolus castigat corpus suum, & in seruitutem redigit: ne forte cum alijs prædicauerit, ipse reprobus fiat.

Duplex aquarum reperitur genus, cęleste, & terrestre; duplex quinetiam amor, rerum videlicet diuinarum, & terrigenarum. Amor rerum cęlestium nunquam decidentium, eleganter aquis cęlestibus comparari potest: amor rerum terrenarum marcescentium, aquis terrestribus. Quemadmodum igitur aquę illę cęlestes non congregantur in locum vnum, nullis terminis arcentur, sed diffusę, & expansę undequaq; relinquuntur; ita rerum supernarum amor non cogendus, nullo termino cohibendus, sed semper augendus, quoniam charitas Dei, & rerum cęlestium semper est amplificanda, semper dilatanda, & quantò latius panditur, tantò magis sublimatur. Quemadmodum verò terrestres aquę congregantur in locum vnum; ita amor rerum terrestrium semper est constringendus, & certis limitibus definiendus, & quantò pressius comprimitur, tantò tutius fertur: & tunc apparet arida anima, ut germina proferat: Cęterum cum duplici sit anima facultate prædita, intelligendi nimirum, & amandi, ea est harum discrepantia, quod dum intelligit anima, rerum cunctarum tam supernarum, quàm infernarum formas in se rapit, in suamque vertit spiritalem naturam: dum verò diligit, seipsam in res ipsas dilectas, & optatas transfert, in earumque naturam, metamorphosi ferè quadam inenarabili pertransit. Quamobrem si anima cęlestium rerum amore efflagrat, efficitur cęlestis; si terrenarum, terrestris. Fertur non si ne magno naturę miraculo, duo diffundi flumina, Crathidē, & Sybarim, quorum a deo est mira facultas, vt qui in Sybari bibunt homines, nigriores fiant, & crispo capillo, qui autem ex Crathide, candidiores, & porrecta coma. Ecce arcanum nobis referatum de facultate cęlestium; & terrestrium aquarum. Crathis typus est cęlestium, ex quibus si bibant animę, candidę euadunt puritate & gratia, & porrecta coma, intentione in Cęlum directā. Sybaris verò terrenarum, ex quibus si hauserint animę, nigrescent impuritate & culpa, & crispos gestabunt capillos, nimirum intentionem auersam a Cęlo, fluctuantem, & ad terram vergentem. At certè studendum est nobis, maximeq; elaborandum, vt affectionem mentemq; nostram semper sustollamus ad cęlestia. Hac enim de causa, cum cętera animalia terram prona spectent, os datum est homini sublimē, quo Cęlum intueri, erectosq; possit vultus tollere ad sidera. Quapropter qui terrenis iugiter incumbunt, hæc q; acriter inhiant, viderint ipsi, an homines, vel potius animantia rationis expertia iure optimo sint nuncupandi, atq; ut pecudes ab hominum communionē segregandi.

Rom. 5.

1. Cor. 12.

Phil. 4.

1. Cor. 9.

Amor rerum diuinarum termino nullo coercēdus est.

Amor terrestrium terminis præfigendus.

Intellectus intelligendo in se recipit, voluntas amando extra se fertur.

sss Congre-

Congregentur aquæ in locum vnum, &c.

Tropologicè

- a. Congregentur diuitum cupiditates in locum vnum, ad modestam rerum possessionem: Et appareat arida, idest, vacua terra pro cæteris.
 b. Nationes in locum unum, in prouinciam vel plagam vnam: Appareat arida; terra sit à cruentis bellis vacua.

a. Congregentur diuitum cupiditates in locum vnum, ad modestam rerum possessionem: Et appareat arida, idest vacua terra pro cæteris.

LVSITANVS in Genesim.

Quid aliud præfert locus iste, quàm vt qui lata loca possident, eis cedant, & alios simul viuere sinant? Sunt enim aliqui, qui iam amplè viuere volunt, vt alijs non sit ad habitandum relictus locus: qui verba Domini apud Isaiam audiunt; *Vbi, qui coniungitis domum domui, & agrum agro copulatis, adeo vt non sit locus alijs. Et nunc, inquit, habitabitis vos soli in medio terræ? Quibus statim comminatur, dicens; Si non domus multe in desolationem fuerint grandes, & pulchræ absque habitatore. Quia enim proximis locum dare noluerunt, perdidit sua. Audiant hoc diuites, qui magna palatia edificare volentes, pauperes cogunt domus suas vendere, & ab auijs, & irrationalibus discant cæteris locum dare. Cesserunt enim aquæ suo loco, vt terra possit fructificare: tibi verò non præcipitur tuum locum relinquere, sed alienum non occupare.*

Congregare vtiq; amplissimam diuitiarum alluuiem, rei q; familiaris uberrimam copiam diuites exoptant, atq; violatis, & contemptis sæpenumero uniuersis naturæ iuribus, agros agris, domibus domos, oppida oppidis, legitimis eorum dominis pulsatis, fraudulentis artibus copulant, atq; connectunt. Sed hoc vnum ipsis certissimum esse cuperem, feliciter eis res cessuras, si in locum vnum cupiditates suas cohibere, frangere q; maluerint, memores quòd in loculum unum tandem ipsi sint congregandi. Vt quid enim amplissima loca comparat, partis q; gloriantur, si proximè sunt in loculo còfessuri, in loculo inquam illo, de quo in Euangelio legitur; Et accessit, tetigit q; loculum? Meminisse debent mortis, loculi, tumuli, quòd eos morientes stratum exiguum, fordescentes loculus perangustus, putrescentes tumulus permodicus sit conclusurus: id q; vnum illis profuturum, si Christus tetigerit ipsorum loculum. Sed heu! quàm raro diuitiarum cupiditate illectis id contingere consuevit? Idcirco mortuus est diues, & sepultus est in inferno. Mortuus est; nec diuites quidem horridæ mortis immunes sunt, neque agrorum, pagorum, domorum q; amplitudo quicquam eis prodest. Non veretur profectò mors amplissima palatia ingredi, serica strata contaminare, nulla q; potest arte depelli, cum nec Medicorum soleat copiam horrescere, nec familiarium cæterus pertimescere, nec plorantium gemitibus mirefcere, nec auri vbertate corrumpi, nec vllas tandem armatorum acies formidare. Quapropter mortuus est diues, & sepultus in inferno, eius q; facultates & copias sribundi parentes, supellectilia ferui, spiritum Dæmon, animam infernus corpus uermes, ossa tineæ, cineres putredo diripiunt, & tanquam pinguis suis nece omnes collatantur. Et sepultura asini sepelietur, cuius pellis arefacta, in cimbis ad personandum adhibetur iubilationis & lætitiæ gratia.

b. Nationes in locum unum, in prouinciam vel plagam vnam: Appareat arida; terra sit à cruentis bellis vacua.

Beata illa aurea ætas, cum una q; gens suis erat cõtenta finibus, iucundissimam pacem mortalibus, & Mundo attulit. Infelix illa ferrea, in qua regnandi libido efferebat, unde bella exarserunt, clades, & portentosa naturæ excidia. Si quæuis ratio, seu

Ista cap. 5.

Vanitas hominum in diuitiis comparandis.

Lucæ 7.

Lucæ 16. Mors nemini parca.

Hier. 22.

Congregentur aquæ in locum vnum, &c.

- a. Idest, peccatores, & heretici in infernum: Et appareat arida, Ecclesia, ad immortalitatem disposita.
 b. Vel, penitates, & ærumne omnes in infernum: Et appareat arida, Ecclesia triumphans.

Anago gicè.

seu gens in vnum locum congregaretur, ipso q; contenta permaneret, terra certè appareret arida, cruentosis nimirum bellis uacua. Sed heu, quot nece, quas clades, quantas calamitates intulit humano generi cæca & dira regnandi libido? Videbam in visione mea nocte (ait Propheta) & ecce quatuor venti Celi pugnabant in mari magno; Nocte scilicet, quando insana mens mortalium obscuris offunditur tenebris, dum proprijs duntaxat iuribus ampliandis incumbunt: pugnant quatuor venti Celi, quatuor illæ efferrate cupiditates, quibus quasi ventis iactatus animus in præceps fertur, sui ipsius celsitudinis amor, in gentes extraneas odium, spes comparandæ victoriæ, & timor prosterendarum suarum uirium: In mari magno, in magnorum regum, & tyrannorum corde, & tunc ascendunt de mari quatuor illæ horrifera belluæ; leçna, scilicet cupido efferrata regnandi, alas habens aquile, nempe celerrimæ pernicitatis; solidum scilicet, & irreuocabile propositum ampliandi imperij. Deinde & succedit altera bestia, vrsus, videlicet rabies deuastrandi cuncta, tres gestans dentium classes, & comedens carnes plurimas, cum ferro, igne, & fame cuncta aliena deuaftet; quem subsequitur pardus, nempe auaritia, duplices ferens alas: & tandem illa quarta cunctis portentosior, immanitas nimirum ferreos gerens dentes, cuncta comminuens, & quæ super sunt, pedibus concalcans; efferrata scilicet rabie cuncta diripiens, & quæ diripere non potest, deuastrans. Cæterum quanta humano generi attulerit immanis hæc regnandi cupiditas damna, cædes q; quis recensere? Quis amplissimos campos prius uirentes, & post immenso cruore nedum asperfos, sed perfusos, sed obrutos, sed penitus inundatos, adeo ut ipsa etiam flumina, verterentur in sanguinem, integrè commemorabit? Quis vastissimarum prouinciarum clades deplorandas? Quis urbium insignium incendia? Quis nationum oppressarum calamitates? Quis cunctorum bonorum violentas depredationes? Bellorum equidem incòmoda potius sunt deploranda, quàm recensenda, lachrymas magis, quàm uerba exposcunt ac promerentur.

Daniel 7.

Quatuor animi passiones quatuor bestijs comparantur.

Regnandi cupiditas quot mala inculcit.

a. Idest, peccatores, & heretici in infernum: Et appareat arida, Ecclesia ad immortalitatem disposita.

B E D A Expositione in Genesim.

Congregentur aquæ in locum suum: idest, peccatores, & heretici in infernum, quia pro amaritudine peccatorum maria dicuntur. Et appareat arida: hoc est, Ecclesia.

H V G O Carenis in Postillis.

Congregentur: idest, congregabuntur in lacum inferni. Vnde Esaias; Congregabuntur congregationes vnius fascis in lacum, & claudentur ibi in carcere, & post multos dies visitabuntur. Et appareat: idest, apparebit: arida, scilicet Ecclesia, quod ad bonos ab humore noxio: de quo Iob; Sub umbra dormit. Et quod ad malos arida ab humore gratiæ. De hac ariditate; Si in viridi hæc faciunt, in arido quid fiet?

Esa. 24.

Iob. 40.

Luc. 23.

Duas interpretationes admittit hæc allegoria; possumus siquidem eam exponere de Ecclesiæ statu tùm Antichristi tempestate, tùm in extremo horrendo iudicio. Congregabuntur certè aquæ in locum unum in sauiissima Antichristi persecutione, quoniam tùm Gentiles, tùm heretici, tùm impij, scelestiq; homines sub eius uexillo redigètur, supererunt q; tantum electi, Ecclesiæ q; arida apparebit, videlicet mortificata afflictationibus, ærumnis, & calamitatibus, & arefacta omni deliciarum, atq; uoluptatum madèti humore. Congregabuntur certè aquæ in locum unum, iudicij illius tremèdi die, cogètur simul infideles

Ecclesia Antichristi tempestate, & in die iudicij arida erit.



Et vocauit Deus aridam terram.

Allegoric.

- a. Humanitatem nostram aridam effectam Adæ peccato, Christo incarnato terram.
- b. Christum aridum morte, terram, idest, hominem cum cæteris ex terra editum vocauit.

les oēs atq; flagitiosi, impellēte eos īdelebili, irreuocabiliq; decreto: Ite maledicti ī ignē ætērnū: in infernūq; detrudentur, tunc Ecclesia militans timore quasi arida, & exanimata, suauissimam illam Christi uocem attendet; Venite benedicti, possidete regnū, &c. & mox ut terra fecunda germinabit herbam uirētem, carnem gloria florecentem, & lignum fructiferum, animam beatitudine micantem.

b. Hoc est, pœnalitates, & arumna omnes in infernum: Et appareat arida, Ecclesia triumphans.

In hoc Mundi theatro amplissimo, ac uenustissimo, quemadmodum mista sunt res cœlestes & terrenæ, spirituales & corporeæ, consistentes & fluxæ, indissolubiles & dissipabiles, uenusta & deformes: ita bona vnde quaque & mala simul confusa reperiuntur. Verum enim uerò cum decidet Mundus, bona cuncta super Cœlum euehentur, mala uerò in infernum detrudentur. Nunc permista sunt lux & tenebræ, dies & nox, serenitas & obnubilatio, hyems & uer, autumnus & æstas. Tunc in Cœlo beatis lux perpetua lucēbit: sanctis dies fiet perennis, serenitas immutabilis, uer semper uirescens, & autumnus cœlestes semper fruges proferens. In inferno autem proscriptis tenebræ offunden- tur, nox atra, obnubilatioq; caliginosa ipsos perpetuò obūbrabit, hyems algore, & æstas ardore eos obruet. Nunc miscentur amor & odium, spes & desperatio, timor & securitas, gaudium & mæror, consolatio & dolor, risus & luctus. Tunc amor sanctus, spes tanta, securitas inconcussa, gaudium imensum, consolatio uivida, & risus suauis, pijs & beatis obuēniet. Ex aduerso in inferno odium immane, desperatio horrida, pavor in- uitabilis, mæror nunquam leniendus, dolor immitigabilis, & luctus asperrimus damna- tos torquet. Nunc confunduntur fames, sitis, & saturitas, frigus, calor, & temperies, labor & quies, ualetudo & infirmitas, robur, & imbecillitas, uita & mors. Tunc in supe- ris saturabuntur beati nectare & ambrosia, corporibusq; gloria decoratis, tēperies, quies, ualetudo, robur, & uita perennis donabuntur. E contra impij in inferno fame & siti, frige- re & æstu angentur pœnenniter, labor ipsis inerit sine requie, infirmitates teterrimæ ipsos prosternent, debilitas exanimatos eos ferè reddet, & mors semper depascet eos. Hoc in Vniuerso, quinimo & in ipsa sancta Ecclesia, mista sunt pietas & impietas, uirtus & uitium, aues mundæ & immundæ, triticum & zizania, uirgines fatuæ & sapiētes, ho- mines probi & scelesti. Tunc segregabuntur abinuicem, & illi ad superna sublimabun- tur, hi ad infera detrudentur. Congregentur igitur aquæ in locum unum, pœnæ atro- ces uidelicet omnes, & mala cuncta in inferno. Et appareat arida, Ecclesia triumphans, ab omni malo soluta & aliena, gratiasq; rependat Christo, qui aloē & acetum bibit, sup- pliciorumq; genera omnia perpeffus est in cruce, ut sibi gaudiorum, beatitudinumq; omnia genera asciscerentur.

In Mūdo hoc mista sūt bo- na & mala, in Cœlo erunt sola bona, in inferno ma- la tantum modo.

Psal. 48.

a. Humanitatem nostram aridam effectam Adæ peccato, Christo incarnato terram.

ANASTASIVS Synaita Commentariorum in Hexameron libro tertio. Oportet hoc quoque in loco adnotare, quòd quando cum Cœlo Deus fecit terram, non appellabatur arida, fru- giferum enim ac fertilem Deus fecit hominem, & non aridum. Quando autem fuit suffocata à tenebris, quæ supra

supra eam erant & aquis, tunc facta est arida, & mortua. Deinde eam Deus rursus vocans ad antiquam illu- minationem, eam transnominat, & ei reddit primum nomen, & quando à tenebris Deo apparuit, statim eam vo- cauit terram, quomodo dicit historia, quòd Deus aridam vocauit terram, ut potè quòd ab infertilitate ad fertili- tatem per Christum de cetero uocetur, & renouetur homo. Ei autem quod dico, fert testimonium Propheeta quo- que in psalmo nonagesimoquarto, aridam nominans hominem, dicens de Deo; Ipsius est mare & ipse fecit illud, & aridam finxerunt eius manus: hoc est, hominem, qui dicit, Manus tuæ Domine fecerunt me, & finxerunt me. Nullam creaturam ex ijs quæ sunt in Cœlo, aut in terra, finxit Deus suis manibus, nisi hominem, qui ad eius factus est imaginem, de quò dicit Moses; Vocauit Deus aridam terram. Vide mysteria admirabilia. Terram in profundo ab aquis suffocatum nominat aridam. Cum aquæ autem ab ea recesserunt, & sunt diuise, & ea fuit exiccata, non eam amplius nominat aridam, sed terram: quomodo enim constat citra controuersiam, quòd imagines, & figuras nouæ in Christo creaturæ prius describebat, & præfigurabat Christus in vniuersa sex die- rum creatione.

Humanum genus triplici in statu perpendere possumus, innocentie nimirum, pecca- ti, & gratie. Primus Adam, dum elargita sibi à Deo primæua iustitia decorabatur, terra nuncupari potuit, nam plasmatus fuerat de limo terræ, atque ut terra gratiæ aqua irriga- ta, frugifera, ad proferendasq; cœlestes fruges apta erat, de ipsaque Moses ait; In princi- pio creauit Deus Cœlum & terram, nempè Angelum & hominē, Vt uerò culpæ Adam obnoxius est factus, colluentibus vndique criminum & impietatum aquis, superfusis quinetiam ignorantie tenebris obuoluta, & offusa delituit natura humana, tuncque de ipsa illud uerè dici poterat; Terra erat inanis & uacua, & tenebræ erant super faciem abyssi. Quapropter nullum proferre fructum, nulloque flore candido, fide, seu uiridi spe, seu rubenti charitate; seu luteo mortificationis, siue aliarum uirtutum uarieta- te conuelli poterat, quapropter arida cenferi & nuncupari quibat, de ipsaque ut arida, promulgatū fuit illud decretum; Puluis es, & in puluerem reuerteris; scilicet pulso gra- tiæ humore, tua culpa puluis aridus effectus es ò homo, propterea & in puluerem reuer- teris, mortis sæpius immaturæ opima spolia, opulentaque præda euades. Tandem cum diuina miseratione Verbum caro factum est, submotè, exiccataque sunt aquæ culpa- rum Christi expiatione, emicaruntque lumina, & radij cœlestis doctrinæ ex ipso uiu- ido lucis fonte Christo; terra, quæ arida erat, rursus terra redijt, & ex rimosa humanitate Christi effluentibus lymphis, gratia irrigata, rursus frugifera reddita est, tuncque ger- minare cepit. Hęc ipsa terra est, de qua subditur; Germinet terra herbam uirentem, &c. Probè igitur, & scitè dictum est; Vocauit aridam terram, humanum scilicet genus, ut terra primum editum, post delicto arefactum, rursus terram restituit, cum ad pristi- nam innocentie puritatem redegit, eiq; cœlestia proferendi uirtutem cōmunicauit.

Homo in sta- tu innocentie poterat dici terra atq; ut terra, fructū ferre.

In statu pec- cati nullum fructū pote- rat proferre. Gen. 3.

In statu gra- tiæ factus est denuo ut ter- ra frugifera.

b. Christum aridum morte, hominem ex terra editum.

Christus leo ille, de quo Scriptura ait; Vicit leo de tribu Iuda, ut leo certè magnani- mus, humani generis redemptionē, tanquam opimā prædā summopere affectans, pedū, hoc est, diuinitatis uestigia, cauda humanitatis obtegebat, ut Dæmoni & Mundo suā oc- cultaret diuinitatem. Quapropter & indicia, monumentaque diuinitatis adeo con- sperfa sunt imbecillibus, & debilibus humanis euentibus, ut perdifficulter Deum ipsum Dæmon agnosceret. Hinc dum nascitur, si lux emicat in atra nocte, in præsepio ip- se reclinatur; si Angeli canunt, ipse plorat; si Magi procumbentes eum adorant, pro- fugus etiam in Aegyptum diuertit; si in baptisate Cœli referantur, perimit quo- que se peccatoris more baptizari; si miraculis coruscat eius doctrina, & egenus huc il- lucque uagatur; Angeli quidem in horto ipsum consolantur, at sanguinem sudat; Sol in eius morte obscuratur, saxa colliduntur, infernus tremens mortuos reddit uitæ, sed ipse cruciatibus angitur, siti laborat, Patrem inclamat; Deus Deus meus, ut quid dere- liquisti me? & obiit. Cæterum inter plura humanitatis suæ monumenta, quæ diuini- tatis immensam potentiam; tanquam uelo contegerunt, illud fuit præcipuum, quòd tradito spiritu, aridum factum est eius corpus, arida caro. Quapropter nuncupari ex eo poterit terra, uidelicet uerè homo, ut qui humanitatis arumnas & mortem præ- cipuè, omnium terribilium postremum subierit. Tunc enim uerè arida nuncupata est terra.

Apoc. 5.

Christus di- uinitatē suā Dæmoni ce- lauit.

Matth. 27.

Deiparam

Vocauit Deus aridam terram.

- a. Deiparam aridam ab omni voluptatis humore, vocauit terram.
 b. Ecclesiam discretam ab infidelibus vocauit terram, quod terenda esset.
 c. Cor seu carnem, seu corpus à concupiscentijs, voluptatibusq; arefactum, terram nuncupauit, quod fructum Deo reddere possint.

a. Deiparam aridam ab omni voluptatis humore,
 vocauit terram.

Deipara Virgo, misericordie fons, cum primum ab omni prorsus labe peccati arefacta est, mox terra nuncupari quinit. Ipsa (vt alia plura consimilia missa faciamus) terra est promissionis fluens lac, & mel; promissionis, eò quod vmbris, & figuris, nec non & vaticinijs, patribus, atq; maioribus suis sponsa esset. Terra fluens lac & mel. Animaduertas arcanum. Lac ex vberibus sucu elicitur, & ex efcis prodeuntibus à terra, à natura in ipsis mamillis coagmentatur. Ecce humanitas Christi ex Virgine desumpta: cum Virgo ipsa ex profapia Adè de terra plasmata, originem traheret. Mel ex rore super flores delapso compingitur. En Diuinitas Spiritus Sancti obumbratione in florem, in virgineum vterum rorata. Hec autem duo, lac videlicet humanitatis, & mel diuinitatis contulit nobis terra ista gratijs omnibus madida, cum nobis edidit Deum & hominem. Terra proferens botrum adeo vberem, Christum, ut uix duo exploratores, duo scilicet populi, Iudæus & Gentilis, uel duo testamenta, uetus & nouum, appensum baculo, id est, cruci ferre ualere. Terra promissionis, de qua dictum est; Terra nostra dedit fructum suum. Animaduertas, Nostra, perpendas, Suu: nostra profecto, quoniam ex homine genita est, sed fructum protulit suum, Christum uidelicet, adeo suum, quod homo nullam in ea genitura partem habuerit. Probè igitur uocauit aridam terram, Deiparam immaculatam, impollutam, intemeratam, terram producentem Christum, saluberrimum, ac preciosissimum fructum.

b. Ecclesiam discretam ab infidelibus vocauit terram,
 quod terenda esset.

B R V N O Carthusianus, vt in Allegorijs Tilmanni.

Et vocauit Deus aridam terram, congregationesque aquarum appellauit maria. Quare mutato nomine aridam Deus vocauit terram, nisi quia iam tunc sanctam Ecclesiam, que per terram designatur, flagellandam, contendendam, multisque modis affligendam significabat? Terra enim a terendo dicitur, quam & colendo, & calcando homines, & cuncta animalia terunt.

H V G O Carenfis in Postillis.

Et vocauit Deus aridam terram. Ecclesia arida facta ab humore noxia concupiscentie, rectè vocatur terra: quia tunc incipit teri; Oes qui pie uolunt uiuere in Christo Iesu, persecutione patientur. Ecce creauit fabri sustentem in igne prunas. Fabri sunt mali, qui tribulant modò bonos in igne tribulationis; è conuersò mali modò prosperantur. Ecce peccatores, & abundantes in seculo, obtinuerunt diuitias. De hoc admiratur Iob; Quare impij uiuunt, sublimati sunt, confortatiq; diuitijs? Postea determinat. Ducunt in bonis dies suos, & in puncto ad inferna descendunt. Hier. Congrega eos quasi gregem ad uictimam. Solet dici; Terra es, & in terram ibis; sed mortuus est terrenus Adam, & uenit celestis: unde nunc dicitur; Terra es, & in Cælum ibis. Vis audire hoc? Beati qui persecutionem patiuntur, &c.

Ecclesia hoc loco terre nomine insignita est, quo quid elegantius? Abraham egressus de terra sua, uenit in terram, quam ipsi demonstrauerat Deus, in qua positus, hæc à Deo audiit; Terram hanc dabo semini tuo; respondenteque ipso, Domine Deus, unde scire possum, quod possessurus sim eam? mirandum quid contigit. Dei namque mandatis obtemperans sacrificauit uaccam triennem, & capram trimam, arietem anno-

rum

rum trium, turturem quoque & columbam, & dum Sol occumberet, sopor irruit super eum, & horror magnus, & tenebrosus inuasit eum. Dictumq; est ad eum; Scito prænoscēs, quod peregrinum futurum sit semen tuum in terra non sua, & subijcient eos seruituti, & affligent quadringentis annis. Et cum Sol occubisset, facta est caligo tenebrosa, & apparuit clibanus fumans, & lampas ignis. In illo die pepigit Dominus sedus cum Abraham dicēs; Semini tuo dabo terram hanc. Abraham certè noster Christus est, qui Patris nutu egressus de Cælo descendit, terram Ecclesiam reperturus atq; comparaturus: & ecce dū uenerat dū illud sacrificium, seipsum uidelicet in cruce offerret annos natū trigintatres, occubuit Sol, & offusæ sunt tenebræ super uniuersam terram, ex quo semē suum futuram peregrinum prænouit; uidelicet immensis ærumnis fideles suos in nouissimis sæculis excrucianos intellexit. Et horror immensus, atque uehemens irruit super eum, adeo ut exclamaret; Deus Deus meus, ut quid dereliquisti me? & cum post Solis occasum apparuisset clibanus fumans, & lampas ignis tenebrosa in caligine, cum scilicet ipsius in morte apparuisset corpus eius ueluti clibanus dolorum igne tostus, & fumum, animam emittens, accepit ex federe terram primò fide firmatam. His peractis, Christus noster Ecclesiam comparauit; egressa est enim Ecclesia de eius cruento latere, tanquam Eua de Adæ costa. Hæc igitur terra fuit lac, & mel, lac doctrinæ, & mel consolationis, ut proficientes lacte alantur, & perfecti melle reficiantur. Hæc terra, ex qua fructus uberrimos retulerunt exploratores; merita scilicet opima. Terra, in qua cum Israëlitis habitant Chananæi, & septem populi, quod in ipsa extent electi & reprobi, iusti & iniusti, pii & impij, quemadmodum in arca aues mundæ & immundæ. Hæc terra pinguis, de qua Isaac, dum filio benedictionem largiretur; Det tibi Deus de rore Cæli, & de pinguedine terræ; pinguis est enim Christi vituli faginati meritis, super quam tantum rorescit Spiritus Sancti gratia. Terra, quæ est scabellum pedum Dei, quod in ipsa quiescat pes eius, uidelicet affectus eius. Terra, de qua Propheta; Fudasti terram in stabilitate sua, non inclinabitur in sæculum sæculi; quæ librata in centro, nempe in Christo (in ipso enim sunt omnia) non corruet, nisi in Cælum pergat. Terra proferens fructum ceterisimum, si agricolæ, seu prælati, eius culturam non negligant. Sed quid dicam? Solue calceamentum tuum, terra, in qua stas, sancta est. Calceamentum affectus est; calceamentum fomes est, calceamentum concupiscentia est, quam corrupta in Adam natura, inuiti etiam deferimus. Soluendum est igitur calceamentum istud vitæ austeritate, & mortificatione, quia terra, in qua stamus, sancta est; sancta enim Ecclesia; sancta, inquam, quia Christi sanguine abluta, & aspersa; Christus nãq; vitulus ille est, cuius sanguine septies aspergebatur templum. Quis igitur Christi sanguinem impiè calceamento sordido, atque foedato calcabit? Qui propinquam sibi iungere uxorem negligebat, ex legis præcepto calceamentum de pede suo soluebat. Qui igitur carnem sibi propinquam non est desponsaturus, soluat calceamentum, compeecat & comprimat affectum & concupiscentiam, ut sciant ceteri eum repudiare, ipsam atque negligere. Apud uetustos Gentiles Dea Opis in curru à leonibus uecto, manu extenta fingebatur. Hæc terra nostra est Ecclesia, cuius opes sunt æternæ, & immarcescibiles, quæ semper manum porrigit, ut nobis opituletur, & auxilietur. Eleganter autem & ipsi Ecclesie conuenit ethymologia terræ, ut prænarati Patres animaduertebant, dicta est nanque Ecclesia terra à terendo, quod terenda esset, calcanda, conterenda, ut Christo, quasi semine cælesti superiactò, vberes atque multiplices restitueret fruges. Quemadmodum uerò terra primum aratro scinditur; ita Ecclesia primitiua diuersis, ac præcipuè insignibus illis decem persecutionibus protrita, cumulatam certè segetem, numerosissimam scilicet fidelium aciem protulit. Apparuit enim arida, & nuncupata est terra, cum exijt is, qui seminat, ad irrigandam, & uenustandam eam, semenq; ipsi committendum. Seminatore Christus fuit, semen Euangelium, operarij Apostoli, messorum Doctores, boues impigri prælati; sed seminatore fuit alacris, Euangelium uiuidum, Apostoli prompti, messorum vigiles, & boues impigri, quorum ope germinauit Ecclesia benè comptas virtutum merito animas, ut eas albescentes, & puras in horrea Cæli Angeli euehant.

Cor

Allegoriè.

B. Virgo ut terra promissionis dedit lac humanitatis, & mel diuinitatis.

Psal. 84.

Psal. 84.

2 Thim. 3.
Iha. 54.
Psal. 71.
Iob 21.Hier. 12.
Matth. 5.

Gen. 15.

Abrahæ sacrificium Christi in cruce significat.

Math. 27.

Genes. 27.

Psal. 103.

Exod. 3.

Ruth. 4.

Terre ethymologia aptatur Ecclesie.

c. Cor, seu carnem, seu corpus à concupiscentijs, voluptatibusq; arefactum, terram nuncupavit, quod fructum Deo reddere possit.

ORIGENES Homilia prima in Genesim.

Et vocavit Deus aridam terram, & congregationes aquarum vocavit maria. Sicut ergo arida hæc segregata à se aqua, quemadmodum superius diximus, plera non mansit arida, sed iam terra nominatur: hoc modo etiã nostra corpora, si hæc ab eis segregatio fiat, iam non permancbunt arida, sed terra appellabuntur, ex eo quod fructum Deo iam reddere poterunt. Quoniam quidem in initio Deus Cælum fecit & terram: postea verò fecit firmamentum & aridam. Et firmamentum quidem vocavit Cælum, donans ei eius Cæli, quod antea creauerat, nomen: Aridam verò appellavit terram, pro eo quod ei facultatem ferendorum fructuum largiretur. Si quis ergo sua culpa aridus adhuc manet, & fructum nullum affert, sed spinas & tribulos, velut ignis ejcas gerens: secundum ea quæ ex se protulit, etiam ipse esca ignis efficitur. Si verò studio & diligentia sua, separatis ex se aquis abyssis, qui sunt Dæmonum sensus, exhibuit se terram fructiferam, debet sperare similia, quod ipse introducat à Deo in terram fluentem lac & mel. Videamus autem ex consequentibus, qui sunt fructus, quos producere Deus iubet terram ipsam, cum ipse hoc non indulsit.

Et Homilia vigesima septima in Numerorum librum.

Terra nomen in Scripturis diuinis positum diuersis significationibus inuenimus; & primo quidem terra hæc, in qua habitamus, non ex initio terra vocitata est, sed arida: & post hæc que prius dicta fuerat arida, terræ nomē accepit: sicut & Cælū istud visibile, non ab initio Cælū dictū est, sed prius firmamentum, post etiam Cæli vocabulo nuncupatum est. In principio tamen creaturæ Cælum & terram fecisse dicitur Deus, & postea aridam, & postea firmamentum. Vis autem scire, quia aliud sit in Scripturis arida, aliud terra? Audi Aggæum Prophetam dicentem, Adhuc semel, & ego mouebo Cælum, & terram, & mare, & aridam: Vides quomodo Prophetam aliud ponit terram, & aliud aridam. Sed & in multis Scripturæ locis inuenimus terram laudabilem nominari: aridam verò non facile legimus laudabilem poni. Nam & Adam in hunc locum quasi culpabilis post peccatū detruditur, qui arida nominatus est. Antea enim non fuit in arida, sed in terra. Paradisus namq; non est in arida, sed in terra. Sed & mansuetus, quod repromittit Dominus in Euangelio, non est arida, sed terra. Beati enim inquit, mansueti, quoniam ipsi hereditabunt terram. Et iterum in Euangelio, semen quod dat fructum centesimū, sexagesimū, & tricesimū, terra dicitur esse non arida. Et puto quia profectus quidā sit ab arida, ad terrā veniendi, sicut & profectus quidam fuit, ut hæc arida, terra vocaretur. Omnes enim nos donec infructuosi sumus, & nullum iustitiæ fructum, nullum pudicitie, nullum pietatis afferimus, arida sumus. Si autem nosmetipsos ceperimus excolere, & ad virtutum frugem desiderios animos suscitare, terra efficitur ex arida, quæ verbi Dei suscepto semine, læta fruge multiplicet.

Agg. 2.

Matth. 5. Marc. 4.

Genes. 2.

Cor tanquã terra. datum homini vt operetur in eo & custodiat ipsum.

Genes. 3.

Cordis terra quomodo colenda.

Cor nostrum, seu caro, terra ipsa est nobis à Deo credita, vt in ipsa agricole vigilis muneribus fungeremur. Sicut autem duplicē conditionem, seu affectionem sortita est terra, alteram in paradiso, alteram extra: ita cor, seu caro nostra duplicem sortemur, & statum experta est, alterum in aureo illo innocentia flore, alterum in noxa peperata. In eo quidē innocentia felici statu, paradisu, seu hortu erat cor redolentibus floribus virtutum affluens, & optimarum frugum, meritorum scilicet vbertate refertum. De ipso eor de ita scriptum est, Tulit ergo Dominus Deus hominem, & posuit eum in paradiso voluptatis, vt operaretur, & custodiret illum. Duo profectò præscripta sunt Adæ munera, & officia, primum, vt operaretur terram, id est, cor, vt nimirum cooperaretur gratia Dei largè effuseq; tunc condonate, solo voluntatis assensu, deinde custodiret ipsum à Dæmonum bestiarum immanium ingressu, nempe à tentationum aculeis. Verum cum Adam custodis partes malè egisset, pulsus in Mūdū, in exiliūq; actus, terra cordis seu carnis ipsi & nobis reddita est terra maledictionis. Quapropter meminisse nos oportet sententia, in ipsum, & in nos prolatę, Maledicta terra in opere tuo, spinas & tribulos germinabit tibi. In sudore vultus tui vesceris pane tuo: commemorasse, inquam, debemus, in sudore vultus nostri panē nostrum nobis fore vescendum: In sudore proinde animæ, quæ vultus est Dei in nobis, cordis cultura incumbendum nobis est, ipsumque more terre est attritione scindendū, contritione fodiendū, lectione sanctis præceptis seminadum, gratia cælesti, tanquã pluuia irrigandum, diligentia ab auibus, malis tentationibus custodiendum, meditatione fouendum, vt fructum afferat nobis centesimum in vitam æternam: Quinimmo regio more ipsum ut hortus insignis & conclusus prorsus reddendum est, quam obrem uallandum est spinis, austeritate uitæ, ne bestia immanes, appetitus uidelicet belluini ipsam conculent; dirigendi in ipso calles uirtutum, separanda partes

Congregationes aquarum vocavit maria.

- a. Quod vocat primò congregationem vnã, nunc dicit congregationes, quoniam plures Ecclesia in vna Ecclesia.
b. Hoc est, humanitatem nostram vitijs obrutam, vocavit mare amaritudine infidelitatis, & criminum confersum.

Allegoricè.

partes eius, uitæ nempe instituta; inferendæ plantæ peregrinæ, cœlestes scilicet uirtutes; amputandi sunt sæpe sapius mali affectus pullulantes; irrigandum sanctorum sacramentorum frequentia, in hyemæ contegendum, in tribulationibus Dei refugij spe munendum, referandum rarò, quod rarò ad terrenarum rerum sollicitudinem sit demittendum. Tunc erit hortus conclusus, quem rex Salomon pro delicijs assumet.

PAVLINVS Nolanus Epistola ad Aprum, & Amanum, quæ est uigesima octaua, huiusce mysticæ agriculturæ partes his nobis accuratiùs prodit.

Igitur cum in agro es, & rus tuum spectas, te quoque ipsum Christi agrum esse cogita, & in te, sicut in agrum tuum respice, qualem agri tui speciem fieri à villico tuo postulas, talem Deo Domino cordis tui redde culturã, & intellige quicquid in agro tuo tibi displiceat aut placeat, idem in anima tua placere Christo, aut displicere. Si vasta peccatis, quasi dumis fordeat, neque Prophetis, aut Apostolicis nubibus compluatur, in aridam solitudinem gratia deserente damnabitur. Si verò sui diligens, orationibus crebris semet excolat, & sacris literis opimetur, & intimum cordi aratrum crucis imprimat, & rostro diuini timoris spinas suas eruat, ignitoque Dei verbo vratur in culpis, luminetur in sensibus, tunc necesse est vt spatium in tuo corde patrem familias, & omnes animæ tuæ regiones peragrarè delectet, & pro te in suo adgaudens tibi dicit, si diligens tui cultor appareas; Euge serue bone, intra in gaudium Domini tui, quia fidelis fuisti in paucis, super multa te constituam.

Matth. 25.

u. Quod vocat primò congregationem vnã, nunc dicit congregationes, quoniam plures Ecclesia in vna Ecclesia.

ANASTASIVS Synaita Commentariorum in Hexameron libro primo.

Et congregationes aquarum vocavit maria. Quid mihi ad hæc dicitis à Hebræe? Nam quod attinet ad historiam, contra factum est, quam iussit Deus. Primum quidem erat vna congregatio, vnun mare, vnun pelagus, vnun profundum, vna aqua, simul tota aqua quæ erat sub Cælis, indiuidua, vnita, infecabilis. Quando autem dixit Deus; Congregetur aqua in congregationem vnã, diuisa magis fuit aqua quæ erat sub Cælo, in multas aquas, tanquam si iam dixisset; Multæ sint congeries, multæ congregationes, multa maria, sicut testatur ipsa dictio Scripturæ, quæ sic habet; Congregata fuit aqua, quæ est sub Cælo, in suas congregationes. Dicit itaque; Et vocavit Deus terram aridam, & congregationes aquarum vocavit maria. Agè ergo rursus literæ velum, & operculum aperientes, spiritualia spiritualibus intelligamus eloquia spiritus, dicentes; Vna, & indiuidua aqua congregatio recta, & in quam non cadit reprehensio, & Ecclesie catholice in Deum pietas ac religio. Aquæ autem congregationes, sunt Ecclesie, quæ sunt in loco regionum Gentium, quomodo docet Paulus dicens; Dei Ecclesie: Ecclesie Corinthi. Ecce alia congregatio Ecclesie Thesalonicensium. Ecce alia congregatio Gentium. Quomodo enim vnun est regnū Cælorum, habet autē multas mansiones, vt dicit Christus: ita etiã est vna communis Christi Ecclesia. Sunt etiã singulares Ecclesie, mūdi recte fidei.

Patres, vt conspicerè quisque poterit in ipsa Literali Glossa, ad expugnandam illam calumniã Moyssi illatã, qua scilicet de causa, cum primò dixisset cōgregatas fuisse aquas in locum unum, postremò adijciat; Congregationes aquarū appellauit maria, triplici responsione vsi sunt: Prima est, quod quanquã aquæ pluribus contractę sint locis, vno attamē loco, nēpe seorsum à terra, coactæ perhibeantur. Respondent secundò, locū vnū ipsum fuisse Oceanū, in quo quasi per antonomasiã, ob eius vastitatē, aquas coactas fuisse, assenerandū est. Tandē, quod quauis aquæ pluribus antris, specubusq; hinc inde concludatur, per venas attamē subterraneas, scaturiginesq; internas simul connectantur. Quæ profectò omnia & de Ecclesia sancta (vt eius vnitatē astruamus) assenerare possumus. Primum enim, quanquã plures sint Ecclesie, diuersis Mūdi plagis diffusæ, vna attamen Christi est Ecclesia catholica, & apostolica, seorsum à terra, nimirum ab infidelium

Aquarū quomodo & plures congregationes & vna congregatio dicantur.

Ecclesia vna & plures.

fectis disincta, cum ipsis omnibus Ecclesijs, vt ab infidelium factionibus segregentur, æquæ sit vnum caput Christus, vnum lumen, quo illustrantur, fides; vna virtus, qua cœlestia anhelant, spes; vnus amor, quo exardescunt, charitas; vnus fons, in quo abluuntur, baptisma; vna piscina, in qua à fordibus criminum absterguntur, sancta pœnitentia; vna cœlestis esca, qua aluntur, Eucharistia; vna doctrina, qua erudiuntur, Euangelium; vna superna regia, ad quam aspirant, beatitudo cœlestis. Plures igitur Ecclesię, sed vna Ecclesia, quia vna Ecclesię ratio. Dein vna est & congregatio aquarum, Oceanus, nempe Ecclesia Romana, quanquam plures sedes aquarum, pluresq; Ecclesię; Romana etenim Ecclesia excellentia, & amplitudine potestatis cæteris præstantior, eminētiōrque est, & sublimior, adeo vt ipsa cæteras complectatur, quia mater Ecclesiarum sedes Petri, de qua Christus; Tu es Petrus, & super hanc petram edificabo Ecclesiam meam. Tandem, quemadmodum aquæ ipsæ certatim ad Oceanum fluentes, & resuēntes, vno in loco confidere perhibentur: ita Ecclesię, cum omnes auctoritatem à sede Romana manantem, & prouenientem capiant, & ad ipsam, ad quam dogmatum & rerum spiritualium delectus pertinet, iure & meritō redeant, lepidè & scitè cunctæ simul vna Ecclesia nuncupari possunt.

Math. 16.

b. Hoc est, humanitatem nostram vocauit mare amaritudine infidelitatis, & criminum conspersum.

A N A S T A S I V S Synaita Commentariorum in Hexameron libro primo.

Vnde stans in presentia in aquarum tractatione, & obstupescens, nec malas quidem, ac metallicas, amarasq; & abhorrendas aquas, quæ vel ad saporem accedunt bituminis, vel aris, vel alicuius metalli, ad quod non est sensui accessus, credo factas esse extra Dei mysterium: sed credo eas spectare ad profundum aliquod exemplum, & nos docere, quòd totam quidem aquam, nempe genus humanum, Deus in principio vnam bonam aquam fecit, vnius nature, vnius operationis, vnius potestatis, similem & indiuiduam: sed quæ est in aère operatio, terræq; diuersa temperatura & qualitas, vel saluginem redolens, vel æruginem, vel aliquem alium insuauem ex metallis odorem, aquam mutat ad suam proprietatem: Ita morum quæ est in locis diuersitas, genus humanum quod est vnum, in multas secuit diuisiones. Mihi autem intellige aquam à Deo creatam, catholicam fidem veritatis, quam Deus fecit ab initio. Male autem rursus sunt aquæ, impurarum hæresum disciplina, quas ær, hoc est, malus princeps aëris Diabolus, & amaricans, seu ad bituminis odorem accedens cor terrigenarum hominum, quod sapit terrestria, genuit, & conuertit, & ex bona malam fecit, fidem alterauit. Quod quidem factum est etiam in aquis maris. Deus enim ab initio ipsum fecit aquam dulcem: mutata est autem tempore, ab aère & elementis effectum salsum diuina permissione, præfigurans, ac prius describens humani maris mutationem, quod ex virtute est conuersum in salsum vitium, quod Christus mutauit in melius per mare baptismatis.

Homo in statu innocentie ut aqua dulcis propter iusticiam iustitiam.

Homo per peccatum mare amarum efficitur.

Homo per Christum iustitiam recuperat.

Prosequentes hanc Anastasij egregiam allegoriam, hominem ipsum in triplici statu collocatum possumus contemplari, quod superius faciebamus; In statu augusto illo innocentie, humana stirps velut dulcis extitit aqua, quemadmodum & mare dulce manasse, Patres nostri conspiranti consensione asseuerant; dulcis, inquam, & perspicua; dulcis, quia iustitie suauitate redolebat; clara, quoniam insularum scientiarum splendore, naturalis nempe & infuse, vt aiunt, mirificè clarebat, quibus humanum genus, tanquam uernantibus gemmis emicabat. Sed cum primum in Adam delicti labe polluta est profapia humana, mare effecta est, iniquitatum amaritudine refertum. Quemadmodum siquidem mare vaporibus crassis ex imo fundo Solis flagrantia sublati, ac per eius sinum vastissimum dispersis, amarescit: ita genus humanum concupiscentia ex carne prodeunte, & animæ facultates inficiente, fetidum amarumque est redditum. Sed quid? non dulcescunt aquæ, fetidamque consersionem non amittunt, nisi per terræ fabulosæ meatus transeant, indeque scaturiant: ita non expurgari poterat humanitas, nisi per terram humanitatis sanctissimæ, & sacratissimæ Christi permearet. Quapropter cum uenit Christus in Mundum, eius humanitatis ope aqua humanitatis nostræ dulcis iterum, clara, immò suauior, & nitidior euasit. Ex quibus id eliciemus, & si humanitatē labe culpe pollutā, & fordida cōsiderabimus, ipsā mare appellare nō erit indecēs. Huius rei afferam

Congregationes aquarum uocauit maria.

- a. Hoc est, Scripturas mare appellandas edocuit.
- b. Mundum tot nationibus repletum, rectè mare appellauit.
- c. Secte infidelium, & hreticorum, maria nuncupantur.
- d. Congregationes cogitationum in mente, ipsam mentem, quasi vt mare efficiunt.

Allegoricè.

Moraliter.

ferā exemplū accōmodatissimū. Iordanis flumē celebre Palestinæ, typus est elegans humanæ nostræ miserandæ naturæ. Animaduertas queso, cetera flumina vnū fontē, vnam scaturiginem noscunt, Iordanis duas. Quid hoc nobis suppeditat? En mysterium. Cætera animantia vnam duntaxat fortiuntur originem, terram ipsam, seu corpulentā quādam massam, quoniā ex eius potentia (vt aiunt in Scholis) emergit anima ipsorum sensilis. Verūm humana natura cæteris præcellentior, ex duobus fontibus orta est, ex carne purissima è terra compacta, & anima conspicua è Cœlo effusa: hæc duo nanque in vnū conuenientia, hominem efficiunt: Sed heu, Iordanis fluuius in lacum teterrimum Asphaltidem præceps ruit; humanitas nostra in Asphaltidem lacū originalis errati prolapsa, sulphureis uenis exardescens concupiscentiæ conspersa, nil nisi bitumen criminum proferre valet, fructibus hincinde acidis, atq; putrescentibus onusta. Dulcescunt attamen aquæ maris, cum per internas terræ latebras, & venas pertranseūt: Dulcis redita est, atque perspicua aqua humanitatis nostræ, cum per Christi humanitatem purissimam, atque sanctissimam est transgressa; Deus enim homo factus est, ut in sua sancta humanitate, nostram sanctificaret, & nostram suæ copulatam, ad Cælum eueheret.

a. Hoc est, Scripturas mare appellandas edocuit.

A M B R O S I V S quamuis hoc in loco appellatione marium Scripturæ sacram intelligendam esse non edoceat; ipsam attamen mari esse comparandam, accuratè edidit Epistolæ libro septimo, Epistola quadragesima quarta.

Mare est Scriptura diuina, habens in se sensus profundos, altitudinem prophetarum enigmatum, in quod mare plura introierunt flumina. Sunt ergo & flumines dulces atque perspicui, sunt & fontes nuci, qui saliant in vitam æternam, sunt & sermones boni, sicut & faui mellis, & gratæ sententiæ, quæ animos audientium spirituali quodam potu irrigent, & præceptorum moralium suauitate mulceant. Diuersa igitur diuinarum Scripturarum fluentia.

B R V N O loco præcitato.

Aquarum verò congregationes, maria dixit: quoniam etsi audire & intelligere sacras Scripturas dulce sit, & suauis; facere tamen quod iubent, asperum est, & amarum. Mare enim ab amaritudine nomen accepit.

Scriptura sacra mare profectò est (ut recitati Patres explicarunt) duabus de causis; tum quia profundos habet alueos, profunda scilicet prophetica ænigmata, sensusq; latentēs & abditos, quasi gemmas in profundis gurgitibus consēpultas: tum etiam, quòd amarescat, cum nos ad ea faciendā prouocet, quæ carni, & sensui admodum aspera videntur, atque amara. Sed uerò id nobis vnum animaduertendum superest, mare istud mare esse Genesareth, Tiberiadisvè, indeq; tria elicienda nobis sunt documenta. Primò, quòd non permeandum, nauigandumque sit hoc mare, nisi nauicula Petri, recta à nauclero Petro, in Ecclesia sancta catholica, & apostolica, cuius moderator est Petrus, & eius successores Pontifices. Qui igitur alia naui, quàm hac trajcere hoc mare præsumunt & audent, ueluti heretici, facillimè naufragantur. Deinde neq; piscandū in eo, nisi Petri rete, indagandi scilicet sensus Scripturarum non sunt, nisi contemplatione pia, & fide Petri, nimirum Romanæ Ecclesiæ, munita. Tandem, & illud nō obliuione conterendum, quod edocuit Christus Apostolos, cum dixit; Mittite in dexterā nauigij rete, & inuenietis. Quibus erudimur, quòd laborantes nihil capiūt, quā ad sinistra retia iaciunt; videlicet q̄ sensus tantum literales, & ad res terrenas spectantes hauriunt, quemadmodum Hebræi. Ad dexterā autem cū Apostolis plures pisces capiunt, qui sensus mysticos ad res cœlestes indagandas aptissimos exquirunt, atque eliciunt.

Scriptura sacra mare est.

Scriptura sacra non inter pretanda nisi secundum fidem Ecclesiæ Romanæ. Ioan. 21.

b. *Idest, Mundum tot nationibus repletum, recte mare appellauit.*

THEOPHILVS Antiochenus libro secundo.

Ceterum Mundus, si rem recte reputare volumus, comparatur verissima ratione mari. Quemadmodum mare, ni subinde sentiret, & experiretur fontium fluminumque secundum influxum, & alimentum caperet ex salugine sua usque dulcibus aquis diluta, iam dudum intercidisset. Sic & Mundus, ni haberet legem, & Prophetas, manentes, & subinde scaturientes dulcedinem, misericordiam, iustitiam, & doctrinam sanctorum Dei praeceptorum, propter peccatum & malitiam, quae duo in eo potenter & copiose regnant, certe iam dudum interisset. Quemadmodum in mari insulae quaedam prominent habitabiles, frugiferae, & quibus est aqua salubris: nec non naualia, & portus commodi, quo se naufragi recipient: Sic Deus dedit Mundo, qui peccatorum tempestatibus, & naufragijs iactatur, synagogas, quas Ecclesias nominamus, in quibus veritatis doctrina feruet, ad quas confluunt veritatis studiosi omnes, quotquot saluari, Deique iudicium & iram emicare uolunt. Vt verò & alię sunt insulae saxosae, aqua potabili vacuae, steriles, efferatae, & inhabitabiles, quaeque plurimum damni tum nauiganibus, cum naufragis afferunt; in his etiam naues atteruntur, & quotquot ad eas appellant, extrema pericula subeunt: Ita sunt doctrinae erroris, dico autem haereses, quae suos sectatores perdunt. Non enim à veritate praecia ducuntur, verum quemadmodum pyratae, ubi impleuerunt suas naues, penetrant ad praedicta loca, ut exitium apponent: Sic accidit his, qui relicta veritate in haereses abeunt, à quibus tandem perduntur.

Innumera propè sunt Scripturarum sacrarum loca, quibus Mundum mari comparandum esse erudimur: sed praecipuum, clarissimumque hunc censeo; scribitur namque; Congregationes aquarum appellauit maria; congregationes scilicet gentium, diuersas plagas, quanquam diffusas, & remotas colentium, nuncupandae sunt vnus idemque vastissimus Oceanus. Quamuis igitur de hoc mari plura afferre possem, sufficiat attamen declarare, & notificare; quoniam euentu in medio congregationis aquarum, nempe Gentium apparuerit terra, & consistat, exurrexerit inquam, & immota persistat Ecclesia. Mundus mare est, ut insula in medio mari erecta est Ecclesia. Hoc mare illud est magnum, & imensum, in quo apud Danielē pugnant semper quatuor uenti Caeli, a quatuor nimirum cardinibus Caeli irruere efferatę regnandi, & bella gerendi cupiditates, & ascendere quatuor bestię grandes, aspectu terrificae, & truces. Leona regnum Assyriorum, ursus Medorum & Persarum, pardus Graecorum, & quarta terribilis, & innominata, dentes gestans ferreos, Romanorum. Exiliere uidelicet hę truces bestię, ut cuncta protulerent, deuastarent, conculcarentque; tum diuina, tum humana. Mundus igitur mare magnum, in quo extumuit terra, sancta Ecclesia, dum magis ipsum feruere fecerit, ac postrema illa bestia trux, & immanis, Romanum, scilicet augustum imperium cuncta contereret, & Mundo subiugato uniuersa moderaretur. Sed quoniam felici euentu apparuit hæc terra? In medio pelagi non emergunt insulae, nisi uehementi terrę motu: terrę motus autem non quassat, nisi flatu arido, atque efficaci agitetur terra. Ecce uentus, factus est repente de Caelo sonus, tanquam aduenientis spiritus uehementis: Ventus igitur fuit Spiritus Sanctus. Ecce terrę motus, commotio Iudaismi, & Gentilitatis ad primam Euangelij prædicationem. Attendas mysterium. Moriente Christo in cruce, terrę motus factus est magnus, quoniam tunc extumescerebat terra, nascebatur, inquam, exurgebatque ex eius latere Ecclesia sancta. In mari igitur ita procelloso, & iactato prominet habitabilis, frugifera, & decora insula, Ecclesia sancta, ut qui tempestatibus, & naufragijs delictorum iactaretur, tutum haberent portum. Sed sapius hoc mare uentis iactatum, procellas tumefcentes in hanc insulam commouit; Mundus scilicet atroces atque immanes persecutiones in Ecclesiam inuexit. Sed ipsa, ut inconcussa, quia immobilis fide, tumentes, insanosque fluctus adeo retudit, ut illi in seipsum reflexi & stridentes, spumam tantum emittant, inanes uidelicet Mundi conatus adeo refrangit, ut sua confusione dilacerati strideant, & spumam sacrilegarum blasphemiarum, ac superbię animi eruant.

c. *Hoc est, sectae infidelium, & haeticorum, maria nuncupantur.*

Merito haeticorum, Mahumetanorum, seu quarumcumque sectarum prophana-
rum

Mundus mare est.

Daniel. 7.

Ecclesia in Mundo ut insula in mari. Act. 2.

rum colluuiem, mare nuncupari decet, quod sententiarum suarum instabilitate fluctuent, à diuersisque uentis doctrinarum ferantur; & quod mores foedissimos, tanquam monstruosa piscium genera ferant; quod sua concupiscentia, quasi sulphure referta, carnis libertate amarescant; quod amplissimae sint infidelium plagae, uti mare. Hoc mare est, de quo scribitur; Mare magnum & spaciosum, illic reptilia quorum non est numerus; vastissimis enim in prouincijs dilatatur nunc infidelitas, adeo ut Ecclesia paucis plagis uix coangustetur. Ceterum & Ecclesia nostra sancta mare est; sed mare Tiberiadis; super hoc mare ambulat Christus suis gratijs, in hoc nauigat Petri nauicula, Petri auctoritas; in hoc tantum Petrus, dum titubat saluatur, fidelis scilicet si quandoque; in innocentia nutat, à Christo solidatur. In hoc mare uenti obediunt Christo. In hoc fit ingens captura piscium, qui reducuntur ad littus, & ex quibus boni saluantur. In hoc ex pisce capto elicitur nummus, anima inquam iustificata, & iustitia decorata, quae Deo rependitur quasi tributum pro Christo, & Petro.

d. *Hoc est, congregationes cogitationum in mente, ipsam mentem, quasi ut mare efficiunt.*

GREGORIVS Magnus Expositione in Iob libro duodecimo, capite quarto.

Mare mens hominis, & quasi fluctus maris sunt cogitationes mentis, quae aliquando per iram tumescunt, per gratiam tranquille fiunt, per odium cum amaritudine defluunt. Sed cum homo moritur, aqua maris recedunt, quia iuxta Psalmistę uocem; In illa die peribunt omnes cogitationes eorum.

Egregia, & decora est hæc Gregorij Magni allegoria, cui id unum nos adijcere possumus; triplicem scilicet fieri in mari motionem; aliam naturalem fluxum, ut aiunt, & refluxum, cum sedatum est, atque placidum, nullaque uentorum procella iactatum: & hic status mentis est, cum mens tantum Deum, & celestia cogitat, & contemplatur. Tunc siquidem, quasi serenitate gratiae aia clarescit, & mens placida est, quoniam placidis cogitationibus agitur, tumque de cogitatione in cogitationem transit, quasi fluxu, & refluxu, quod in eam consistere, uti vaga, & labilis nequeat, caruleaque celesti colore micans apparet. Aliam motionem habet mare, cum procellarum uentis colliditur; hic autem status est animae, cum tentationibus diuersis, atque aduersis petitur, tumque & cogitatione, quasi uentis mens confringitur, & saepe tumescit ira, stridet iurgijs, spumat superbia, amarescit odio, colliditur inconstantia, & res foetentes emittit, crimina scilicet, scelera, & flagitia, deiectioneque animo prudentia, quae nauclerus erat, nauis, ipsa nempe anima vel naufragio mergitur, vel in scopulos, in res scilicet aduersas, conculsa perfringitur. Suscipit & aliam motionem in mare, cum non exteri uenti, sed interna exhalatio, ab imo scilicet aquarum fundo ipsum commouet. Hic status est mentis, cum carnis blanditijs, seu reluctationibus premitur, ac veluti bellum internum maximum inter carnem, & spiritum excitatur, de quo alia. Studeat igitur homo, ut mare mentis ferat pacatum, & sedatum, tentationes, quasi externos uentos retundere, scopulumque, seu montis iuga, nempe Christum interijcere, & carnis commotiones comprimere, adeo ut si ipsa concupiscentijs mentem allicere querit, eam coerceat; sin autem reluctari audet, eam stimulis impellat. Quae quidem facile consequetur, si mortificatione, & maceratione eam compefcere elaborabit.

a. *Cor uoluptatibus, seu delectationibus, delicijsque fluidum effectum, mare est appellandum.*

GREGORIVS Magnus Expositione in Iob libro octauo, capite undecimo.

Quid uero appellatione maris, nisi corda carnalium tumidis cogitationibus fluctuosa: quid autem ceti nomine, nisi antiquus hostis exprimitur? Qui dum mentes secularium possidendo penetrat, quasi in eorum lubrica cogitatione natat. Sed cetus carcere constringitur, quia malignus spiritus in inferioribus deiectus, ne ad caelestia enolare proualeat, pane suę pondere coartatur: Petro attestante, qui ait; Deus Angelis peccantibus non pepercit.

Psal. 103.

Ecclesia mare est Tiberiadis.

Lucas 8. Matth. 13. Matth. 17.

Psal. 145.

Mentis status triplex similis triplici maris motioni.

2. Pet. 2.

Congregationes aquarum appellauit mare.

Moraliter.

Tropologicè

a. Cor voluptatibus, seu delectationibus, deliciisque fluidum effectum, mare est appellandum.

b. Aspera præcepta, mare amarum nuncupari queunt.

peperit; sed rudentibus inferni detractos in tartarum tradidit in iudicio cruciandos reseruari. Cetus carcere constringitur, quia tentare bonos, quantum desiderat, prohibetur. Carcere quoque mare circumdatur, quia carnalium mentium tumida, insanaque desideria ad peragenda mala, que appetunt, impossibilitatis suis angustis grauantur. Sæpe enim dominari melioribus concupiscunt, sed tamen eis, diuino iudicio cuncta mirabiliter disponente, subtrati sunt. Nocere bonis elati desiderant, & tamen subiecti ab eis solatia sperant. Pro explendis voluptatibus carnis longeuitatem uitæ presentis cupiunt, sed tamen ab ea sub celeritate rapiuntur. De quibus bene per Psalmistam dicitur; Statuit aquas quasi in vtre. Aquæ quippe in vtre sunt, cum lubrica eorum desideria, quia operis effectum non inueniunt, sub carnali corde deprimentur. Cetus ergo, ac mare circumdatione premitur carceris, quia vel malignus spiritus, vel sequaces illius, in quorum se mentibus colligunt, atque in eis vndas tumentium cogitationum voluit, vt implere mala, que appetunt, nequeant, superna eorum districtio angustat.

Psal. 77.

H V G O Carenis in Postillis.

Congregationesque aquarum appellauit maria: id est, delectationes temporales, quia in amaritudinem terminantur, quamuis secularibus dulces videantur; Impij quasi mare feruens, quod quiescere non potest, & redundant fluctus eius in conculcationem, & lutum. Item aquæ inferiores sunt carnalia desideria, que debent congregari in vnum locum, id est, in mente ad dolendum; Congregans quasi in vtre aquas maria. Quod in vtre reponitur, ad aliquem usum seruat, Recogitabo tibi, &c. Mali congregant aquas istas in vtre suo, id est, in corde ad delectandum, & opere, & cogitatione; Stultitia colligata est in corde pueri: sed virga discipline fugabit eam; Colligata est iniquitas Ephraim, absconditum est peccatum eius, &c. Appareat arida. Sublatis aquis appareat arida: sic sublatis peccatis, appareat Deo facies mentis nostræ; Ostende mihi faciem tuam. Congregationes aquarum appellauit maria: id est, delicias temporales; Extrema gaudij luctus occupat. Item diuitia dicuntur mare, quia plena sunt amaritudine; Cum labore acquiruntur, cum timore possidentur, cum dolore amittuntur; Ad iracundiam me prouocauit Ephraim in amaritudinibus suis.

Esa. 57.

Psal. 32.

Esa. 38.

Prouerb. 22.

Olea. 13.

Cantic. 2.

Prouerb. 14.

Gregor.

Olea. 12.

Cor impij vt mare.

Exod. 14.

Cor impiorum antrum certè est amplissimum, in quo reconduntur aquæ voluptatum, delectationum, illecebrarum, deliciarum, cogitationum, & cupiditatum terrenarum, & carnalium. In cor igitur aquæ hæc omnes defluunt, & ab ipso concluduntur, atque exinde cor impij bene mare nuncupari potest. Mare vndas gestat fluentes & refluentes: & improbi cor abeuntes cupiditates & redeuntes. Mare crebris Lunæ mutationibus subditur, & cor rerum vicissitudinibus premitur. Mare sulphureis inficitur venis: & cor flagrantibus concupiscentijs. Mare furentibus iactatur ventis: & cor tumescitibus agitur passionibus. Mare plurima continet monstra: & cor innumeras, easque efferatas affectiones. In mari facillimè proliferant pisces, quod humidum sit ad generationes propensum: & in corde facillimè exundant vitia, quod propensa sit caro nostra ad malum. E mari hauriuntur uberrimæ exhalationes, quæ ærem obruunt: & ex corde exeunt passionibus, quæ mentem obnubilant. Tumet sapius mare, exandescit sapius cor improbi. Hoc vnum animaduertam. Ad virgam Moysis mare Rubrum dissectum est, hincinde vndis, quasi muro, consistentibus, quousque Israël ipsum traiceret. Vtinam ad Christi iussione, & vocationem, consistent vndique voluptates hæc, vt Christus, & iustitia per ipsam iter habere possint. Iordanis ingrediente arca Dei stetit, & aquæ inferiores euauere; superiores verò in montis celsitudinem se extulere. Vtinam, & ingrediente arca in cor iniustorum, gratia nimirum præeunte, præterita consistant ex sancto proposito crimina, atque delicta, ne amplius defluant, sed futura sanctorum constantia penitus euanescent, efficiaturque mare hoc falsum, mare Tiberiadis, dulcium aquarum sedes, super quod Christus incedere non deditur.

Aspera

Vidit Deus quòd esset bonum.

Tropologicè

a. Igitur mare bonum est, cum Deus ipsum commendat.

b. Igitur & Orbis terrarum, quamuis montibus & syluis refertus, bonus est.

b. Aspera præcepta mare amarum nuncupari queunt.

P E T R V S Riga libro Aurora nuncupato.

Aspera præcepta meritò mare signat amarum,

Flumina dulcis aquæ dulcia iussa notant:

Aspera sunt, grauiter tormenta minando malignis,

Dulcia spondendo præmia leta bonis.

Graua profectò præcepta, quæ vel sui natura aspera sunt, vel pœnarum graue pondus secum ferunt, mare amarum, seu aquæ amaræ his maximè, qui in carnis illecebris, tanquam pisces in aquis dulcibus lasciuunt, videntur. Sed quid proinde agendum? Cum Israëlita in Marath profecti, aquas amaritudine vehementer asperfas comperissent, maximaque siti incensi, vociferari cepissent: Amaræ nimis sunt aquæ istæ ad bibendum, iniecto protinus à Mosè in illas ligno, in dulcedinem eas versas nouimus. Quid verò lignum istud censebitur, nisi Dei timor? Profectò qui timore Dei afficiuntur, nullum erit eis asperum diuinum præceptum; Lignum quoque hoc erit Crucis Christi consideratio: Neque etenim hac contemplatione munitis graue vnquam videtur, omnia quamuis aspera pro eo perferre, qui tanta pro nobis in cruce perpeti non recusauit.

Exod. 15.

a. Igitur mare bonum est, cum Deus ipsum commendat.

Vbi sunt, qui Dei opificis prouidentiam carpunt, atque reprehendunt, quia paludes, lacus, & maria, incommoda iuxta eorum sententiam, & inutilia diffuderit ampliori certè immensitate, quam terram ipsam, quique hæc non summa prouidentia, & diuinæ bonitatis monumenta nouere? Contempleris, precor, quomodo & maria non tollant Mundo decorem, homini commoditatem. Quid Orbem terrarum sua varietate admodum venustat, & exornat, vt maris amplitudo, lacuum amenitas, fontium decor, fluminum vbertas, stagnorum utilitas? Quid complectitur, & alit innumera animantium aquaticorum genera ad Mundi integritatem, & hominis delectationem spectantia? Mare. Quis fons est perennis, ex quo Sol irrequietis ignibus eliciat, reparatque quotidie ærem, qui suggerit animantibus spiritum, recreat cordis æstuantem calorem? Mare. Quis fons est etiam perennis, ex quo trahantur exhalationes, quæ densate in nubes, imbres opportunos demittant? Mare. Quid nobis suppeditat nauigandi facultatem, qua nullius ore enumeranda commoda percipiuntur? Mare. Quid pisces omnigenos, quibus maxima pars humanæ vitæ sustentatur, nobis subministrat? Mare. Quid flumina innumera, & amplissima vtero in suo perenniter hospitantur, quæ fortè terras inundarent, & cuncta obruerent? Mare. Quid perpætuas nobis aquarum exhibet venas per terræ meatus, vt inde fontes, profiliant? id ipsum mare. Innumera igitur sunt ex mari commoda, ut qui ea contempletur, immensam Dei prouidentiam non carpere, sed celebrare, & suspicere etiam inuitus cogatur. Probè igitur vidit Deus quòd esset bonum.

Mare quæ cõmoda subministrat.

b. Igitur & Orbis terrarum, quamuis montibus & syluis refertus, bonus est.

Quiescant igitur, & erubescant, qui contra diuinam prouidentiam oblatrantes, montes celsos, & nemorosos, siuè immensas syluas vituperare audent, quasi bestiarum, ferarum

Germinet terra herbam virentem,

& facientem semen & lignum pomiferum faciens fructum.

Allegoricè.

a. Producat Ecclesia fideles simplices, & eruditos Apostolos, seu sanctos verbum Dei ut semen effundentes.

b. Idest, Ecclesia proferat Catechumenos, & perfectos Christianos.

Montes quā-
ta afferant cō-
moda.

rarum, & immanium, sint receptacula, nullaque nobis commoda largiantur. Et profectò inquit vates, Vidit Deus quòd esset bonum. Montes equidem si non adessent, & Orbi plurimum decoris, & humano generi non modicum fuisset commodi adepti. Quis enim uenustatem proficiscentem à montibus, quamuis syluosis, & commoditatē non uehementer admiretur? Montes rupibus suis excelsis coercent mare, ne profluat in terrā, & eius effera rabiem retundunt. Montes saluberrimum habent Cœlum, aëremque defæcatum ad tuenda corpora nostra, recreandaque è morbis aptissimum. Mōtes amānissimos continent fecessus, saltus opacos, frondifera nemora, ad uitam quietiorem ducendam. Montes sua maxima uarietate nos delectant; in his enim præclari prospectus, dum in his modò collis surgit, modò vallis hiat, modò pendet rupes, modò umbriferum conspicitur nemus. Montes syluas proficuas alunt, quæ nobis omne genus ligni humanis usibus necessarij præbent. Montes feras, animaliaq; nutriunt, tum mansueta in hominis opem, tum fera ad uenatum, ex quo & uictitant mortales, & exercentur, & uires corporum firmant, & incredibilem capiunt iucunditatem. Montes gignūt nobis fontes, & flumina, cum in eorum cauernis, latissimisque specubus frigidus aër cogatur, & distillet, & defluat per fontes, sine quibus, maximis incommodis uita nostra uexaretur, & uniuersa Orbis facies aquis per flumina delabentibus non irrigaretur. Probè igitur dictum est: Vidit Deus quòd bonum; Nam qui montium, & syluarum commoda, & in eis prouidentiam Dei non perspicit, dementissimus censendus est. Steuchus de Perenni Philosophia libro septimo, elegantissimè hæc edisserit.

a. Producat Ecclesia fideles simplices, & eruditos Apostolos, seu sanctos, uerbum Dei, ut semen effundentes.

A N A S T A S I V S Synaita Commentariorum in Hexæmeron libro secundo.

Et dixit Deus; Germinet terra herbam feni, seminans semen secundum genus & similitudinem. In his quoque rursus minime consequens & sibi non consentiens, si literam spectes, uidetur dictio Scripturæ. Nam loquens in feminino genere ex regula Grammaticorum, desit in neutrum: Germinet enim, inquit, terra herbam feni seminans. Si ergò ad herbam deducatur, seminantem semen, rectè habet. Sin autem ad feni dicas conuenire, seminans semen, Scriptura relinquens hanc consequentiam, dicit; Seminans semen secundum genus. Videtur autem mihi esse harum rerum eiusmodi consequentia, ut illud, Germinet quidem terra herbam feni, dicatur à Deo ad animas infertiles. Illud autem; Seminans semen secundum genus, uidetur mihi, quòd Deus iubet choro Apostolorum, unde post eius exitum, qui est à Patre inseparabilis, dicebat de seipso; Exiit qui seminat ad seminandum semen uerbi, secundum genus, & secundum gentem, & secundum regionem in uniuersa terra, quæ prius vocabatur arida, super quam descendit, tanquam pluuia super uellus, uerbum Dei eam seminans.

Duplex herbarum classis; Aliæ sunt, quæ pullulant, sed semina non proferunt, ex ra dice uerò filios quasi progignunt; Aliæ, quæ non tantum è terra profiliunt, sed & semina producunt, quæ & carpi possunt, & iterum terræ commissa, nouas plantas referunt: Ita duplex Christicolarum acies, à terra, Ecclesia scilicet nostra, progenita, simpliciū, & eruditorum. Alij nanque sunt infrugiferi, qui semina uerbi Dei, Euangelicæq; prædicationis non proferunt, sed exemplo duntaxat sanctimonie ad probitatem, & pietatem alios prouehunt: Alij, qui doctrina, & dono, seu linguarum, seu scientiarum, seu prophetiæ insigniti, & semen, ut Apostoli, seu sacri declamatores, qui Euangelicam doctrinam

Christiano-
rum duo ge-
nera, frugife-
ri & infrugi-
feri.

Germinet terra herbam virentem,

& lignum pomiferum.

Allegoricè.

a. Ecclesia proferat simpliciorem uerbi fructum pro imperfectis, & solidum pro perfectis.

doctrinam diffundunt, ex qua noui procreantur Christicolæ. Primum genus est consimile herbe uirescenti quidem, sed semina non producenti. Alterum consimile herbe semen emittenti. Non potui dilucidius sensum Anastasij explicare. Illud tamen est animaduertendum, aliam literæ lectionem ab editione nostra ipsum esse sequutum, sicuti ex narrationis ipsius exordio unufquisque conspiciere potest.

b. Idest, Ecclesia proferat Catechumenos, & perfectos Christianos.

A V G V S T I N V S Sermone de Tēpore centesimo trigesimoquarto.

Tertia die germinat terra herbam pabuli secundum suum genus, & omne lignum faciens fructum. Cum igitur terram germinare iubet, in Ecclesia Catechumeni sunt quasi herba: cum credunt, uelut in culmo se erigunt. Fideles quoque in spica maturi accrescunt, unde & Sanctorum grana in horreis celestibus reconduntur. Lignum enim fructiferum, diuersa sunt genera Sanctorum. Quas arbores nec turbines cupiditatum possunt euertere, nec ardentis libidinis flamma exurere.

Terra nostra Ecclesia mirificè perennibus irrigata pruinis, & imbribus, idest, gratijs, Zephiro flante, idest, Spiritu Sancto, proferit tum herbas uirescentes, tum ligna frugifera, cum Deo, Christoq; sponso progignat Catechumenos, tanquam herbas uirescentes. Porro uirescentes herbae, dum succrescunt, facillimè tum æstuante Solis radio, tum furētibz uentis arefcunt: ita Catechumeni, dum in fide proficiunt, ac uelut culmo se erigunt, facile tum tentationum uentis iactati, tum concupiscentie flagrantia arefacti exiccantur, & cadunt à fide. At uero si rore celesti fuerint irrigati, Zephiriq; sua uis aura illis affla uerit, & flores edere, & maturos fructus gignere spectabuntur. Si in quā baptismi sacri aque, & Spiritu Sancto super ipsos effusus fuerit, iuxta illud: Nisi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu Sancto, profectò & sanctorum uirtutum merita proferent, & ipsi ut grana in horreo celesti recondentur. Proferit quoque hæc terra lignum fructiferū, diuersa genera Sanctorum, qui ut arbores euerse, radices in celestibus figunt, fructusq; ex ipsis prodeuntes in Cœlum recidunt, atq; ibi asseruantur. Has certè arbores, nec rabidi tentationum turbines possunt facile euertere, nec ardentis libidinis æstus torrere.

Catechume-
ni tanquam
herbae uiren-
tes.

Io. 3.

a. Ecclesia educat herbam, idest, simpliciorem uerbi fructum pro imperfectis, & lignum, idest, solidum pro perfectis.

A N A S T A S I V S Synaita loco iam citato.

Germinet Ecclesia, nempe bona terra, primum quidem herbam feni, nempe simpliciore, & delicatam uerbi fructum, qui conuenit Iudaicis, & rationis minus participibus Christi gregis animis, ad cibum infantioribus, & lactis egentibus. Est enim perfectorum, nempe noster, qui sumus fideles, cibus solidus, quem ferunt perfecti, de quibus dictum est; Germinet terra herbam feni, & lignum fructiferum faciens fructum. Cuius semen eius in ipso. Nam semper germinans, & qui minime interit, ac corrumpitur, est fructus Euangelij. Lignum fructiferum, quoniam omnis arbor, quæ non facit fructum bonum, exciditur, & in ignem mittitur. Lignum fructiferum habens fructus spiritus, ut eorum, qui nunc dicunt; Ego autem tanquam oliua fructifera in domo Dei. Unde qui sunt illuminati, sunt in domo Dei, in atrijs Dei nostri florentes, quoniam iustus tanquam palma florebit, alios quoque fructibus seminis impertiens, ut mundus corde, & tanquam cedrus, quæ est in Libano, multiplicans & letificans: quoniam letabuntur eiusmodi ligna Domini cum cedris alti Libani, nempe celestibus posteritibus, quas Dominus plantauit, & non homo.

Psal. 51.

Quis autem sit ipse solidus cibus, his declarat.

uuu Tu

**Germinet terra herbam virentem,
& lignum pomiferum.**

Allegoricè.

Anagogicè.

a. *Germinet caro Christi arida in sua passione, herbam virentem, idest, spem ueniam de noxiis nostris; & lignum fructiferum, meritum satisfactionum nostrarum.*

b. *Idest, germinet caro Christi dotes glorifici corporis, & immortalitatem.*

Tu aut, quando audis, quod post simplicius et delicatū nutrimentū herbæ verbi, quā vt cōuenit, iussus est colere. Deinde etiam iubetur colere lignum fructiferum faciens fructum, cuius semen in torta iussa germinat, nihil aliud intelliges, quā passionem crucis, Moisaicam prophetiam nobis proponere ad imitandum. Et ideo dicit Ecclēstia, vt germinet lignum crucis, sed nobis solis fertile, Iudeis autem scandalum, & incredulis stultitiam; faciens autem fructum & aspectu pulchrum, & bonum ad vespendum, nempe Christum crucifixum, quem colligimus accipientes ex parte iusti latronis, blasphemiam autem deicientes, & ipsi crucem ascendentes, vt vtrūque Christi eandem prædicemus theologiam, in tempore effecti immortales. Cuius fructus semen est Evangelica prædicatio, facta ex ipso fructu, & procedens in terram dilatata, & dispersa, quando mandauit Discipulis; Ite, & prædicare Evangelium omni creature. Ipsi gloria in sæcula seculorum. Amen.

Matth. 16.
Lac à terra
Ecclēstie fluēs
est simplex
Scripturarū
intelligētia.
1. Corinth. 5.

Exod. 23.

Mel arcana
Scripturarū
intelligētia.

Psal. 80.

Christi cruci
fixi contem-
platio est li-
gnum fructi-
ferum.

Ecclesia terra est illa benedicta, à qua defluit lac & mel: duo, inquam, alimentorum genera. Lac simplex est Scripturarum intelligentia, simplex mysteriū, quod quidē parvulis, quasi infantibus lacte egentibus ipsa præbet: Quapropter Paulus; Tanquam parvulis in Christo lac dedi, hoc est, uti infantibus ex uberibus sanctæ Scripturæ prima simplicia rudimenta fidei exhibui, unde & animaduersio fit in eos, qui sunt ingenio peruicaces, qui simplicem Scripturæ doctrinam subtilibus speculationibus perpendere audent; Non coques hædum in lacte matris; hoc est, ne penites, discutiasq; res grauissimas, eas rimando secundum exhibitum Scripturarum literalem sensum. Et hæc herba est virescens & tenella. Veruntamen à lacte amouendus est postea Isaac, cum a doleuerit; Christicola cum pietate fuerit imbutus, ab lactandus est. Mel uerò est arcana ipsarum Scripturarum intelligentia, sensusq; mystici latitantes, & mysteria Ecclesiæ profunda, quæ quidem non pubescentibus, sed uiris conferuntur. Quemadmodum siquidem mel ex rore super flores effuso, non sine apum studio educitur; ita spirituales sensus & recondita mysteria ex Spiritu Sancto Scripturam rorante, non nisi assidua contemplatione eliciuntur. Exinde Psalmus; De petra melle saturauit eos. Petra Christus est, cuius melle saturantur pii, cum ipse sit Scripturarum omnium mystica intelligentia. Et hoc est lignum faciens fructum: hæc scilicet est contemplatio, & cognitio, maximam animis impertiens ad fruges exerendas facultatem. Sed quod consideratu est dignissimum, lignum faciens fructum cumulatissimè, est ipsa crucis, seu crucifixi contemplatio, ipsum mortis Christi in cruce mysterium. Hoc primum non Hebræis, aut Gentilibus conferatur contemplandum, quia solidus cibus est: Iudeis quidem scandalum, Gentibus autem stultitia; hoc tantum Adæ collatum in Paradiso terrestri; Adæ, inquam, iustitia pristina insignito, nempe homini iustificato in Ecclesia exhibitum est, ut lignum uitæ, non ut lignum scientiæ boni & mali, quod pulchrum uisu, & ad uescendum suaue Euæ solummodo apparuit; ut lignum, inquam, à quo nostra profuit uita spiritalis, non ut lignum gustus Mundi, quod Eua, scilicet caro, ut pulchrum uisu, & ad uescendum suaue surripuit. Arbor est, in quo nidificant aues, idest, contemplatiui, qui gemunt, ut tuttes, uel sicut columbæ, aquæ fluentia nitentia adamant.

a. *Germinet caro Christi arida in passione sua, herbam virentem, idest spem ueniam, & lignum fructiferum, meritum satisfactionum nostrarum.*

Pia, & deuota est hæc contēplatio. Quid enim ipsa terra est, nisi impolluta caro Christi, eiusq; sanctissima humanitas, in deploranda ipsius passione arida effecta? Hæc germinauit

nauit nobis herbā virentē, spem scilicet veniæ culparum, in ipsa nostra contritione assequenda, & lignum fructiferum, virtutem videlicet, passionum, & satisfactionum nostrarum, quæ etiam sacratissimis mysterijs declarauit. Attendas. Arida facta est caro, cum coepit Christus tædere, pauere, & mestus esse in horto, adeo vt è speciosa fronte sanguinis guttæ super terram profluerent, ipsamque madefacerent. Quid nobis hæc reserant, & indicant? Dolor Christi in horto, dolores, quibus nos in contritione de erratis nostris excruciarī debebamus, perfecit, & ad submouendam labem culpæ, efficaces reddidit, cum enim peccatum animam ad mortem adigat, ad redimendum crimen adeo efficax contritio exquirebatur, vt mortem meritam afferret. Sed quia id à nobis effici nequibat, Christus, qui in passione sua omnes salutis partes suppeditare decreuerat, effectus est tristis vsque ad mortem; nimirum dolore adeo vehementiangebatur, vt mortem ipsi ille intulisset, nisi diuinæ gratiæ & diuinitatis ope se preseruasset. Defluxere igitur sanguinis guttæ, & herbam sanctissimo, sacratissimoque illo sanguine madidam reddidere, ut simulachrum esset, ac typus, quod herba, nimirum spes nostra, spes, inquam, cōsequenda per contritionē delictorū veniæ, virescere posset. Arida quoque ipsa caro, humanitas videlicet Christi in cruce appensa est, crucemque sanctissimo liquore madefecit, atq; venustauit. Et ut quid hoc? Passio Christi in cruce, præter redemptionis fructū, id etiam contulit, quod passiones nostræ, satisfactionesq; quibus hac in uita angimur, quasi crucem post Christum ferentes, ualidæ essent, atque ad redimenda peccata, & ad promerendam beatitudinem efficaces. Germinauit igitur terra arida lignum fructiferum, hoc est, crucem pinguem suo merito, producentem semen, nempe satisfactionem, & meritum in nostris passionibus: sed iuxta genus suum. Quid est iuxta genus suum, nisi in ijs, qui passiones, crucesq; suas gerunt secundum Christi exemplar, & similitudinem?

Dolores Christi nobis præbent spem obtinendæ veniæ.

Dolores Christi nobis præbent spem obtinendæ veniæ. Christi satisfactiones nostræ vim contulit.

b. *Idest, germinauit caro Christi dotes glorifici corporis, & immortalitatem.*

ANASTASIVS Synaita Cōmentariorū, in Hexameron libro tertio. Tertio autem die ex profundo profert terram Deus, prius apertè describens Christi trium dierum ab inferis resurrectionem è terra genita nostræ naturæ, ne amplius maneat arida.

Terra tertio primæque hebdomadæ die virescens, comatasque arbores progignens, typus certè fuit humanitatis Christi, quæ tertio die protulit herbam virentem, idest, carnem quatuor insignibus gloriæ dotibus micantem, agilitate nimirum, subtilitate, claritate, & impassibilitate; & lignum fructiferum, hoc est, vitam immortalitate donatam. Quo quid stupendius? Cæterum animaduertendum iuxta duas potissimum considerationes, hanc Christi resurrectionem primæ terre germinationi comparari posse. Primum, quemadmodum in terræ primæua repullulatione, agentis causæ uices egit ipse Deus; ita resurrectio Christi, quæ prima fuit omnium corporum resurrectio, diuinitatis ope effecta est. Diuinitas siquidem, quæ nunquam ab anima, seu à corpore fuit disiuncta, quanquam post ueram mortem, scilicet animæ à corpore seiunctionem; & illa infernas adierit partes, & hoc in monumento delituerit, humanitatem excitauit; Christus nanque, tanquam leo à somno, in quo dormitabat, se ipsum expergefecit. Deinde, quemadmodum ex feminibus defluentibus ab herba illa prima virescente, & ligno illo fructifero, renouantur quotannis, reparanturq; cūcta germina in florescētū uero tempore; ita ex defluente uirtute à Christi resurrectione, tanquam ex feminaria causa, electi, tam iij, qui iam resurrexerunt, quā illi, qui postrema tuba ad resurgendum euocabuntur, gloriam & immortalitatem consequentur. Nam si Christus resurrexit (inquit Paulus) primitiæ resurgentium, & nos resurgemus.

Christi resurrectio primæ germinationis terræ similis.

a. *Vt clarissimum monumentum uniuersalis hominum resurrectionis:*

THEOPHILVS Antiochenus ad Autolicum libro secundo. Verum enim uerò terra, quamuis oculis esset subiecta, attamen ornatu suo, vt qua foret informis, carebat.

Germinet terra herbam virentem,

& lignum pomiferum, & protulit.

Tropologicè

- a. *Vt clarissimum monumentum vniuersalis hominum resurrectionis.*
 b. *Idest, Ecclesia herbam, hoc est, pabulum; & lignum, scilicet patrocinium.*

Quapropter Deus id negocij sibi desumpsit, & eam quam pulcherrimè exornauit omnigenis seminibus, floribus, plantisque. In his obserua d homo, variam & diuersam tum pulchritudinem, tum multitudinem. Per hæc manifestissimè vniuersalis hominum resurrectio demonstrari quit, quasi apertissimo, & euidentissimo exemplo. *Quis enim, si modò aduertat animum, non miretur ex paruo ficus semine nasci arborem ficum? aut quem non admiratio defigat cernentem ex reliquis seminibus, & quidem minimis, arbores crescere maximas?*

Prima terre germinatio nostræ resurrectionis simulachrum.

Terræ germinatio in Vniuersi fabricatione, apertissimum est, & euidentis nostræ resurrectionis exemplum. Sed neque monumenta ea, quæ terræ prius contigerant, obscuriora sunt, aut minus patentia testimonia rerum earum, quæ ante resurrectionem præire opererepretium est. Alluiones nanque aquarum super ipsam terram, monumentum sunt tribulationum; ariditas terræ, carnis mortificationis. Illa præcesserunt, hæc subsequuta sunt. Primum igitur terra obrui debet aquis, iactari scilicet, & confringi vita nostra tribulationibus, aduersitatibus, oppressionibus, ne terrigenarum rerum amore demulceatur. Deinde apparere debet arida caro nostra, & mortificata; tuncque germinabit terra herbam virentem, & lignum pomiferum, idest, caro nostra viriditate immortalitatis effloret, si enim compatimur, & conglorificabimur. Quapropter & in Mundo florens ver subsequitur horridam hyemem, & granum non pullulat, nisi prius marcescat, dies quoque sequitur noctem, & serenitas procellam.

Rom. 8.

b. *Idest, Ecclesia herbam, hoc est, pabulum; et lignum, scilicet, patrocinium.*

GREGORIVS Magnus libro decimo nono Moralium, capite quinto decimo, quemadmodum Patherius in Expositionibus in omnes libros veteris & noui testamenti, ex libris Beatissimi Gregorij Papæ congestis, colligit.

Protulit terra herbam virentem, & afferentem semen iuxta genus suum, lignumque faciens fructum, & habens vnumquodque sementem secundum speciem suam. Hoc quod restatur historia, sic est veraciter factum, ut significaret aliquid veraciter faciendum. Per terram quippe figuratur Ecclesia, quæ & verbi nos pabulo reficit, & patrocinij umbraculo custodit, quæ & loquendo pascit, & opitulando protegit, ut non solum herbam resurrectionis proferat: sed etiam cum fructu operis arborem resurrectionis adhibeat.

BEDA Quæstionibus in Genesim hæc ipsa ferè decerpit. Glossa Ordinaria pariter paucis mutatis, eametsupsit. Ecclesia terra illa est pinguis, & fecunda, quæ & verbi pabulo nos reficit, cum loquendo pascit, & patrocinij umbraculo custodit, cum opitulando protegit, ut disertissimè D. Gregorius nobis proposuit. Ipsa siquidem terra est Helim, vbi filij Israël, dum indiga, & arenosa deserta peragrarent, duodecim fontibus peroptatis, & septuaginta palmis compertis, castrametati sunt. Helim Hebraica vox est, & significat vallem, vel arietes, vel fortes, vel ceruos. Et quamnam adeo frugifera uallis est, ut Ecclesia? in qua arietes resident Apostoli, & fortes Martyres, & cerui abdita, umbriferaque nemora colentes, Anachorita: Vallis, inquam, merito Christi pinguis, & gratiæ riuulis foecunda. In hac degit Israëlita, Christicolæ. In hac potantur limpida, claraque lymphæ duodecim fontium; doctrina scilicet defluente à duodecim Apostolis, quæ eos Ecclesia semper reficit. In hac qui seunt & accubant sub umbra septuaginta palmarum; quia patrocinio diuino, quasi umbraculo custodiuntur. Suaue est pabulum, doctrina scilicet Euangelica, quo quid sublimius? tutum est patrocinium, Dei scilicet erga Ecclesiam suam custodia, quo quid potentius? Palma proceræ arbor, est, cre-

Ecclesia uallis frugifera.

Germinet terra herbam virentem,

& lignum pomiferum, & protulit.

- a. *Idest, Ecclesia opera misericordiæ, corpori & animæ opem ferentia.*
 b. *Ecclesia populos simplices & perfectos, seu subditos & prelatos.*
 c. *Deipara herbam virentem, sanguines purissimos; & lignum fructiferum, Christum lignum vite.*

Allegoricè.

scit maximè in terra feruida, & sabulosa, folia semper virescètia seruat, & si magno pōdere vrgetur, nō deorsum flectitur, sed aduersus pōdus refurgens, sursum recuruatur. Diuina virtus Ecclesiæ, qua protegimur, maximè uiget in nobis, quādo charitate flagrati ardemus, & mortificatione premimur. Spē alit semper virentem, adeo vt in aduersis nunquam animo deiciamur, & quanto ponderosior tribulatio nos urget, tanto ipsa ad supera nos tollit: Palma enim victoriæ insigne est, quoniam victricem Ecclesiam semper declarat, & manifestat.

Ecclesia ut palma.

a. *Idest, Ecclesia opera misericordiæ duplicia.*

GREGORIVS Magnus Expositione in Iob, ut Patherius et colligit: *Protulit terra herbam virentem. Quid hoc loco per herbam, nisi bona operatio ponitur? Licet in conditione Mundi ita historicè factum teneamus, terram tamen Ecclesiam figurasse, non inconuenienter accipimus, quæ in eo germinauit herbam virentem, in quo ad verbum Dei secunda misericordiæ opera protulit.*

Beda Quæstionibus in Genesim hæc ipsa pariter adnotauit.

Merito, altissima Theologia, Ecclesia terræ comparatur, cum ueluti terra fructifera herbam uirentem, opera nimirum misericordiæ germinet. Quæ enim tam pia mater, ue lquæ nutrix adeo solers erga progenitas animantes, sicuti ipsa terra spectatur? Hæc primum amplissimum vterum dilatat, vt cunctos ferat. Quapropter & uetusti Aegyptij, quinimmo & Plato pyramidem ignem significare, octædrum aërem, icosaëdrum aquam, cubum verò terram decernebant, ob eius vastissimum vterum vndique diffusum, ac dilatatum. Hæc herbarum, segetum, florum, frugum, olerumque; innumera ferè genera semper renouans suppeditat, ut famelici alantur. Hæc per viscera, meatusque; suos, fontes perennes, scaturigines in deficientes, riuulos perspicuos, amnes suaues, lacusque amplissimos effundit, ut potu saluberrimo eos refocillet. Hæc fontibus roratiã antra, secessus amænissimos, saltus opacos, nemora umbrifera, campos viridantes vndequaque aperit, ut animantes quascunque benignè hospitetur. Hæc ad propellenda diuersa morborum genera succos proficuos, tum in radicibus, tum in medullis, tum in floribus, tum in folijs, tum in frugibus, tum in seminibus parat, vt mala ualitudine oppressi, citius reparentur & conualescant. Hæc omnibus lubenter opulentissima affluentia, spontanea que liberalitate, quæ opportuna sunt, suppeditat. Hæc tandem marcescentia corpora utero in suo recipit, denudat, arefacit, contegit, & teterrimam materiẽ ad aliam denuo disponit generationem. Quibus certè aptius non potest erudiri terra nostræ Ecclesiæ ad pietatem & miserationem capeffendam, ut famelicis pascendis, sitientibus potandis, peregrinis hospitandis, infirmis subleuandis, carcere detruis inuisendis, defunctis tumulandis, inenarrabili pietate se totam impendat. Terra certè esse debet nostra Ecclesia, à qua defluit lac, & mel, cum omnibus secundum necessitatis indigentiam tum corporalis, tum spiritualis miserationis munera suppeditare, proprium ac præcipuum ipsius munus esse censeatur.

Terra quæ bona suppeditet.

A terra edificanda misericordiæ opera.

b. *Ecclesia populos simplices et perfectos, seu subditos et prelatos.*

H V G O Carenfis in Postillis.

Germinet terra herbam virentem, idest, ipsa Ecclesia minores fideles: Et lignum pomiferum, idest, maiores. Clara



Germinet terra herbam virentem,

& lignum pomiferum, & protulit.

Moraliter.

- a. Proferat homo fructus vberes, & diuersos bonorum operum, producentes semina, idest, bonos habitus.
- b. Idest, charitas herbam virentem, proximi commiserationem. Et lignum, auxilium, secundum genus suum, ex sui consideratione.

Ecclesia, ager in sepultura peregrinorū.

Clara hæc & p̄spicua est allegoria. Terra equidē Ecclesia sancta, ager est ille emptus sacratissimo, preciosissimoq; sanguine Saluatoris in sepulturam peregrinorum, nempe electorum eorum, qui hoc in Mundo peregrinos se existimant, & mortificatione quasi tumulantur in ipso sanctæ Ecclesiæ utero. Terra profectō ista, si agriculturalum in defessa solitudine exculta est, fegetum amplissimos campos uiridantes primō, deinde torrente Sole, maturefcentes profert; quo quid pulchrius, amœnuiusvè? Vtinam Sampson caudis vulpium colligatis, accensisq; sapius ipsos non incenderet: Dæmon, inquam, hypocritarum, & hæreticorum uerfuta, ipsos non deuastaret. Profert & arbores, perfectos uidelicet, seu prælatos in celsitudinem euectos, quorum certè interest, ut quantum dignitatis proceritate eminent, tantum humilitatis radice descendant, ipsas quoque radices mortificatione asperiores figant, & ramos pietatis prolixiores diffundant, folia quietiam & flores sanctimonix angustiores proferant: Tandem & fruges sanctorum operum uberiores, numerosioresq; emittant. Sed proh dolor: Arbor sapius quanto procerior, & magis patula, tantò infertior, & damnifica umbra latè prolata, gemitibus noxia est, & radicibus patenter diffusis, humorem, qui cæteris prodesse possit, maximè exugit. Ita nonnunquam prælati, quantum dignitate celsiores, & diuitijs opulentiores, tantò magis deliciarum ambagibus inuoluti, in frugiferi efficiuntur, auctoritate cæteros opprimunt, & quæ pauperum patrimonium sunt, ecclesiasticas scilicet facultates fugunt, dissipant, & obliguriunt.

Prælati quales esse debeant ex arborum similitudine.

c. Deipara herbam uirentem, sanguines purissimos, et lignum fructiferum, Christum lignum uitæ.

Duo admiranda in Deipara contemplamur: quòd sine uiro conceperit, & quòd sine dolore pepererit Christum Deum, & hominem. Quæ certè iam præcantata fuerunt à Propheta, cum dictum est: Dabit Dominus ipse uobis signū, quo nil portentosius, excellentiusvè conspectū est unquā, Ecce uirgo concipiet & pariet. In conceptu sacratissimo protulit terra nostra herbam uirentem, hoc est, sanguines purissimos: Herba siquidē caro est; hæc in cunctis pallefcit, quia labe criminis aspersa: in sola Deipara uiruit, quoniā sola non infecta fuit macula originalis errati. Nullū autē munus subijt Deipara in conceptu, nisi quòd sanguines exhibuit purissimos, humanitatemq; intemeratam. In partu protulit lignū uitæ, Christū Deū & hominē. De ipsa igitur illud uerè prolatū credimus; Egredietur uirga de radice Iesse, & flos de radice eius ascendet, & requiescet super eum spiritus Dñi: Virgo beata uidelicet ex progenie Iesse genita, germinauit ut terra, & flos Christus ex ipsa ascendit: flos certè de flore, in flore, pp̄ florē, contra florē. Flos ipse Christus, flos florū; de flore, de Deipara, flore cāpi, humani uidelicet generis; in flore, in Nazareth urbe florida; propter florem, animam nostrā; & contra florem eū, de quo Propheta; Omnis caro fœnum, & omnis gloria eius quasi flos agri. Et requiescet super eum spiritus Domini, quia in nullo flore gratia diuina quieuit, nisi in Christo, qui heliotropij more, ad Solem semper sanctitate, & obedientia respexit.

Isa. 7.

Isa. 11.

Isa. 40.

a. Proferat homo fructus uberes, & diuersos bonorum operum, producentes semina, idest, bonos habitus.

ORIGENES Homilia prima in Genesim.

Producat terra herbā feni semen seminantis secundū genus, & secundū similitudinē, & lignū fructiferū faciens fructum

fructum, cuius semen est in ipso secundum similitudinem super terrā, & factum est sic. Secundum literam mani festi sunt fructus, quos terra nō arida producit. Sed iterū referamus ad nos. Si iam facti sumus terra, si iam nō sumus arida, afferamus fructus vberes, & diuersos Deo, ut et nos benedicamur à patre dicentes; Ecce odor filij mei, sicut odor agri pleni, quem benedixit Dominus. Et illud, quod ait Apostolus, cōpleatur in nobis. Terra enim excipiens frequenter uenientem super se imbrē, & generans herbā opportunam ijs, à quibus colitur, percipiet benedictiones à Deo. Quæ uerò spinas & tribulos profert, reprobā est, & maledictio proxima, cuius finis est in adustionem. Et post. Et produxit terra herbam feni semen seminantis secundum genus, & secundum similitudinem, & lignum fructiferum faciens fructum, cuius semen in ipso faciens fructum secundum genus super terram. Et uidiit Deus, quia bonum est, & factum est uespere, & factum est mane dies tertia. Non solum iubet terrę proferre herbam feni: sed & semen proferre, ut semper fructum possit afferre. Et non solum iubet lignum fructiferum, sed & faciens semen, cuius semen in ipso est, secundum genus, idest, ut semper ex his seminibus, quæ in se habet, fructum possit afferre. Et nos ergo ita debemus & fructificare fructum, & semina habere in nobis ipsis, idest, omnium bonorum operum, omniumque uirtutum semina in corde nostro continere: ut hæc habentes fixa in mentibus nostris, ex ipsis iam omnes actus, qui incurrerint nobis, secundum iustitiam geramus. Ipsi sunt enim seminis illius fructus, actus nostri, qui ex bonis cordis nostri thesauris proferuntur. Si uerò audimus quidem uerbum, & ex auditu statim terra nostra producit herbam, & hæc herba antequam ad maturitatem, uel ad fructum ueniat, aruerit, terra nostra petrosa appellabitur. Si uerò ea que dicuntur, profundioribus nitantur in corde nostro radicibus, ita ut & fructum operum afferant, & semina in se habeant futurorum, tunc uerè uniuscuiusque nostrum terra secundum uirtutem suam affert fructum, alia centesimum, alia sexagesimum, alia tricesimum. Sed & illud admonendum necessarium duximus, ut fructus noster nusquam Zizania, idest, nusquam lolium habeat: ut fructus noster non sit secus uiam, sed in ipsa uia, in illa, que dicit; Ego sum uia; seminetur uirque in ea, ne aues Celi comedant fructus nostros, neque uineam nostram. Si quis tamen nostrum uinea esse meruerit, uideat ne pro uina, afferat spinas; & propter hoc iam non putabitur, neque fodietur, neque mandabitur nubibus, ut pluuant super eam pluuia: sed e contrario relinquatur deserta, ut increstant super eam spinę.

Gen. 27. Heb. 6.

B E D A Expolitione in Genesim.

Potest & uniuscuiusque in se germinare herbas utiles, & ligna fructifera, cum uirtutes varias habuerit.

G L O S S A Interlinearis.

Germinet terra herbam uirentem: idest, anima fructifera bonorum operum fructus.

Cur homo in augusto, atque excelso innocentie statu, terra fuerit fecunda, & cunctarum uirtutum generibus locupletata, exinde colluuiationibus culparum arida, squalens, & horrens non parum extiterit, & deinde Spiritus Sancti aura flante in baptismo, terra iterum reddita sit cultura apta, iam satis abundè à nobis supra demonstratum fuit. Ut quid ergo non proferimus herbam uirentem, & lignum pomiferum, quæ progignant semina secundum genus suum? Quid est herba uirens, nisi genera uirtutum imperfectiora? Quid lignum pomiferum, nisi sublimiora? Quid progignere semina, nisi ex frequentatis actibus claros uirtutum habitus, seu cumulatam iustitiam assequi, qua perpetuo sanctas actiones promere, atque iterare possimus? Cæterum aliud est proferre herbam, aliud eam edere uirentem, aliud lignum ferre, aliud ipsum afferre pomiferum. Nonnulli siquidem in Christo, in sanctaque Ecclesia insiti, herbam germinant, sed non uirentem, lignum, sed non pomiferum, & sunt qui lethali crimine, miserando quidem euentu, polluti, atque denigrati, opera quidem suo in genere præclara, sed non merito insignita proferunt. Nonnulli herbam uirentem germinant, & lignum fructiferum: Et sunt qui in paritate gratiæ fruges operum reddunt merito opimas. Operum nanque in iustitiæ puritate patrata, aurifera sunt, & meritis onusta: Quæ uerò in culpa labe producuntur, flaccida sunt; & quamquam specie rubescencia, & speciosa, fetida attamen comperiuntur, quemadmodum apud Asphaltidè lacum progigni poma perhibentur. In hortis Hesperidum fabulantur Poëtæ fuisse arbores auriferas, quarum custos esset infomnis draco. Commentitia hæc quidem sunt, & fabulosa, sed commentitium non est, quòd in Ecclesia, amœnissimo Dei nostri orto, fructus, seu uirtutes prodeunt auriferæ, ingens nimirum meritum ferentes, quarum custos est non quidem draco peruiigil, sed Deus ipse, de quo Propheta; Non dormitabit, neque dormiet, qui custodit Israël? Isaac statim ut sensit uestimentorum Iacob fragrantiam, benedicens illi ait: Ecce odor filij mei, sicut odor agri pleni. Isaac typus est Dei summi, qui, ut sentit in Iacob, in supplantatore, probò, inquam Christicola Mundi contemptore, flagrantiam uestimentorum Esau, idest, redolentiã meriti opimi Christi, de ipsius præclaris operibus

Operum nostrorum uarietas.

Psal. 120.

Gen. 27.

ribus ait : Ecce odor filij mei , sicut odor agri pleni ; redolens uidelicet sicut odor agri humanitatis Christi, plenæ gratiæ amplitudine ; Quare perenni ipsum benedictione locupletat.

b. Idest, charitas herbam virentem, proximi commiserationem. Et lignum, auxilium, secundum genus suum, ex sui consideratione.

GREGORIVS Magnus Moraliu libro sexto, capite sextodecimo.

Hinc nanque per Moysen Veritas cum gesta describeret, gerenda signabat dicens ; Protulit terra herbam virentem, & afferentem semen iuxta genus suum, lignumque faciens fructum ; & habens uniuersumque semen secundum speciem suam . Lignum quippe secundum speciem suam semen producit , cum mens nostra ex sui consideratione se in alterum colligit, & recti operis germen parit . Hinc quidam sapiens dicit ; Quod tibi non vis fieri, alteri non feceris. Hinc in Euangelio Dominus dicit ; Quæ vultis, vt faciant vobis homines, & vos eadem facite illis. Ac si aperte diceret ; Speciem vestram in altero visitate, atque ex vobismetipsis agnoscite, quid vos oporteat alijs exhibere.

Tob. 4. Matth. 7.

Patherius hæc ipsa in Collectaneis Gregorij animaduertit.

BEDA ea ipsa retulit Quæstionibus in Genesim, & Glossa Ordinaria ipsa pariter desumpsit.

Sed liceat ei germinare fructus bonorum operum, & diligere proximum, vt habeat in se semen secundum similitudinem suam, vt scilicet ex sua infirmitate compatiatur alij indigenti, & producat lignum forte fructiferum, idest, beneficium eripiendo oppressum, & præbendo ei protectionis vmbra culum.

EVCHERIVS Commentarijs in Genesim libro primo.

Liceatque ei germinare bonorum operum fructus, secundum genus suum. Diligens proximum in subsidijs necessitatum carnalium, habens in se semen secundum similitudinem, vt ex sua infirmitate compatiatur ad subveniendum indigentibus . Producing & lignum forte robore, & fructiferum, idest, beneficium ad eripiendum eum, qui iniuriam patitur, de manu potentis, & præbendo protectionis speciem vmbra culo valido, robore iustitiae iudicij.

BEDA libro de Sex dierum creatione, non tantum sententiam, sed & orationem Eucherij non dedignatus est suis inferere lucubrationibus. Expositione verò in Genesim, consimilia habet.

Spiritualiter autem, postquam coërcet Deus superbos intra fines debitos, germinat populus fidelis fructus diuersos bonorum operum secundum genus . Diligens proximum subsidijs carnalibus, habens semen in se secundum similitudinem, ex sua infirmitate compatiatur infirmis, producing lignum forte robore, fructiferum, beneficium.

Et Quæstionibus super Genesim, Gregorij dicta sic compendiauit.

GLOSSA Interlinearis.

Iuxta genus suum, idest, vt ex sua infirmitate compatiatur indigentibus.

HVGOCarenfis in Postillis.

Hoc fit quando homo homini bona sua communicat per pietatem, & in malis illius compatitur per compassionem . De primo Iob ; Si comedi buccellam meam solus . De secundo ; Visitans speciem tuam, non peccabis ; Quis infirmatur, &c. Proprie iuxta genus suum facit fructum, qui misericors est, naturalis est enim homini misericordia ; Ab infantia crenit mecum misericordia, & de vtero egressa est mecum.

Iob. 31. Iob. 5. 2. Corin. 11. Iob. 31.

Ad miserationem plurima nos impellentia.

Terra eleganti exemplo profert certè herbam virentem, & lignum fructiferum secundum speciem suam, vel secundum genus suum, cum hæc nostra humanitas miseranda ex sui consideratione miseratione excitat, & auxiliu egenis præstat. Quapropter non sine inenarrabili prouidentia decreuit Deus, ne ex pluribus parētibus propagaretur humana profapia, sed ex vnico connubio Adæ & Euæ, ex Adæ latere prius efformatæ, vt vnam agnoscentes mortales originem, non immemores, quòd ex vna scaturigine descenderent, ad commiserationem apprimè traherentur. Eadem de causa solus homo oritur nudus & plorans, quasi humi proiectus, & destitutus auxilijs, & ope indigus, ut sua se in origine egenum agnoscens, perfacilius & cæterorum miseretur. Eadem etiam de causa, cum reliqua animantia villis, vel pellibus asperioribus natura sepiuisset, quibus frigora depellerent, solum hominem nobilissimum animal leuissima circumdedit cute, & tenuissima, vt vagituum memor, cæterorum quoque miseriæ compati

Germinet terra herbam virentem,

& lignum pomiferum, & protulit.

a. Anima desideria sancta, & bona opera . Vel imperfectiora opera, & perfectiora . b. Cor vota sancta, & inconcussa proposita .

Moraliter .

Homo solus inermis nascitur.

pati edisceret. Eadem etiam de causa, cuncta ferè animalia armis muniuit ; nam cornua tauris ; aculeos apibus, calces equis, venena serpentibus, leonibus ferocitatem, ceruis uelocitatem, morsus feris contulit : Hominem verò nudum, nulla ex parte munitu edidit, ut pietate egens, pietatem & ipse impendere disceret. Eadem quoq; de causa hoc in theatro Mundi constituti cuncti mortales, uno Cælo obteguntur, vno micanti Sole illustrantur, vna ignita vi fountur, vno aëre spirant, vna aqua refocillantur, vna terram pedibus terunt, vno alimentorum genere vescuntur, vt vno pietatis animo colligari erudirentur. Eadem adhuc de causa, iisdem etiam ferè malis anguntur ; eodem enim algore exanimantur, eodem ardore torrentur, eadem egestate premuntur, & iisdem morborum generibus laborant, conflanturque, iisdem carceribus detruduntur, iisdem insidijs à facinorosis petuntur, eadè immani morte tolluntur, vt malorū non ignari, dū illa experti sunt, cæterorum quoque eisdem calamitatibus oppressorum misererentur. Igitur protè terra, humanitas nostra profert herbam virentem, nimirum commiserationem, & lignum fructiferum, auxilium, & opem proximis indigis ; secundum genus suum, ex sui consideratione, suæq; humanitatis indigentis contemplatione . Grauiissima est hæc natiua, idest, nobis à natura indita Philosophiæ ratio: Vtinam & sæpe huic miserationis studio vacarent mortales.

a. Anima desideria sancta, & bona opera . Vel imperfectiora opera, et perfectiora .

HVGOCarenfis in Postillis.

Vel terra, idest, anima : herbam, idest, bona desideria, & sanctas meditationes . Et lignum pomiferum, idest, bona opera, unde prouenit odor bone fame ; Luceat lux vestra . Vel herba, minora opera de virore fidei prouentia . Lignum pomiferum, maiora, in hoc quod dicit ; Virentem, monemur considerare fragilitatem humanam, quæ mane viret, vespere decidit ; indurat, & arefcit. Lignum pomiferum radicem habet, dilatationem, erectionem, folia, fructus : sic iustus debet habere charitatis radicem ; Nihil habet viriditatis ramus boni operis ; nisi manserit in radice charitatis . Item dilatationem charitatis, quæ se extendit ad sinistram per patientiam, ad dexteram per beneuolentiam ; Charitas patiens est, &c. Erectionem spei folia ; sanam doctrinam ; Fructus, bona opera .

Matth. 5.

Psal. 19.

Greg. super Iob. 1. Corint. 13.

Animam ipsam, rerum certè effectarum à Deo præstantissimam, cum terreno corpore, quasi inuolucro circumsepta fit, terram nuncupari non est indecens : Terram vero non quamlibet, sed hortum vberimum, paradisu amenisimum . Ipsa paradisu ter restis, in quo spatari Deus non dedignatur, quoniam delitiæ meæ esse cum filijs hominum . Ad hunc excolendum destinaret Deus Adam, quando posuit eum in paradiso voluptatis, vt operaretur, & custodiret illum . Primum siquidem homini inditum munus, fuit vt animam exerceret . Verum cum id respuerit, è paradiso pulsus, & in exiliu actus est, inflictaq; ei maledictio illa, ut terram maledictam coleret, atq; in sudore vesceretur pane suo . Improbo nanq; anime culturā renuenti, carnis & corporis ei cura adijcitur, quæ tantum spinas, & tribulos profert, & sudorem in homine elicit. Gratia rependendæ sunt Christo secundo Adæ, reparatori nostro, qui rursus ad custodiendum paradisu, ad colendam animā nos reuocauit. Studemus igitur germinare herbam virentem, sancta desideria, & lignum pomiferum, opera uberiora, maxime cum à nobis, vti à villicis, expetenda sit uillicationis ratio ; iuxta illud ; Redde rationem villicationis tuæ ;

Anima terra dicitur.

Prouerb. 8.

Gen. 2.

Gen. 3.

Lucæ 16.

x x x Vtinam

Germinet terra herbam virentem,

& lignum pomiferum, & protulit.

a. *Idest, caro nostra herbam virentem, sensuum honestatem: Et lignum pomiferum, bona exercitia.*

Moraliter.

Vtinam hortus sit in regione Phæacum situs, cuius rex fuit Alcinous, tanta videlicet pomorum varietate confertus, ut maturis nondum decerptis noua semper renascantur.

b. *Cor vota sancta, & inconcussa proposita.*

GREGORIVS Nyssenus De Resurrectione Christi, oratione prima.

Hæc est dies, quam fecit Dominus, alia atque ea, quæ in initio creationis facta sunt dies, quibus tempus metimur: alterius creaturae initium hoc est. In hoc enim die Deus nouum Cælum, nouam terram facit, quemadmodum ait Propheta: Quale Cælum & firmamentum fidei, quæ est in Christum. Qualem terram? bonum cor, inquam, quemadmodum dixit Dominus, terram, quæ imbibat pluuiam immixtam in eam, quæ ad maturitatem producat copiosam & vberem spicam: In hac creatione Sol quidem vita pura est, sydera verò virtutes: ær illustrat ac præstans vita institutum: mare profunditas diuitiarum, sapientiæ, atque cognitionis: herba ac germina, bona doctrina, atque diuina decreta, quæ populus pascuæ, idest, grex Dei depascitur arbores producentes fructum, præceptorum cultura. In hac creatione etiam verus homo, qui iuxta imaginem ac similitudinem Dei factus est, creatur.

Vota nostra & proposita qualia esse debent.

Cor nostrum terra est, de qua supra diserebamus. Germinat certè herbam virentem, vota sancta; & lignum fructiferum, proposita solida. Herbam primùm virentem, non pallefcentem. Votum siquidem in corde aliquando herba & virefcentem est, quando cœlestia anhelat, nonnunquam verò herba est quidem, sed pallida, cum terrena affectat. Et fructum pomiferum, non infertile; Nam pariter propositum sanctum insidet interdum in anima, Dei ipsius, diuinarumque rerum amore illecta, quandoque verò humanorum discriminum timore excitata. Sed profectò germinare debet herbam virentem, vt nymphæam, quæ in aquis proficiens, flectitur quidem, sed non frangitur vndis, vota videlicet sancta & pia, in aquis gratiæ cœlestis pullulantia, de quibus effingi posset illud adagium: Flectimur, sed non frangimur vndis. Quod flectantur nimirum vndis tribulationum; & tentationum, sed non frangantur. Et lignum pomiferum, ut pinum, quæ radicibus profundis saxa adeo circumligat, vt ventorum sauiam non pertimescat rabiem, nec procellarum impetu confingatur. Propositum videlicet in profundo humilitatis, circa lapidem Christum adeo complicatum, ut tentationibus iactatum non vacillet, neque prosternatur. Vel quasi hedera ligno Christo ita circumuoluatur, innitaturque, vt eius fortitudine labefactari nequeat.

a. *Idest, caro nostra sensuum honestatem: Et bona exercitia.*

LYRANVS in Postillis.

Quia tamen per Cælum, idest, spiritum, gubernata caro proficit in exercitio bonorum operum, ideo subditur: Germinet terra herbam virentem: per sensuum honestatem, lignum pomiferum, applicando membra corporis ad bonum exercitium.

Caro nostra ut hortus.

Decentissimo vtique symbolo caro nostra terram nuncupanda est, quoniam & verè terra est ex terra sumpta, terræ frugibus alta, terram terens, ac demum in terram redigenda. Hæc si serenum, sedatumque habet Cælum, & opportunis imbribus sit madefacta; si serenam videlicet animam, fulgida gratia perfusam; & sedatam, ac omnibus passionum procellis expertem: opportunitisque pluuijs, seu auxilijs cœlestibus adiuetur, non nisi cœlestes, optimasque fruges profert. Quapropter caro est non arida, & deserta; sed veluti hortus regio cultu conuersus, & excultus. Sicut profectò hic primò calles habet rectos, & semper virefcentibus herbis

Herbam virentem, & facientem semen,

& lignum faciens fructum iuxta genus suum, cuius semen in semetipso sit super terram.

a. *Herbarum, idest, cogitationum, & arborum, nempe operum, semen est meritum perennis beatitudinis.*

b. *Idest, testimonium in propria conscientia.*

c. *Hoc est, in labore, & sudore, vt humana profapie fuit indictum.*

Tropologicè

herbis circumseptos: ita & caro mortificationem, sensuumque moderationem, tanquam herbam virentem debet demonstrare. Et quemadmodum sepes illæ non tantum verno tempore & autumnò; sed æstate, hyemeque semper virefcent: ita sensuum mortificatio, ac moderatio, quæ tunc adest, cum anres gerimus ferè vt obturatas, oculos vt clausos, nares vt olfactus expertes, osque ut sine gustu, cæteraque membra, vt debilitate lassata; hæc, inquam, moderatio non tantum in prosperis, sed in aduersis, non tantum in iucundis, sed & in perniciosis temporibus gestanda est. Quemadmodum verò hincinde per interna hortorum ex terra confurgunt arbores, olera, & plantæ, quæ vberes fruges educunt: ita caro assiduo labore, ieiunijs, disciplinis, peregrinationibus, charitatis obsequijs semper merita augere studeat; vt cum anima gloriæ præmia nanciscatur.

a. *Herbarum, idest, cogitationum, et arborum, nempe operum, semen est meritum perennis beatitudinis.*

In Aegypto fertilitas septem annorum præcessit, subsecuta est deinde septem annorum sterilitas, famesque in vniuerso præualuit Orbe. Quid Aegyptus est, nisi Ecclesia ipsa pinguis, & aquis Nili, gratia videlicet continuò irrigata: cuius pinguedinis, & irrigationis causa, semina proferre potest, nempe merita: Christi siquidem merito, & gratia mereri nos possumus de condigno, ut edocent Theologi. Decurrunt septem anni ubertatis, septem ætates, quibus terra animæ nostræ, seu cordis, seu carnis innumera potest proferre semina, nimirum merita, & illa pro egestatis ætatibus referuare. Egestatis porrò, atque penuriæ anni sunt mors, in qua fruges ferre anima, seminaque redde re, mereri inquam, amplius nequibit. Studeat igitur anima nostra, dum tempus habet, operari, proferreque; semina, merita videlicet, quibus alatur egestatis tempore, in morte scilicet locuples reddatur, locuples diuitijs supernæ ac perennis beatitudinis. Ioseph siquidem Aegypti saluator, Christus, inquam, Mundi redemptor, seruabit nobis semina meritorum, ut post egestatis tempore, ea nobis reddat, & distribuat.

Gen. 41.

Mereri potest homo de condigno.

b. *Idest, testimonium in propria conscientia.*


HVGOCarenis in Postillis.

Cuius semen in semetipso. In semetipso semen habet, qui testimonium habet propriæ conscientiæ, qui de se magis sibi, quam adulatoribus credit; Homo sensatus in sapientia manet, sicut Sol; nam Stultus vt Luna mutatur. Sic & illi, qui proprias conscientias in aliorum linguis posuerunt. Beatus Bernardus; Qui conscientias suas in alienis linguis posuerunt, modò magni, modò parui, modò nulli videntur, prout linguis hominum eos vituperare placuerit, vel laudare.

Eccl. 27.

Segetum, frugumque nonnullè gremio suo concludunt semen, mox geniculato culmo erecte, vaginis iam quasi pubescens semen includunt, & contegunt, ne à frigore lædatur, aut Solis æstu exuratur, aut ventorum inclementia, & imbrum sauis procellis excutiat. Muniunt ipsum adhuc contra minorum auium morsum, uallo aristarum, ne ab auiculis illis absumatur. Aliæ verò semina in apice aperiunt, insanaque prouidentia tum ardoribus, tum algoribus, tum alitibus ipsa exhibent. Christicolarum pariter alij sunt, qui & sancta desideria, & probas actiones adeo in se concludunt, ut sibi tantum sufficiat testimonium conscientiæ. Alij popularis auræ aucupatores adeo

xxx 2 illas



Et protulit terra, &c.

Tropologicè

a. Ediscant homines à terra liberalitatem.

Celandi opera bona contra hypocrisis.

Math. 6.

illas in apertum proferunt, ut facile uel æstu propriæ gloriæ adurantur, uel frigore inuidiæ labis arefiant, uel Demorum hostium tentationibus, quasi auibus diripiantur. Animiaduerrant quæso, quod ros quidam adustus, & leuis, manna à pluribus nuncupatus, è Cælo quandoq; decidens, sementes, maximè si in aperto sint, nullisque corticibus & uaginis circumseptæ, exurit, & luridas reddit; ita profectò operationum sanctarum meritum, suauis inanis gloriæ adulationisq; ros, adeo comprimit, ut atras, putridasque ipsas efficiat. Ediscat itaque Christicola habere semen in semetipso, meritum scilicet sanctimoniam in conscientia sua, quasi in horreo seruare, atq; custodire, & iuxta Seruatoris præceptum ipsam non patefacere; Nesciat sinistra, quid faciat dextera tua.

c. Hoc est, in labore, & sudore, ut humana profapia fuit indictum.

H V G O Catenensis in Postillis.

Iob. 5.

Vel iuxta genus facit fructu, qui in labore, & dolore penitentiae uiuit; Homo nascitur ad laborem. Et Genesis tertio; In sudore uultus tui, &c. Lucifer quæsiuit hic requiæ, & ideo miser cecidit, ut in æternū laboret, & doleat.

Zach. 1. 3.

Saluberrimum documentum illud est, quod nobis exhibet Propheta: Homo agricola ego sum, quoniam Adam exemplum meum ab adolescentia mea. Animiaduertas primum Prophetam nos erudire, nullum aliud nobis indictum esse uitæ genus quam agricolæ: Homo agricola ego sum. Siquidem colonū uita quid onerosius? quid laboribus simul ac penurijs copiosius? Animiaduertas deinde id esse generis humani institutū, quini mo pena ei inflicta. Sed quare? Quoniā Adam exemplum meum. Consuescunt profectò filij eas consecrari artes, quas maiores suos exercuisse norunt. Quapropter cum Adam omnium protoparens agriculturæ operam dederit, eius exemplo & cuncti mortales ipsi incumbere, & non ociari erudiuntur. Dicitur enim Adæ; In sudore uultus tui uesceris pane tuo. Qui igitur in sudore non uiuunt, nō pane suo, sed pane, quæ rapuerunt ac suffurati sunt, uescuntur, & aluntur. Proh scelus: Animiaduertas tandem nullam esse ætatem laboris immunem, nec nutantem in senectutem, nec florentem adolescentiam: Ait siquidem Propheta; Ab adolescentia mea.

Gen. 3.

a. Ediscant homines à terra liberalitatem.

L V S I T A N V S in Genesim.

Sunt qui cum multa prestare possint, paucis exhibitis, contenti sunt; quos hac sententia arguit. Non sat fuit terra producere ex se herbam, sed quicquid producere potuit ad nostram produxit utilitatem, herbam paruum & grandem, arbores, & ligna fructuosa, & infructuosa.

Liberalitatis simulachrum.

Quæ etenim mens attingere, vel quæ lingua proferre potest immensam terræ munitentiam, ac liberalitatem? Aegyptij patinam expasam liberalitatis simulachrum, & indicium esse perhibebant. En terra amplissima ut patina expasam undique, cunctis bonis locuples, & exundans. Antiquum etiam, & celebre erat illud Hieroglyphicum, quo Cornucopiæ simulachro liberalissimam benignitatem, & largitionem effusissimam indicabant. Sed quænam affluentior cornucopiæ, seu bonorum omnium exundantia quam terra, quæ intus tot mineralium, preciosorumq; lapidum uarietates progignit; extra tot herbarū, segetum, olerum, germinum, arborum, florum, fructuum, succorum, saporum, genera suppeditat, ut animantia cuncta alat, delectet, resocillet, recreet, & locupletet? Discat igitur homo à terra liberalitatem, eamque triplici insigni documento. Ediscat primum multo plura rependere, quam accipiat, quemadmodum

Terra edocet nos liberalitatem tripliciter.

dum & terra ingenti fœnore frugem colonis restituit. Ediscat deinde hilari animo, quæ ipse non peperit, conferre, cum tellus fruges non imbrum, alluionum, concussionum, æstuum, brumarum memòr alacriter proferat. Ediscat & beneficia libentius iterare etiam gratias non rependentibus, quemadmodum & terra singulis annis ampliores suppeditat fruges cunctis animantibus, non tantum eam uenerantibus, sed terrentibus, atque calcantibus.

H O R T V S M Y S T I C V S.



Onsuescunt homines præcipuè reges, & proceres, hortos cultu regio celebres complantare, spinis circumuallare, calles in ipsis dirigere, arbores, herbas quasdam præclariores, & selectiores inserere, & alere, summaq; uigilantia custodire, riuulis irrigare, limo fouere, à gelu munire, ut inde & fructuum affluentiam, & uoluptatis non modicum percipiant. Decebat igitur, ut homo quoque rex Mundi, theatrici, huius amplissimi hæres, orto quodam potiretur conclusò ad delicias sibi confito. Deus itaque, qui tot beneficijs humanum genus est prosequutus, terrarum etiam solum, ut hortum homini contulit. Qualis enim amplior, & refertior hortus, quam terra, omnigenis herbarum, segetum, germinum, olerum, arborum procerarum speciebus locuples, & copiosa? Quod solum aptius, quam uarietas montium, collium, ualliu? Qui calles cultiores, quam undiq; porrecta planities? Quæ sepes fortior, quam montium undique continuata iuga? Quæ gratiores syluæ, quam nemora amplissima? Qui fons uberior cunctum irrigans hortum, quam mare? Quæ uiuaria placidiora quam lacus? Qui riuuli limpidiore, quam amnes? A quo agricola potuit concinnius plantari hortus hic, quam à Deo? Qua diligentia, & solertia uigilantius coli, quam Naturæ? Qui fructus uberiores decerpi, quam documenta pro anima? Quæ oblectatio suauior, quam mirifica sapientissimi Conditoris in germinibus inuestigare? Deus certe terram hanc candidis, ceruleis, rutilantibus, purpureiscentibus, uirentibus, varijsq; uenustauit germinibus, non tantum ut pabulum exhiberet animantibus, sed ut homini documentum forent uirtutum, ac simulachrum: Hinc sapius sponsam, hoc est, animam inuitat in Canticis; Veni in hortum meum soror mea sponsa. Christus animam excitat, ut in hortum, nempe in Orbem terrarum hac tertia die à se confitum ingrediat; pedibus intellectus, & affectus; intellectu claro, affectu purgato, & contempletur germinum proprietates, quò monumentum, & exemplum inde sibi assumat uirtutum. Cæterum sine ductoribus, qui singula ei demonstrent, incassum hoc percurrat anima uiridarium. Duces ergò sumamus Basilium, & Ambrosium, qui mirifica de germinibus nobis produnt documenta, cum ipsisq; perscrutemur Primum ea, quæ Moysi uerba nobis suppeditant: Deinde quæ de germinibus in genere dici queunt: Tandem nonnullas quorundam facultates, nam omnes oratione prosequi impossibile existimo.

Orbis terrarum hortus à Deo confitus pro homine.

Cant. 5.

Terra fœneratum restituit, quod accepit ab homine, homo Deo non reddit fructum suum.

Vix primum huius amplissimi uiridarij limen attigerat homo, comitantibus eū Basilio & Ambrosio, cum statim introsipientibus illis, conspectoq; non sine ingenti animi uoluptate ac iucunditate teatro isto orbis, omnigenis segetum, olerum, arborum generibus confito.

A M B R O S I V S ita alloqui cæpit.

Fœneratum terra restituit, quod accepit, & uisurarum cumulo multiplicatum. Homines sepe decipiunt, & ipsa fœneratorem suum sorte defraudant: terra fidelis manet. Et si quando non soluerit, si forte aduersata fuerit frigoris inclementia, aut nimia siccitas, aut immensa vis imbrum, alio anno superioris anni damna compensat: ita & quando prouentus spem destituit agricolæ, nihil terra delinquit: & quando aridet ubertas, secunda matris se partus effundit, ut nullum unquam dispendium suo inferat creditori.

Hexe. lib. 3. cap. 8.

Admirandum est utique, quod terra restituat agricolæ fœneratum copiosq; multiplicatum, quod suscepit ab ipso. Homo uero, ut plurimum, Christum agricolam suum defraudet. Terram homini contulerat Deus, hominem Christo ut terram dedit. Verum

Gen. 3.

Christus quā
tum pro. no-
bis laboravit.
Ioan. 4.

ram Terra, vt protoparentes nostri à iustitia deciderunt, spinas & tribulos germinare cœpit homini; Et homo vt iniquitatis labe polluitur, venialia delicta vt spinas, & lethalia vt tribulos profert ipsi Christo. Dicitur est Adā: In sudore vultus tui vesceris pane tuo; Dicitur est Christo: In sudore vultus tui redimes animas tuas. Quantum laboret homo pro terræ cultura, non nos fugit; quantum fatigatus sit Christus pro homine terra sua, edisseramus. Egressus est è Cœlo sua fulgida regia, venit in Mundum, vt in sudore vultus sui, laboribus suis, vesceretur pane suo, vt nancisceretur animam, cuius salutem ardentissimè cupiebat. Attende laborem: Fatigatus ex itinere sedebat sic supra fontem; in itinere siquidem, nimirum in totius vitæ suæ curriculo, cum in laboribus fuerit à iuuentute sua, fatigatus, lassatus, sedebat supra fontem crucis, nudatus vtique; afflictatus, rubescens sanguineo illo sudore adeo exundante, ut non tantum factus sit sudor eius tanquam gutta sanguinis in terram ex facie serenissima, spectatissimaq; decurrentis, sed ex cuncto sacratissimo corpore tam copiosè manauit sudor, nempe sanguis, quod exanimatus, inclinato capite tradiderit spiritum. Ita in sudore vultus sui excoluit te, o homo, terrā suam. Cæterum terra sudore hominis culta, semina optima profert nobis, & tu Christo, qui pro nobis maiores pertulit labores, quam homo pro terra, non reddis nisi spinas, & tribulos, peccata, & flagitia. Illa tibi reddit foeneratum fructum, & tu Christo foeneratas luridas fruges, foeneratas spinas, quibus in cruce coronetur, & tribulos, quibus flagelletur, rependis; Illa multiplicatum fructum reddit, quanquam sapius frigoris, & siccitatis aduersa tulerit: Tu licet radio gratiæ, & calore charitatis benignè semper fueris fons, ingratus existis.

*Vita atque rerum humanarum imbecillitatem herba
virens demonstrat.*

Hæc de terra erga hominem gratitudine, & de hominis in Christum ingratitude differebat Ambrosius, cum anima in primo Viridatij prospectu, & apparatu, mirabatur illud indumentum viridibus, purpureis, luteis, candidis floribus, vt gemmis exornatū, quo terra tum in montibus, tum in collibus, tum in vallibus contegebatur, quasi amictu mæsto, lugubrique, quem in hyeme detulerat, deposito, splendidiorem vestem verno tempore indueret.

Hex. Hom. 5.

Isa. 40.

BASILIVS tunc eam ita est alloquutus.
Volo, percipioque tibi vehementius istius rerum creationis administrationem imprimi, vt vbi te inuenis, & cuiuscunque stirpium asiteris generi, manifestam, clarāque Creatoris capias admonitionem. Primum itaque vt herbam feni conspexeris atque florem, in mentem tibi veniat humane nature, ac sapientis Esaiæ imaginariam similitudinem in memoria habeto; Omnis caro, dicentis, vt fenum est, omnisq; gloria hominis veluti feni flos est. Breuitas enim temporarij istius, ac deciduæ vitæ, oblectamentumq; prosperitatis humane, atque hilaritas exiguo tempore persistens, accommodatissimam est apud Prophetam similitudinem sortita. Hodie florulentus corpore, propter diuitias obesus, & florente colore præditus, ob ætatis viriditatem efflorescentem lasciuens, vehemens, impetu intolerabilis, nec quoquam secum consistens: cras idem ipsemet miserabilis, aut tempore marcidus, aut morbo forsitan dissolutus, senioq; confectus. Est quispiam ob amplitudinem patrimonij illustris, ac suscipiendus, & adulatorum hominum copia, & satellitum circa ipsum versatur, septusq; est fictis amicis, qui gratiam ipsius venantur: magna quoque caterua sanguine propinquorum, & ipsa simulata stipatus: innumera denique sequitur illum eorum hominum multitudo, qui partim alimoniam emerendæ gratia comitantur, aut propter alios vsus ei adsunt: quos abiens domo, seseq; recipiens domum, secum trahens, inuidiosus est occurrentibus. Adde diuitijs, si volueris, & ciuilem aliquam potestatem, vel etiam honores ex regibus, curam, & administrationem gentium, imperatorium munus exercitus ductandi, præconem præstantem, & anteambulonem ipsius, qui exerta voce reboet, feruligeros lictores, qui vel ipso prægressu terrorem acerrimum incutiant subditis imperio, plagas ingerant, & irrigent facultatum publicationes, abreptiones, carceres: è quibus intolerabilis subditorum metus emergit, atque accumulatur. Quid post hæc queso? Nox vna, vna febris, aut certè pleuritis, siue peripneumonia abreptum hunc è medio hominum cætu abijt secum abducens hominem, omni prorsus, quæ eundem circumstabat, scena spolians in vestigio ac nudans. Splendor ille maiestatis & gloriæ ad insomnij imaginem momento disparuit. Quare per hoc Prophetæ oraculum gloriæ humane similitudo, ad debilissimum florem appositè videtur accommodata.

Ambrosius Hexameron libro tertio, capite septimo, confimilum non minus luculenta oratione edisserat: à clausula (Quid autem creaturæ huius) vsq; (Et quæ intus animabat)

Et

Et merito inclamandum est nobis; Omnis caro scenum; breuitatis siquidem huius vitæ nostræ symbolum nullum aptius adest, quam herbarum virentium, & florum rubescentium conditio. Herba siquidem diem vnum solummodo vitæ nouit, hoc euenit, quod mane roratur, madida est, rutilantiq; aurora ridet, in meridie maturatur, & arefcit; in sero pallet, exiccatur, fenumque fit, vt pabulum fit bestiarum. Vita nostra dies vna est; homo siquidem, ut Ephemeris est, qui eo die quo nascitur, etiam moritur, tresque diei decurrit partes, cum tria vitæ nostræ protrahat curricula, secundum philosophicam partitionem, incrementum, statum, & decrementum. In iuuentute floret, in virilitate arefcit, in senectute decedit. Quæ est igitur gloria vitæ nostræ? Omnis caro fenum. Vita nostra una dies est; quam nox sefcatur statim, nimirum interitus; Dies est: immo & dies hesternæ; Mille siquidem anni, tanquam dies hesternæ, quæ præterijt. Nam si vitam nostram contemplamur & dinumeramus à natalibus infaustis ad præsens, quo nunc loquimur, momentum duntaxat esse comperiemus, reliquum verò transactum esse. Dauid de hac die: Dies eius ut umbra prætereunt; ut umbra scilicet unius diei; umbra est ærumnosa vita nostra, quin potius mors, quam vita: Vti enim umbra semper corpus persequitur, uelut nolit, Ita & vitam mors iugiter comitatur. Et quemadmodum cum properamus ad Orientem; in mane, post nos insequitur umbra, in meridie à latere, uespere autem ante graditur: ita etiam in iuuentute hominem mors à tergo confectatur, cum insidijs ipsum petat; in consistente ætate à latere, nam homo tantundem ætatis tunc cernitur exegisse, quantum sibi adhuc exigendum superesse potest. In senectate, ante, cum ad mortem tunc nos properare fateamur. Hæc singula Iob comprehendit, dum dixit: Homo natus de muliere, &c. Qui quasi flos egreditur, & conteritur, & fugit uelut umbra.

Isa. 40.

Vita nostra
vt herba.

Psal. 89.

Psal. 143.

Vita nostra
vt umbra.

Iob. 14.

*Operandum secundum genus nostrum, quo facti sumus ad
Dei imaginem.*

AMBROSIVS prædicis hæc subnecebat.

Hex. lib. 3.
cap. 7.

Atque vitam imitauerunt hanc herbam, de qua ait Dominus; Germinet terra herbam feni, seminans semen secundum genus suum, secundum similitudinem. Seminamus igitur semen secundum genus. Quod sit genus, audi dicentem oportere nos querere illud diuinum, si quo modo illud tractare possimus, aut inuenire, quamuis non longè sit ab vnoquoque nostrum. In ipso enim viuimus, & sumus, & mouemur, sicut quidam vestrum inquit, dixerunt, cuius & genus sumus. Secundum hoc genus seminamus semen, non in carne, sed in spiritu. Non enim carnalia, sed spiritualia seminare debemus, qui ad vitam peruenire volumus eternam. Quæ sit autem similitudo, non ignoras, qui ad imaginem, & similitudinem Dei factus es. Herba generi respondet suo, tu non respondes tuo generi? Triuici granum sparsum terræ, generis sui gratiam reddit, & tu degeneras? Fruges non adulteras sui sinceritatem seminis, tu adulteras puritatem animæ, virentem mentis, corporis castitatem? Non agnoscis opus esse te Christi? Manibus suis, vt legimus, te ille formauit.

Act. 17.

Merito igitur deploranda est hominis ignauia, & segnities, quod non proferat semina, & opera spiritus secundum genus suum, genus, inquam, diuinum, quo ad imaginem, & similitudinem Dei plasmatus est; sed potius a genere suo præclaro degeneras, fordida; ac turpia famulorum, seu carnis opera exequatur. Proh dolor. Homo duplex genus sortitus est, paternum, atq; maternum. Materna progenie genitus est homo ex humo, humus ex terra, terra ex nihilo: Formauit enim Deus hominē de limo terre, &c. Quapropter ei pater est humus, siue limus, mater putredo, sorores uermes. Vnde Iob, Putredini dixi; Pater meus es, mater mea, & soror mea uermibus: uermes enim ex limo scætant, sicuti & ipse homo. Auus subinde est terra: At auus nihil: hoc profectò est insignè, conspicuumq; hominis maternum genus. Vt quid igitur superbis terra & cinis? Paternam uerò originem homo a Deo trahit; nam Deus spirauit in faciem eius spiraculum uitæ, & factus est in animam uiuentem, tulitque à natalibus (quod egregium illi est, & singulare) ut patris effigiem referret, quia factus est ad imaginem, & similitudinem Dei. Stirpe igitur materna nil uilius; paterna nil excelsius, præstantiusuè. Porro & educatio præclara extitit; Natura, quæ deprecatur optima, nutrix fuit; lex Dei, pedagogus. Sed plures ex hac profapia à genere paterno descuerunt, siue degenerarunt, operaq; secundum

Hominis o-
iigo duplex.

Iob. 17.

secundum genus suum non peregerit, opera, inquam, coelestia, uti è caelo per animam profapia à Deo ducebant; Plurimi verò spuriorum more ad maternam originem vitam retulerunt, terrena sectantes, longeq; plures fuere cum Cain, quàm cum Abel, plures cum Esau, quàm cum Jacob, plures cum Adonia, quàm cum Salomone. Verùm aquila cum pullos è nido ad uolatum prouocat, quos in Solem coruscantissimum oculos iniicere cõspexerit, ueluti ex genere suo, ad caelos uehit; sed quos fulgore præstringi conspicata fuerit, tanquam adulterinos, & degeneres è nido præcipitat, atque disperdit. Aquila nostra magnarum alarum Deus, mortales, quos coelestia mentis acie anhelare cognouerit, gratia attollit, ad superaque euehit; quos verò terrenis addictos nouerit, uti à sua profapia degeneres reijcit, atque deserit. Studeamus igitur semina proferre iuxta genus nostrum.

Non calumnianda diuina prouidentia, quòd germina exitialia creauit, sed parsimonia euitanda.

Pernagabatur oculis homo huc illucque, permistas ubique cum videret herbas tum frugiferas, tum infrugiferas, tum opportunas, tum exitiales, tum salubres, tum perniciosas, obstupescibatque uehementer.

A M B R O S I V S autem huiusce rei causam reddebat.

Sed forte dicant aliqui; Quid quòd cum vtilibus etiam lethalia & perniciosa generantur? Cum tritico conium, quòd inter alimenta vita noxium reperitur, et nisi prauisum fuerit, consuevit saluti nocere. Inter alia quoque nutrimenta vite, elleborum deprehenditur. Aconita quoque fallunt frequenter, et decipiunt colligentem. Sed hoc ita est, ac si reprehendat terram, quia non omnes homines boni. Sed quòd plus est accipe, quia non omnes boni Angeli in Cælo. Sol ipse præ nimio calore spicas torret, adurit autem gignentium prima exordia. Luna quoque viantibus iter demonstrat, latronum pròdit insidias. Num igitur dignum est, ut in his quæ vtilia sunt posthabentes conditoris gratiam constiteri, propter aliqua alimentorum noxia creatoris prospicientie derogemus? Quasi verò omnia gulae causa debuerint procreari, aut exigua sint, quæ ventri nostro diuina indulgentia ministraverit. Desinit, a nobis esca sunt, et nota omnibus, quæ voluptatem generent, et corporis salubritatem. Singula autem eorum quæ generantur è terra; specialem quandam rationem habent, quæ pro virili portione complent vniuersæ plenitudinem creatura. Alia ergo esui, alia alij nascuntur vsui. Nihil vacat, nihil inane germinat terra. Quòd tibi putas inutile, alij vtile est, immò ipsi tibi frequenter alio est vsu vtile. Quòd escam non adiuvat, medicinam suggerit; et sæpe eadem quæ tibi noxia sunt, aut auibus, aut feris innoxium ministrant pabulum. Denique sturni vescuntur conio, nec fraudi est eis, quoniam qualitate sui corporis, venenum succi lethalis euadunt. Frigida enim vis eius est succi, quam subtilibus poris in cordis sui sedem ducentibus, præcoci digestionè præueniunt, priusquam vtilia ipsa pertentent. Elleborum autem periti loquuntur escam esse, et alimoniam coturnicum, eo quòd naturali quodam temperamento sui corporis, vim pabuli nocentis euitent. Etenim si ratione medicina, plerumque ad salubritatem humani quoque corporis temperatur, cui videtur esse contrarium: quanto magis proprietati naturæ ad cibum proficit, quòd medica manu conuertitur ad salutem? Per mandragoram quoque somnus frequenter accersitur, ubi vigiliarum egri afflictiuntur incommodo. Nam quid de opio laquar, quòd etiam nobis quotidiano propè vsu innotuit, quoniam dolores eo grauissimi interiorum sæpe viscerum sopiuntur. Nec illud præterit, quòd conio plerumque furoribus libidinum maruerunt, et elleboro vetuste passionibus egri corporis sunt soluta. Non solum igitur nulla in his reprehensio Creatoris, sed etiam incrementum est gratiarum. Siquidem quòd ad periculum putabatur esse generatum, ad remedia tibi salutis operatur.

Exinde præclarus idem Doctòr naçta occasione, acriter inuehebatur in ignorantiam humanam, quæ bona à malis discernere ignorat, maximè cum & bruta à natura edocta, id perbellè efficere sciant.

Nam et id quòd periculi est, per prouidentiam declinatur; et id quòd salutis, per industriam non amittitur. An verò quæ, et capis ea quæ sibi noxia sunt declinare didicerunt, et solo odore per quoddam naturæ ministerium, cum sint rationis expertes, rationem tamen euadendi periculi, vel tuendæ salutis agnoscunt, noxiaque pariter, ac profutura distinguunt, ita ut plerumque cum armata venenis tela senserint, notas petere herbas, atque his remedium vulnerei dicantur adhibere? Cibus illis ergo medicina est, ut reslira sagittas videas è vulnere, et fugere venena, non serpere. Denique ceruis cibus venenum est. Coluber ceruicem fugit, leonem interficit. Draco elephantem ligat, cuius ruina mors victoris est. Et ideo summe vtrinq; certatur; ille ut pedem alliget, in quo casus victi sibi nocere non possit, iste ne posteriore extremis pede, aut calle capiatur angusto, ubi vel ipse se non queat retorquere, et draconem graui proterere vestigio, vel sequenti elephantem auxilium non habeat. Ergo si irrationabilia animalia norunt quibus sibi aut mediantur herbis, aut subsidijs opem afferant;

vant: hominescitur, cui rationabilis sensus inuacitur? Aut tam alienus à vero est, ut quæ cuique apta sint vsui, minimè deprehendat? aut ita nature ingratus bonis, ut quoniam taurini haustus sanguinis lethalis est homini, propterea putet laboriosum animal aut nasci non debuisse, aut sine sanguine debuisse generari, cuius virtus ad cultum agrorum vtilis, aut ad vsum plaustrorum habilis, ad alimoniam suavis, diuerso munere fulcit agricolas, quibus Deus, si bona sua norint, vniuersa donauit dicens; Germinet, &c.

Nec dissimilis porro ab hac est sententia Basilij Hexæmeron Homilia quinta.

Cæs plures quorsù Deus exitiales herbas salubribus cõmiscuerit, exhibebat hi insignes Patres: Quòd scilicet primum id exostularet integritas, & perfectio vniuersi; Quòd in frugifera & veneno infecta quibusdam animantibus sint esca, & pabulum; Quòd si in escam non sunt, medicamenta saltem suppeditant; Quòd tandem si neque escam, nec medicamentum subministrat, alia saltè & plurima afferant homini iuamenta. Exinde præclari ijdè Patres pio accensi zelo in hominè insaniam, atq; ingluuie, orationè suam non iniuria descebat: cum vel focordi ignoratia, uel luxu & uoluptuosa vitæ causa, homines sæpe noxias quoque, nedum salubres herbas tanta quãtitate deglutiãt, ut illis noxiæ reddantur. Impia certè hominis voracitas, si gulæ illecebris etiã noxia deuorat, & innoxia fibi innoxia reddit, adeò ut in grauissimos morbos sponte delabatur, sæpeque sibi ipsi mortem conscire non vereatur. Enimuero homo & animas differunt certe. Hoc naturaliter trahitur ad unum, quia ducitur ab intelligentia non errate: Homo fertur ad vtrumque, vnde Aristoteles: Natura determinatur ad unum, rationalis aut facultas fertur in vtrumque; oppositum rû. Quòd igitur animantibus collatum est à natura, ut noxias agnoscat, & euitet, homini datum est ex ratione. Suum igitur est crimen, si libens in malum decidit. Porro cuncta ad sobrietatem nos inuitat, eruditurque: Scriptura, & Natura. Angeli in Cælo sobrietatis sunt similes. Ad in paradiso terrestri inditum est præceptum, ut à uetito pomeo abstineret; Quòd si parsimonia sobrietatè; opportuna erat in paradiso, quid in Mûdo? Si in sanitatè, quid in morbo? si cum non exardesceret libido, quid in luxuriæ feruore? si dum non intumesceret caro, quid cum effecta est adeò cõtumax & proterua? si in iustitia illa primigenia cõstituto homini, quid delapsus in culpam? Quamplura hinc nobis suppeditat Scriptura exempla eorû, qui sobrietate soluta epulas, ingluuieque; prosequuti, in infinitas propè seipsos præcipitarunt ærumnas: E cõtã sobrietatis æmulatores singularia insigniaque; semper naçtos esse à Deo beneficencia edocet. Moses ieiunus legem in mote accepit. Elias famelicus Deum vidit. Daniel ieunus mirificatum uisionum spectator est factus. Vir seu mulier Domino cõsecrati, à uino abstinebant. Iudith ieiunio fulcita hostium aciem immensam sola circumuenit, Holoferne necauit, patriam ac populum suum ab excidio impendete liberauit. Esther regina pulchrior est facta ieiunio, eoque; & regem cunctis formidabilem sibi fecit subiectum, & Iudæorum gentem persecutionis acerbi rati, & imminenti neci subtraxit. Niniuita ruina minas ieiunio euasere. Eliã pauertur corui, quòd sobrietatis æmulator esset. Ahab ieiunio cõminatione Dei per Heliã inditã euitauit. Tres pueri, cum paternæ legis zelo correpti uetitos cibos negligerent, etiã in medio flammarum illæsi perstiterunt. Et quid multis moror? Nonne Scriptura clarè pròdit; Initiu vitæ hominis aqua & panis, & uestimentum, & domus protegens turpitudinem? Porro Natura præter Scripturam id ipsum nos instruit. Præstitit quidem natura homini duas nares, duos oculos, duas manus, duas aures, sed unum tantum os, & illud perparum, idemque; et linguæ ueluti ergastulum, ut ediceret homo multum audire, cõspicere, cognoscere, sed parum sibi datum oculum, exiguas tributas uires pro sumenda esca, cum os sit potius ad loquelam promendam, quam ad sumendum cibum destinatum. Ac certe sicuti nimia crapula natura eneruatur, cunctaque; uires prosternuntur; ita sobrietate uiget magis, atq; sua obeunt munera perfectissime: sit enim intellectus clarior, memoria tenacior, iudicij solidius, ingenij uiuacius, uoluntas ad bonum pcliuor, irascibilis mitescit, concupiscibilis tepescit, sensus uiuificatur. In oculis fulget uiuacitas, in uoce claritas, in flatu suauitas, in corpore agilitas. Hoc unum tandem superaddat, ut vnde discessit, reuertatur oratio. Dixit Dominus ad Aaron: Vinum, & omne, quòd inebriare potest, non bibes tu, & filij tui, quando intrabit in tabernaculum testimonij, ne moriamini. Hoc igitur sobrietatis præceptum omnibus de sacerdotali stirpe progenitis, inditum est. Nobis igitur regali sacerdotio donatis commendata est sobrietas. Parauit nobis natura mensam uberrimam. Sciat homo, ut unicor nis cornu rationis interuen-

Herba exitiales cur unum cum salubribus conditæ.

Homini ingluuies quantâ.

Ad sobrietatem inuitant & Scriptura & Natura.

Sobriorum exempla.

Num. 6.

3. Reg. 21.

Eccles. 29.

Homini unum tantum datum est os, ut sobrietatem ad discat.

Sobrietate cunctæ hominis facultates perfectiores fiunt. Leuit. 10.

na progredi, noxia reijcere, salubria prosequi, eaque parsimonia uti, quæ uitam alat, tueatur, & non prosternat, atque præcipitet.

Adulterina semina, ut lolium, et Zizania, symbolum sunt Hæreticorum.

Inter triticum lolio conspecto turbabatur anima.

A M B R O S I V S autem huiusce rei aperuit illi causam dicens.

Sed forte quis dicat: Quomodo secundum genus terra profert semina, cum plerumque semina iacta degenerent, & cum bonum triticum fuerit seminatum, decolor eius species, & inferior forma reddatur? Sed hoc fit quando accidit, non ad translationem generis, sed ad ægritudinem quandam, & inæqualitatem seminis videtur esse referendum. Non enim desinit esse triticum, si aut frigore aduratur, aut imbre madidetur, sed specie magis quam genere, colore quoque & corruptione mutatur: Denique frequenter madidata frumenta in sui generis speciem reuertuntur, si aut Sole, aut ignibus torreantur, aut diligentibus commissa culturis aeris temperie, terrarumque feracium vberitate foueantur. Itaque reparatur in sobole, quod degenerauerat in parente. Unde non periclitamur, ne præceptum illud Dei, cuius usus naturæ inoleuit, in reliquum successionis vitio destitutum sit, cum hodieque in seminibus generis sui sinceritas reseruetur. Nam lolium, & reliqua adulterina semina, que frugibus sepe miscentur, zizania nuncupari Euangelij lectione cognouimus: sed ea proprium quoddam genus habent, non ex tritici semine in aliud genus seminis decolori mutatione translata degenerem traxere naturam. Denique hoc docet Dominus dicens: Simile est regnum cælorum homini, qui seminavit bonum semen in agro suo: cum autem dormirent homines, venit inimicus eius, & superfeminavit Zizania inter triticum. Aduertimus, utique quod zizania & triticum, ut nominibus, ita & genere videantur esse discreta. Denique & serui dixerunt ad Patrem familias: Domine nonne bonum semen seminasti in agro tuo? Unde ergo habet zizania? Et ait illis: Inimicus homo hoc fecit. Aliud enim est semen Diaboli, aliud semen est Christi, quod seruitur ad iustitiam. Denique aliud filius hominis, aliud Diabolus seminavit. Ad eodē diuersa natura utriusque seminis, ut contrarius seminator sit. Quod seminat Christus regnum est Dei: Quod seminat Diabolus peccatum est. Quomodo igitur potest vnius generis esse regnum, atque peccatum? Sic est, inquit, regnum Dei, quemadmodum si homo iacitet semen super terram. Est & homo, qui seminat verbum, de quo scriptum est: Qui seminat verbum seminatur.

Basiliius pariter nil prorsus discrepabat ab Ambrosio. Quid mirū si Ecclesia gignat, & fideles, qui ab ipsa fide nunquam discedunt, & fideles, qui sua perniciosa prauitate deficientes à fide, hæretici euadunt; cum prima etiam viuentium mater ex eodem viro Adam & iustum Abel & iniustum Cain pepererit? Elegantissimo autem symbolo Hæreticus lolio, adulterinisque seminibus comparatur, si causam, modumque quo ex bono semine lolium fiat, attendas. Agricola bonum iacit in terram semen, terra eodē vtero certè ipsum excipit, natura eadem virtute gignit, eodem rore, quasi lacte pascit, eodē viuido Solis radio elicit, iisdem fluuijs pinguibus irrigat; quod autem ex hoc semine pars vna triticum, alia lolium fiat, duplex est causa: Altera præpotens calor adustio, Altera nimia frigoris exustio. Pari euentu Deus omnes homines vult saluos fieri, Ecclesia pientissima mater omnes in vtero suscipit catechumenos; eadem eruditione concipit, eodem fidei splendore illuminat, & baptismatis fonte parit, eadem doctrinæ Christianæ esca alit, eodem lumine gratiæ fouet, iisdem Scripturarum sensibus irrigat: Sed ipsi duabus de causis in hæresim præcipitant; Altera ex nimia caloris adustione, ex nimio scilicet amore proprio, & nimia carnis libertate; Carnis enim illecebre, non modò voluntatem, illi eblandientes, rapiunt ad praua, sed intellectum etiam offuscant; adeo ut ea dogmata tanquam vera veritatis ofores hæretici sibi statuant, quæ carnis libertatem fouent. Demonstrabo id exemplo si poterō. Terra madida exhalationes, atque vapores ingentes gignit, qui in aërem attracti, in nubesque atras condensati, Solis splendore contegunt; ita carnis libertas, voluptatibusque prostrata uita delectationes adeo uehementes exhalat, ut sæpe in nubes atras in opiniones erroneas obdensentur, & fidei lumen à se auertant. Adijciam exemplum illustrius. Terra si inter Solem interponitur & lunā, Eclipsim efficit lunæ, quæ lucē Solis carens atra redditur; ita caro si inter animam, & Deum interiacet, Eclipsis fit animæ, quæ lumine fidei orbatā in tenebras, & in regionem vmbrae mortis compellitur corruere. Tertium adhuc exemplum accipito. Lucerna si oleo abundat, lumen clarum atque nitens præbet: deficiente oleo, flamma primū extinguitur, deinde & carbo accensus suamet fetida exhalatione attenuatur. Consimili euentu anima charitate prædita, fidem puram, splendidam, ac

viuam

Hex. lib. 3. c. 10.

Matth. 13.

Marc. 4.

In hæresim
cur aliqui la-
bantur.
Prima causa.

viuam emittit; at uitiorum copia, sublata charitate, fides uiua extinguitur. Deinde & fide mortua suamet peccatorum fordida labe tandem obruitur. Subijciam huiusce rei simulachrum elegantissimum. Christo morituro tenebræ sunt super vniuersam terram: ita Christo in impijs iuxta mysticā contemplationē obituro, eorū mentes profundissimis tenebris obruuntur quibus Hæretici euadunt. Altera causa, quæ bonum semen lolium efficitur, est nimia frigoris exustio; En hæretici, cum spiritu, charitateque expertes sint, proprii duntaxat ingenij acumini innitentes, & magis quam par sit confidentes, credere illud solummodo uolunt, quod procacitas ingenij sui ipsis suppeditat; unde Ecclesiā par uipendunt, & ab ipsa desciscunt; quomobrem ipsis, uti Aegyptijs, tenebræ effunduntur palpabiles; cum placita hæretica adeo erronea sint, Patrumque doctrinæ, & Scripturis aduersa, ut errores eorum manifesti ferè palpari queant. Hæc igitur causæ sunt, quare bonum semen lolium fiat, adulterenturque semina. Sed ut ab exemplo proposito non discedam, lolium rursus in humum benè cultam si fuerit iactum, & Cœlum clemens fuerit nactum, in pristinum colorem, atque saporem redire non ignoramus. Ita hæreticus, si rursus in Ecclesiam redire cupit, & falsa abirare dogmata, pietate certè Ecclesiæ, Dei que clementia, in pristinum reuerti poterit salutis statum; Mirum siquidem est in Ecclesiā, quod non tantum palmites mortui reuiuiscant, scilicet peccatores, qui numero sunt, non merito in Ecclesia, si uitis uirtutem, gratiam, inquam, hauriunt, reuiuiscant: sed etiam recisa farmenta repullulent, nimirum hæretici si iterum complantentur in ipsa Ecclesia, fidem catholicam Romanam suscipientes, iterum ad uitam redeant.

Ex arborum diuersa consideratione plures seliguntur ad mores corrigendos ac reformandos eruditiones.

B A S I L I V S iterum sermonem instituens suadebat animæ, diligenter aduerteret, quomodo pars quædam arborum radices in profundum iaciant, pars non in profundum agant: ita enim orsus est.

Summa autem cum difficultate cuiusque tam proprietatis inuentio, quam ad singulas diuersorum generum exploratio differentie, notitiaque fieri potest. Quomodo pars quædam arborum radices in profundum, pars non in profundum agant. Et alie recta supera petant, sitque in eis ab radice caudex vnus. Alie humiliter, & humiles statim ab ipsis suis radicibus plures in caudices exeant, ac diuidantur: Quomodo quarum rami prolixiores sunt, porrecti latè & expansi per aërem, earum & radices profundiores sint, & circumquaque latè etiam diffundantur: perinde quasi natura fundamenta quedam proportionem ponderibus subiiecit. Quot præterea corticum discrimina sint: stirpium enim alijs leuis, alijs scaber est cortex, & ruptilis. Et alie multiplici, alie simplici prædite sanè sunt cortice. Et quod mirū esse videtur, iuuentutis humanæ ac senectutis accidit rarios affectus, persimiles inueniuntur & in plantis. Nouellis enim atque vigentibus circum ipse cortex intenditur: senescentibus uero quasi rugosior asperiorque euadit. Succise præterea alie rursus germinant, alie non repullulant, sed citra spem succedanea sobolis manent, quasi præcisio illis sit interitus quidam.

A M B R O S I V S pariter hæc adiungebat.

Quid ego enumerem quanta varietas arborum, quam diuersus in singulis & pulcher ornatus, quam patulle sagi, quam proceræ abietes, quam comantes pinus, quam umbrosa ilices, quam populi bicolores, quam nemo-rosa, & rediuiua castanea, que simul ut excisa fuerit, tanquam syluam ex se pullulare consuevit: quemadmodum in arboribus ipsis etas aut senilis aut nouella deprehenditur. Iunioribus enim exiliores rami, antiquioribus validiores & nodosa sunt brachia. Illis folia leuigata atque diffusa, istis contractiora & aspera. Sunt etiam arbores, que senili, atque emortua radice, successionem sui, si fortè cadantur, reparare non nouerint: alie quibus aut iuuentus uiret, aut natura facundior est, quibus exciso lucro potius, quam detrimento sit, ut per plures sui rediuiua successione renouentur hæredes.

Arborum quarumcunque alie radices in profundum agunt, aliæ non: Sed quæ radices profundiores iniiciunt, proceriores etiā fiunt, latiusque porrectos ramos diffundunt, ac fructuum vberiore exhibent copiam. En quàm amplexanda sit totis viribus humilitas: Qui nanque humilitatis uirtute præditi sunt, & habitus ipsarum uirtutum magis expandunt, & actionum sanctarum copia magis onerantur. Huiusceque rei causa est, quod sicuti radix quantò profundior, tantò potiori terræ humore alitur: ita anima quantò humilior, tantò copiosius gratia diuina perfunditur; nam Deus humilibus dat gratiam; & aquæ decurrunt in ualles. Ester humi prostrata, oculis demissis, uirgam

yyy 2 Assueri

Secunda causa.

Hæretici ad
Ecclesiam re-
dire possunt.

Hexam. Homil. 5.

hex. lib. 3.
cap. 13.

Ex radicibus
arborum hu-
militatis eli-
ciendum est
documentū.

1. Pet. 5.
Ester. 5.

Affueri contingere promeruit. Anima suae conditionis non oblita, humilitate maxima praedita, Dei Optimi Maximi dignationem, & misericordiam consequetur, & cuncta bona sibi parabit. Haec siquidem est uirga, quae aquas excussit à lapide, & quae manna ab aëre nubibus obuoluto descendere fecit.

Nume. 20.

Caudicis altitudo momentum est fugiendae dignitatis.

Matth. 4.

Cortex mortificationum monumentum.

Arborum alia recta supra petunt, uno tantum caudice ditata; alia mox in stipite diuisa, non ita altè extolluntur, quae super eminent ceteris, facilius à uentorum procellis iactantur, ac prosternuntur. Documentum exhibetur ex hoc, quod cauendus sit dignitatis fastus, & reicienda praefectura, si procellas tentationum & inuidiae deuitare cupimus. Adam ut effectus est rex Mundi, inuidi Luciferi telis patuit, satanas quoque non prius dicit Christo; Mitte te deorsum, quam duxerit ipsum supra pinnaculum templi.

Arborum alia simplici, alia multiplici contacta sunt cortice: Sed quarum cortex lenis est, illa hyeme, uel aestu facile decorticantur; quarum rigidior, atque asperior, ipsa ualidius imbres, atque siccitates retundunt. Cortex asperitatis uita symbolum est, haec quanto magis in delirijs uersatur, eò magis prosperitate, aduersitateque iactatur, atque conteritur, quanto uerò asperior, mortificationeque transigitur, eò magis resistit, ne prosperis attollatur, aut aduersis deiiciatur; circumuallata enim suam mortificatione, à Mundo non configitur. Echinus, siue Herinaeus, ut se à ferarum moribus seruet incolumem, in globum sese componit, & tegmine horrido, ac referto spinis seipsum condit; dilatatus uerò ad radium Solis saepe incautus opprimitur; & Adam extra paradysum constitutus, pellibus hirsutis induitur: Iacob non nisi aspera carne benedictionem consequitur.

Gen. 3.

Gen. 27.

Ramorum recisio tribulationum utilitates designat.

Arborum alia recisa iterum fructificant, alia intereunt; ut pinus, & cupressus, quam Herodotus solum pinum ex arboribus recisam minimè reflorescere tradat, quod cupressum decisam in Creta repullulare animaduertisset: Sed quae recisa reuiuiscunt, dulciores, & pinguiores ferunt fructus. Rami, luxuriantia sunt nostra desideria, recisio ramorum tribulatio ipsa est, in hac igitur alij tanquam pinus, uel cupressus intereunt, & sunt homines elati, & superbi, in quibus infedit prorsus, & inueterauit foeda peccandi consuetudo, qui in aduersis animo prosternuntur, & concidunt. Alij uerò uirescunt, desiderijs scilicet sanctis, reflorescunt caelestibus cogitationibus, & preciosioribus operibus fructificant, cum tribulatione afficiantur. Tribulatio profectio est Dei ensis, quo luxuriantia amputat germina. Ensis ille igneus uersatilis in manu Cherub ante paradysum. Sed de his alijs.

Gen. 3.

Folia fructus contegentia in arboribus, diuina protectionis indicium sunt.

AMBROSIVS id in singulis arboribus sic animaduertendum edocuit.

Hex. lib. 3. cap. 14.

Tanta deinde Domini prouidentia, ut ubi mollior fructus, ibi folij densitudo ualidius tegumentum tuendo deferat pomo, quod uidemus in fructu ficulneae. Delicatiores itaque ualidioribus munienda sunt, ut & ipse quoque Dominus per Hieremiam docet, dicens; Sicut ficus istas bonas recognoscit translatos Iuda, quos emisit de loco isto in terram Chaldaeorum in bona, & confirmabo oculos meos super illos in bona. Tanquam delicatos enim uelut quodam misericordiae suae ualidiori sepsit tegmine, ne teneri fructus maturius interirent. Denique de ipsis etiam in posterioribus dicit; Delicati mei ambulauerunt uias asperas. Quibus infra ait; Constantes estote filij, & proclamate ad Deum. Hoc enim solum aduersus omnes procellas, atque iniurias inuolabile tegmen, impenetrabile munimentum est. Ubi ergo teneri fructus, ibi crassiora tegmina, & munimenta foliorum. Contra autem, ubi fructus ualidiores, ibi teneriora folia, ut malus arbor docet. Fructus enim ualidus non multo indiget protectionis auxilio, nam ipsa protectionis crassioris umbra pomo nocere plus possit.

Baruch. 4.

Hex. Hom. 5.

BASILIVS eadem his approbat. Et quarum stirpium molliusculi sunt fructus, earum folia ueluti tutiora quaedam opercula, crassiuscula sunt, ut in fico: quarum duriusculi sunt, ea tenuiores, leuioreque obtinent frondes; ut in nucibus inuenerit. Nam illis quidem ob imbecillitatem maiore subsidia opus esse constat: his autem crassius tegmen ex umbra ab obiectu frondium proveniente, noxium fructibus fuisse.

Deus igitur noster dux sapientissimus, ac summè prouidus imperator, in certamè unj uersos deducit milites, eisque ut fortiter praelientur, imperat. Verum quos ualidos ac feroces nouit, ipsos immanium hostium iaculis impetendos exponit, ac dimittit. Ita

Iob

Iob reliquit in manu Sathanæ, ea tamè lege, ut anima eius incolumis esset, nepe uita: ita Christus ductus est à spiritu in desertum, ut tentationi liberè pateret, atque in secundo singulari illo certamine, quo cum morte congressus est, ita derelictus fuit, ut quasi conqueretur dicens; Deus Deus meus, ut quid dereliquisti me? Tirones autem, & qui non ita fortitudine praestant, ea serie in praedium ac tentationem inducit, & tribulationibus obijcit, ut eis assilant semper, & cum tentatione, aduersitateque faciat prouentum, spiritu suo robur eis impertiens, potentia sua mitiora reddens tormenta, consolatione spiritum reficiens. His Dauid, ac martires plures comitatus est. Haec illa est protectio, clypeus Dei appellata, de qua regius Vates; Scuto circundabit te ueritas eius. Veritas, ni mirum uera promissio sepiet te quasi scuto, cum in se excipiat sagittarum ictus clypeo illo fatali, quo sagittas retundit in hostes; sapius enim impiorum conatus in eorum perniciem reflectit Deus. Vnde scuto bonae uoluntatis suae coronat nos.

Matth. 27.

Psal. 90.

Psal. 5.

Folia conscissa indicium sunt diuina protectionis, & diuina probationis.

AMBROSIVS amplius de foliorum quorundam mirifica figura sic edifferebat. Denique doceat nos papinis naturae gratia, & diuina sapientiae interna mysteria. Videmus enim ita scissum atque diuisum, ut trium foliorum speciem uideatur ostendere: ita pars media distincta est, ut nisi inferioribus haereret, se parata spectantibus uideretur. Ea autem ratio uidetur seruata natura, ut & Solem facilius admittat, & umbram obtexat. Denique procerius media pars eius extenditur, & in ipsa summitate tenuatur, ut plus pulchritudinis quam tegmenti praeferat. Etenim brauij speciem uidetur effingere, significans quod uia inter pendentes ceteros fructus habeat principatum, cui tacito quodam indicio natura, sed euidenti indicio imascitur species & praerogatiua uictoriae. Secum igitur habet brauium suum, quo & munimen sibi praebet aduersum iniurias, atque aëris pariter imbriumque uolentiam: & impedimentum non afferitur ad recipientem Solis calorem, quo tepescit alitur, coloratur, augetur. Ficulneae quoque folium aequè propè ut pampinus quadrifida interscinditur diuisione, quod eò clarius uidetur, quod maius est folium: sanè non ita ut pampinus, uel ora omni, uel summitate crispanti. Sicut enim in ficulneae folio crassitudo ualidior, ita in pampino species elegantior. Crassitudo igitur folij proficit ad tempestatis iniuriam repellendam, intercisio ad fructus gratiam uaporandi. Denique hoc genus pomi grandinem non citò, maturitatem citò sentit: quia & latere uidetur aduersum iniurias, & patere ad gratiam. Quid ergo foliorum describam diuersitates, quemadmodum, alia rotunda, alia longiora, alia flexibilia, alia rigidiora sint, alia nullis facile uentis labentia, alijs que leui motu decutiantur aurarum.

Hex. lib. 3. c. 14.

BASILIVS ea ipsa breuissimè sic confirmabat.

Hex. hom. 5.

Uti uitis folium, pampinus, inquam, pluribus in partibus finditur, quo racemus partim incommoda celi uitet, partim radios Solis per raras illas & graciles diuisuras, uerem teporem suscipiat.

Folia, quae tam mirifica arte, diuersaque forma progenuit natura, cum alia sint rotunda, flexibilia alia, rigidiora quaedam, symbolum accommodatissimum sunt diuinae protectionis, qua suos Deus à furentibus procellis perturbationum, atque tentationum munire consueuit. Verum & folia, quae scissa sunt, atque diuisa, & trium foliorum speciem repraesentant, ut pampinus; uel quadrifida interscinduntur diuisione, ut ficulneae folium, simulachra sunt eiusdem diuinae protectionis, cum & consimul à tumescētibus tempestatibus tribulationum suos protegit, nec ita attamen, quin ab ipsa tribulatione, quasi à calido, igneque radio torreret electos permittat, ut fructus suauiores proferat. Tribulatio siquidem ignis est, nam & Cherub cum ense ignito uersatili collocatus est ante paradisi ianuas, ut omnibus illud perspetum esset arcanum, non posse quemquā regias illas sedes ingredi, nisi flammeo tribulationum igne expurgeretur, atque maturetur. Proficua igitur est diuina protectio, cum adeo à nobis tribulationis imbres retundit, ut tamen, & calorem ipsarum, quasi per folia conscissa ad nos penetrare permittat. Tunc siquidem fruges spiritus gignuntur sapidiores.

Tribulatio ignis purgans est.

Fructuum diuersitas, actionum sanctarum plura genera demonstrat.

BASILIVS insuper, dum anima uideatque arbores frugibus onustas, haud sine mirabili iucunditate conspiceretur, haec dicebat.

Hex. Hom. 5.

Ipsorum

Ipsorum autem fructuum varietatem quis enumerare, quis explicare poterit? figuræ, colores, saporum proprietates, minusque vilitatem? ut partim nudi concoquantur à Sole, partim tecti crustis, & putaminibus septi, ad suum statum perveniunt.

Hexam. lib. 3. cap. 14.

A M B R O S I V S pariter proferebatur.

Sed ut ad simplicia poma reuocemus stylum, alia sunt que coquantur Sole, alia que testis aut corticibus clausa complentur. Mala & pira, varum quoque genera omnia nuda obiecta sunt Soli: nucis autem pineæ, nuculaeque fructus, & testis opertus & cortice, tamen & ipse calore Solis nascitur, atque enutritur.

Homo arbor inuenta.

Plato dixit hominem esse arborem inuersam; sicuti nãque arbor radices in terra agit & propagat: ita homo in Cœlo, radix enim hominis est anima cœlitus demissa. Quemadmodum ergo arborum radices ex terra humorem attrahunt: ita anima ex Cœlo gratiam exugere debet. Quapropter natura capillos in capite in similitudinem radicum inseruit. Aegyptij vates per virginis capillos in Cœlum erectos, animam, vel hominis naturam exprimebant, quo quid elegantius? Quemadmodum igitur arbores frutices proferunt: ita & anima actiones cœlestes reddere debet, actiones inquam, non carnis, sed spiritus. Verum fructus cuncti ut sapidi euadant, Solis tepore educi opus est, ac feruore maturari: ita opera nostra si merito referta desiderantur, ex Christi gratia sunt gignenda, alenda, atque fouenda, ut ad meriti maturitatem perducantur. Et quemadmodum arbores floribus frugibusque redolentibus onustæ, tum flores, tum fructus in terram uersus radices demittunt: Eadem serie & homo inuenta arbor, tum sancta desideria, tum merita in Cœlum, in quo & radix ipsius, anima scilicet insita est, dirigat. Felix, inquam homo, cuius fruges in Cœlum pergunt. Sed heu, quot apud Asphaltidem lacum complantati, mala gignunt foris rubentia, sed intus putrescentia? Hypocritæ videlicet factus, & gloriæ cupidi, fructus ferunt & opera, specie quidem optima & sancta, sed intus putrescentia, & sordida.

Homo ad Cœli opera dirigere debet.

Ex plurimorum germinum proprietatibus varia excerpuntur documenta.

Rosa spinis vallata, prosperitatem sine aduersitate non esse indicant.

Præclarum hoc documentum breuissima quidem oratione tradebat Basilius.

Hex. Hom. 5. Hex. lib. 3. c. 11.

A M B R O S I V S autem luculentiori oratione id aperiebat.

Surrexerat ante floribus immixta teneris sine spinis rosa, & pulcherrimus flos sine ulla fraude vernabat: postea spina sepsit gratiam floris, tanquam humane speculum presens vite, que suauitatem perfuntionis suæ finitimis curarum stimulis sepe compungat. Vallata est enim elegantia vite nostræ, & quibusdam sollicitudinibus obiecta, ut tristitia adiuncta sit gratiæ. Vnde cum vnusquisque aut suauitate rationis, aut prosperioris cursus successibus gratulatur, meminisse culpæ eum comenit, per quem nobis in paradisi amentate florentibus, spinæ mentis, animique sentes iure condemnationis ascripti sunt. Irruiles igitur, o homo, licet aut splendore nobilitatis, aut fastigio potestatis, aut fulgore virtutis, semper tibi spina proxima est. Semper inferiora tua respice, super spinas germinas, nec proluxa gratia manet. Breui vnusquisque decurso etatis flore marcescit.

Prosperis sæper iuncta ad uersa.

Rosam à spinis non difunctam, uitam nostram à malo non seiunctam significare iã supra demonstrabamus. Non ineptum modò existimetur, si hanc ipsam rosæ conditionem ad aliam significationem pertrahamus, & rosam non sine spinis existentem, prosperitatem semper esse cum aduersis colligatam indicare differamus. Duplex humani generis status fuit, innocentia, & culpa. In innocentia statu rosa adfuit sine spinis, vita, inquam, referta omni felicitate, nulli admixta calamitati. Sed postquã à Deo deficiuit homo, undiq; exortæ spinæ rosam vallarunt, tribulationes innumeræ surgentes, vitam nostram lugubrem reddidere. Agnoscat igitur homo in prosperis aduersa pauere, quòd spinis circumuallata sit elegantia uitæ nostræ; Extrema enim gaudij luctus occupat: neque adeo gaudeat oblectamento prosperitatis, ut dolore ac timore subitæ aduersitatis non angatur. Mundus ut pelagus, & mare, in quo nunquam tanta est serenitas & pacatio, quin celerrimo momento tempestas & procella oboriatur. In esu pomi cognouit Adam se esse nudum: Rex Chaldæorum in diuitiarum elatione confictus est manum scribentem in pariete, & impendentem sibi mortem pauidus intellexit.

Prouerb. 14.

Gen. 3. Dan. 5.

Cæterum

Cæterum & rosa exiguus est flos, spinæ autem confertæ & plures, nam breuis prosperitas est, spinæ aduersitatum vndique exundant; ut ferè rosam obruant. Ut quid igitur extollitur homo, aut splendore nobilitatis, aut fastigio dignitatum, aut copia diuitiarum, aut fulgore gloriæ? Sed audias naturæ secretum: Rosa si verno tempore, antequam pullulet, in caudice recifa fuerit, autumno, & forte in hyeme reflorescit: Ita elegantia vitæ nostræ, si in hac vita tribulationibus, atque carnis compressione concidetur, in morte adeo resurget, ut in cœlesti vita nullis admixta obrutaque spinis perpetua gaudeat felicitate.

Cultus vitæ ex vitis cultura eleganter excipitur.

Dum Hortum intentis oculis perlustrarent, Anima vitem conspiciens, plantam exigua, subtilem, rudi tectam cortice, imbecille adeo, ut cui nitatur semper exposcat, tam suauem proferre fructum, demirata est, memorans maxime ipsam esse, quam summo studio plantauerat Noè, cuius etiam hausto liquore ebrius, & nudatus in tabernaculo iacerat: cum Basilius, & Ambrosius proluxa admodum enarratione plura ad vitis commendationem effari ceperunt.

B A S I L I V S profectò sic aiebat.

Hex. Ho. 5.

Prius tamen, ut diximus, earum Scriptura mentionem arborum fecit, que magis, humana vite seruande congrunt, queque suis fructibus hominem benigne excipiendo fuerant illi victum luculentiorum suppeditature. Vitis quidem gignendo vinum, quo cor hominis exhilarescit. Olea verò fructum eum præstando, qui faciem hilarem oliuo facere potest: ceteraque similis generis, quot prouendo concurrerant, quot properabant in idem? ea scilicet omnia procreante natura. Radix ipsius vitis, palmites circumquaque frondentes producti, superque terram multum diffusi. Germen, clauiculi, vna primum peracerva gestatur: deinde concocta matuæque ac suauis. Abundè ipso aspectu ac scitè nature poterit admonere te vitis. Nam similitudinè te Domini non inmemorem esse certò scio, qua sese vitem, & patrem agricolam esse dixit, nosque singulos. Ecclesiæ per fidem insertos palmites appellauit, atque ad copiosè ferendos fructus inuitat, ne ob inutilitatem condemnati, igni tradamur. Nec cessat ubique vitibus nostras animas comparare. Vineam nanque facta est dilecto, dicit, in cornu, pingui in loco. Et; Vineam seu, & sepem circumposui.

Isa. 5.

Egregiè inde proferebatur Basilius demonstrare, quibus studijs Deus animam nostram, tanquam vineam excoluerit, interfertis pulcherrimis similitudinibus.

Animas humanas planè vineam dicit, circumdedit septo, tum ea securitate tutelauit, que ex præceptis resultat, tum ipsa custodia Angelorum. Immittit enim se, aut medium constituit Angelus Domini in circuitu timentium eum. Deinde quasi valla, siue periculis, & statumina nobis defixit, positus in Ecclesiæ primùm Apostolis, secundò Prophetis, tertio Doctoribus. Exemplis præterea veterum hominum, beatorumque, sensus nostros in sublime erexit: neque permisit in humum nos esse deiectos, ac dignos esse, qui conculcemur. Vult etiam nos quasi clauiculis, siue capreolis quibusdam, amplexibus charitatis proximis inniti ac adherere, & in ipsis etiam conuiescere, ut iungi affectu sursum versus feramur, & quasi scansiles & arbutina vitæ nos ipsos adqueamus sublimium fastigii arborum. Quin & à nobis exposcit, ut dum defodimur, sustineamus. Sanè anima tantisper defoditur, dum se tenacibus cœuit Mundi curis, que cordibus nostris grauissimo sunt oneri. Itaque qui carnalem hunc posuit amorem, qui pecuniarum à se excussit auaritatem, qui suspicijs prosequendæ mundialis gloriolæ affectionem despiciendam prorsus duxit & aspernabilem: is sanè inani onere terrene istius prudentiæ abiecto veluti defossus respirauit. Opus proinde sit iuxta prouerbij allusionem, ut ne vitem hanc nostram sinamus sarmetis noxijs syluestere, & eluxuriari, id est, ne quid in obeundis vitæ huius nostræ munij per ostentationem desiquemus, neu laudem venemur, captemusue ab istis externæ conuersationis hominibus; magis verò admittamur, fructuosi ut simus; at interim piam quandam ostentationem operum nostrorum, vero illi agricolæ, siue vini tori afferuemus.

Psal. 33.

Ambrosius ea ipsa proluxiori, ac luculentiori oratione ediffertabat.

Hex. lib. 3. ca. pi. 12. Eisa. 5.

Vinea certè anima nostra est, de qua Propheta; Vineam facta est dilecto in cornu filij olei, & sepinit eam, & lapides elegit ex illa, & edificauit turrim, & torcular fodit in ea, & expectauit vt faceret uuas, & fecit labruscas. Dilectus Dei Christus est, siquidem de eo dictum est: Hic est filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui. Duplici verò ratione sibi cõplacuit in filio Pater, perēniter videlicet, cum ab utroq; spiratur Spiritus sanctus, uti ignis ex speculo radio Solis percusso confurgit. Complacuit & in eo, quia eius passione genus humanum ad gratiã restituendum curauit, quando Christus inclinato capite tradidit spiritum. Cornu humanitas fuit, humanitas inquam sancta, qua Christus, ut monoceros, securus inter venena gradiebatur, tutus inquam, inter improbos,

Matth. 3.

In Christo quomodo complacuit sibi Pater. Ioan. 19.

Anima vt vitis colitur.

hos, criminibus ledi foedarique non poterat. In filio olei insita est vitis, quia in loco vberis gratiae & Spiritus Sancti; hanc sepiuit Deus Angelorum custodia; ex hac lapides elegit, firma in bono proposita; extruxit turrim contemplationis, & torcular contritionis. Sed verò uti Noë plantauit eam, eruditissimi agricolæ studio excoluit; quemadmodum enim vitis circumfoditur, inde reciditur, ac religatur, ut erigatur, pullulet, propagetur, florescat, emittat germina, uuaque maturescat, & uinum suauē reddat: ita anima à Deo foditur contritione, reciditur tribulatione, religatur charitate, erigitur spe, ut pullulet sanctis desiderijs, propagetur eorum studio, florescat gratia, emittat opera sancta, maturescant perseverantia, & perfectione reddat fructus vita æterna condignos. Quid certè gratius cœlesti agricolæ, quàm videre ferta pendentia, uelut quædam speciosa monilia, carpereque uvas uel aureo colore, uel purpureo renitentes? Edificat igitur homo, quantum sit summi agricolæ in mystica uinea excolenda studium, quæ ars, qui labores, cum ut Noë eius etiam amore denudatus in cruce, Iudæis fuerit scandalum, Gentibus stultitia. Sed quid? Expectauit ut faceret uvas, & fecit labruscas. Ex quibus fortè expressum fuit illud uinum amarum, quod ipsi in cruce sitienti propinatum fuit.

1. Cor. 1.
Ista 5.

Pinus exemplum immutationis carnalis uitæ in spiritualem.

Hex. Hom. 5.

Contemplante anima inde pinus altissimas,

BASILIVS ait.

Iam verò detrunctas nonnulli pinus, aut incensas vltasque flammis, in querceta obseruarunt verti.
Ne obstupescas, nam quæ mirifica de pino tibi videntur, ea ipsa & de anima contemplari poteris. Pinus enim pinguis, typus est uitæ carnalis diuitijs affluentis. Hæc si detruncata fuerit, mutato uitæ proposito, atque exulta Christi charitate, in aliud genus uitæ pertransit; sublata enim uitæ præterita laxitate, in uitam mortificatam transit Christi, de qua D. Paulus, Viuo autem iam non ego, uiuit in me Christus. Nam de offibus aridis, nempe de peccatoribus, dictum est: Putasne uiuent ossa ista? & post spiritum vehementem & commotionem contritionis, qua concutitur cor nostrum, flante vento Spiritus Sancti, transeunt impij plerique ad nouam uitam.

Galat. 2.
Ezech. 37.

Ex punice malis & amygdalis, cuneo pini dulcibus redditus, uitam nostram per Christum reformare docemur.

BASILIVS ita proferebatur.

Sunt & quarum suæ naturæ vitium agricolæ cura diligentiaque deponere, ac extrudere nouimus, vt puniceas acidas, amygdalasque amaras. Cum enim ima in parte radici propinqua stipite perforate, cuneum ex pino pinguem per mediam adactum medullam susceperint, saporis tum fastidio gratum in usum mutato, dulcescunt. Nemo igitur in uitio constitutus homo, de se ipso desperare velit: haud nescius agriculturam stirpium qualitates mutare: curam autem ac studium in consequendis virtutibus, animi omnes vincere morbos superareque posse.

Affectiones male quomodo in bonas commutandæ.

Punicas acidas, amygdalas amaras homo profert, quoniam, vel intemperantiæ lubrico, vel adolescentiæ labilitate facilè in prauos morum habitus prolabitur. Studeat igitur in morem agricolæ, stirpium qualitates arte immutantis, animi habitus, affectionesque malas, disciplinæ studio commutare. Quod si cuneum ex pino pinguem; vel furculum piceæ per mediam adactum medullam susceperit, Christum videlicet in corde flagranti charitate inseruerit, mox uitam immutabit, operaque sua quasi fruges dulcescere, & pinguescere agnoscet, meritoque adeo ornustari, quod condignè uitam merebitur æternam. Sed quomodo per mediam medullam interfereendus erit furculus? Audias. Cum adeo Christum in animam suam inserere studuerit, ut non uiuat ipse, sed uiuat in ipso Christus, iuxta dictum D. Pauli: Viuo autem iam non ego, uiuit uerò in me Christus.

Mala

Mala punica simulachrum Ecclesiæ.

AMBROSIVS insuper hæc prænaratis adiecit.

Quàm multa sunt autem, quæ doceant naturalem duritiam posse diligentia studio temperari, quibus affert cultus ruralis exemplum. Nam plerunque citò florent mala granata, & fructum afferre non possunt, nisi congruis peritorum remedijs excolantur: plerunque succus uanescit interior, & foris species eius pulchra prætenditur. Quæ non immeritò comparatur Ecclesiæ, vt habes in Canticis ad Ecclesiam dictum; Vt cortex mali punici gena tue. Et infra; Si floret vitis, floruerunt mala granata. Ecclesiæ enim bonum fidei fulgorem confessionisque prætendit, tot martyrum sanguine speciosa: & (quod est amplius) Christi cruore dotata, simul plurimos intra se fructus vsu istius pomi sub vna munitione conseruans, & virtutum negocia multa complectens. Sapiens enim spiritu celat negocia.

Hex. lib. 3.
cap. 13.

Cantic. 4.

Populi in unum collecti nullum præclarium cernitur simulachrum, quàm malum punicum. Hoc sub uno rubeo cortice plura connectit grana, eaque purpurea; Ecclesiæ in una fide multos complectitur populos, Christi sanguine perfusos. Ipsa quoque Ecclesiæ ruborem præfert inclitum, tot martyrum sanguine, sacratissimoque Christi cruore insignita; purpurea enim ueste induitur sanguine conscissæ Christi humanitatis, quasi conchæ succo madefacta. Punica mala cum tintinabilis pendebant à ueste sacerdotali, significabantque à Christo summo sacerdote cum sono Euangelij ex multis Gentibus pendere Ecclesiam. Sextadecima Habreorum mansio Remon Phares nuncupata est, ac (D. Hieronymo teste) latinè interpretatur, mali punici diuisio. Elegans autem fuit Ecclesiæ simulachrum. Nam Ecclesiæ uno gremio innumeros complectitur populos, quemadmodum & malum punicum uno cortice plurima contegit & concludit grana. Non comperitur ferè malum punicum, quin aliquod in eo granum putridum sit interiectum. In cætu fidelium ferè semper aliquem impium reperiri necesse est. Sicuti enim plerunque citò florent mala granata, sed facillimè etiam labuntur flores, nec fruges referunt floribus confimiles: Ita plerique Christianorum dum adolescunt, egregiam sanctimoniam indolem præferunt; sed paruo deinde negocio à recto descedentes, sanctis operibus conceptæ de ipsis spei minimè respondent. Præclara interdum mala punica in speciem, sed intus euanescente succo, arida marcescunt; Christicolarum quoque nonnulli fucata uitæ probitate sanctimoniam exteram demonstrant, sed interior uitæ sanctæ succus euanescit. Punica arbor & myrtus ita se inuicem diligunt, vt procul etiam consistat, radicem mutuo complicant; Vnde, & agriculturæ eruditi, punicam arborem iuxta myrtum ferendam esse edocent. Quare si myrtus indicium est puritatis, puritatem Christianos consecrari totis uiribus debere demonstratur.

Ecclesiæ rubea, & populos continet rubeos.

Oliua exemplar perfecti Christiani.

BASILIVS animæ oleam diu contemplanti hæc dabat monita.

Atque adeo tu vide vt sis oliua instar, non qualiscumque, sed fructifera in domo Dei: ne quando spe nudus conspiciaris, potius salutem retinet spe continenti reuirescentem merito fidei. Hoc enim pacto perpetuum plantæ istius imitabere virorem: sed & exuberantem copiam fructuum olea amulaberis, benigna ac perpetua collatione elemosynæ.

Hex. Hom. 5.

Mirificas habet olea cum iusto, atque christiana perfectione prædito similitudines, si radices, stipitem, ramos, folia, frugesque contemplerur. Olea radices in terra non agit, sed libentius in lapidibus: Pius rebus in terrenis amor non figit, sed tantum in Christo lapide angulari. Olea humor per caudicem diffundit, & medulla interna excarnificata, uberior fit: pius uitæ delicias non alit, sed mortificatione, gratiæ humor exugit. Olea folia gestat semper virescentia: & pius semper virescit, spe uidelicet sancta, qua uirorem fidei retinet. Olea ramos latè non prolatur: nec pius dignitatibus, diuitijs, auctoritate dilatari studet: profert olea fructus amarescentes, sed innumeros, intusque olei dulcedinem retinentes. Profert pius iusta opera, sanctimoniam exempli, amarore mortificationis insperata, sed copiosa, & oleum pietatis, ac misericordiam reddentia; quapropter iustus excellit perfectionis Christianæ dotatus,

Iustus olea similis.

zzz oliuæ

Psal. 51.

oliuæ fructifera in domo Dei, nomine, insigniri potest. De quo Psalmographus: Ego autem sicut oliua fructifera in domo Dei.

Ex palmarum, & ficuum exemplo, imitationem virtutum etiam à Gentilibus et hereticis sumendam esse animaduertimur.

Hex. Hom. 5.

BASILIVS sermonem inceptum sic prosequatur.

Non solum enim differentia fructuum in diuersis genere stirpibus, sed in eadem etiam arboris specie non mediocre discrimen esse videtur: ubi forma fructus, à peritis in stirpium cultu distincta est etiam sexu, ut alia marium sit, alia femininarum, qui palmas etiam in marem, feminamque diffundunt: & videris eam interdum, que ab ipsis femina dicitur, in marem pronam blandioribus ramis nutare, quasi gestientem, atq; amplexum maris percipientem: stirpium verò cultores, inter ramos quasi semina quedam, maris florem, seu fructum immittere, atque ita illam quasi voluptatem inde percipere, seseq; demum rursus erigere, ad formamque propriam suas restituere comas. Hæc eadem de ficis etiam asserunt. Quamobrem alij iuxta ficeta caprificos serunt: alij caprifici grossos inter sese colligatos iniiciunt ficis. Atque hoc pacto ficorum imbecillitati medentur, defluentem iam, labentemq; fructum ipsarum, grossis istis fulciantes. Quid istud sibi nature vult ænigma? Quod ipsi quoque nos ab alienis à fide, nec raro debemus desumere intentam animi acrimoniam, vimque bonorum operum efficacem. Si quando enim tu unum aliquem ritum Gentili viuentem, aut per erroneam heresim ab Ecclesia præcisum, & dissectum, vite alioqui continentis studiosum, ac reliqua moralis discipline non instrenuum cultorem contemplatus fueris: tantò tuum ad probitatem consecrandam studium illius contemplatione intendito & conuere, assimilis ut fructifera fico euadas alacrem virium copiam colligenti ex agræstium olynthorum præsentia, suorumque fructuum inibenti defluuium, & accuratius eos ipsos enutrienti.

Hex. lib. 3. c. 13.

Ambrosius Basilij dictis libentissimè annuebat.

Sumenda sunt igitur uirtutum exempla, ut nostram componamus vitam, à quocunque, licet etiam à fide alieno. Apes ex quocunque germine flores lectissimos carpunt, spinas reijciunt, ut in cellula fauos construant, quibus deinceps expressis, mel à cera seiungatur: Ita Christicola sapiens ex quocunque euentu sibi vtilia elicit documenta, ut in cellula contemplationis, mel à cera secernat: ex catholico flagitioso, & scelesto, doctrinam hauriet, sed exempla respuet; Gentilis verò doctrinam execrabitur, & uirtutum exempla, si probitate emicabit, amplectetur. Gentilis profectò ut talpa est, quæ licet orbata lumine, calles agnoscit subterraneos; ita ipse quamuis lumine fidei destitutus, uirtutum nouit semitas, sed non ad uitam spectantes æternam. Sunt autem Gentiles, & heretici, ut caprificus, quæ fructus suos gignit acidos, quia gratia Christi non fulcitos, attamen iuxta ficeta consita caprificus, ficuum imbecillitati medetur, nam ex eius pro-pinqvitate referuntur & maturescunt fici fructus: ita & Christicola exemplo Gentilis, fructus suos fide pura, & charitate maturat, ac perficit. Hæc & consimilia Patres illi edificerebant.

Diuersarum arborum symbola.

Sed & ipsa anima ex arborum diuersis proprietatibus, non ineptas sibi proponebat morum eruditiones. Hęcq; coram illis Patribus edificerebat.

Palma symbolum patientis.

Palma (ut Plutarchus tradit libro Symposiaco octauo, quod etiam dictum fuerat ab Aristotele) pondere immenso super eius lignum imposito, minimè deorsum cedit, sed aduersus pondus, natura impellente confurgit. Ob id hieroglyphicum erat uictoriæ. Iustus & sanctus pariter in tribulatione non animo prosternitur, ac uiribus succumbit: sed quantò magis premitur, tantò uehementius ascendit, ueluti pila, quæ in terram iacta, tantò altius profilit, quantò ualidius proiecta est in solidum solum. En exemplum. Christus in cruce ex palma extructa, quantò grauius omnium tribulationum, & ærumnarum pondus suscepit, tantò excelsius Deus exaltauit illum, & dedit illi nomen, quod est super omne nomen.

Palma symbolum uirtutum, & celestium uirtutum. In isto formularum.

EVCHERIVS qui per Viridarij calles contemplatione delectatus, solus permeabat, hæc audiens adiecit.

Palma

Palma inferius corticum suarum inuolutionibus angustatur, sed superius amplitudine pulchre uiriditatis expanditur: sic electorum uita inferius est despecta, sed superius pulchra. Habet quiddam & aliud palma, quo à cunctis arborum generibus differt; omnis enim arbor, que in suo robore iuxta terram vastè subsistit, crescendo superius angustatur, & quantum paulisper sublimior, tantum in altum redditur subtilior. Palma uerò tenuis ab imo inchoat, & iuxta ramos, aut fructus ampliori robore conturgecit. Quibus itaque alia arbusta, nisi terrenis mentibus assimilari possunt, inferius uasta, superius angusta? Quia nimirum omnes mortalium in hoc seculo degentium delectationes in terrenis rebus sunt fortes, in celestibus debiles. Pro temporali enim gloria usque ad mortem appetunt desudare: pro spe uerò perpetua ne parum quidem in labore subsistunt. Pro terrenis lucris quaslibet iniurias tolerant, & pro celesti mercede uel tenuissimas uinis uerbi contumelias ferre non possunt. Ut terreno iudici totos dies assistant, fortes sunt: in oratione uerò coram Domino, uel uinis hora momento lassantur. Sæpe nuditatem, uigilias, famem pro acquirendis diuitijs, & honoribus tolerant, & multa se abstinentia cruciant: quod bis, aut semel in hebdomada pati pro salute animi, grauissimum ducunt. At contra ex equalitate palmarum designantur iusti, qui uita proficiunt, qui nequaquam in terrenis studijs sunt fortes, & in celestibus debiles, sed longius atq; distantius studiosos se Deo exhibent, quam seculo fuisse meminerunt. Rectè itaq; uti supra dictum; iustus ut palma florebit.

Psal. 91.

Hilari iucunditate hæc audiebat anima, magisque palmæ speciem contemplabatur, animaduerteatq; maximam in ea esse discrepantiam inter partem inferam, quæ terræ respicit, & superam, quæ ad cælum affurgit. Pars siquidem caudicis ad terram uersa, tenuis erat, scabritie corticum aspera, perplexitateque minimè iucunda; pars uerò ad Cælum erecta, tum stipitis pinguedine, tum ramorum amplitudine, tum uiriditatis pulchritudine decora, & aspectu dignissima. Ex quibus id eliciebat anima, quod & iustorum, & piorum uita adeo emicet, ut si circa terrena, quod eorum sit uitæ institutum, perpendatur, comperiantur contemptibiles, asperi, nec ullo modo suscipiendi, cum in ipsis nec dignitates coruscant, nec diuitiarum copia affluat, nec uitæ delitiæ exundent, nec purpure, uestimentorumq; preciositas appareat, sed cortice scabro circūsepti, nimirum mortificatione uitæ, periplexata hominū, ac ludibria uideantur. At uerò si eorum conditio erga cælestia, & superna spectetur, mox & pingues merito, & compta uirtutibus, & uirescentes cælestium rerum spe, atque frugibus suauissimis sanctarum uirtutum locupletes comperientur.

Iusti circa terrena despici-biles, circa cælestia suscipiendi.

Laurus quæ semper uirescit inuita hyemis iniuria, uirētibusq; folijs semper decoratur, & amaritudini obnoxia est, sed adeo tuta, ut fulgura fulminaq; nō paucat, penitētis simulachrum est; Penitens nanque in timoris, atque doloris ictibus spe ueniæ uiridis, & amaritudine cōtritionis perfusus, adeo confidit in pietissima Dei misericordia, ut ab ira illius, diuinęq; uindictæ fulmine tutum se existimet, memor decreti illius: Quotiescunq; enim ingemuerit peccator, amplius iniquitatum eius non recordabor.

Laurus symbolum penitentis.

Ezech. 18.

Cedrus æternitatis hieroglyphicum esse consueuerat, eò quod nunquam putrescat, nec cariem patitur; & figura est sanctificationum, qui speciali Dei gratia, ita sopitum, atque compressum ferunt fomitem, ut nunquam peccato lethali putrescere spectentur. E cedris congestum erat Templum Salomonis: Templum, inquam, spirituale Ecclesia cedros habet sanctificatos, ut Ioannem Baptistam, & Apostolos, qui columnæ, & culmen sunt Ecclesię. Arca fœderis è cedro extructa erat, & hæc est Deipara, in qua non tantum recisus fomes, ut nunquam mortifera denigraretur putredine, sed neque ueniali. Et hæc certè arca fuit diuinitatis, cum Christum suo utero tulerit, uirgam, legem, & manna Ecclesię sanctæ.

Cedrus symbolum sanctificationum.

Malum massilicum, arbuscula est omnium præclarissima, virore simul atque odore spectanda. Hoc enim paucis arboribus contingere compertum est, symbolumque est uirginum, Monialiumq; perpetua in castitate se Deo consecrantium. Hæc siquidem confimul & uirescunt, & redolent; uirescunt uirginitate, redolent sanctitate, spinisq; circumseptos suos fructus ferunt, quoniam disciplinæ regularis seueritate obstringuntur. Verum Cæli quoque, ac paradisi terrestris, dum in cœnobijs degunt, incolæ dici queunt, cum neque in Cælo Angeli nubant, neque in paradiso terrestri Eua mater euaserit.

Malum Massilicum symbolum Monialium.

Quercus insignis arbor hoc à natura peculiare tulit, quod oleam iuxta se collocatam extinguat, arefaciatque; e contra hederam alat, ac (si Scripatoribus rerum naturalium fidem adhibemus) foueat; Nam ipsi hederam quercinam ut optimam celebrant. Olea

Quercus extinguit malorum Principum.

zzz 2 porro

porro symbolum est mansuetudinis, atque lenitatis animi, gratitudinisque: *Hedera* verò ingrati animi, & adulationis, cum ea, quibus adharet, beneficij immemor, vel ignata ad necem deducat. *Quercus* igitur sunt superbientes Reges, & *Proceres*, qui mites, atque mansuetos, lenesque deprimunt, adultores verò, atque ignaros nutriunt, exaltant, atque extollunt. Sed edificant, quæso, ipsos ut cicadas esse, cum in æstu cantant, in hyeme verò recedant. Ea enim est natura adulantium, ut in prosperitate laudibus fucatis, studijs, atque obsequijs eos prosequantur, quos in aduersis deserentes, spernunt, atque derident.

Cupressus inter arbores perennitate longæ uaque gaudet vita, & odore maximè pollet; Quamobrem & mos erat antiquorum, in ipsa ossa eorum recondere, qui pro salute Patriæ mortem oppetere non dubitassent, teste *Thucide* de libro secundo *Historiarum*. Ecce imputrescibilitas ea, qua suauissimo odore ossa sanctorum, corporaque feruantur, sanctorum inquam, qui pro fide Christi mortem subire non veriti sunt. Hæc igitur sunt ossa ex *Aegypto* delata in terram promissionis, iussione *Iacob*, asseruata, inquam, singulari priuilegio, quousque iterum reuiuiscant, atque ad æternam efferrantur gloriam. Ego equidem lachrymas continere nequiuim, cum inter cætera sacratissima pignora, quibus *Italia* condecorata est, apud *Eugubium*, quæ urbs ad *Apennini* radices iacet, non longe à loco, in quo olim fuit *Inginium* *Plinij*, & *Isuuium* *Ptolemæi*, *D. Vbaldi* Canonici Regularis, & *Eugubini* Antistitis corpus, post quadringentos ferè annos à die, quo ipse rebus excessit humanis, adhuc incorruptum, inuiolatumque, & integrum, in *Basilica* eius nomini dedicata, quæ in vertice montis vrbis impendentis est sita, nostroque *Ordini* commendata, sæpiùs mira cum animi ac spiritus iucunditate conspexi.

Populus nunquam feritur, sed à se ipso humidis præcipuè in locis emergit, nunquam fructum gignit, bicoloribus folijs ornat, umbram maximam, sed perniciosam admodum protendit. En elegans symbolum hypocritæ; non feritur à Deo, sed facile ubique, maximè ubi uitæ commoditatibus indulgere potest, surgit. Opus non habet, quod merito sit onustum; eius enim fruges extra perpulchræ sunt, subentque philautia, seu amore proprio; sed intus coalescunt, quia non Dei, vel virtutis gratia, sed ad gloriam, & ostentationem, quin ad fraudem vitam componunt. Bicoloribus folijs induuntur, moribus in speciem probis, & interna laxitate uitæ. Obumbrant maximè, quod philacteria, auctoritatem, diuitias dilatent. Hæ vulpes sunt, de quibus *Sponfa* in *Canticis*; *Capite* nobis vulpes paruulas, quæ demoluntur uineas; In terra enim mortificationis, & humilitatis prostrata ac supina iacent fraudulentæ, & astutæ hæ vulpes, ut incautas animantes, simplices scilicet, rapiant. Vtinam adesset *Sampson*, qui ipfas colligatis caudis, facibusque succensis disperderet. Ferunt *Herculem* huius arboris coronam gestasse, cum ad inferos descendit, quod certè, & ipsos hac corona redimitos, ad inferos detrudendos significat.

Morus non ante germinat, floresque emittit, vel folijs exornatur, quàm frigus penitus fugatum sentiat, unde nec pruina unquam comprimitur, & fructum præcipuè profert, ne caloris iniuria lædatur. Prudentiæ uerò hæc sunt symbola; hæc namque adeo gesta disponit, ut tempus rebus agendis nanciscatur. opportunum, quo nec aduersis deiciatur, nec prosperis extollatur, & ruat: Hæc tanquam auriga est ac moderatrix cunctos hominis actus componens & dirigens. Residetque non in curru *Solis* ab equis indomitis vecto, in eo inquam, qui sua existimatione delusus, iniquis & fallacibus fertur iudicijs: neque in curru *Iouis* ab aquilis ducto, in superbo, qui alta & sublimia semper petit; sed in curru *Veneris*, à columbis candidis tracto; in eo sedet, qui puritate, simplicitate, & charitate ad humana peragenda peroperat.

Caprificus, seu *ficus siluestris* aspera profert folia tanta virtute prædita, ut collo tauri alligata lasciuiantis, & illum furere non permittant, & eius petulantiam cohibeant. Mortificationis igitur *ficus exemplum* est; nam & mortificatio aspera est, & quãtò asperior, tantò excellior: *Taurus* uerò hoc corpus nostrum, seu carnem proteruam, & lasciuiantem denotat. Si igitur eam caprifico, nimirum uitæ asperitate circumuallabimus, certè & ferociam, & petulantiam eius comprimemus. *Ficus* enim folijs consuisse perizoma-

Cupressus monumentum est in corruptibilitatis sanctorum reliquiarum.

D. Vbaldi Canonici Regularis, & Eugubini Antistitis corpus, post quadringentos ferè annos à die, quo ipse rebus excessit humanis, adhuc incorruptum, inuiolatumque, & integrum, in Basilica eius nomini dedicata, quæ in vertice montis vrbis impendentis est sita, nostroque Ordini commendata, sæpiùs mira cum animi ac spiritus iucunditate conspexi.

Populus Hypocritæ symbolum.

Cantic. 2.

Morus prudentiam docet.

Ficus exemplum mortificationis.

Gen. 3.

ta *Adam*, & *Eua* traduntur, non tantum quia in eius fructus esu peccassent (sic enim fuisse arborem scientiæ boni & mali, tradit *Irenæus*) sed ut poenitentię sumptæ ad delendum patratum crimen, duritiem, atque cruciatum propter scabritiem, & asperitatē, qua fici folia prædita sunt, indicarent, & petulantiam carnis impetu se retundere eo signo pollicerentur. Hic *taurus* est, quem in sacrificium offerre lex præcipit; tunc siquidem oblatio erit Deo sancta, atque grata, cum spiritu facta carnis mortificaueritis; alioquin animam (uti de *Europa* fabulantur ethnici) rapiet in pelagus, in maximumque salutis discrimen conijcet.

Oleam mansuetudinis, lenitatis, pacisque maximum esse symbolum, non tantum ethnici, sed & sacrae docent literæ. Ethnici, cum immortalis odij dissidium pace compositum esse, significare volebant, oleæ furculos *quercus* ramis implicabant. *Columba* ex arca emissa, pacem, misericordiamque humano generi à Deo elargitam indicatura; cum oliuæ furculo redijt; & Christo, tanquam regi pacifico uehementer magnificato, in *Ierusalem* regio apparatu ingredienti, ingentes populorum turbæ, cum oleæ, & palmæ furculis occurrere. Artifices cum ferrum lenire, & emollire cupiunt, candefactum oleo intingere consueverunt: argumento, quod quæcumque animi ferocitas sola mansuetudine placatur, atque mollitur. Meminisse igitur iuuabit, nos Christianos nuncupatos esse, uidelicet unctos oleo illo, quo ungebantur reges *Israëlitæ*, ex cornu humanitatis, sci licet Christi expresso, quod mansuetudine & charitate maximè nos pollere deceat, si audire cupimus: Nolite tangere Christos meos.

Perficæ arboris in *Persia*, unde translata est, fructus uenenum esse feruntur, in *Italia* mutato solo, suaues adeo fiunt, ut inter fructus suauiate, atque redolentia, non secundum locum uendicare sibi existimentur. Nonne adamussim humani generis conditionem demonstrent? *Genus* siquidem humanum in suo solo, in primo *Adam*, à quo originem trahit, originalis peccati labe, quasi ueneno infectum erat: at in secundum *Adam* translatum, mox iustitia eius locupletatum, ex filio iræ, filius benedictionis euasit. Radix siquidem, anima inquam, uti in arida terra in *Adam* peccatore, non nisi fructus acidus, atque corruptos gignere poterat: ita in altera terra pingui, in Christi merito, suaues profert fructus, uitaque, æterna dignos.

Pudicitiam liliū significare, *Hieronymus* in *Epistola* ad *Demetriadem* interpretatur, exponens illud *Canticorum* à *Sponfa* dictum de *Sponso*; Dilectus meus, qui pascitur inter lilia, hoc est, inter candidissimos virginum choros. *Lilium* certè *Christus* est ex candore iustitiæ; de quo *lilio* *Salomon*; Ego flos campi, & *lilium* conualgium. Flos ille, de quo *Propheta*; Egredietur uirga de radice *Iesse*, & flos de radice eius ascendet, & requiescet super eum spiritus Domini. Egredietur siquidem est flos è uirga, è *Virgine* intacta: Flos certè, quia purus absque ullius uel minimi reatus macula; & requieuit super eum spiritus Domini, tanquam ros matutinus super florem. Flos igitur iste puritate nitens, flores, liliaque amat, nempe uirgines puras tum corpore, tum mente, de quibus perhiberi queat; Tota pulchra es amica mea, & macula non est in te. *Nymphis* in memoribus habitantibus, & castitate præditis, lilia *Gentilitas* offerre consueuerat. *Monialibus* in claustris conclusis, castimonia pudicitia præclaris, lilia ut infigne præbentur. Et *Veneri* lilia esse inuisa scribitur, quod libido concupiscentiaque castitatem, ac pudicitiam odio habeat, & prosequatur.

Quid afferam de planta ea tenui, & procera, cuius folia mirificè extenta, & rubentia, semper *Solis* radium comitantur? nonne Christi imitationem anhelantium, symbolum merito cenferi potest? Qui Christi, *Solis* nostri fulgidissimi, amore rapti, in eum semper mentem dirigunt, & eius uitam, quantum possunt, imitantur, insequunturque; ipsius uitæ cursum, ex eius radio, gratia spiritum sibi carpentes, ad ortum eius respicientes, ad meridiem, & occasum, natiuitatem uidelicet, uitam, & mortem ipsius, animi oculis intuentes ac contemplantes. Hi Domini præceptum illud adimplent; Secundum exemplum, quod tibi ostensum est in monte. Eruditus pictor, ut humani uultus exprimat imaginem, modò in vultum ipsum, modò in tabulam oculos conijcit, ut imaginem per se deliniet. Christi imitatores, Christi ipsius effigiem in se ipsis referre cupientes, modò in Christum, præclarissima ac sanctissima eius gesta considerando, modò in seipsos, imbe-

Olea mansuetudinis monumentum Gen. 8.

Psal. 104. Perficæ arbor humani generis i Christo proficua iustitiæ argumentum.

Lilium pudicitie insignis. Cant. 2.

Ibid. Isa. 2.

Cant. 4.

Heliotropium Christum imitantem nos edocet.

Exod. 25.

Gal. 2.

Marth. 22.

Amarantus
perseuerantiae
typus.Narcissus iu-
uentutis im-
becillitatis re-
praesentat.

1. Reg. 13.

imbecillia sua meditando acta, figere mentem debent, vt perfectè in seipsis Christi imāginem exprimentes, dicere possint; Viuō autem iam non ego, viuit uerō in me Christus. Vt cūm ab eis expositulatum fuerit, Cuius est imago hæc, & superscriptio? respondere queant, Christi, & audiant; Reddite ergo quæ sunt Christi Christo.

Amarantus, seu spica purpurea inter flores magis præseruatur, & postquam defecerint eius flores, madefactus aqua reuiviscit, & hyberras coronas facit. Quapropter aptissimum est perseuerantiæ exemplum; semina nanque uirtutum, in habitum; qui ex frequentatis fit actibus (ut inquit in Scholis) perseuerantia transeunt, & perdurant: & quanquam deficiant quandoque ex tepiditate, & ignauia; aqua attamen deuotionis madefacta, iterum repullulant, & etiam in hyemē senectutis coronas illustres uirtutum demonstrant. Achilli (ut ethnicorum etiam exempla ad nostram trahamus eruditionem) expiationes quotannis reddebant, coronasq; amarantinas ei apportabant. Denotabant autem uirum fortem, solum ex perseuerantia uictoriam carpere, coronisq; & gloria, ac laude dignum fieri.

Inter flores pulcherrimus est narcissus, sed & citò putrescit, euanescitq;. Quid iuuentute præclarus, pulchrius uè? citò tamen transit, ac peruolat, ad eò ut uix puberes ad canitiem transeamus. Infelices igitur, qui iuuentuti fisci, tanquam à morte securi, carnis laxamenta prosequuntur; Similes siquidem sunt Narciso formosissimo puero, qui dum formam suam, quam in fonte cernebat, cupidè amaret, in fontem ipsum prolapsus interiit. Hi nanque dum ætate florente ad eò proprio exardescunt amore, ut in suum omnia rapiant luxum, & commoditatem, in ipsa uoluptatum illuuiē, & ipse illecebriis plerūq; eneruantur, ægritudines contrahunt mortiferas, quibus ueluti succisæ arbores decidunt. Absalon inter mortales forma præclarus, dum multo infideret contumaci, crinibus ramis complicatis, ludibrium hostium effectus est. Videas & tu iuuentute florens, ne à multo, à corpore procaci, atque effrenato, capillis, cogitationibus, desiderijsq; iuuenilibus, ramis uanitatū appensis, ludibrium fias Dæmonum, & Mundi.

*Diuersitas florum, germinum, fructuum, saporum, odorum,
ex eodem aquæ humore, diuersitatem gratiarum
Spiritus Sancti indicat,*

Hæc à seipso differebat homo, ingenti Patrū Ambrosij, & Basilij lætitia; arbitrabatur enim magnū ex hoc accessurum ipsi homini iuuentum, quod ex germinum, plantarum, olerum, arborum largito à Deo apparatu, eruditionem decerpere didicisset.

A M B R O S I V S uero subnectebat hæc monita.

Inexplicabile est singularum rerum exquirere proprietates, & uel diuersitates earum manifesta uerificatione distinguere, uel latentes occultasque causas indeficientibus aperire documentis. Vna nempe atque eadem est aqua, & in diuersas plerunque sese mutat species, aut inter arenas flaua, aut inter cautes spumea, aut inter nemora uiridior, aut inter florulenta discolor, aut inter lilia fulgentior, aut inter rosata rutilantior, aut in gramine liquidior, aut in palude turbidior, aut in fonte perspicacior, aut in mari obscurior, assumpto locorum quibus influit colore, decurrit. Rigorem quoque pari ratione commutat, ut inter vaporantia ferueat, inter umbrosa frigescat, Sole reuerfusa exæstuet, niuibus irrigata glaciali humore canescat: quemadmodum sapor eius ipse conuertitur, ut nunc asperior, nunc amarior, nunc uehementior, nunc austerior, nunc dulcior pro specierum qualitate, quibus infusa fuerit aqua, uarietur. Asperatur in maturioribus succis, tunc cortice nucis, folijsque contritis, amarior fit absinthio, uino uehementior, austerior allio, grauescit ueneno, melle dulcescit. Si uerò ei lentiscum, terebinthi quoque fructus, uel nucis interior pars misceatur, in olei mollem naturam facile transfunditur. Cū sit autem nutrix omnium uirgultorum, diuersos singulis usus ministrat. Si radices alat, uel nubibus fusa descendat, discretas dat omnibus uires, radicem impinguat, caudicem prouebit, ramos diffundit, folia uirescere facit, fructuum alit semina, pomum augere consueuit. Ergo cū eadem sit omnium nutrix, alia arborum genera tristiores ferunt succos, alia dulciores, alia tardos, alia prematuros. Ipse quoque inter se discrepant suauitates. Alia suauitas in uinea, alia in olea, alia in cerastis, alia in ficu: discreta in malo, dispar in dactylo. Tactus ipse aquæ alibi suauis, alibi asperior, plerunque pinguior est. Pondere quoque distat frequenter, ut specie. Nam plerisque locis grauior, plerisque leuior æstimatur. Non mirum igitur, si cū ipsa à se discrepet, discrepant etiam inter se lachryma arborum, quæ eiusdem aquæ alluione generantur. Et cū una sit omnium causa, diuersus singulorum usus, diuersa natura est. Aliam vim habet

hexe. lib. 3.
cap. 15.

cerasti arboris lachryma, aliam lentisci. Disparem quoque balsami guttam odorata Orientis ligna sudare prouidentur, diuersum quoque lachrymarum genus uirgultæ ferularum in Aegypto, ac Lybia, quadam uel natura secretioris illachrymant.

Eadem sub alijs uerbis repetebat Basilius, quod magis hominis menti figerentur. Conquirenti dein animæ, quid hæc sibi uellent, respondit primò Basilius; Vna aqua, quæ tot diuersos gignit effectus, vnus est Spiritus Sanctus, qui diuersa genera donorum atque gratiarum suis impertitur, idem autem spiritus, diuidens singulis prout uult. Vnde alij datur sermo scientiæ, alij sermo sapientiæ, alij genera linguarum in eodem spiritu: Spiritus nanque Sanctus terræ fluentis lacte & melle, ut dicebamus, est humor, seu uirtus, qua infunduntur dona, fouentur, atque ad maturitatem ducuntur. Hoc oleum infusum super lapidem, quem erexit Iacob in titulum. Porro quot genera donorum excitentur hoc spiritu, prolixum esset enarrare; hoc enim fit Adam pœnitens, Abel sacrificat præclariora gregis, Noë iustus comperitur, Abraham fide insignitur, Isaac obediens efficitur, Iacob lenis, Ioseph patiens, Moses legislator, Aaron pater Pontificum, Samuel feruens, Dauid mansuetus, Salomon sapiens, Elias zelo ardens, Esaias deplorans, Daniel & Ezechiel tot uisionum compotes. Sed in noua lege Euan gelica, potiora gratiarum collata munera non ignoramus, de quibus suis locis. Christus enim unctus, & Christiani uncti nuncupati sunt, quod hoc dono Spiritus Sancti, muneribus ac beneficijs eius sint opiparè perfusi.

1. Corin. 12.

Gen. 28.

Spiritus Sancti effectus in sanctis.

Diuersitatem etiam effectuum diuina gratiæ, innumeri in germinibus effectus aquæ designant.

Ambrosius amplius altera eleganti allegoria, multiplices aquæ in germinibus effectus, multiplices, & diuersas gratiæ in anima operationes porrendere differebat. Viridarium certè hoc naturæ amplissimum sine fonte, uiuarijs, riuulis aquarum, quæ undique effluant, & irrigent, esse non potest, aiebat Ambrosius: neque anima sine gratia consistere, cū ab ipse omnium uirtutum genera arefcent. In Orbe terrarum mare est ut fons, à quo effluunt per subterraneos specus omnes fontes, è quibus postea flumina exundant, lacus dilatantur. Mare, in quo conditur gratiæ scaturigo, diuinitas est; subterranea uena, ex qua dulcis emanat aqua, sacratissima est Christi humanitas. Hæc ipsa fons paradisi, irrigans uniuersam Ecclesiam; amnes fuere cicatrices; & uaria, quasi lacus, extant sacramenta. Hæc igitur gratia, ueluti aqua radicem humectat, inde omne germen uitam suscipit, omnis, inquam, animæ facultas irrigatur. Illustrat enim gratia intellectū, depurat uoluntatem, memoriam fecundat, comprimit irascibilem, concupiscibilem mitigat ardorem, excitat cor, castigat corpus, sensum prostermit, domat appetitum, retundit concupiscentiam. Sed omnia hæc diuerso efficit modo, diuersa uirtute; Illustrat enim fide, depurat charitate, fecundat meditatione, mansuetudine comprimit, mitigat mortificatione, excitat uocatione, castigat, prostermit, domat, retundit carnis uires uitæ seueritate. Mirificum quidem est, quod eadem aqua in succo sit amara, in fructu dulcis, arida in ramis, suauis in racemis, tot genera odorum, & colorum gignat: sed et hæc ipsa, eadem gratia parit. Hac enim gratia iste efficitur zelo seuerus, ille charitate benignus; hic in sollicitudine peruiuil, ille in conuersatione pius. Quod si aqua in flore aliquo purpurea est, in alio cærulea, in alio alba, in alio uiridis, & in alio nigra: pari euentu & gratia in hoc albescit puritate, in illo rubet charitate, in alio uirescit spe, in illo pallefcit mortificatione, & in alio nigrescit pœnitentia. Sed quid de multiplicibus odorum generibus, cū & gratiæ odore redoleat Ecclesia? Christi enim bonus odor sumus. Nonne ager Ecclesia est, diuersis redolentibus floribus referta? Celebris est enim Abel innocentia, Noë iustitia, Abraham fide, Isaac obedientia, Iacob tolerantia, Ioseph castitate, Moses eruditione, Dauid mansuetudine, Elias zelo, Machabæus religione. Sed quid amplius? Nonne suauissimè redolent Angeli ut flores candidi; Patriarchæ ut cærulei; Prophetæ ut uirides, Apostoli, & cœlestes Martyres, ut ruhei, Confessores & Virgines, ut albi? Hic certè ager est, de quo: Ecce odor filij mei, sicut odor agri pleni. Deus profectò

Gratia ut aqua munera varia obit.

2. Corin. 2.

Gen. 27.

Pater

Pater Ecclesiam agrum filij dilecti Christi, his redolentibus floribus locupletem nuncupat, & celebrat.

Succinum, siue electrum mala consuetudinis symbolum.

Hex Hom. 5.

BASILIVS quaedam de succino subdebat aduertenda.

Fertur & succinum succum stirpium esse, in lapidis naturam concretum. Atque id ita esse, testes sunt fucæ, quæ in ipso visuntur, & tenuissima minimaque bestiole, quæ cum succus molliusculus esset, in ipso tanquam visco adhaesissent, retentæ sunt.

AMBROSIVS hæc adnectebat.

Hex lib. 3. ca. pte. 13.

Quid autem tibi referam (clementem licet esse sermonem) quod electrum lachryma virgulti sit, & in tantæ materia soliditatem lachryma durecat. Nec leuibis id asseritur testimonijs, quando folia, aut surculorum minutissima portiones, aut exigua quedam animantium genera in electro sæpe reperiuntur, quæ videtur, cum adhuc gutta esset mollior, recepisse, & solidata tenuisse.

Prouerb. 22. Hierem. 13.

Quæ hi Patres dixerunt de succino, siue electro, inficiari quis non audebit; experimento enim uera noscuntur. Nam & ego duo succini fragmenta ab amico mihi promunusculo collata sæpius admiratus sum, cum in altero ranula quædam, in altero læcertula conclusa mirifico euentu conspicerentur. Sed quidnam hæc indicant? Succinus certè, seu ex arborum stipitibus, seu ex aqua prodeat viscosa admodum, voluptatem repræsentat. Hæc si in habitum feratur vitiorum, induratur adeo, ut anima, quæ iam ipsa delectatione tanquã visco, dum congelabatur, irretita erat, consepata post modum, atque conclusa remaneat. Adolescens iuxta viam suam, etiam cum senuerit, non recedet ab ea. Nunquid potest Aethyops mutare pellem suam? Praua enim consuetudo in naturam mutatur.

Viror germinum varius, varios piorum in innocentia status denotat.

Adianuam horti mutuo fermocinantes aduentabant.

Hex Hom. 5.

BASILIVS tunc parum per subsistens, animam sic est alloquutus.

Tu verò cum urbanas, agrestes, aquatiles, terrestres, florigeras, siue floribus haud præditas stirpes conspexeris, ex hisce rebus exiguis Deo maximo cognito admirationem semper accumulato, actuum erga verum illum opificem, amorem, charitatemque augeto: perscrutarique velis, quomodo stirpium alias sempiterna coma videntes, alias haud semper videntes fecerit, & illarum alias quæ folia amittant, alias, quæ perpetuò seruent. Decidunt enim tam olea, quam pino frondes: licet sensim occulteque adeo folia permuent, & alternent, ut haud unquam denudari coma propria videantur. Sed palma semper, à prima germinatione videlicet, eisdem usque ad finem folijs frondet.

Hex lib. 3. ca. pte. 17. Cantic. 7. Plal. 1.

AMBROSIVS Basilij orationem excipiens, addidit.

Imitare ergo eam, o homo, ut dicatur & tibi; Statura tua similis facta est palma. Serua viriditatem pueritiæ tuæ, & illius innocentie naturalis, quam à primordio recepisti, ut plantatus secus decursus aquarum, fructum tuum in tempore babeas preparatum, & folium tuum non desuat. Hanc viriditatem gratiæ semper florentis in Christo secuta Ecclesia dicit; In umbra eius confugi, & sedi. Hanc prærogatiuam domini videntis acceperunt, & Apostoli, quorum nec folium unquam potuit elabi, ut eorum etiam umbra curaret agrotos. Obumbrabat enim infirmitati corporis fides mentis, & florentia merita virtutum. Mane ergo plantatus in domo Domini, ut in atrijs eius sicut palma florens, & ascendat in te gratia Ecclesiæ, ut sit odor narium tuarum sicut mala, & fauces tuæ sicut vinum optimum, ut inebrieris in Christo.

Cantic. 2.

Diuerfitas ista viriditatis, quam in germinibus spectamus, lepidè innocentie, & iustitiæ vel afferuationem, uel deperditionem, quæ in Christicolis contingit, declarat, atque ante nostros oculos proponit. Arborum aliæ quotannis expoliantur uiriditate, & induuntur: Aliæ inter hyemis iniuriam, idest, pruinas, & frigora, uiriditatem suam tuentur: sed harum aliq̃ folia sæpe commutant, nec ea perpetua habent, sed succedanea, ut olea, & pinus: Aliæ uident semper nulla immutatione foliorum. Sunt igitur Christicolarum tria genera; uiriditas nanque typus est iustitiæ, & innocentie, iustitiæ profectò illius, quam in Christo consecuti sumus; Surculi enim eramus arefacti in primo stipe, in Adam primo: uerum ut in secundo stipite, in Adam secundo inisti fuimus, rursum uirescere cœpimus. Virga enim Aaron sumus, quæ sola inter plures virgas refloruit; refloruimus autem, quia Christi summi sacerdotis uites sumus effecti: Ego sum vitis,

In iustitia seruanda triage nera Christi colarum.

Ioan. 7. 8.

Factum est uespere, & mane dies tertius.

- a. *Vespere iniquis, mane iustis claudunt diem.*
b. *Ad præsignandam etatem Mundi tertiam, idest, adolescentiam.*

Allegoricè.

uitis, inquit, & vos palmites, qui manet in me, hic fert fructum multum, & sine me aridi efficiemini. Christicolarum etiam alij quotannis uiriditatem amittunt, & reparant, cum sæpe in lethale delictum delabentes, iustitia, & innocentia destituuntur; penitentia uerò iterum ad iustitiam promouentur. Alij sunt, qui uiriditatem conseruant, sed succedaneam, quoniam uenia digna noxã sæpius pallefcunt, & noua resilitio iterum uirescunt. Sunt tandem, qui eadem folia semper uirentia seruant, nempe Spiritu Sancto sanctificati, ut Apostoli, ac Ioannes Baptista, quorum sanctitas, & innocentia nunquam potuit maculari, quoniam non lethali, nec ueniali ferè peccato obrui poterat; quinimò & foliorum uirescentium umbra, eorum uidelicet sanctitas, mirificum cunctis exhibebat refrigerium; in cuius rei argumentum umbra eorum curabat agrotos. Elaboremus igitur & nos uiriditatem nostram, nimirum innocentiam tueri; quod quidem tunc efficere poterimus, cum fecus decursus aquarum plantari curabimus, cum uiuidæ gratiæ copiam, quam nobis Dei benignitas exhibet, haurire studebimus.

Perueniant ad ianuam Basilii, & Ambrosius unã cum anima, quando illa Patribus summas rependebat grates pro tam singulari sibi collato munere: ingentiq̃ afflictebat uerore, quòd diu singula germina plantarum, olerum, arborum, quin & florũ, foliorum, ac fructuum, eorumque saporum, colorum, odorum facultates singulares, atque intimas contemplari nequiuisset, ut sibi amplissima decerperet documenta: sed gaudio etiam perfundebatur, quòd sibi aperuisset semitam & aditum, quo postea hæc omnia à se ipsa contemplari (ut peroptabat) potuisset: Tunc Patres benigna, serenaq̃ facie, Studeas (inquietant) ut hæc memorata te didicisse demonstres, quod tunc contingat, quando iam dictis opere respondebis.

a. Vespere iniquis, mane iustis claudunt diem.

PETRVS Riga libro Aurora inscripto:

*Post ritę finem, quæ uespere fiet iniquis,
Cum tenebrestet eis nox sine fine manens;
Maneq; perpetuum dabitur splendescere iustis,
Cum ridebit eis lux sine fine micans.*

Impij proinde, atq; pij homines, diuerso, aduersoq; euentu uitam claudunt: Impij profectò occumbunt post diurnam lucem, occiduo Sole in uespere, cui atræ succedunt tenebrę, atq; horrida nox: post uitã scilicet uoluptatibus splendidam, Christo Sole micantissimo eis occumbente in morte, cui horribiles succedunt tenebrę confusionis, in postremo iudicio, noxq; teterrima æternæ damnationis. Pij uerò in Domino quiescunt post pallentem lucem, exoriente Sole in mane, quod fulgida subsequitur lux, atq; augustinus dies; post uitam, inquam, ærumnis afflictatam, enascente ipsis Christo Sole in mane, in exordio uitæ celestis, cui micantissima contingit lux æterna, & dies beatitudinis perennis. O quàm dispar exitus. Sed in uespere tumulatur Christus, in fulgido mane resurgit. Quid hoc indicat, nisi quòd in uespere impietatis decidentibus Christianis, Christus ut uita non apparet; in mane uerò gratiæ migrantibus, Christus ut uita Sole milles cõruscantior collucet, & obuius fulget?

Piorũ & impiorum dispar exitus.

a a a a Ad



Dixitque Deus; Fiant luminaria.

Moraliter.

Allegoricè.

- a. Primò germinavit terra, deinde facta sunt luminaria; vt edisteremus, post bona opera, sequi lumen gloria.
- b. Quarta die creantur luminaria, in figuram, quòd in quarto Mundi statu, seu millenario, apparere deberet Christus, Ecclesia, & Apostoli, post tres leges.

b. Ad præsignandam ætatem Mundi tertiam, idest, adolescentiam.

ISIDORVS vt in Glossa Ordinaria.

Mane tertij diei incipit ab Abraham, & succedit tertia ætas similis adolescentiæ, & benè comparatur diei tertio, quo ab aquis terra separata est. Ab omnibus enim gentibus, quarum error instabilis, & vanis simulachrorum doctrinis, tanquam ventis omnibus mobilis (quod maris nomine benè significatur) populus Dei per Abraham separatust, tanquam terra cum apparuit arida, idest, sitiens imbrem diuinorum mandatorum, qui vnum Deum colendo tanquam irrigata terra vt fructus afferat, sanctas scripturas accepit, & prophetias. Hæc ætas iam potuit generare populum Deo, quia & tertia ætas, idest, adolescentia filios habere iam potest. Vnde Abraham dictum est, Genesis decimosextimo, Patrem multarum gentium posui te, &c. Hæc ætas porrigitur ab Abraham vsque ad David generationibus quatuordecim. Vespera in peccatis populi, quibus diuina mandata præterebant vsque ad Saulis malitiam.

Adolescentia Mundi ut æs resonans.

Præfigurata est Mundi infantia in annis ante diluuium elapsis; pueritia in sæculis à Noë ad Abraham decursis; eleganter itaque adoloscencia Mundi ætas illa nuncupari potuit, quæ ab Abraham cœpit. Statua ea, quam conspicatus est non sine ingenti animi pauore Nabuchodonosor, ex quinque confecta erat metalli generibus, auro, argëto, ære, ferro, & terra. Aurum præsignabat ætatem primam Mundi, infantiam videlicet innocentia micantem. Argentum pueritiam puritate nitentem. Aes subsecutã hanc adoloscencia Mundi ætatem; & impuberes annos, quoniam quemadmodum percussus æs resonat; ita & Mundus his sæculis constrepescere cœpit armis, bellisque cruentosis. Ninus siquidem hæc ætate Mundi imperium concupiscere, ac æstuante tumidoq; animo affectare, cum finitimis bella gerere, cladibus mortales afficere, regni fines ampliare, & dilatare: sæculi sapientes famosi nomen diffundere: Heroës, quos Diuos uel tuftas illa appellauit, existimationem sibi comparare inchoarunt. Ex quibus personuit vndiq; Mundus, tanquam æs percussus. Et quemadmodum adoloscens pædagogorum disciplinæ olores, in omnes animi cupiditates prolabi, & erumpere conspicimus, sicuti adoloscencia fert ætas: Ita & Mundum eo florescente sæculo, naturæ lege sprete, & contempta, in efferatas passiones, & animi libidines seipsum præcipitasse perspectum est.

a. Primò germinavit terra, deinde facta sunt luminaria; vt edisteremus, post bona opera, sequi lumen gloria.

EVCHERIVS in Genesim libro primo, capite quinto.

Quare autem primò terra germinavit, deinde facta sunt luminaria? nisi quia post bona opera venit illuminatio lucis ad contemplantam speciem supernæ virtutis.

Beda libro de Sex dierum creatione, & Quæstionibus in Genesim, hæc ipsa non immutatis uerbis memorat.

GLOSSA Interlinearis.

Prius germinavit terra, deinde facta sunt luminaria: quia post bona opera venit illuminatio lucis ad contemplantam speciem supernæ veritatis.

Glossa Ordinaria hæc ipsa repetit.

Maxima

Maximã animaduersione attendendum, quomodo hæc inuicem se consecantur. Primum nanque profiliit lux tenuis, & pallens, post quam conspeximus terrã inenarrabili decore germinasse herbam virentem, & arbores floribus redolentibus, frugibusque mira varietate sitaibus locupletes, & onustas. Tandem non ante, sed post, luminifera congesta fuisse, amplissima, coruscantissimaque luce Mundum irradiantia. Quid hæc nobis præmonstrant, nisi fidei lumen primum nobis splendescere tenue admodum, & pallens, si ad coruscantissimam beatificam visionem comparetur? Longè enim magis claret scientia beatifica, quàm reuelata. Lumen fidei animæ posttrã impertitum subsequitur germinatio tum cœlestium desideriorũ, tum sanctorum operum, quæ fructus certè sunt fidei viuæ. Post quæ expectanda est illa superna claritas rutilans, & mirificè coruscans beatificæ visionis, qua nobis splendescunt tum Sol, nimirum, diuinitas sacratissima, tum Luna, idest, sanctissima humanitas, tum stellæ, cunctæ rerum procreatarum species & formæ. Non speret igitur quispiam luminifera ista amplissima conspicari, ipsorumque lumine perfundi, nisi postquam terra germinarit, postquam anima nostra locuples sanctis frugibus, & operibus fuerit effecta.

Primò est lux fidei, postea bona opera, tandè lumen gloriæ.

b. Quarta die creantur luminaria, in figuram, quòd in quarto Mundi statu, seu millenario, apparere deberet Christus, Ecclesia, & Apostoli, post tres leges.

ANASTASIVS Synaita Commentariorum in Hexæmeron libro quarto.

Ante dictionem autem illud est querendum; Cur tres fuerunt dies manci & imperfecti, lucem quidem habentes, Solem autem, & Lunam, & stellarum non habentes multitudinem, immò vero videbantur esse quodammodo profundi, & non illuminati. Non habebant enim Solem Cæli & terræ luminare, & vniuersa, quæ resulerunt. Quæ ergo in his discimus? & cur quartus dies fuit primus, & non mancus? Audiamus quæso, quanam inter homines ante Christi aduentum, & illuminationem fuerunt leges, & modi pietatis, & diuine religionis. Nam in principio quidem in prima creatione Deus dedit Adamo exilem, & euandam lucem cognitionis, nempe legem mandati. Deinde secundo loco post diluuium, creaturam recreans, & terram rursus ex aquis aperiens Deus dat secundum legem de quibusdam mandatis, & præceptis datis Noë. Quamobrem nominat etiam testamentum eam quæ ipsi data est, legem. Tertius deinde fuit dies, lex quæ data est in monte Synai. Tribus itaque diebus prius instructus, & sanctificatus fuit Israël, quando accepit legem. Quoniam ergo illa tria hominum instituta, vitæque agende rationes, quæ sunt, inquam, in Adam ante legem, & quæ in legem data Noë, & quæ in lege Mosaica, fuerunt imperfectæ, & in profundis nocturnæ & caliginosæ impietatis tenebris vita adhuc agebatur, priusquam illucesceret multitudo Apostolorum, & Doctorum, lucida, inquam, quæ sunt in terris stellæ, & priusquam oriretur Christus Sol iustitiæ, cum eius coniuge Luna, nempe Ecclesia, ea de causa tres dies ante quartum, imperfectos, & opacos, Soleque & Luna carentes fecit Deus. Quartus autem dies fuit ipse Mundo perfectus. Et propter eum quarta noctis vigilia venit Christus, tunc super mare ambulans, & super aquas, ad suos Discipulos, qui agitabantur tempestate, & erant perituri in mari huius Mundi: & ad nos iidem discipulos, qui in periculum adducebamur à spiritibus tenebrarum, & fluctuum impietatis. Vnde etiam Deus Israël in mari seruauit, in quarta vigilia matutina, ad nos figurandos. Nos enim sumus eius populus, quem liberauit à manu maligni Diaboli Pharaonis quarto & primo perfecto die, postquam tertio die surrexit à mortuis, ortus Sol iustitiæ, quem prius significauit iste Sol, qui quarto die fuit à Deo conditus.

Marc. 6.

Elegans adeo est hæc allegorica Anastasij contemplatio, qua millenarij quarti, seu tempestatis illius, in qua Christus emicuit, & Ecclesia exorta est, diuersis dignis meditationibus celebrat, vt nullum aliud mihi superesse videatur negotium, nisi ea, quæ ipse prolixiori oratione prodidit, breui argumento perstringere. Inuestigandum igitur est, quid insinuet triduum primum luce exili emicans, & quartus dies Solis, Lunæ, & syderum fulgore insignitus. Primum tres fuerunt in principio temporum status, primæuus fuit, innocentia, cum Deus Adamo exilem, & tenuem lucem impertijt, legem tantum vnus mandati. Alter fuit naturæ status post diluuium, quando Deus secundam legem clariorem, neque vnico contentam mandato Noë tulit. Postremus tandem status, quando & postrema lex amplissima data est in monte Synai. Sed tres istæ leges, vt imperfectæ, & in profundo nocturnæ, & caliginosæ impietatis Mundi collatæ, exiliter effulserunt. Succesit quarta dies in quarto millenario, quo ortus est Christus

status & leges tres ante Christum.

aaaa 2 Sol

Dixitque Deus fiant luminaria.

- a. Lux tribus primis diebus expassa, & quarto in Solem coacta, figura fuit diuinitatis, quæ primò diffusa erat, & post humanitati coniuncta est in orbe visibili, in Christo.

Soliustitiæ, & Luna Ecclesia, & multitudo lucidarum stellarum, Apostolorum, ac Doctorum. Emicuitque in ea lex Euangelica per Orbem terrarum, amplissimo adeo fulgore, ut cunctas pelleret, fugaretque tenebras. In huius figuram, Christus quarta vigilia noctis venit ad nauim; quarto scilicet millesimo descendit ad Ecclesiam, quæ agitabatur tēpestare in mari Mundi, ut ipsam pacatis procellis feruaret. Et Israëliticum populum in quarta vigilia matutina, dissecat mari Rubro, ex Aegypto incolumem eduxit, in figuram quòd quarto Mundi statu humanum genus esset redimendum.

- a. Lux tribus primis diebus expassa, & quarto in Solem coacta, figura fuit diuinitatis, quæ primò diffusa erat, & post humanitati coniuncta est in orbe visibili, in Christo.

A N A S T A S I V S. Commentariorum in Hexameron libro quarto.

Sol qui quarto die fuit à Deo conditus, quoddam nouum & dignum, quod scrutemur, nobis ostendit mysterium, propterea quòd quarto die factus est. Nam lux quidem trium dierum præcedentium expassa, ac dispersa per totam vniuersitatem, ostendit lucem increatę Trinitatis quocunque peruenire, & nullum relinquere locum ea vacuum. Quando autem quarto die fabricatur orbis Solis, & lux illa, quæ est vbique præsens, in eo ponitur, hoc significat, quòd diuina illa lux in orbe quodam primò quidē ponitur, obscura ob peccatum Adami, postea autem lucida propter vnionem in Deo per hypostasim, in abiecto scilicet & contempto homine, quem filius hominis sibi assumet ex tota obscura, & tenebrosa humanitate, sed ita quoque, ut non coarctetur in artum, neque circumscriptur. Quomodo enim lux rursus post eius in Sole posituram, quarto die adest vbique, & per totam terram expanditur: ita etiam lux diuinitatis post incarnationem non est circumscripta, nec contracta: sed rursus sic etiam Deus Christus omnia intuetur, illustratque, & viuificat. Illa enim Dei Verbi hypostasis etiam in carne est operata. Illa etiam ex carne Mundum illustrat.

Lux ea primigenia, quæ triduo primo Mundum illustrauit, pluribus numeris sacratissimæ diuinæ essentia comparari potest. Primò lux ea prisca nullo apparenti vehiculo ferebatur, sed effulgebat per emissionem, & attractionē, ut docuit Basilius, Ambrosius, Damascenus, & alij plerique ex Patribus; vel per circumlationem, ut placuit Iunilio, & alijs. Et maiestas diuinæ essentia in Mundo emicabat nullo addicta conspicibili globo, quoniam quanquam in vna sacratissima diuina essentia tres hypostases existerent, inconspicibiles tamen erant humanis oculis, & tantum splendor maiestatis excelsę, quasi lux in Mundo, nullo apparente orbe, coruscabat. Pallens erat illa lux, non sua quidem natura, sed crassitie elementorum, quæ eo in horrido chaos simul confundebantur. Tenuis erat apud mortales, maiestatis diuinæ cognitio, non quidem celsissimi illius splendoris culpa, qui & Angelos ferè obruit; sed quia Mundus ambagibus, & inuolucris circumseptus erat: Vidit enim Propheta confidentem Deum in amplissimo maiestatis throno, conclamantesque audiuit Angelos; Sanctus, Sanctus, Sanctus, &c. Sed plena erat domus caligine, & fumo; Mundus videlicet erroribus, & ignorantia, adeo ut in ipso diuinæ maiestatis cognitio non admodum micaret. Implebat Vniuersum lux ea prisca, & diuinitas ipsa nullum relinquebat locum seipsa vacuū; ipsa enim Mundum viuificabat, alebat, fouebat, ad vitamque promouebat: Emittebat radios illa prisca lux inter caligines, & nubes, & eo modo Mundū illustrabat: præstabat diuinitas suæ immensæ maiestatis radios nonnullos, monumenta scilicet aliqua, tum in rerum ipsarū ab ipso constatarum natura, ordine, & præstantia; tum quando apud Israëlitas depromebat ignem de Cælo, dissecabat mare, intercidebat flumina, pluebat manna,

Marc. 6.

Lux prisca diuinæ essentia symbolum.

Isa. 6.

Fiant luminaria in firmamento Cæli.

- a. Christus, Ecclesia, Propheta, & Apostoli ad ferendam lucem Euangelicam.
b. Hoc est, cognitio sanctissimæ Trinitatis, quasi triplex lumen.
c. Id est, Angeli ut stelle in Cælo, Christus verò & Ecclesia, ut Sol, & Luna in terra, & post elata in cælo.

na, excutiebatur aquas à petra, consimiliaque mirifica portenta demonstrabat, sed Vniuersum non illustrabat, cum barbare Gentes Deū ipsum non agnoscerent. Sed quod mirificum fuit, lux ea, quæ tribus primis diebus expandebatur, quarto die in vehiculū Solis redacta est, quando coniuncta est humanitati. Apparuitque nobis in globo spectabili, in Christo uidelicet, qui Deus fuit & homo: ut Deus, erat purissima ac fulgidissima lux, ut homo, uice orbis fungebatur. Et habitauit in nobis, & uidimus gloriam eius. Cæterum lux ea prisca in Solem coacta, magis effecta est clara, æstuans, & viuificans. Lux enim effusa à Sole magis clarescit, calefacit, & viuificat, quia condensata, ubi primò lux illa pallens erat, calorem non emittebat, nec viuificabat: ex quibus Mundo contigere hæc bona, sapientia scilicet cœlestis, charitas, & gratia. Quapropter doctrina cœlesti, tanquam nitidiori radio magis nunc Mundus illustratur; charitate, quasi radio flagranti ardet; & gratia, ceu uitali radio, viuificatur, effectusque est Sol Mundi decus, & ornamentum, & Christus Vniuersi solatium.

- a. Christus, Ecclesia, Propheta, et Apostoli ad ferendam lucem Euangelicam.

A N A S T A S I V S Synaita Commentariorum in Hexameron libro quarto.

Fiant luminaria in firmamento Cæli ad illuminationem terræ. Hæc dicens fecit, & fixit tertiam illuminationem in firmamento Ecclesie per stellas, & per Solem, & per Lunam. Per stellas, quoniam sancti Propheta primi & iusti prius annuntiarunt, & præcurrerunt, Mundo annuntiantes aduentum Solis Christi Dei, & eius coniugis Ecclesie. Deinde post earum exortum illuxit Sol, nempe Christus, & coniux eius Luna, nempe Ecclesia. Propterea illa quoque cum sit plenissima, apparet in die, & ipsa quoque accipit suppetias latente stelle Solis suis radijs Solem illuminantis. Nisi enim subindicarent Christi & Ecclesie illuminationem, non ipsa quoque in die simul ferretur cum Sole, quando plena est Luna. Nam quandiu quidem est imperfecta Ecclesia, ut tempore synagoga Iudeorum, ea noctu solum lucet, in eorum, inquam, vita. Cum autem fuerit perfecta à Deo, qui omnia perficit, tunc simul apparet cum Sole, nempe Christo, in illucescente die Euangelica nostra fidelium vita.

Quemadmodum duo sunt propemodum diuersa, ut autumarunt Patres, lux, & luminare, quanquam lux non nisi à luminari, & micanti globo prodeat: Ita diuersa res est doctrina cœlestis, & Christus, Ecclesia, Propheta, Apostolique eam annuntiantes, quanquam ab ipsiſ Euangelium in Mundum defluerit, uti lux ab astris. Luminare igitur Christus est, in quo lux doctrinae cœlestis, tanquam in fonte residet. Ecclesia luminare alterum est, à Sole, à Christo Euangelicam ueritatem carpens, & in nos reflectens: hæcque ea est Luna, quæ nunquam cum plenitudine lucis surrexit, nisi quando Sol, nempe Christus in Oceano passionis immersus est; tunc nanque plena & decora apparuit, gratijs uidelicet & Euangelico lumine conspicua. Sancti tandem stellæ sunt, doctrinae cœlestis radio micantes, & quemadmodum stellarum alia Solem præcedunt, roscidamque auroram, alia ipsum iam in vndismersum subsequuntur: Ita Propheta tanquam stellæ matutinæ, Christum Solem præcessere; Apostoli uerò, Doctoresque Ecclesiastici, ueluti uespertinae, ipsum sunt insequuta. Exemplo id patefacere possumus. In lucerna considerari possunt vas, oleum, & lumen: Vas est Christi humanitas, vasa Ecclesie prælati, vasa Propheta, Apostoli, & Doctores: Oleum in his conclusum Spiritus Sanctus est, Euangelicæ, cœlestisque doctrinae largitor munificentissimus: sed hoc in Christi

Allegoricè.

Diuinitas redacta est in Christum sicut lux prisca in Solem. Ioan. 1.

Sancti ut stellæ Christum Solem præcedunt, vel sequuntur.

Vasa Spiritus Sancti fuerunt Christi, sancti, & Doctores.

Christi humanitate, uase illo ineffabili, & spectatissimo redundauit, nec unquam deficit. In Ecclesia sancta refedit quantum sat esse poterat. In ceteris luminaribus, nimirum Prophetis, Apostolis, & Doctoribus non æque insedit, sed in nonnullis maiori cū amplitudine, in alijs minori, prout ipsi Spiritui Sancto libuit. Promanauit igitur ex his omnibus uasis lumen Euangelicæ doctrinæ, quod tenebras dispulit, Orbem illustrauit, errores fugauit, caligines dissoluit. Sed pro dolor, lucernæ adsunt nonnullæ, quæ olei defectu pallentem lucem emittunt, concionatores, inquam, qui gratiæ, & Spiritus Sancti expertes, cum uitæ improbitate doctrinam Euangelicam non rubicundam charitate enuntiant, & quod detestabilis est, sunt lucernæ alię, quæ oleo iam submoto, sua ipsa fœditate non absque fœtore lucem opprimunt, hæretici nimirum, qui ueritati obliuiscunt ac repugnantes, pulso Spiritu Sancto, in suamet morum fœditate, ueritatem catholicam suffocant, & doctrinarum impietatem, tanquam grauē olentem fumum exhalant.

Concionatores iniqui ut lucernæ absque oleo.

h. Hoc est, cognitio sanctissimæ Trinitatis, quasi triplex lumen.

A N A S T A S I V S Synaita Commentariorum in Hexameron libro quarto,

Accipe etiam aliam de his contemplationem. Primo die Deum creaturam prius illuminauit per unam quamdam singularem & indiuiduam lucem, antequam adessent Sol, & Luna, & stelle, reuelans scilicet, & ostendens illuminationem, diuinitatis in Mundo. In hoc autem perfecto primo quarto die, in quo presentia Solis sit per terram à Cælo apparuit, cognouit Mundus trinam illuminationem, & trinam lucem eiusdem simul essentia, in typum sanctæ Trinitatis. Nam in illa quidem prima luce docemur unitatem diuinitatis. In hac autem tria luce præsignificatur unitas earum, quæ simul sunt eiusdem essentia.

A prima usque ad quartam diem unica effulsit lux, clarè quidem in partibus supernis, obscurè autem in infimis. Ab initio Mundi usque ad Christi incarnationem enituit maiestas ineffabilis Trinitatis, subobscurè quidem apud Gentiles, sed clarior in Israëlita gente, & id ferè tribus diebus, ab Adam scilicet usque ad Noë tempora, à Noë ad Moysen, & à Moysen ad Christum. Emicabat quippe diuinæ triadis maiestas in huius uenustissimæ Mundi machinæ amplitudine, ordine, uarietate, præcipuè cum creaturarum conflatum à Deo genera ad triadem redacta essent. Tribus siquidem hierarchijs, & unaquæque hierarchia tribus ordinibus secabatur Angelica acies. Triplex conspiciebatur Cælorum genus, instellare, stellatum, & errantium syderum. Triplici motu agebantur corpora cœlestia, ab Ortu in Occasum, ab Occasum in Ortum, & trepidatione. Triplici elementorum sphaera compingebatur Orbis, ignis, aëris, & aquæ ac terræ simul conclusa. Triplex splendebat animatorum classis, vegetantium, sentientium, & intelligentium. Triplex & inanimatorum, mineralium, lapidum, & mistorum imperfectorum. Triplex genus luminum, Solis, Lunæ, & stellarum. Sed sicuti his singulis, quasi è vestigio sanctissimæ Trinitatis præsignabatur: ita etiam eisdem, ueluti inuolucris maximis, & ingenti caligine, eiusdem sanctissimæ Trinitatis notitia erat implicata. Apud uerò gentem Israëliticam, seu apud celebriores eorum archipatres, signis, figuris, umbris paulò amplius clarebat ipsa Trinitas: Nam Propheta uidit Deum insidentem in amplissimo maiestatis throno, & Angelos conclamantes ter, Sanctus, Sanctus, Sanctus, sed plena erat domus caligine, & fumo, Hæc profectò Prophetica visio agnitionem, quam archipatres de Trinitate ineffabili nancisci poterant, demonstrat, quod fuerit tenuis, pallens, & subobscura. Verum ut Deus homo factus est, quarta uidelicet die Mundi, die inquam gratiæ, congesta sunt Sol, Luna, & stellæ, amplissima scilicet habuit Mundus Trinitatis indicia, & monumenta: & sicut una lux in tribus uisa est astris; ita in unico lumine ineffabilis diuinæ essentia, tria uidimus, & agnouimus luminifera, tres, inquam, hypostases nobis per Solem, Lunam, & stellam, quasi symbolo referatas. Sol Patris typum gerit, cum eius maiestas amplissima in Mundo congesta, & regendo, uti Solis fulgor amplissimus enitescat. Filius ut Luna apparuit splendore suo diminuta, & mox eo ipso aucta, quia cum homo factus est,

Trinitatis ue stigium in creaturis.

Trinitatis cognitione obscuram habebant antiqui Patres.

Sol Luna & stellæ diuinæ Trinitatis symbola.

est, exinaniuit semetipsum formam serui accipiens, factus obediens usque ad mortem, &c. Hæc est diminutio; Sed & dedit illi nomen, quod &c. & hæc lucis est amplificatio. Spiritus Sanctus deinde linguis igneis descendens, diuersis donis, gratijs, & effectibus, quasi stellis, & facibus enituit. Quapropter notissimum est nobis arcanum excelsæ Trinitatis, quoniam scisso uelo, prætergressi in sancta sanctorum, ut in obuelata arca respiceremus, contemplaremurque in uirga potentiam Patris, in lege sapientiam Filij, atque in manna Spiritus Sancti suauissimam bonitatem.

c. Id est, Angeli ut stelle in Cælo, Christus uerò & Ecclesia, ut Sol & Luna in terra, & post elata in Cælum.

A N A S T A S I V S Synaita Commentarijs in Hexameron.

Quod si id, quod dictum est, tibi uideatur asperum & coactum, de eo ipso dicemus etiam alio modo: Fortè enim quod ab initio in Cæli firmamento stellæ factæ sint, indigenæ, id figuram habet sanctorum Angelorum, qui creati sunt in Cælis, & ideo eas posuit antequam illucesceret Sol & Luna super terram. Nam ante solem Christum, & Lunam Ecclesiam, diuinitate quoque mentes, seu intelligentia, lucem præbebant ijs, qui erant super terram, uarijs modis eis adstantes. Nam quod duo hæc magna luminaria super terram Deus construxerit, & deinde in firmamento Cæli ea posuerit, ex ipsis Scriptura uerbis discimus. Dicit enim legislator Moyses; Et dixit Deus, Fiant luminaria in firmamento Cæli, ut qui suo iussu fecerit hæc sensilia, sed & ea, quæ cadunt sub intelligentiam sanctorum Angelorum luminaria. Ipse enim dixit, & facta sunt: ipse mandauit & creata sunt. Duo autem luminaria non sic: sed; Fecit Deus luminaria magna, & posuit ea in firmamento Cæli. Primum fecit, & tunc ea supra posuit. Vbi autem ea ab ipso erant facienda nisi supra terram? Non erat enim alius locus extra Cælum, nisi terra, ubi facta sunt ab ipso Deo, & deinde sublata sunt sursum. Vide mihi rursus hic quoque terram ante Cælum à Sole illuminari, & sic ad Cælum, Christum, qui est Sol, remittere, post eius compositionem, & constructionem, quæ facta est supra terram.

Duo hoc loco protulit Anastasius Synaita, quæ quanquā explorata non sint, mirificè attamen suæ allegoricæ interpretationi opitulantur. Alterū, stellam luxisse ante Solem, & Lunam, cum tamen Vates confirmet Deum eas conflasse testetur. Alterum, Deum Solem, & Lunam in terra compegisse, indeque eos in Cælum euehisse, & collocasse, cum nihilominus Chrysofomus, ceterique Patres, id ut commentitium, & fabulosum explodant. Sed his datis tanto Patri, allegoria decora, & elegans nobis certè ab ipso insinuata est. Coruscant primò luminaria, stellæ, nimirum Angeli, quoniam ante lucis diffusum Solē, splendidamq; Lunā, ante nimirum Christū lucis fontē, & Ecclesiā illustratā, in noctis illius parte, quæ diem præcessit, innocentia uidelicet, & legis tempore, ipsi illuminabant mortales in terra degentes. Et nonne clarent in ipsa sacra pagina historia Angelicæ apparitiones, & colloquutiones, præcipuè Adæ, Noë, Abraham, Isaac, Iacob, Moysi, Helia, Elisæo, Esaiæ, Danieli, Ezechieli: ceterisque Archipatribus, & Prophetis ostensa & habita? Quæ siquidem in Scripturis narrantur apparitiones, & allocutiones sub Dei nomine, ipsas Angelorum fuisse, Patres conformi sententia decernunt, atque definiunt. Hæc igitur stellæ, nimirum Angeli, in Cælis conditi sunt in ipsis primordijs rerum, ut censuit Augustinus cum seclatoribus, uel longè ante Mundi confectionem, ut arbitrati sunt Patres Greci ferè omnes: & de his intelligendum est, quod dicitur; Fiant luminaria in firmamento Cæli, Angeli uidelicet in ipso superno micanti Cælo. At uerò Sol & Luna, Christus & Ecclesia in terra primum congesta sunt, deinde in Cælum uecta; Nā de ipsis intelligendum est: Fecit Deus luminaria magna, & posuit ea in firmamento Cæli. Primum fecit, & tunc supra locauit. Sed quid intelligendum est, cum dicitur, Solem Christum, & Lunam Ecclesiam luminaria magna effecta fuisse supra terram? Intelligendum est primum, quoniam super hoc elementum terræ, Orbemque habitabilem, & Christus exortus est, & Ecclesia congesta. Vel intelligendum supra terram, nempe de terra, seu in terra, scilicet de humanitate nostra, de qua Formauit Deus hominem de limo terræ. Compactus est Sol Christus de terra, quia Dens, & homo in uirgineo ultero ex uera humana profapia conceptus, & Ecclesia congesta est ex hominibus de terra procreatis. Deinde euecta sunt ad Cælum, Christus qui dem cum scandit super sydera, & Ecclesia, cum in triumphantem redacta est. Nec illud

Angeli ante Christum illuminabant homines.

Christus & Ecclesia quomodo prius dicitur facta, & postea in Cælum uecta.

Christus super terram factus. Gen. 1.

Moraliter.

Fiant luminaria in firmamento Coeli.

- a. Idest, Evangelista, & Doctores, virtutum, seu gratiarum diuersa genera, in firmamento legis.
- b. Vel, iusti in conuersatione caelesti, sanctitatis, & iustitia lumen proferentes.

Ioan. 1.

Iud silendum est, quod vltimo loco Anastasius animaduertebat, Christum typicum Solem nostrum, primum illustrasse terram ante Coelum; nimirum homines ante Angelos, vel Ecclesiam militantem ante triumphantem, vel Mundum ante Empyreum; Sol, inquam, coruscantissimus fuit Christus, primo in terra fuit velo obtectus, idest, mortali humanitate, deinde in Coelo gloria amictus, & immortalitate donatus; vt homo mortalis in Mundo degit veluti Mundi lux, Erat enim lux vera, qua illuminat omnem hominem venientem in hunc Mundum; ut gloria verò circumseptus, effectus est lux Coeli, in quem desiderant Angeli, & beati prospicere.

a. Idest, Evangelista, & Doctores, virtutum, seu gratiarum diuersa genera, in firmamento legis.

E V C H E R I V S in Genesim libro primo, capite quinto.

Quarto die emicuerunt luminaria, in firmamento legis infixa: idest, Evangelista, Doctores Scripturae sanctae cohaerentes disputando, & omnibus inferioribus lumen sapientiae demonstrantes. Protulit etiam simul & caeteram micantium syderum turbam: idest, diuersarum virtutum in Ecclesia numerositatem.

Isidorus haec eadem habet, ut videre est in Prothematibus Glossae Ordinariae.

B E D A Expositio in Genesim.

Spiritualiter autem sumuntur in firmamento luminaria, scilicet sancti Doctores in Scriptura proficientes, & inferioribus lumen scientiae demonstrantes. Diuersitas autem syderum, diuersitas est gratiarum.

Caeterum libro de Sex dierum creatione, & Questionibus super Genesim, eadem prodit Beda, quae ex Eucherio audiuius, nec quidem mutatis verbis: ex Isidoro autem ea sumplisse in Questionibus fatetur.

G L O S S A Interlinearis.

Fiant luminaria: idest, Doctores: in firmamento Coeli: idest, Scripturae.

G L O S S A Ordinaria haec ipsa ita collegit.

Die quarta micuerunt luminaria in firmamento Coeli, idest, legis Doctores, Scripturae sanctae inherentes, & inferioribus lumen sapientiae demonstrantes. Prodiit quoque syderum turba, idest, virorum Doctorem scilicet, & Legislatorum numerositas.

Accommodata est haec allegoria, quam passim omnes ferè Patres prodiderunt. Luminaria siquidem amplissima sunt Evangelista, & Doctores, & insignes Christicolae, qui lucem ferunt Evangelicae doctrinae, & sanctimoniae Christianae. At verò non in consentaneum duco, Evangelistas Solem appellari, Doctores Lunam, illustres quoque fideles stellas. Sol lucis ipse fons est perennis. Lex pariter Evangelica in Euangelis refidet, tanquam in fonte perenniter scatente. Et quanquam quatuor sint (nam & quarto die congestus est Sol) vnus tamen Sol appellari queunt, quoniam unicuique est Euangelium, unica Christi uita ab ipsis nobis referatur & proditur, omnesque in id conueniunt, ut Christi augusta natalia, spectatissimam uitam, acerbam mortem, triumphalem resurrectionem declarent, & patefaciant. Inde harmonia illa Euangelica una elicitur, qua Christi, dum inter homines vixit, notitia absoluta decerpitur. Hicque Evangelista, tanquam Sol ab Ecliptica, ab irrefragabili ueritate, Spiritus Sancti afflatu dictata, nunquam recessere. Porro Doctores Luna sunt, qui in tersa, lenique mente, Evangelicam hanc doctrinam, tanquam lucem ab Euangelistis, uti a Sole carpunt, ad nosque reflectunt. Et quemadmodum Luna perpetuis agititur luminis incrementi ac decrementi vicissitudinibus: ita & Doctores largiori minoriue perfunduntur.

Euangelista, vt Coeli.

Doctores. Luna comparatur.

tur lumine, prout Spiritus Sanctus locuples elargitor, illis impartiri donorum affluentiam & ubertatem dignatur. In Ecliptica Doctores, vt Luna non permeant, sed à Zodiaco non recedunt; contemplationibus siquidem, & commentarijs Euangelicam doctrinam exornant, sed à sanctis, catholicis, Romanisque dogmatibus non recedunt. Stellae tandè praecllentes sunt inter Christicolae Antistites, praecipue qui quasi stellae splendent, virtutum omnium coruscatione. Nam alij humilitate, spe alij caelesti, alij charitate diuina, nonnulli iustitia recta, temperantia discreta, quamplures fortitudine inconcussa, plerique prudentia, zelo, discretionem, pietate plures nitent, & clarescunt, cunctumque firmamentum, nempe Ecclesiam exornant, diuersa claritate praediti, virtutum scilicet nitore diuerso, maiori minorive insigniti. Benè igitur de ijs dictum est: Fiant luminaria in firmamento Coeli.

Preclati stellae assimilantur.

b. Idest, iusti in conuersatione caelesti, sanctitatis & iustitia lumen proferentes.

A V G V S T I N V S Enarratione in psalmum nonagesimum tertium, pulcherrimè nobis hanc subministrat interpretationem.

Recolamus ergo Scripturam sanctam in Genesi, primo die quid sit factum: inuenimus lucem: secundo die quid sit factum, inuenimus firmamentum, quod appellauit Deus Coelum: tertio die quid sit factum, inuenimus speciem terrae & maris, & segregationem, vt omnis congregatio aquarum vocaretur mare, & arida vocaretur terra: Quarto die, luminaria fecit Deus in Coelo, Solem in potestatem diei, Lunam & stellas in potestatem noctis. Hoc quarto die fecit. Quid sibi ergo vult, quod de quarto die accepit psalmus titulum? In quo psalmo docetur patientia aduersus felicitates malorum, & labores bonorum. Et Post. Intelligat ergo charitas vestra, quibus dixit Apostolus; In natione tortuosa & peruersa, idest, inter iniquos, in quibus apparetur sicut luminaria in Mundo, verbum vitae habentes: quodammodo admonuit nos & istum psalmum intelligere, & praescire titulum ipsius. Tales enim Sancti, in quibus est verbum vitae, de conuersatione quam habent in Coelo, despicunt omnia iniqua, quae sunt in terra. Et quomodo luminaria in Coelo per diem & per noctem procedunt, peragunt itinera sua, cursus certos habent, & committuntur tanta mala, nec denuntiant desuper stella fixa in Coelo, agentes per tractus caelestes, quae illis praestituit & constituit creator ipsorum: sic debent Sancti, sed in Coelo figantur corda eorum, si non frustra audiant & respondeant iuxta se habere cor, si imitentur eum, qui ait; Nostra autem conuersatio in Caelis est.

Prolixa oratione, plures alias suggerit nobis ibidem Augustinus comparationes.

H V G O Carenfis in Poitillis.

Luminaria, idest, iusti; Inter quos lucetis, sicut luminaria in Mundo, verbum vitae continent. Et rectè iusti luminaria dicuntur, quia sicut luminaria quicquid de eis, mentiantur, non mutant cursum: sic iusti, quicquid dicant mali, semper in bono perseverant; Non contristabit iustum, quicquid ei acciderit.

Philip. 3.

Phil. 2.


Proverb. 13.

Iustitia vitae profectò claritas est, immò splendor effulgens in nocte criminum, & scelerum. Igitur iusti, qui sanctimonia vitae decorantur, à rectoque calle iustitiae non diuertunt, luminaria sunt; hanc scilicet iustitiae claritatem ferentia. Horum autem iustorum alij splendent ut Sol, alij vt Luna, alij ut stellae; Nam alij sunt incipientes, alij proficientes, alij perfecti. In sanctitate quidem, & vitae innocentia perfecti, vt Sol clarent, Deique gratia, nunquam lumine, scilicet iustitia destituantur, atque recto calle Eclipticae in Coelum proficiunt, quoniam non declinant ad dexteram, neque ad sinistram. Ipsi nanque sunt, qui pollicentur: Viam trium dierum pergemus, & non declinabimus neque ad dexteram, neque ad sinistram: per viam scilicet iustitiae, qua ad Coeli supernam regiam gradiuntur, tum in iuuentute, tum in virilitate, tum in senecta incedunt, nec nunquam à recto calle iustitiae discedunt. Proficientes porrò ut Luna sunt, qui iustitia modò crescunt, modò decrescunt. Quemadmodum Luna vicissitudinibus lucis agititur, & hi, quanquam in Ecliptica non permeant, videlicet in perfectione iustitiae, à Zodiaco tamen non egrediuntur, quoniam in lethale peccatum non corruentes, à uita spirituali non deficiunt. Incipientes tandem & ipsi stellae sunt, exiguum lumen praebentes, sanctitatis nimirum monumenta parua exhibentes.

Iustorum alij ut Sol splendent, alij, ut Luna, alij, ut stellae.

Exod. 8.

bbb Idest,



Fiant luminaria in firmamento Coeli.

Allegoricè.

- a. Idest, Christus & Ecclesia in nobis.
- b. Incommutabilis veritas in anima vt Sol, quo fulgeat intellectus practicus vt Luna, & speculatiuus vt stella.

a. Idest, Christus & Ecclesia in nobis.

ORIGENES Homilia prima in Genesim.

Sicut in firmamento isto, quod iam Cælum fuerat appellatum, iubet Deus fieri luminaria, vt diuidant inter medium diei & noctis: ita & in nobis fieri potest, si tamen studeamus & nos vocari & effici Cælum: luminaria habebimus in nobis, quæ illuminent nos, Christum & Ecclesiam eius. Ipse est enim lux Mundi, qui & Ecclesiam illuminat sua luce. Sicut enim Luna de Sole dicitur percipere lumen, vt per ipsam etiam nox possit illuminari: ita & Ecclesia suscepto lumine Christi, illuminat omnes, qui in ignorantie nocte versantur. Si verò quis in hoc proficiat, vt iam filius Dei efficiatur, sic vt in die honestè ambulet, quasi filius Dei, & filius lucis: hic ab ipso Christo illuminatur, sicut dies à Sole.

BEDA Expositione in Genesim.

Possimus quoque & de nobis ipsis habere luminaria. Studeamus nos effici Cælum, habebimus in nobis luminaria, Christum & Ecclesiam illius. Ipse est enim lux Mundi, qui & Ecclesiam illuminat. Sicut Luna de Sole dicitur percipere lumen, vt per ipsam possit illuminari: sic Ecclesia, suscepto Christi lumine, illuminat ignorantie tenebris excæcatos.

Anima Celi & firmamentum dicitur.

Cœli uocamen anima nostra uendicare certè potest, quæ primò Cælum perpolitum, ac astris coruscans effecta est, quando innocens & pura, diuinam gerens imaginem à Deo est procreata. Sed cum peccati originis labe coinquinata, & denigrata fuisset, iterum in baptismatis fonte expurgata, firmamentum appellata est, si in firmitudine innocentie & iustitie Christi, quam comparauit, & assequuta est, perstiterit: Firmamentum profecto insigne, quod & Cœli nomen sortitum est. In hoc igitur Cœlo degente anima, in cœlesti inquam vita, & conuersatione, sicut splendescitque luminaria, Sol, & Luna, Christus & Ecclesia Christi. Exemplum huius rei afferam. In perspicua clari & limpidi fontis aqua, Solem certè & Lunam spectamus, quamuis non æque ibi ut in proprio orbe fulgeant. Si igitur anima tanquam collucida aqua clarescet, quod tunc effici continget, quando perlucidam, claram, nitentemque conscientiam geret, equidem Sol & Luna in ipsa conspiciuntur, licet à proprio fulgore non nihil deficientes. Fulgebit quidem sanctitas Christi, & Ecclesie in anima, iustitia nanque erit insignita; at non perfectè sanctitas hæc in ipsa coruscabit, cum anima nonnullis semper sit addicta infirmitatibus, & defectibus. Nec siquidem Christi Solis coruscantissimi fulgentem splendorem, & Lunæ Ecclesie sanctitatis clarentem nitorem anima quæuis attingere poterit, quanquam summam innocentiam uitæ affectet, & cupiat.


In anima splendet Christus & Ecclesia.

b. Incommutabilis veritas in anima vt Sol, quo fulgeat intellectus practicus vt Luna, & speculatiuus vt stella.

GLOSSA Ordinaria.

Quarto die, quo in illo firmamento disciplina mens spirituales intelligentias operatur, atque distinguit: videt quæ sit incommutabilis veritas, quæ sicut Sol fulgeat in anima, & quomodo anima ipsius particeps fiat, & corpori ordinem & pulchritudinem tribuat, tanquam Luna illuminans noctem. Et quomodo stella omnes, idest, intelligentie spirituales, in huius uite obscuritate, tanquam in nocte fulgeant.

Anima



Et diuidant diem ac noctem.

Allegoricè.

- a. Idest, Doctores diuidant sensu literali & mystico, sensibilia, & intelligibilia in firmamento Scripturæ.
- b. Idest, luminaria nostra, Christus & Ecclesia vitam diuidant virtutibus ornatam, à flagitiosa.

Moraliter.

Animã Cælum esse spectatissimum, iam supra demonstrabamus. Quotiescunque igitur in ipsius medio consistet, & coruscabit Sol, quemadmodum & Sol iste Mundi oculus in compage Cœlorum medius consistet; tunc certe & subtrus Luna lumine decorabitur, & supra stelle in classes diuersas dispersæ, illustratæ rutilabunt. Sed quænam est Luna; nisi intellectus ipse practicus, vt aiunt, qui cunctas humanas actiones regit, & moderatur? Hic splendescet in nocte vitæ huius, quoniam mirifica sapientia ad regendas dirigendasque actiones humanas insignietur. Et quæ stella, nisi intellectus speculatiuus, qui inenarrabili indagine, cunctas res tum diuinas, tum naturales inuestigat, & rimatur? Et hic coruscabit, quoniam altissima sapientia spirituales intelligentias, & contemplationes adipiscetur. Quemadmodum profecto in Cœlo corpora tantum Luna & syderum, vt condensiora, & nitidiora, lucem accipere, & recondere possunt; ita in anima intellectus practicus, & speculatiuus inter cæteras potentias, supernam sapientiam haurire, atque uti queunt.

Intellectus practicus sicut Luna, speculatiuus vt stella.

a. Idest, Doctores diuidant sensu literali, & mystico, sensibilia, & intelligibilia in firmamento Scripturæ.

E.V.CHERIVS Commentariorum in Genesim libro primo.

Protulit etiam simul & ceteram micantium syderum turbam: idest, diuersarum virtutum in Ecclesia numerositatem, quæ in huius vite obscuritate, tanquam in nocte refulgentes, diuidant in hoc firmamento Scripturæ, sensibilia, & intelligibilia: quasi inter lucem perfectorum, & tenebras prauorum.

Isidorus vt in Prothematibus Glossæ, Beda libro de Sex dierum creatione, & Questionibus in Genesim, hæc eadem sigillatim, ac penè ad uerbum, suis interseruere lucubrationibus.

BEDA verò Expositione in Genesim habet.

Diuidunt autem ista sydera inter diem, & noctem, idest, Doctores diuidunt inter lucem perfectorum, & tenebras prauorum.

Glossa Ordinaria vt supra.

Per sensilia, quæ forsitan hi Doctores appellarunt tenebras præuorū, & intelligibilia, quæ nominantur lucem perfectorum, quid intellexerint, definire omnino non audeo. Verū cōtemplandi libertate id ego asserere non formidabo, in Scripturis sacris sensum literalem, quo ea nobis obiectantur, quæ sensibus apparent, sensumque mysticum, quo ea nobis proponuntur, quæ ad intelligentias excelsas spectant, uocari potuisse noctem, & diem. Dum enim mens nostra literali sensui incumbit, quo humana gesta narrantur, eaque secundum corticem literæ tantum concipit, ac meditatur, certè in nocte, & in tenebris proficisci uidetur, ipsique fulget duntaxat Luna, prudentia nempe, seu sapientia humana; & stellæ, insitæ leges naturales. At si secundum mysticum sensum, quo diuina nobis referantur, cœlestia percipit & contemplatur, certè in die incedit, ipsique splendet Sol, sapientia uidelicet diuina, Spiritus Sancti præstantissimum donum. Probè igitur dictum est: Fiant luminaria, Euangelistæ scilicet, ac Doctores, ut diuidant diem à nocte; secernant intelligibilia à sensibilibus, seu mysticas contemplationes à literalibus; mysticas, in quibus quæ lux sunt perfectorum; mentium uidelicet sublimium in perfectione sapientie, & literales, quæ ut tenebræ offundunt corda prauorum, infideliumque hominum. Hæc profecto Glossa Ordinaria uidetur nobis insinuasse.

Sensus literalis ac mysticus dicuntur nox & dies.

bbbb 2 Idest,

Allegoricè.

- a. Signa pronostica Solis in Euangelio lata, de Sole Mystico Christo quomodo verificentur.*
b. Area in Sole mystico, indicium schismatum in Ecclesia.
c. Virgulæ erectæ in nubibus sub Sole mystico, indicium calamitatum, ob peccata

provenientium.

b. Idest, luminaria nostra Christus & Ecclesia, vitam diuidant virtutibus ornatam, à flagitiosa.

B E D A Expositione in Genesim.

Et unusquisque nostrum diuidit inter vitia & virtutes, per illuminationem Christi, & Ecclesie, & variarum gratiarum, velut stellarum.

Quemadmodum in uita hac nostra nonnunquam nitidus illucet nobis dies, interdum atra premimur nocte, aliquando etiam dubiæ intercedunt lucis crepuscula: ita profectò & vita spiritus: quandoque degit in die gratiæ, & est quando Sol super Orientem nostrum scandit, idest, cum Christus nobis assistit, gratiæque suæ radijs nos perfundit, illustrat, & calefacit, tumque cunctis vitij propulsatis, in uirtute uitam agimus. Neque enim flagitiū, crimē in nobis, quando Christus nos gratia sua sanctificat, comperiri potest. Promanat solummodo è nobis umbra, imperfectio nimirum illa, quæ ex fragilitate nostra profuit. Quandoque anima nostra in nocte uitam ducit, cum peccato est obnoxia, tenebrisque vitiorum obuoluitur, & tum splendescunt ei Luna duntaxat, & stellæ, indefessa uidelicet Ecclesiæ pietas, quæ nos ad uitam euocat, & inspirationes tum internæ, tum externæ, quæ nos ad emendationem excitant. Quandoque degit in crepusculis; tuncque dicitur anima frui aurorâ rutilantē, cum respicit à criminibus, albescitque ipsi in sacra poenitentia gratia præueniens, ut prodroma, & aurora, quoad ei superueniat Sol, gratia iustificans. Illabitur etiam illi interdum uespera, quando ob lethale crimen, Christus, gratiaque iustificans ei occidunt, remanetque tantum serotinus albor, pristinæ gratiæ memoratio, cum synderesis adhuc de patrata iniquitate dolet, & conqueritur. Hæc sunt nox & dies, de quibus dicit Paulus; Nox præcessit, dies appropinquauit, abijciamus ergo opera tenebrarum, &c. hoc euentum luminaria diuidunt diem à nocte, nostram, inquam, uitam tum pollutam, tum impollutam, Solque Christus præest diei, nimirum uitæ, qua anima nostra degit in claritate uirtutum: Luna uero & sydera, Ecclesiæ pietas & inspirationes præsumt nocti, uitæ, qua anima uiuit in obscuritate vitiorum.

Anima aliquando die, aliquando noctem, aliquando crepuscula habet.

Rom. 13.

a. Signa pronostica Solis in Euangelio lata, de Sole Mystico Christo quomodo verificentur.

A N A S T A S I V S Synaita Commentariorum in Hexameron libro quarto.

Quamobrem per hæc luminaria, quædam alia spiritualia, mysteria docet nos Scriptura, rerum corporalium. Etenim illud, Sint in signa, & in tempora, & in dies, & in annos, non ea dicit Deus, uolens Astrologos docere homines: neque in Sole, & Luna, & astris habere spem gubernationis, ut desipientium Astrologorum uidetur uanitati: sed per hæc, quæ apparent luminaria, & stellæ, docemur signa spiritualia, & tempora, & annos, & ordines, & gubernationem, & mysteria admirabilia.

B A S I L I V S Hexameron Homilia sexta.

Nam & unum quid eorum, quæ à Sole ostenduntur, Dominus nobis tradidit hisce uerbis; Quia tempestas erit, rutilat enim triste Calum. Cum enim per caliginem, nebulamue ascensus fuerit Solis, radij tum offuscatur, ipse rutilus ueluti prima, coloreque propè sanguinis emulus cernitur: aëris crassitudine uisionem hanc in aspectibus nostris efficiente. Quod si non diffusus à radijs tum aër ille addensatus, & in sese coalescens, apertum est ob uaporum illorum affluentiam è terra tunc ascendentium, superari non potuisse: sed ob humoris copiam tandem eas in regiones, in quibus se colligit, tempestatem esse allaturum.

Sol,

Sol, ut omnibus perspicuum est, prognosticon est serenitatis, & imbrium; Christus pariter suæ acerbæ mortis, quæ procella est, & nostræ redemptionis, quæ nostra est serenitas, præfagium fuit, si in ipso ea considerabimus, quæ Soli contingere cōspicimus, ut prognostica ad futuras procellas, uel serenitates portendendas. De Sole Saluator noster prodit, quod Sol in ortu rubens, tempestatem indicat futuram. Ecce Christus Sol noster, qui dum in imbecilli sua infantia, ut legi obtēperaret, uix dum ortus, circumciditur, sanguine effuso, quasi in mane rubescens, furentem tempestatem, & imbris largitatem prænuntiauit, quæ profectò subsequuta est: Nam post ærumnas in meridie, hoc est, in ætate sua florente, cum mortē subiit, flante illinc vento inuidiæ Hebraicæ, uti Bo rea, hinc aura charitatis æternæ, ueluti Austro, post tonitrua, post impias uoces illas, Crucifige, crucifige, post iniquas Pilati, Pontificumque, sententias, tanquam fulgura, denique post tot tantisque procellas, post (inquam) tot tantosque cruciatu, imber demum sanguinis adeo magnus & copiosus è Cœlo nostro defluxit, ut Mundū abluere, repara reque potuerit. Rursum Sol uespere rutilans serenitatem portendit subsequituram: In supremo siquidem uitæ suæ tempore Christus rubens, & sanguine perfusus undique spectatus est, attulitque nobis diem, uel tempus pacis serenissimum, nulla nube obuolutum, & efficacissimis gratiarum radijs coruscans. Cæterum & Christum ad crucem appensum, nostræ pacis esse prognosticon, Scripturæ in figura præcinerunt. Arcū meū (dixit olim Deus) ponam in nubibus Cœli, & erit signum fœderis inter me, & inter terram. Arcus fuit Christus in cruce; duo cornua, anima & caro; funis, diuinitas ipsa; sagitta, iustitia in genus humanum vibrata; arcus intentio, diuinæ iustitiæ rigor fuit, eo tempore cum acriter sæuiret in hominem, uehementique furore iacula penarum in ipsum dirigeret. Interditque Deus adeo arcum istum, ut fractus sit, nam anima soluta est à carne, quamuis & caro, & anima funi diuinitatis appensæ remanserint; quod enim Christus semel assumpsit, nunquam dimisit. Verum in ea uehementi arcus intentione expulsa est sagitta, cumque totum genus humanum vulnerare nequiret, filium humanæ naturæ, nempe Christum ex Adam stirpe impolluta, ex ea carne, de qua Adam ante lapsum plasmatus fuerat, natum confixit, dum pro hominibus, tanquam gallina pro pulis alas extenderet: adeoque infixum est illi iaculum, ut animam à carne seiunxerit, cunctumque corpus dilacerarit, animamque ipsam penetrarit: Tristis est enim (inquit Christus) anima mea usque ad mortem, hoc est, tanquam in morte; & inebriata est eius cruore sagitta: Porro, quod mirandum fuit, iaculorum cuspis (quia in petram impigerant) ita hebetata ac retusa fuit, ut uix amplius nobis nocere queant. Hic igitur fuit arcus in nubibus Cœli.

Matth. 16. Christus rubens in circumcissione, portendit futuram pluiam sanguinis in morte.

Christus rubens in morte, futuram serenitatem resurrectionis ostendit. Gen. 9. Christus ut arcus.

Matth. 26.

b. Area in Sole mystico, indicium schismatum in Ecclesia.

B A S I L I V S Hexameron Homilia sexta.

Et cum orbis ij Solem cingunt, quos areas appellare solent, aut cœlestis aquæ copiam significant, aut flatuum uehementium concitationem. Quinetiam ij, quos aduersos Soles appellant, cum Solis consequuntur cursum; accidentium quorundam aëris præfagia sunt.

Solem cum orbis illi cingunt, ut inquit D. Basilius, qui area appellari consuecunt, aut cœlestis pluuiæ copiam significant, aut flatuum uehementem agitationem. Porro area uapores dicuntur igniti, qui Soli antepositi, Solem ipsum representant, schismatumque symbolum sunt; quo Antipapæ Papæ comparantur, quando contra uerū Pontificem Romanum, qui Christi Solis uices gerit in terris, se ut Pontifices gerunt. Cum igitur hi Antipapæ, quasi fictitij Soles spectantur, indicium sunt euidentissimum, quod ingentes subsequuntur imbres, & uentorum procellæ; bella, inquam, atque Christianorum populorum disidia. Quin etiam cum igniti illi uapores, quos aduersos Soles appellant, Solis prosequuntur cursum, accidentium quorundam aëris præfagia fiunt, inquit Basilius eodem loco, cum certè hæreticorum principes ueram pertæsi conuersionem, fucatæ duntaxat adherentes, catholicos se effingunt, fœdas uersiones populorum, excidiaque portendunt.

Hom. 6.

Antipapæ maximas producant in Ecclesia perturbationes.

Virgule

Ut sint in signa.

Allegoricè.

a. *Diversi situs & umbra respectu Solis mystici Christi, signa sunt diuersitatis status in gratia.*

Moraliter.

b. *Luna prognostica signa, Ecclesiarum status diuersos indicant.*

c. *Luna est signum mutabilitatis mundanarum rerum.*

d. *Sol sapiens, Luna stulti signa sunt.*

c. *Virgula erecta in nubibus sub Sole mystico, indicium calamitatum ob peccata prouenientium.*

BASILIVS ubi supra.

Quemadmodum & virgule, colore iridis præditæ, recte in nubibus apparentes, imbres sæuos, aut tempestates atrocissimas, aut aëris omnino non mediocrem mutationem portantur.

Virgula colore iridis præditæ, quandoq; curua apparēt in ipsa iride, quandoq; recte in nubibus collucet. Si curua sunt, serenitatem portantur, si rectæ, imbres sæuos, & tempestates atrocissimas. Porro uirgula illæ comminationum typus sunt, quæ si inflexæ fuerint, misericordiæ diuinæ sunt monumentum; si uerò directæ, iustitiæ ipsius iridis præfagium, quo calamitatum, ærumnarumq; procelle ob nostra peccata superuenturæ indicantur. Hæc siquidem prognostica sæpius dira insequuntur flagella. Fruges enim, quas nobis benigna pientissimaque parens terra ubertim suppeditat, æstuans interdum ardor torret, grandinum, imbriumque colluuiões atterunt, locustæ & infimorum animalium caterua corrodunt, funeste quoq; pestilentie in humanum genus grassantur; terram otibus vrbes celebres solo equantur, plagæ amplissima fluctibus cooperiuntur, bella immania cuncta deuantant; plurimæq; aliæ ærumnæ & calamitates ex Dei iustitia in genus humanum debacchantur.

Cominationes diuinas quæ flagella insequantur.

a. *Diversi situs & umbra respectu Solis mystici Christi, signa sunt diuersitatis status in gratia.*

AMBROSIVS Hexæmeron libro quarto, capite quinto.

Est sanè & aliqua salutis umbra, non mortis, ut est illud; Sub umbra alarum tuarum proteget me. Umbra quidem, quia corporis est: umbra, quia crucis: sed umbra salutis, quia in ea erat peccatorum remissio, & resuscitatio mortuorum. Exemplum ergo possumus accipere, quia hyemales dies breues, umbras maiores habent: æstiuæ dies maiores, sed umbras minores habent. Medio quoque die minor umbra, quam in principio est diei, vel sine: & hoc apud nos in parte Occidentis. Ceterum sunt qui dicant, quod per duos totius anni dies sine umbra fuerint in partibus meridianis, eò quod habentes super verticem suum Solem, vndiq; per circumcircuitum illuminentur: vnde & sic dicuntur Græcè. Plerique etiam ferunt, sic è regione ex alto ferri Solem, ut per angusta puteorum, aquam qua in profundo est, viderint resurgere. Esse autem dicuntur in meridiano, qui & sic vocantur, eò quod umbram ex utroque latere transmittant. Umbra enim è regione Solis ambulantis post tergum est, ut puta si contra Orientem pergas matutinis horis: si contra meridianam plagam contendas medio die: si contra Occidentem in Occasu diei. Ex tribus igitur partibus sit sibi Sol obuius, ex Oriente, ex Meridiano, ex Occidente. Mane & sero post tergum est, meridiem quoque à latere: at uerò à Septentrione nunquam est Sol, & ideo umbra. Si contra Septentrionem dirigas, siue mane, siue sero, siue meridiem, non potest esse post tergum Sol. Sunt enim in hoc, quem nos incolimus, Orbe terrarum, circa meridiem positi, qui in Australem plagam videntur umbram transmittere. Hoc autem fieri dicitur summo æstu, cum ad Aquilonem Sol dirigit.

Decoram, iucundamque contemplationem ex his excerptare possumus, atque Christianorum quidam in hyeme, qui dem in æstate degunt.

Christianorum quidam in hyeme, qui dem in æstate degunt.

plioem diuturnitatem. Alij in æstate vitam ducunt, in sanctorum scilicet virtutum habitu, & sanctimonia, & hi diebus potiuntur maioribus, noctibus breuioribus, quoniam in peccatorum perficitur, in gratia uerò diuturnius: Umbrasque hi protendunt minores, quod mors ipsa spiritus, minorem in ipsis habeat procrastinationem. Cunctis uerò media die minor efficitur umbra, quoniam Sole mystico Christo magis propinquo, radijsq; sue gratiæ directè animam illustrante, umbra peccati, & mortis vis, ac imperium valde exiguum efficitur, & quasi sub pedibus teritur. Umbra deinde (ut apud Astronomos notum est) quo in Cœli climate confideat homo facile demonstrat. Nam qui sub pedibus umbras iaciunt, sub Equatore degunt: qui à dextris quandoque, & à sinistris aliquando breuissimas protendunt umbras, inter duos tropicos resident; qui tantum ab vna parte eas iaciunt, extra tropicos sunt, aut australes, aut septentrionales, & quanto prolixiores umbras emittunt, tanto polo alicui, seu Axi proximiores, ab Equatore distant. Omnes attamen ad Ortum & Occasum, in mane & sero umbras producant. Attendas. Sol fons est lucis, Christus fons est gratiæ. Umbra est ex corporis umbriferi ad lucem obiectione lucis opacatio. Ex umbræ igitur ratione, nempe ex carnis, luxusque eius conditione, statum gratiæ indagare possumus. Qui sub pedibus umbram iaciunt, adeo ut lucem in puteis conspiciant, sanctificati sunt, qui singularem gratiam adeo fomitem semper repullulantem sub pedibus compresserunt, ut propensio etiam peccati recisa sit, atque mortificata, ipsique in profundo carnis compressam concupiscentiam experti sunt. Fuere ex his D. Parthenica, Ioannes Baptista, & qui ex utero matris sanctificati prodire. Hos siquidem sol Christus directissimo radio gratiæ respexit. Qui ex altera parte umbras porrigit, sed eas quambreues, quique inter tropicos collocantur, ij sunt, qui veniali, non autem lethali peccato obnoxij fuerunt. Ex his Apostoli post Spiritum Sanctum receptum. Et quemadmodum inter Tropicos uigilans est lucis uirtus, ita his maximum gratiæ robur collatum fuit. Qui extra Tropicos, inter ipsos, & circulum antarcticum, & articum sedes habent, umbrasque à latere sed prolixiores proferunt; sunt fideles omnes non singulari gratia suffulti, qui & mortali infici crimine quandoque & sepius possunt: sed ipsis si ad Meridiem uersi Solem respiciunt, ad ipsumque proferant, ad spem inquam ueniunt, semper tenebræ sunt à tergo, quod peccatum post terga reiciatur: at si Soli terga uertunt, si à Christo faciem conscientiæ & mentis auertunt, umbra ipsis est ante oculos, in ipsa obruuntur, & ad Boream reprobis sensus, atque obstinationem, damnationemque incedunt. Qui extra tropicos, & sub polis plagas sitas incolunt, hi sunt, qui cum in profundum peccatorum peruenerint, contemunt, & vix Solem à longè conspicientes, nec luce illuminari, nec radio calefieri possunt, vnde tenebris mortis obuoluuntur. Ceterum omnes quocumque in Climate degant, quanto magis Equatori, Solique ipsi, qui circa Equatorem circumuolat, appropinquant, tanto breuioribus umbras, & quanto magis distant, tanto longiores experiuntur. Qui enim à iustitia discedunt, & à Christo, quanto magis se auertunt, tanto magis in peccatorum profundum se præcipitant.

Umbra notificat in quo Climate homo resideat.

Umbra diuersa productio quid inuauat.

c. *Luna prognostica signa Ecclesiarum status diuersos indicant.*

BASILIVS Hexæmeron Homilia sexta.

Similiter & Luna, cum in caliginoso humore circundatur, idem portendit. Et post. Complures quoque significationes & circa Lunam obseruauerunt accrescentem, decrescendentemque, qui huic studio operam impenderunt: quasi aër terre imminens vna cum ipsius Lune formis necessario permutetur. Tertio namque die si tenuis sit, puroque nitore fulgeat, serenitatem constantem prænuntiat, si crassa cornibus, subrubricundaque cernatur, aut impetuosa & immodicam è nubibus aquam, aut horridam Austri concitationem minatur.

Luna pariter, inquit D. Basilius, cum caliginoso humore circundatur, aëris mutationem portendit: Ecclesiæ qualescunque, ubi caligine erroris, hæresisque obruuntur, mutationem regnorum futuram indicant, quod in nonnullis florentissimis quondam Regnis euenisse tempestate nostra conspeximus. Luna, si tertio die, ait Basilius, tenuis est, puroque nitore fulget, serenitatem constantem prænuntiat; si crassa cornibus,

bus, subrubicundaque cernatur, aut impetuofam è nubibus aquam, aut horridam An-
fri concitationem minatur. Ecclesia pariter, vt Luna, tenuis admodum fuit, nitida-
que puritate, quoufque ad Constantini tempora delituit, unde postea tranquillita-
tem maximam est consequuta. Ast ubi imperio, & diuitijs locuples, crassaque effe-
cta est, uel bella, uel horridam Auftri concitationem, uitam scilicet carnalem ex con-
cupiscentiæ libertate expectare ipsi necesse fuit.

c. Luna signum mutabilitatis mundanarum rerum.

Bafilii & Ambrosii, Lunæ defectum, humanarum rerum inconstantiam significa-
re, edocent.

B A S I L I V S nanque Hexameron Homilia sexta, ait.

Iam dictis germana consimiliatè & de Luna velim intelligas. Est enim & corpus ipsius magnum, &
splendidissimum sanè post Solem. Non tamen semper eius conspicitur magnitudo, sed nunc quidem tota sinua-
ta in orbem, & perfecta, nunc verò in deliquio luminis; & imminuta conspicitur, altera sui parte, quid de-
fit, indicans. Nam alia nimirum obumbratur parte, cum incrementa suscipit: alia pars eius occultatur, cum
imminuitur. Est quedam figurarum mutationis huiusmodi varie sapientis ratio creatoris: aut enim hoc vult,
vt exemplum nobis illinc euidens nostra natura præstetur, nullam rem, inquam, humanam fixam, & stabili-
lem esse: sed aliis, cum antea non essent, exortas, ad suum statum pergere capefendum: aliis item, cum
proprium attigerint vigorem, & ad summam adoleuerint incrementi mensuram, rursus quotidianis decremen-
tis sensim corrupti, ac perire, & imminutas aboleri, atque intercepti. Nos igitur ex Lunæ contemplatio-
ne, quam fluxa sint nostra perdiscamus, atque erudiamur, in mentemque celerissima rerum humanarum no-
bis mutatio veniat, ac non magnificè nobis ipsis ob vitæ prosperitatem placeamus; non potentatibus gloriemur,
non ob incertas, & instabiles diuitias efferamur: despiciamus carnem, in qua potissimum versatur mutatio, cu-
ram animo, diligentiamque adhibeamus, bonâ cuius dumtaxat immobilis esset constat.

His Basilij dictis subscribit Ambrosius, Hexameron libro quarto, capite octauo.

Luna profectò monumentum est rerum mundanarum, terrigenarumque inconstan-
tiæ, & mutabilitatis euidens, efficax, & perpetuum. Euidens, cum hieroglyphi-
cum sit exaratum in Cœlo, in quod mortales omnes quocumque ex climate, non tan-
tùm noctu, sed & interdum suspicere possunt. Efficax est hieroglyphicum mundanæ mu-
tabilitatis Luna motu, luce, & aspectu. Motu, quid enim velocius Lunæ uolu-
bilitate, cum adeo citato cursu cõtorqueatur, ut duodecies Solis cursum superet? Quod
si Sapiens uerè protulit: Vidi cuncta, quæ fiunt sub Sole, & vniuersa uanitas: quan-
tò uaiiora erunt quæ fiunt sub Luna, sub qua omnis nostra gloria, quandoquidem dum
Sol vnum absoluit circulum, ipsa duodecies. Vniuersum peruolet? Luce subinde, nam
plenilunio rerum prosperarum copiam, nouilunio verò indigentiam portendit; & eò am-
plius, quia lumine pallente semper crescit, uel deficit: Aspectu tandem, quod semper
faciem immutet, quinimmo in globo atram maculam etiam dum uberrima luce ful-
get, ostentat, ut agnoscas non asque adeo rerum terrenarum prosperitatem tibi arride-
re, quin aliquibus aduersis non commisceatur. Amplius perpetuum est Luna muta-
tionis humanarum rerum monumentum; cum ad diem iudicij usque sit permanens, ut
sicut dies diei adiunctus, eructat uerbum, ita nox nocti semper copulata, hanc indicet
scientiam, quod ex Lunæ vicissitudinum similitudine, cuncta existimanda sint uanitas
vanitatum & omnia uanitas.

d. Sol sapientis, Luna Stulti signa sint.

B A S I L I V S Hexameron Homilia sexta.

Quod si dolore te Luna paulatim sublationibus lucem absumentis afficiat, dolore te maiore afficiat anima, si
probatem assequuta, deinde bonum uirtutis ob negligentiam, & incogitantiam perdidit, & nunquam in eadè
persistat affectione, sed frequenter ob mentis infirmitatem uertatur, ac mutetur. Verè enim (ut dicitur) stultus
perinde ut Luna mutatur.

A M B R O S I V S Hexameron libro quarto.

Nam si te Lunæ contristat occasus, qua se semper reparat, ac reformatur: multo magis contristare te de-
bet, si anima profectu uirtutis impleta cum fuerit, postea per inconstantiam mentis, atque incuriam a suo
deflexa proposito, studio sua sepe commutet, quod est insipientia, & inscientia. Vnde & Scriptura ait: Stul-
tus ut Luna mutatur. Et ideo sapiens non cum Luna mutatur, sed permanebit cum Sole. Vnde non Luna
parti-

Luna symbo-
lum est eui-
dens, efficax,
& perpetuum
inconstantiæ
humanarum
rerum
Luna ex tri-
bus indicat
rerum muta-
bilitatem.

Eccles. 27.

Cap. 8.

Eccles. 27.

particeps est Stultitiæ, quia non Luna mutatur ut Stultus, sed Stultus ut Luna. Denique semen iusti sicut
Luna perfecta in æternum manet; & testis in Cælo fidelis. Aliud enim est fungi ministerio, aliud circum-
ferri ingenio, & sensus infirmitate fixam non habere sententiam. Luna pro te laborat, & propter uolun-
tatem Dei subdita est. Vanitatis enim creatura subiecta est non sponte, sed propter eum, qui subiecit in
spe. Illa ergo non sponte mutatur, tu sponte mutaris. Illa congemiscit, & comparturit in sua mutatione:
tu non intelligis, & gratularis frequenter. Illa tuam redemptionem frequenter expectat, ut à communi to-
tius creaturæ seruitio liberetur: tu & tuæ redemptioni, & illius libertati affers impedimentum. Tua ergo,
non sua stultitia est, quod dum tu expectaris, & nec serò conuerteris, adhuc & illa mutatur. Noli ergo Lu-
nam oculo tui corporis æstimare, sed mentis uiauitate. Minuitur Luna, ut elementa repleat.

Sol sapientis symbolum est, & Luna stulti, ut profectò insinuarunt hi præstantissimi
Patres: Nam sapiens non mutatur cum Luna ut stultus, sed cum Sole semper æque
coruscat. Colligas, præcor, comparationes. Emicat Sol luce, coruscat sapiens sa-
pientia. Sol nunquam luce destituitur; sapiens nunquam prudentiam amittit. Sol ab
Ecliptica nunquam discedit; sapiens à recto calle iustitiæ nunquam diuertit. Non
pertimescit Sol horrida monstra cœlestia; non pauet sapiens immanes Mundi tyran-
nos, præpotentesque impios. Sol effuso in cœnosa, ac sordida radio, lucis candorem
non foedat; sapiens criminorum exemplis, uitæ probitatem non inficit. Sol quanquã
nubibus & caliginibus obruatur, non opacatur; sapiens aduersis, tentationibusque; ia-
ctatus non prosteritur. Sol in Eclipsi sua luce non destituitur, quanquam ex Lunæ
oppositione obscurari uideatur; sapiens iustitia non orbatur, quanquam improbus à
Mundo quandoque existimetur. Cæterum Solis cursum ducunt tum Phœbus, tum
Phaeton, quoniam sapientium alij uera emicant sapientia, alij fucata. Sed heu cum
Phaetonte quàm sape Solis cursum ascendunt hypocritæ, nostraque tempestatis fœ-
datores, dum assumpsit larua probitatis, se tanquam Soles ostendunt; at mox equis tur-
batis, atque habentis contemptis, passionibus, inquam, eorum furentibus, ac duris tem-
perantiæ lupatis seu frænâ parere negantibus, diuina humanaque miseri confundunt,
ut dixerint, suasque expleant cupiditates. Hæc de Sole.

Lunam è contra stultorum symbolum esse Ambrosius tradit: stultus enim ut Luna
mutatur, inquit Sapiens, non quod Luna particeps sit stultitiæ, sed quod mutabilitate
sua stultorum mutationis sit exemplum. Non inquit Sapiens, Luna mutatur, sed stul-
tus mutatur ut Luna. Contrarias igitur comparationes ab ijs, quas inter Solem & sa-
pientem contexebamus, colligas de Luna & stulto peccatore, animaduertens quantò
deteriores sint improbi mutationes, quàm Lunæ, licet ab ea desumatur mutabilitatis ex-
emplum, cum Luna pessimis non possit adamussim peccatorum condiciones notificare &
exprimere. Porro stultorum duplex genus, stultitiæque duplex est; Altera, quæ est cor-
poris infirmitas, mentisque alienatio. Altera, quæ est animæ morbus, & spiritus mors.
Amentes illi dicuntur, improbi hi, atque stulti. Parum ergo splendet Luna; stultus uirtu-
te nulla emicat. Luce sape mutatur Luna, sed non sponte; stultus incõstantia mentis
studia commutat, & sponte. Illa mox lucem reparat; iste serò conuertitur, & sape nun-
quam. Luna si ab Ecliptica deficit, nunquam tamen extra Zodiacum conuersiones suas
conficit; stultus non tantum à iustitia recta desciscit, sed ab omni iustitia, adeo ut extra
uiam sit, quia Christianus numero, non merito. Non timet Luna imagines cœlestes,
quanquam immanium bestiarum; stultus peccator præpotentium in Mundo timore
atque obsequio, à uia uirtutis, & quandoque fidei recedit. Luna inter caligines & nu-
bes splendescit; flagitiosus inter carnis illecebras adeo opacatur, ut in reprobum deci-
dat sensum. Luna in Eclipsi sua rubet aliquantulum; stulto peccatori in criminum
uoluptate lumen conscientiæ ac synderefsis uel omnino extinguitur, uel densissima of-
funditur caligine, atque illecebris delusus, cum illo inquit, Vale amicum lumen. Sed
heu stultorum infinitus est numerus, qui si lapides non iaciunt, obstinato tamen corde
blasphemias & crimina in Deum iaculantur: & si ludibrio non sunt pueris, Dæmonibus
tamen irrisui fiunt. Vtinam cum Dauid apud Achis stultitiam & amentiam simulemus,
Mundo stulti uideamur ea sapientia, quæ stultitia est Mundi, ut dicere cum Paulo possi-
mus: Nos stulti propter Christum, &c.

Pfal. 88.

Rom. 8.

Solis & sapie-
tis collatio-
nes.

Sapientes qui
dã uerè, qui-
dã simulant.

Stultitia du-
plex.
Lunæ cõpara-
tur stultus
peccator.

Eccles. 1.

1. Cor. 4.

In signa, & tempora.

Moraliter.

- a. *Astra mystica sunt in signa temporum, quæ homines ad bene operandum inclinant, propensosq; reddunt.*
 b. *Astra mystica sunt signa, ad spiritualis vite dirigendum iter.*
 c. *Vel solemnitatum spiritualium.*

a. *Astra mystica sunt in signa temporum, quæ homines ad bene operandum inclinant, propensosq; reddunt.*

CHRYSOSTOMVS Homilia sexta in Genesim.

Sic & agricola ex illis discit, & videt, quando congruit ut semina terræ committat, quando terram pastinet, ac aret, quando falcem acuat, ut fruges demetat.

Zach. 13.

Agricultura spiritualis.

Ecclesiast. 2.

Complura elicit agricola ex Sole, complura ex Luna, ut statis certisque temporibus munera suæ artis obire ediscat. Ex Sole primum terram pastinare, arare, semina ipsi committere, segetes expurgare, falcem acueri, fruges demetere. Ex Luna arbores plantare, ipsarumque ramos recidere, & detruere. Ego hæc mystica contemplatione edificeram. Homo agricola est: Agricola ego sum à iuuentute mea, quoniam Adam exemplum meum, carnem suam tanquam terram, animamque quasi plantam, seu arborem excolere illi indictum est. Ediscat primum ex Sole mystico autumnale tempus agnoscere, cum scilicet ipsi dona fructusque Spiritus impertiuntur, & ante asperam hyemem, ante imbrum, siue tribulationum exundantiam, primum terram, cor nempe suum contritione arare, & proscindere, & post mortificationem pastinare, & inde semen sanctorum uirtutum immittere. Expectet deinde hyemem, atrocem, ingentem tribulationum alluionem: Fili accedens ad seruitutem Dei, sta in timore, & præpara animam tuam ad tentationem. Enimvero tranfacta hyeme succrescunt segetes, uirtutum nempe habitus, tumque depurgandæ sunt ab inutilibus illis herbarum generibus, quæ simul connatæ, segetes ipsas suffocant; ab illecebrarum prauis affectionibus, quibus quandoque fruges sanctorum habituum, & uirtutum complicantur, & comprimuntur; sic vibrante radio gratiæ maturefcunt segetes, cum uirtutes ad exactos habitus peruenient. Tunc acuendæ falces æstuantis, & efficacis propositi, & fruges metendæ; exerenda scilicet ex sanctis habitibus uirtutum opera sancta, & actus absoluti. Nec oscitanter uacandum est desidiæ circa arbores frugiferas alendas; primumque ei, id est diligenter aduertendum, ut si plantare cupiat, in crescente Luna, dum scilicet lumen auget, conserat, quod ad maiorem augmentationem pertingant: pariter si inuiles ramos rescindere cogitet, crescente Luna id peragat, ut repullulantes surculi citius crescant. Quod si arborem radicibus succidere sibi est in animo, id efficiet senescente Luna, quo fortior redatur ad sustinenda onera. En ars agricolæ spiritualis. Quid est crescente Luna, suumque augente lumen, surculos plantare, nisi in ipsius gratiæ augmento uirtutum habitus in anima inferere? Quid amputare luxuriantes ramos, crescente itidem Luna, nisi mortificatione, dum eadem augetur gratia, prauas cogitationes, & habitus rescindere? Nec siquidem hæc aptè fieri possunt, nisi ipsa gratia exundante. Verum si arbores à radice detruere contigerit, ueterem nimirum hominem, ut nouus extricetur, & germinet, certè id effici nequibit, nisi dum pauet homo, ne decrescat in eo gratia, & timore angitur anima ab ipsa gratia omnino decidendi.

b. *Astra mystica sunt signa, ad spiritualis vite dirigendum iter.*

CHRYSOSTOMVS ubi supra.

Etenim gubernator ad horum cursum spectans, & in Cælum intentus, diligenterque discens omnia, nauigare incipit, maria transit, & in densissima nocte, uisa stella, nauem dirigere, & sua arte salutem nauigantibus dare solet.

Nobis

In signa.

- a. *Euangelistæ, Apostoli, & Doctores sint facientes signa, seu miracula.*
 b. *Astra mystica in signa sunt fugiendi iudicij.*
 c. *Luminaria, scilicet iusti, in signa sunt temporum, idest, temporalis miseræ, vel duorum seculorum, vel pœnæ reproborum.*

Allegoricè.

Moraliter.

Ars nautica spiritualis.

Nobis in hac uita non tantum agricolæ, sed & nauæ functiones perfoluendæ sunt. Diximus de agricultura, dicamus modò nonnulla de nautica arte. Anima nostra ipsa est, quæ nauigio conscisso ac trito fertur, hoc nimirum fragili, & graui corpore corruptibili, labili, & oneroso. Vela mentes sunt, quæ panduntur ventis, inspirationibus diuersis; clauus uoluntas; remi operationes; anchora constantia; malus erectus intelligentia. Permeat nauita, idest, anima per mare uite huius tum undosum, ac fluidum calamitate; tum arenosum mortificatione. In utrolibet plurimi adsunt, at non certi, nec spectabiles calles, quoniam iustitiæ, sanctitatis, ac patientiæ semitæ, quibus ad portum uitæ trajicere possumus, plurimi quidè, at non omnibus patentes. Sumat igitur anima oportuna tempora, cum ipsi propitium est Cælum serenitate, animi uidelicet pacatione, & sedatione insignitum, & non cum uenti, procellæque furefcunt; animi, inquam, perturbationes, quibus plerumque iactatur; in densissimaque nocte huius aræ, & lugubris uitæ, stellam polarem, Christum attendat, eiusque uitam ut scopum sibi præfigat, conspectaque stella, nauem secundum eam dirigat, ut ad peroptatum portum salutis proficiscatur. Cæterum si quandoque ob furentium procellarum impetum, inter spumantes fluctus, huc illucque iactatus, illam amittat, magnetem sumat, conscientiæ synderesim, & ex eius consideratione ipsam iterum reperire non erit difficile.

c. *Idest, solemnitatum spiritualium.*

Quemadmodum siquidem astra in Cælo micantia, Hebræis solemnitatum facerrimarum statutum tempus indicabant, præcipuè paschatis celeberrimi: ita si ad spiritualem intelligentiam hæc trahemus, mystica nostra astra spiritualium solemnitatum, præcipuè transitus à crimine ad innocentiam, opportunum tempus indicabunt. Israëlita iuxta indictam sibi legem à Deo, quartadecima die, cum Luna tota lumine decora, & splendescens conspiciebatur, agnum immaculatum & anniculum immolabant, & facris peractis, carnes illas affas igni, & azimos panes cum lactucis agrestibus edentes, conuiuiebant. Quid hæc nobis indicant? Quæ Luna nostra est nitescente lumine insignis, nisi Ecclesia, dum spiritualibus præcipuè aucta est gratijs, & mysterijs, quibus potissimum locupletatur, cum lugubrem, funestamque Christi passionem recolit? Tunc nobis mastratur agnus, cum in sacrificio sancto Missæ conficitur in eiusdem passionis memoratorem, sacratissimum corpus Christi. Tunc conuiuimus, quando ad sacram communionem accedimus, ut sanctissima illa Eucharistia cum fidei candida sinceritate, & cordis exacta contritione, sumpta recreemur. Tunc nobis efficitur celebris ille transitus, quo ab iniustitia ad iustitiam, à culpa ad gratiam, à tenebris ad lucem, à morte ad uitam transgredimur & transmigramus. Impij igitur illi Christicolæ, ingentibusque pœnis multandi, qui dum Luna nostra lumine est tota perfusa, in sacro scilicet paschate, sanctissimam communionem spernunt, paruifaciunt, negligunt, reliquo fidelium cætu, ex præscripto sibi ab Ecclesia statuto, certatim ac piè confluente.

Exod. 12.

a. *Idest, Euangelistæ Apostoli, & Doctores facientes signa, seu miracula.*

EVCHERIVS in Genesim libro primo, capite quinto.

Et sunt in signis, uirtutum & miraculorum, quia prædicatores proprijs temporibus uiuunt, uerbum autem Domini manet in æternum.

cccc 2 Isidorus

Isidorus vt in Prothematibus. Beda libro de Sex dierum creatione, & Quaestio-
bus in Genesim, hanc eandem allegoriam repetunt.

B E D A Expositione in Genesim eam ipsam castigatiùs explicauit.

Vt sint in signa, virtutum scilicet: sint etiam in tempora, & in annos: viuunt enim proprijs temporibus, & transeunt.

G L O S S A Interlinearis.

Vt sint in signa: idest, virtutum: Et tempora: quia predicatorum temporibus viuunt, & transeunt.

Glossa Ordinaria, ea ipsa, vt ab Isidoro hausta, inseruit non mutatis verbis.

Euangelistæ, Apostoli, Doctoresque, qui ueluti astra in firmamento Ecclesiæ micantia, lumen Euangelij Mundo detulerunt, in signa quoque fuisse perhibentur; quoniam miraculis, portentisq; mirificis veritatem Euangelij comprobant, iuxta Seruatoris præceptum: Euntes in Mundum vniuersum, prædicate Euangelium omni creaturæ; signa autem eos, qui crediderint, hæc sequentur, &c. Sed quomodo miracula signa nuncupari possunt? audias. Consuescunt mortales, præcipue proceres, & principes, cum literas ad aliquem mittunt, eas suæ stirpis & sanguinis insignibus munire, & consignare, quibus eas à se missas fuisse certiores reddant eos, ad quos illæ deferuntur. Porro insigne Dei Optimi Maximi Mundus est, in eius manu collocatus, cum eius fuerit fator, & sit moderator: hoc quippe symbolo pictores Deum effingunt. Litteras igitur, doctrinam videlicet Euangelicam, per nuncios, nempe per Euangelistas, Apostolos, & Doctores, nobis destinatam, signaculo suæ omnipotentia munit, miraculis nimirum, quibus ipse claret potentia, & maiestas, vnde Dominus, & moderator Mundi cognoscitur. Nonne Deus ipse Vniuersi rex, & moderator conspiciatur, cum eius iussione Cælum ab irrequieto volatu consistit, Sol fulgens lumen obuelat, ignis desilit à superis, in aëre manna affluenter pluit, mare turgidos fluctus coërcet, flumina profluentes vndas cohibent, terra immensas hiatus ad scelestos deglutientes profert, exeruntur ex petra oleum, scatentesque fontes, & quod potissimum est, in microcosmo, scilicet in homine, tot mirifica conspiciuntur, cæci amatum lumen nanciscuntur, obturata aures referantur, elisi eriguntur, plurima morborum genera expelluntur, aduersis, infaustisq; ualitudinibus laborantes ad pristinam citatissimo momēto sanitatem redeunt, morte acta, tabefactaque corpora resurgunt? Quamobrem fecit luminaria, sanctos uidelicet lumen Euangelicum deferentes; in signa, idest, facientes signa uirtutum, & miraculorum. Fecit & in tempora, quia secundum diuersa tempora eos nobis misit, atque secundum exigentiam, Ecclesiæque sanctæ indigentiam, eos nobis destinauit.

b. Astra mystica in signa sunt fugiendi iudicij.

O R I G E N E S Homilia prima in Genesim.

Sicut luminaria ista Cæli, quæ videmus, posita sunt in signa, & in tempora, & dies, & annos, vt luceant de firmamento Cæli his, qui super terram sunt: hoc modo etiam Christus illuminans Ecclesiam suam, signa dat per præcepta sua: vt sciat quomodo quis accepto signo fugiat ab ira superuentura: vt ne dies illa sicut fur eum comprehendat, sed vt magis peruenire possit in annum Domini acceptabilem.

Obseruatio hæc Origenis ex se clara est atque perspicua. Quemadmodum enim, inquit, luminaria Cæli lumen præbent his, qui in terra uersantur, ne in atras caueas, voragineque latentes incidant: ita Christus lumen præbet præceptorum, vt ex ipsis per re-ctas semitas proficisci discant mortales, profugereque ab ira superuentura in die tremenda, & horrida, quæ ut fur reprobos comprehendet. Immensa enim est uorago inferni, in quam qui in tenebris incedere non expauescunt improbi, præcipitabuntur, atque miserando profus euentu tumulabuntur. Verum non temeritati ascribatur, si allegoriam alteram ex hoc loco desumpsero. Erunt luminaria in signa vniuersalis, postremi, ac horrendi iudicij, iuxta illud: Erunt signa in Sole, Luna, & stellis. Luminaria nostra mystica, præfagia sūt singularis cuiusq; iudicij, quo scelesti, & flagitiosi Christicolæ ad infernum mox è uita elapsi detrudentur. Et proinde quis Sol obscuratus, nisi Christus mysticus noster Sol, in improborum morte, in qua fulgere debebat, denigratus & obtenebratus? Et quæ Luna sanguine cõsperfa, nisi Ecclesia mater pietissima perfidis, immani-

Marc. 16.

Miracula quomodo signa nuncupari possint.

Miracula Deum Mundi dominum indicant.

Lucæ 21.
Signa futuri iudicij quomodo in iudicio patriciarum impiorum contingant.

In signa.

a. *Iusti & boni luminaria sanctitatis, sunt vel in signum cui contradicetur, vel vt spectaculum Mundi, siue in signum impijs, quod meritas pœnas non sint euasuri.*

Moraliter.

immanibusq; filijs obeuntibus merore affecta? Et quæ stellæ cadentes de Cœlo, nisi uocationes & gratia, donaque Spiritus Sancti, à mente impiorum decidentia? His certè signis certi reddi debent repente imminere iudicium horrendum, quo in baratrum detrudentur, ac in Sathanae ditionem tradentur: quo quid funestius?

c. *Luminaria, scilicet iusti, in signa sunt temporum, idest, temporalis miseria, vel duorum seculorum, vel pœna reproborum.*

S T E P H A N V S Cantuariensis, Vuerricus, ut in Allegorijs Tilmanni.

Ecclesia est firmamentum: luminaria uiri iusti, qui bonos & peccatores diuidunt: & sunt in signa, & tempora, idest, in signa temporum, idest, temporalis miserie. Omnes enim, qui pie uolunt uiuere, persecutionem patiuntur. Item duo tempora sunt: unum amatorum Dei, aliud amatorum Mundi. In signum horum temporum sunt: vt unum expectemus, aliud caueamus. Præterea in signum sunt pœna reproborum: quia si illi in uita præfenti sic puniuntur, signum est, quod reprobi in futura plurimum puniantur.

Ego sapius tum pios tum impios toreumatibus illis comparare consueui, in quorum altera superficie nauis cœlata sit in placidis, sedatisq; undis, in altera ipsamet inter procellas iactata: faciemq; ad Cœlum uersam, uitam præsentem indicare cœleo, reliquam uerò futuram. Ita siquidem in Augusti, & Adriani nūmis nauis pulcherrimè elaborata uisibatur, cum in inscriptione: Felicitati Augustæ. Porro pij & iusti toreumata sunt ea, quæ nauem iactatam desuper gerunt; uitam hanc scilicet angustijs, calamitatibusque afflictatam: sed morte euolvente hoc toreuma, mox apparebit nauigium splendide elaboratum, uelis colligatis in placido admodum, & amœno aquarum sinu, in omni scilicet felicitatis & beatitudinis tutæ affluentia reconditum. Impij uerò ex aduerso super na in facie uitam gerunt omni terrena felicitate locupletem, quasi nauem in placido mari; at in morte euerfa facie in tumentibus, & confluentibus ærumnarum omnium procellis conspiciuntur. Sunt igitur iusti & pij hac in uita signa, quasi in toreumate incisa, temporaria miseria uerorum Dei amatorum, arguuntq; & portendunt impios, quibus adeo est placida nauigatio, in profundum procellarum casuros.

Pii & impii sunt toreumata.

a. *Iusti et boni luminaria sanctitatis, sunt vel in signum cui contradicetur, vel vt spectaculum Mundi, siue in signum impijs, quod meritas pœnas non sint euasuri.*

H V G O Carenfis in Postillis.

In signa. Boni sunt in signa tribus modis: In signum, cui contradicetur; Hic positus est in signum cui contradicetur. Tenuit ceruicem meam, confregit me, & posuit me quasi in signum. Secundo sunt in signum, idest, in spectaculum. Spectaculum facti sumus Mundo, & Angelis, & hominibus. Angeli quidem tam boni, quam mali, diligenter nos inspicunt. Beatus Bernardus; Illos inuidia passio, istos misericordie compassio sollicitat, ut in nos intendant incessanter. Tertio modo sunt in signum futuri: hoc enim quod modo boni patiuntur, certissimum signum est, quod mali, qui modo florent, non remanebunt impuniti. Super humerum populi mei ascendunt spines, & repes.

Luc. 21.
Iob. 16.
1. Corinth. 4.

Esa. 32.

Clarissimum id est, Christum primum sanctorum caput & principem, positum olim fuisse in signum, cui contradicetur, iuxta uaticinationem Simeonis: Ecce positus est hic in ruinam, & in resurrectionem multorum, & in signum, cui contradicetur. Quam certè miserandam conditionem sequuta sunt & membra, cum & ipsi in signum collocati sint,

Luc. 2.



Et tempora.

Allegoricè.

- a. Christus quatuor mystica gignit tempora in Ecclesia, sicut Sol in Mundo.
- b. Tempora duplicia bonorum, & malorum; futura vita & presentis.

Pii & iusti spectaculū facti sunt Mundi.

1. Reg. 24.

sint, in quod Mundus efferatam, truculentamque suam rabiem effunderet, & euomeret. Ratione & exemplo satis uulgari id demonstrabo. Solent omnes ferè nationes, peregrinos ab oris Mundi longinquis aduenientes primò admirari, deinde ludificari, ac demum opprobrijs afficere. Christus profectò & sancti, celestes homines sunt, è regione Cœlorum ferè descendentes, Mundumque ueluti barbaram prouinciam traiciunt & peruagantur, ut in regionem celestem reuertantur. Quid mirum igitur, si homines sæculi sanctos, quasi aduenas diuersa loquentes lingua, quia Angelica, diuersis imbutos moribus, quia cœlestibus, diuersa indumentorum ferentes genera, quia humilia, diuersis utentes alimentis, quia parsimonia sunt addicti; diuersam cultuum imaginem gestantes, quia Christi, & tandem omnino peregrinos, quippe quibus omnia cœlestia sunt, primùm mirantur, deinde illudunt, & omnium ludibriorum genere afficiunt, adeò ut spectaculum efficiantur Mundo? Contra canes extraneos, canes domestici insurgunt, ipsosque non sine clamoribus latratibus, ac sæuo & iracundo fremitu dentium insectantur. Canes equidem celestes iusti sunt & sancti, quoniam ad instar canis, olfactu eos, qui ex herili non sunt familia, facillè deprehendunt, & euitant, eos inquam, qui celestes homines non sunt, facillè agnoscunt, & fugiunt. Quapropter, ut Dauid sunt, qui Regi Sauli hostiliter se insectanti clamabat: Quem persequeris rex Israël? quem persequeris? Canem mortuum persequeris. Hos itaque celestes canes, tanquàm extraneos insectantur ac persequuntur rabidi canes Mundi, ira atque inuidia excandescentes, furoremque omnem in illos euomentes. Spectaculum igitur iusti sunt Mundo, sed & impijs testimonium, quòd si ipsi in fontes tantis afficiantur cruciatibus, eò magis ipsos scelestos, omniumque criminum reos, pœnas meritas iuxta delictorum pondus duros fore, neque ab atrocissimis supplicijs æternùm eximendos.

a. Christus quatuor mystica gignit tempora in Ecclesia, sicut Sol in Mundo.

Sicut Sol decursu suo per Zodiaci signa, tempora gignit quatuor; Hyemem, Verem, Aestatem, & Autumnum: Christus pari euentu, ut allegoricè Sol est, ita allegoricè tempora Ecclesiæ detulit.

AMBROSIVS Hexameron libro quarto, capite quinto, elegantissimè de his edisserit, hyemem synagogæ, ætatem Ecclesiæ perbellè conferens.

Cantic. 1.

Vnde & Synagoga dicit in Canticis Canticorum; Annuntia mihi, quem dilexit anima mea, ubi pascis, ubi manes in meridiano, ne fortè siam circumamicta super greges sodalium tuorum. Hoc est, annuntia mihi Christe, quem dilexit anima mea. Cur non potius quem diligit? Sed Synagoga dilexit, Ecclesia diligit: nec unquam circa Christum suum mutat affectum. Vbi, inquit, pascis, ubi manes in meridiano? Sequi te cupia quasi alumna, quæ quasi copulata ante retinebar; & greges tuos querere, quæ amisi meos. In meridiano pascis, hoc est, in Ecclesia loco, ubi iustitia resplendet, ubi fulget iudicium sicut merides, ubi umbra non cernitur, ubi maiore non sunt dies, quòd eis Sol iustitiæ, tanquam estiuus mensibus diutius immoretur. Denique dies Domini non est breuis, sed magnus, quia scriptum est; Donec veniat dies Domini magnus. Vnde & Iacob ait; Omnes dies vite meæ, quos ago, breues & maligni. Etenim maligna lux dubia. Ergo dies breues dubie lucis sunt, & umbrosi; dies magni sine umbra sunt, ut plurimi in aliquibus locis feruentioribus usu exemploque cognouerunt. Synagoga itaque diebus breuib; & malignis, cuius typum plerumque Iacob in persona sua exprimit, vel populi eius, umbram habebat plurimam, quæ Solem iustitiæ non videbat, & videbat illum non ex alto super caput suum, sed ex meridiano illuminantem, quando hyems erat. Ecclesia autem dicitur; Hyems abiit, discessit sibi, flores visi sunt in terra, tempus messis aduenit. Ante aduentum

Gen. 27.

Cantic. 2.

Christus Sol quomodo in Libra ortus tulerit autem.

aduentum Christi hyems erat, post aduentum Christi flores sunt veris, & messis æstatis. Ex meridiano ergo & ex Gentium conuersione illum illuminantem videns obumbratur. Populus autem Gentium, qui erat confusio, ac Gentilis, qui sedebat in tenebris, vidit lucem magnam: qui sedebat in regione umbræ mortis, lux orta est illis. Magna lux diuinitatis, quam nulla umbra mortis interpolit. Ideoque ex alto illuminat, quia & hoc scriptum est, dicente Zacharia: In quibus visitauit nos oriens ex alto, illuminare ijs, qui in tenebris, & umbra mortis sedent. Est sanè & aliqua salutis umbra, non mortis, ut est illud; Sub umbra alarum tuarum protege me. Umbra quidem, quia corporis est: umbra, quia crucis: sed umbra salutis, quia in ea erat peccatorum remissio, & resuscitatio mortuorum.

Esa. 9.

Luca. 1.

Psal. 16.

Quatuor anni tempora Astronomi ita secant, ut Autumnum à Libræ ingressu, æquinoctioque autumnali; Hiemem à primo Capricorni gradu, solstitioque hyemali; Ver ab Ariete, æquinoctioque Veris; Aestatem tandem à Cancro, solstitioque æstiuo auspicentur. Quæ si ad allegoriam trahantur, nobis argumentum suppeditant, quo tempora quatuor mystica explicare possimus. Hebræi in autumnali æquinoctio Mundum conditum rati, eo modo exordium anni vnà cum Aegyptijs fumebant; Sol noster Christus in Aequatore, atque in Libræ signo apparuit, cum Ecclesia sancta in Adâ cœpit, in quo ex iustitia primæua cuncta erant aqua & librata, fructibusque; suauibus referta ac onusta. Sed mox labète protoplasto, atque in culpâ ruente, Aequatorè Sol transiit, paulatimque recedente Autûno, Hyemè Synagogæ detulit: Tunc siquidè distans admodum Sol, splendore & calore ipsam non fouebat, fidei scilicet lumine, & gratiæ vigore ipsam parum alebat, nam fides in paucis vigeat, gratiæque ex opere operato (ita enim loquuntur Scholastici) in sacramentis legis non conferebatur; tunc amplissimæ protendebatur umbræ infidelitatis, atque criminum; tunc dies breues, noctes diurnæ; tunc lux erat exigua, umbra ingens, parua scilicet de Deo cognitio, ignoratio maxima; tunc signa sæua, seu imagines immanes in Zodiaco effictas peragebat Sol, cum omnia minis & vltionibus conspergerentur; tunc imbribus, ventis, gelu cuncta arefcebant, quoniam torpor & desidia ingens feruebat, charitas nulla; tunc arbores cunctæ virentibus folijs atque floribus denudatæ spectabantur, nam cuncta cogitatio hominis intenta erat ad malum: tunc maximè sæuiebat mare, exundabant flumina, Mundus bellis, iactationibusque complicabatur. Verum ubi Christus Mundum reparaturus, homo factus est, in Arietem conscendere visus est, tuncque ad signa nostra scandens Sol iste, gratia nobis semper proximior factus, Ver florentissimum, atque suauis nobis reddidit. Tunc sponfus sic alloquutus est sponfam; Hyems abiit & recessit, surge amica mea, & veni; Synagoga siquidem in hyeme relicta, Ecclesiam inuitauit, ut surgeret, & ad ipsum properaret. Hanc osculatus est in incarnatione, pro hac annis pluribus seruiuit ut Iacob; coaceruauitque sibi gregem maximum, apostolicum, & fidelium: Hanc sibi anulo fidei desponsauit. Tunc flores apparuerunt in terra nostra, cœlestia scilicet desideria pullularunt, & tempus putationis aduenit, præcisionis, inquam, terrenarum rerum; tunc & lux fidei micantior apparuit, & radius gratiæ vigorosior extitit; tunc umbræ exiguæ, quia peccata pauca; tunc dies prolixiores, quia multum operibus spiritus uacare, & noctes breuiores, quia modicum carnis blanditijs cœperunt homines indulgere; tunc signa cœlestia propitia nobis reddita sunt, quia cuncta misericordiæ plena, tunc placida, lætaque securitas, & aëris salubris temperies, quia ad salutem omnia animam fouent, tunc arbores florefcere, & fructus edere, quia corda seiunctis aquis voluptatum, cœlestia anhelare, cogitationes sanctas concipere, opera iusta proferre, ac parturire didicerunt. Subsequuta inde est Aestas, maius gratiæ augmentum; cum Sol siquidem ad Tropicum Cancri peruenit, directiori nos radio percutiens, apicem Aestatis constituit. Christus igitur ad nostrum accessit Zenit, seu punctum uerticale, cum omnem gratiæ copiam in sacramentis posuit, visibile caput summum Pontificem reliquit, adeo ut dicamus; Non est alia natio tam grandis, quæ habeat Deos appropinquantes sibi, sicut Deus noster adest nobis. Faxit Deus, ut fruges adeo vberes hac in Aestate maturemus, ut perennem Autumnum cunctis felicitatum generibus locupletem consequi valeamus.

Anni tempora quatuor quando incipiunt.

Christus Sol quomodo in Libra ortus tulerit autem.

Christus Sol quando nobis Ver detulit. Cantic. 2.

Deut. 4.

Tempora



Dies & annos.

Allegoricè.

- a. *Dies & anni mystici à sole nostro Christo mystico producantur.*
Vt luceant in firmamento Cœli, & illuminent terram.
- a. *Christus vt mysticus Sol illuminat terram, non Cælum, vel abyssum, idest, homines, non Angelos, seu Dæmones.*
- b. *Luceant sancti Doctores in Ecclesia, & illuminent Gentiles.*

b. *Tempora duplicia bonorum, & malorum, futura vita, & presentis.*

H V G O Carensis in Postillis.

Tempus malorum modò est: sed tempus bonorum in futuro erit. Ioan. 7. Tempus meum nondum aduenit, tempus autem vestrum semper est paratum. Luc. 19. Et nunc quidem in hac die tua, que ad pacem tibi. Hier. 17. Diem hominis non desideravi. Job. 3. Quare data est mihi lux?

Tempus duplex ab astris productum, labile & perenne.

Astra in Cœlo, Luna, & stellæ (vt Scripturæ ipsæ enarrant) duplex temporum genus nobis proferunt; aliud præsens & labens, & est sæculi huius tempus; aliud futurum & consistens, & erit futuri sæculi perennitas. Primum nunquam lassatis suis circumlationibus nobis producant; nam Sol, & Luna, & stellæ non intercisa volubilitate semper rotantur: Et quemadmodum ipsa labuntur semper; ita & tempus labens & profluens vicissitudinibus horarum, dierum, mensium, & annorum delatum exhibent. Alterum restaurato Mundo astra consistentia efficiunt; consistent namque Sol & Luna in habitaculis suis, aucto in immensum splendore. Et quemadmodum persistent, ita & tempus non labile, sed perenne æuum præbebunt: Hæc & mysticè astris nostris contingere dijudicandum est. Nobis siquidem in hac labente vita commorantibus, Sol Christus, Luna Ecclesia, & stellæ, crebræ inspirationes motione aguntur, nam Christus gratia, quasi coruscanti luce, Ecclesia pietate, quasi pallente lumine nocturno, circum nos gyros agunt, ut gratia quasi radijs nos illustrent, & pietate ueluti humectante lumine nos foueant, & inspirationibus ad Deum nos reuocent; quoniam tempus est labens, tempus scilicet misericordiæ, & pietatis, quo nobis datum est sæpius gratiam nancisci, pietatem reperire, & admonitionibus obtemperare. Sed cum primum à rebus excefferimus humanis, & diè extremum nos claudere contigerit, in morte scilicet nostra, Sol Christus consistet, quoniam iustitia incorrupta, omni misericordia semota, vitam nostram librabit, & ex meritis præmia restituet, uel poenas irrogabit. Ecclesia pietate sua, quasi brachijs à candescente ira Patris iudicis Dei nos non proteget, & inspirationes interna cadent de Cœlo, ex anima inquam, quia nullus supererit salutis aditus: quod quidem tempus perenne erit, quia & ex iustitia impertita præmia, vel inflicta merita poenæ finem non agnoscent. Tempus igitur duplex esse ex his colligito, & edificito, præsens, & futurum. Primum impiorum est, ac flagitiosorum hominum, cum ipsis datum modò sit, felicitatem eam, qua uita fluida præsens potiri potest, confectari, pios irridere, & proculcare. Alterum piorum, & electorum erit, quando transacto huius uitæ curriculo, cunctis calamitatum generibus afflictato, beatitatem supernam vniuersis bonis locupletem, refertam, ac redundantem adipiscantur, impiosque & reprobos meritis plecti poenis, cœlestique regia Angelorum societate perpetuò extorres conspicient.

Præsens tempus est impiorum, futurum erit iustorum.

a. *Dies & anni mystici à Sole nostro Christo mystico producantur.*

Sicut Sol raptu primi orbis nobis dies parit, cum super nostrum hemisphærium decurrit: ita Sol Christus ex Patris obedientia diem nobis efficit salutis, sua gratia nobis semper assistens, de quo Paulus. Ecce nunc dies salutis. De hoc die, quanquam supra differue-

1. Corint. 6.

differuerimus, superadijcere nonnulla de eius partibus non ab re futurum existimauimus. Præcessit nox hanc diem, ætas aurea naturæ, quatuor vigilijs diuisa, aetatibus quatuor ab Adam ad Noë, à Noë ad Abraham, ab Abraham ad ingressum Aegypti, & inde ad Mosem. In quarta autem vigilia crepusculum aduenit, aurora albescens. Aurora lex fuit lumine prædita, sed sine fulgore, & calore. Hoc crepusculum est, de quo ludens cum Iacob Angelus ait: Dimitte me, iam enim ascendit aurora. Dies sequutus est salutis, qui mane habuit, nempe tempus primitiæ Ecclesiæ: Tertiam horam, cum Sol scandens, maiorem uigorem suscipit, tempora nempe Syluestri, & Constantini, quibus Ecclesia quasi è tenebris persecutionum extricata, & educta, toto Orbi conspicua facta est: Meridie uero sextæ horæ, quando ad apicem gloriæ peruenit, Caroli magni tempestate: Descendit ad horam nonam ætate hac nostra, cum hinc Turcarum immanitate, illinchæreticorum sæuitia, & proteruia adeò prematur, ut uix in paucis prouincijs intacta atque sincera fides catholica uigeat. Atque utinam Christus nobis non occidat, & ad inferos, ad Antipodas descendat, nosque profundis tenebris, ac densissima nocte relinquens oppressos, iucundum illis afferat diem, illisq; Sol clarus ac benignus affulgeat. Habebit & uesperam dies hæc nostra, Antichristi tempestate, in qua tenebræ maximarum ærumnarum fideles obuoluent.

Dies mystici gratiæ partes declarantur.

Lex fuit aurora. Gen. 32.

Non tantum mystica tempora, sed & annos protulit nobis Christus noster, duodecimque menses hac ferie exegit, ut primum tres menses quasi in hyeme extiterint, October, Nouember, & December, tempora nimirum innocentia, naturæ, & legis; innocentia refertæ frugibus, uti October: naturæ, cum semina proiciuntur, uti in Nouembri: legis, quasi in imbribus diuinæ ultionis, more Decembris: Venit ad Ianuariam, cum naturam assumpsit humanam, & effectus est quasi Ianus bifrons, quia Deus, & homo. Descendit ad Februariam, cum uitæ mortalis erumnas passus est, & post acerbam suam mortem, ad inferos descendit limbum deprehendaturus, gloriaque redimitus resurrexit. Surrexit in Martio, cum primitiua Ecclesia florescere cœpit, bellaque cum Mundo suscepit. Progressus est ad Aprilem dilatazione Ecclesiæ, cum adulescere parumper incepit: Inde ad Maij mensẽ, cum adaucta est mirificè, tempore Constantini: permansit in Iunio, Iulio, & Augusto, augusta felicitate Mundi imperium detinens: ducetur ad Septembrem, ad finem Mundi, cum perfecta & consummata gratia, ad secundum gloriæ autumnum pertransibit.

Christus Sol quomodo duodecim menses exegit.

a. *Christus mysticus Sol datur, vt illuminet terram, non Cælum, vel abyssum, idest, homines non Angelos seu Dæmones.*

A N A S T A S I V S Synaita Commentarijs in Hexameron.

Fiant luminaria in firmamento Cæli ad illuminationem super terram. Beati enim Angeli non ab ullare creata illuminantur, sed ab ipso Deo, de quo dicit Scriptura; Lux iustis est perpetuò. Ad terræ ergo illuminationem facta sunt luminaria, non etiam ad illuminationem eorum, quæ sunt in mari, quoniam in abyssum à Christo missi Dæmones, quorum typus sunt strepentes pisces, sunt expertes celestis luminis illuminationis, & ab eo alieni. Quòd si de astris sensilibus dixit Deus solum; Fiant luminaria, an non dixisset; Ad illuminationem terræ & maris? Plus enim quàm ijs, qui versantur in terra, astra sunt usui, qui nauigant in mari. Ergo corporaliter quidem dicit Scriptura de ijs, que à Deo uerè conuenienter liera facta sunt creaturis, per ipsas autem citra ullum mendacium præsignificans totum mysterium Christi, & Ecclesiæ.

Adeò clara, & perspicua est hæc Anastasij contemplatio, ut non superfit nobis quid adijciamus. De Christo siquidem in Cantico Simeonis scriptum est: Lumen ad reuelationem Gentium, & gloriam plebis tuæ Israël. Datum perinde inquit, est lumen ad illustrandam humanam sobolem, non Angelos, seu Dæmones. Sed uerò animaduertendum, quòd Sol radiatione sua (si Peripateticæ Philosophiæ adhaerendum dijudicamus) Cœlos, quòd perspicui sint, illustrat, sed non calefacit, cum calor ex repercussione, ut creditur, & aëris contritione gignatur: terram autem, & mista non tantum illuminat, sed & ardore uiuificat, cunctaque alit, & fouet. Con-

Lucæ 2:

dddd ria

Vt luceant in firmamento Coeli,

& illuminent terram.

Moraliter.

- a. Vt Luceant prelati iusti in sede sublimi, & illuminent subditos.
b. Vt Luceant iusti in conuersatione caelesti, & illuminent improbos.
c. Vt principes splendeant in firmamento auctoritatis; & illuminent, hoc est, regant populos, vti astra Mundum.

Christus Sol no Angelos uel Demones, sed homines illuminat.

rię illustrat, sed gratiæ uirtute non alit, quod iam asciti ad gloriam, gratia & meritis non indigeant. Terram autem, nempe homines, seu Ecclesiam, non tantum Euangelica illuminat ueritate, sed & gratia deificat, purgat, subleuat. Rursum in abyssum terræ centrum Sol radijs non penetrat, nec splendorem, & ardorem impertitur, quod Dæmones, daematosq; nec gloria exornet, nec gratia uiuificet, quia ipsis salutis aditus est interclusus, & perenniter in exilium sunt acti.

b. Luceant sancti Doctores in Ecclesia, et illuminent Gentiles.

Matth. 5. Doctores ut faces.

Lumina sunt sancti Prophetæ, Doctores in Ecclesia collocati, uti in Cælo, & illuminant doctrina Euangelica infideles, qui extra Ecclesiam sunt. Inde Saluator: Vos estis lux Mundi. Sunt siquidem sicut faces, quæ in littore maris apud ostia in altissimis turribus, seu super puppes accenduntur, quæ naues è longinquo errantes ad portum salutis inuitant, & excitant. Christi bonus odor sumus, inquit D: Paulus, & alibi: Vt glorificetur Deus in nobis.

2. Corint. 2.

a. Luceant prelati iusti in sede sublimi, & illuminent subditos.

Praelati ut lucernæ super candelabrum.

Confidere certè prelati in Cælo perhibentur, quoniam in sede sunt sublimi, & caelesti, sublimis, inquam, & caelestis auctoritatis. Et illuminant terram, videlicet terrenos homines doctrina, & exemplo. Antistites namque, & prelati ipsi sunt lucernæ super candelabrum collocata: super candelabrum, inquam, in templo, idest, super sedem, & auctoritatem pontificiam in Ecclesia. Expedit igitur ipsis splendescere, non tantum regimine, sed exemplo, alioquin erunt sicuti tormenta bellica sine spherulis, quæ maximo fragore personant, sed incalium, quoniam inimicos muros non prosternunt. Gigantes erunt picti, qui Mundum, siue domum sustinere videntur, & nil sustentant. Sed heu, quot candelabra nostra tempestate lumine sunt orbata, uel fumum foetidum exhalantia?

Praelati uerbo, non exemplo doceres, sicut uerba bella uasua.

b. Luceant iusti in conuersatione caelesti, & illuminent improbos.

H V G O Carenfis in Postillis.

Luceant in firmamento: idest, in Christo. Boni enim semper apud Deum lucidi sunt, licet sint Mundo despecti, Job. 12. Deidetur iusti simplicitas, lampas contempta apud cogitationes diuinum, parata ad tempus statutum.

Iusti, ac pii, qui omni uirtutum genere splendent, in Cælis confidere perhibentur, quoniam conuersatio eorum est in Cælis; in eminenti uitæ genere, caelestis, & angelicæ. Et quanquam spatientur in terra, in Cælis attamen degunt, quemadmodum Solis, Lunæq; globi, quanquam in Cælo siti, in patentibus lacubus, ac claris effulgere spectantur. Igitur illuminant terram, idest, terrenos homines, suntq; columna illa ignea in noctu splendescens, quæ Israëlitas per inuia deserta, ad terram ducit promissionis; præcedunt namque cæteros, uiam ipsi detegunt, & sanctitatis lumine reliquis iter præmonstrant.

Iusti ut ignea columna splendent, & uiam monstrant.

Vt

Fecitque Deus duo luminaria magna, & stellas.

- a. Idest, diuinitatem, & humanitatem, & Spiritus Sancti charismata in Christo.
b. Christum, Mosem, & cæteros Prophetas, & Apostolos in firmamento Synagoge.

Allegoricè.

c. Ut Principes splendeant in firmamento auctoritatis; Et illuminent, hoc est, regant populos, vti astra Mundum.

Si firmamentum solidum est, & excelsum, & spectabile, sedes certè, seu auctoritas, qua pollent Principes corona decorati, firmamentum nuncupari poterit, ipsosque esse in firmamento ut astra dicitur; Cælum enim sursum, & terra deorsum. Firmamento nil excelsum; dignitate nil eminentius. Firmamento nil solidius; auctoritate Principum nil firmius, quia omnis potestas à Deo est. Firmamento nil spectabilius, quoniam pluribus cohonestatum est astris; mitris, & coronis nil illustrius, maxime si in viro uirtutum omnium præclaro sint collocata, adeo ut spiritus eius ornet Cælum. Lucent igitur in firmamento Principes, quia in throno, dignitateque constituti, splendent ut astra. Sed & illuminant terram; iusto namque regimine subditos suos regere eorum est munus. Illuminant, & agunt tum legibus, tum castigationibus, & poenis; non enim sine causa gladium portant. Leges condere, & indicare, est lucem impertiri; iuxta ipsas leges agere, & ignes, exilia, multationesque infligere, est motu, & calore commouere. Illuminant itaque claro lumine, non uaporibus obducto, iustis statutis & legibus, non asperis, & iniustis, moueant suauiter, non acriter. Sol nimia proximitate nedum calefacit, sed cuncta adurit; & nimia distantia non modò languescunt omnia, uerum etiam gelu arefcunt. Princeps si susceptam auctoritatem nimio fortè zelo, uel alicuius liuoris, seu uindictæ, uel cupiditatis causa, super terram, hoc est, super populos inuehatur, iam tunc quasi tyrannus commendatos sibi homines excruciat, & opprimet. Quod si locorditer, nec ea sollicitudine qua debet, regimini incumbit, fortè delitijis uitæ, & illecebris indulgens, omnis iustitia, & lex, pax, & hilaritas, uirtusque corruit, & in pessimos mores abeunt mortales.

Principi auctoritas firmamento similis.



Principes ut astra illuminant & agunt in inferiora.

a. Idest, diuinitatem & humanitatem, & Spiritus Sancti charismata in Christo.

Quidnam consequetur (quæso) absurdi, si Christum Dei unigenitum, ac dominum nostrum, fatebimur Cælum nuncupari? Cælum namque secundum Peripateticorum placita haud certè ex hac elementari, quin potius ex peregrina quadam & eminentiore substantia, aliena prorsus a corruptione, compactum est. Christus non ex ea, qua nos, carne, sed purissima, qua Adam uestiebatur ante lapsum, congestus est, ideo mortis peccati expers. Cælum sphaerica extenditur figura, in qua non est dare principium, seu finem, nisi per admissionem. Christus æternus, ut Deus, ex admissione uero, idest, uoluntate qua factus est homo, mortalitati est additus. Cælum motus orbium concentu mirificum est; in Christo, cum nunquam rationi restiterit, reluctataque fuerit caro, cunctæ uires inuicem æquabiliter temperatæ præclarum atque admirandum efficiebant concentum: fomes namque in Christo, iuxta Theologorum placita, neque etiam in radice uiguit. Cælum Christus nobis est, quod motu, & luce, gratia & lumine fidei, uitæ influxus impertiat. In ipso autem confident duo luminaria magna, Sol & Luna; diuinitas, & humanitas. Diuinitas, ut paulò ante dicebamus, Sol est, de quo Sapiens; Tripliter Sol exurens montes radijs suis exuffans. At Sol est non sine Sole, sed de Sole. Si quis enim importuna audaciq; indagare inuestigare auderet, quid ante conditum Orbem dddd 2 perageret

Christus est Cælum, & quomodo.

Diuinitas Christi est Sol. Eccl. 43.


Fecitque Deus duo luminaria magna, & stellas.


Allegoricè.

- a. *Idest, Euangelium, legem, & infinitas naturales rationes in firmamento mentis humanae.*
 b. *Vel testamentum nouum, & vetus in firmamento Scripturarum, & traditiones.*
 c. *Sensum allegoricum, literalem, & tropologicum in firmamento intellectus.*

Deus quid ante Mundu agebat.

Ecclesiast. 43. Humanitas Christi luna est.

perageret Sol pater: certè nil aliud respondendum foret, nisi quòd ab omni eternitate se ipsum contemplabatur, eaq; in contemplatione sui imaginem gignebat, & cum ipse Sol esset, alterum Solem proferebat, Solem de Sole, lumen de lumine: Rursum & hunc Solem contemplans, summeq; in ipso sibi complacens, cum ipso tertium spirabat Solè. Et cum Sol hic triplex in vno Sole subsisteret, tres scilicet personæ in vna essentia, ob id benè prodidit Sapiens; Tripliciter Sol exurens montes, scilicet Angelos. Caro porrò in Christo vt Luna fuit; coniuncta siquidem cum Sole est, quando Deus homo factus est: quo congressu quasi Solem ipsum opacauit; paulatim deinde illustrari cœpit, dum Angelis natiuitatem eius nunciantibus, Zacharia, Elifabeth, Simeone ei testimonium perhibentibus, cœpit agnosci vt Messias: dū ipse quoq; etate & sapientia proficiens, Mundo seipsum prodebat, ac manifestabat; quousque ad plenilunium peruenit, quando etate triginta annorum, munere prædicationis suscepto, in vniuersa claruit Iudæa; donec tandem funesto euentu ex plenilunio ad nouilunium rediens in passione Soli eclipsim intulit, seipsam purpureo conspergens colore; sanguine ex vulneribus vberimè profluente, vt iterum resurgens nouo rediretur splendore. Fecit igitur Deus duo luminaria magna, diuinitatem & humanitatem; magna inquam, quia hisce naturis nulla præstantior. Luminare maius diuinitas est, cum naturæ suæ præstantia cunctas res antecellat, adeo ut mente vix percipi possit eius eminentia, & excellentia. Et hoc vt præset diei, appareret in coruscantissima gloriæ die: Luminare minus humanitas est, diuinitate ipsa omnibus numeris & nominibus longè inferior; & hoc vt præset nocti, idest, conspiceretur in Mundo. Stellæ donorum sunt genera innumera, quæ omnia in Christo emicuerunt superexcellentiissimè. Posuit igitur Deus cuncta hæc in firmamento, hoc est, in Christo sancto firmamento.

b. Christum, Moysen, & ceteros Prophetas, & Apostolos.

H V G O Carenfis in Postillis.

Duo luminaria: Christus, & Moyses. Luminare maius Christus, qui præfuit populo noue legis: Luminare minus Moyses, qui præfuit populo Iudaico. Stellæ, Prophetæ, & Apostoli.

Ad illustrandum Mundum luminifera, hoc est, lucem veritatis deferentia omnino pernecessaria fuerunt. Quapropter Deus duo primùm fabricatus est magna luminaria; Christum vt Solem, qui præset diei, tempori nostro gratia; Moysen vt Lunam, qui præset nocti, legis primenæ tempestati, & Prophetas reliquos vt stellas, qui cum Luna rutilarent in nocte, cum Moise legislatore in tempore legis. Et posuit ea in firmamento Synagogæ, Israëlitaicæque gentis, quæ gratijs, & muneribus insignita, quasi Cælum terræ Gentilitatis supereminebat. Sed allegoriam istam fusiùs prosequuti sumus in Præludijs.

a. Idest, Euangelium, legem, & infinitas naturales rationes in firmamento mentis humanae.

Euangelium vt Sol.

Lumine decoranda erat anima, ne inter tenebras errorum cecidiret, in præceptis que rueret. Quapropter contulit ei Deus duo luminaria magna; Euangelium, vt Solem fulgidum & calentem: quoniam non tantum intellectum illustrat, sed etiam affectum calefacit, spirituque animam viuificat: Legem vt Lunam, quæ

nitesceret tantum, & lumen pallescens præberet nulla communicata viuificatione. Illud quidem luminare maius ut præset diei, tempori ameno, quo anima fulget christiana probitate, à gratia manante: istud uerò, ut præset nocti, infausto, tēpori, quo in probitate legali emicabat anima: Et stellas, ut cum Luna exornarent noctem, probitatis nempe moralis & naturalis candorem; stellas, inquam, infinitas naturales rationes, quibus homo promouetur ad bonum. Hæcque posuit in firmamento, nimirum in mente, tanquam in sublimiori hominis parte, vt cuncta illustraret. Sed de his satis in Præfationibus.

b. Idest, testamentum nouum, et vetus, et traditiones.

H V G O Carenfis in Postillis.

Duo luminaria sunt duo testamenta. Luminare maius, nouum testamentum: Luminare minus, vetus testamentum.

Luminifera certè nuncupari possunt Scripturæ, quoniam lumen ueritatis, diuinæq; voluntatis nobis exhibent, & impertiu ntur. Sed magna luminaria fuerunt duo testamenta, nouum, & uetus. Nouum quidem luminare maius, quoniam ad instar Solis clariorem, & rutilantiorem nobis ueritatem, & cœlestem doctrinam referat, & patefacit. Præsetque diei, splendescit profectò in Ecclesia sancta, cui dies est salutis, iuxta Pauli oraculum: Ecce nunc tempus acceptabile, ecce nunc dies salutis. Luminare minus, testamentum uetus, quod ad instar Lunæ, pallidam ueritatem deferebat, hoc est, pallido in lumine, & obuelato. Præeratque in Synagoga, cui nox erat illa, de qua Propheta: Custos quid de nocte? custos quid de nocte? Compegit & stellas, nam Spiritu Sancto dictate reliquit traditiones Apostolicas, quasi stellas, mirificè Cælum, siue Ecclesiam exornantes. Et posuit hæc omnia in firmamento, in inconcussa auctoritate. Nil enim nobis magis clarum est, & exploratū, quàm id, quod à Scripturis decerpitur, & ex traditionibus habetur.

2. Cor. 6.

Isa. 21.

c. Sensum allegoricum, literalem, et tropologicum.

Animæ, dum in contemplatione Scripturarū uersatur, splendescere certè consentaneum est luminifera, quibus illustretur. Impertita sunt igitur ei à Deo uaria lumina, idest, diuersi sensus. Cum autem sensus mysticus in Scripturis sacris, Christi, cœlestiumque rerum lumen & cognitionem proferat, lumen id ex nobilitate, & fulgore, Soli comparari potest. Vt Sol nanque allegorici sensus & luce illustrant, & radio calefaciunt. Illustrant magnopere, quia cœlestia, quæ præclarissima sunt, nobis referant; accendunt mirificè, quoniam corda nostra mira quadam uirtute ad cœlestia appetenda, atque curanda inflammant. Et hoc luminare maius conditum est, ut præset diei, idest, rerū diuinarum, & supernarum contemplationi, quæ menti dies est clarissimus. At sensus literalis, cum rerum humanarum euenta nobis pandat & tradat, lumen id ignobile, atque tenue dici potest, si ad diuinarum rerum cognitionem comparetur, sicut lumē Lunæ tenuē est, pallescitque magis, cum Solis coruscantissimo fulgori confertur. Et hoc luminare minus ideò effectum est, ut præset nocti, rerum humanarum, & terrestrium atque mutabilium intellectioni, quæ menti ut nox est. Porrò sensus tropologici qui ex prolatis & scripto exaratis rebus, in morum eruditionem documenta eliciunt, & quæ tur stellis, tum numero, quo polent, tum uirtute, qua influunt: plures enim, & penè innumera depromi possunt tropologia, quæ mirificè hominem afficiunt, atque perficiunt. In nocte igitur fuerunt Iudæi ante Christi aduentum, quod lumine Lunæ, atque stellarum, literalis sensu, ac tropologico illustrarentur. In die nos constituti sumus, cum in eis, ac nudato literæ cortice, abiectaq; litera, & mysticos sensus, & tropologicos multo præstantiores, qui spiritum euehant, atque perficiunt, elicimus: nobis enim velum super Moysen faciem non extenditur; unde & Moysen cornua ignea conspiceret datū est. Luminaria uerò ista amplissima posuit Deus in firmamento, in apice intellectus humani, cuius ope mens nostra uehitur ad contemplationem.

Sensus allegoricus ut Sol, literalis ut Luna, tropologicus ut stellæ.

Deum



Fecitque Deus duo luminaria magna, & stellas.

Allegoricè.

- a. Deum hominem, & Angelos in firmamento, in natura spiritali.
- b. Apprehensionem meridianam, vespertinam, matutinam in firmamento, in Angelo.
- c. Beatificam scientiam reuelatam, & naturalem in firmamento anime.

Deum, Hominem, & Angelos.

THEOPHILVS Antiochenus ad Autolicum libro secundo.

Ceterum astra hæc typum magni mysterij præferunt. Sol etenim Deum quodammodo representat: Luna vero hominem. Vt Sol multis (quod dicitur) parasangis, antecedit Lunam potentia & gloria: sic Deus plurimum excellit hominem. Vt Sol plenus semper conspicitur, nec vnquam diminuitur: sic Deus perpetuo perfectus existit, plenus potentia, intellectu, sapientia, immortalitate, & reliquis bonis omnibus. Luna singulis mensibus occumbit, eiusque potentia emoritur, hominis conditionem ostendens: deinde regeneratur, & augetur ad designandam resurrectionem cunctorum futuram. Tres dies, qui præcessere creationem duorum luminarium, Trinitatis mysterium sacrosanctum representant, videlicet Deum, sermonem, sapientiam. Quartus dies typus est hominis, qui lumine indiget, nempe vt sit Deus sermo, sapientia, homo. Atque hæc est causa, quare quarto die luminaria sint condita.

Lib. de Gen. imperf. & de Gen. ad lit. Natura diuina ut Sol.

Natura humana ut Luna.

Angeli ut stellæ.

Naturã ipsã spiritalẽ intellectu, & libera uoluntate insignitã, lucẽ, seu lumen nunciari, Patres eximij quamplures decernunt, præcipuè D. Augustinus: Quemadmodum igitur inter lumine prædita clarent Sol, Luna, & stellæ; ita in spiritali natura coruscant Deus, Angelus, & Homo. Luminare quippè maius est diuina natura, quoniam ipsa est fons lucis; fons verã uitæ, qua cuncta existunt; in ipsoque lux hæc omni numero est absoluta, inquam, spiritalis omni perfectione uenustata, infinita, ingenua, perennis, quam nulla determinat circumscriptio quantitatis, nulla inficit affectio qualitatis. Expers situs, loci, habitus, quam nulla potest exprimere lingua, vel mens attingere. Atque luminare hoc præest diei, idest, æternitati, & gloria. Luminare minus est natura humana inter sydera omnium infima, à Dei, Angeliq; præstantia longè decidens, & perpetuis subacta vicissitudinibus. Congesta quidem fuit in plenilunio, in Adam, quoniam ad immortalitatem elata erat; sed inde decidit, phalatinq; luce ferè est orbatã; propter criminis labem, qua in mortem corruebat. Tandem cum Sole coniuncta in Christi incarnatione, gratiæ ope, pristinum suscepit lumen, in eoq; augenda, donec resurrectione, & immortalitate parta, lumine vt Sol splendida reddetur. Ipsa est, quæ præest nocti, labenti scilicet tempori, & Mundo. Tandem angelica natura stellis comparatur, differt enim Angelus ab Angelo, ut stella à stella in claritate. Innumeri Angeli, sicut innumerabiles stellæ. Supernam Cœli regionem incolunt Angeli, uti stellæ locantur in supremo Cœlo. Non decidunt Angeli ab immortalitate comparata, nec stellæ à suscepto, inditoque sibi lumine. Exornant æuum Angeli, quemadmodum stellæ noctem. In firmamento igitur Cœli, hoc est, in spiritali natura, quæ Cœlum est; quia excelsa inter res cunctas, quæ tum acie mentis, tum oculorum spectantur, confident luminaria; Deus tanquam Sol, Homo ut Luna, Angeli vt stellæ.

Angolorum triplex cognitio, vespertina, matutina, & meridianã. Cognitio meridianã ut Sol.

b. Apprehensionem meridianam, vespertinam, matutinam.

Apprehensionem triplicẽ uigere in Angelo, Augustinus pluribus edocuit: ex cuius doctrina elicere possumus, quod apprehensio, & intellectio illa Angeli, quæ per species sibi inditas, se ipsum, resque cunctas procreatas apprehendit, vespertina; ea uerò, quæ seipsum, resque easdem in Deo intuetur, matutina; tandem ea, qua in Deo Deum ipsum contemplatur, meridianã appellanda sit. Angelis igitur indidit Deus luminare maius; cognitionem scilicet gloriosam, qua Deum in Deo prospiciunt. Et quemadmodum lux meridianã non tantum fulget, sed & calefacit; ita lumen gloriæ, quo Angeli Deum

Deum in Deo contemplantur, non tantum eis præstat, ut effulgeat ipsis Dei ipse intuitus, sed quod amore diuino exardescant. Præest porrò diei Sol iste, nimirum gloriæ contemplationi, quæ ipsis Angelis dies est æterna, & perennis. Præstitit & luminare minus apprehensionem nempe suæ naturæ, & rerum exterarum à Deo in Deo, tanquam Lunam, quoniam pallescit quoquomodo ista rerum procreatarum cognitio, si cognitioni, quæ de Deo habetur, interdum comparetur, cum semota omni collatione, longè præstantior sit diuina natura, nec digna quæ his creatis, & finitis rebus conferratur. Præestque Luna hæc nocti, contemplationi nimirum rerum inferiorum, quæ ipsi Angelo tanquam nox est. Tandem præbuit & stellas, idest, apprehensionem vespertinam, seu intellectionem per species sibi inditas; sicuti enim innumeræ stellæ in Cœlo fulgent, ita & innumeræ rerum species in Angelo emicant. Hæc igitur sunt luminaria, quæ Deus posuit in firmamento Cœli, nempe in Angelo, super cunctas creaturas elato, sicuti & Cœlum cunctis corporibus superuehitur.

Cognitio matutina vt Luna.

Cognitio vespertina vt stellæ.

c. Beatificam scientiam, reuelatam, & naturalem in firmamento, in Anima.

Sicut triplex genus luminarium splendet in Cœlo; ita tria genera scientiarum emicare possunt in anima. Exornatur siquidem scientia ea naturali, quæ pollent Mundifapientes; reuelata, qua fideles insigniuntur, & glorifica, qua beati coruscant. Prima per sensus, & phantasmata; altera ex fide; postrema ex Dei inspectione & intuitu. Prima pauca cognoscimus, & ea duntaxat, quæ ex natura sunt: Altera plura, & ea, quæ cœlestia sunt; Postrema Deum, & in ipso cætera cuncta. Primam cum labore nanciscitur homo; Qui addit scientiam, addit laborem; Mediam assequitur contemplatione, & meditatione: Dilata os tuum, & implebo illud; Tertia donatur ipsi ex beatifica gloria. Fecit igitur Deus luminare maius, nimirum exhibuit glorificam scientiam, qua tanquam Sol splendet anima, coruscaturque in Dei perspicentia, atque in eius ineffabili contemplatione exardescit, præestque diei, cognitioni illius ineffabilis, inenarrabilisque diuinitatis, quæ dies est clarissima. Fecit & luminare minus, idest, contulit reuelatam scientiam hac in uita, tanquam lumen Lunæ, quoniam ipsa uideus per speculum in enigmate, per radium lucentem beatificæ scientiæ, in animam irradiantis, quemadmodum Luna radio Solis reflexo clarescit. Tandem addidit & stellas, scientiam hanc naturalem, qua uel plures ipsi expergefiunt idem iuxta Platonis placita, uel plures illustrantur rerum sensilium species secundum Peripateticorum doctrinam, quali innumeræ micantes stellæ. Et posuit eas in firmamento Cœli, nempe in anima, Cœlum non immeritò nuncupata, quia superna ac sublimis pars hominis existit.

Scientia triplex.

Eccle. 1. Psal. 80.

Duæ hic possent subnecti interpretationes; quarum altera esset; Fecit Deus duo luminaria magna, & stellas in firmamento Cœli, idest, fecit diuinam, naturalem, & mathematicam scientiam in intellectu speculante. Altera fecit Deus intellectum, phantasmam, & sensum in homine: Verum has & huiusce generis interpretationes Philosophis ratas ipsis relinquentes, quæ dignæ sint Theologis, proferamus.

a. Virtutes theologica, cardinales, & minores in intellectu pratico.

LYRANNVS in Postillis.

Fiant luminaria, &c. per quæ virtutes politice possunt designari, scilicet per Solem, quod est luminare maius, prudentia, quæ dirigit alias virtutes: per Lunam uero, iustitia, de qua dicitur 5. Eth. quod nec besperus, neque lucifer est ita admirabilis: per stellas uero ceteræ virtutes intelliguntur.

Verum hæc Lyran allegoria malè profectò aptata uidetur, neque enim claret ratio, quare potius prudentia, iustitiæque Soli, & Lunæ assimilari queant, quàm aliqua ex ceteris præclaris uirtutibus. Deferamus nos hanc ipsam alia ratione allegoriam.

Quemadmodum in intellectu speculante tria possunt clarescere genera scientiarum: beatificum

Fecitque Deus duo luminaria magna, & stellas.

Allegoricè.

- a. Virtutes theologicas, cardinales, & minores in intellectu pratico.
b. Christum, Deiparam, & sanctos in Caelo, ad intercedendum pro nobis.
c. Potestatem Pontificiam, & Imperatoriam, & minores, tum clericales, tum laicales.
d. Pacem supernam cum Deo, internam inter spiritum & carnem, & externam cum proximo: In firmamento Caeli, idest, in anima iustificata.

Moraliter.

Virtutū tria genera, Theologica, Cardinales, & morales reliquæ.

Virtutes Cardinales vt lu ma.

Virtutes morales vt stel.

beatificum, reuelatum, & naturale, vel si de scientijs naturalibus duntaxat fit sermo, diuina, naturalis, & mathematica disciplina: ita in intellectu pratico tria effulgent genera uirtutum; inditum est quippe a Deo, tanquam luminare maius, siue Sol, vinculum theologiarum uirtutum, fidei, spei, & charitatis, cum fide intellectus clareat, ardeat charitate, & in cæreulo Caelo confideat spe, tanquam Sol. Quod quidem vinculum uirtutum præstet diei, uitæ nempe christianæ, qua anima fertur, ut in die, in uita clara, & nitente, nulla errorum caligine, seu tenebris offusa, cum fides ipsi quæ credere, & charitas quæ amare, & spes quæ debeat concupiscere, certò indigent, & demonstrent. Datum est & luminare minus, vinculum quatuor cardinalium uirtutum, tanquam Luna, quæ pallefcit, & mutabilitati est obnoxia: quoniam uirtutes hæ ad res gerendas humanas institutæ sunt, non ita dignitate fulgentes, uti diuinæ: & mutationibus subiectæ: præsumt quæ nocti, nimirum uitæ huic, qua homo fertur inter obdensas tenebras euentuum humanorū. Prudentiæ uerò munus est actiones dirigere; iustitiæ, à semita recta non recedere; fortitudinis, in arduis, & aduersis rebus animo nequaquam cadere; temperantiæ uerò, in prosperis, & delectabilibus non emolliri. Imperitius est & stellas Deus, cæteras nimirum uirtutes innumeras, quibus anima iusti decoratur: posuit quæ eas in firmamento Caeli, in intellectu nostro pratico, qui in rebus agentis principem locum, scilicet regis, & moderatoris obtinet.

b. Christum, Deiparam, & sanctos in Caelo ad intercedendum pro nobis.

H V G O Carenfis in Postillis.

Vel luminare maius, Christus, qui præstet diei, idest, iustis. Luminare minus, beata Maria, quæ præstet peccatoribus. Stella, alij Sancti. Firmamentum, Ecclesia.

Gratiæ, quæ in nos à superis profluunt, radij equidem sunt lucis, quibus hac in tenebrarum ualle illustramur, & refocillamur. Quemadmodum igitur lumen quodcunque à tribus luminaribus desluit; ita gratiæ, dona quæ à Christo, Deipara, & Sanctis, quasi intercessoribus, ad nos proueniunt. Christus igitur luminare maius est, quoniam ipse fons gratiarum, sicut Sol fons lucis: fons quidem ut Deus, per globum, per humanitatem facerrimam, radios diffundens. Et præstet diei, iustitia nimirum præditis, quoniam aduocatus est iustitiæ, qui condignè nobis promeruit salutem, atque omnium charismatum genera. Luminare minus Deipara, nam sicut Luna lumen suscipit à Sole, & radiatione reflectit ad nos: ita Virgo beata gratias omnes impetrat à Christo, & exuberanti pietate ad nos transmittit. Præstet autem nocti, idest, præcipuè peccatoribus, quoniam mater est misericordiæ, ad quam suspiramus gementes & flentes in hac lachrymarum ualle, ipsaque ut aduocata nostra miserantes oculos ad nos conuertit. Tandem & sancti, ut fulgentes stellæ, lumen pariter à Sole sibi impertitum nobis suppeditant, cum pro nobis intercedunt. Positæ quæ sunt hæc luminaria in firmamento Caeli, idest, in Empyreo, & in regia beatorum, ut perenniter nobis gratias, & dona, ueluti intercessores impetrent, atque exhibeant.

Christi fons est gratiarū.

Virgo uel uirgo, & peccatoribus præstet.

Pote-

c. Potestatem pontificiam, et imperatoriam, & minores, tum clericales, tum laicales.

A I L R E D V S vt in Allegorijs Tilmanni.

Quòd tam regnum, quàm sacerdotium sit corruptum. Fecit Deus duo luminaria magna: luminare maius, ut præstet diei: & luminare minus, ut præstet nocti. Sunt in sanctæ Ecclesiæ firmamento à Domino creata duo magna luminaria: sacerdotium scilicet, & regnum, rex & episcopus, princeps, & clericus. Dies spiritualia, nox secularia præfiguratur. Ita luminare maius, sacerdotium, ut præstet diei, idest, spiritualibus: luminare minus, regnum, ut præstet nocti, idest, secularibus. Contra naturam proinde est, si Sol nocti, si præstet Luna diei: si princeps ad spiritualia se ingerat, si sacerdos secularium negotiorum tenebris conscientie suæ serenum obnubilet. Va nobis, qui in ista infelicia tempora incidimus, in quibus Sol in tenebras est conuersus. Eia, videant ipsi pontifices, quorum uices gerunt, quorum obtinuerunt cathedras, quorum insignijs gloriantur & iudicent ipsi, si non est ita, ut cernimus. Considerent quos scientie radios, quæ uirtutum lumina, quæ charitatis scintillas, quæ spiritualium corruptionum fulgura, suis emittebant temporibus, Gregorius, Ambrosius, Augustinus, Hilarius, Martinus, & mille alij. Felicia tempora, in quibus tam raro malus, quàm nunc bonus in Ecclesia inuenitur. Nunc etiam Luna uersa est in sanguinem: nam manus principum plene sunt sanguine, exactionibus, uetigalibus, effundentes viscera miserorum, iustificantes impium pro muneribus, & iustitiam iusti auferentes ab eo.

Quemadmodum luminaria celestibus in corporibus sita, Vniuersum luce & motu moderari dicuntur: ita profectò eadem de causa & nobilissimæ dignitates, quæ Mundum regunt ac moderantur, luminaria nuncupari non erit indecens. Ad sunt igitur duo luminaria magna, & stellæ, duæ super eminentes dignitates, summi Pontificis Romani, & Imperatoris Augusti, innumeræquæ; aliæ, tum clericales, tum laicales. Luminare igitur maius fecit Deus, summam uidelicet auctoritatem pontificiam residentem in sede Petri, totumque per Orbem micantem, ut præstet diei, idest, præcipuè spiritualibus, quæ ad animam spectant. Et luminare minus, uigentem nempe in Imperatoribus Augustis præcellens potestatem, ut præstet nocti, secularibus plerisque iuribus, ditioribus, & regnis. Et stellas, minores nimirum potestates tum Ecclesiasticas, ut Patriarchæ sunt, Archiepiscopi, Episcopi, Abbates: tum temporales, ut Reges, Duces, Principes, & Comites; cunctas autem claritate inter se dispares. Et has omnes posuit in firmamento, inconcussa stabiliq; sua auctoritate firmavit, quoniam qui potestati resistit, Dei ordinationi resistit. Caterum deprecandum ualde est, assiduisq; lachrimis, & humili corde à Deo efflagitandum, ne Sol iste vnquam efficiatur tanquam faccus cilicinus, & in atras morum uertatur tenebras. Exigitur siquidem à summis Antistitibus, ut radios ferant non tantum clarentes doctrina celesti, sed & rubentes charitate, sanctimoniaque uitæ. Sed vtinam nunquam fiant ut faccus cilicinus, adeo ut semoueat ruhor omnis, charitas uidelicet, & sanctitas, pallefcensque duntaxat in ipsis superfit lumē, doctrina nempe catholica, sanctum quidem lumen & cœlestē; sed in ipsis ob criminofam vitam pallefcens. Exposcendum est etiam, ne Luna quoque uertatur in sanguinem, & vndiq; omnia cruore conuersa cernantur, ne scilicet iniustis bellis, madida sanguine terra spectetur; ne uetigalibus, exactionibusque iniustis populorum sanguis hauriatur, ne in reddenda iustitia respiciantur munera; ac demum, ne pupillorum, uiduorum, impotentiumque sanguis exeratur, & bibatur. Efflagitandum quoque, ne stellæ ipsæ cadant de Caelo, ne Antistites, Reges, & Duces, à celesti uita, iustitiæque; in qua uersari debent, decidant, & corruant.

Auctoritas pontificia ut Sol, imperatoria ut Luna, reliquæ ut stellæ.

Rom. 13.

d. Pacē supernā cum Deo, internā inter spiritū & carnē, & externam cum proximo: In firmamento Caeli, idest, in anima iustificata.

Anima nostra, dū sacra penitentia, ab iniustitia trāsit ad iustitiā, efficitur quasi firmamentū ex aquis penitentiae, & lachrymarū, stabile in sanctimoniae proposito effectū; repenteq; Cælū uocatur, Dei uidelicet sedes & domiciliū; atq; in ipsa collocatur luminaria iustitiæ, & tria pacis genera, cōficiturq; ī ipsa luminare maius, quod est iustitia, & pax cum

Anima iustificata tria habet pacis genera, sicuti Cælum tria luminaria.

cccc cum

Fecitque Deus duo luminaria magna, & stellas.

Allegoricè.

a. Fulgentem triplicem sapientiam in anima; caelestem, vt Solem; humanam, vt Lunam; naturalem, vt Stellas.

Anagogicè.

b. Diuinitatem, humanitatem Christi, & beatos, in Empyreo splendescentes.

Allegoricè.

c. Vel contemplationē Dei, sui ipsius, & ceterarum rerum in Deo: in beatis.

d. Sive Christum vt Solem, Ecclesiam vt Lunā Apostolos, Doctores, vel sanctos, vt Stellas.

cū Deo, qua ex filia irā, euadit misericordiā filia. Vnde & præest hæc iustitia, paxq; diei, nimirū iustificationi illi sanctę, qua in die ambulat gratiā, & ueritatis. Collocatur in ipsa & luminare minus, interna nēpe iustitia, & pax, qua caro, quanquā peruicax & insolēs, rationi, & spiritui parere cogitur, præestque nocti hoc luminare, humanā iustitiā illi, qua in nocte incedit naturalis, & congenitā prohibitatis. Additā sunt & stellæ scintillantes, iustitiā, & pacis, cum proximis concordia, & diuersarum actionum humanarum micantes rectitudines. Quæ certē iustitiā in anima, tanquam in Cœlo digna Dei regia collocantur, & fulgent.

a. Fulgentem triplicem sapientiam in anima; caelestem, vt Solem; humanam, vt Lunam; naturalem, vt Stellas:

Sap. 6.

Si sapientia lumen est, de quo sapiens; Diligite lumen sapientiā omnes, qui præstis populis: Triplex sapientia, cœlestis, humana, & naturalis, triplici astrorum classi nō immerito potest comparari. Cū siquidem sapientia sit sapida scientia, sapientia cœlestis ea ipsa erit, de qua Paulus: Quæ sursum sunt sapite, non quæ super terram. Sursum porrō confident Deus, beatitudo, & spiritus. Quando igitur anima hæc sapiet, hoc est, quando affectu hæc meditabitur, & in hæc contendet, sapientia decorabitur cœlesti; istaque sapientia Sol erit emicans, & exurens, cū hæc superna attingere, ac perscrutari non possumus, quin luce coruscantissima, cognitione nimirum altissimarum rerum perfundamur, atque amore superno & sancto torreamur. Sapientia deinde humana ea esse existimatur, quæ rebus in his humanis solertissimè attingit à fine ad finem fortiter, & disponit omnia suauiter. In negotijs nanq; id, quod exoptat, fortiter confectatur, sed media ad id consequendum, prudentia suauiter disponit. Et hæc Luna erit nitens, quam vicissitudinibus, atque fortuitis rerum euentibus quandoque delitescere, quandoque clarescere continget. Naturalis ipsa tandem sapientia est, de qua Paulus: Iudæi signa petunt, Græci sapientiam quærunt; & est naturalium scientiarum mira eruditio, atque iactantia. Illustratur his intellectus tanquam stellarum luce, cū pluribus scientiarum habitibus, vt gemmis rutilantibus exornetur. Competere etiam possunt hæc viro Christiano undequaque omnibus numeris referto; cū sapientia cœlesti in spiritualibus, humana in agibilibus, naturali in scientificis pollere, eruditumq; se præstare minimè dedecet. Nam de sapientia terrena, qua in indagandis terrenis solers euadit homo, & diabolica, nobis nunc nulla est mentio. Vnum hic superadijciam: Minerua, quam sapientiam ethnici existimabant, duplicatis auribus, & manibus effingebatur, vt animaduertant sapiētes, tū naturali, tū humana, tū cœlesti sapientia præditi, manibus pedibusq; sibi contendendum esse, non tantum vt multa audiant, sed etiā vt multa, & rectè operentur, idq; inter eorum munia non postremum cenferi.

b. Diuinitatem, humanitatem Christi, & beatos, in Empyreo splendescentes.

Quemadmodū in Mūdo hoc sensibili & infero splendent luminaria magna, & stellę, pari certè ferie, & in Mūdo intelligibili superno lōgè præclariora effulgēt luminaria. Luce corporea

Coloss. 3.
Sapientia cœlestis quomodo acquiratur.Sapient. 8.
Sapientia humana quęsit.1. Cor. 1.
Sapientia naturalis quid.

Luminare maius.

a. Idest, Christum Solem.

Allegoricè.

corporea illustant illa Vniuersum, luce incorporea & spiritali illuminant hæc regiam Dei. Emicat igitur luminare maius; diuinitas illa ineffabilis, ut uiuidæ fons lucis, beatificæ gloriæ. Emicat & luminare minus, humanitas illa facerrima Christi, non amplius ut Luna lucis mutationibus subdita, sed tota collustrata, & splendescens ut Sol. Emicant & stellæ, beatorum, tū Angelorum, tū hominum innumerę classes, dispari certè lumine; Nam stella differt a stella in claritate, inquit D. Paulus. Et quis oculus certè tam ualidus, quæ mens, inquam, tam efficax, alacris, & perspicax, quæ posset lucem adeo coruscantem ferre, nisi gloriæ adminiculo muniretur? Faxit Deus, vt ex hoc tenebroso carcere ad regiam tanto fulgore splendentem scandere ueleamus.

1. Cor. 15.

c. Idest, contemplationem Dei, sui ipsius, et ceterarum rerum in Deo: in firmamento, hoc est, in beatis.

Hoc summopere certè est mirandum, quod in beatis, veluti in firmamento splendeant tria contemplationum genera, tanquam luminaria. Beati profectō ad gloriāque elati in eo limpidissimo, fulgentissimoque diuinitatis fonte, & Deum in Deo conspiciunt, & hoc ipsis est luminare maius, Sol, inquam, qui præest diei, contemplationi nempe clarissimæ, & fulgentissimæ. Et seipos in Deo percipiunt, atque hoc est luminare minus, Luna, inquam, quæ præest nocti, idest, contemplationi non ita iucundę, & fulgenti; Et cæteras res cunctas creatas in Deo, atque hæc sunt stellæ multiplices quidem, & innumeræ, quemadmodum & rerum conditarum genera innumeræ sunt.

Beati tria habent contemplationis genera.

d. Idest, Christum vt Solem, Ecclesiam vt Lunam, Apostolos, Doctores, vel sanctos, vt Stellas.

AVGVSTINVS Sermone de Tempore centesimo trigesimo quarto. Fiat, inquit, luminare maius in inchoatione diei, & luminare minus in inchoatione noctis. Sol Christus est. Luna Ecclesia, in orbe completa, Solis claritate quotidie illustrata. Stellæ quoque lucentes, sanctorum sunt millia, idest, Apostoli, Patriarchę, Martyres, Virgines, Sacerdotes, cuncti iusti pariter, & fideles, uirtutum suarum flamma radiantes.

Hæc Allegoria à pluribus Patribus, prolixis & grauissimis contemplationibus declarata est Quapropter prolixius à nobis textum ipsum insequentibus est perpendenda.

a. Idest, Christum Solem.

ORIGENES in Genesim Homilia prima.

Christus ergo est lux vera, qua illuminat omnem hominem uenientem in hunc Mundum, ex cuius lumine illuminata Ecclesia, etiam ipsa lux Mundi efficitur, illuminans eos, qui in tenebris sunt: sicut & ipse Christus confestatur discipulis suis, dicens; Vos estis lux Mundi. Ex quo ostenditur, quia Christus quidem lux est Apostolorum, Apostoli uerò lux Mundi. Ipsi enim sunt non habentes maculam, vel rugam, aut aliquid huiusmodi, uera Ecclesia: sicut & Apostolus dicit: ut ipse sibi exhibeat gloriosam Ecclesiam, non habentem maculam, aut rugam, aut aliquid huiusmodi.

Ioan. 1.

Math. 5.

Ephes. 5.

BEDA Expositione in Genesim hæc desumpsit.

Ipse est enim lux Mundi, qui & Ecclesiam illuminat: sicut Luna de Sole dicitur percipere lumen, e e e e 2 vt

ut per ipsum possit illuminari: sic Ecclesia suscepto Christus lumine, illuminat ignorantia tenebris excacatos.

Abluendi oculi interni, ut Christum nostrum Solem intueri possimus, quemadmodum abluuntur externi in mane, cum Sol est conspiciendus.

A M B R O S I V S Hexameron libro quarto, capite primo.

Matutinos quoque Solis ortus si quis spectare desiderat, emundat oculos suos, ne quid pulueris, ne quid purgamentorum oculis eius insideat, quo inuentis hebetetur obtutus, neve aliqua caligo nebulosa corporeos visus spectantis obducatur. Nobis in lectione exoriendus est Sol, qui ante non fuerat. Primum iam diem sine Sole transuimus: secundum sine Sole transeimus: tertium sine Sole conficimus: quarto die iubet Deus fieri luminaria, Solem, & Lunam, & stellas. Sol incipit. Emunda oculos mentis, o homo, animique interiores obtutus, ne qua festuca peccati aciem tuam praestringat ingenij, & puri cordis turbet aspectum. Emunda autem, ut vase sincero Scripturae diuinae nitida fluentia suscipias, ne qua ingrediatur contagio.

Confuescunt profecto mortales, dum è stratis exiliunt, claris aquis & faciem abluere, & oculos saepius aspergere, ut quasi sereno ore, nitenteque oculorum acie splendissimo Soli obuiam procedant, ne quid pulueris, purgamentorumve oculis insideat, quo hebetetur obtutus, & obducatur ipsa oculorum acies. Exigit igitur ratio, ut Christicolae, tum faciem, tum oculos internos mundent, cum ad Solem mysticum, & splendidissimum Christum contemplandum adueant, ne criminis aliqua labes persistat, animaeque interioris obtutus offuscet, ingenijque aciem praestringat. En igitur modus. Estrato deliciarum, vitaeque luxu surgentes post diuturnum peccati fomnum curramus ad fontes. Sed quoniam fons, nisi poenitentiae sacramentum? Hortus ecce conclusus, & fons signatus. In horto siquidem Ecclesiae coneluso spinis, seu pariete diuinæ protectionis, cum plures sint fontes, plura sacramenta, fons adest signatus, id est, sacramentum poenitentiae, ad abluendas sordes, post baptismalem innocentiam contractas destinatum. Curramus igitur ad hunc fontem, sumamus claras gratiae aquas, & faciem, nimirum conscientiam abluamus, iuxta illud: Laua faciem tuam. Oculos etiam, intellectum videlicet tum speculantes, tum practicum in his gratiae lymphis saepius intingamus, ut his rectè purgatis, nulloque peccati contagio obrutis, sed omnino nitentibus, progredientem Solem Christum luce intelligentiae contemplari, & amare possimus.

Anastasius praeter ceteros, prolixa, & uberrima oratione hanc prosequitur allegoriam, & ego breuissimo compendio, quasi argumento, membratim doctrinam ipsius colligam.

Christus Sol ex duabus naturis, diuina & humana, sicut Sol ex luce & igne congestus.

A N A S T A S I V S ubi supra.

Ne nos enim lateat, quod ex omnibus luminaribus Sol compositus, ut qui constat ex duobus generibus, in typum Christi, nempe ex illa prima caelestis, & antiqua luce, & igne, qui postea factus est, & in aethere est interceptus, & de industria in terram proiectus. Et intellige hac nobis subministrare lucem, nempe Verbi diuinitatem. Erat enim & pridem in principio lux vera, quae illuminat omnem hominem. Rursus autem sanguinolentem, & candentem nostram carnem. Lux enim in Sole ignem accepit, hoc est, Verbum illuminans, factum est caro. Adam enim induit Dominus, & accinxit. Adam enim interpretatur candens, & sanguinolentus: quandoquidem pueri communicarunt carni & sanguini, ex quibus etiam super terram Christus, nempe Sol compositus apparuit. Et ideo etiam soror eius Luna, nempe Ecclesia, dicit in Canticis: Patrie lis meus albus, & flauus, nempe Deus & Adam. Albus propter diuinitatem, flauus propter humanitatem. Qualem etiam videmus compositum Solem, album, & flauum, ad imaginem Christi, qui est Sol iustitiae, de quo dicit Deus per Malachiam Prophetam: Orietur ius, qui Deum timent, Sol iustitiae, ut appareat ius, qui sedent in tenebris, & in umbra mortis. Hic est enim Sol, qui dicit: Ego lux veni in Mundum, hoc est, cum esset subtilis ut lux, propter diuinitatem, pudore est affectus, propterea quod uenerit in Mundum.

Elegans est ista assimilatio, qua Christus Soli non ineptè confertur; iuxta enim praefcorum

scorum sententiam, compactus fuit solaris globus, quarto die, ex luce illa primigenia, & ignea quadam materia: pariter in Christo duae conuenere naturae, diuina & humana: diuina lux illa fuit antiqua & uetusta, cuius aeternitas exordium non nouit: humana uero flammea, igneaque illa materies, non spiritalis, sed elementata; quoniam humanitas ex elementis his confecta erat. Sol ipse ex igne & luce illa effectus fuit; Christus ex diuinitate, & humanitate constat. Lux candescit, ignis uero rubescit. Siquidem Christus, ut Deus, candor est, ut homo ex terra rubra, rubens. Quapropter Adam primus interpretatur candens, & sanguinolentus; & Adam secundus candens est diuinitate, rubicundus humanitate, Vnde & Sponsa in Canticis; Dilectus meus candidus, & rubicundus; nimirum Christus Deus & homo candidus ex diuinitate, rubescens ex humanitate. Vnde Ambrosius: Decet enim, ut plenè noueris virgo quem diligis, atque omne in eo, & ingenitae diuinitatis, & assumptae mysterium incorporationis agnoscas. Candidus merito, quia Patris splendor; rubens, quia partus est Virginis. Color in eo fulget, & rutilat utriusque naturae. Spectamus igitur Solem album & flauum, & quanto magis in coruscantissimum illum globum oculos iniicimus, tanto amplius albescere ipsum conspiciamus. Videmus Christum Deum & hominem, & quanto perspicacius latitantes diuinitatis fulgores consideramus, tanto magis eum Deum agnoscimus. Rubescit magis Sol in Ortu, & in Occasu, quam in meridie; & eius humanitas cruore magis conspersa apparuit in eius circuncisione, & morte.

Christus ut Sol, circuitum peregit in orbem.

A N A S T A S I V S ubi supra.

Hic est Sol, de quo etiam dicit propheticè Salomon; Oritur Sol, hoc est, tendit ad inferos, & rursus uenit in suum locum. Christus enim cum inferos subisset, & resurrexisset, rediit ad Patrem: quomodo etiam dicebat; Ego exi ex Patre tanquam Deus, & uado ad Patrem meum, tanquam Deus & Adam.

Mysticus Sol noster, Solis huius Mundi coruscantissimae facis gyrum, circumlacionemque quasi est amulatus; Descendit quippe à meridie in Occasum, cum de Coelo in terram defiliit, immo progressus est usque in Zenit oppositum, quando diris cruciatus, & cruenta caede confectus, corpore in tumulum, & anima in lymbum descendit. Ite rum rediit in Ortum, dum rutilante aurora, corusca gloria redimitus resurrexit. Tandem & ad meridiem scandit, quando mirantibus, concinentibusque Angelis, in Coelum conscendit. Qua in conuersione illud maxime animaduertendum est, quod dum profunde descendit, quasi Sol in algente hyeme in opposito Auges; cum uero ad superas ascendit, quasi in flagranti aestate, in Auge fuit; Factus est enim obediens usque ad mortem, mortem autem crucis: ecce oppositum Auges: Propter quod Deus exaltauit illum, & dedit illi nomen, quod est super omne nomen ecce Sol in Auge: Magis nanque ascendit, quam descendit, quoniam non usque in infernum defiliit, ubi nulla salus. Scandit uero in Coelorum supremam sedem, sedet enim ad dexteram Dei in excelsis.

Christus cum Sole in nomine conuenit.

A N A S T A S I V S Synaita ubi supra.

Porro autem ipsum quoque nomen Solis, quod Graecè est ἥλιος, cum sit dictio Hebraica, interpretatur Deus: Quamobrem Christus ex cruce exclamauit; Heli Heli, quod interpretatus Euangelista dicit; hoc est, Deus meus, Deus meus: erat enim Sol typus Christi.

Eleganter ludit certè Anastasius inter uoces, nominaque Hebraica, & Graeca, ut in Sole, & Christo nominis conformitatem comperiat. Sol Graecè ἥλιος nuncupatur, & Heli Hebraicum nomen sonat id, quod Deus. Christus igitur Sol ἥλιος appellandus est, hoc est, Hebraicè Deus. Sed quid est, quod Christus in cruce, dum ingentibus angereetur cruciatibus, cum ἥλιος esset, id est, Deus, Deum deprecatur exclamans; Heli Heli lamazabathani, hoc est, Deus, Deus meus, ut quid dereliquisti me? nisi quoniam tantis oppressus aerumnis ἥλιος, hoc est, Sol non erat limpida luce coruscans, sed in eclipsi constitutus. Humanitas nanque tanquam Luna tantum spectabatur; diuinitas humanitati, quanquam eam minimè deseruisset, nil opitulabatur, quapropter Christus ueluti

Christus candidus & rubicundus.

Cant. 5.

Christus magis rubens in ortu & occasu.

Eccl. 1.

Io. 16.

Christus Sol in sua morte fuit in opposito Auges, in ascensione fuit in Auge. Phil. 2.

Christus quare clamauit, Eli, Eli, lama zabathani.

Cant. 4.

Poenitentiae sacramentum ut fons nos abluens.

Malac. 4.

veluti non *enlis*, non, inquam, Sol clarescens, nec diuinitatis potestate utatur, ideo Heli, idest, Deum Patrem deprecabatur.

A Christo uita anima, sicut à Sole uita hominis.

ANASTASIVS ubi supra.

Vnde si ex homine recedat caloris operatio, statim etiam uita ab eo separatur, & ad mortem transmittitur, nos docente exemplo, quod ipsa Christi uirtus omnia uiuificat, & qui ab ea separatur, non habet uitam æternam, sed est mortuus peccato.

Mirifica profectò similitudine, sicut Sol uiuificat corpus, ita Christus animam spiritalem uitam impartitur. Frigescit mox corpus, si caloris uis in ipso extinguitur, statimq; uita desinitur: Arescit pariter anima, si à Christi gratia prolabitur, moxq; uita etiam æterna orbarur. Porrò caloris, Solisque ipsius uirtus tunc obruitur in homine, cum affluentia humiditatis ipsum enecat, & gratiæ pariter uiuida uis opprimitur, quando delectationum, uoluptatum, illecebrarumque copia ad eò in ipso exundat, ut ab illis suffocetur, & extingatur.

Gratia in anima quando extingatur.

Inscrutabilis natura Christi, sicut natura Solis.

ANASTASIVS loco asserto.

Qui itaque sunt scrutati rationes nature creaturarum, dixerunt esse ineffabilem & incomprehensibilem compositionem, & compositionem nature Solis, ut qua sit typus, atque figura ineffabilis unionis singularis Christi hypostasis, ex quibus est etiam diuinus Basilus. Nam si Sol est Luna simplex, quomodo admirabiliter, & supernaturaliter calefacit terram? Sed si est ignis incontinentis & incommisus, quomodo arbores non comburit, & herbam? Multa Christi exempla, & precedentis figuræ habet Sol. Ignis enim nescimus quemadmodum ex ipso exeat, accendaturque, & extinctus uadat: aut quomodo absque ullo ligno, aut cera, aut aliquo alio huiusmodi crasso corpore, nemo potest ignem per se mundum aspicere, aut tenere super terram, nos docente exemplo, quod nemo uidit nudam Christi diuinitatem, aut contrectauit, donec carnem accepit. Rursus ignis est intra omnem creaturam, & in lignis, & in lapidibus, & in aquis: & nemo uidet, nec comprehendit, quemadmodum in ipsis habitet, quomodo quod est ubique, & omnia implet uerbum Dei, de quo dicit Scriptura; Deus noster ignis consumens est.

Imperscrutabilis quippe est ipsa natura Solis, compositioque lucis, & globi est incomprehensibilis: natura quoque diuina Christi est imperceptibilis; & diuinarum naturarum unio in Verbi hypostasi ineffabilis est, neque à nobis ulla ratione comprehendendi potest. Verum nonnulla in Sole contemplari possumus, quæ pariter in difficillima natura Christi inuestiganda nobis obijciuntur. Clarescit primò Sol, nitetque adeò pura & cortica luce, ut si quispiam oculos in ipsum micantem iniiciat, illum sustinere nequeat, sed nimio splendore obrutus obceatur. Coruscatur adeò diuinitas in Christo excelsa illa nobisque incomperta natura, ut si intellectus eam attingere, eamque intueri procaciter audeat, nimia potius celsitate & maiestate illius opprimatur, quam eam apprehendere ualeat. Conspicitur Sol, luxque eius Mundum irradians, sed quonam pacto in perspicuis, collucidisque rebus confideat, mente intelligi nequit, neque etiam manibus ipsa contrectari potest. Enitet diuinitas in Christo, monumentaque plura maiestatis eius, tanquam radij ab ea defluebant: at quonam pacto humanitati fuerit coniuncta, nec mens capere, nec sensus nostri assequi potuerunt. Diffunditur lux per totum Orbem, & cuncta penetrat, perspicuaque corpora collustrat; opaca etiam, ut lapides, terram, & similia pertingit. Et diuinitas ubiq; omnia implet, cunctaq; uiuificat. Inscrutabilis est igitur natura diuina in Christo, sicut natura Solis.

Diuinitas Christi non potest à nobis comprehendendi.

Diuinitas ut Sol cuncta penetrat.

A Christo illustratur Ecclesia, & sanctorum cætus, sicut

Luna, & Stella à Sole.

ANASTASIVS Synaita ubi supra.

Rursus autem inuenimus Luna, & stellis lumen suppeditari à Sole, ut docent, qui maximè sunt in externa uersati Philosophia, re nobis significante, quod à Christo, qui cadit sub intelligentiam, illustrantur Ecclesia & sanctorum luminaria. Ipse enim est lux, de qua dicunt Ecclesia & iusti; Ex eius ignis plenitudine nos omnes accepimus. Quibus etiam dicit ex aduerso; Vos estis lux Mundi.

Solem

Solem fontem esse lucis, non est qui ambigat; Et quamuis Patrum nonnulli Lunam, & stellas exiguo quodam lumine illis innato clarescere dijudicarint, ut plurimum attamen eas lucem cunctam ex Sole haurire definiere. Verum quonam pacto Luna, & sydera lucem suscipiant, eamque reflectant, mihi tantum hoc loco animaduertendum relinquitur. Lucida redduntur astra in ea duntaxat facie, qua ad Solem uergunt, perfunduntur quin etiam luce, ac demum tanquam specula, sua nitida superficie ipsam reflectunt. Ecclesia pariter, & sancti non sensili facultate, sed spiritali, qua Deum anhelant, & affectant, à Christo lumine gratiæ & intelligentiarum illustrantur. Perfunduntur autem cunctæ animæ vires, & facultates, adeo ut in ipsis clarescat intellectus, ignescat uoluntas, comprimatur ira, expurgetur concupiscentia, illustratur mens, emicet contemplatio, feruescat spiritus. Atque si ut speculum mentem gerunt nitidam, ac puram, Spiritus Sancti afflatu, quasi radio perfusi, lucem tum doctrinæ cœlestis, tum etiam sanctitatis reflectunt in proximos. Utinam mens nostra, quasi speculum, nunquam exhalationibus, & uaporibus, temporalium defluentiumque rerum amore, & carnalium illecebrarum cupidine obtegatur, ut lumen supernum à Sole diffusum, & præclare suscipere, & perspicue reddere ualeat.

Iusti ut speculum.

Sol in terra creatus, & in Cœlum sublatus, significat Christum in terra natum, & in Cœlos assumptum.

ANASTASIVS ubi supra.

De quibus rursus dicit typicè; Fiant luminaria in firmamento Cœli, quod ascendit à terra, ut apparet super terram. Vnde etiam discimus admirabiliter, & præter omnium opinionem, quod omnia prius in terra facta sunt, deinde Cœlo sunt tradita, tanquam si terra ante Cœlum ditata sit Christi mysterio, & aduentu, & deinde post compositionem, & constructionem, ad Cœlum, & ad intelligentia que sunt in Cœlo luminaria transfertur in eius assumptione. Ego quidem certè audio Paulum dicentem, vel potius in eo habitantem Sanctum Spiritum proclamantem; Omnia in Christi typum facta sunt, tam que sunt in Cœlis, quam que sunt super terram. Vidi Solem super terram constructum, & ex duabus rebus compositum, nempe qui prius constat ex luce, & ex igne postea: Deinde post eiusmodi compositionem, & in hypostasi unionem, in Cœlum à terra sublatus & restitutum, nihil aliud aspicio, quam Christum Dei filium, cum carne in Cœlos assumptum.

Iam supra hanc allegoriam explanauimus, nunc iterum euocante nos Anastasio, superadijciendum uidetur, quonam pacto Christus in terra, uti Sol ex luce & igne, ex diuinitate, & humanitate, quæ in eadem Verbi hypostasi conuenere, consistens, in Cœlum fuerit sublatus. Hoc enim est sacramentum & mysterium, quod pluribus edisserit, & profequitur Anastasius. Sol (omissis alijs, quæ Pater iste egregius definit) ex cœlesti ea materie cõpactus, erat profectò cõprimendus, ut summopere splenderet: Christus Deus, & homo, quantum ad humanitatem coarctandus erat aduersis, & ærumnis, ut immortalitate donatus, glorifico deinceps posset redimiri splendore. Cæterum humanitas terra erat. Ea igitur arte comprimenda & disponenda fuerat ad immortalitatem, qua figulus vas primò coagulat, & conglutinat, ac postea in fornace exiccatur, ut ad firmitudinem ducat. En Christus, ut uas selectissimum primò cunctis cruciatuum & tormentorum generibus, Dei uoluntate, tanquam artificis manu contusum, & postea in fornacem iniectum. Sed quænam fornax? En fornax sanctissimæ passionis ligno crucis pabulum, idest, passionum atrocitatem suppeditante, Christi humanitatem adeo torruit, ut ad immortalitatis gloriam idonea, aptaque euaderet. Quapropter tertia die certatim rutilantibus aurora, & Christi corpore, surrexit gloria insignitus, ac deinde in Cœlum assumptus est. Quemadmodum uero in Cœlum euectus Sol ampliozem exhibuit splendorem, quam ante in terra; ita Christus in Cœlum sublimatus super cunctas spirituum cœlestium acies, coruscantiorem præbuit beatissimam claritatem. Sol igitur hac serie effectus est Christus: de quo Sapientis; Vas admirabile, opus excelsi.

Christus tanquam uas cõpressum & in fornace totum.

Eccles. 43.

Christus

Christus est, de quo in psalmo: In Sole posuit tabernaculum suum.

ANASTASIVS ut supra.

Hic enim est Sol, de quo scriptum est: In Caelo posuit tabernaculum suum, hoc est, Verbi diuinitatis uniuersam carnem. Et ipse tanquam sponsus. Datus est enim ad nuptias humanę nature a Patre, qui eum genuit. Cum incorrupta autem eius sponsa, nempe carne, procedens ex thalamo suo, matre scilicet, exultabat tanquam gigas ad currendam uiam in celos. A summo Caelo facta est egressio eius, qui ad nos erat egressus. Et nunc occursum eius usque ad summum Cælum recurrentis ad Patrem. Per hoc ergo exemplum discamus prophetice Solem, nempe Christum, in Caelo currentem. Quem etiam præsignificauit Helias currentes per abbera.

Mirifica mysteria suppeditat nobis hoc loco Anastasius; Quemadmodum siquidem in globo solari reposita est lux, & ignescens ea materies; ita & in Verbi hypostasi coniuncta sunt diuinitas, & humanitas. Quapropter in Sole, in persona diuina ineffabili, posuit tabernaculum suum, humanitatem, quam sibi ut tabernaculum selegerat, in quo resideret, dum cum mortalibus degeret; tabernaculum, inquam, sanctum, tabernaculum purissimum, tabernaculum, in quo Moses Deum spectat inter caligines; nempe anima Christi diuinitatem contempletur ut beatrix, quanquam etiam ut uiuatix, simul humanis obuoluatur calamitatibus; Et ipse tanquam sponsus, sponsus perfectus, qui sibi humanam copularat naturam. Hæc quippe nuptiæ sunt illæ celebres, quas Adam cum Eua in paradiso terrestri celebrauit, diuinitas uidelicet cum humanitate in Deiparæ utero, deliciarum horto, de quibus delicijs Sapientia loquitur; Deliciæ meę esse cum filijs hominum. Nuptiæ, quibus in figuram Abel obtulit pinguis, Noë Vinum, Abraham uaccam triennem, Iacob oleum, Moses agnum, & David holocausta; ipsiq; in nuptijs Gabriel Angelus paranympus fuit, conuiuæ populus Gētilis & Hebræus, concinitores Angeli, regia domus Iudæa, distributa munera, gratiæ amplissima dona, dos, immortalitas sponsæ, idest, humanitati elargienda. Ipse igitur ut sponsus procedens de thalamo sancto, de utero virgineo, in quo solo, uti puritate nitidissima decorato, habitare potuit: exultauit ut gigas ad currendam uiam, seu tanquam Phœbus in plastro humanitatis puritate claro, & claritate rubenti, ut per Eclipticam, uiam uidelicet perfectionis Euangelicæ permearet. Descendit autem a summo, ut scanderet ad summum, a dextera Dei, ut ad dexteram resideret. Huiusque exultantis, & scandentis gigantis typus fuit Helias, igneo curru Cælum conscendens; sed dispari admodum euentu, ut adnotabat Gregorius magnus, quoniam ille in aëreum Cælum, iste in æthereum, ille ut rediret, & mortis debitum solueret, iste superata morte, ac perenni uita redimitus; ille curru suffultus igneo, seu Angelis opitulantis, quandoquidem ut purus homo, alieno indigebat adiutorio, iste non carru, non Angelis subleuatus, sed sua uirtute sublimatus; ille ascendens ad locum, in quo non erat, hic reuertens ubi erat, & discedens ubi remanebat: humanitate quidem scandens, sed diuinitate terram, & Cælum complectens; ille (ut aliquid adijciamus) uociferante Heliseo; Curus Israël, & auriga eius, hic mirantibus, modulantisque Angelis, quibus erat uindicque constipatus.

Ascendente Christo ut Sole, stella, hoc est, Angeli occurrunt, mirantur, & adorant.

ANASTASIVS ut supra.

Stellas autem desuper ex firmamento, dico sanctos Angelos in eum intuentes, sursum ad ipsum recurrentes, & omnes citò ad eum occurrentes, & adorantes, chorosque ducentes, & dicentes supremis eorum principibus; Attollite portas principes uestras, & uiam munite ei qui ascendit super occasum, nunc in Cælum Cæli ad ortum Solis. Nunc enim ascendit à terra super Cherubin, & extensus est ad Cælum. Extensus est autem habens duas alas, ut qui sit simul Deus & homo, super pennas uentorum, spiritum incorporeorum, qui sex habent alas. Et posuit tenebras latibulum suum, ut qui sit ineffabilis, inenarrabilis, & qui intelligentia non potest comprehendi, gemine scilicet nature. Hoc enim significant tenebra, ut qui quomodo neminem docuerit, etiamsi in hac specie obscure & ineffabilis ineffabilitatis ingrediatur, & subeat sinus Patris circum

circum se habens, ut qui sit Deus & Verbum, tabernaculum sui corporis, in quo habitauit circa illam circumcriptione, eo non deposito, & si à nobis absecesserit, ut nonnulli de eo male disceptarunt. Sed tanquã in tabernaculo lucidissimo, libero à naturalibus obscuritatibus, & affectionibus, in eo habitauit etiã post suã à nobis discessum.

Effingendum nobis est (ut Anastasij conte mplantationes assequamur) Solem in terra congestum fuisse, inde in Cælum à Deo opifice euectum: stellas uerò, quæ iam in Cælo progenitæ erant, superueniente Sole obstupuisse, ipsumq; uero dominum, ac lucis fontem perpetem suspexisse. Qua similitudine asserendum est, cum Christus Sol, Deus & homo gloria præfulgens, à terra in Cælos assumebatur, Angelos stellas illas, quæ iam in ipso Empyreo manarunt, obstupuisse, splendidissimoq; regi occurrisse, ipsum cernuos adorasse, hinc indeq; quasi choris in cœlestem psalmodiam solutos cecinisse; Attollite portas principes uestras, & eleuamini portæ æternales, & introibit rex gloriæ. Quanta enim fuerit cœlestium spirituum extasis, quæ admiratio, quod gaudium, qui concentus, quæ præconia, nec ipsa angelica lingua narrare auderet. Redente enim Verbo æterno, ac de hostibus triumphum ducente, uniuersa cœlestis regia exhilarata, imperceptibilis lætitiæ cantibus, ac modulamine dulcissimo personabat. Christus nanque ille est, de quo Psalmographus; Inclinauit Cælos, & descendit, & caligo sub pedibus eius, &c. Inclinauit quippe Cælos, cum excelsum suum ad ima duxit: Et descendit, quando homo factus est; tanq; hæc caligo sub pedibus eius; hoc est, in humanitate posuit diuinitatem, & iterum ascendit redimitus gloria perpeti, & uoluit, perniciter scandit super pennas uentorum, super altitudinem Angelorum, de quibus scribitur; Qui facit Angelos suos spiritus, se extendens duabus alis, diuinitate & humanitate; super Cherubim, super choros spirituum cœlestium, qui sex alas habent, nempe contemplationem duplicem, uesperinam, atq; matutinam, rerum tum præteritarum, tum præsentium, tum futurarum. Et tunc posuit tenebras latibulum suum, quod ineffabilis, inenarrabilisq; Angelis esset nexus geminæ nature; in circuitu perfectio eius, tabernaculum eius, circum se habens tabernaculum sui corporis, in quo habitauit, tanquam in tabernaculo lucidissimo: & tunc fuit tenebrosa aqua in nubibus aëris. Tenebrosa, idest, humanitatis, & diuinitatis nexus cognitio, in nubibus aëris, apud ipsos Angelos cœlestes, qui nubes aëreas appellat ut ignorabatur quippe, quemadmodum coeant in unum duæ nature; Præfulgore. n., nempe propter nimiam maiestatem latetentem, nubes transierunt, Angeli retrocesserunt, ut non id arcanum caperent. Et quare? quia grando, & carbones ignis; Christi nanq; humanitas grando erat, nimirum aqua & non aqua, caro & non caro, ut carbō ignis, lignū & non lignū. Aqua perfectio concreta cū diuinitate, & lignū succensum, quod sursum fertur, & rutilat; fertur enim sursum diuinitate, & rutilat humanitate.

Patres innumeris ferè locis Christum Solem interpretati sunt. Facturum autem me operæ pretium existimaui, si in concionatorum gratiam, nonnullas circa hoc contemplationes, non omnino fortè uulgares subnecterem. Quare lectores operam nostram æquiboniquè consulant.

Sol lucis fons est, qua omnia clarescunt, & uiuificantur: Christus fons sapientiæ cœlestis & gratiæ, qua Mundus tenebris obrutus, sapientiæ lumen percepit, & à quo animæ impietatis tæbe, & contagio pollutæ, ac potius emortuæ, uitam hauserunt. Fons est autè perennis, & indeficiens, quemadmodum Sol, lucis nitidæ; fulgidæq; solus est perpetuus elargitor, sapientiam etenim gratiamq; non percepit ab aliquo, ut cæteri Propheta, Dei nuncij, & præcones; sed à seipso, à diuinitate, inquam, latente sub uelo humanitatis. At quorsum (postulabit forsitan aliquis) Sol iste mysticus, ex spectatissimo diuinitatis globo, nullo alio interiecto medio, uti Sol noster, radios claritate collucentes, & calore feruentes nobis non profert, sed nube humanitatis eos uelat, iuxta Propheticum illud oraculum; Solem nube tegam? Sed quid mirum hoc? Si insigne diuinitatis iubar coruscis micasset radijs nulla humanitatis nube obuelatis, quiaam mortalium sustinuisent? nonne omnis oculorum acies fuisset præstrieta, obtusa, hebetata? An non & Israëlita intendere non poterant oculos in splendidam faciẽ Moysi? Per nubem autè humanitatis sacerimæ, radios suos ad nos emittit, ut ipsi humanitati (nam cæteras huiusce reiterationes & causas prætereo, ac silentio patior abire donatas) tria præclara; atque præstantissima impertitur munera; eaque exemplo Solis in nubem candidam percussio-

ffff tis,

Psalm. 118.

Psalm. 118.

Prover. 8.

Nuptijs diuinitatis & humanitatis quid Patriarchæ obtulerint.

In Euangel. Hom. 29. Eliae & Christi in assumptione collatio.

Psalm. 29.

Christo in Cælum ascendente Angelis obstupuerunt. Psalm. 23.

Psalm. 17.

Psalm. 103.

Christus fons sapientiæ & gratiæ, uti Sol lucis & calor.

Ezech. 32.

Diuinitas per humanitatem operans tria illi impertitur.

tis, accipito. Sol si in nubem leuam, puram, candidam radios inijciat, primò ipsam nubem reddit nitentem, & rutilantem: En diuinitas micantibus radijs fulgens, humanitatem sibi obiectam, primò nitentem fecit puritate & sanctitate, & lumine gloriæ coruscantem. Sol deinde nube reclusus, radios omnes per ipsam nubem demittit. Christus quoque Sol, & caput Ecclesiæ, cuncta munera ac beneficia nobis per humanitatem ipsam effundit, ac elargitur. Tandem & radij Solis prodeuntes per nubem, rubenti quadam, & candescenti caligine perfusi & obducti exiliunt: En dona & gratiæ omnes, quæ à diuinitate per humanitatem promanant, Christi merito affectæ, & condecoratæ erumpunt: Cæterum tu ipse, studiosè lector, hæc profundius considerato.

Solem triplici orbe deferri, Astronomi edocent; horum supremus Mundo secundum superficiem conuexam, seu supernam, est concentricus, secundum concauam, uel internam, eccentricus: & hic animæ Christi symbolum est; anima siquidem Christi, quatenus creata, & infusa, cæteris animabus concentrica est, nempe illis consimilis: ut uerò in corpus, quasi in carcerem detrusa, eccentrica appellanda est, quia singulari euentu, quod cæteris non contigit animabus, à primæu errati labè profusus fuit immutis & aliena, non quidem sanctificata, ut anima Ioannis Baptistæ, nec præseruata per gratiam, ut Deiparæ: sed purissimæ carni nullo unquam contagio affectæ, corpori ex Spiritu Sancti obumbratione efformato infusa. Infimus è contra Solis orbis secundum superficiem extimam eccentricus est, secundum intimam est concentricus, & hic carnis symbolum censendus est; caro siquidem Christi, ratione ea qua ex terra desumpta, atque arum nis fuit complicata; concentrica fuit eum humana nostra carne: at ratione illa, qua ex Adam descendit, animamque in ficere nequiuit, eccentrica extitit, cum non humano semine, sed Spiritus Sancti uirtute ex purissimis Deiparæ sanguinibus coacta fuerit; Spiritus enim Sanctus superueniet in te, &c. Medius Solis orbis Solém deferens, diuinitas est ipsa in Christo; in bar enim Christi; diuina hypostasis est secunda, & hic orbis omnino eccentricus est; nam diuinitas omnibus Mundi, natura que rationibus eminet, atque excellit.

Solem duplicem orbiculationem consicere, experimento euincitur, diurnam ab Ortum in Occasum ex primi mobilis raptu; annuam ab Occasu in Ortum ex sui orbis circumlatione. Motus ille primus diurnus, uitæ Christi decursum significat, qui ortum habet, & occasum ab Orizontem in Orizontem, natiuitatem, & mortem, iuxta id, quod conspici potest à nobis. Ortus est Christus, cum Maria peperit filium suum primogenitum; occidit, cum inclinato capite tradidit spiritum, & ad suum locum reuersus est, cum sedet ad dexteram Dei Patris, unde discesserat. Ipse gigas, qui exultauit ad eurrendam uiam: Gigas profectò magnus, atq; (ut olim Saul) omnes homines ab humeris, & sursum excedens, quoniam ipse non tantum homo, sed uerus etiam erat Deus; exultauit summo gaudio ad eurrendam uiam redemptionis, & à summo Cælo egressio eius, quia à dextera Dei non discedens discessit, & occursum eius usque ad summum eius, cum ad ipsū redierit, iuxta illud: Dixit Dominus Domino meo, sede, &c. duos in maximos iecit saltus; alterum, quando non rapinam arbitratus esse se æqualem Deo, semetipsum exinanuit factus obediens usque ad mortem; alterum quando dedit illi Deus nomen, quod est super omne nomen, &c. Saltus utiq; maximi à Cælo ad limbū, à limbo ad Cælum. Verum enim uerò attollito hic, quæ so ingenue lector, animū, atq; unā mecum profunda & arcana quedā sacramenta accuratè ac diligenter contemplator. Illudq; in primis, quod diuinus hic Sol Christus uniuersæ auctor lucis, media oritur nocte. Scriptū est namque; Dū mediū silentiū tenerent omnia, & nox in suo cursu mediū iter perageret, omnipotēs sermo tuus Domine à regalibus sedibus uenit; In meridie uerò ad occasum ruit, nā post horā nonā expirauit, nō uespere, neq; in clinata iam die, uti Sol noster occubuit. Ut quid hoc? Alterū, quod oriēte Sole isto in nocte, luce fulgida clarescant omnia; nam claritas infusa circumfulsit illos. Occidentē autē ipso in die, cuncta offunduntur caligine; Tenebræ enim factæ sunt super uniuersā terrā. Nunquid tara hæc, & tā mirāda, egregijs credenda sunt uacare mysterijs, atq; abditis destini sacramētis? Artollas, precor, rursus animū. Sol noster Christus natus est media nocte, cum Sol in hemisphærio fulget nobis opposito, & hora nonā occubuit, quando Sol adhuc multum ab Orizonte distat; Primum, ut in qua

De triplici orbe Christi Solis mystici Christi Anima cæteris similibus & dissimilibus.

Christi caro similis nostra & dissimilis. Luca. 7.

De motu duplici Christi Solis. Christus ut Sol duplici motu agit.

Ioan. 19. Psal. 18. Christus gigas.

Psal. 109. Phillip. 2.

Sap. 18. Christus quare media nocte natus est, & media die mortuus. Luca. 2. Matth. 27.

in qua degeret Mundus conditione, cum ipse effulset, simbolo demonstraret; Mundus siquidē qñ Christus natus est tenebris obrutus erat, adeo ut de illo dici posset: Et tenebræ erant super faciem abyssi. Quanquam enim lex Mosaica ueluti Luna, & leges naturales tanquam stellæ, quoquomodo clarescerent: attamen & Luna erat in nouilunio, quia opacata ferè lex suam lucem, suam auctoritatem amiserat: & stellæ nubibus obuolutæ, seu peccatorum illuuiè complicatæ. Hinc in ipsa nocte & lux pastoribus effulset, Hebreis, inquam, lux Christus, qui illuminat omnem hominem, & Magis Gentilibus stella, uidelicet uia, quæ duceret eos ad lucem. E contra autem Christus occubuit in medio die, ut sciremus etiam ipso decedente, Euangelium, seu auctoritatem Pontificiam eius uices agētem, superstitem remansuram, nec unquam interitum fore subituram. At uerò eadem hora & momento tenebræ factæ sunt super uniuersam terram, ut edificeremus, quòd ij, quibus Christus moritur, dum eius gratiam, & uitæ probitatem reiiciunt, tenebris reprobi sensus persæpe contegantur, & obruantur, qua de causa & in hæresim nonnunquam labuntur. Motu altero præditus est Sol, ex Occasu nanque in Ortum suo uoluitur orbe, quem motum anno conficit, quo etiam duodecim signa percurrit, & anni quatuor tēpora defert. En motus Solis nostri Christi in mystico suo corpore, in Ecclesia, inquam, ab Adam ad iudicij diem decurrente. Mysticum enim Christi corpus in Aequatore fuit, quando iustitia originali in Adā omnia æqua erāt, & quasi uerno tēpore florescebant; post Adæ lapsum, signa nostra septentrionalia scandere cœpit, ut solstitium salutis Mundo afferret. Arietem ingressus est, cum in naturæ statu, & ætate aurea omnia puritate uigebant. Taurum, qñ in legis tempestate fuit Deus Zelo res uindicans usque ad tertiam, & quartam generationem, & quando admiranda quadam penè ferocitate ad ulciscenda scelera agebatur. Ad Geminorum autem signum in Euangelij statu peruenit, cum in Christo simul iunctæ sint diuinitas & humanitas, iustitia & pax, æternitas & tempus, Cælum & terra, uita, & mors, fons & litis, panis & fames, labor & requies. Tunc Castor & Pollux, Deus & homo, ita complicati sunt, ut Deus, quò homini immortalitatem donaret, mori dignatus sit; tunc effectum est Solstitium nostrum, quia Verbum caro factum est, & habitauit in nobis; Non est enim alia natio tam grandis, quæ habeat Deos appropinquantes sibi, sicut Deus noster nobis. In Cancro regredi uisus est Sol noster Christus, cum semetipsum exinanuit factus obediens usque ad mortem, mortem autem crucis. Ut Leo, cum obdormisset tribus diebus, & noctibus, surrexit prostrato peccato, deuicta morte, debellato inferno, uicitque leo de tribu Iuda. In Virgine, hoc est, Ecclesia primitiua resedit tanquam monoceros mitis redditus, tuncq; quasi in autumnali Aequinoctio, Ecclesia fructibus bonorum operum maximè redolebat. In Libra stetit, cum ante tribunal Dei, ut interpellat pro nobis, suam iugiter iustitiam in altera libræ lance imponit, iuxta illud Iob: Utinam appenderentur peccata mea, quibus iram merui, & calamitas, quam patior, in statera, quasi arena maris hæc grauior appareret. Scorpionis, Sagittarij, & Capricorni signa percurrisset uisus est cum corpore suo mystico, seu Ecclesia, quando ipsa Ecclesia sancta hæreticorum uersutia, tyrannorum persecutionibus, atque Antichristi sauitiæ uexanda exposita est. Hæretici siquidem scorpiones censentur, qui facie, ac labijs Christum proferunt; doctrina uerò tanquam cauda, animas ueneno inficiunt. Sagittarij tyranni, qui immaniter Ecclesiam sunt persequuti, in eamque tanquam in scopum, truculenti isti sagittarij furoris sui spicula intorserunt, & omnes feritatis pharetras effuderunt. Antichristus capricornus erit, nimia immanitate contra Ecclesiam accensus; in hocq; dū consistet Ecclesia, hyems uigebit atrox, quia refrigescet charitas multorum. Tandem in Pisce persistet, cum in die iustitiæ exhibunt Angeli, & separabunt bonos à malis, iuxta illud: Simile est regnum Cælorum fagenæ missæ in mare, & ex omni genere piscium congreganti. Hi duo sunt motus nostri Solis, si duo eius corpora, reale, & mysticum contemplaberis.

Duplex præterea circumlatio orbis Solis, duplicem Christi Solis fulgentissimi uoluntatem nobis portendere potest. Duas profectò uoluntates in Christo statuere nos edocet sacrosancta Ecclesia, præsertim in sexta Synodo Constantinopolitana. Cum siquidē Dei filius omni nuero absolutam assumpserit naturam humanam, naturæ ue-

Christus ut Sol duodecim signa perregit.

Ioan. 1. Deut. 4.

Apoc. 5.

Iob. 6.

Matth. 13.

In Christo duplex est uoluntas, diuina & humana.

Et nostræ dos spectatissima sit uoluntas, sicuti & intellectus, ea quoque; natiua dote Christum uerè hominem præditum fuisse asseuerandum est, & cum diuina humanam sibi quasi cõnubio connectens, nullam sit passa imminutionem, & ipsam suam deificam uoluntatem habuisse liquet. Oblatret modò Appollinarius, qui Verbum uices animæ gessisse, stolidè autumauit. Oblatret Eutichius, qui unam naturam in Christo commistam delirantissimè excogitauit. Oblatret Nestorius, qui Dei & hominis secundum affectum, seu uoluntatem, connexionem tantum effectam impiè asseruit. Oblatret Macharius Antiochenus Patriarcha, Cyprus Alexandrinus, & Sergius Constantinopolitanus, qui duas naturas quanquam statuerint in Christo, humanam attamen à diuina solummodò actam perperam existimarunt. Christus Sol noster duplicem tulit uoluntatem, uidelicet diuinam, & humanam, quanquam unus orbis, vnus esset Christus. Illa erat ut supremum rapiens, hæc ut retrograda, sed ea lege, ut diuinæ uoluntati, tanquã suæ premæ, humana nunquam non obtemperaret. Vnde ipsemet Saluator ait; Verum tamen non mea, sed tua uoluntas fiat. Non mea, ecce latio retrograda; sed tua, ecce quæ rapiebat.

Luc. 21

De eclipsi Christi uoluntatis.

In eclipsi Christi diuinitatis.

Lunæ transmigratio in Christi morte quid significet.

Rom. 6. Isa. 53.

De Situ Solis mystici.

Christus est propitiatorum, quod sancti uoluntate respiciunt.

I. Cor. 10. De effectibus Christi Solis mysticis.

Cæterum Solis eclipsim contemplari in Christo clariùs poterimus, si eclipsim eam, quæ in Christi morte contigit, perpendemus. Duo ea in eclipsi euenere miracula: vnum naturale, alterum prodigiosum: Naturale extitit, quòd Luna inter Solem, & nos interiecta, Solis lucem opacaret, quo in euentu duo Astronomi adnotant; Alterum, Solem uerè fulgorem non amittere, uti accidit Lunæ in sua eclipsi; Alterum, quòd eodem sub Eclipticæ puncto, Sol, & Luna conueniunt. Ecce in Christo diuinitas Sol est, humanitas Luna, Ecliptica Dei uoluntas. Sol in hac eclipsi mortis Christi, luce non est destitutus, quia nulla est facta separatio diuinitatis, neque ab anima, neque à carne; Quod enim semel assumpsit, nunquam dimisit. Verum ut homo uerè mortuus est, cum anima & caro hominis partes in Christo seiunctæ, atque diuisæ fuerint; sed humanitatis uelamen quasi Lunæ, Solem opacauit, cum Christus ut cæteri mortales, uerè rebus excesserit humanis. Conuenere autem eomet in Eclipticæ puncto Sol & Luna, quoniam uoluntas Christi uoluntati Patris se subiecit, iuxta illud: Verum tamen non mea, sed tua uoluntas fiat. Alterum, quod non consuetum, sed miraculosum fuit, & supernaturale ea in eclipsi, est, quòd Luna, quæ in signo Libræ in plenilunio emicabat, stupendo, inusitatoque euentu ad Arietis signum, in quo Sol degebat, properauit, non obseruato sui motus ordine, Solemque repente opacauit, tanto Astronomica disciplina eruditorum stupore, quòd Dionysius Arcopagita inclamarit, Aut Deus naturæ patitur, aut tota hæc Machina dissoluetur. Quid indicat hæc miraculosa Lunæ transmigratio, nisi quòd Christi humanitas originali peccato nunquam infecta, morti subijci non cogebatur? Stipendia enim peccati mors: sed sua uoluntate quando sibi libuit, semet in mortem contulit; Oblatus est enim quia ipse uoluit.

Sol in medio planetarum confidens, lucem impertiri dicitur cunctis astris. Christus inter Archipatres, Prophetas ueteres, & sanctos noui testamenti medius consistens, quantum ad tempora, sapientiæ cœlestis lucem, & gratiæ calorem cunctis elargitur. Christus siquidè est propitiatorum illud, super quod adsunt duo Cherubin uersa mutuo facie perpetuo se inuicè respicientes, eo euentu, ut oculus, qui vni à dextris est, alteri sit à sinistris, & è contrâ; Propitiatorium, inquam, sanctum, cum ipse Christus factus sit propitiatio pro peccatis nostris. Hoc Doctores, & Patres tum ueteris, tum noui testamenti intuentur, & contemplantur; sed ea discrepantia, ut illis ueteris testamenti sensus mysticus sit à sinistris, qui nobis à dextris est, & literalis ad nostram sinistram degat, qui ipsis fuit à dextris; Omnia enim in figura contingebant illis.

Sol Mundi uita est, atque specimen. Quid enim de muneribus eius, quod dignum sit, afferam? Ipse Cœlum exornat, sydera illustrat, ignem perficit, aërem decorat, aquam depurat, terram fecundat, inanima fouet, germina alit, flores aperit, folia dilatat, fructus maturat, cuncta sensu prædita gignit, uiuificat, & fouet. Nonne hæc ipsa de Christo nostro asserre possumus, cum Ecclesiæ sit ipse uita & decus, ipse animam condecorat, intellectum illuminet, charitatem ut ignem excitet, spem ut aërem erigat, pietatem

Ut præesset diei.

a. Christus Sol, ut Deus, præfuit diei æternitatis; ut homo, diei Euangelico; ut glorificatus, diei gloriæ perenni.

Allegoricè.

pietatem ut aquam emolliat, cor ut terram alliciat, cogitationes sanctas ut flores aperiat, uerba cœlestia ut folia fecundet, opera ut fructus gignat, uitam in animam inducat, totum denique hominem lætificet, ac deificet? Utinam tanti Solis radio corda laxentur, aperiantur, ipseque ad viscera illapsus, gemas uirtutum in utero nostro auget, alat, atque perficiat.

a. Christus Sol, ut Deus, præfuit diei æternitatis; ut homo, diei Euangelico; ut glorificatus, diei gloriæ perenni.

ANASTASIVS Synaita Commentarijs in Hexameron.

Et luminare magnum, nempe Christum Solem in principatus diei, hoc est, qui est exortus in principio prædicationis. Et post. Attende autem quemadmodum non dixerit, in principatum, sed in principatus. Multos enim habet principatus Sol iustitiæ, multas potestates. Est enim princeps pacis, est princeps, aut dominus potestatum, est rex regum, est princeps & dominus dominantium, est rex gloriæ. Vnum habuit principatum, lumen quod illuminat omnem hominem ante aduentum super terram. Ante secula, hoc est, cum eo est sine principio: ita enim intelligimus illud; In principio erat Verbum in Patre. Non enim in principio seculi, sed in principio genitore erat Verbum, & Verbum erat apud Deum. Quando autem apparuit, & exortus est in principatus diei sui aduentus, multos habuit principatus. Nam postquam imperauit cœlestibus, imperauit etiam terrestribus, accipiens infirma in suam hereditatem, & possessionem suam fines terre: & dominans à mari ad mare: & fuit dux salutis nostræ, & fuit principium baptismatis, & principium incorruptionis ex mortuis, & principium ut Deus habitet in homine. Sic enim intelleximus Christum primogenium in multis fratribus nostris, in quibus Deus per ipsum inhabitauit. Habet alium quoque principatum, seu principium hic cœlestis Sol Christus. Ipse enim primus incepit, & uiam nobis ad Patrem munijt, ac parauit, sublato sursum homine. Per hos ergo, & huiusmodi principatus, seu principia, intellige magnum esse luminare in principatus, seu principia diei, qui illuminatur à Sole; qui cadit sub intelligentiam, per duodecim horas, nempe discipulos, & Apostolos.

Christus noster mysticus Sol factus est in principatum diei (ut editionem insequamur Græcam) diei inquam Euangelici, quò scilicet splenduit lumen Euangelicum, per prædicationem, quasi per radios effusum. Dies profectò hic ab aurora inchoauit, per duodecim horas dilapsus est, & in uespertino crepusculo deficiet. Inchoauit ab aurora, à Christo ipso, qui post præmissum roscidum alborem in beata Virgine, & præcurfore Ioanne Baptista, exurrexit tanquam Sol in ortu, & per duodecim Apostolos, quasi duodecim horas, lumen Euangelicum propagauit, ut tandem in serotino crepusculo, Antichristi uidelicet tempestate deficiat, & euanescat. Cæterum attendendum, plures habere nostrum mysticum Solem principatus: nam ante incarnationem, qua conspicabilis apparuit, princeps fuit, quia principium de principio, sed sine principio. Principium quidem rerum omnium congerendarum, de principio, id est, de Patre, qui est principium sine principio. Sed & ipse Sol sine principio, quoniam in æternitate est constitutus, quæ principium non agnoscit. Nam quando scribitur: In principio erat Verbum, intelligendum est, in principio, non seculi, seu æui, sed in principio genitore, in Deo Patre erat Verbum æternum, & Verbum erat apud Deum, atque ipsi Patri compar. Verum ut homo factus est, multis etiam principatibus condecoratus est, iuxta illud D. Pauli: Cum exinaniuit semetipsum factus obediens usque ad mortem, tunc dedit illi nomen, quod est super omne nomen, ut in nomine Iesu omne genu flectatur cœlestium, terrestrium, & infernorum. Ternum igitur suscepit principatum, primò cœlestium rerum, inuisibilem nempe spirituum. Vnde Apostolus; Et adorēt eum

Christus Sol præest diei Euangelico.

Christi principatus quot & quales.

Philip. 2.

Heb. 1. cum

Luminare minus.

Allegoricè.

a. Idest, Ecclesia.

Match. 28.

eum omnes Angeli eius. Deinde & terrestrium; accepit enim ut possessionem & hereditatem fines terræ, dominatur nanque à mari usque ad mare. Vnde ipsemet testatur; Data est mihi omnis potestas in Cœlo & in terra. Tandem & infernorum, quoniā effraçtis, ac reuulsis inferni portibus, non modò ipse Patrum animas, ut opimā prædam morti, & inferno eripuit, atque abstulit; uerum etiam humillimè in modum feruorum ei parere coguntur tartaræ phalanges, perfidorum, inquam, spirituum fune itæ ac truces copiae. Porro cùm primùm gloria redimitus scandit ad regiam supernam, colatus est ei adhuc principatus gloriæ, nimirum gloriosi eius regni, quod fulgenti coruscans luce, omni que beatitudinis affluens genere, edacis temporis contumelias & damna non agnoscit. Christus igitur Sol noster mysticus, ut Deus, perenni præfuisse dicitur diei æternitatis; ut homo uiator in hoc Mundo degens, diei Euangelico; ut nunc glorificatus ad dexteram Dei sedens, diei præest gloria & lucis, de quo canitur; Lux perpetua lucebit sanctis tuis, & æternitas temporum.

a. Idest, Ecclesia.

ORIGENES Homilia prima in Genesim.

Luminaria habebimus in nobis, quæ illuminent nos, Christum, & Ecclesiam eius. Ipse enim est lux Mundi, qui & Ecclesiam illuminat sua luce. Sicut enim Luna de Sole dicitur percipere lumen, ut per ipsam etiam nox possit illuminari: ita & Ecclesia suscepto lumine Christi, illuminat omnes, quæ in ignorantie nocte versantur. Et post. Sicut Sol & Luna magna luminaria dicta sunt esse in firmamento Cæli: ita & in nobis Christus & Ecclesia.

GREGORIVS Magnus Moralium libro decimo septimo, capite decimo, super illud; Ecce etiam Luna non splendet, & stellæ non sunt mundæ in conspectu eius.

Quid per Lunam, nisi cuncta simul Ecclesia? quid per Stellæ, nisi singulorum benè uiuentium animæ designantur, qui inter prauorum hominum conuersationes, dum magnis uirtutibus eminent, quasi in tenebris noctis lucent? Vnde per Paulum quoque discipulis dicitur; Inter quos lucetis sicut luminaria in Mundo. Quia enim sancta Ecclesia Luna appellatione exprimitur, Propheta testatur dicens; Eleuatus est Sol, & Luna stetit in ordine suo. Eleuato enim Sole, in suo ordine Luna statuitur: quia ascendente ad Cælos Domino, sancta protinus Ecclesia in predicationis auctoritate roboratur. Et quia Stellarum nomine electi signantur, rursum Paulus insinuat, dicens; Stella enim à stella differt in claritate. Luna ergo non splendet, & Stellæ non sunt mundæ in conspectu eius: quia nec sancta Ecclesia uirtute propria tot miraculis emicat, nisi hanc præuenientis gratiæ dona perfundant: nec singulorum benè uiuentium mentes à peccatorum maculis mundæ sunt, si remota pietate iudicentur: quia apud districti iudicis oculos, sua nunquamque corruptibilitas inquinat, nisi bene quotidie gratia parentis tergat.

AMBROSIVS Hexameron libro quarto, capite octauo.

Minuitur Luna, ut elementa repleat. Hoc est uerè grande mysterium. Donauit hoc ei, qui omnibus donauit gratiam. Exinanit eam, ut repleat, qui etiam se exinanit, ut omnes replet. Exinanit enim se, ut descendat nobis; descendit nobis, ut ascenderet omnibus. Ascendit enim, inquit, super omnes Cælos, ut implet omnia. Itaque qui exinanitus aduenerat, de plenitudine sua Apostolos adimpleuit. Vnde vnus ex his dicit; Nam de plenitudine eius omnes nos accepimus. Ergo annuntiauit Luna mysterium Christi, non mediocris, in qua signum posuit suum: non mediocris, quæ typum dilectæ habet Ecclesiæ: quod significat Propheta dicens; Orietur in diebus eius iustitia, & abundantia pacis, donec extollatur Luna. Et in Canticis Dominus de sua sponsa ait; Quænam est hæc prospiciens tanquam diluculum, speciosa sicut Luna, electa ut Sol? Et meritò speciosa sicut Luna Ecclesia, quæ toto Mundo resulsit, & tenebras sæculi huius illuminans dicit; Nox præcessit, dies autem appropinquabit. Pulchrè ait prospiciens, quasi suos de superiore prospectans, sicut habes;

Philip. 4.
Abac. 3.

1. Cor. 15.

Ephes. 4.

Ioan. 1.

Psal. 71.

Rom. 13.

habes; Dominus de Cælo prospexit super filios hominum. Prospiciens ergo Ecclesia, sicut Luna defectus habet & ortus frequentes, sed defectibus suis creuit, & his meruit ampliari, dum persecutionibus minuitur, & confessorum martyris coronatur. Hæc est uera Luna, quæ de fratris sui luce perpetua lumen sibi immortalitatis & gratiæ mutuatur. Fulget enim Ecclesia non suo, sed Christi lumine, & splendorem sibi arcessit de Sole iustitiæ, ut dicat; Vno autem in me ego, uiuit autem in me Christus. Beata planè, quæ tantum insignem meruisti. Vnde te non tuis necomenis, sed typo Ecclesiæ beatam dixerim. In illis enim seruis, in hoc diligetis.

Psal. 13.

Galat. 2.

HIERONYMVS Commentariorum in Marcum capite decimo quarto.

Luna Ecclesiæ meritò comparatur, quæ non habet splendorem, sed à Sole certis modis suscipit lumen, idest, à Christo, qui permanet in æternum.

Et Commentarijs in Psalmum centesimum tertium.

Ergo benè dixit; Fecit Lunam in tempore. Aut aliter intelligamus Lunam Ecclesiam. In proficiendo enim Ecclesia, proficimus & cum ipsa, & cùm persecutionem patitur & minuitur, & nos cum illa minui-mur, & persecutionem patimur.

Et Commentarijs in Esaiam libro decimo octauo.

Aiunt Physici, & quorum curæ est de cælestibus disputare, Lunam non habere proprium lumen, sed Solis radijs illustrari. Ab ea enim semper orbis parte completur & fulget, à qua Soli uiciniore est, nec umbra terra obscuratur, quod & Poëta uo uersiculo demonstrauit; Nec fratris radijs obnoxia surgere Luna. Si hoc uerum est, & nos tropologicè possumus dicere, Ecclesiam, quæ pace & persecutionibus crescit atque de-crescit, & oppressa tenebris rursum pristinum lumen assumit, habere splendorem à Sole iustitiæ, & hoc esse quod dicitur; Splendet Luna quasi Sol, habitatoresque eius iustos fulgere quasi Solem in regno Patris sui.

Isa. 30.
Match. 15.

GAVDENTIVS Episcopus Brixianus tractatu tertio.

Luna quoque, idest, Ecclesiam, quæ in pace crescit, in persecutione minuitur (minuitur autem globo plenitudinis, non lumine claritatis) nunc eam sicut Solem cernimus per totum splendere Orbem.

PHILO Episcopus in Canticis Canticorum.

Luna comparatur Ecclesia, propterea quod quicquid habet diuini luminis, id à iustitiæ Sole illo immobili atque diuino, quandiu sese illi rectè offert, accipit: & ueluti Luna, modò tentationibus atque pressuris de-crescere uidetur ac minui, modò uictis malignis hostibus, inuouari ac surgere, siue quod morte corporis ali-quando defutura sit, & in nouissimo tandem ad gloriam illam sempiternam cum iustis omnibus resurrectura: nec ullas unquam postea uices temporum perlatura: sed immortalis semper & beatissima permanebit.

CHRYSOSTOMVS Homilia in eum locum Psalmi septuagesimi primi: Orietur in diebus eius iustitia, & abundantia pacis, donec extollatur Luna.

Quid est, Donec tollatur Luna? Donec finiatur omnis prædicatio Ecclesiæ, & colligantur omnia, plicetur Cælum hoc ut liber, & terra ista transeat, ut sit Cælum nouum, & terra noua. Luna enim dicta est Ecclesia, quæ crescit in Sanctis, decrescit in peccatoribus, dicente Propheta; Ut sagittent in obscura Luna rectos corde. Quæ est obscura Luna, nisi persecutionem passa Ecclesia, quando despicit eam Sol, & caret claritate tempore persecutionis, hoc est, donec tollatur Luna.

Psal. 10.

Possent equidem, si luberet, coaceruare innumeros fere Patrum locos id ipsum pro-dentes, nimirum Ecclesiam allegoricè Lunam posse nuncupari, quæ consultò prætereo, tum ne in re clara frustra coagmentem testimonia, tum ut suis locis declaranda relinquam.

Christus Sol urens, & illuminans, Ecclesia Luna illumi-nans, & humectans.

ANASTASIVS Synaita Commentariorum Hexameron li-bro quarto.

Mihi autem uenit in mentem ut cogitem, quid erat quod prohiberet, quominus Opifex ubi desuper fixit firmamentum, in ipso, & cum ipso faceret Solem, & Lunam? Quænam autem de causa non fecit hæc duo luminaria vnus etiam operationis, formæque, & speciei: sed Solem quidem fecit urentem, & illuminantem, Lunam autem & ipsam etiam illuminantem, & humectantem? Num omnino in typum Christi & Ecclesiæ? Num iustos quidem hic Sol illuminat: eos autem, qui uoluntate opus habent, & peccatorum purgatione urit. Dicebat itaque; Ignem ueni mittere in terram. Luna autem, nempe Ecclesia, illuminat prædicans Trinitatem, humectat autem præbens baptismum.

Admirandus est Deus Mundi-factor in ipsa aëtorum congectione, cùm ipsa procrea-rit

Christus ut Sol & ait & illuminat.

Lucæ.24.

Exod.12.

1 Corint. 10. Christus ut agnus mactatus à Iudæis.

Ioan. 19.

Lucæ.23.

Christus cur quartadecima luna mortuus.

rit & specie diuersa, & virtute distincta. Sol profectò lucis fons, in mensa molis, globo splendescit & rutilat, urit autem & illuminat. Luna uerò nitet tantum, illuminat autem, & humectat. Sed hæc quoque mirificè possumus in Sole, & Luna mysticis contemplari, Christus quidem ut Sol, non tantum splendet, uerum & rubet, quia uiuido spiritu gratiam impertiente, doctrinam Euangelicam promulgauit, quæ intellectum illustrat, & affectum inflammat. Quapropter & duo discipuli proficiscentes in Emaus, de Christi colloquijs aiebant: Nonne cor nostrum ardens erat in nobis, dum loqueretur in uia? Ecclesia uerò tantum suo splendore nitet, quoniam doctrina Euangelica nobis per ipsam, seu præcones Euangelicos delata, tantum edocet, nec cor excitat, ut præconum est; sed in quantum Christi est, & Spiritus Sancti afflatus profertur. Sol proinde non tantum illuminat, immo & urit, illuminat quidem iustos gratia, urit autem improbos, qui combustione indigent. Sol, inquam, semper illuminat, sed quandoque cum lumine uix calefacit, interdum etiam torret. Urit autem & torret, præcipuè quando est in Leone; Christus nanque pios semper illuminat, & claritate, gratiaque calefacit, eis uitam impertiens. Sed ubi in Leonem scandit, in iustitiæ sinceritatem, adurit scelestos, uel ad poenitentiam eos prouocans ærumnis, & calamitatibus, uel morte exanimans, perpetuoque ipsos damnans exilio. Luna è contra illuminat, & humectat: referans siquidem fidei dogmata, illuminat; humectat autem, non tantum baptismum præbens, sed pietate fideles fouens, qua ipsos sustinet, atque blanditijs, ac minis, ut filios sapientius eos alliciens, & terrens, ad salutem ducit, & euocat.

Ecclesia, ut Luna, tunc plena est reddita, cum Christus agnus est mactatus.

ANASTASIUS ubi supra.

Nonnulli dicunt Lunam esse figuram Scripturæ legis, & cultus, qui est in Synagoga, qui quotidie multos suscipit diuini luminis defectus, & diminutiones. Nos autem audientes, quod Sol constructus sit primus, & postea Luna, nos eam existimamus magis esse typum Christi Ecclesiæ, ut coniugem Christi: hoc enim docemur per res ipsas. Die enim, in quo fuit quartadecima Luna in principio, eo die iussus est Israël in primis sacrificare pascha in typum Christi. Unde etiam hic usque eundem quartadecimam diem seruauit iudæi, nescientes quid seruent. Si ergo agnus Christum præfigurabat, est perspicuum, quod Luna quoque dies, qui est plena Luna, significat plenitudinem Ecclesiæ, propter quam Christus est sacrificatus.

Decora & ingeniosa obseruatio hæc est, quam nobis Anastasius suppeditat. Promulgata fuerat Israëlitis à Mose lex; In quartadecima die mensis huius, immolabit agnum uniuersa multitudo filiorum Israël ad uesperam, & sument de sanguine eius, & ponent super utrumque postem, &c. Enimuerò omnia in figuram contingebat illis, inquit Paulus. Agnus hic Christus erat: leo quidem, & agnus: leo ut Deus, agnus ut homo. Ut agnus mitis, ductus ad mactandum, ut leo fortis, hostili præda locuples è tumulo profliens. Hunc immolauit uniuersa multitudo filiorum Israël; Iudæorum, inquam, per uicacitas, quando uociferabant; Crucifige; crucifige eum. Ad uesperas mactabatur agnus, seu (ut alij textus legunt) inter uesperas; & profectò inter tenebras mactatus est Christus, inter ipsas nempe tenebras horrendas, de quibus: Et tenebræ factæ sunt super uniuersam terram, & tenebras alias subsequuntur noctis. Nam tenebræ factæ sunt usque ad horam nonam, post quas, inclinato capite, Christus expirauit. Quæ quidem tenebræ, prognosticæ fuerunt Iudicæ cecitatis, in quâ Iudæi nunc iacent, iacebuntque miseri usque post horam nonam, usque ad postremam diei Mundi partem, nam senescente Mundo, & in temporibus extremis, Iudæos ad fidem redituros testatur D. Paulus. Sed quid est, quod quartadecima die Lune, dum tota micat, & splendida redditur, mactatur agnus, nisi ut edoceremur, Ecclesiã tunc plenitudinem suam, atque celsitudinem suscepisse, cum Christus in cruce, ut agnus mactatus est? Ecclesia igitur Luna est, coniux Solis, idest, Christi, quæ plenitudinem luminis nocte est, cum Christus agnus à Iudæis est mactatus,

Ecclesia cum Luna in nomine conuenit.

ANASTASIUS ubi supra.

Etenim ipsum eius nomen significat gratiam, nempe baptismatis regenerationem. οὐρανὸν enim, idest, Luna, interpre-

interpretatur, οὐρανὸν enim, idest, fulgor infantium, & omnium qui generantur; ut ipse quiddam ab uitæ alia sit piscina; οὐρανὸν enim est lux. Aut rursus Luna fulgor est puerascens, propterea quod perpetuò generatur, & regeneretur. Quæ quidem est perpetua regeneratio lucis baptismatis.

Quæ de Lune nomine iuxta idiomata tum Grecum, tum Latinum habemus, non indecoras nobis de Ecclesia suppeditant contemplationes. Primum Græcè Luna dicta est οὐρανὸν quasi οὐρανὸν ἡλιού, quod est lux, seu fulgor infantium, seu fulgor puerascens. Et profectò Ecclesia ipsa est, quæ dum baptismo perpetim fideles Christo gignit, semper puerascere spectatur; renouari, inquam, nouo fidelium cœtu, Christo procreato, & ipsi fulgere. Et quemadmodum Luna modò lumine ferè destituta, modò semiplena, modò affatim decora, & splendescens conspicitur: ita Ecclesia quandoque exiguo cœtu fidelium, & quandoque mediocri, interdum amplissimo cohonestari, & decorari cernitur. Latine Luna à lucendo dicta est, quod nocte splendeat; ipsa siquidem, infidelitate, quasi tenebris horrescente Mundo, sola lumine superno, fidei, inquam, è superis delata radio collucet.

Luna nomen Græcè quiddam innuat.

Luna latine uide dicta.

Triginta dies, quibus consistit Luna, quid significent de Ecclesia.

ANASTASIUS ubi supra.

Et ideo triginta dies consistit Luna constans ex tribus perfectis numeris, nempe denarijs, in typum, ac figuram trium perfectarum; & quibus nihil deficit, hypostaseon sanctæ, & eiusdem simul essentia Trinitatis, in quam credimus in baptisate. Propterea omnium quoque creator Iesus, qui est unus ex Trinitate, baptisatio in cruce est triginta annos natus: quoniam illic erat Mundo manifestandum mysterium Trinitatis. Dauid quoque, qui secundum carnem erat figura & pater Christi, triginta annos natus, factus est rex, & tanquam baptisatio aliquo, typico mysterio prius est unctus. Quomodo etiam Ioseph alius Christi typus, triginta annos natus, in Aegypto est dominatus. Nam Christus quoque triginta argenti venditus, agrum totius Mundi siguli, nempe Dei creatoris, redemit & liberauit, per fidem in Trinitate sue coniugis Lune, nempe Ecclesiæ. Quam olim quoque aperte præfigurabat, & circa ullam dubitationem arca Noë, quæ constructa erat trecentorum cubitorum longitudine, & triginta cubitorum altitudine, in typum excelste Trinitatis, quam Christus nobis reuelauit, qui est unus ex Trinitate, Sol iustitiæ, qui in se ostendit tres exaltationes. Primum quidem exaltatus fuit in cruce. Unde tunc Sol, tanquam uerus Christi typus, simul cum Christo eius miserens est passus, & cum defecisset impolluta eius anima ex proprio corpore, simul etiam defecit Sol ex caelesti suo corpore firmamenti, & eum Christus subiisset inferos, simul etiam cum eo Sol subijt nocte aduentante. Unde etiam Christo exoriente, & surgente à mortuis mane una sabbatorum, una cum eo oriuntur etiam Sol à terra, faciens diem; hæc enim secunda Christi exaltatio, quam aperte præsignificabat Sol hoc quarto die creationis à terra ascendens in altum. Animaduerte etiam, quod Christus quoque quarta decade, hoc est, quadagesimo die, fecit in Cælum assumptionem, ascendens in supernam Hierusalem. Cuius ingressus uera & certa erat figura etiam eius in Berthelem, postquam natus esset, quadagesimo die ingressus, & aduentus in terrenam Hierusalem.

Luna cuius triginta diebus peragitur, unde non aspèranda nobis mysteria hauriuntur de Ecclesia. Tribus igitur perfectis numeris, nempe denarijs, decurrit tempus Lune, in symbolum temporis, quo decurrit Ecclesia. Habuit siquidem Ecclesia (sicuti & reliqua uniuersa) incrementum, statum, & decrementum, seu auctiorem, amplitudinem, & decidentiam, seu iuuentutem, uirilitem, & senectutem; Excreuit profectò usque ad Constantini tempora, floruit inde à Constantino usque ad Caroli Magni tempestatem; inde decreuerit uisa est usque ad annos nostros. In augmento fuit in nouilunio, in amplitudine in plenilunio, tandem ad nouilunium redire uidetur. Vel dicamus Ecclesiã, quasi in nouilunio inchoasse in Adam, inde paulatim auctam fuisse usque ad Christi tempora, quibus plenitudinem, cumulumque; gratiarum à Deo largitore effusissimo percepit; inde refrigerante charitate, quasi lumine destitui, orbarique, usque dum extremis calamitosi temporibus extingui, ac reparari; nimirum, in triumphantē comitari spectabitur. Quæ uerò Anastasius adiunxit, ex se clarent, quanquam, meo iudicio, ipsius Ecclesiæ ætati non ita commodè adaptari queant.

Ecclesiæ tempore per decursum lune demonstratur.

Ecclesiæ ut luna nouilunium plenilunium & decrementum.

Possumus attamen sacramenta, quæ insinuat Anastasius de trigésimo numero per denarium ternum secato, ita Ecclesiæ accommodare. Primum asserimus Ecclesiã decorari lumine triginta diebus; sed eis triplici denario discretis; insigniri nempe cognitione sacratissimæ Trinitatis secundum triplicem hypostasim, quam nimirum cœlestem fidem in baptismate suscipit, & impertitur. Quam gggg quidem

Ecclesia in baptisate cognitione sacratissimæ Trinitatis decoratur.

Matth. 9.
Tricenarij nu-
meri myste-
ria.

quidem Trinitatis sanctissimæ agnitionem maximè in baptismo Christi triginta annos nati referatam hausit, quando et uox paterna audita est; Hic est filius meus, &c. & Spiritus Sanctus in candidæ, simplicisque columbæ specie descendit. Insuper & Dauid trigessimus agens anuum, rex unctus est, in typum, quod Ecclesia peracto cursu suo, tãquam Luna triginta dierum orbe, ad regnum æternum sit euehenda. Et Ioseph expletis pariter triginta annis, in Aegypto triumphat, & dominatur, quasi præfagium, quod Ecclesia etiam ubi annos suos excurrerit, ueluti Luna tricenarij conuersionem, in Aegypto fecundissima cælestis regiæ sit triumphatura. Adijcias quod Christus triginta argenteis uenditus, agrum Mundi (ipse enim Mundus ager erat Dei figuli, quoniam in figuli morem Deus Mundum congregauerat) emit, Ecclesiam nimirum sanctã, ut Lunam triginta dierum numero perseueraturam. Et quid aliud præfigurabat arca Noë extructa trecentorum cubitorum longitudine, & triginta cubitorum altitudine, nisi Ecclesiam à Christo ædificatam supra solidam petram, triginta diebus, quasi Lunæ altitudinem, hoc est, persistentiam protracturam? Quibus certè labentibus temporibus, tribus & ipsa exaltationibus, sicut Christus eius sponsus, euehenda erat. Primum siquidem in cruce persecutionum, & ærumnarum attollenda, & quasi ludibrium Mundi efficienda; sed inde à morte, idest, à mortificatione ad resurrectionem euehenda, ad Spiritus Sancti, & sanctimoniam celsitudinem; & tandem à terra scânura ad Cælum, cum ex militante triumphans sit euasura.

p. p. Sum. q.
4. art. 21.

Ecclesia mutatur sapientiam à Christo, sicut Luna lucem à Sole.

Ecclesia nunquã Dei gratia destituitur, sicut Luna luce Solis non orbat,ur.

Ecclesia cum cornua affectionis uergit ad res terrenas, lumine orbat,ur, sicut Luna quãdo cornua demittit, luce destituitur.

Ecclesia Mundi motrix, ut Luna maris.

Luna, teste Alberto Magno, & alijs, cum lucem à Sole mutuet, non illuminatur, ut speculum in superficie tantum ea, quæ Solem respicit, sed etiam intus luce profunditur, ut aer, non quidem tota, nec omni ex parte, sed tantum parte ea concava, qua respicit terram. Post Mundi uerò reparationem Soli opposita consistet, ut perenniter tota exactè illustretur. Ecclesia militans pari euentu cunctam sapientiam, atq; gratiam cum à Christo nanciscatur, non ea superficie tenus duntaxat tanquam speculum irradiatur, ueluti Synagoga ante Christum, quæ non sacramentis, sed sacramentalibus gratiam tantum indicantibus, insignis reddebatur; sed profunditur intimè, radiisq; sapientiæ & gratiæ intus expletur, sed non adeo, quin atra macula in ipsa prospiciatur, delictorum utique permistio; nec tota illustratur, dum militans est; at quando triumphans effecta, consistet in gloria, tota perenniter à Christo luce gloriæ decorabitur.

Luna decor noctis, uidetur lumine quandoq; destitui, & non destituitur, sed obumbratur, nam ea parte, qua Solem spectat, clara & conspicua est, obscura uerò & atra, qua diuertit à Sole, adeo ut ex congressionibus cum Sole, faciem perpetuo immutet. Ecclesia pariter, Luna decusq; Mundi obumbrari, gratiaq; Dei orbari existimatur, cum persecutionibus conteritur & premitur, adeo ut Mundo nigrescere uideatur: sed ea parte, qua Deum respicit, fulgida & nitens est, quoniam oppressionibus & calamitatibus, & martyrum coronis, atq; piorum ærumnis apud Deum gloriôsior, & excelssior efficitur, ut inde etiam Mundo coruscantior appareat.

Luna quando cornua ad terram demittit, luce destituitur, paulatimq; decrescit, sed breuissimo momento, postquam cum Sole coniuncta fuerit, cornua ad Cælum euehit, & lumine expletur. Non secus Ecclesia nostra, dum cornua, nimirum appetitiones suas, ad terram demittit, Mundi regna, & imperia affectans, diuitijsq; cumulatã, laxamenta sequitur uitæ, luce paulatim destitui existimatur; nam Deus ad perpurganda crimina, persecutionibus iactari eam, & ærumnis affligi patitur, insidijsque ac bellis à regibus & principibus sæculi imperi. Sed iterum quando cum Sole fuerit unita, quando moribus, & uitæ probitate reformata, ad paupertatemq; fuerit redacta, tunc quasi cornua ad Cælum extollens, & uota sua in Deum dirigens, ampliori semper lumine augebitur, & bonorum spiritualium, ac temporalium affluentia, & copia coruscabit.

Luna maris est domina, & commotrix: & sicut adamas ferrum trahit, ita Luna Oceanum. Vnde in ortu Lunæ, & nouilunio intumescit mare, & in plenilunio feruescit. Ecclesia pariter, quasi Luna, Mundi est domina, & motrix. Vnde nascente Ecclesia, cum in nouilunio erat, intumuit, efferbuitq; Mundus, tot tormentis, & cadibus Christianos afficiens. Et in plenilunio eius, in terrenorum regnorum copia, irascitur sapius, atque feruet, ad internecionemque eam redigere, in extremis Mundi temporibus immaniter anhelabit.

Luna

Vt præesset nocti.

a. Idest, Mundo in Christi Solis absentia, unde occidente Christo Sole, surrexit Ecclesia.

Allegoricè.

Luna nutricis officio fungitur; ipsa enim humorum est genitrix, & roris mater, quibus humoribus gignuntur uiuentia, quo rore, uti lacte pascuntur. Ecclesia pariter Christiculis nutricis officium præbet. Quæ enim magis pia mater & nutrix, quam Ecclesia? Hæc cathecumenos utero gestat, baptismo Christo eos parit, doctrina christiana, quasi lacte alit, traditionibus, quasi manibus ducit, charitate inter brachia defert, promissis blanditur, & osculatur, exemplo sanctorum deducit, Pœnitentia languidos, morbisque afflictatos sanat, Eucharistia, ut cœlesti pane alit, dignitatibus Ecclesiasticis regit, Matrimonio multiplicat, Extrema Vnctione ad hæreditatem & regnum eos prouehit, & defert. Vnde bene inquit: Filioli mei, quos iterum parturio, donec formetur Christus in uobis.

Ecclesia nutrix fidelium, sicut Luna rerum mutationi obnoxia-rum.

Galat. 4.

Luna eclipsim patitur, quando terra interiecta inter ipsam & Solem, lumen, quod ab ipso Sole mutuat, & haurit, præpedire nititur, rubente etiam tunc aliquatenus Luna, & mox pristinum fulgorem & fulgentiorem recuperante: Symbolum hæc sunt eclipsis, quam prope Mundi excidium perpeffura est Ecclesia: tunc profecto persequutio ea dira & immanis illata ab Antichristo, qua frigescet charitas, & uix in paucis electis seruabitur Ecclesia, quasi terra interponetur inter Ecclesiam & Christum, adeo ut Ecclesia ipsa splendore orbata, & denigrata ferè sit conspicienda, sed non adeo destituenda est luce, quin rubeat in electorum martyrio, & ærumnis; At mox in triumphantem commutata, ampliori, atque coruscantiori lumine nunquam opacando, est insignienda, ac decoranda. Hæc igitur Luna est, quæ primum condita fuit noua, quia exigua, sed sanctissima. Luna, quæ uertetur in sanguinem, quoniam in diebus extremis summè afflictata, ærumnosa & calamitosa sit futura. Luna, quæ stabit in habitaculo suo, quod triumphans effecta Cælum sponsu sibi habitaculum sit natura. Luna, quæ lucebit in diebus suis, nam perpetuum fulgorem in Empyreo est consequutura. Cuni Hebræis igitur neomenias celebrabimus, nouæ Lunæ festum, festum, inquam, nouitatis eius, qua Luna ex militante triumphans euadet.

Ecclesia eclipsim ad instar Lunæ est passura.

a. Idest, Mundo in Christi Solis absentia, unde occidente Christo Sole, surrexit Ecclesia.

A N A S T A S I V S Synaita Commentarijs in Hexameron.

Luminare autem minus in principatus seu principia noctis. Mihi uideretur, quod & uerbis, & rebus, & figuris aptum, & accommodatum est exemplum Solis & Lunæ, ad Christum, & Ecclesiam. Nam cum fecisset Deus hæc duo luminaria, magnum, nempe Solem, statim fixit ad ortum firmamenti, Lunam autem ad occasum, nos docente hoc exemplo, quod in principio aduentus Christi, ipso Christo splendente in carne super terram, Christi non splendebat Ecclesia, adhuc enim stabat in occasu peccati. Cum autem Christus occidens in cœlestibus accessisset ad Patrem, tunc orta est Luna, tunc suam ostendit operationem, tunc dominatrix est tenebrarum huius sæculi, tunc illuminauit eos, qui erant in tenebris, tunc principatus, & potestates, & principes tenebrarum huius sæculi concussit, imperans, & dominans, & subiciens omnem obscuram, ac tenebrosam Diabolica operationis fraudem & potestatem. Et ideo dicitur facta esse à Deo in principatus, seu principia noctis: ut qua post occasum Solis, nempe Christi, ab ipso illuminetur inaspectabiliter: quomodo etiã Luna à Sole. Et post. Hæc nos aperte docet Abacuc Propheta, dicens de Sole, & Luna, In aliu eleuatus est Sol, hoc est, Christus, ascendit in Cælum; & tunc Luna stetit in ordine suo, nempe Ecclesia in valido suo statu, in pulchritudine sua, in decore suo, in illuminatione sua, in cursu suo. Rectè autem dixit; In ordine suo. Prius enim erat inordinata & incompota, ut quæ esset dedita idololatriæ.

Abac. 31

Id nobis apertissimum est, Solem & Lunam præfecturas diei & noctis eo ordine sibi partitos

gggg

partitos

Ecclesia ut luna non effulget, donec Sol Christus adfuerit.

Christo Sole occidente, luna Ecclesia sumxit.

partitos esse, ut quousque Sol non occumbit, Luna principatum noctis sibi vendicare nequeat. Nec siquidem dies euanesceat, nisi recedente, occiduoque Sole, nec Luna fulget, nisi eo undis immerito, quoniam Luna ipsa Sole praesente ferè tenebris obducitur. Quousque igitur Sol Christus in Mundo effulset, Luna splendorem suum non effudit, quoniam oriente Sole, Christo nascente, Ecclesia non splendebat, nisi in occasu peccati. Cum peruenisset Sol ad meridiem, Christus ad praedicationis Euangelicæ destinationem tempus, Ecclesia delitescerebat, quoniam in paucis Apostolis, & exiguo credentium numero concluderetur, Mundoque adhuc non clarebat, sed obdensa timoris umbra contegebatur: at occidente Sole, Luna in ortu emerfit, initio quidem flatibus, & vaporibus circumsepta, adeo ut pallidior appareret, quoniam in ipsa Christi nece penè obruebatur Ecclesia, cum etiam Apostoli in fide haesitarent, in unaque fortè Deipara fuerit praeseruata. Ipsa enim Deipara unica est accensa fax, quæ in maiori, ac poenosa hebdomada, dum tenebræ maximo fragore in Ecclesijs pulsantur, penè abdita, atque abscondita reseruat. Tunc Luna perfusa semper lumine gratiæ inaspectabiliter, sicut Luna à Sole etiam occiduo, scandere coepit, nitidiorique & clariori lumine decorari, quando paulatim crescente coetu fidelium, ipsa miraculis, doctrinaeque coelestis cepit coruscare: noctis autem principatum, & ius obtinuit scandens ad meridiem, cum Mundo toti imperium tum spiritualium rerum, tum temporalium obtinuisse visa est: & inde desiliens ad Occasum, quousque in mari tribulationum, & ærumnarum tempore Antichristi, quasi cruore aspersa apparens sub Horizonte delitesceret, & ex altera parte Sol Christus exurgere, cum veniet in maiestate, ut viuos & mortuos in iudicio extremo cribret, & uentilet, quo tempore Sol & Luna persistent in habitaculis suis.

Pinguetudinem spiritus impertitur Ecclesia, sicut Luna humiditatem.

ANASTASIVS Synaita Commentarijs Hexameron.

Est autem etiam quaedam alia admirabilis oratio de Sole, & Luna, ostendens mysterium Christi, & Ecclesiae. Dicunt enim, qui res Solis, & Luna diligenter inuenerunt, quod ab his duobus luminaribus administratur, gubernatur, ac dependet vniuersa, quae est sub Caelis, creatura, tam animatarum, quam inanimatarum corporum, Sole quidem dominante aëstati, ut qui sit elementum siccum, in typum Christi, qui in fine messis consummationis, est exiccaturus eos qui sunt sub peccato, flumina igneo, quae trahitur ex eorum baptizmate. Vnde etiam Sol exiccat, & calefacit creaturas. Luna vero habente gubernationem & administrationem auctoritatis Spiritus Sancti, & aquae, quae à Christo Ecclesiae, tanquam Luna, donatus est, & creditus, quae Luna data est tanquam Christus, & credita ad potestatem & gubernationem, ut nos, per ipsam generemur, & regeneremur, donec promoti sit, & praeterierit nox huius saeculi, & rursus exortus fuerit Christus Sol iustitiae.

Principia duo rerum corporalium, calidum & humidum.

Ecclesia & Christus utraque spiritus principia.

Rerum omnium corpori, obnoxiorum duo principia, iuxta Philosophorum omnium sententiam existimantur, calidum, & humidum. Singula quippe ex calido & humido gigni, procrearique, omnis Philosophia decernit, & edocet. Verum Solem in die caliditatem, Lunam vero in nocte humiditatem exhibere, clarissimum est. Porro & pro vita spirituali pro nouoque homine gignendo, haec duo necessaria esse quis ambiget? Ecclesia quasi Luna baptismatis aquis, sacraeque poenitentiae lachrymis, & afflatu Spiritus Sancti, in ipsis, ceterisque sacramentis forante, veluti humidum quoddam tribuit pinguedinem charismatum, donorum, ac gratiarum, ad fecundandam vitam spiritus, sanctaeque adaugenda opera propensae, & accommodatae. Sol uero Christus calore gratiae ex humido, ex anima videlicet sacro baptismate, quasi aquis, ac donis, quasi pinguedine exuberans, germina elicit sanctarum actionum, ipsamque animam animat ad fetum. Hinc etiam bene perhibetur, Lunam esse in principatum noctis, veluti humiditatis largitricem, cum ipsa Spiritus Sancti afflatu, Christicolae sacramentis quasi humectet, ea sublata siccitate, quam animae culpa inferit. In sacramentis siquidem descendit spiritus, & gratia, quasi ros matutinus, vel serotinus. Solem vero esse in principatum diei, vel caliditatis, quia virtute sua, ex anima donis coelestibus Spiritus Sancti impinguata, exerit opera sancta, quemadmodum Sol ex pingui terra depromit uirescentes herbas, flores, & fruges: interiorum quoque uiuificat hominem, sicut Sol fetus animarum ad vitam.

Ecclesia

Ecclesia mutatione fideles auget & diminuit, sicut Luna suis vicissitudinibus aquas variat.

ANASTASIVS Synaita Commentarijs in Hexameron.

Quod autem Luna à Deo acceperit aquae potestatem & gubernationem, spiritusque in uniuersa aqua, & mari, & multis corporibus, & ipsi quidem huius rei plurimam habemus experientiam, & testantur omnes, qui in mare descendunt in nauibus, quod crescente corpore Luna, simul etiam crescunt, & multiplicantur aquae: ea autem decrescente, rursus cum ea desinunt & decrescunt.

Et post, allegoriam ipsamet huiusce rei subiicit.

Cum ergo & corpora mutantur, & aquae crescunt & decrescant in Luna mutationibus, haec mihi transferas ad seriem allegoriarum, & videbis omnia omni ex parte congruere. Nam cum crescit, & promouetur Ecclesia, simul etiam crescunt cæcus populorum fidelium. Decrescente autem & persecutionibus appetito corpore, & lumine fidei ecclesiasticae ab infidelibus, decrescunt, & diminuantur etiam conuentus populorum similiorum.

Allegoria prodita ab Anastasio, ex se claret, lumen profectò, quo Luna, idest, Ecclesia decoratur, est doctrina ipsa coelestis, & sanctimoniam. Quandiu igitur Luna in ipsa praedicatione & sanctitate seruescit, & augetur, tandiu etiam succrescunt cæcus populorum fidelium. Sed ubi interdum, uel Praelatorum, uel Antistitum desidia, uel tyrannorum uolentia & astu, à praedicatione desistit, humanisq; & terrenis obuoluta curis, & affectionibus, sanctitatis exempla non praebet, simul & decrescit cohors fidelium populorum, quoniam perfacile haereses pullulant, & adolefcunt, sicut non splendente Luna, nox tenebris atris obuoluitur.

Ad Ecclesiae exempla fideles mutantur, sicuti ad Lunae formas, corpora.

ANASTASIVS Synaita Commentarijs in Hexameron.

Dicunt autem Ibi quoque, quae est animal simile Luna aetherea, ut quae in extremis quidem albescat, in medio autem sit atra & caliginosa, ne ipsam quidem videre quando Cælum fuerit sine Luna, eam autem eo tempore clausis esse oculis, & manere tibi expertem. Similia autem manifestiores habet operationes. Nam quando crescit Luna, ei dilatatur orbis oculorum: quando autem decrescit, ei contrahitur oculorum circumferentia. Dicunt autem in flumine Hystaspe nasci lapidem, qui dicitur Lychnis, qui quidem cum crescit Luna, sonum reddit modulatum. In fluuio quoque Galliae dicunt degere pisces, qui ab incolis dicitur Clopias, qui quidem Luna crescente albescit, decrescente autem nigrescit.

Apud Philosophos euidentissimum est, crescente Luna, corpora alterari, pinguioraque reddi, quemadmodum & decrescente, constringi, & gracilia effici, quod utique & nos de spirituali anima euenire spectamus. Aucto namque Ecclesiae lumine, euangelicam nimirum praedicationem, & sanctimoniam nitore seruescente, augeri quoque spirituales animae vitam, pietatis etiam & misericordiae monumenta, & sacratissimorum sacramentorum frequentiam experimur, quemadmodum & immutata factorum Declamatorum copia, luxuque, uita in Ecclesia vigente, fideles quoque à pijs ac sanctis uirtutibus sese retrahere conspicimus. Verum exempla adducta à Anastasio, ad allegoriam ita trahi posse arbitror.

Ibi animal Luna simile, typus est spiritualium hominum, ipsi etenim, sicuti & Ecclesia, in extremis albescunt, in spiritu, quò Deum affectant. In medio autem atris sunt & obscuro, in carne proeaci, quae spiritum reluctatur. Hi, quando Ecclesia Luna nostra, lumine tum doctrinae, tum sanctimoniam Mundum non illustrat, clausis persistant oculis, cum modicam percipiunt spirituales coelestium rerum intelligentiam, & cibi manent experres, quando quidem sacratissima Eucharistiae usu destituuntur.

Similia porro typus est hypocritarum. Hinc siquidem, cui studium est hominis uerè pijs mores effingere, & sanctitatem fucate imitari, dum crescit Luna, nimirum Ecclesia, operum dignitatem augmento, dilatantur oculi; praua nempe uoluntas, qua magis apparere studet. Inter sanctos quippe maiorem semper hypocritarum sanctitatem ostentare fatagunt. Quando uero decrescit Ecclesia, & ipsis contrahitur oculorum circumferentia, quoniam simulatam ostentare probitatem non ita studiosè contendunt.

Lychnis

Ibi animal luna simile typus spiritualis hominis.

Similia figura hypocritarum.

Lychnis lapis
yous pecca-
toris.

Lychnis præterea lapis, qui cum crescit Luna sonum affert modulatum, figurâ est peccatoris, qui in Hy staspe flumine, uitæ nimirum delictijs, interdû summo splendore nitente Luna, doctrina & exemplis coruscante Ecclesia, dulcẽ reddit concentum, vitam componit, atque sublata passionum animi dissonantia, harmoniam morum spargit suauem.

Clopias pi-
scis carnalem
significat.

Tandem & piscis Clopias, qui Luna crescente albescit, & decresciente nigrescit, symbolum est fluidi, atque carnalis hominis, qui Ecclesia doctrina & sanctitate fulgente, nitore puritatis albescit, & ea tenebris offusa, ipse quoque luriditate impuritatibus nigrescit.

*Ecclesia splendorem insequuntur tribulationes, quemadmodum
Lunæ lumen venti.*

ANASTASIVS Synaita Commentarijs in Hexæmeron.

Similiter spiritus quoque, cui innatum est, ut sit super aquam in cursu ortuque & occasu Lunæ, eiusq; incremento & defectu procedit, & recedit, & multiplicatur, ac decrescit. Itaque qui navigant, diligentissime obseruant, & considerant aspectum Lunæ, & figuram, ac lucem, & quatuor eius conuersiones, ortum, inquam, & septimum, & decimumquintum, & vicesimumprimum. In his enim efficit ventorum mutationes. Etenim sunt & quatuor fines quatuor ventorum Ecclesie dominantis & transiensis. Ideo quatuor subit mutationes, quæ à Deo est Luna typicè. Nam quando venit ad ortum, spiritus sanctus eam statim inspirat, nostrum mare fluctibus non agitans & excitans, sed tranquillum potius reddens, & ut secundo vento nauigemus, nos promouens. In septimo autem die nascentium infantium, inspirat ventum, qui persequitur spiritum nequitiæ, eosque in uestibulis cathedrae inuadit, & insufflat ventum, qui expellat Demones, qui inhabitant in generatione peccati. Quando autem creuit, spirant in medium eius, & eius alumnorum, qui abrupti sunt à sua integritate, & dilexerunt decrementum eius luminum, spiritus hæresum, quo tempore incipit etiam decrescere. In perfecta autem eius contractione & defectu, quando est vniuersitas vœtura in iudicium, tunc expirabit exitialis spiritus, non ab ipsa autem, aut per ipsam labefactans, si fieri possit, etiam ipsos electos. Sic Luna figurat Ecclesiam.

Venti insequuntur
Lunæ mutatio-
nes.

Accommodatissima est hæc obseruatio ab Anastasio tradita, præsertim si aptiori meditatione perpendatur. Nautæ, & qui discrimina maris subeunt, rabidos ventos, Lunæ ortum, & occasum, incrementaque & defectus insequi experimento norunt, adeo ut in ipsius Lunæ exortu ventos immutari, in occasu uerò concitari animaduertant. Amplius, noua Luna exurgere ventos, crescente uero illa, & curuata in cornua sapius eos exacerbescere, plena autem ac sinuata in orbem, sedari, decrescente deinceps illa, rursus feruescere, & tandem deficiente ea & senescente furescere adnotant. Quæ profectò & spiritali contemplatione in Ecclesia uicissitudinibus euenire perspectum est. Exurgente Lunæ, Ecclesia nempe in ipso Christi decessu, commotus est Mundus, diuersarumque persequutionum, & ærumnarum origines inchoarunt. Enim uero in ipsius occasu, nouissimis uidelicet Mundi temporibus, & Antichristi tempestate, concitataque esse asperas, furentesque hæresum, & Mundi cladum procellas, sacræ literæ edocent. Amplius & quatuor mutationes tribulationum, discriminumque Ecclesiam suam clarissime educi potest; in ortu, in natalibus nimirum Ecclesie, uenti inchoarunt, in festationes sequissime, quibus Ecclesia mirificè afflictata est. Primitiua namq; Ecclesia in Apostolis plurimas perpessa est nexationes. At crescente & adolescente ipsa tempore Apostolicorum uirorum, uentus ualidior persequutionum procellam maximam excitauit. Quando uerò Constantini, & Syluestri tempestate, Ecclesia potestate, diuitijs, & libertate est amplificata, & facta est ueluti Luna pleno orbe prænitens, uenti suauiter efflarunt, cum prosperè cuncta cederent. Rursus decrescente illa, tepesceruntque spiritus exitialis hæresum non modicam inuexit tempestatem. At uero in excidio Mundi, in Ecclesie ipsius fine, seu deliquio, maxime efflabit spiritus uehemens, Antichristus labefactans, si fieri poterit, etiam electos. Subsequetur deinde Lunæ cum Sole coniunctio, Ecclesie in Christum in gloriam assumptio, in qua postea consistens, rutilabit ut Sol.

Ecclesia ut
luna exurgente
qui uenti
sunt comoti.

Mirifica comparatio inter Solem & Lunam, ad Adam & Eua, & horum ad Christum & Ecclesiam.

ANASTASIVS Synaita Commentarijs in Hexæmeron,

Discat ergo omnis homo, quod in his aquis, & per hæc duo cœlestia luminaria, dico autem Christum & Ecclesiam, consistunt, administrantur, & conseruatur tam quæ sunt in Cœlis, quam quæ sunt in terra, & tam ea, quæ sub aspectum cadunt, quam quæ non cadunt, & tam animata, quam inanima, & tam immobilia, quam mobilia ex quatuor elementis compositæ sex dierum creatura. Et quomodo per uirum & mulierem nascitur unum corpus, ita indiscriminatim per hæc duo luminaria, natum est corpus populi fidelis Ecclesie, & ita apertè impletur illud: Erunt duo in carnem unam, & quod omnis caro conflat ex quatuor elementis Solis & Lunæ. Quamobrem ei qui prudenter attendit, illius figuræ, quæ primariè refertur ad Christum, & Ecclesiam, Adami, inquam, & Eue, Sol & Luna sunt precedentia emigmata.

Gen. 2.

Pluribus Anastasius hanc edidit decoram allegoriam, sed breuissimo eam ego per stringam argumento.

Fas itaque sit in gratiam protoparentum, allegoriam hanc, qua Solis & Lunæ proprietates ad Adam & Eua referuntur, ab Anastasio, sed obscurè insinuatam, breuiter, ac lucida oratione consecrari, eandemq; ad Christum & Ecclesiam, ut uberior speculatio reddatur, nouo antitheto referre. Primum cuncta, quæ sub aspectum cadunt, aut aspectum nostrum fugiunt sensilia, tam animata, quam inanima, ex Sole ut principe causa, & Lunæ ut humorum genitricè procreantur: Pari serie ex Adam ut patre, & Eua ut matre, cunctum protrahitur genus humanum, mirificè per amplissimas Orbis regiones propagatum. Ex Christo & Ecclesia baptismatis fontem ministrante, omnis sit spiritalis generatio. Nam omnè regeneratione per aquam & spiritum fieri nos non latet, iuxta illud: Nisi quis renatus fuerit ex aqua, & Spiritu Sancto, &c. Ex hisq; propagata est Ecclesia, soboles fidelium omnium, gens electa, regalis atque sacerdotalis stirps. Coniuncti adeo sunt Sol & Luna, ut duo sint uicula in luce una, sed Luna mutuat eam à Sole. Coniuncti admodum fuere Adam & Eua, ut essent duo in carne una, sed Euaeducta est ex costa Adæ. Coniuncti adeo sunt Christus & Ecclesia in uno spiritu, quod sacramentum est magnum in Christo & Ecclesia, sed exiliij Ecclesia ex latere Christi dormientis in cruce. Compactus est Sol ex orbe & luce, secundum priscorum Patrum Theologiam, Luna uerò carpit lucem à Sole, & reflectit eam. Compactus est Adam ex terra, & diuina insufflatione. Nam formauit Dominus hominem de limo terræ, & insufflauit in eum spiraculum uitæ: in Eua Deus non insufflauit, quanquam anima inaspectabiliter in ipsam descenderit. Compactus est Christus ex duabus naturis, ex diuinitate & humanitate: Ecclesia ex hominibus tantum est coacta, sed & Spiritus Sanctus inuisibiliter eam perfundit; lepideq; insufflatio illa Verbum significauit æternum, quod ex Patre processit, cum caro factum est. Sol, si Anastasio credimus, super terram congestus est, & in Cœlum euectus, Luna in ipso Cœlo efformata; Et Adam extra paradysum plasmatus, in paradysum est translatus: Eua uerò in cometeducta, & Christus in utero uirgineo, quasi noua terra, non iuxta cæterorum hominum consuetudinem, primum conflatum, deinde deliniatus & uiuificatus, sed unico momento con simul & formatus, & absolutis membris omnibus animatus, ut Sol; & Adam formatus, quia nouum creauit Dominus super terram, foemina circumdedit uirum. Ecclesia autem in ipso paradiso, & sanctissimo Cœlo lateris Christi congesta profiliij. Sol nunquam micantissimo destituitur lumine; Luna uerò defectus, & imminutiones, renouationesque perpetitur: Adam deceptus non fuit, sicut dicit Apostolus, nec intellectus lumine orbatus, quanquam ut mulieri indulgeret, post eam protinus deliquerit, Eua uerò decepta, & à tenebrico serpente in erroris tenebras inducta est. Christus adeo effulsit, ut nullis unquam culpæ tenebris offusus fuerit; Ecclesia uerò quanquam perenniter sancta, in membris tamen quandoque obscuratur. Et hæc quidem ex Anastasio. Quibus id unum adijcere possumus, Sol in Mundi excidio obscurabitur, Luna uertetur in sanguinem. Adam post deploratam iniquitatem (ut Patres existimant) mortem subiit, qui immortalis congestus fuerat; & Eua post ærumnas partus, rebus excessit humanis: Christus in crucis patibulo, cum Iudæis esset scandalum, & Genti-

Ioan. 3.


Ephes. 5.

Gen. 2.

Jerem. 31.

Matth. 24.

Mirifica



Et stellas.

a. Id est Sanctos.

& Gentibus stultitia, atris tenebris Mundum obruentibus expiravit, & Ecclesia in Mundi exitio, ex immani electorum cade, que ab Antichristo fiet, quasi cruento-fa deficiet, adeo ut funestus futurus sit cunctis finis: sed Soli in septuplum augebitur fulgor, Luna ut Sol emicabit, Adam & Eva ab aeterna gloria (ut pie creditur) non fecluentur: Christus surrexit in coruscantissima carne, & Ecclesia triumphans euadet.

a. Astrologia Mystica.

A N A S T A S I V S Synaita Commentarijs in Hexameron.

De illis autem dico stellis, quae illuminarunt, & in viam deduxerunt super terram sanctorum Apostolorum, & Prophetarum, & Doctorum, qui illuminantur a Sole iustitiae, & dicunt: Et de plenitudine eius nos omnes accepimus. Quid enim erat omnino opus stellis? Cur autem non facta est Luna perpetuo plena, & noctem illuminabat? Quid autem etiam iuuatur creatura, quod attinet ad literam, ex ortu & instauratio-ne, & defectu Lunae? Quid autem lucri facit Ecclesia, videns quae dicitur, vram, quae nunquam occidit? Quid etiam pliadem vnanimiter ducentem chorum sex stellarum? Alia quoque sunt innumerabiles figurae, & nomi-na in astris firmamenti. Ex quibus Ecclesia nihil docetur spirituale, ex corporali eorum positura, & mo-tu. Si quis autem vim habet recte cognoscendi, ac dijudicandi, estque legis divinae cognitor, & lector, legat intrinsecus & extrinsecus diuinas tabulas a Deo scriptas, ut quae extrinsecus quidem intelligantur secundum literam, intrinsecus autem secundum spiritum. Sunt autem duae quoque tabulae Caelorum; quae intrinsecus quidem ferunt ratione praeditas stellas Angelorum, Angelicorum mysteriorum ac rationum, extrinsecus au-tem stellas, quae cadunt sub aspectum, & earum describentes gignunt per eas, quae sunt in ipsis, figuras; locaque, & cursus differentias, nos docentes differentias, & tempora, & loca, & mores, & cursus, & ap-parationes Sanctorum, qui illuxerunt in firmamento fidei, qui ex alto nos illuminarunt.

Ex his vnum illud demonstrare enititur Anastasius, stellas, stellarumque micantium classes in firmamento mirifico ordine sitas, secundum spiritum, veluti & caetera omnia quae in hoc pulcherrimo Mundi theatro spectantur, mysteria sublimia significare, & in-finuare. Coelum igitur hoc amplissimum, in quo stella, tanquam faces hinc inde ruti-lantes vagari videntur, quasi mystica, & spirituali astrologia discamus contemplari, ut inde documenta ad instituendam vitam excerpere valeamus. Quid namque afferrent nobis profectus, ac iucunditatis diuersa stellarum indagatae magnitudines; quid eor-um ortus & occasus; quid diuersarum figurarum congestio, ut Virga, quae nunquam occidit; quid Lyra, & quadraginta octo illae effictae ab Astrologis imagines; quid via ipsa lactea nuncupata; quid diuersa lumina rutilantia, nisi ex horum allegoria, sanctorum diuersos scrutantes calles, chorosque diuersos, documenta decerperemus ad vitam? At vero ad hanc consequendam scientiam, instrumentum astronomicum illud, quod quadrantem appellant, summo opere nobis opportunum, ut stellarum altitudinem dignoscere possimus, existimandum est. Quadrans instrumentum est, in quo quasi in dimidia parte semicirculi, aequo interuallo praesignantur numeri a primo ad nonagesi-mum: ea autem arte compactum est, ut per foramina duo, dum stellae altitudo prospici-tur, sursumque attollitur, vel deorsum, decidat plumbea pillula, centrum terrae semper petens, ipsumque denotet numerum stelle altitudinis, quam inuestigare cupimus. Ars pa-riter nostra erit, ut quadrantem contemplationis per duo foramina aequae librata, vitam nempe nostram, & sanctorum, sublimitatem eorum scrutemur, tuncque ex pondere im-perfectionis nostrae deorsum ob grauedinem tendente, sanctorum praesentiam appri-mae & conspicue demonstratam intelligemus: Astrologiam ergo spirituales Anastasio ductore adeamus.

Ioan. 1.

Ex stellarum consideratio ne quae vitia-ras accidat.

Astronomi-cum instrumē-tum quod.

Astronomi-co instrumē-to quomo-do spirituali-ter vtendum.

Diuersus

Diuersus ortus stellarum, diuersa tempora, quibus sancti floruerunt, indicat.

A N A S T A S I V S Synaita Commentarijs in Hexameron.

Propterea aliae quidem ex stellis, nocte adhuc crescente, erroris, in qua, exoriuntur, cuiusmodi fuerunt Abel, Enoch, & Noe, & Abraham. Aliae autem rursus in medio lucis & tenebrarum, quales nouimus eos, qui fuerunt in lege. Aliae autem rursus procedente nocte, & die appropinquante, qui sunt beati Prophe-tae, & Baptista, & maxime qui erant propinqui splendori ortus Domini. Quorum quidem Prophetarum vlti-mus, & omnium clarissimus, tanquam lucifer matutinus, Solis nempe Christi praecursor Ioannes, dicens; Ecce post me oritur Mundo Sol iustitiae. Qui cum esset exortus & egressus ex aquis Iordanis, diluculo osten-dit duodecim domos discipulorum, qui sunt stella, quae continent, & dominantur omnibus stellis firmamen-ti, nempe Ecclesia.

In firmamento hoc nostro amplissimo, titi in Coelo, aliae ex stellis sub noctis primis tenebris exurrexerunt: huiusmodi fuere Abel, Enoch, & Noe; Aliae rursus in media nocte, sed ante Lunam, ante ipsam legem, Abraham, Isaac, Iacob; Aliae cum Luna, Mo-ses, Aaron, & similes; Aliae tandem aduentante die, ut Prophetae postremi, Isaias, Hie-reximas, Ezechiel, Daniel usque ad Zachariam. Scintillauit inde in firmamento nostro lucifer matutinus, paulo ante purpurentem, rorsidamque auroram, praecursor Ioan-nes ille, qui praecinuit: Ecce post me oritur Mundo Sol iustitiae: Ecce post me uenit, qui ante me factus est. Verum subijciamus alteram quoque speculationem. Triplex stellarum ortus est apud Astrologos; cosmicus, siue mundanus, cum stella super Ori-zontem scaedit in die ipsa fulgida, & hoc ortu emerferunt stellae sancti nonnulli, ut Apo-stoli, Christo ueluti Sole adhuc uitam transigente, & Mundum illustrante. Alius he-liacus, cum decidente Sole, stella spectari incipit, qua & serie enati dicuntur sancti, qui in Christum etiam uiuentem crediderunt, sed se fidei amulatores non nisi eo passo, atque resuscitato demonstrarunt. Alius cronicus, siue temporalis, cum occiduo Sole, ex par-te Orientis emergit stella in nocte ipsa pallecente, seu tenebris nigrescente. Atque hac serie manarunt sancti post Christum innumeri.

Duodecim Zodiaci stellarum chori diuersos sanctorum caetus demonstrant.

A N A S T A S I V S Synaita Commentarijs in Hexameron.

Quod si vis melius distere aliqua etiam nomina huius, qui erat aliquando Zodiacus circulus Ecclesiae, nepe duodecim stellarum Apostolicarum, considera firmamenti duodecim appellationes. Haec autem sunt, Virgo, Hesperus, Lyra, Gemini, Leo, Taurus, Arias, Sagittarius, Aquarius, Pisces, Scorpius, Cancer, & alia plurima. Sed ea quidem fabulose & falso sunt appellata, in firmamento autem Ecclesiae spiritualiter & semper lucent. Habet enim Virgine stellae Ecclesia luminare, nempe sancta Virginem, & eos, qui seipsos castrarunt propter regnum Caelorum. Ex quibus fuerunt etiam quinque illae virgines, quae media nocte tanquam stella lumen lampadum accenderunt. Habet et Ecclesia Geminos stellae, Thomae, qui dicitur geminus. Habet Leonem, nempe Lucam. Nam & Leo conspectus est in Seraphim, quandoquidem ad virum optimum scripsit Euangelium. Porro alios quoque habet leones, quos peperit Christus. Sicut catulus leonis Iuda, qui quidem imperarunt & regnum obtinuerunt in feras aliquando belluas, nempe Gen-tes. Congregatio enim horum taurorum in iuuentis Ecclesiarum: Sed & Marcum habet, qui tanquam Bos apparuit in animali sex pennarum, quonia a sacrificijs incepit Euangelium. Habet & Arietes, qui semen verbi gregi iaciunt. De quibus dictum est; Asserte Domino filios Arietum. Habet Sagittarios, eos qui praesunt populo, & clamant ad Dominum; Qui doces manus meas ad bellum, & posuisti ut arcum areum brachia mea. Habet et stellas Pisces hoc firmamentum, quos piscati sunt Petrus, & Iacobus, & Ioannes piscatores. Habet etiam Lyram, sa-pientissimum Paulum. Habet & Cancrum, rursus Petrum; duplici enim gressu in eo ambulauit Sol; qui ca-dit sub intelligentiam, nempe ante & retro. Per ipsum enim fulgurauit, & in ihs, qui erant ante, qui quidem erant ex Iudeis, & in ihs, qui erant retro, qui sumus nos. Ambos enim traxit Petrus, hos quidem signis, illos vero doctrinis.

Possimus clariori ordine ab Ariete inchoantes, quem signorum primum Mathema-tici constituunt, harum imaginum duodecim caelestium allegoriam prosequi, non pre-terminis ihs, quae ab Anastasio nobis suggesta sunt. Zodiacus ipsius sanctae Ecclesiae typus est: nam quemadmodum pars ea Coeli, quae circulo Zodiaco est complexa, Zo-diacus appellatus est *Zoh*, a uita, quasi uitam gerat, cum in eo perennem Sol se-dem obtineat: ita Ecclesia, ea scilicet mortalium pars, quae in Ecclesia aggre-

hhhh gata

Ioannes Ba-ptaista lucifer matutinus. Ioan. 1. Stellatum tri-plex ortus tri-plex ortum sanctorum in-dicat.

Psal. 28. Psal. 17.

Zodiacus ty-pus Ecclesiae.

Apostolorum
cetus arietis
signo compa-
ratus.
Psal. 28.
Genes. 22.
Christus est
aries.

Tauri signo
assimilantur,
qui in Chri-
sti Crucifixi
meditatione
persistunt.

Geminorum
signo signifi-
cantur Petrus
& Paulus.
Serm. 1. in
Nat. horum
apost.
Cancro com-
paratur mar-
tyres.

Sap. 5.

Leo sanctos
cum Christo
surgentes, uel
eius resurre-
ctione medi-
tantes iudicat.
Apoc. 5.
Christus ca-
culus leonis.

Virginis si-
gno chorus
uirginum re-
presentatur.

Libra Antisti-
tes designan-
tur.

gata est, Zodiacus nuncupari potest, quippe quae in ea vita anima ad vitam aeter-
nam properans, alatur ea de causa, quod Christus uita foens inexhaustus in ea perpetuo
confideat. Verum duodecim imagines tantopere decantate, quae ipso in Zodiaco co-
sunt, cuncta praecelara sanctorum uita genera, & sunt omnia admiranda porten-
dunt, & representant. Aries pluribus stellis micantibus insignitus, Apostolorum aciem
demonstrat; Apostolicus siquidem cetus, raquam aries Deo in sacrificio oblatus fuit,
iuxta illud; Afferte Domino filij Dei, afferte Domino filios arietum. Christus aries
ille est, de quo scriptum est; Leuauit Abraham oculos suos, uiditque post tergum arie-
tem inter uepres herentem cornibus, quem assumens obtulit holocaustum pro filio. In
Christo siquidem duo perpenduntur; diuinitas, & humanitas. Porro in sacrificio,
quod obtulit Abraham, nempe Deus humani generis parens, aries Christi humanitas,
inter uepres collocata, quoniam arumnis, quasi spinis circumseptae erat, herens corni-
bus, immanita nimirum eius potestate cohibita, offertur holocaustum pro humano ge-
nere. Huius filij, Apostoli fuerunt; ab ipso siquidem uocati sunt, atque in uita Euan-
gelicam progeniti. Congruè igitur filij arietum Domino in sacrificio sunt oblati,
cum martirio fuere decorati. Et quemadmodum in ariete plures emicant stellae: ita
in Apostolatus coetu plures fulgent Apostoli. Taurus deinde chorum stellarum ful-
gentium gestans, sanctorum ceterum & aciem presignat eorum, qui in Christi cruci af-
fixi, atque pro humano genere in sacrificio oblati, meditatione persistunt. Fulgen-
tior stella in ipsa hac imagine, Lucas est Euangelista, Boeis insignia gestans, quoniam a
sacrificij coepit Euangelium, atque uberrimè de Christi sacrificio expiante inquina-
menta Mundi pertractauit. Cum ipso Tauro plures emicant stellae, crucifixi medita-
tores. Gemini inde sequuntur: & quid per Geminos aptius interpretabimur, quam
Petrum & Paulum, lumina primaria, quae Ecclesiam illustrant? Hi siquidem sunt duo
perlucidi oculi Ecclesiae, ut inquit Leo Papa, qui ut gemini eodem patiter die martirij
coronam nati, celeberrima una decorantur festiuitate. In ipsisq; ad sunt stellae fulgi-
dae, sancti illi, qui cum ipsis praedicationis, ac peregrinationis munera obiere, de qui-
bus & in Scripturis, & in Patrum monumentis celebris est memoratio. In Cancro mi-
cantes stelle, martyrum chorum indicant, qui quasi retrogrado gradu per tormenta, &
neces incessere. Quis enim non obstupescet ad Cancro progressionem, qui dum anteor-
sum incedit, retrorsum proficisci uidetur? En martyrum coetus. Quis certè in ipsis non
admiretur, quasi retro grados incessus, cum ad cantum per luctum, ad uictoria per clades, ad
solatia per tormenta, ad coronas per spinas, ad nectar per famem, ad fontem perennem per si-
tim, ad imperium per oppressionem, ad uitam per mortem progressi sint? Vnde & impij de hac
Iudificatione maximè conqueruntur, cum inquirunt: Nos infensati uitam illorum aestimaba-
mus insaniam, & sine illorum sine honore; Ecce quomodo computati sunt inter filios Dei, &
inter sanctos fors illorum est. In Leone pariter collucentes stellae, sancti sunt, qui cum Chri-
sto resurrexerunt, uel de Christi resurrectione meditantur, ut spiritualè sibi ex eius ex-
plo resurrectione nancisci ediscant: uel ut eius resurrectione solidati, futuram, & naturam
prorsus imperceptam, peregrinamq; corporum resurrectionem sperent, & affectent. Christus
siquidem calculus est ille leonis, de quo legimus; Vicit leo de tribu Iuda, in cuius fauce
mel apum exiliit, contemplatio nimirum suauis futurae resurrectionis, & qui leones Apo-
stolos, & Antistites edidit, ut caeteris belluis syluestribus, in antris, & umbriferis secessi-
bus latitantibus, Gentibus nempe imperarent. Micantior stella in hac imagine ipse est
Marcus, Leonis insigne ferens, qui de Christi resurrectione praecleariorè, & eminentiorè
nobis tradidit historiam. Praeterea Zodiacus iste imaginè Virginis gestat, pluribus refertam
stellis, uirginum nempe ceterum, quartum immensus est numerus, immensa & claritas: rutilant siqui-
dem uirginitas suae puritatis nitore. Habet haec imago coruscantissimam stellam, supremam qui-
dem uirginem Deiparam beatissimam, quae sola uirginis ferocitate, Dei iustitiae zelo exardescere
sua puritate cohibuit. Habet & sanctarum uirginum choros, nempe uirgines eas prudentes,
quae media nocte huius labentis, atque tenebrosae uitae, luminae charitatis, diuiniq; amoris,
suis in cordibus, quasi aureis lapidibus accenderunt, ut reserata ianua in morte, cum spon-
so ad perennes nuptias ingrederentur. Libra in zodiaco efficta, pluribus facibus & ipsa
decorata, Antistitum coetum demonstrat. Lucescunt siquidem ut stellae in Libra Pontifices, qui
incor-

incorrupta iustitia, Christi Ecclesiam regunt. Nam & ipsis, quemadmodum &
Principibus collata est libra, & ensis, quae iustitiae insignia sunt. Libra, ut ediscant appri-
mè sibi merita, & demerita libranda esse, trutinanda, ac ponderanda. Sed quid? Illud
verò maximi refert, ut pondere Christi imagine insculpto perpendant merita, non au-
tem alia quauis imagine; ut Christi charitate & exemplo demerita hominum librent, &
condignis poenis Christiana pietate succensi, fontes, atque noxios plectant, non autem
quouis alio Mundi, seu proprio ducti zelo. Gerunt quoque enses duplicem, &
quidem ut Principes ferreum, quo criminosos poenis mulcent, ut Angeli uero, nimirum
ut Dei ministri, flammeum, excommunicationem uidelicet, qua animas transfigant.
Ensem, de quo illud interpretari potest: Fugerunt a facie gladij imminentis.
Terrificus & Scorpius, quem exitiale venenum euomentem perhorrescimus, in eo ipso
Zodiaco effingitur. Scorpius iuxta hieroglyphica Aegyptiorum, in aquam merfus, inno-
cuam significat prauitatem, ut in terra noxiam & lethalem, propterea respicientes im-
probos insinuat, qui in aquis poenitentiae & lachrymarum merfi, innocuam ferunt suam
prauitatem, quinimmo cum Crocodilo dimicant, quoniam Scorpius, & Crocodilus
mutuo odio flagrant, ut se conspiciunt, in mutuam cedem ferinae rabie perciti rapiun-
tur. Crocodilus autem Daemonis, humani generis infensissimi hostis est typus, cum
quo peccatoribus inextricabilis est pugna. Emicant igitur in scorpionis imagine sancti,
qui primò flagitiosi insignes, sanctitatis postmodum nomen illustre sibi praeripuerunt,
& vendicarunt, ut Latro, Matthaeus, Magdalena, & consimiles. In ea ipsa Ecclesia Zo-
diaco nostro pingitur & Sagittarius, concionatorum nimirum coetus, qui uerbo Dei,
quasi sagittis corda impiorum confixerunt: Animate uertasque effectum esse arcum ex-
fune, & curuo ligno, & sagitta: sagitta porro Dei est ipsum uerbum, de cuius admodum
penetrante ictu D. Paulus: Viuus est sermo Dei, & efficax, & penetrabilior omni gladio
ancipiti, pertingens usque ad diuisionem animae & corporis. Funis charitas est. Arcus
proinde naturae ipsius uires, ingenij, inquam, perspicacitas, memoriae foecunditas, mentis
celsitudo, quibus quae deferenda sunt populis, sacri Oratores excogitant, ruminant, &
praeparant. Elocutio concinna, pronuntiatio grauis, ac elegans, quibus res iam mente
coceptas populis exhibet. Caeterum id est unicum munus Concionatorum, ut attracta quan-
tò magis possint fune, lignum incuruent, quò maiori impulsu sagittam vibrent, ingenti
nimirum charitatis seruire, tantum opus persoluerent studeant, ut Dei uerbum audien-
tium corda maiori efficacia, & ut penetret, ac transfigat. Emicant igitur in hoc signo Ec-
clesiae sanctae lumina, Doctores, & Declamatores, quorum non exiguus est numerus,
quanquam diuerso polleant claritatis candore. Hi sunt, qui Deum alloquuntur; Qui
docet manus meas ad praesens, & posuisti ut arcum aereum brachia mea, quoniam uires
cunctas, quas in difficili hoc munere subeundo sibi suppeditari agnoscunt, a Deo proue-
nisse arbitrantur. In Capricorno stellae illae splendet, sancti illi, qui pro liber-
tate, immunitateque Ecclesiae tuenda, acerrimè tyrannorum impetum retulerunt, cor-
nibus siquidem duobus contra infensos tyrannos impauidi dimicarunt, spirituali uide-
licet, & terrena auctoritate. Duo enim hi sunt gladij, quos Apostoli contra eos, qui
Christum uinculis colligare nitentur, paratos esse dixere, quoniam Pontificibus &
Antistitibus aduersus eos, qui Christi maiestatem in Ecclesia residentem & coruscantem
proterere conantur, non desunt praefatae duae eminentissimae potestates. Splendet in
hac imagine, rutilanti quidem radio, Alexander ille tertius Canonici Ordinis decus praeci-
puum, qui Federici Oenobarbi ceruicem generosè pede calcans, in clamanti illi; Non
tibi, sed Petro; respondebat: Et mihi, & Petro. In Piscis imagine ad sunt stellae praec-
larae; iusti, inquam, illi pietate molles, quos piscati sunt Apostoli, uita nempe actiua,
& pietatis, seu misericordiae operum aemulatores, è quorum ore depromptus est stater
optimi meriti: hi sunt, qui ad dexteram nauigij reperti sunt iuxta dominicum praec-
ptum; Mittite in dexteram nauigij rete, & inuenietis. Hi siquidem non terrigenarum
rerum spe, sed caelestium siti, pietatis operibus uacant, dexteram Ecclesiae colentes,
hoc est, rerum diuinarum meritum, ut & in dextera Christi inueniantur in die terrifico
iudicij, & audiant: Venite benedicti, &c. Tandem in Aquario splendet stella; Do-
ctorum nempe classes, qui aquas sanctarum doctrinarum ex urna metis Spiritu Sancto
h h h h 2 imbutae

Libram & en-
sem quomo-
do ferre de-
beat Antisti-
tes.

Isa. 21.

Scorpio pe-
nitentes indi-
cat.

Doctores & pe-
nitentes certat
ut Crocodi-
lus & scorpio.

Sagittarius e-
tiam concio-
natorum praec-
monstrat.
Heb. 4.
Dei Verbum
ut arcus, &
quomodo eo
uri debent co-
ncionatores.

Psal. 17.

Capricorno
Ecclesiae liber-
tatem tuentes
sancti signifi-
cantur.

Pisce demon-
strantur iusti
actiuae uita
inferuentes.

Ioan. 21.

Aquarii si-
gnum Docto-
res insinuat.

imbutæ, in Mundum effudere, vt Ambrosius, Augustinus, Hieronymus, Gregorius, & alij, quorum doctrina cœlestis & præclara, per ipsorum lucubrationes, tanquam per flumina effluens, Vniuersum irrigat, adeò vt Augustinus in Africa censeatur vt Nilus, Ambrosius ut Eridanus in Gallia Cifalpina, Gregorius vt Tyberis in latio, Gregorius Nazianzenus Cappadox ut Euphrates, Hilarius ut Rhodanus in Gallia, & præstantiores Ecclesiæ Doctores amnes uberes censeari possunt earum Prouinciarum, quibus doctrinam suam effuderunt. Consimilia allegoria & cæteras extra Zodiacum imagines ad spirituales contemplationem redigere possemus, habet enim firmamentum nostrum Lyram, eorum nempe sanctorum choros, qui modulamine tum doctrinæ, tum exemplorum concinno, decantarunt, cum euangelica præcepta foecunda oratione promulgarunt, & suauiter pulsarunt, morum cœcentu, suauiq; harmonia, passiones quasi distentas cordas, sedatas, atque compositas gestantes in lyra cordis. His consimilia de cæteris imaginibus prodere possemus, sed sufficiat mihi solertibus ingenijs modum indicasse.

Septem planeta septem Diaconos, vel septem sublimiorum virtutum fulgore præditos sanctos significant.

A N A S T A S I V S Synaita Commentarijs in Hexæmeron.

Habet etiam septem planetas, nempe septem Diaconos, qui contrario ingressu ingrediuntur aliorum reuolutioni. It enim in cibando ad multitudinem, que ab alijs docebatur, ne caderet propter necessitatem corporis, suffulciebant uerbum, quod dabatur ab alijs.

Non ineptè Anastasius septem planetas septem dixit esse Diaconos, tum quoniam contrario ingressu incedere uidebantur eo, quo progrediebantur Apostoli, cum Apostoli prædicationi incumbèrent, quod est uita contemplatiuæ munus: Diaconi uerò quotidiano vacarent ministerio, quod est actiuæ onus, tum quoniam Diaconi quasi rebus humanis præessent, quemadmodum planeta irrequieto suo cursu, rebus præfunt sublunaribus, uicissitudinibus obnoxijis, sed ut ad ampliore hanc redigamus allegoriã, asseuerare possumus septem planetas septem genera sanctorum portendere, qui septem uirtutibus præcipuis maximè pollere spectantur, cum his uirtutibus, quasi uirtutibus, mens humana actiones peragat & moderetur. Sol igitur erunt, qui fidei lumine claritate præditi, & calore pollent, qui fidem, inquam, uiuam, ut aiunt, & nō mortuam gerunt. Luna, qui prudentia rebus humanis præfunt. Iupiter, qui iustitia Mundum moderantur, & regunt. Mercurius, qui spe, quasi alis, ad cœlestia se extollunt. Mars, qui fortitudine obuia aduersa proferunt. Venus, qui non amore rerum terrigenarum, seu carnalium voluptatum, sed efflagante diuina charitate perciti sunt. Saturnus tandem, qui adeò gelido, grauiq; pede incedunt, temperantiæ uirtutis ope, ut prolabi, præcipitesque se in uitiorum labem dare nequeant.

Stella insignes sanctos etiam præclaros denotant.

A N A S T A S I V S Synaita Commentarijs Hexæmeron.

Habet & Perseum stellam, quem uoles ex Magis uenientibus ex Perside in Bethleem per stellam, ad Solem, qui cadit sub intelligentiam, & absconditur. Habet & Aquarios, ad quos dictum est: Fluij ex ventre eius fluent aque uiuæ. Habet etiam Hesperos, qui exorti sunt circa horam undecimam.

Emicant in firmamento stellæ quædam claritate insignes, quæ quidem insigniores, præclarioresq; sanctos portedere possunt. Memorat Anastasius Perseu stellam, & Aquariu, quæ imagines sunt, Perseumque, cætum Magorum ex Perside stella duce profectorum, ut Christum uix natum prostrati adorarent, & tanquam regum regi muneribus feudalibus iura redderent, significare autumat. De Aquario iam supra dictum est. Hesperam etiam sanctos illos notificare, pariter Anastasius decernit, qui exorti circa horam undecimam, seu sub postremis ferè uitæ diebus, in Christo renati, tantum celerius in sanctitatem adulescere conati sunt, quanto minus temporis sibi ad illam comparandam reliquū esse nouerant. Quibus adijcere possumus Pleiades, Arcturum, uiam lacteam, & cōsimiles. Quid enim Pleiades, seu uigiliæ, quæ futura portendunt, nobis indicant, nisi Prophe-

Planete septem
uirtutes septem
indicant.

Perseus. He-
sperus & Plei-
ades stellæ
quid signifi-
cent.

Prophetas futura uaticinantes? Quid Arcturus Veris clarissimum indicium, nisi sacerdotum gratiæ prodromos, ac ueluti paranympchos? Quid uia lactea plurimis minutis stellis albescens, nisi plurimorum sanctorum cœtus, non ita nomine illustriū? Porro neque illud conticere possum. Viam lacteam tunc effectam Poëtæ tradunt, cum ex Iunonis uberibus lac defluxit, ac in Orbem decidit: quod quidem quanquam commentitium, fabulosumque sit, exhibet attamen nobis contemplationem non asperandã. Iuno nostra Ecclesia sancta est, uerè Iouis coniux, Christi uerè Mundi moderatoris. Vbera illius sacramenta sunt, quæ, dum Christo copulata est Ecclesia in cruce, cœlesti lacte, seu gratia fuere distenta. Decidente igitur lacte gratiæ ex uberibus Ecclesiæ, ex sacramentis, effecta est uia lactea; numerosa inquam acies sanctorum non ita insigniū, qui claritate sua, non modicum Ecclesiæ afferunt splendorem.

Diuersi aspectus, & cursus Stellarum, diuersa sanctorum ostendunt uita genera.

A N A S T A S I V S Synaita Commentarijs in Hexæmeron.

Non solum autem appellationes, sed etiam ipsæ figuræ & species Stellarum nos reducunt ad spirituales notiones, & contemplationes. Propterea ex ijs alia quidem læta sunt, tanquam subidentes, ut is, qui dicit: Semper gaudeo in Domino, sine intermissione orate. Alia uerò mœsta & tristes, ut ij qui audierunt eum, qui dixit: Beati qui lugent. Alia rursus diem festum celebrantes, ut ij qui pro Christo sunt accensi, & dicunt: Transiimus per ignem & aquam. Et alia acres, cursu contententes, ut ille, qui ab Hierusalem transiit usque ad Illyricu, & cum illic cum suo coninge Petro occidisset, in occasu ambo Occidentem illuminant.

Duplicem aspectum stellarum, duplicemque cursum nobis proponi ab Anastasio in his conspiciamus. Quantum enim ad aspectum attinet, stellarum alia sunt læta, ac ueluti subidentes, luce nempe perspicua rutilantes: & hæc sanctos eos nobis designant, qui uitam hilarem ducunt in Christo, iuxta sapientis consilium: Cognoui quod nō esset melius, nisi latari, & facere benè in uita sua: & iuxta D. Pauli oraculum: Gaudete in Domino semper, iterum dico gaudete; hi que sunt, qui cum hominibus quibuslibet uitam ducunt, sed semper tum dictis, tum exemplis fulgent. Alia uerò sunt mœsta & tristes, luce nimirum quadam subnitida pallecentes; & hæc insinuant nobis sanctos eos, qui afflictatam transigunt uitam mortificatione, iuxta Seruatoris consilium; Beati qui lugent: hi que sunt, qui hominum commercia subterfugiunt, solitarios secessus diligunt, mentemque ad superna uelut elaborant. Atque hæc duæ classes Regularibus ita adaptari possunt, ut primæ stellæ Regularem Canonicam uitam repræsentare dicamus, altera uerò Monasticam. Quantum uerò ad cursum spectat: alia sunt, quæ polis proximæ, non peruolitare, sed stare perspiciantur, & eos portendunt sanctos, qui iam in rerum diuinarum contemplatione quasi sublimati, pene diem festum celebrantes, expectant uitæ exitum, tædio uitæ huius lubricæ affecti, quò ad supernas sedes conscendant. Alia sunt, quæ circa Zodiacum sitæ, irrequieta uolitatione, per amplissima flammatae substantiæ spacia acriter decurrunt: Et sunt, qui in Ecclesia ut Euangelium propagetur, mirificè defatigantur, hinc inde prouinciã plurimas peragrantes, & maximis ac infinitis prope periculis, ac discriminibus seipso exponentes. Tales fuere duæ illæ fulgentes stellæ, Petrus, & Paulus, quæ exortæ in Hierusalē, quasi in ortu, illustrato Oriente, Mundum peruagantes, tandem sub uitæ exitu occidentem etiam, Romæ diem extremum claudentes micarunt.

Diuersi situs ac ortus stellarum, diuersa sanctorum demonstrant loca, et tempora.

A N A S T A S I V S Synaita loco præcitato.

Unde uidemus alias quidem ex stellis lucere ad Boream, alias uerò ad Austrum, alias autem ad Ursam. Et alias in locis diuersis oriri, quæ illuxerunt in toto Orbe terrarum, significantes luminaria Ecclesiæ. Nam cur non in omni tempore lucent omnes stellæ, sed alie quidem oriuntur uerno tempore, statim post Christi resurrectionem: quæ quidem sunt beati Apostoli, & qui simul orti sunt cum ipsis Discipulis. Alia autem rursus ex stellis sunt æstiuæ: quæ quidem sunt ij, qui rectè portarunt pondus, & æstium afflictionum, & carnis

Lactea uia sā-
ctos non ita
illustres de-
monstrat.

1. Thessa. 5.
Mat. 5.

Ecclesiasta. 3.
1. Thessa. 5.

Matth. 5.

Stellarum di-
uersis cursu
diuersa sācto-
rum instituta
ostendunt.

earnis ardorem fortiter sustinerunt, & mercedem expectarunt, ut operarij messis Domini. Sunt etiam quædam stelle hyemales, quas quidem sunt martyres, qui illuxerunt in media hyeme idololatriæ.

Et hic pariter diuersum stellarum situs, diuersum ortus earum tempus, allegoricè nobis excelsas contemplationes suppeditant. Porro aliæ splendent ad Boream, aliæ ad Austrum, & aliæ ad Aequatorem, quoniam alij sanctorum in prosperitate, tanquam in Austro siti, temperantiæ specimen præbuerunt. Alij in aduersitate quasi ad Boream positi, fortitudinis monumenta reliquere: Nonnulli tanquam sub Aequatore collocati, prudentia duce hinc inter prospera animam extollentia, illinc inter aduersa ipsam constentia, adeo recto tramite inceserunt, ut mirificè coruscarent exemplo. Rursus non omni tempore lucent, exoriunturvè stellæ, sed nonnullæ uerno tempore, eosque indicant sanctos, qui in primitiua fulserunt Ecclesia; Aliæ æstiuo, & eos significant, qui in tempore persecutionum Ecclesiæ, rectè rulerunt æstum afflictionum, & carnis ardorē conruderunt; Aliæ hyemali, & referunt eos, qui in media idololatriæ hyemē illuxerunt. Vel dicamus, quod sanctorum alij emerferunt uerno tempore, & sunt qui dum Ecclesia uberrimè florescebat primæis temporibus, & ipsi summo sanctitatis enituerunt fulgore. Alij æstiuo, qui in summa Ecclesiæ prosperitate, mirificè iuisti sunt sanctitate & doctrina pollere. Alij autumnali, qui uberem meritum copiam, dum aduersitatibus angeretur Ecclesia, nacti sunt. Alij tandem hyemali tempore exorti sunt, qui nouissimis temporibus in hyeme persecutionum Antichristi rutilabunt.

Diuersi progressus Stellarum, diuersos sanctorum ordines significant.

A N A S T A S I V S Synaita ut supra.

Quod si etiam dicendum est de earum positura, ne ea quidem est impropria, & sine mysterio. Nam aliæ quidem ex ijs ingrediuntur tanquam solitarij Monachi, ut qui ex numero duodenario proficiuntur ad prædicationem, conuenienter ei qui dicit; Singulariter ego donec transeam, & ut ij qui soli vitam exercent monasticā in rupibus, in quibus non sunt fontes, dicentes; Singulariter in spe constituiſti me. Alij autem simul binij, aut terni, ut qui ex septuaginta duo proficiscébantur, aut etiam qui duo simul exercebantur ad certamina ascetica seu monastica, cum audiissent eum, qui dicebat; Vbi sunt duo, aut tres congregati in nomine meo, illic sum in medio illorum. Aliæ ingrediuntur instar chori, aut coronæ, cuiusmodi sunt, qui dicunt; Ecce quam bonum, & quam iucundum, habitare fratres in unum. Et aliæ quidem perfectæ, que quidem sunt valde lucidæ, tenentes locum Doctorum, & Pontificum, qui dicunt; Ecce ego, & pueri, quos dedit mihi Dominus: cuiusmodi fuit Paulus, qui cum supra omnes esset prima, & maxima stella, habebat consequentes veluti quasdam breues, Thimotheum, & Silam, & Barnabam, & Lucam, qui non multo post ex discipulo, magistro factus est confessor, & si non falsum dixit, qui dicit; Sufficit discipulo; si sit sicut magister, non fuit minor Paulo; Simul enim considet cum Paulo. Aliæ autem rursus tenent figuram crucis, ex quibus erat, qui dicebat; Qui suam carnem crucifixerunt cum vitijs & concupiscentijs. Aliæ quoque gemina incedunt & coniugata, ipsum, tanquam Christi iugum ferentes, & anima & corpore ipsum trabentes, tanquam duo oculi lucentes. Vnde & mouentur & currunt stellæ, tanquam quadam animatæ imagines, inanimorum luminarium magistrorum.

Consentaneum est, ut de stellarum etiam positura aliquid contemlemur. Stellarum aliæ solitariæ nuncupantur, portenduntq; uel eos, qui soli proficiuntur ad prædicationem, ut inquit Anastasius, uel qui vitam exercent Anachoriticam in rupibus, nemō ribusque umbriferis, Mundo prorsus abdicato, ut solitudinis bona adipiscantur. Quāto enim magis à Mundi curis dirimuntur, tanto amplius Deo connectuntur: hiq; sunt, qui resident ad fontes Helim, sub umbrāq; palmarum, singulari nempe fidei gratiā potati, & protectionis eius, cuius uictoria est insigne, muniti, adeo ut conclament: Tu domine singulariter in spe constituiſti me. Aliæ sunt stellæ, quæ binæ, uel ternæ incedunt, & sunt discipuli, qui consociati ad promulgandum Euangeliū proficiscébantur, uel qui Monasticam profitentur uitam Cēnobarum, exercenturque ad certamina ascetica, seu monastica, de quibus illud: Vbi sunt duo, uel tres congregati in nomine meo, illic in medio eorum ego sum; nam stetit Iesus in medio discipulorum suorum clausis ianuis. Perstat pfecto Seruator in medio Cēnobarum inuisibili Spiritus Sancti afflatu, & dicit eis: Pax uobis: quoniā dū Christus inter ipsos cōstitit, pace undiq; omnia sūt referata. Aliæ sūt, quæ progrediuntur instar chori, aut coronæ, & sūt Regulares in urbibus simul coacti, qui clamitāt: Ecce quā bonū, & quā iucundū habitare fratres in unū; In ipsos. n. ex capite

Stellarū splendoris diuersa tempora, uaria tempora indicant, quibus sancti emicuant.

Psal. 140.
Psal. 4.

Mat. 18.
Psal. 132.

Gal. 5.

Psal. 43.

Matth. 18.

Io. 20.

capite Christo descendit unguentum suauissimum redolens sanctimonia, tanquā in barbam Aaron: quoniam Christi sunt decus & specimen. Nonnullæ porrò stellæ valde rutilant, & sunt Antiflites, & Doctores, pluribus clericali ordine insignitis minitris cōferti, tanquam stellis minoribus, qui præ cæteris doctrina, & exemplo fulgent; nam ipsi sunt lux Mundi, de qua Seruator: Vos estis lux Mundi. Sunt aliæ tandem, quæ gestant figuram crucis, & sunt qui valida, nec unquam interrupta mortificatione, carnem suā crucifixerunt cum vitijs & concupiscentijs; Hi siquidem crucem in corde insculptam ferunt, quinque ferrè plagis & ipsi Crucifixo affixi, quiq; aiunt cum D. Paulo: Ego stigmata Domini Iesu Christi porto, & promerentur interdum in membris quoque eas plagas incisas gestare, ut Seraphicus ille Franciscus. Aliæ tandem incedunt geminatae tanquam coniugatae, & sunt qui in sanctissimo Matrimonio coniuncti iugum ferunt immaculatum. Sic secundum spiritalem intelligentiam hoc modo astra possumus in firmamento Ecclesiæ nostræ contemplari.

Stellæ mysticæ, id est, sancti, prognostica sunt signa, temporaq; & dies, & annos indicant.

A N A S T A S I V S Synaita ubi supra.

De his enim stellis intelligamus, post sensiles, id quod à Deo dictum est; Et sint in signa, & tempora, & dies, & annos. Ita est enim, & facta est Ecclesia. Aliud enim fuit tempus Apostolorum, & aliud tempus Sanctorum, qui afferebant, & aliud Sanctorum Martyrum, & aliud tempus Doctorum.

Stellæ, ut etiam erudiuit nos Iunilius, primū specie sua præsignant, quæ futura sit aëris qualitas. Eandem pariter exhibent nobis & Sancti spiritualium prognosticorum commoditatem. Stellæ si rutilant, lætæque spectantur, futuram indicant serenitatem; & contra, cum lumine suboscure, pallescentesque, procellā venturā patefaciunt: Pari cōtemplatione, cum iusti & pij, seu sancti, firmamenti Ecclesiæ specimina, candescunt uitæ puritate, rubescuntque charitate, supernarum gratiarum, atque donorum ubertatem indicant; cum uerò refrigescit charitas multorum, ipsiq; pij & iusti subobscuri in puritate, pallescereque exigua spectantur claritate, aduersam, comminantemq; diuinā iustitiā indignationem, futurasque calamitates quamplures portendunt: nam & à nefandis quinq; urbibus, quia plures iusti in ipsis comperti nō sunt, iustam internecionem & cladem nemo potuit auertere, & uix Noë iusto reperto & seruato, aquarum exundantia in cataclismo reliquum humani generis iuste obruit, ac deleuit.

Sancti sunt stellæ, quas Deus numerat, & nomine uocat.

A N A S T A S I V S Synaita eodem loco.

De his stellis Deo dicit etiam David; Qui numerat multitudinem stellarum, & omnibus eis nomina uocat. Hoc est, ex ijs alios quidem uocat seruos: alios autem mercenarios: alios uerò operarios: alios autem amicos: alios autem patres. Nam si de corporeis stellis hoc intellexeris, non inuenies qui eas fecit Deum unicuique proprium imposuisse nomen, præter commune. Postea enim hominum sapientia aliam quidem uocauit Sagittarium, aliam uerò Dociam, aliam autem Præstera, aliam Typhonem, aliam Lanpadiam, aliam Pogoniam, & aliam aliter appellauit.

Maximum profectò fuit Astrologorum studium, ut multitudinem innumerabilium ferè stellarum, quæ ueluti æthereæ faces superno affixæ Coelo, & undique rutilantes, spectantibus summam ferunt iucunditatem, in classes seu imagines distribuerint, nonnullasque eximij & præcelſi candoris specimine decoratas, proprijs uocaminibus nuncuparint, atque ad certas magnitudinis classes redegerint. Porro de nostris stellis non idem contingit; Deus siquidem numerat multitudinem stellarum, & omnibus eis nomina uocat, præscriptus siquidem sibi est sanctorum omnium numerus, quia & in libro uitæ insculpta exarataque sunt cunctorum nomina, ita indelebili cælarura, ut rescindi, abolerique nunquam queant. Beatus profectò, qui scriptus est in libro uitæ.

Matth. 5.

Gal. 6.

Psal. 146.

Sanctorum numerus Deo notus.

Astrorum



Et stellas.

Allegoricè.
Moraliter.

- a. Ideſt, Doctores ſacros.
- b. Vel, facultates animæ vitæ cœleſti incumbentes.
- c. Errantes, & non errantes, in figuram iuſtorum, & impiorum.
- d. Seu, ſanctorum exempla.

Aſtrorum poſtremi euentus, Chriſti, Eccleſiæ, ſanctorum reparationem designant.

ANASTASIVS Synaita Commentarij in Hexameron.

Pſal. 148.

Eum autem, qui ad hanc vsque literam corporaliter intelligit rationem de Cælo, & Solè, & Luna, & Stellis, arguit ipsa Scriptura diuina eum non piè sacris incumbere literis. Dicitur enim in hymnis David; Laudate Dominum Sol & Luna: laudate eum omnes stellæ, & lumen. Laudate eum omnes Cæli Cælorum. Quoniam ipse dixit & facta sunt: statuit ea in seculum, & in seculum seculi. Præceptum posuit, & non præteribit. Si ergo statuit Deus in seculum seculi, vt essent Cæli, & Sol, & Luna, & stellæ; quomodo rursus dicit Deus per eundem Prophetam: Cæli peribunt, tanquam vestimentum veterascent, & sicut oportium circumuoluentur; Et rursus dicit per alium Prophetam; Circumuoluetur Cælum tanquam liber in consummatione seculorum, & stellæ Cæli tanquam folia cadent. Quamobrem ipse quoque earum creator Deus verbum Iesus, qui dicit; Cælum & terra transibunt, tanquam figura: firmum autem Cælum fidei non transibit, & Cælum quod cernitur, extinguetur tanquam figura. Sol autem, nempe Christus, quem Sol præfigurauit, is manet in seculum seculi. Similiter etiam typica Luna peribit: Vera autem Luna Ecclesia, quam prius prædicauit, & annunciatu nocturna, non veterascent, Et sancta stella, nempe ratione præditi chori Sanctorum, æterni permanent: earum autem figure, nempe stellæ temporales, cadent tanquam folia; quando iusti fulgebunt vt Sol, hoc est, Christus. Ipsum enim, vt sæpius ostendit oratio, præfigurauit hic Sol, Luna autem Ecclesiam.

Pſal. 102.
Ela. 34.

Solis, lunæ,
& Aſtrorum
reparatio, re-
parationem
Chriſti, Ec-
cleſiæ, & ſan-
ctorum signi-
ficat.

Breuiffimè sic enarrare possumus, quæ Anastasius prælixiori fortè oratione aut ma- uit. Astra hæc splèdidissima, quæ emicare in superna cœlesti substantia cõspicimus, cum Mundo sunt excidium, finemque fortitura, & reparanda eo euentu, ut Sol, qui tanquam faccus cilicinus primò denigrabitur, septies sit aucturus splendoris specimen; & Luna, quæ cruore asperſa apparebit, Solis fulgorem sit adeptura; stellæ pariter, quæ è Cælo cadere uidebuntur, tanquam folia arente humore pallentia, à ramis decisa, conspiciò sint magis lumine potitura. Hæc quippe euentura astris, nobis produnt sacra Theologia dogmata. Sed & certè omnia in figura contingent, præsignabuntque ea, quæ Soli, Lunæ, & stellis mysticis contigisse non ignoramus. Christus proinde Sol noster nuþe humanitatis obuelatus in passionè, quinimmo in morte exanimato corpore, ut faccus red- ditus cilicinus, conspicua resurrectionis die gloria redimitus, septies & infinitè coruf- cantior in dexteris Dei confidet. Luna Ecclesia militans, quæ noniſſimis temporibus, çruentolis cædibus ab Antichristo in electos illatis, perſua sanguine spectabitur, trium phans effecta, Solis certè splendorem nanciscetur, quoniam Christi gloria decorabi- tur. Stellæ itidem, sancti nimirum, qui ad diuerſa supplicia acti, è Cælo cadere uiden- tur, & ipsi ad beatitudinem euocati fulgebunt, sicut Sol. En igitur, quomodo quæ astris his in Cælo micantibus euentura sunt, ea lepidè portendunt, & demonstrant, quæ my- sticis nostris astris sunt euentura.

a. Ideſt, Doctores ſacros.

Doctores stel-
lis comparan-
tur.

Doctores Ecclesiæ perillustres, certè stellæ micantes nuncupari possunt. Nihil emi- nentius Cælo innumeris stellis decorato, nil illustrius Ecclesia infinitis Doctoribus, qua si facibus insignita. In Cælo Sol, cõsidens sub Zodiaco, tum proximas duodecim fi- gnorum stellas, tum omnes illustrat. Christus cum duodecim Apostolis degens, tum il- lis præcepta, tum cunctis Doctoribus lucem sapientiæ impertiuit. Stellarum aliæ fixæ in Cælo feruntur, aliæ errantes proprijs orbibus circumuehuntur. Rursum earum, alię in fir-

in firmamento resident, aliæ extra splendent: ita Doctorum, alij vulgaribus spiritus San- cti donis fulgēt, alij singularibus, ut Prophetæ, & Apostoli; qui & extra Zodiacū à uita nunquam decidunt. Qui uerò donis communibus perfunduntur, alij tanquam in Zodia- co manentes, & faciunt, & docent; alij ueluti extra Zodiacum sunt; de quibus Domi- nus; Quæ dicunt facite, quæ autem faciunt, facere nolite, dicant enim & non faciunt; & cum alijs prædicauerint, ipsi reprobi efficiuntur. Porro Christus solus est in Ecli- ptica, in uita uia recta, quòd solus ab omni peccato immunis; nã periclitantibus Apo- stolis in mari, Christus solus erat in terra. Stellæ omnes in Cælo errantes, seu plane- tares, ab Occasu in Ortū peculiari sua circumlatione, Solis motum prosequuntur; aliæ in firmamento trepidant: Doctores sancti uitam imitantur Christi adamussim, atque perfectè; sed trepidant, qui nondum sanctitatis apicem attigerunt: omnes attamen ra- ptu feruntur à primo motore, nam Dei prouidentię, ac uoluntati nunquam non sub- duntur. In Cælo lactea femita, quæ à Borea uergit in Austrum, exigua quidem luce prædita est; & in Ecclesia plures sunt Doctores, scientiarū humanarum eruditione clari, qui lurida licet, ac debili luce splendeant, non paruum attamen decus ipsi Ecclesiæ fe- runt. Verum enim uero Doctores Ecclesiastici stellæ sunt, de quibus Sapiens; Quasi stella matutina in medio nebulæ, sic ille refulsit in templo Dei. Stella duplex est; Vesper- tina, & Matutina; Doctores sæculi, & Doctores Ecclesiastici. Splendent Doctores in Gymnasijs cognitione scientiarum naturalium, quasi stellæ vespertinæ; coruscant Do- ctores Ecclesiastici reuelata scientia, ueluti stellæ matutinæ maxime fulgentes. Sed quid sibi uolunt hæc uerba; Quasi stella matutina in medio nebulæ? In huius uitæ cur- riculo scientia & cognitio in nebula est; Videmus enim tanquam per speculum in ænig- mate: in æterna autem uita coruscabunt Doctores non in medio nebulæ, quia uidebi- mus facie ad faciem. Faxit Deus, ut stellæ hæc illius sint generis, quæ uerè possint di- cere; Conuersatio autem nostra in Cælis est. Sint nobis ut Lucifer matutinus, nos à somno excitantes: sint ut stella polaris, nobis inter mundanæ uitæ fluctus certum callem indicantes: sint ut Pleiades inter genua Tauri, de quibus Iob; Nūquid coniungere uale- bis micantes stellas pleiades? Septena nempe uirtutū sint classe rutilantes, atq; micantes.

Matth. 23.

Ecclef. 50.

Doctores duo
genera.

1. Cor. 13.

Philip. 3.

Iob. 38.

b. Ideſt, facultates animæ, vitæ cœleſti incumbentes.

IOANNES Rusbrochius Prior Cœnobij Viridis Vallis Canonicorum Re- gularium, in Sylua Zoniensi iuxta Bruxellæ oppidum Brabantiæ ſiti, quem Dionysius Carthusianus cum pluribus locis commendasset, tractatu demum secundo de Donis Spiritus Sancti, articulo tertiodecimo, alterum Dionysium nuncupare etiam non per- timuit; Opusculo de Vera Contemplatione, capite trigesimo quarto hæc habet.

Cæli quidem claritate pellucidi sunt, & uita nostra interna, spiritali claritudine ex gratia & in habitatione Dei, cui uiri sumus, pellucida est. Atque uires animæ non sunt pellucide, siquidem ceu uasa aurea, aut uitra speculorum contra æternæ sapientiæ Dei Solem eleuata, ac suspensa sunt: ibique claritatem & calorem di- scriminatum accipiunt, prout ipse disposita sunt, & iuxta uirtutum, quas offerunt Deo, præstantiam, ac digni- tatem. Et sicut stellæ fixæ simul cum firmamento, cui inhaerent, circumaguntur: ita interne bonarum uires animarum, Dei potentiam & sapientiam, in quibus uiuunt, uirtutibus ac bonis actionibus perpetuò sequun- tur, ac obsequuntur. Stellæ omnes sphericæ figure sunt, huius nullum neque initium, neque terminus conspici potest: iridemque præclare ac nobilis animæ uires in suis sese habent actionibus. Et enim uirtutes omnes ex Deo, & ad Deum operantur, sicque uiuunt in Deo, qui nec principium, nec fi- nem habet: Omnis autem interna uita, quæ rotunda non est, cornua & angulos habet alienæ intentionis, & amoris alieni, ideoque falsa, fictaque est, nec potest placere Deo. Stellarum quedam pallida, quedam cla- re, quedam igneæ sunt. Et nos cum in memoria nostra uitia, & culpas, ac errata nostra coram potentissima Dei iustitia reputamus, & corde trepidamus, palleſcimus ac terremur, nobiscum pensitantes, quomodo seuerum Dei iudicium tum in morte nostra, tum in extremo die ferre poterimus: atque hæcenus pallentibus stel- lis similes sumus. Quando autem intellectum nostrum imaginibus nudatum, ad æternam Dei sapientiam eri- gimus, ueritas quæ Deus est, animæ nostræ faciem irradiat: sicque inter Deum & nos splendoris emissio, ac reflexio agitur, perinde ac si Sol radios mitteret suos in crystallum inter duos aureos montes positam: illicque tanquam stellæ Cæli innocentes, puri, clari, ac lucidi efficiuntur. Porro cum uoluntatem, seu uim amatiuam, cum effectu & desiderio ad Dei bonitatem subleuamus, spiritus noster ignescit, redditus est uantis ac impatientis amoris scintillas, quas tandiu ardeere oportet, donec spiritus ipse pro amore deficiat, & hoc ipso eiuscemodi amantes spiritus, igneis ac micantibus Cæli stellis assimilés sunt.

Anima Cœli
dicitur, &
quare.

Elegans comparatio est hæc delata à Ioanne Rusbrochio. Anima quidem dum cœlestem sectatur uitam, Cœlum est; quoniam Dei sedes, sicut Cœlum; naturam fert conspicuam, semotam à cūctis rebus terrestribus, & uicissitudini obnoxijis, sicut Cœlū; quædam est natura diuersa ab elementata, alterationisque immunis est, sicut Cœlum. Verum quemadmodum in Cœlo duæ sunt partes; Alia rara pellucida, quæ lumen suscipit, & non reflectit; Alia condensa, idest, astrum, quod tanquam uas aureū lumen, vel profert, uel haurit, & diffundit: Ita in anima duo considerantur; alterum est ipsa animæ substantia, & hæc quidem conspicua est, & pellucida, quoniam lumine gratiæ totâ perfundi potest; Alterum est uirium & facultatum multiplicitas, & hæc, tanquā stellæ radium quidem gratiæ suscipiunt, sed per actionem etiã eum regerunt. Quapropter splendent in anima diuersæ dotes uiresque, ut mens, ingenium, iudicium, intellectus speculans, phantasia, & similes, quemadmodum in firmamento, mirifico certè apparatu, & decore, micant diuersæ stellæ; suscipiuntq; animæ facultates cœlitus demissæ gratiæ, uirtutumque & donorum maiorem, uel minorem copiam, iuxta insertam puritatem, quemadmodum stellæ diuersum nanciscuntur splendoris gradum, iuxta naturam dispositionem. Porro triplicem stellarum micantium in sydereo Cœlo, & facultatum insidentium in anima comparationem suppeditat nobis Rusbrochius, ita discretè, ut mihi reliquum tantummodò sit, ad compendiarium argumentum ipsam redigere. Stellæ, ut fixæ in firmamento, cui inhaerent, circumaguntur motione firmamenti, firmamentum autem rapitur à supremo motore: Animæ uires, ingenitæ in anima, à quamantant, reguntur ex illius uoluntate; Anima uerò ipsa, si in cœlesti uita degit, Dei uoluntate rapitur, & circumfertur. Stellæ subinde sphericæ sunt figuræ, cuius nullum est initium, neq; finis; atque ea de causa nec curuantur in cornua, neque angulos efficiunt: Dotes animæ cœlestem uitam degentis, ad exordium, unde fluxerunt, ad Deū redeunt, nec unquam proferunt cornua, uel angulos alieni amoris, quo res termino ac sine circumscriptas se appetere, uel affectare demonstrant. Stellarum deinde, alię sunt pallidæ, alię claræ, alię igneæ; & facultates in anima modò pallefcunt, modò clarescunt, modò ignescunt. Pallefcunt in ipsa penitentia, quando culpam reminiscunt, corde trepidant, & pauent horrendam mortem, horribilius iudicium, & quàm maximè horrendum infernum. Clarescunt autem, dum iustificationis nitore fulgent, gratiæque animæ nostrę faciem irradiat. Agitur tunc siquidem inter Deum, & animæ uires, splendoris effusio, & reflexio, perinde ac si Sol radios iaceret suos in crystallū candidum & purum, in quo omnia candore rutilarent. Tandem ignescunt animæ facultates, quando charitatis æstuantis scintillæ emittunt, tanquam specula percussa à Sole; donec ignis Spiritus Sancti in ipsis accensus eas concremet, ipsaq; amore deficiant.

c. Errantes, & non errantes, in figuram iustorum, et impiorum.

T H E O P H I L V S Antiochenus ad Autolicum libro secundo.

Verum astrorum positio & ordo, iustos & pios, qui seruant legem & Dei præcepta, denotat: nam illustriora astra suo splendore imitantur Prophetas: Quapropter nullo modo inclinantur, nec ex uno in alterum transcendent locum. Astra, quæ secundum ab his locum dignitatis obtinent, referunt, quasi typus quidam, populū iustum. Astra mobilia, quæ uaga ex uno in alterum locum abeunt, & planeta nominantur, ostendunt eos homines, qui à Deo deficiunt, eiusque legem & præcepta deserunt.

Quemadmodum stellarum in Cœlis micantium, alię profectò inerrantes appellatur, quoniam in firmamento fixę consimilem orbiculationem semper peragunt; alię errantes, quæ uagæ ex uno in alterum locum abeunt: Ita Christicolarum duplex est classis; Alij inerratici, qui in firmamento probitatis solidati, à bono nunquam excidunt; Alij erratici, qui in ipsa iustitia non consistentes, facilè à bono labuntur, cum à Deo deficiunt, eiusq; legem, ac præcepta derelinquunt.

d. Idest, sanctorum exempla.

O R I G E N E S Homilia prima in Genesim.

Sicut Sol & Luna magna luminaria dicta sunt esse in firmamento Cœli: ita & in nobis Christus & Ecclesia. Sed quoniam etiã stellas in firmamento posuit Deus, uideamus quæ sunt etiã in nobis stellæ, idest, in cordis nostri Cœlo.

Animæ facultates dicuntur stellæ.

Posuit eas in firmamento Cœli.

- a. *Discant Antistites, excelsa non nisi in excelso loco collocare.*
b. *Ediscat homo Dei exemplo, animam, quæ lumen est, collocare in celestibus.*

Topologicè

Cœlo. *Moyse stella est in nobis, quæ lucet & illuminat nos actibus suis. Et Abraham, Isaac, & Iacob, & Elia, & Hieremias, & Ezechiel, & David, & Daniel, & omnes, quibus Scriptura sancta testimonium dedit: quia placuerint Deo. Sicut enim stella à stella, differt in claritate: ita etiam Sanctorum unusquisque secundum magnitudinem suam, lumen suum fundit in nos.*

Pia atque decora hæc est mystica contemplatio, quam nobis Origenes suppeditat. Anima profectò nostra firmamentum est, cum in Dei gratia solidata spectatur, Cœlumque, & Dei sedes nuncupari potest. Emicant in ea stellæ, quando exempla sanctorum ex assiduis decerpta lectionibus adeo uigent, ut in ipsa emicet memoratio fidei Abraham, obedientia Isaac, patientia Iacob, zelus Eliæ, pias Hieremiæ, contemplatio Ezechielis, mansuetudo Dauid, & Danielis integritas. Porro rerum à sanctis præclarè gestarum lectioni iugiter uacare, nil aliud est, quàm per uberrimos hortos mirifica arte confitos deambulare, & plerasque tum plantas, tum arbores floribus gemmatis redolentesque, ac fructibus onustas contemplari. Ex quibus non tantum spiritualem mentis iucunditatem haurire ipsa anima potest, dum egregias meditatatur uirtutes, uerum & fructus cogitur quoquomodo (necdū allicitur) decerpere, & gustare, dum uirtutes eas imitari dulciter impellitur. Lectio profectò sanctorum uite, paradus est terrestris, in quo positi sunt Adam & Eua, ea lege, ut de omni fructu ederent, de ligno autem scientiæ boni & mali ne comederent. Datum siquidem est spiritui & animæ cōtemplanti, ut de omni ligno paradisi uelcatur, singula nimirum gesta sanctorum imitetur, excepto ligno sciētia boni & mali. Sed quid est hoc lignum scientiæ boni, & mali, nisi curiosa ea indago, qua causam sapius inuestigare audemus, quorsum Deus hos elegerit, illos reprobarit, his & non illis contulerit continētia, seu cuiusuis alius uirtutis donum, hos & non illos per tribulationes, & angustias uocarit ad supernam beatitatem, hos & non illos prolabi in errata permiserit? Huius profectò ligni fructum, nempe illud Quare, illud Cur, illud Quorsum, Deus nobis ne comederemus in paradiso terrestri, in iucunda nempe, & cœlesti sanctorum historia, seu diuinarum rerum perscrutatione præcepit, ac districtè mandauit:

a. Discant Antistites, excelsa non nisi in excelso loco collocare.

Antistitibus, Principibus, Regibus, ac Imperatoribus maximum statuit Deus hoc loco documentum, ut ediscant excelsos, sublimioresque uiros, in excelsis, sublimioribusque gradibus collocare. Sol profectò, Luna, & stellæ typum gerunt uirorum splendore scientiarum, & uirtutum fulgentium. Quemadmodum igitur Deus posuit eas in firmamento Cœli: ita & promouendi sunt isti ad eminentiores, præcellentioresque gradus, & dignitates. Iubet Deus, ne quispiam ad summam sacerdotij excelsum promoueatur, nisi ex stirpe Aaronica, ex gente nimirum electa. Ut quid igitur in firmamento attollere sapius stellas non rutilantes, sed caliginosas, uiros uitiorum labe denigratos? Ut quid pallentes, homines stupida ignorantia miserabiles? Ut quid sapius cruore consperfas, homicidas utique, & humani sanguinis effusores? Ut quid crasso humore obrutas; mortales indefinenter aurum ac diuitias inhiantes? Ut quid stellas luridas; uiros libidine, & carnis illecebris coinquinatos? Ut quid stellas atra fuligine fordj datas; uiros languida, ac torpente desidia, uitæque laxitate contaminatos? Stellæ profectò si in firmamento collocandæ sunt, tum nitore, tum fulgore luminis insignes expectuntur. Nam fecit Deus luminaria magna, Solem, Lunam, & stellas, & posuit ea in

Sanctorum uita lectio hortus est & paradus terrestris.

Gen. 2.

Curiositas lignum scientiæ boni, & mali dici potest.

Ad dignitates qui promouendi.



Vt lucerent super terram.

Allegoricè,

- a. *Id non dictum de prima luce, sed de luminariibus, ut ostenderet non Synagogam, sed Christum & Ecclesiam, Mundum illuminasse.*
 b. *Dixit super terram, & non in terra, quoniam lux nostra gratia supra carnem, & non in carne splendet.*
 c. *Idest, supra homines, supra terrena confidentes.*

In promouē
dis ad digni-
tes nō est ha-
bēda tantum
ratio carnis
uel Mundi.

firmamento Cœli. Prognosticon est funestum & exitiale, quando ignitē impressio-
nes, facesq; æthereæ uolantes ad instar stellę, ad superna efferuntur, ut sunt cometę; at cer-
rē indicium quoque est cladis humanę maximē portentosum, cū in Ecclesia sancta
Dei, sola carnis uel Mundi duntaxat habita ratione, non digni neque idonei ad purpu-
ram, ad mitras, cæterasq; eminentiores dignitates efferuntur, & promouentur.

- a. *Ediscat homo Dei exemplo, animam, qua lumen est,
collocare in cœlestibus.*

Psal. 4.

Anima nostra certē lumē illud est, de quo Psalmographus: Signatum est super nos lu-
men vultus tui Domine. Splendet profectō naturę suę præstantia & nitore, ut stella.
Quapropter & Aegyptij hieroglyphicē animam à corpore solutam, stellę simbolo signi-
ficabant; & Heraclitus ille Phycus animam scintillam esse massę stellaris assererat
(quanquam immeritō) Hanc igitur homo sapiens in cœlestibus collocat, cū duas eius
præcipuas actiones, intellectiōē, & amorē, ita extollit, ut nil nisi cœlestia ipsam contēpla-
ri, & appetere permittat. Qui verō desipit, & fatuus est, stellam non in cœlestibus cōsti-
tuit, sed ad terrena deprimat, cū animam ad meditandas, peragensq; res terrige-
nas destinat. Et quid hoc magis præposterū, magis incōditum, magis monstruosum repe-
riri, uel etiam excogitari potest? Atqui si in uenusto hoc magno Mundo lumina cœle-
stia in terra considerent, nonne rueret pulchritudo, ac splendor omnis Vniuersi: immo
nonne cuncta elegantissimę huius machinę uita omnino labefactaretur, ac profus euer-
teretur? Quamobrem & in Microcosmo, ubi repositum est lumen animę in terrestibus,
omnis utique pulchritudo illius tollitur, miserandumq; ei interitum haud dubitē immi-
nere demonstratur.

Animam fa-
piens collo-
cat in cœlesti-
bus, insipiens
in terrenis.

- a. *Id non dictum de prima luce, sed de luminariibus; ut osten-
deret non Synagogam, sed Christum & Ecclesiam,
Mundum illuminasse.*

A N A S T A S I V S Synaita in Hexameron libro quarto.

Psal. 118.

Conuenit autem eum, qui desiderio & amore diuino in uerbis Dei dulcedine perfunditur, congruenter ei
qui dicit: *Quam dulcia gutturi meo eloquia tua, supra mel ori meo; querere, quamobrem cum Deus pri-
mo die fecisset lucem, non dixit; Fiat lux, ut luceat super terram, maximē cum illa lux sit mater & geni-
trix uniuersorum, quę ex ipsa illuxerunt eiusdem essentia in Cælo luminarium. Et dicamus, quod illa
lux singularis & simplex, erat typus monarchię & Iudaicę fidei, eiusque quę sunt ante legem, & eius quę
post legem, quę quidem non potuit illuminare uniuersam terram, propterea quod ea adhuc aperta esset, quando
Deus illam ostendit lucem, aqua & tenebris erroris, quę sunt terestri operculum super cor hominum. Donec
Deus fecit duo luminaria, quę sunt magna, illucescens super terram. Dico autem aduentum increati Verbi
Dei, & Lunam, nempe Ecclesiam ei desponsam.*

Synagoga lu-
ci primige-
nię compa-
ratur, Chri-
stus & Ecce-
sia luminari-
bus.

Elegans obseruatio hæc est, quod de luce non dictum sit: Fiat lux, & luceat super ter-
ram, quemadmodum de Sole, Luna, & astris scriptum est: Et posuit ea in firmamento
Cœli, ut lucerent super terram. Si ad allegoriam Synagogę, Christi, & Ecclesię hanc
speculationem trahemus; lux primigenia potuit esse Synagogę typus, quod eius di-
gnitas in Mūdo non enituerit, quemadmodum potest lux Solis, & Lunę, sed tenuis fuerit
& pallens, quoniam apud exteras Gētes nō præclarū, neq; omnibus agnitū nomē tulit.

De

De hac igitur non dictum est, ut collocaretur in firmamento Cœli, siue in firmitudine
perennitatis, quoniam occasu ra erat. Nam superueniente Christo & Ecclesia, omnis
Synagogę dignitas, & existimatio eliminata est, sicuti progenito Sole, & Luna, lux illa
pristina euanuit. Porrò Christus & Ecclesia tanquam luminaria magna, in firmamēto
collocata sunt, in inconcussa perennitatis firmitudine, & in altum sublimitatis euecta,
ut luceant super terram; ut uniuerso Mundo splendeant. Nam in omnem terrā exiuit
sonus eorū, & in fines Orbis terrę uerba eorū. Et eò magis, cū nouissima hac nostra tē-
pestate, superata etiam Oceani uastitate, in plagas sæculis priscis omninō incognitas &
incompertas, lumen Christi, & Ecclesię effusum sit, & Euangelium illius disseminatum.

Psal. 18.

- b. *Dixit super terram, & non in terra, quoniam lux nostra gra-
tia supra carnem, et non in carne splendet.*

Microcosmos hic homo gerit, & ærem & terram. Anima quasi aër, caro uerò ut
terra accipi potest. Spiritus quidem anima nuncupatur; Vnde scriptum est; Inspira-
uit in eum spiraculum uitę. Atque alibi; Et spiritus eius redeat ad Deum, qui dedit
illum. Caro autem terra, de qua dicitur; Formauit igitur Deus hominem de li-
mo terrę. Et post: Donec reuertaris in terram, de qua sumptus es. Porrò splendet in
Cælo desuper Christus Sol lumine nitente, Euangelica doctrina, & calefaciente gratia.
Transmittunt ad nos id ipsum lumen Ecclesię & sancti: Ecclesię fidei decretis, quę no-
bis præstat inconcussa, & sacramentis, quibus gratiam cœlitus confert: Sancti uerò &
doctrina, & exemplo. Porrò lumen istud à Christo desuens, ærem illustrat; animam
utique, cū eius uires, intellectum nempe euangelica doctrina perfundit; affectum
uerò charitate sancta torret, cunctamque animam gratia, & iustificatione penetrat.
Perueniunt autem radij hi vsque super terram, super carnem; sed non in terram, quo-
niam cœlestis doctrinę, gratięque anima capax est, & non caro. Animam profectō san-
ctitatis esse susceptricem, & non carnem, Theologia nos sacra erudit. Verum quemad-
modum terra quoque ipsa radio Solis percussa, calefit adeò, ut tepesfacta, humiditatisq;
non exors, intus aureas metallicas uenas, lapidesque preciosos gignere, extrā uerò ui-
rescere, mirificaque germinum, olerū, arborum uarietate condecorari queat: Ita gra-
tia in animam diffusa, ipsa quoque caro nostra percussa accenditur, adeò ut mortifica-
tione compressa & arefacta, intus mortificationis merita sancta parere, & extra bonarū
actionum fructus proferre ualeat.

Gen. 2.
Eccles. 12.

Anima ut aër
gratię lumi-
ne perfundi-
tur non caro

- c. *Idest, super homines super terram confidentes.*

O R I G E N E S Homilia in Genesim prima.

Sicut enim Sol & Luna illuminant corpora nostra: ita & Christo atque Ecclesia illuminantur mentes no-
strę. Ita tamen illuminamur, si non sumus mentibus cæci. Nam sicut Sol & Luna corporalibus oculis cæcos
quamuis illustrant, illi tamen recipere lumen non possunt: ita & Christus lucem suam præstat mentibus no-
stris: sed ita demum nos illuminabit, si nequaquam cæcitas mentis impediatur. Quod etiam si accidat primo,
oportet eos, qui cæci sunt, sequi Christum, dicentes & clamantes; Miserere nobis fili David: ut etiam uisum
ab ipso recipientes, possint deinceps & lucis eius splendore radiari. Verum non equaliter omnes qui uident,
illuminantur à Christo, sed singuli secundum eam mensuram illuminantur, quę vim luminis recipere ualent.
Et sicut non equaliter oculi corporis nostri illuminantur à Sole, sed quantum quis in loca altiora ascenderit, &
ortus eius editioris specula intuitione fuerit contemplatus, tantò amplius & splendoris eius vim percipiet,
& caloris: ita etiam mens nostra quantum altius & excelsius appropinquauerit Christo, ac se uiciniorem splen-
dori lucis eius se obiecerit, tantò magnificentius & clarius eius lumine radiabitur, sicut & ipse ait per Pro-
phetam; Appropinquate mihi, & appropinquabo uobis, dicit Dominus. Et iterum dicit; Deus approxi-
mans ego sum, & non Deus de longè.

Cum plura sint luminum genera, plures & spectandi facultates comperiri necesse est.
Lumen Deus est nitidissimum, quamobrē lumine glorię tantum, nempe gloria sufful-
tis oculis conspici potest. Lumen est Sol rebus ipsis corpori obnoxij nitens & fulgens,
& id acie duntaxat oculorum corporeorū cernitur: lumen est Christus splendidus & ni-
ridius; quapropter non nisi obtutu spiritali fidei & gratię perspicui potest. Quemad-
modum igitur Solis, ac Lunę, syderumque emicans lumen, qui oculorum acie orbatus
est,

Præsent diei, ac nocti.

Moraliter.

a. *Idest, diei iustitiæ, & nocti impietatis.*

Allegoricè.

b. *Hoc est, stas temporibus prosperitatum, & tribulationum.*c. *Diei vitæ, & nocti in purgatorio.*Christus Sol
nostrus nō. cō-
spicitur, nisi
lumine fidei
& gratiæ.

Luc. 18.

est, respicere non potest, ita & lumē, idest, Christum, qui fide & gratia destitutus est, intruere nequibit. Cæci illi appellantur, qui lumen hoc Cœli non uident, cæci & isti, qui Christum superni Cœli lumen spectare non possunt. Precandum igitur est, ut nobis cœlestē impertiat lumen fidei, gratiæque, quò lucis Christi splendore radiari deinceps possimus, in clamandumque est; Misere nobis fili David, expectandum ut spuatur in terram, faciat lutum, & intingat oculos nostros; humanam tumentē omnem nostram sapientiam retundat, & obruat sapientia sua in terra humanitatis nostræ conuoluta, & deinde mittat nos ad natatoria Siloë, ad sacrum baptismum, ut prostrati humilitate, animi lumen percipiamus. Cæterum quemadmodum qui in iugis montium resident, & perspicacius Solem conspiciunt, & explicatius eius meridiem, occasum, & ortum spectant, quam qui in umbriferis uallibus, & conclusis secessibus, umbris ferè semper obrutis deficiunt; ita, qui eminentiorem sanctitatis & perfectionis gradum conscenderint, excelsiusque Christo appropinquauerint, efficacius certè lumine Christi radiabuntur, & clarius cunctas de eo contēplationes depromēt, quam ij, qui in uitæ delicijs, ac luxu, quasi in ualle memorosa, & umbrifera, somniculosi persistunt.

a. *Idest, diei iustitiæ, et nocti impietatis.*Rom. 13.
Luminaria
mystica, Chri-
stus & Eccle-
sia, præsent
diei iustitiæ,
& nocti ini-
quitatis.

Tempus, quo anima iustitia decoratur, dies nuncupari potest, id uerò, quo erratis obruitur, nox, iuxta illud D. Pauli; Nox præcessit, dies autem appropinquauit, abijciamus ergo, &c. Porro luminaria quoque mystica, Christus & Ecclesia, præsent diei ac nocti, animabus nimirum, quæ degunt in die iustitiæ, & quæ in nocte iacent impietatis, sed diuersa profectò ferè, ac euentu, quemadmodum & aliud lumen exhibent nobis interdum luminaria hæc micantia Mundi, & aliud noctu. In die nanque splendet lux, quæ consimul illuminat, & calefacit, in anima siquidem iustitiæ compote, splendet ipsa fides uiua, quæ non tantum illuminat, dum quæ credenda sunt, demonstrat, sed etiam charitatem inducit, qua anima ad actiones sanctas alliciatur. In nocte uerò lux splendet quidem, sed cum pallorē, & absque aliquo fulgore; in anima enim, quæ crimine obducitur, lucet quidem fides, sed mortua, quoniam ruborem, caloremque charitatis non secum defert. Quemadmodum autem in die cuncta exhilarantur, & uiuificantur; in nocte autem mœrent, & algore intereunt: ita in iustitia animæ latantur, & uitā nanciscuntur; in nocte uerò peccati languent, & impietatis rigore pereunt. Spectantur siquidem tantum Luna, & stelle, rerum, inquam, uicissitudo, & plurimæ diuinæ uocationes, inspirationesque, quibus ad auroram sequentis diei, seu iustificationis subsequatur ducimur, si uitam perpetuò traducere in tenebris respuerimus.

b. *Idest, stas temporibus prosperitatum, & tribulationum.*Psal. 120.
Christus &
Ecclesia præ-
sent diei &
nocti, p̄pero
tempore &
aduerso.

Tempus præterea id, quo nobis cuncta prospera contingunt, dies, quando uerò aduersa nobis accidunt, nox non ineptè appellari potest, de quibus die ac nocte Psalmodographus forsan intellexit, cum dixit: Per diem Sol non uret te, neque Luna per noctē. His igitur præsent eadem luminaria nostra mystica luminis diuersitate, quemadmodum & aliud lumen præstant Sol, Luna, & astra in die, & aliud in nocte. Effunditur in die lux, quæ splendore exhilarat animos, & calore calefacit; in ipsa prosperitatis die effunditur è Cœlis beneficiorum immensorum copia, quæ mortales lætificat, eosque (nisi in-

grati

grati animi notam subire uelint) allicit in Dei amorem. Diffunditur uerò in nocte, in aduersis rebus lux pallens, quoniam subtractis prosperis, irruunt aduersa, quibus mœrore afficiuntur mortales, & quibus non ita demulcetur animus, ad Deum charitate conplectendum. Verum quemadmodum sapius in die arefacta terra, in nocte madefcit, & humida redditur, redeunte autem denuo Sole & die, flores, ac fructus profert: ita cor nostrum in prosperitate sapius exiccatur, in aduersis adeò pietate erga superos pingue scit, ut redeunte prosperitate, sanctorum cogitationum flores, & actionum fructus postea gignat, ac proferat. Porro indolendum est uehementer deplorandæ mortalium antiparistesi, quam trito, & passim cuique obuiò exemplo patefaciam. Aqua, quæ in subterraneis specubus terræ concluditur, argente in hyeme sapius calida est ex antiparistesi, quoniam frigus exuperans, calorem ad ima loca depellit: sed mox ut redit Sol cuncta arefaciens ac torrens, tunc aqua ipsa, quæ urentibus Solis radijs calefacienda meritò uidebatur, frigescere magis conspicitur ex antiparistesi, quoniam exterius calor pariter frigiditatem in ea colligit. Ecce antiparistesis spiritualis. Anima, quæ terrenis maximè rebus addita est, hyeme, nocteque afflictionis sæpe tepescit quoquomodo, quoniam in ipsis ærumnis Dei amore calefit, sanctoque desiderio pietatis opera exercendi agitur, si id sibi per commodum liceret. Et hoc per antiparistesi, quoniam externus aliorum aduersa ipsa, amoris seu charitatis calorem in ipsammet animam regerunt, reijciunt, remittunt, quandoquidem obstantibus, ac præpedientibus aduersis, tanquam frigore quodam ingenti, nequit amoris calor in res terrenas effundi. Ast ubi Deus semotis aduersis, prospera iterum animæ largitur, statim (proh dolor) quando ea diuino amore feruentius calefacienda credebatur, frigidior redditur ex antiparistesi; prosperis nanque mens illecta, ita in ipsarum prosperarum rerum libidine laxatur, ut Dei amore prorsus destituatur. Hinc homo dum aduersa ualitudine afflicatur, stratoque languens iacet, sapius ieiunia, orationesque se prosequutum spondet, si integræ sibi restitatur ualido. Verum ut Dei benignitas eam illi exhibuit, immemor (heu) beneficij redditus, non ieiunij, sed conuiuij; non orationis studio, sed garrulis contentionibus, obscœnisque ludis indulget. En antiparistesis. Infirma in fortuna iacens, quoties, quæso, uouet se pietatis, misericordiæque monumenta præstiturum, si illi rerum terrigenarum copia obuenerit? uerum ut locuples, diuesque effectus est, largitionis, atque eleemosinæ, quam spondit, obliuiscens, non suarum rerum liberalis elargitor, sed alienarum auarus director, saeuusque expilator euadit. En antiparistesis. In mæsto carcere asseruatus, diurnam clausuram pertesit, sapius proponit uarias ac piæ peregrinationes religionis ergò subiturum, si modò uinculis leuetur, atque è terra illa custodia emittatur. At ubi diuino munere solutis uinculis, liber incedit, non in peregrinationibus, sed amœnis in turibus uitam protrahit. En antiparistesis; diuinæ enim gratiæ, à Deoque largitæ prosperitates, cum promptiores ad bene uiuendum nos reddere deberent, sapius nostra culpa, in causa sunt, ut uitæ delicijs, illecebris, & commodis habenas laxemus, atque ut in bonis frigescamus, efficiunt.

c. *Diei vitæ, & nocti in purgatorio.*

Vita hæc nostra, qua in hac Mundi uenustissima aula negotia cōficimus, dies profectò perhiberi potest: mors uerò, qua alias adimus regiones nobis incomptas, præcipueque purgatorium, nec quicquam amplius operis efficere possumus, nox pariter diiudicari. Splendescit igitur nobis lumen supernæ gratiæ per luminifera Christum & Ecclesiam; effusa, in die quidem cum fulgore, & ardore, quo eor nostrum, quasi terra fecunda germinare ualet: in nocte autem claret quoquomodo, sed sine flagrantia, unde nec terra proferre quicquam potest; in die uitæ, radio gratiæ perfundimur, quo peccatorum meritas poenas satisfactione diluere ualemus: in nocte uerò mortis, in purgatorio, ea orbamur, cum in eo non amplius facta sit nobis facultas, ut calore gratiæ elargitæ, & poenitentia criminum poenas perpurgemus. At uerò sicut & in nocte lumen Solis per Lunam, stellasque reflexum, quoquomodo nobis nitescit: ita in purgatorio animabus illis meritum Christi, ac Sanctorum, piorumque orationes & eleemosinæ per repercussionem,

Antipariste-
sis spiritualis
quomodo
fiat.Christus &
Ecclesia præ-
sent diei ui-
tæ, & nocti in
purgatorio.Animæ i pur-
gatorio sus-
trahis ui-
uunt iuuua-
tur.

per mo-

Allegoricè
Topologicè

Et diuiderent lucem ac tenebras.

- a. *Lucem spiritualem à diuersis generibus tenebrarum spiritualium.*
Vidit Deus quòd esset bonum.
- a. *Quoniam nil præstantius, iucundius, & vtilius Sole.*
- c. *Quoniam Luna quoque & stellæ, mirifica Dei sunt opera.*

per modum suffragij, ipsi suppeditas afferre noscimus, adeo ut penas illas immanes, & meritas uel affatim tollere, uel saltem non modica ex parte allenare ualeat.

a. *Lucem spiritualem à diuersis generibus tenebrarum spiritualium.*

Christus, & Ecclesia luce sua omnes tenebras depel- lunt.

Quemadmodum profectò hæc splendidissima Mundi luminifera, Sol, Luna, & astra discernunt lucem à tenebris ea ferie, ut lucèntibus ipsis rutilante, uel exili luce, seu aurea, uel languida, tenebras pellant, & propulsent, ipsi uerò lucem subtrahenti- bus, tenebræ adhuc redeant, ita nostra sacratissima luminifera, Christus & Ecclesia, tene- bras spirituales à luce disungunt, dirimuntq; , ita ut fulgidè his nitentibus in nobis do- ctrina cœlesti, & gratia, euanescent tenebræ quæque, ignorantio nimirum Dei, & rerum cœlestium, peccatum, mors spiritus, mors aeterna, & ipse tenebrarum princeps Daemon, his uerò lumen fidei, gratiamq; à nobis subtrahentibus, cuncta hæc tenebrarum genera mox erumpunt, & atra caligine omnia obuoluntur. Deprecandum igitur est, ut hæc nobis perfundatur lux, & si superfusa est, nunquam labatur, uel uergat in occasum.

a. *Quoniam nil præstantius iucundius, et vtilius Sole.*

Solis enco- mia, & bene- ficia.

Eccel. 11.

Non mihi dies certè ab ipso Sole progenitus, nec orationis candor, clarescens uti lux ipsa Solis, ad enarrandas huius præstantissimi luminaris i. uel sufficeret. Sol profectò oculus est Mundi, Cœli uenustatio, naturæ gemma, temporum iucunditas, rerum om- nium solatium. Quid enim ipso præstantius est? quid iucundius? quid vtilius? Iubar est amplissimum, egregia præditum natura, corruptionis alterationisque expers, perennis fons lucis adeo coruscæ, ut intuentium oculos obceceret: qui nec temporis diuturnitate fenescit, sed ad instar robusti adolescentis resoret, uigetq; , nec perpetuis, uel irrequie- tis laboribus unquã lassatur, atq; quod in intellectibilibus est Deus, hoc in sensibilibus est ipse Sol, nã ut ille eorū quæ percipiuntur intellectu, ita hic eorū quæ sensu spectantur, longè est pulcherrimus. Quid postea ipso iucundius? Delectabile est enim oculis vi- dere Solem, atque adeo delectabile, ut nil delectabilius: Exhilarat enim merites homi- num, & post diurnas tenebras, Mundum, cunctaque in eo degentia lætificat, quem- admodum ex aduerso, tenebris omnia moerent. Nec tantum ipse iucundus est, sed de- lectabilia etiam cuncta reddit, dum Cœlum collucidum, ignem rutilantem, aërem ni- tentem, nubes rubentes & candidas, aquas limpidas & claras, mare cœruleum & sedat- um efficit, montes, collesque humiditate uenustissima induit, colores uarios, quibus mirificè decorantur omnia, extricat, & depromit, luceque sua cuncta exornat, & uenu- stat. Sed quam facunda oratione eius commoda, utilitatesque proferam? Quis no- bis optatum diem fugatis tenebris, aurora præmissa rosida atque ridente, iucundè resti- tuit? Sol. Quis Mundū hilarem aëre lucido reddito, rutilantibusq; nubibus redimito impertitur? Sol. Quis modò accedens, tum autem recedens, binas reuersiones singulis annis facit, quarum in teruallo, tum quasi tristitia quadam contrahit terram, tum uicif- sim lætificat, & efficit ut omnia floreat, & in suo quoque genere pubescant? Sol. Quis sua uirtute flores elicit, folia dilatat, fructus ligat & maturat, segetes flauas exhibet? Sol. Quis terræ uirtutem præstat, ut uermiculatos lapides, candidum argentum, rubens au- rum, cæteraque metallica genera reconditis in specubus conglutinet, & conferuet? Sol. Quis natantibus, alitibus, animantibus omnigenis, nobisque uitam suppeditat, atque ipsam

ipsam alit, tuetur, fouet, roborat? Sol. Quis super immensas aquas, flammæ euomens, easque irrequiescens ignibus excoquens, ex eis exerit, reparatque iugiter aërem, qui ani- mantibus spiraculum suggerit, ac nimio calore recreat astuantes? Sol. Quis è mari terraque attrahit etia pôtationem, eamque euehit, ut densata in nubes, imbrès ingentes ita opportunè demittat? Sol. Sol Mundi est vita, Sol Mundi decus, Sol Mundi speci- men. Cæterum, quomodo Dei præstantia Sol monumentum sit clarissimum,

A M B R O S I V S. Hexameron libro quarto, cap. primo his demonstrat.

Sed quando hunc uides, auctorem eius considera: quando hunc miraris, lauda prius ipsius creatorem. Si tam gratus est Sol, qui confors & particeps est creature: quam bonus est Sol ille iustitiæ? Si tam uelox iste, ut rapidis cursibus die ac nocte lustrat omnia: quantus ille, qui ubique semper est, & maiestate sua complet omnia? Si admirabilis, qui iubetur exire: quam supra admirationem qui dicit Soli, & non exoritur, ut le- gimus? Si magnus est, qui per horarum uices locis aut accedit, aut decedit quotidie, qualis ille, qui etiam cum se exanimet, ut nos eum possemus uidere, erat lumen uerum, quod illuminat omnem hominem ue- nientem in hunc Mundum? Si præstantissimus, qui obiectu terræ patitur sepe defectus: quanta maiestatis qui ait: Adhuc semel ego mouebo terram? Illum terra abscondit, istius motum non potest sustinere, nisi uoluntatis eius substantia fulciatur. Si cæco damnus est, huius Solis gratiam non uidere, quanto magis peccatorum damnus, ueri luminis munere defraudatum, perpetua noctis tenebras sustinere?

Ioan. 1.
Agg. 2.

b. *Quoniam Luna quoque, et stellæ, mirifica Dei sunt opera.*

De Sole amplissima quidem effari possumus, uerum & de sorore Luna non nisi præ- stantissima. Hæc profectò est Cœli decus, & noctis ornamentum, humorum parens, roris alrix, Mundi commotrix, sublunarium rerum moderatrix. Luna ea est, quæ rum- congregiens cum Sole, tum digrediens, eam lucem, quam à Sole haurit, in terras no- bis remittit, & in nocte profundissimas fugat tenebras, & lumen, quamquam pallens, exhibet, quo & noctis horrores tolluntur, & nauigantibus inter liquidas maris semi- tas, & peragrantibus obdensa nemora, & peregrinas regiones, clarum iter aperitur, ac patescit. Luna ea est, quæ humorem in die flagrantè Sole absumptum, noctis tempore benignè restituit, quo cuncta ardore ferè exusta recreantur, & refocillantur. Luna ipsa est, quæ rorem germinum omnium lac affatim elargitur, nam quanto sereniore nox est, & Luna pernox, tanto largior ros aqua perfundit, unde & in rubente aurora irrorari omnia spectamus. Luna crebris lucis uicissitudinibus imbrès optimos & necessarios perpetim Mundo suppeditat, sine quibus certè terra squaleret, sabulosaque regio eua- deret. Luna ipsa uentos excitat, quibus quid utilius? Hi siquidem deferunt nubes, & grauidas eas imbribus per diuersas diffundunt terras. Hi eas ipsas, ueluti spongiã pre- mentes, in pluias laxant. Hi per mare nauigia ferunt, ut ex omni regione ad cõmun- nes mortalium usus necessaria prouehantur. Hi purgant aëre, tetrosq; odores, & ex- halationes dissipant. Hi serenitatem, tanquam aëris moderatores restitunt, sine ipsis enim nunquam serenitas cœlestis affulsisset, sicuti nec caliginosus aër inhorruisset. Hæc omnia nobis præstat Luna, mirifica, magna, & excelsa. Vidit igitur Deus, quòd bonū, quòd præstantissimū scilicet, beneficūq; mortalibus, & Mūdo luminare condidisset. Sed nonne & stellæ summis encomijs celebrare possemus? Harum alia, ut uagæ, tum- incitantur, tum retardantur, sæpe etiam insistant, alia maxima in multitudine compli- cata ita inherant, ut ordinem nunquã immutet, quo spectaculo nil admirabilius, nil pul- chrius. Ipsa profectò ut faces splendidissimæ in classes distributæ, Cœlum uenustant: ipsæ noctem, si non atra caligine, & nube inhorret, adeo lætificant, ut nil iucundius ui- deatur, quam plaustrum Cœli stelligerum à nocte duci: ipse mirificis coitionibus, & cõ- gressionibus, mirificos etiam Mundo deferunt influxus: ipsæ cursu suo tanta ratione di- sposto, tantiq; ordinis moderatione, mirificam Dei sapientiam pronunciant: ipse mul- titudine, quæ numerari non potest, potentiam fatoris præmonstrant; ipsæ cum aliæ in- signa æstatis, aliæ hyemis, aliæ seminandi, aliæ nauigandi tempus opportunum indi- cent, diuinæ bonitatis clarissima sunt monumenta. Vidit igitur Deus quòd bonum.

Lunæ enco- mia, & quæ comoda nobis submini- strat.

Venti quas commodita- tes afferant.

Stellæ quæ comoda præ- beant.

a. *Quartam representans aetatem.*

G L O S S A Ordinaria ex Isidoro.

K K K K Mane



Factum est vespere & mane dies quartus.

Allegoricè.

- a. *Quartam representans aetatem.*
 b. *In figuram eorum, quæ quarto millenario Christus gessit.*

Mundi iuuetus qualis.

Regnandi cupiditas quanta mala intulit.

Mane quartæ diei, regnum David. Hæc ætas similis est iuuentuti, quæ inter omnes regnat aetates, & firmum est omnium aetatum firmamentum. Vnde comparatur quarto diei, quo facta sunt sydera in firmamento Cæli. Splendor siquidem Solis regni figurat excellentiam, plebem obtemperantem regi Luna splendor ostendit, tanquam Synagogâ. Stella verò principes eius sunt, & omnia fundata in regni stabilitate, tanquã in firmamento. Quemadmodum supra, primam, alteram, & tertiam diem, infantia, pueritia, & Mundi adolescentia comparauimus; possumus & pari assimilatione nunc eiusmet iuuentutem quartæ huic diei, patrisque; in ipso operibus comparare. Solet profectò iuuentutis ætas, reiectis puerilibus ludis, & adolescentiæ illecebris, ad maiora animo exurgere: ita & Mundus ubi ad quartam peruenit aetatem, regnandi cupidine, ac libidine exarsit, concendereque; enixi sunt homines Orbis curram, dominandi uidelicet, ac moderandi Orbis fastigium, ut ipsi auctoritate superna splendescerent soli, ut Sol; & inter proceres confiderent, ueluti Sol inter sydera; Lunaque; idest, Rebus publicis, & stellis, proceribus principibusque; minoribus, auctoritatis splendore, tanquã lumẽ impertirentur. Quemadmodum uerò iuuenili furore perciti in dura sapientia ruunt discrimina, et ædua quælibet facinora aggredi non reformidant: ita mortalium profapia, seu nationes efferata, ut sibi Mundi imperiũ vendicarent, quæ facinora non sunt aggressi? quæ flagitia non perperrunt? Bellâ siquidẽ horrida et exitiosa, nimia imperandi cupiditate suscipientes, & maria classium copijs, quasi densis nemoribus explerunt, & uastissima flumina, quinimodò & æquora pontibus extructis coniunxerunt, & montium altissimorum iuga superarunt, quinetiam & montes ipsos à continenti absciderunt, & mortalium acies tanto auctas numero coegerunt, ut flumina penitus exiccarent, cum ad suppeditandum illis potum minimè sufficere possent. Arces inexpugnabiles expugnarunt, muros excelsos diruerunt, vrbes amplissimas ingenti obsidione prementes caperunt, machinas ardetarias, ac murales mirè excogitarunt, & bellicis tormentis naturæ impetum, quousilla in nubium collisione furentibus ventis post fulgetra rapidissima fulmina iacit, & cuncta conterit; cunctaque; posternit, prætulerunt. Sed heu, in quot etiam & quanta flagitia impia; & execranda se ingurgitauit hæc regnandi dira cupiditas? Hæc enim deletæ sunt amplissime nationes, protrita sunt regna inclita, funditus euerse insignes urbes, trucidatæ sunt innumera mortalium miriades: flumina nedũ infecta sunt cruore, sed sanguine quasi undis fluxere, & vastissimi cæpi tumuladus cadaueribus sat esse haudquaquã potuere. Quas autẽ immanitates secũ ferat bella, & regnandi efferata ingluuies, nõ est recedendi locus: Sic igitur Mundi iuuentus primùm excogitauit facinora, primùm perpetravit flagitia.

b. In figuram eorum, quæ quarto millenario Christus gessit.

A N A S T A S I V S Synaita Cõmentariorũ in Hexæmeron libro quarto, cum plura de quaternarij numeri excellentia, & mysterijs in eo numero per Scripturas latentibus, precipuè duobus locis à clausula (Denarium implet quaternarius) usque ad eam (Pulchrã commutationem, &c.) Et à particula illa (Animaduerte etiã) usque ad eam (Cum uenit autem) Tandem hæc in finẽ adiecit.

Hæc, & quæ sunt eiusmodi, ne legeris conuenienter scientia medicina, sed conuenienter spirituali: siquidem credis, quod Deus omnia fecit in sapientia. Cogitationũ in hoc quarto die, & in mysterijs, quæ in ipso facta sunt, de Sole, de Luna, & stellis, & Christi Ecclesia, & baptisinate, & de omnibus cæteris sex dierũ: quod in quarto die seculi; hoc est, in quarto millenario, à Deo per Mosẽ in Israël scripta sunt, & præfigurata, & nobis reuelata, & prædicta.

Cæterum hisce, quæ nobis ab Anastasio sunt suppeditata, ego in gratiam sacrorum Decla-

Declamatorum secundum temporis ordinem, breue compendium faciam.

Insignis est quaternarius iste numerus multis de causis, nominibusque (si eius encomia contemplari, celebrareque maluerimus). Principiò quaternarius numerus, ut in se est, perfectissimus est: nuncupatur siquidem ἀποτελεσματικός, idest, perficiens, quoniam ex eius partibus, si reducantur ad trinitatem, constituitur denarius. Vnitas enim cum binaria implet ternarium, & ternarius cum eis efficit senarium, & quaternarius additus implet denarium, siquidem unum, duo, tria, & quatuor constituunt denariũ. Deinde nonne quaternarius est numerus mysterijs locupletatus? Propter hoc Mundum fabricatus est Deus ex quatuor elementis, nẽpe igne, aẽre, aqua, & terra, & unumquodque eorum in quatuor consideratur, ut decerpere possumus ex hac molitionis Mundi Mosis historia. Ignis in luce primæua, & Sole, & Luna, & Stellis: aqua in firmamento concreta, alia supra firmamentum elata: & quæ sub firmamento alia in aẽre in nubes congesta, & alia abyssina in mari. Aër quatuor cardinibus uentorum, & quatuor anni temporum discriminatione secatur. Terra, terrarumque; orbis quatuor plagas, Ortum & Occasum, Boream, & Austrum complectitur. Quatuor sunt rerum generationes à Deo conditæ; germina, pisces, aues, & animantia. Animantia in quatuor genera diuisit, uo cans ea, iumenta, reptilia, feras, & hominem. Pisces & aues figuram quaternarij gerunt, cum figura in ipsis crucis notetur; ipsi enim duabus alis, capite, & cauda feruntur in aẽre, & aquis. Germinum quatuor sunt classes, herbæ, plantæ, olera, & arbores: Homo secundum formam crucis figuratam habet imaginem, cum brachia extendit, demonstratque quatuor cornua crucis, ut agnoscat se cruci Christi affigendum esse perpetuo, si lignum euadere concupiscit secus decursus aquarum, quatuor Euangeliorum plantatum. Hæc autem omnia à Deo ita ordinata sunt, ut quaternarij numeri excellentia pateferet. Verum adhuc præclariora quaternarij habemus encomia, si & alia innumera mysteria, quæ nobis demonstrata sunt, ex ipsis Scripturarum oraculis depromamus, eaque ad Christi gesta in quarto millenario referamus. Quadagesimo die cessarunt aquæ à fontibus abyssi, & cataractibus Cœli profluentes, ut demonstraret Deum quarto in millesimo, futorem ultionis in Mundum per Christum compescuisse, & cohibuisse. Moses quadagesimo anno impium occidit Aegyptium cum Hebreo pugnantem, infoditque; in arena. Et Christus Sol noster quarto millesimo, Diabolũ, qui cum Israëlitis bellum gerebat, prostrauit, & contriuit, ac in abyssum detrusit. Quadraginta annos in deserto gregem Iethro paut Moses; quadraginta diebus idem in Syna ieiunauit; quadraginta annorum spatio per desertum Israëlẽm duxit: Quibus intelligimus Christi præclara gesta. Quarto in millesimo Ecclesiam paut, & ipsam rexit, & legem ipsi impertiuuit. Quadraginta annos Samuel prophetat; & Christus quarto millenario legem promulgauit Euangelicam. Salomon constructo templo quadraginta annos regnat, & sapientia nostra cœlestis Christus, ædificata Ecclesia, regnabit in domo Iacob in æternum. Ex institutione legis Dei quadagesimo die expurgabatur mulier à sordibus immunditiæ suæ, & templum Domini ingrediebatur: Et quarto millenario Christus expurgauit Ecclesiam, quæ laborabat fluuio sanguinis, & immunditia idololatriæ; & baptisimo ipsam purificauit, ut introiret cũ Christo Pontifice in sancta sanctorũ. In fornace ignis cũ pueris tribus apparuit quartus angelicæ speciei in similitudinẽ filij Dei, et typũ gessit Christi, qui Deus homo factus, in fornace Mundi, ubi omnia exardescunt amoris proprii flammis, cũ suis illæsus Deo gratias reddidit. Ezechiel Propheta quadri formia animantia uidit, in mysteriũ Christi; in ipsis enim eũ contemplamur, quod sit Angelus magni cõsiliij, natura Deus, corporis expers; Bos, quia ad sacrificiũ pro humani generis redemptione destinatus; Leo, quia cùm cecidisset, dormiit in monumento oculis diuinitatis referatis, & ex se resiliuit à mortuis; Aquila tandẽ, quoniã assumitur in Cœlũ. Post baptisimũ Christus quadraginta dierũ ieiunio Diaboli tẽtationes retudit, ut significaret in quarto millenario cõpressas esse uires hostis Dæmonis, flaccidioresque; redditas. Ac demũ quadraginta latuit horis in atro monumento, & postea luce coruscans resurrexit, & quarta decade, quadagesima nimirum die, in Cœlum ascendit, ut omnia hæc monumenta essent & præfagia, quod quarto in millenario nobis paranda esset & uiuida carnis resurrectio, & superni Empyreï referatio.

Quaternarij numeri excellentia.

Quaternarij numeri mysteria, & quæ Christus quarto millenario gessit, simul conferuntur.

Allegoricè.

Producant aquæ.

- a. Post creata luminaria, producunt aquæ partus suos, quoniam post Christum & Ecclesiam, per baptismum gignuntur fideles.
- b. Id est, aquæ baptismales.

a. Post creata luminaria, producunt aquæ partus suos, quoniam post Christum et Ecclesiam, per baptismum gignuntur fideles.

A N A S T A S I V S Synaita Commentariorum in Hexameron libro quinto.

Vix tandem post multos verborum circuitus, quartus dies nos ad quintum transmisit, in quo à Deo, tanquam à petra aliqua quatriuane mortis, ad vitam procedit creatura: & vite in ipsa in primis ostenditur, ex aqua & spiritu principium habens in Ecclesia, quam uniuersorum opifex præsignificauit in quinto die dicens; Educant aquæ reptilia animarum uiuentium, & volucres volantes super terram secundum firmamentum Cæli, & factum est sic. Si ex naturali rerum consequentia, terra ante aquas debet à Deo accipere procreationem pecorum, & quadrupedum, & reptilium, quæ ex ea processerunt, ut quæ protinus facta sit secunda post Cælum, & in Scriptura nominetur & collocetur ante aquas: quomodo nunc aquæ primo loco ornantur? Videmus enim quod in positura duorum luminarium, id quod in firmamento Cæli est primum, à Deo est ordinatum, nempe Sol, qui est fisci elementi, & terram, quæ est coelementaris, constituit, eiusque est familiaris: & quomodo nunc rapuerunt aquæ primas partes, & tanquam primogenituram vite? Id ipsum dico de Luna, quæ per aquam & spiritum, eorum quæ ab ipsa administrantur & consistunt, aliam ostendit gratiam, cum primogenitam vitam & spiritum vite peperisset, & ostendisset, diuine, & sapienter omnia dispensauit, & constituit in sapientia. Nam in Cælis quidem primas partes, & primum locum Sol accepit, quoniam super omnem principatum & potestatem, Christus qui est Sol, qui percipitur intelligentia, est in Cælis, ut qui sit ostium, & introducens ad Patrem. In terra autem, ubi humiliavit seipsum serui formam accipiens, voluntarie dedit primas partes tanquam proprio suo corpori, Ecclesia. Dico autem mysterio baptismatis. Quomodo enim in Cælis ostium nostrum, & via ad Patrem est Christus: Ita etiam in terra ostium nostrum, & via ad Patrem est baptismus ad Christum per Ecclesiam, & ea de causa ante omnia vita & uiuens anima ostenditur ex aqua & spiritu, & super terram manifestatur, dicente Deo; Educant, &c.

In Ecclesia & Mundo condendo eundem ordinem seruauit Deus.

Mirificum ordinem in conflanda hac Mundi machina, & domicilio nostro uenusto, atque eleganti, obseruauit Deus sator uniuersorum: mirificum etiam ordinem in constituenda Ecclesia, electorum fede, & aurea domo, profectus pariter est. In Mundo primo effudit lucem, deinde sublimauit firmamentum; deinceps secretis aquis, terram ipsam uenustauit; exinde luminaria magna splendidissima in superis collocauit; iussit postea ut aqua suos foetus proferret; postmodum & terra suos enixa est; postremo plasmavit hominem ad imaginem, & similitudinem suam. En ordo idem in Mundo isto spiritali obseruatus: Effusa primum est lux quædam languida, atque pallens, Dei summi cognitio; conditum est mox firmamentum, Seth, inquam, profapia, heroesque; nonnulli, per ipsum Dei cultui addicti. Tandem secreuit terram ab aquis, Abrahamæ sobolem, seu Israëlitas, à cæteris nationum Gentibus: cui quidem stirpi mirificè gratificatus est, plurimisque eam muneribus ac beneficijs auxit, spectabundamque cunctis Gentibus effecit. Promanarunt subinde astra, Christus, & ex Christi latere, Ecclesia sancta, & micantium Apostolorum, Martyrum, Sanctorumque choreæ amplissimæ: tandè & aquas, ut suos foetus proferrent, instituit, baptismi nimirum fontem, quibus omnibus fideles, quasi geniti, prodeunt ad uitam; Inde & terram iussit proferre foetus suos, terrenum utique hominem ex terra plasmatum fructus reddere vita æterna condignos. Sed non potuit terra suos educere partus, nisi primum aqua suos genuisset, quoniam non poterat homo dignas merito fruges parere, nisi prius baptismatis sacro fonte à lurida peccati originis sorde ablueretur, & quasi recisum germen nouo solo plantaretur. Hæc ipsa est causa, quamobrem in spiritali Ecclesiæ structura, prius aquæ suos educunt partus, quam terra.

Id est,

b. Id est, aquæ baptismales.

HIERONYMVS in Epistola ad Oceanum.

Primum de aquis quod uiuit egreditur, & pennatos fideles de terra ad Cælum leuat.

AMBROSIVS de Sacramentis libro tertio, capite primo.

Similiter & de aquis legis; Producant aquæ animantia: & nata sunt animantia. Illa quidem in principio creaturæ: Sed tibi reseruatam est, ut aqua te regeneret ad gratiam, sicut illa generauit ad uitam.

BEDA Expositione in Genesim.

Allegoricè autem producunt aquæ reptilia animarum uiuarum: homines scilicet renouatos in uitam per baptismi sacramentum.

Plura differunt Patres, hunc locum allegoricè ad sacri baptismatis fontem adaptantes, quæ ut in congruum ordinem redacta clarescant, lectorique reddantur periucunda, hoc ordine deducemus. Primum, quomodo cum dicitur: Educant aquæ, allegoricè sacer baptismatis fons portendatur: Deinde, cum adijcitur; Animæ uiuentis, qui effectus præclarus & inusitatus sacri baptismatis denotetur: Tandem, quid sint pisces, & aues, ex eomet sacro fonte prodeutes, declarabimus.

A N A S T A S I V S Synaita Commentariorum in Hexameron libro quinto.

Ea de causa ab initio spiritus ferebatur tanquam anima uiuens super aquam, aquam uiuificans, & mouens. Propterea diuina quoque Scriptura hæc duo ponit simul congenita, tanquam animam & corpus, aliquando quidem dicens; Apud te, nempe spiritum, tanquam Deum, est fons vite. Aliquando autem; Flabit spiritus eius, & fluent aquæ. Dominus quoque dicit; Qui credit in me, nempe totum spiritum, si fuerit incarnatus, sicut dicit Scriptura, fluit ex ventre eius fluent aquæ uitæ. Similiter etiam dicit Samaritana: Aquam ego ei dabo, qui sum spiritus, tanquam Deus: Et; Eos, qui me adorant, in spiritu & ueritate oportet adorare: Et; Fiet ei fons uitæ salientis in uitam æternam. Prima ergo uita uiuentium ex aquis. Ex eis est cognitus primus aduentus spiritus: nam super eas ferebatur. Prima resurrectio ex eis facta est per Ionam, in eis est abscondita margarita patris fulgoris. Per Iordanem facta est purgatio creaturæ, ex aquis facta est fructuum germinatio, ex aquis fuit paradisi irrigatio. Ante omnia aquæ in principio acceperunt lucis illuminationem, ut quæ ferrentur super terram, & eam alluerent, ac tingerent, & propemodum predicarent omnem humanam naturam, quæ erat baptizanda. Quamobrem tertio die aqua ascendit ex baptismo eiusmodi aquarum, ut quæ in trinitatem Patris & Filij & Spiritus Sancti baptizata sit, & crediderit. Quam quidem cum Deus tanquam ex aliqua aquarum piscina eduxisset, statim iubet ferre fructus, conuenienter Baptiste Ioanni, qui ijs qui baptizabantur, præcipiebat, & dicebat; Facite fructus dignos penitentia: ipse quoque dicens; Germinet terra herbam sani, & lignum fructiferum faciens fructum.

Epist. 83.

Psal. 55.
Psal. 147.
Ioan. 7.
Ioan. 4.

Matth. 3.

CYRILLVS Hierosolymitanus Catechesei tertia.

Quod si quis scire desiderat, quare per aquam potius, quam per aliquod aliud elementum gratia detur, sacras Scripturas relegens, inueniet. Magnum enim quiddam est aqua, & ex quatuor Mundi elementis apparentibus pulcherrimum. Angelorum habitaculum est Cælum: atqui ex aquis sunt Cæli. Terra est hominum locus: atqui ex aquis etiam terra. Et ante omnem rerum creaturam sex illis diebus distinctionem, spiritus Domini ferebatur super aquas. Principium Mundi aqua: principium Euangelij Iordanus. Liberatio Israël à Pharaone, per mare facta est: & liberatio à peccatis Mundi, per lauacrum est aqua in uerbo Dei. Vbiunque fœdus aliquod inter Deum & homines, ibi & aqua. Post diluuium fœdus percussum est cum Noë; fœdus & cum Israël ex monte Sina: uerum hæc non sine aqua, & lana rubea, & hyssopo. Helias assumptus est, sed non sine aqua: prius enim transiit Iordanem, deinde in Cælum raptus est: prius abluitur summus sacerdos factus. Quomodo enim susciperetur pro alijs oraturus, qui nondum per aquam purificatus esset? Symbolum baptismi erat labrum in tabernaculo positum. Veteris testamenti finis, & noui est principium baptismus. Ioannes erat dux eius, quo maior inter natos mulierum nullus: qui finis erat Prophetarum: omnes enim Prophetæ & lex usque ad Ioannem. Et idem erat rerum euangelicarum principium. Initium enim Euangelij Iesu Christi, & quæ sequuntur. Erat Ioannes baptizans baptismum.

Ex præclaris his Patribus Cyrillo, & Anastasio, plerasque sacri baptismatis fontis figuras, simulachraque colligito. Firmamentum profectò est uetus testamentum stellis innumeris undique micantibus illustre, quæ faces nitentes, figuræ sunt & exemplaria rerum earum, quæ in nouo testamento efficiendæ erant. Quapropter & de baptismatis fonte oracula multa sic coaceruato. Primum conditum esse Cælum & terram ex aquis existimatur, iuxta D. Petri testificationem: Cæli erant prius, & terra de aqua, & per aquam consistens. Sed quid Cælum est, nisi Ecclesia ipsa triumphans; quid terra, nisi camet militans? En utraque ex aquis compacta, ex hominibus aquis baptismalibus rege-

Testamentum uetus huius firmamentum.

Baptismatis figuræ in aquis præsignatæ.
z. Pet. 3.

regeneratis. Deinde & in chaos illo squalente, atque horrifco, aque ambibant terram, Ut quid, nisi ut significarent Ecclesiam pariter vndique aquis baptismalibus, & gratijs circumseptam, & madefactam? Spiritus etiam Domini ferebatur super aquas; in typum, atque indicium, quod super aquas baptismales fertur Spiritus Sanctus, atque cubat, novos foetus animans ad vitam, ut plurimi Patrum edisserunt. Inclaruit primo die lux superingentem illam molem aquarum, quae undique Mundum obruebat, id certe portendens, quod claritas illuminationis coelestis fidei effulgeat ijs, qui in aquis baptismatis merguntur. Et quid est firmamentum illud secundo die compactum, quod segregavit aquas terrestres a coelestibus, nisi soliditas fidei, quae in ipso baptismatis sacro fonte seiuinct, agnoscit aquas coelestes, id est, gratiam, quae inconspicabiliter confertur, ab aquis his spectabilibus, in quibus mergitur? Quorsum vero tertia die terra madescens emergit ex aquis, ut germinet herbam virentem, & lignum fructiferum, nisi ut notificetur, quod facta memoracione sanctissimae Trinitatis, Patris, Filij, & Spiritus Sancti, mox homo regeneratus exiit ex aqua baptismatis fontis, gratijs vndique locuples, ut inde possit & coelestium cogitationum, & sanctarum operationum fruges opimas proferre, & reddere? Fons porro ille scaturiens in medio paradisi, eumque irrigans, ut noua semper venustate reuiresceret, quid aliud praesignabat, nisi baptismatis sacrum fontem in medio Ecclesiae collocatum, quo semper ipsa Ecclesia nouo foetu fidelium reuirescit, renouatur, & augetur? Porro & Mundus non nisi diluuij supernatantibus aquis purgatur, in figuram, quod homo ipse non nisi baptismatis aquis perpetim in Ecclesia scarentibus purificari, abluui, nitidusque reddi poterat. Exinde & arcus ille iuridis post imbres in nubibus Coeli non rutilauit in signum foederis, nisi post diluuium. Euidetissimum monumentum, non pepigisse Deum cum mortalibus foedus pacis, nisi post sacrum baptismum, ac propterea veluti in huiusce rei indicium, columba nitidissima non emittitur ex arca, nisi transacto diluuij, ut erudiremur, Spiritum Sanctum nobis non superfundi, eiusque candore & puritate animam non nitescere, nisi post sacrum baptismum. Nec sine recondito mysterio est, quod Rebecca, Rachel, & aliae ex praclaris vetustis matronis, apud fontem sint sponis copulatae, praesignabant siquidem animam Christo non desponsari, nisi in ipso sacro baptismatis viuifico fonte. Ex pingui Aegypto egredientes Israelitae, per mare Rubrum, in desertum transmigrant, & inde in terram fluentem lac & mel proficiscuntur. Ex Mundo Christicolae non nisi per baptismum in arduam mortificationis transeunt vitam, ut inde in coelestem conscendant. Quid enim mare est Rubrum, nisi baptismi fons sacratissimo Christi sanguine rubens & coarsperus? Quid ventus ille ualidus exiccans mare, ne tumentibus undis Israelitas opprimere, nisi Spiritus Sanctus remissionem ex misericordia impetrens, & quae ex iustitia debebantur, poenas prominentes coercens? Lex ex monte Syna inter fulgetra, & rapida fulmina defertur, uerum neque haec sine aqua, nam scriptum est: Descenditque Moses de monte ad populum, & sanctificauit eum, cum lauissent uestimenta sua. Et lex uerba gelij nobis non confertur, nisi prius aspergamur aqua baptismatis. Per Iordanem aquis hinc ut pariete turgide persistentibus, illinc rapide defluentibus, arca praecunte, permeat Israel, ut terram ingrediatur promissionis, omni ubertate locupletem: ita profecto duce Ecclesia, Christicolae ad coelestem non conscendunt regiam, nisi medijs baptismatis fluctibus. Porro & Naaman non est restituta caro tanquam pueri nitida & lenis, quae prius scabrosa ac lurida fixerat, nisi Iordanis claris lymphis septies abluto. Clarissimum profecto argumentum, animam primi criminis contagio, & labe fordidatae non reddi innocentiam coelestem, & puritatem candescentem, nisi ipso baptismatis fonte ablute. Sed nec Elias assumptus est sine aqua, prius enim transiit Iordanem, deinde in Coelum raptus est. Pari euentu & animam in Coelum conscendere non dabitur, nisi sacras baptismales aquas permearit. Et Ionas non redit ad littus incolumis, nisi postquam proiectus fuerat in mare, quasi in mysterium, quod electus ad salutis uenustum littus non sit euasurus, nisi prius in baptismatis aquas sit proiectus. Quid uero praemonstrabat, uel portendebat, obsecro, labrum illud in tabernaculo positum, nisi sacrum baptismi fontem, in tabernaculo sanctae Ecclesiae collocatum? Symbolum quoque splendidissimum eiusdem baptismi fuit piscina, perenni miraculo ab Angelo quotannis com-

mota,

Producant aquae.

- a. *Aqua in numero plurali iubentur producere, terra in singulari, quoniam diuersa genera Christicolarum profert baptismus, terra unum genus humanum.*
 b. *Vel quia in baptismo generatione spirituali concurrunt duplex aquarum genus, in carnali uero una tantum terra.*

Tropologicè

mota, quibus purificabantur hostiae, & holocausta, & aduersa ualitudine afflicti curabantur, nam baptismatis fonte dealbatur anima, atque spirituali sanitati restituitur. Sed quid plura? Baptismus tandem Ioannis nonne baptisimi fuit non dicam figura uel umbra, seu monumentum, sed prodromus siue praecursor, sed simulachrum clarum, dilucidum, perspicuum? Quid enim portendebat Ioannes sanctitate conspicuus, nisi character insignitum sacerdotem? Quid aquae illae clarentes Iordanis, nisi nostras sanctiores sacri fontis? Quid Christus baptizatus a Ioanne, nisi sanctificationem ipsam baptismi? Quid Celi referati, nisi Coelorum ius baptizatis indultum? Quid columba, nisi Spiritus Sancti puritatem animam illabentem? Quid uox illa coelestis: Hic est filius meus dilectus, nisi adoptionem impertitam, & condonatum? Cur baptismus uocitabatur poenitentiae, nisi ut nos admoneret ad mortificationem baptizatos destinari? Haec igitur omnia splendidissime ipsum baptismum praefigurabant. Caeterum ut ad propositum locum reuertamur; Producant aquae, inquit Vates, nimirum baptismales aquae. Porro ea est cunctorum ferè Patrum sententia, hac in piscium, atque alium procreatione, Spiritum Domini egisse partes efficientis causae, aquas uero materiae. Clarissimum utique argumentum, quod in procreatione fidelium, quae fit in sacro fonte, prolatis uerbis: Ego te baptizo in nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti, Spiritus Sanctus uices agat agentis, aquae uero materiae. Sed quid? Nonne Philosophi astruunt ex Solis radiatione in humidam naturam, cuncta procreari? Calidum, & humidum principia profecto sunt, quibus coalescit omnis uita. En Sol noster Christus in Coelum iam assumptus, ad uocem eam Sacerdotis; Ego te baptizo in nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti, gratiae radios demittit in ipsum fontem sanctificatum, & mox in anima gignitur uita spiritualis, & coelestis. Et haec quidem de figuris baptismi, nam sententias, auctoritatesque Scripturarum ipsam demonstrantes, alias cumulatius forte coaceruabo.

a. *Aqua in numero plurali iubentur producere, terra in singulari, quoniam diuersa genera Christicolarum profert baptismus, terra unum genus humanum.*

ANASTASIVS loco praefert.

Dicant mihi qui attendunt solam litteram Scripturae, quam ob causam in aquis quidem dictum est pluraliter; Educant reptilia animarum uiuentium: in omnibus autem, quae ex terra processerunt sexto die, feris, reptilibus, iumentis, quadrupedibus, non pluraliter, sed singulariter imperat Deus Verbum dicens; Educant terra animam uiuentem?

Et post plura excitatae difficultati hunc in modum satisfacit.

Existimo ergo, quod hac de causa in generatione quidem animantium ex terra, Deus dixit; Producat terra animam uiuentem; una est enim & similis omnibus hominibus à terra genita, & carnalis generatio ex muliere. In aquis autem propter spirituales ex ipsis baptismatis diuersam regenerationem, dicit; Producant, inquit, aquae reptilia animarum uiuentium. Alia enim egreditur anima ex piscina, qui sincere & ex animo corde est baptizatus, & alia anima is qui cum dubitatione accessit ad gratiam, & alia anima, is qui tentando accessit ad Sacramentum, ut Simon Magus, de quo dictum est; Baptizatus est etiam Simon Magus, & ascendit qualis descendit, hoc est, non illuminatus. Aliter enim afficitur, in ijs dico qui baptizantur, cor Gentilis, & barbari, qui est omnino ignarus Christianismi, & Scripturarum Dei, & alio animo accedit is, qui est institutus, & initiatus in cognitione, & intelligentia, & tanquam prius illuminatus in Christi sacramento. Unde rursus cum baptisate, prophetice charismatibus, & linguis, & ignis, & praenotionibus di-

gii

gni habiti sunt nonnulli ex ijs, qui cognitione illuminati accedebant ad baptismum, statim effecti ab alijs diuer-
si & mutati. Nam antem hanc baptizatorum ad ea que sunt meliora, mutationem significans Sol iustitiae,
mutauit aquam maris, eam intus & extra salisam reddens: quan loquidem sal est verbum Dei, tollens om-
ne uirus, & omnem fetorem expurgans, & purificationem, corpora custodiens, cibis benefaciens, & pa-
nem celestem uiuens. Vnde & Christus ijs exprobrat, qui sal eiusmodi in se non habent, & custodiunt.

Cum uero proposuisset tria genera baptizatorum, exemplis uenustissimis ea notifi-
cat, qua nos post defumemus.

Est quedam admirabilis ratio in natura aquarum, valde appositae & conueniens regenerationi baptisma-
tis, qua fit sine semine, & corruptione. Nam ut dicunt qui norunt piscandi artem, habet quidem piscium na-
tura masculinum, & femininum sexum natantia, & inter se non coeunt: sed sine semine ex aqua & spiri-
tu uenti pariunt, proprie & sine dubitatione eo exemplo significante spirituales & sine semine nostram ex
aqua & spiritu generationem, de qua dictum est: Non ex sanguinibus, neque ex uoluntate uiri: sed ex uo-
luntate dei nati sunt. Dicunt autem & testudinem qua dicitur, & murenam coire: sed quod rarum est, non est lex
clerae. Sed quoniam utraque haec animalia marina & coeuntia, in terram ex aquis egrediuntur, uirum de-
gunt accipi tem, & non uiuunt more natatiliu animantium. Vnde ea quidem, qua dicitur murena, mari
egrediens coit, ut aiunt, cum serpente marino. Etenim quicumque nolunt patrem habere Dominum, & ma-
trēm piscinam, sed ficti & simulati, ut Simon, accedunt ad baptismum, si sibi uisus patrem ascribunt Dia-
bolum, antiquum serpentem, & audiunt: Vos ex patre uestro Diabolo estis, & abnegant aquam piscine. Non
enim nascuntur in ea, & accedentes in terram, suscipiunt generationem, qua est conuersatio, & uita uirum il-
luminata. Nam supra aquam, non supra terram superferebatur spiritus. Testudo autem, tanquam aper-
tantibus, & abhorrentibus aquis eius inquam ex semine & fœtu conceptionem, in hanc terram antanda-
tur, & illic oua pariens ea occultat, in typum eorum, qui reuera ex aqua baptismatis nati sunt per ipsum,
intrinsicus autem adhuc celant improbam seminis generationem, & propter humanam forte pudorem, eam
foras non emittunt.

Ioan. 1.

Ioan. 8.

Ad baptismū
tria genera
hominū acce-
dunt.

Baptismalis
regenerati-
onis conditio-
nes in pisciū
natiuitate o-
stenduntur.

Murena sym-
bolum ficti
baptizati.

Testudo sym-
bolum bap-
tizatorum desi-
diosis uiuen-
tium.

Pulchre igitur erudimur ab Anastasio (ut eius prolixam contemplationem in com-
pendiarium argumentam redigamus) tres moralium hominum classes ad sacrum
baptismatis fontem accedere: Alios sincero & erudito corde, intelliguntia nempe sa-
crorum dogmatum initiatos, ut cathecumeni: Alios, dubio & inerrato, fidei dogma-
tibus non bene institutos: Alios tandem fictitios, quasi iudificationis gratia, ut Simon il-
le Magus. Porro omnes hi diuersum sortiuntur effectum. Primi uere illustrantur, &
filij Dei euadentes, que superna sunt & coelestia anhelant, & prosequuntur. Alteri an-
cipitem transigunt uitam, ita ut propemodum nec Christiani, nec Gentiles habeantur.
Tertij tandem in peius decidunt, quodque in salutē eis destinabatur, ipis in excidium
& perniciem uertitur. Mirifice autem hi effectus exemplis ex diuersis fetus piscium
generibus demonstrari possunt. Attestantur qui piscandi arti incumbunt, pisces na-
tura sexus non agnoscere ut plurimum, nec inter se coire; ex ipsorum tamen ouis in
aqua calore Solis cofota, gigni pisces. En mirificum exemplū, quo significatur spiritualis
& sine semine ex aqua, & Spiritu Sancto in baptismo effecta generatio, & procreatio eo-
rum, qui sincere in baptismi fonte resuscitantur. Primum prodeunt quidem sine pa-
tre, & matre, quoniam non ex sanguinibus, neque ex uoluntate uiri, sed ex Deo nati sunt.
Gignuntur secundo loco in aqua cofota radio Solis flagrate, in aqua baptismali Chri-
sti Spiritusque Sancti gratia cofota & uiuificata: remanent uero pisces in aquis natan-
tes, & baptizati permanent in Christianis institutis recte uiuentes. Murena autem ex
aquis egressa, cum serpente marino (ut aiunt) coit, & ibi monstrum fere sibi consimile
gignit. Quid autem est murena, nisi peruersa uoluntas eius, qui ficti, & simulati sacra-
mentū baptismi adit, qui mox ex aquis exit, & cū serpente marino, cū Diabolo antiquo
serpente iterum coit, ut monstrum gignat, hominem nempe, qui nec Christiani, nec Gen-
tilis imaginem gesserit. Testudo pariter, deforme, & rurpe animal, abhorrentibus aquis
eius sordidam conceptionem, in terram exilit, & illic oua occultat, ut animal uitam an-
cipitem degens procreet. Quid est testudo, nisi ipsa impia uoluntas, qua quidem sac-
culi, gentilitatisque sordida uitam affectat? hęc non ignara sacram Ecclesiam suos fœ-
datos mores non passuram, in terram properat, & illic foetus emittit, quoniam sepius
apud Gentiles, uel Iudæos clam se recipit, ut improbam uitam, improbosque mores il-
lic emittat, & euomat, & ita dubiam uitam agat.

Vol

Reptile animæ uiuentis.

a. Dictum est; Reptile anima uiuentis, non; Viuens, ut denotetur, qua uita spiritualis
indita sit à baptismo.

Producant aquæ reptile; & volatile.

b. Baptismus Christicolas imperfectos, & perfectos.

b. Vel quia in baptismo, generatione spirituali, concurrat duplex
aquarum genus; in carnali uero una tantum terra.

Anastasio huius ingenui, & elegantis quaesiti solutionem dictam attulit; possumus
atramen contemplandi libertate nos asserere, in duplici procreatione aquarum, & ter-
ra; duplicem nobis notificari, atque suppeditari generationem; spirituale, qua fit per
baptismatis sacrum fontem, & naturalem, qua itidem propagatur genus humanum. De
primaria dictum esse plurali numero: Producant aquæ reptilia animæ uiuentis, & volati-
le super terram; quoniam ad hanc generationem duplex concurrat aquarum genus;
Aliud supernū, & inuisibile, idest, Spiritus Sanctus, celestisq; gratia, seu aqua illa toties
in Scripturis sacris memorata; unde Seruator: Qui fitit ueniat ad me. Qui credit in
me, flumina de ventre eius fluent aquæ uitæ: hoc autē dicebat de Spiritu Sancto. Et
iterum; Qui bibierit ex aqua, quam ego dabo ei, non sitiet in æternum: Aliud infernū
& visibile, ut fontium perspicue, ac clarentes aquæ. Ex his enim aquis fit regeneratio
spiritualis, iuxta illud; Nisi quis renatus fuerit ex aqua, & Spiritu Sancto. Propterea
dictū est; Producant aquæ: Procreatio autē naturalis ex una tantum stirpe promanat; ex
genere humano, sumpto ex Adam rubro, quia ex rubra terra ipse quoque; plasmatus fuit,
attestante Scriptura: Plasmavit igitur Deus hominem de limo terræ. Propterea scri-
ptum est: Producat terra, &c.

a. Dictum est; Reptile anima uiuentis, non; Viuens, ut denotetur,
qua uita spiritualis indita sit à baptismo.

ANASTASIVS Commentariorum in Hexameron libro quinto.

Hęc autem erunt, si ab aqua baptismatis educti fuerimus reptilia, sed animarum uiuentium, sola anima
post baptismum suscipiente studium ad meliora, & tali constituta, qualis exierit ex aqua, & non exeat repti-
lia animarum uiuentium, ne habeatur ulla cura corporis. Nam si dicatur animal, intelligitur quod simul sint
corpus & anima.

Duplex profecto est uita, & duplex mors, quibus mortales afficiuntur, naturalis, & spi-
ritualis: naturalem uitā uiuit homo, cum anima corpus uiuificat, spirituale anima, quādo
Deus animā sanctificat. Naturali morte perit homo, cum anima ē corporis custodia li-
beratur: spirituali uero interimitur anima, cum ipsa à Deo uitæ fontē separat. De uitā
naturali id accipiendum est: Factus est Adam primus in animā uiuentem. Quo loco ani-
maduertas, precor, cum de animantibus loquitur Scriptura, ait: Creauit Deus cete-
grandia, & omnē animā uiuentē; & post: Producat terra animā uiuentē in genere suo:
quādo uero hominis plasmationē enarrat, ait: Factus est homo in animā uiuentē. Qua-
re diuersa hac loquēdi seriē uia est sacrosancta Scriptura, ut animā uocari animas ui-
uentes, hominē uero tradat factū esse in animā uiuentē? Quoniā animantia sunt animæ
uiuentēs, idest, ad tēpus uiuentēs, sunt nanque caduca: homo uero est in animā uiuentem,
sublimatus in animā perenniter uiuentē, idest, immortalē. De uita autē spirituali illud se-
cundo loco intelligendum; Factus est secundus Adam in spiritum uiuificantem, &
hęc uita ipsa est, quæ in baptismatis sacro fonte confertur. Propterea de pueris ē sacro
fonte sublaris dicitur: Producat aquæ reptile animæ uiuentis. Quid autē sibi uoluit hęc
uerba, nisi educatur ex aquis exigua illa renascentiū puerorū corpuscula, quæ ergastula
sunt anime uiuentis, cōcludētia tāquā uehiculari animā uiuentē, quoniā ipsis caro facta est
uehiculū uitę, nimirū atē regeneratę ad uitā spirituale, & eternā. Verū cur dixit, Animæ
1111 uiuentis,

Tropologicè

Allegoricè.

Ioan. 7.

Ioan. 4.

Ioan. 3.

Duplex uita
& duplex
mors.

1. Cor. 15.

Animātia dī-
cuntur animæ
uiuentes, ho-
mo autē sa-
ctus in ani-
mā uiuentē.

Anima viua, iuuens, mortua, & moriens quid sint.

Gen. 2.

viuentis, & non viua? Est siquidem anima uiua, viuens, mortua, & moriens. Viua est quæ in æterna uita, in Cælo est constituta; mortua, quæ in æterna morte, in inferno concluditur. In hac autem vita, anima viuens est, & moriens: uiuens, quæ in via est ad vitam, & uiuere cœpit; moriens, quæ in via sit ad mortem, & mori inchoarit. Prima est Christianorum iustorum, altera impiorum. Vnde illud: In quacunque hora comederitis, mortem moriemini; non de morte hominis duntaxat, sed de morte etiam animæ est interpretandum. Moriemini, hoc est, mortis viam ingredientes, aut morientes eritis.

b. Baptismus Christicolas imperfectos, & perfectos.

E V C H E R I V S in Genesim libro primo, capite sexto.

Inter hæc die quinta, facta sunt in aquis reptilia animarum uiuarum: homines scilicet renouati in vitam per baptismi sacramentum. Facta sunt & volatilia, idest, sanctæ anime ad superna volantes.

Beda Expositione in Genesim hæc habet mutuata oratione: & libro de Sex dierum creatione, ea ipsa replicat in recapitulatione, ut supra relatam est. Glossa Ordinaria ea ipsa pariter hausit non alterata oratione.

G L O S S A Interlinearis pressius sic deduxit.

Producant aquæ reptile anime viuentis; idest, renatos per sacramentum baptismi: Et volatile super terram: idest, volantes ad superna.

A N A S T A S I V S Synaita Commentariorum in Hexameron libro quinto.

Reptilia ergo sint ij, qui baptizantur ad Dei obsequium, tanquam electi pisces, qui adducuntur ab ijs, qui prius erant piscatores, nunc autem Apostoli. Sed sint etiam volucres ij, qui sursum feruntur, ut fiant obuiam Christo in aere.

Duo igitur genera Christicolarum gignit fons baptismi, alios quanquam terrenis negotijs complicatos, uitam quandam communem, sed immaculatam ducentes: alios cœlestibus incumbentes, & singulari quadam uita, ea, quæ spiritus sunt, magis affectantes. Inter pisces autem & aues ea est discrepantia, quod pisces rudiores sensus habent, & memoria ferè carent; aues uerò præstantioribus sensibus pollent, & maior in ipsis uiget memoria. Certè qui in terrenis continuè uersantur, spirituales sensus hebetiores ferunt, de cœlestibus, atque altera uita modicum curant. Qui uerò solitaria quadam, ac singulari uiuendi ratione ad spiritualem uitam peculiari studio nanciscendam contendunt, præclariùs quæ spiritualia sunt sapiunt, & præclariori spiritus gustu, in cœlestem uitam ardentiori feruntur desiderio. Illi ut pisces inter aquas mundanarum rerum natant: isti ut aues ad superna uolitant. Cæterum ficuti ex auibus aliæ, ut aquilæ, in altum se extollunt, luminibus semper in Solem fixis; aliæ, ut accipitres ad altiora loca uolitant, sed semper oculis in terram ad predam intentis: Ita profectò nonnulli spiritualem uitam reuera affectantes, Dei cœlestiumque amore rapiuntur: alij uerò uita fucata ad superna se euolare fingunt: sed eorum propositum est gloriam, diuitias, auctoritatemque; etiam simulata probitate apud reges, & principes sibi comparare.

a. Idest, baptismus catholicos nunquam de sinu Ecclesie exeuntes, & aues, hereticos, superbia in aëra presumptionis volantes.

P E T R V S Abbas Cellensis libro de Panibus, capite quarto.

Opus nimirum quintæ diei huic discretionem conuenit, in qua dicitur: Producant aquæ reptile anime viuentis, & volatile super terram sub firmamento Cæli. Hic discretio baptizatorum notatur, quia alij seruata fide, & deuotione baptismatis, nunquam de sinu Ecclesie exeunt; alij per superbiam euolantes, immo euanescentes in aëra presumptionis, & vanitatis, blasphemias hereses confingunt.

Ecclesia profectò nostra est lacus ille fluens, undis limpidis clarisque insignitus, lacus ut asserabamus Genesareth, super quem confidet Christus, & Petrus, Romanus

Aquilæ uerè spiritualiū, accipitres hypocritarū ty pus.

Producant aquæ reptile, & volatile.

- a. Idest, baptismus catholicos nunquam de sinu Ecclesie exeuntes, & aues hereticos, superbia in aëra presumptionis volantes.*
b. Baptismales aquæ, carnales, & spirituales, siue peccatores, & iustos.

Allegoricè.

nus Pontifex, qui et situbat, à domino roboratur. Hæc aquis suis, aquis utique baptismatis fontis procreat: tum pisces, tum aues, catholicos profectò ab Ecclesia ipsa, in qua editi, & progenerati sunt, nunquam abscedentes. Exiliunt etiam & aues, hæretici, leuitate alarum, ingenij perpicacitate elati, qui in aëra ambitionis sublatis, nunquam paternas, natiuasque sedes repetunt. Exeuntque non tanquam columbæ ex arca, ueluti inquam Doctores sacri, qui cum solidas doctrinas non offendunt, ad arcam redeunt; sed ut corui, qui putrescentia cadauera comperta, impia nimirum atque detestanda dogmata, crocitando, oblatrando contra sanctiones Ecclesiasticas, capiunt & deglatiunt.

Hæretici exeunt ex Ecclesia, sicut corui ex arca.

b. Baptismales aquæ, carnales, et spirituales, siue peccatores, & iustos.

A N A S T A S I V S Synaita Commentarijs in Hexameron libro quinto.

Fortè enim sicut tertio die herbae & arbores frugiferae sunt typus peccatorum, & iustorum: ita etiam in quinto die propositio, pisces quidem qui in aqua tinguntur, non suscipiunt autem nec spirant spiritum qui fertur super aquam, sunt peccatores, qui etiam post baptismum in uoluptatum profundo & fluctibus permanent, & peccati uirus non deposuerunt, neque Solem iustitiae aspexerunt, neque alas columbæ, nempe spiritus acceperunt; & ideo non possunt euolare in Cælum, sed remanserunt reptilia, & non sunt effecti volucres, sicut iusti. Quorum quidem uirilentorum, & fetidorum piscium rex est magnum illud & malignum cetus, de quo Deus dicit Iob. 41. Hic est rex omnium, qui sunt in aquis.

Iob. 41.

H V G O Carënsis in Postillis, duplex genus piscium, idest, bonorum & malorum, ex aquis baptismalibus prodeuntium, his declarat.

Vel per aquam baptismus accipitur Zacch. 14. Exhibunt aquæ uix de Hierusalem: medium earum ad mare orientale, & medium ad mare nouissimum: quia baptizatorum una pars elegit amaritudinem in presenti propter Christum, cui nomen oriens: alia pars fuit ad amaritudinem æternam, & hoc est mare nouissimum. Iosue 3. Aquæ intumescens ad instar montis apparuerunt procul ab urbe, quæ uocatur Edom; quæ uerò inferiores erant, in mare solitudinis, quod hunc uocatur mortuum, descenderunt. Per aquas intumescens, intelliguntur boni, qui sub pedibus suis rotam Mundum habent, unde & procul sunt ab Edom; idest, ab amore terrenorum: Edom enim interpretatur, terrenus. Per aquas, quæ in mare mortuum descenderunt, significatur mali, qui descendunt in infernum, ubi semper uident in morte. Psal. 48. Mors depascet eos: Apocal. 9. Quærent homines mortem, & non inuenient eam: desiderabunt mortem, & mors fugiet ab eis. Iustum est enim, ut qui semper uixit in culpa, nunquam moriatur in pena.

Ex sacro baptismate certè prodeunt duo genera fidelium; Alij siquidem, quanquam uiuificati diuino spiritu, redeunt attamen ad uitæ carnalis laxitatē, deliciasque. Alij porro conscendunt ad uitæ spiritualis mortificationem, & puritatem. Primi generis fideles piscibus cōparari possunt, qui in aquis degunt, in fluida, & leui, humidaque natura, in fluxa utique; & deliciosa uita: Alterius uero generis auibus, qui in aëre uisitant, in tenui, & spiritali natura, in pura nempe & cœlesti uita. Illi ad inferas sedes suauiter natant; hi ad supernas laboriosè euolant: Illi obuiò quocunq; uiscoso & crasso humore uescuntur, omni uoluptate terrena & fordida: hi ut plurimum uiuidis sementibus, & præcipuè sinape, idest, Christo. Illi si respirant, ex aquis tenuissimè refocillantur, quoniam in desiderijs suis exili uoluptate recreantur; hi aërem suscipiunt per purgatum & salubrem, quo facillimè æstuantem propellant calores, idest, cœlesti refocillantur spiritu, quo facillimè concupiscentiæ flagrantiam extinguunt, & comprimunt. Illi

Spirituales homines auibus, carnales piscibus comparantur.




Producant aquæ reptile, & volatile.

Allegoricè.

- a. Producat genus humanum, Gentiles, ut pisces, Chresticolos, ut aues.
- b. Aqua celestis doctrine, actiuos, & contemplatiuos.
- c. Spiritus Sanctus sacramento ordinis, clerum secularem, & regularem.
- d. Pœnitentiæ aqua producat recedentes in peccatum, & se ab ipso præseruantes.

Moraliter.



si foetum gignunt, eum in aquis dispergunt, quoniam operum ipsorum meritum euane-
scit: Isti oua generant nidis in arduis collocatis, foetusque nobilissimos proferunt; quo-
niam opera pariunt perfecta, & merito opima, atque onusta. Illi nunquam ferè piscem
gignunt, sed putrescentem quandam materiam, quæ calore Solis coalescit, & pisces ge-
nerat, quoniam exemplo nunquam proferunt hominem virtute præclarum, sed plerum-
que consimiles sibi vitijis fordidos: isti animal gignunt, quoniam plerumque exem-
plo suo uiros undequaque uirtutibus illustres efficiunt. Rectè igitur, & carnales pisci-
bus; & spirituales alicibus comparari possunt.

a. Producat genus humanum Gentiles, ut pisces; Chri-
sticolos, ut aues.

H V G O Victorinus de Sacramentis libro primo, parte prima, capite vigesi-
moseptimo.

Duo sunt genera animantium, quæ ex una origine prodeunt, sed non unam mansionem sortiuntur. Pisces in
originali sede permanent: volatilia sursum tolluntur, & sunt quasi supra id, quod sunt. Sic de una massa
corruptibilis nature, & sua mobilitate defluentis, uniuersa generis humani propago trahitur; sed alijs deor-
sum in ea, qua nati sunt, corruptione in se derelictis, alijs sursum donò gratia ad sortem celestis patriæ ele-
uatis, iudicij seruatur æquitas.

Glossa Locupletata, & Allegoria Tilmanni hunc locum non prætermiserunt.

H V G O Carenis in Postillis.

Aquæ fluida, genus humanum, Eccles. 1. Generatio aduenit; & præterit, terra autem in æternum stat,
id est, Ecclesia: 2. Reg. 14. Omnes morimur, & quasi aqua dilabimur in terram, quæ non reuertentur. Pisces
qui remanent in aqua, unde facti sunt, mali sunt, qui remanent in corruptione peccati, in qua nati sunt,
Osee. 2. Ne forte expoliam eam nudam, & statuam eam nudam secundum diem natiuitatis suæ. Ezech. 16.
In die ortus tui, non est præcisus umbilicus tuus. Aues, quæ sursum eleuantur ab aquis, sunt qui habent
cor eleuatum à terrenis ad Cælum, & tamen sub firmamento, quia semper recogitant infirmitatem suam,
Eph. 3. Mibi omnium sanctorum minimo data est gratia hæc, in Gentibus euangelizare inuestigabiles
diuitias Christi.

Si aquæ multæ populi sūt multi, meritò generis humani uberrimam propago, tantarū-
que nationum colluuias aquis significari poterit. Genus humanum, fons est à paradisi
scatens, qui quatuor in amplissima flumina secatus, Mundum irrigauit, nam ex
Adam genitum iuxta Paradisum terrestrem, quatuor amplissimas plagas expleuit,
Asiam, Europam, Aphicam, atque Americam. Clarus fuit ipse fons in initio; sed cœ-
nosæ postea reddita sunt aquæ ex alijis per quos fluxere: iustitia originali decorata in
Adam fuit profapia nostra; sed post lapsum eius emerfit corrupta. Hæc igitur aqua pro-
tulit pisces & aues; pisces, nimirum Gentiles, aues, uerò Chresticolos. Pisces foetus suos
in aquis, in aquis degunt, demittunt; aues uerò nidum in arduis cõstruunt. Gentiles in ea,
qua nati sunt, persistentes naturali cognitione, naturalibus uiribus, quibus pollent ad vo-
luptates, dignitates, & diuitias, ut beatitudinem supremam, comparandas contendunt:
fideles uerò, quasi ex aquis, ex cognitione naturali, per fidem erepti, ad reuelatamque
euecti, gratia & superno auxilio sussulti cœlestem experunt beatitudinem, & eam to-
tis etiam uiribus, conatibusque sanctis nancisci student.

Humanū ge-
nus ut fons à
paradiso sca-
tens.

Aqua

b. Aqua celestis doctrina actiuos, et contemplatiuos.

H V G O Carenis in Postillis.

Moraliter. Pisces, boni actiui, qui propter sollicitudinem proximi iuxta terram repunt. Aues, con-
templatiui, qui sursum uolant.

Sapientia, doctrinaque celestis, & Euangelica, seù inspirata, seù per Prophetas, Do-
ctores, Concionatores promulgata, aqua est, immò pluuiæ; de qua Propheta; Pluuiam
voluntariam, vel (ut alter textus legit) salutarem segregabit Deus hæreditati suæ; salu-
tatis siquidem est, quia salutem defert, & segregata est Dei hæreditati, quia nobis &
non infidelibus communicatur; flumen est, cuius impetus lætificat ciuitatē Dei, trans-
lucidum, tanquam crystallum, per ciuitatem, per Ecclesiam defluit: ab ipso siquidem
verbo Dei, omnis nostra lætitia oritur. Hæc aqua gignit pisces, & aues, actiuam, &
contemplatiuam uitā sectantes, Liam, & Rachelem, Martham, & Magdalenā, de qui-
bus aliàs: Actiui pisces sunt, qui inter aquas humanæ miseræ natantes, operibus mi-
sericordiæ incumbunt, uigiles, & agiles diligentia, & sollicitudine, ut pisces. Volucres
uero contemplantes, qui postpositis curis humanis atque terrenis, tanquam aues per aë-
rem uolitant, per sublimitatem meditationis, ut in excelsis contemplationibus nidum
suum effingant. Illi proximi charitate ardent, isti Dei amore flagrant. Vtinam inter
pisces simus ut delphini, quorum amor, seu obsequium erga hominem est celebre, stu-
dium, inquam, nostrum in eorum maximè suffragium expendamus, qui uerè homines
sunt, rationeque, & non intelligentia non errante ducuntur. Inter aues uerò, ut co-
lumba, de qua regius Vates; Quis dabit mihi pennas sicut columbæ, uolabo, & requie-
scam. Pennas feramus, sed puritatis, maximè in intellectu, & affectu, ut ad Deum sem-
per uolantes, in eo feliciter quiescere possimus.

Psal. 67.

Actiui sunt
ut pisces, con-
templatiui
aues.

Psal. 54.

c. Spiritus Sanctus in Sacramento Ordinis clerum Se-
cularum, et Regularem.

Saluator ipse Spiritum Sanctum aquas appellauit, cum dixit. Si quis fitit, ueniat ad
me, & bibat, bibat, inquam, fide, & fluent de ventre eius flumina, copiosè nimirum &
affluenter, aquæ uiuæ salientis in uitam æternam; Hoc autem dicebat de Spiritu Sæcto,
quem accepturi erant credentes in eum. Hinc Remigius Antiffiodorensis rectissimè
aiebat; Spiritus Sanctus aqua dicitur; quia sicut aqua abluit exteriores sordes, ita Spi-
ritus Sancti gratia interiores. Hæc ille. Quòd si aqua est Spiritus Sanctus, cum ma-
nus imponuntur, ut Clerici efficiantur, diciturque: Accipite Spiritum Sanctum, quo-
rum remiseritis, &c. Spiritus Sanctus certè producit ueluti aqua & pisces & aues; duo
utique Clericorum genera, Sæcularium, & Regulariū, Sæculares Clericos tanquam pi-
sces, Regulares ueluti aues. Piscium natura est ab aquis, unde sumpserunt natalia, non
egredi, inter ipsas natate; Sæcularium Clericorum mos est Mundum non dimittere;
inter domos paternas, atque inter laicos munera sua obire. Natura uerò alitum est ab
aquis egredi, per aërem uolitare, & in supernis nidis construere; ita Regulariū munus
est sæculo renunciare, in claustris uitam degere, & tunc meditationibus, tunc studijs sa-
cris incumbere. Vti uerò sunt quædam aues, quæ à D. Basilio amphibia uocantur,
quarum natura media est; nam & in aquis degunt, & per aëra uolitant; ita & Regulares
nonnulli cõperiuntur, qui natura Clerici sunt, & Regularem uitam profitentur, ad in-
star primitiæ Ecclesiæ Clericorum, & hi sunt Canonici Regulares, quibus solis inter
Regulares datum est Clericatu potiri ex natura. Sed heu, quantum rerum ordo tempe-
state hæc nostra confunditur, atque peruertitur: nam & pisces, Sæculares Clerici adeò se
mergunt in aquis, ut parum, uel nil à laico differant; & aues, Regulares libentius per
aquas natate periclitantur, Mudi negocijs se immiscere, unde et facile submerguntur.

Io. 7.

Enarr. in Ps.

Clerici secu-
lares ut pi-
sces, regula-
res ut aues.

Canonici Re-
gulares ut
amphibia.

d. Pœnitentiæ aquæ producant recedentes in peccatum, &
se ab ipso præseruantes.

Pœnitentiæ lachrymæ aquæ sunt, de quibus Dauid; Lauabo per singulas noctes lectū
meum,

Psal. 6.

Producant aquæ reptile, & volatile.

Moraliter.

a. Cor fluidum, cogitationes bonas & malas.
b. Tribulationes, viros emendatos, & non emendatos.

Topologica

Et volatile volet super terram sub firmamento Celi.
a. Memorat post pisces volucres, quia præstantiores alij alijs dantur in Ecclesia.
b. Iusti spatiuntur inter Cælum & terram.

Throna.

Lachrymæ peccatorum quibus comparantur

meum, lachrymis meis stratum meum rigabo. Istæ sunt mare illud, de quo Propheta; Magna est uelut mare contritio tua, nam ut mare amarescunt. Istæ sunt aquæ Iordanis, quæ carnem Naaman lepra luridam, ac sordidatam, reddunt nitidam ut carnem pueri, cum in illam nos reuocent innocentiam, in qua puer omnium infans esse spectatur. Producit hæc aqua pisces, & aues; pisces eos, qui in peccata iterum recidunt, quoniam à negotijs secularibus, & rerum terrigenarum cupiditate, uoluptatibusque, egredi nesciunt. Canes reuersi ad uomitum hi sunt. Aues autem iusti sunt, qui assumptum propositum emendationis nunquam rescindunt, neque omittunt, & sanctam, quam sponponderunt, uitam totis uiribus sectari insudant. Aues certè, quia ex aquis peccatorum, quasi ex retibus, & insidijs uenatorum erepti, in discrimen regredi pauescunt, & per aërem ad Cælum, per uitam spiritualem ad Deum semper contendunt. Volant siquidem hi sub firmamento, & non in firmamento Cœli, spe Cœlo proximi, sed nondum de sua salute, nisi post obitum certiores redditi.

a. Cor fluidum, cogitationes bonas, & malas.

ORIGENES Homilia prima in Genesim.

Secundum litteram iussu Dei producuntur ab aquis reptilia & volatilia, & hæc que videmus, à quo sint facta cognoscimus. Sed videamus, quomodo etiam secundum nostrum firmamentum Cæli, id est, mentis nostræ, vel cordis soliditatem, hæc eadem fiant. Arbitror, quia si mens nostra illuminata fuerit à nostro Sole Christo, iubetur postmodum ex his, que in ea sunt, aquis producere reptilia, & volatilia: volatilia, id est, cogitationes bonas, vel malas præferre in medium, ut discretio fiat bonorum à malis, que utique utraque ex corde procedunt. De corde namque nostro, velut de aquis, proferuntur & bonæ cogitationes, & malæ.

Et post, quomodo cogitationes sint in cordibus nostris, ut reptilia & aues, egregijs demonstrat exemplis.

Si uiderimus mulierem ad concupiscendum eam, illud est in nobis reptile venenatum. Si uero sint in nobis sobrietatis sensus, et si domina Aegyptia nos adamauerit, efficiuntur aues, & relinquuntur Aegyptia uolantia in manibus eius, ex obscenis insidijs euolabimus. Si sit in nobis sensus ad firmandum nos prouocans, istud est reptile pessimum. Si uero sit in nobis sensus, ut etiam si duo minuta habeamus, hæc ipsa pro misericordia offeramus in dona Dei, iste sensus auis est, nihil de terrenis cogitans, sed ad firmamentum Cœli uolantibus tendens. Si ueniat nobis sensus persuadens nobis cruciatibus martyrii nos non debere tolerare, istud erit reptile venenatum. Si uero ascendat nobis sensus & cogitatio talis, ut usque ad mortem pro ueritate ea certemus, auis erit hæc à terrenis ad superna conscendens. Similiter etiam de ceteris uel peccatorum, uel uirtutum speciebus sentiendum est, & discernendum, que sint reptilia, & que sint volatilia, que producere ad discretionem in conspectu Dei aqua nostre iubentur.

Glossa Locupletata hæc non reticuit.

BEDA Expositio in Genesim.

Possumus & aliter istum locum intelligere, si mens nostra illuminata fuerit à Sole nostro Christo. Iubetur postmodum ex his, que in ea sunt, aquis, producere reptilia, & volatilia, id est, cogitationes bonas, uel malas præferre in medium: ut discretio fiat bonorum à malis, que utique utraque ex corde procedunt, quasi ex aquis, ut cogitationes, que reptant super terram, à nobis separemus: sublimiores autem cogitationes, uel uolatilia, ad excelsa sinamus uolare. Ut reptilia multiplicentur in aquis, id est, in secularibus, uolatilia uero per terram, sub se utique habentes terrena, producant aquæ reptilia.

HVGOCarenfis in Postillis.

Aquæ sunt concupiscentia. Ex his aquis produciuntur reptilia, id est, quilibet bonus, cuius mens circa terram uersatur, id est, circa corpus, uti illud excolat per disciplinam, & abstinentiam, & spinas, & tribulos, id est, mala desideria, & immundas cogitationes amoueat. Esa. 26. In uirtutem non fecimus in terra, ideo non ceciderunt habitatores eius.

Cor

Cor nostrum feruescere ut mare, uentisque furentibus undique iactari, & collidi, iam supra demonstrabamus, cum mari fluctuanti illud comparabamus. Cæterum quæ admodum ex amplissima, uastissimaque marium, & terrarum planitie, flagrante Sole, exiliunt diuersa exhalationum genera: ita ex corde nostro, carneque perpetim exurgunt plura cogitationum genera. Ac sicuti exlimoso solo crassæ aquarum uaporationes trahuntur à Solis radijs torrentibus; quæ ut graues & feculentæ, cum tolli in altum non possint, per mare disperguntur, eiusque amaritudinem progenerant: Ita ex infima carnis petulantia, concupiscentiæ nonnullæ excitantur, quæ ut crassæ (quoniam carnales terreneque sunt) cum extolli non possint, ipsam animam inficiunt, amaritudineque respargunt. At uero quemadmodum exhalationum, quæ ex mari, & terra procedunt, & sursum in sublime feruntur, duo genera sunt; quædam enim calidæ, & siccæ, aliæ uerò calidæ, & humidæ censentur: atque ex illis, dum comprimuntur, & à uentis iactantur, fulgetra, tonitrua, & fulgura gignuntur; si uerò ad superna magis scandunt, ignitæ exhalationes, seu faces per aërem uolantes, & micantes fiunt: Istæ autem quæ calidæ sunt & humidæ, si frigiditate constipentur, & condensentur, & iterum caliditate laxentur, nobis imbres, pluuia, & pruina opportunas demittunt; Ita ex cogitationibus, quæ ex corde exeunt, & ad superna uolant, aliæ deuotionem ingerunt, tanquam exhalationes calidæ, & siccæ, à spiritu, ueluti à uento latæ; Et hæc tonitrua, nimirum suspiria, fulgetra, nempe extasim, & fulmina, id est, cordis compunctiones efficiunt; uel etiam contemplationes rerum cœlestium suppeditant, tanquam faces micantes. Quod si calidæ & humidæ sunt hæc exhalationes, Dei utique charitate flagrant, & pietate propria salutis humentes, pluuia sapienter generant, lachrymas (inquam) & ploratus, quibus madefit cor nostrum, uelut terra, paratiusque redditur ad proferendos sanctarum affectionum uiros. Cogitationes igitur primi generis sunt ut pisces in mari ipso coalescentes; cogitationes uerò in sublime latæ, sunt ueluti uolucres. Producant igitur aquæ, nempe cor nostrum hæc serie pisces, & aues. Nobis itaque superest, ut operam nauemus, studeamusque, sobrietate, & mortificatione adeo comprimere terram hanc carnis, & mare cordis nostri, ut putridas illas, crassasque exhalationes non emittant. Narrat Plinius huiuscemodi naturæ esse Silarem Lucaniæ amnem, ut in ipsum non modo uirgulta immerui, uerum & folia decidit lapidescant, quod an sit uerum, perspectum non habeo. Exploratum quidem esse arbitror, cor nostrum extare prodigiis illius generis naturæ, ut in ipso cogitationes prauæ sæpe in lapides uertantur, cum illud tam diuturno tempore opprimant, ut in reprobum sensum præcipitè, de quo Sapiens; Cor durum malè habebit in nouissimo. Producant igitur aquæ cordis nostri etiam aues, cogitationes cœlestes & bonas, quæ, ut aues ad superna uolant, ad cœlestiaque tendunt, corque ipsum pacatum, & hilare reddunt, nam tunc cor est terra florens, & tanquam uellus Gedeonis cœlesti rore madefactum.

b. Tribulationes, viros emendatos, & non emendatos.

Tribulationes aquarum nomine gaudere, omnibus perspectum esse arbitror. Quapropter non indecora erit allegoria, si interpretemur; Producant aquæ, nimirum tribulationes, pisces, & aues, id est, viros à peccatis tribulationum stimulo non exeuntes, & ab ipsis se extricantes. Pisces dum procellæ furescunt, collidunturque in se inuicem fractæ undè, ima maris petunt, ut quietem nanciscantur. En incorrigibiles, illecebris, uoluptatibusque irretiti, cum aduersa à Deo immissa sentiunt, tunc utique semet in uitæ laxitatem magis præcipitant, nec de uitæ emendatione uel parumper cogitant. Alites uerò, præcognita aduersa tempestate, mox ab undis, in quibus sedent, exiliunt, & nociferantes ad ardua, & tuta loca confugiunt, ne imparatæ ab irruente turbine opprimantur; Et prouidi peccatores mox ut à longè iratam Dei manum, ensem calamitatum vibrantem prænoscent, repente ex aquis uoluptatum, illecebrarumque exeunt, uociferantes, atque clamantes, nam oratione feruida Dei misericordiam deprecantur, atque ut clementer ipsis ignoscat, humiliter exposcunt: quamobrem tribulationes, quas in nos molitur Mundus, uel effugiunt Dei benignitate eas auertente, uel eadem illos protegente superant, elidunt, atque proculcant.

Ex corde exeunt cogitationes prauæ, sicuti ex mari exhalationes crassæ.

Ex corde exeunt uariæ cogitationes bonæ, sicuti ex mari uariæ exhalationes in altum elatæ.

Cogitationes prauæ aliquando in lapides uertuntur, ut in Silare aune folia.

Christiani incorrigibiles, ut pisces.

Christiani flagellis corriguntur, ut aues sunt.

Memorat

a. Memorat post pisces volucres, quia prastantiores alij alijs dantur in Ecclesia.

ANASTASIVS Synaita Commentariorum in Hexameron libro quinto.

Et dixit Deus: Producant aquae reptilia animarum viventium secundum firmamentum Caeli, & factum est sic: Collocat pisces ante volucres, docens nos Deus, quod reptilibus, & quae humi & in terra versantur animis, fiant volucres. Caeli volantes super terram secundum firmamentum Caeli, & ad imitationem omnium spiritualium Angelorum ostendunt vitam. Cuiusmodi est illa volucris, quae volavit usque ad tertium Caelum, & dixit: Nostri autem conversatio est in Caelis; Et imitatores mei de caetero estote, sicut et ego Christi. Quomodo autem reptilia vocat pisces, qui cadunt sub intelligentiam? Reperit enim proprie dicitur de ijs quae trahuntur, & serpunt per terram, ut serpens. Quod sit, ut hinc sit perspicuum, quod enigmata loquitur de animalibus, quae referuntur ad homines. Unde etiam in libera potestate, quam Deus dedit Adamo, ante caetera animalia, & pecora, posuit pisces, dicens: Et imperate piscibus maris. Deinde dicit: Et volacribus Caeli, & omnibus pecoribus, & universa terra, & eorum, quae reptant super ipsam. Illis enim est dominatus, & imperavit secundus Adam, per suos piscatores; Christus, nempe illis, qui sedebant in profundo ignorantiae, in tenebris, & in umbra mortis Gentilium, in quibus omnes regnavit, & quorum rex fuit in aquis baptismatis.

Ordo splendet cunctis in rebus.

In rebus quibuscunque constitutendum esse ordinem, quo alij superemineant alijs, non est qui ambigat. Ordo siquidem pulchritudo est Universi, & vinculum pacis. In excelsissima divina natura, in aeternitate comparis sunt Pater, Filius, & Spiritus Sanctus; attamen Pater origine, ut aiunt, caeteros antecedit. Angelicarum legionum numerabilis est numerus, nihilominus in ordines, hierarchiasque redacti sunt Angeli ea serie, ut hierarchia hierarchiae superemineat, & ordo ordinem imperet. Splendens Caeli substantia astra, sed Sol & lucis vberimus est sol, & caeteris luminari impertitur. In orbem voluntur globi coelestes, sed a supremo cuncti rapiuntur, suavitur quidem, nec ipsi renitentibus. Elementa, seu simplicia corpora, ex quibus caetera quaeque res compinguntur, non confuse commiscuntur, sed congruas sibi sedes vendicant, unde ignis purior, & defecior, superam sibi arripuit, proximam aer, tertia aqua, postrema terra, ut crassior, & feculentior. Inter mixtorum genera, alterum alteri excellit, & unum cuncta excedit, ac superat. Quapropter inter faces ignitas, quae in sublimie tolluntur, splendet cometes; inter subterranea metalla, aurum; inter gemmas, adamas; inter pisces, cetus; inter alites, aquila; inter quadrupedes, leo. Nec siquidem natura, siue Deus natura auctor, inordinata quaeque produxit, sed mirifico ordine universa locupletavit, adeo ut alia alijs perfectione sublimiori pollentes supereminerent. Quid igitur mirum, si & in spiritualibus eandem seriem, & ordinem est sectatus? ut quemadmodum pisces noscimus Deum compegisse imperfectiores, cum in imis aquae latebris versentur, & alites insigniores, cum ad supera evolent; ita intelligeremus eundem Mundi fabricatorem non omnibus eadem donorum genera prastantiora elargiri, sed alios simplices in imo reliquisse, tanquam pisces, exigua videlicet munerum largitione ditatos; alios vero sustulisse ad supera, tanquam alites, excellentia munerum spiritualium eos locupletando; ex quorum genere fuere Apostoli & sancti, quorum conversatio in Caelis erat. Porro unicuique satis esse debet, si in sarena Christi saltem ut piscis bonus comperiat, nec tanquam malus foras extra feruorum Dei confortium, vel extra beatitudinem tandem projiciatur.

b. Iusti spatientur inter Caelum, & terram.

Sedes, quae collata est Christicolis perfectis speculantibus tanquam auibis, his terminis concluditur, ut uolitare possint super terram sub firmamento Caeli. Adnotes primum, Super terram, non in terra. Discrepat profecto ab impijs pijs; quoniam isti super terram uolitant, illi uero quasi humi repunt; isti in terrenis contemptis, ac pro nihilo habitis, ad altiora animo exurgunt; illi uero terram cupiditate, & uoluptate lambunt. Animaduertas praeterea; Sub firmamento, quoniam differunt etiam pijs, qui in hac uita degunt a beatis, cum ipsi sub firmamento peruolent, sancti uero super firmamentum cōsideant. Iusti nanque carnis sarcinam in hac uita gestantes, super Caelos scandere nequeunt, quousque

Creauitq; Deus cete grandia.

- a. Idest, Apostolos uerbi Dei disseminatores.
b. Idest, principes magnos.
c. Vel diuitijs prapotentis.
d. Impias, & nefarias cogitationes.

Allegoricè.

Moraliter.

quousque soluta a corpore tanquam a tetro carcere, anima Caelos penetrare poterit; illi uero iam parta & nacta felicitate, super Caelos in coruscantissimo Empyreo emicant. Caeterum animantes nonnullae quadrupedes sunt, aliae bipedes, aliae uero quae nullo potiuntur pede. Quid nobis hoc discretim indicat? Animaduertas: Pedes nostri, affectus sunt; & quatuor sunt insigniores affectus, amor, odius, spes, & timor. Verum animantes quadrupedes Christicolae illi perhibentur, qui tanquam in terra non repant, ut impij, affectus attamen quatuor terrae addictos gerunt, cum & amor eorum, & odius, spesque, ac timor in terrenis uersentur, atque a terra parum extolli queant, neque hi inter classem alitum sunt censendi. Alij sunt, qui duos gestant pedes, quibus terram tangunt, & sunt perfectiores Christicolae, qui ex quatuor animi affectionibus duas in terram figunt, odius, & timorem, cum terrena conspiciere, id est, pertractare coguntur, sed odisse soleant, & ipsis obuolui timeant, pauentque; amor est autem, & ad terram nequaquam demittunt, quandoquidem caelestia tantum cupiunt, auent, & ad caelestia sola spem suam dirigunt, & extollunt. Sunt alij tandem tanta perfectione insigniti & sublimati, ut omni prorsus careant pede, adeo ut non tantum non concupiscant, neque sperent terrestria, sed nec unquam eorum reminiscantur, atque sicuti D. aiebat Paulus, omnia detrimentum faciunt, & existimant ut stercora, ut Christum lucrifaciant. Hi similes sunt Indicae aui, Paradiseae vulgo appellatae, quae aureis plumis, micantibusque; ita in purissimo uersatur aere, ut eius afflatibus alita, nunquam terram, neque est dum uiriditate florescit, attingere dignetur. Hi profecto caelestibus cogitationibus in purissima degunt nita, caelestibus contemplationibus refectioni, ut neque prosperas, uitaeque aridentes res conspiciere dignentur.

Christicolae uaria genera, sicuti animantium.

Philip 3.

Christiani perfecti Indicae aui similes.

a. Idest, Apostolos uerbi Dei disseminatores.

ANASTASIVS Synaita Commentariorum in Hexameron libro septimo.

Iubet fieri magna cete, nempe Dei pradicatores Apostolos, qui conturbauerunt quidem aquam maris, ut in Iona factum est per cetum. Quos enim equos mystice dixit Abacuc, qui mare Mundi perturbauerunt, & qui etiam tanquam si cete essent, uerbum deuorauerunt propheticum, nempe peccantium penitentiam, & ipsorum protinus commiserationem. Non excipit enim eum, qui simul & mutantur, & cui simul condonatur, nisi etiam coniciat in grauissimos compedes eos, qui ipsam rursus euomunt. Sed non eum, qui prius inflexibilis, didicit magis esse benignus, clemens, & misericors post crucem, quam figurabat, & trium dierum sepulturam, significans eum, qui haec erat passurus, pro ijs intercedere, qui eum crucifigunt, & malis afficiunt. Puerorum quoque canticum inducit ipsa cete Deum honorantia, cum dicit: Benedicite cete, & omnia, quae mouentur in aquis, uidentia eos, qui peccabant, suscipere pradicacionem, & statim mutari.

Psal. 102.

Si pisces ab aquis geniti Christicolae baptismatis sacro fonte renati nuncupabantur, li quidam certe heroes, sublimesque; in Christiana religione proceres, ut Apostoli, & egregij nominis sancti Doctores, cete appellari possunt. Cete ingens est mole inter pisces, & latebrosas illas uindarum abyssos, cum natat, commouet, atque fluctuosas reddit. En Apostoli, ut ad profeminandum sacrum Christi Euangelium diuerterunt, mare Mundi perturbauerunt, ingentemque; sibi procellam parauerunt. Cete fuit piscis ille, qui Ionam a Dei facie fugientem in mare proiectum deglutit, & incolumem ad fabulosa littera euomuit. Quis Ionas, nisi Gentilis, culpa originali obnoxius, Deo primum inuisus, in mare errorum proiectus? Hunc quippe suscepere Apostoli, & fidei lumine illustratum, ac sacro fonte ablutum; gratijsque decoratum, in littus, in sacrosanctam Ecclesiam reddidere. Littus certe tutum, ac peramoenum, in quo Christus perambulat; nam Iesus solus in terra. Ceti certe sunt Apostoli, qui benedicunt Dominum iuxta illud: Benedicite cete, & omnia

Gentilis populus ut Ionas a pisce ab Apostolis ad litus delatus.

Dan. 3.

Apostolorum
seu Doctorum
& Hæresiar-
charum certam-
inus typus.

omnia, quæ mouentur in aquis Domino; quoniã Cæli enarrat gloriã Dei, idest, Apostoli verbo, & exemplo Deum mirificè glorificant. Pugnam, certamenq; atrox inter cetos, & Leuiatham perpetuo intercedere, qui piscium naturam scrutantur, enarrant, & Leuiatham fumum ex horrendis faucibus veneno conuersum euomere in cetos; è contra verò ceti redolenti aqueo vapore illum obtundere. En bellum inter Apostolos Christi nuntios, & Hæresiarchas Dæmonis satellites excitatum, cum isti praua doctrinæ pestilentem contagiosumque halitum euomere studeant, mentisq; sanã claritatẽ obruerent; illi verò aquam nitidam & clarentem cœlestis doctrinæ demittunt, ut eum reiciant. At vero scetidum, sordidatumq; contagio aërem nil aptius depurat, quàm progrediens ex igne fumus. Erudimur igitur nos charitatis diuinæ flagrantiam affectare, si hæresum foetidas exhalationes arcere, atq; in nihilum redigere concupiscimus, & exoptamus.

b. Idest, Principes magnos.

Tyranni ut
cete.

Cetorum ut
natio princi-
pum ad fidẽ
seductionem
ostendit.

Si aquis undiq; confluentibus genus humanũ comparabatur: pisces verò in eo degentes, diuersas profapia humanæ nationes ostendunt: cete grandia nil certè aliud nobis significant, quàm principes magnos & tyrannos, ceteros potentia, diuitiarumq; copia excedentes, Mundum ceu mare conturbantes, debiliores pisces, impotentiores homines deglutientes, in nauem, in Ecclesiam sanctam insidias molientes, ut aquarum immensa affluentia, persecutionum immanitate eam submergant, & deleant. Ipsi enim ceti sunt, qui sæpius Ionam deuorant, Christum, Ecclesiãq; sanctã immunitatem, sed postmodum inuiti, renitentesq; ipsum euomere coguntur, quoniã contra superos, Deumq; ipsum, repugnare & reluctari nequeunt. Mirifica ars ea est, qua cete capiuntur; sed mirabilior est spiritualis ars, qua principes Christi sanctæ legi, & Ecclesiæ parere compelluntur. Conuescunt piscatores suauitum cantus, tum instrumentorum melodiam, cetos, qui mirificè ea oblectantur, allicere, ad eò ut attonitos, sopitosq; reddant, inde abradenti ancora, quasi hamo apprehendere, ita ut expergefatos, ac uehementi cõcitatione ferrũ excutientes, ac subinde quasi exanimatos, ad supernamq; maris orã natantes, ad littus trahant. Piscatores profecto Apostoli fuerunt, ac sacri Dei verbi promulgatores. Hi ut cete grandia, idest, reges, & principes sublimes sub Christi iugo redigerent, suauitum cœlestis doctrinæ, tum uitæ sanctitate harmonia, ac modulatione, ipsos in stuporem inducere primùm studuerunt, tuncq; verbo Dei, quasi hamo, & ense ex utraque parte uibrante, nam uiuus est sermo Dei, & efficax, & penetrabilior omni gladio ancipiti, confoderunt, & alligarunt, ut demũ post diuturnas variasq; cõsultationes, factu demisso, mortificatos, & humiles redditos ad Christum tutũ littus ipsos pertraherent. Vtinam cõsimilem nunc artem Ecclesiastici amularentur antistites, principesq; Mundi moderatores potius uerbo, & exemplo studeant allicere, quàm hostili armorum potentia cohibere.

c. Viros diuitijs prapotentis.

STEPHANVS Cantuariensis, ut in Allegorijs Tilmanni.

Nota quòd ludus ceti, signum est tempestatis: ita gaudium diuinum signum est tempestatis aeternæ, vel in bono sic. Cetus gaudet in tempestate, & Sancti in tribulatione.

Auari cetis
comparantur.

Anarorum ludus est ingentibus faucibus per magnum hoc & spatiosum Mundi mare, in cetorum morem cunctas deglutire opes. At cum ipsi ludunt, præsignificant futurã furibundã tempestatẽ, quoniã diuinã contra se pronocant iustitiã, ut sapius immatura morte præuerti, immaniterq; trucidati & confossi in baratũ corruant. De cetis id mirificũ enarratur, quòd in iuuentute, pinguedine coalescant, at in senectute molis magnitudine porrecto dorso coagmentetur puluis, condenseturq; terra ad eò, ut herbae & fructus in ipsa pullulent, crescant, & uirescant. Quòd quidẽ diuitibus, atq; opulētis cõtingere manifestũ sit experientia duce, qui in coaceruandis diuitijs & dilatandis ditio- nibus uehementer insudant, ea acti indelebili, æstuantiq; siti, de qua scribitur: Crescit amor nummi, quantum ipsa pecunia crescit. Augetur siquidem in ipsis tantum rerũ ter- rigenarum atque opum euanescentium amor ac cupiditas, ut in ea animi libidine senescant, atque cor suum, ut terram ipsam, crassum, sordidum, & obduratum efficiant, præ- ualente enim senectute, auaritiæ labes maiorem in ipsis obtinet auctoritatem.

Impias,

d. Impias, et nefarias cogitationes.

ORIGENES Homilia prima in Genesim.

Et fecit Deus cetos magnos. Et de his similiter, ut de illis quæ supra diximus, sentiendum est, quòd producere debeamus etiam cetos magnos, & animam repentium secundum genus. In magnis istis impias cogitationes, & nefarios quosque contra Deum sensus arbitror indicari. Quæ tamen omnia producenda sunt ante conspectum Dei, & ponenda ante ipsum, ut diuidamus, & separemus bona à malis, ut unicuique suus locus à Domino tribuatur, sicut ex his quæ sequuntur, ostenditur.

Norunt utique omnes cor nostrum esse ueluti mare feruens, quamobrem & cogitationes in ipso permeantes, pisces non indecenter dici poterunt. Diuersa itaque piscium genera diuersas mentis affectiones repræsentare existimarem. Accipenser, qui squammis ad os uersis, contra aquam nando permeat, mentem prodit dissidijs & contentionibus deditam, quæ iurgijs continuè oblectatur. Acus piscis gracilis, qui partus tempus non expectat, sed dirumpens uterum, matrem interimit, typus est mentis inuidiæ tabe infecte, quæ animam ipsam dilaniat, & excruciat. Aelurus, cuius oculi ad vices Lunæ ampliores fiunt, aut minores, inanis mentis est exemplar, quæ aucto & diminuto nominis splendore, letitia maiori, vel minori afficitur. Alec piscis, qui sola aqua nutritur, carnalis mentis simulachrum appellari potest, quæ fluidis pascitur illecebris. Tinnus altero captus oculo, semper terram respiciens, monumentum est mentis terrenis rebus addictæ, & omni prorsus cœlestium rerum memoratu, & indagine carentis. Ranæ in limo iacentes, quæ maximè vociferantur, atq; earum ingens coactio pluuiam portendit, indicant desidiosum murmuratorem, in uitiorũ sordido cœno confidentem, & alios oblatrantem. Verum non tantum pisces mentis vitia nobis præmonstrant, & detegunt: sed etiam eiusdem affectiones mirificè designant. Murena, quæ dum in summis aquis apricatur, Sole torrefacta, amplius se aquis mergere nequit, demonstrat nobis animam delitijs, & laxitate uitæ eneruatam. Purpura linguam habens prælongam, semperq; vibrantem, detractorem notificat. Anguilla oblonga, & volubilis, fluxa est mens, & instabilis, quæ non retinetur, nisi arenosis manibus comprimatur, asperitate nimirum, & uolentia. Delphini admodum noti pisces, cogitationes pietate molles repræsentant. Vitulus marinus animal amphibium, cogitationes significat nimio astu prolatas, quibus homo uaser redditur. Voligo piscis à uolitando dictus, cogitationes sunt leues, & inanès. Torpedo, quæ quos attingit, stupore inficit, impij animi est indicium, ac figura, qui conuersatione, quasi contagio ceteros foedat, & necat. Stella, cuius natura tanti est feruoris, ut omnia contacta adurat, cogitationes indicat proprij amoris ardore exustas. Sapia uenosa, quæ cum insidias parari sibi cõspicit, effuso atramento aquas nigrescere facit, ut se abscondat, cogitationes, nobis indicat animi, cuncta uersutia occultantis. Scarus, qui solus inter pisces ruminat, easmet celatas, & examinatas patefacit. Similibus certè comparationibus innumera piscium genera, innumeris cogitationũ generibus coaptare possemus. Quid igitur mirum, si cetus omnium maximus, qui natatu mare conturbat, & affluentia ingenti aquarum, naues quandoque absorbet, cogitationes illas uastas, & efferatas nobis significat, quibus interdum Mundus turbatur, & ingenti passionum animi conatu, nauis ipsa mentis, quæ prudentia, quasi nauclero regitur, miserabiliter submergitur, ac uirtutum omnium mèrita naufragio pereunt?

a. Idest, non tantum uirentem fide, sed operantem fide uiua.

HVGOCarenis in Postillis.

Anima uiuentis. Mali modò uiuunt, sed non sentiunt, Prouerb. 23. Vulnerauerunt me, & non dolui, uerberauerunt me, & non sensi. Duplex est desperatio de uulnerato, vel quando non sentit uulnus, vel quando nimis sentit. Prima non querit medicum, secunda non sustinet.

Quemadmodum rerum anima præditarum, quas in hominis obsequium conflauit Deus, aliæ uiuunt, & non sentiunt, nec mouentur, ut omnia germina, quibus terra redimitur, aliæ uiuunt, mouentur, & sentiunt, ut cuncta animantia tam in aquis, quàm in terra degentia: ita duplex Christicolarum genus est; quidam nanque uiuunt, quia baptismo sunt regenerati, & fide uiuunt, sed nõ mouentur, nec halant, quia spiritu, & gratia non sunt

Piscium di-
uersa genera
diuersas Chri-
sticolarũ affe-
ctiones indi-
cant.

Christicola-
rum quidam
duntaxat ui-
uunt fide, qui
dã & uiuunt
& mouentur
charitate.

mmmm 2 præditi

Et omnē animam uiuentem atque motabilem.

Moraliter.

Iuxta species suas, & secundum genus suum.

Tropologicē

a. Idest, Christianos iuxta normam Christianam, & genus Christi.

Anima fide
uiua imbuta,
i quatuor di-
stas ab anima
fide mortua
prædita.

præditi; alij & fide uiuunt, & halant, quia unā cum fide, gratia etiam uiuificati, spiritua-
lem gerunt uitam; & hi sensibus spiritualibus insigniuntur. Ait igitur Vates: Creauit
Deus omnem animam uiuentem, & motabilem, quoniam suos Deus non tantum ex-
poscit, quod uiui sint, fide nimirum imbuti; sed etiam quod sint motabiles, nempe cha-
ritate & gratia in operibus sanctis se exercentes. Quisquis igitur fide mortua uiuit, ani-
mam habet tantum uiuentem; qui autem fide uiua operatur, habet animam uiuentem,
atque motabilem. Differt igitur in quatuor anima uiuens ab anima motabili; anima. n.
uiuens duntaxat, ueluti planta, non spirat, non ignescit, non est sensu prædita, nec progre-
ditur sicuti anima uiuens & motabilis; quoniam qui imbutus est fide uiua, & spiritu est
ditatus, & gratia ardore, & sensibus præditus: nam cœlestes res & conspiciunt, & audit, &
subodorat, & gustat, & tangit, atque actionibus sanctis, & uirtutibus ad maiorem per-
fectionem proficiscitur, & scandit, quousque in Cœlum uehatur. Christianus igitur
numero, & nō merito uiuens, est ut plura; Christicola uerò numero, & merito uiuens,
est motabilis. Exinde peccatores uiuunt quidem, sed non sentiunt, nec peccati uulnus,
nec uoces, flagellauit Dei eos ad se uocantis, quia sensuum expertes omnino existunt.

*a. Idest, Christicolos iuxta normam Christianam,
& genus Christi.*

Hominis du-
plex natiui-
tas.

Ioan. 3.

I. Cor. 15.

Gal. 6.

Christicola
ex tribus co-
gnoscitur, an
sit de genere
Christi.Cruce uexillū
est Christiani-
tatis.
Matth. 16.

Duplicem homo suscepit natiuitatem; alteram naturalem ex parentibus, qua ho-
mo effectus est, & ex profapia Adæ; alteram spirituales ex Christo, & Ecclesia, qua
Christianus enasit. De hac natiuitate dictum est; Nisi quis renatus fuerit denuo ex
aqua, & Spiritu Sancto, non intrabit in regnum Cœlorum. Primis igitur natalibus iræ
filius efficitur homo; secundis uerò adoptionis filius, & hæres Dei. Operandum est
igitur nobis secundum genus nostrū, nobis, inquit, qui Christi in profapia ex natiuita-
te spirituali insertos nos esse non ignoramus. Sed quod genus nostrum? Factus est
primus Adam in animam uiuentem; secundus uerò in spiritum uiuificantem. Secun-
dum spiritum igitur nobis est uiuendum, nobis est operandum, quia qui seminat in spi-
ritu, de spiritu metet uitā æternam, & qui seminat in carne, de carne metet corruptionē.
Cæterum qui ex aliqua stirpe genus trahunt; à tribus maximè agnosci possunt: Ab oris
primò consimilitudine. Solent enim filij patrum, maiorūque suorum uultus speciem
referre. Sed quinā est uultus Christi? quodnam os eorum, qui Christianam professi sunt
profapiam? Os profectò gestarunt mortificatione pallens, frontem apertam sincerita-
te, capillos aureos sanctis affectionibus, oculos apertos & nitentes contemplatione, os
paruum & rubeum loquutione modica, & charitate; genas nitidas exemplari uita. Os
siquidem tale est Christi, & eorum, quorum uita fuit Christus. Vexillum quoque osten-
dit hominis stirpem. Vexillum profapia nostræ est crux, tribulatio uidelicet, tentatio,
afflictio: Qui uult uenire post me tollat crucem suam, & sequatur me. Videamus mo-
dò si nos lato animo, an ægro crucem feramus, uel magis ipsam tanquam degeneres
proiecerimus. Consueuere tandem, qui ex una stirpe nati sunt, idem ferè uite institu-
tum profiteri, unde militares sunt alij, alij literarum studijs incumbunt, ut in pluribus:
Quapropter perpendamus, an nos uitæ Christi, maiorūque nostrorum instituta profitea-
mur. Series uitæ Christi, & suorum, moresque; uere; paupertas spiritus, mansuetudo, lucus,
iustitia, misericordia, puritas cordis, patientia; uitamque in Mundo adeo degere, ut
non

Iuxta speciem suam, & secundum genus suū.

*a. Si res temporaria gignunt secundum speciem, & genus suum, multò magis Deus
genuit filium secundum genus suum, Deum.*

Tropologicē

non ex Mundo orti, sed ex Cælo delapsi uiderentur, cœlestem enim uitam ab omni ter-
rena labe, & forde prorsus seclusam uixere. Perpendas modò, an tu consimilem
geras uitam.

*a. Si res temporaria gignunt secundum speciem, & genus
suum, multò magis Deus genuit filium secun-
dum genus suum, Deum.*

R V P E R T V S Commentariorum in Genesim libro primo, capite tri-
gesimo octauo.

Querimus hoc à Iudæis, pariterque ab hæreticis, quicumque impio sensu Deum Patrem omnino sterile esse
uolunt, negantes eum consubstantiale sibi protulisse Verbum, non credentes eum coequalem sibi genuisse filium.
Vos Iudæi nullum: vos Ariani dissimilem dicitis illum habere filium. Vnde ergò non solum animantibus,
sed etiam herbis terra dedit habere singulis in semetipsis semen generis sui, si in semetipso nihil talis na-
tura, vel uigoris habuit? Sitis igitur uos fanum, quod Behemoth, idest, animal, scilicet Diabolus, sicut bos
comedat: sitis (inquam) sicut ligna syluarum, quæ fructum non ferunt, ad nihil utilia, nisi ut excidentur,
& in ignem mittantur, quicumque Deum creatorem omnium, aut nullum, aut dissimilem sibi genuisse blasphemantes
dicitis filium. Natura nanque Dei, neque sterilis est, qui creaturae suae fertilitatem dedit: neque ge-
nitura eius degenerauit, ut gigneret aliud Deum, quam Deum, qui dixit, & factum est, ut unumquodque ligno-
rum, siue herbarum afferret in semetipso semen non aliud, quam secundum genus suum.

Non inefficax certè est hæc Ruperti argumentatio contra hæreticos eos, qui insana li-
bidine in Ecclesiastica dogmata in uehendi, deliramenta adeò aberrantia effutire non
uerecundantur. Cæterum Ruperti contemplatio ex se adeò liquet & claret, ut nostra
commentatione non indigeat.

Piscatio Mystica.

Cum in piscium genesim inciderimus, & Patres, præcipuè Bassilius, & Ambrosius,
ex ipsorum naturis, affectionibus, moribus, & institutis plura depromant ad uitæ eru-
ditionem documenta, haud ab re fore iudico; si aliqua ex ipsis exempla decerpentes,
quasi piscationem spirituales effingamus.

Salomon missis nauibus in Ophir, ingentem auri copiam nactus est; Animus profe-
ctò noster, si ueluti sapiens in mare, in mirificas, & diuersas piscium naturas, & proprie-
tates, contemplationem fixerit, non modicas sibi spirituales comparabit diuitias. Nauis igitur
contemplatio erit super aquas illabens, super rerum in aquis degentium natu-
ras, conditionesque, speculationem protendens: Clauus, fides catholica, sine qua nauis
in præceps ferretur, in errorum abyssum: Anchora, Patrum doctrina, quæ contem-
plationem retinebit, si aduersis iactabimur doctrinarum procellis: Magnes polum in-
dicans, ac uentorum plagas denotans, semperque ad Deum nos dirigens, atque doctri-
narum ueritatem, uel falsitatem discernens, oratio ipsa erit, sine qua nulla est spiritua-
lis contemplatio: Membrana, in qua cuncta cernuntur, sacra Scriptura; Vela, sermo-
nes, collocationesque ipsæ, quæ à uentis, à doctrinis nimirum inslantur; Naucleri, duo
conspicua lumina Græcæ & Latinæ Ecclesiæ, Bassilius, & Ambrosius. Cæterum cum
mens nostra usque adeò imbecillis sit; mare uerò natura profundum, & intuitu diffici-
le, ut ad ima ipsius pertingere nequeamus, more nauitarum oleum super undas à nobis
perfundendū est, cuius nitore ad ima penetrare, atque in abyssu aciem figere ualeamus.
Oleumque;

Nauis & in-
strumēta nau-
tica propicia-
tione my-
stica.

Oleumq; id erit pietatis Christianae, quod super Philosophiae dogmata est infundendum, ut facilius pro vitæ eruditione documenta non inelegantia tute decerpamus.

Plures sunt carnales, quam spirituales; sicut plures pisces in aquis, quam animantes in terris.

Hexam. li. 9.
cap. 2.

A M B R O S I V S nauis littore soluta ita loquebatur.

Aduerte à homo, quanto plura in mari, quam in terris, sint. Numerata, si potes, omnia piscium genera, vel minorum, vel etiam maximorum: sepias, polypos, lithostracos, carabos, cancos, & in his innumerabilia sunt generis. Quid dicam genera serpentium, dracones, murenas, anguillas? Nec praetermittam scorpiones, ranas, testudines, muscelas quoque, & canes maritimos, vitulos marinos, cete immania, delphinos, phocas, leones. Quid atroxam etiam merulas, turdos, pauos, &c.

Ioan. 4.

Si aqua symbolum est Mundi, voluptuosaeque uitæ, afferente Christo; Qui biberit ex hac aqua, sitiet iterum; & terra seuuncta ab aquis, typus est sanctæ, asperiorisq; uitæ, germinantis gesta sancta; iustè ingemiscit cum his Patribus anima, quod plures illecebris uitæ carnalis obuolui, quam uitæ spiritualis mortificatione oblectari spectentur. Hebraeis asperum uidebatur, relicta Aegypto, in qua sedebant super ollas carniū, in desertum aquarum indigum penetrare, ut siti, & fame laborarent: attamen illuc quoque ductis, & rupes dederunt dulces aquas, & Cælum pluit suauissimum manna, quæ potiora erant alimenta, quam ea, quæ in Aegypto copiosa exhibebantur; & quod maius existimandum erat, à seruitute durissima erepti, concupitam libertatem uendicauerunt. Non tæd ea igitur & Christicolam carnis illecebras, ac uoluptates spernere, cum certus sit effectus, quod in uita spirituali preciosiorem escam à Deo sit nactus, & libertatem spiritus, seruitute peccati excussa, comparaturus.

Pisces, qui speciem & nomen seruiunt auium, atque animantium, hypocritas portendunt.

A M B R O S I V S prosequatur, dum nauis in altum conscendebat.

Quid atroxam etiam merulas, turdos, pauos quoque, quorum etiam colores in aquis uidentur expressos: ut nigri merule, pauo diuerso colore dorso & colla depicti sint: turdi alio uarij, & cetera, quorum sibi terræ species, & nomina uendicauerunt? Nam prius in mari ista ceperunt, diuersisque speciminibus. Siquidem aqua prior animarum uentium reptilia diuino nutu imperata produxit.

Hypocriteque
piscis specie
seruente auium.

Hypocritam prima fronte, piscium enarratorum natura mirifice præmonstrat. Hypocrita profecto cum pisces sint, id est, delicatis irretiti & obruti illecebris, ac uoluptatibus, iustorum tamen, etque sanctorum uendicant speciem in apparatu uitæ, quanquam alij sint ab his, quæ foris cernuntur, sicut alia est animantium conditio à piscibus. Heecq; ars est Diaboli, & eius excogitatum, nam ab initio Dæmon se transfiguratur in Angelum lucis. Vnde & hypocrita, nostræque ætatis deceptores, qui fucata uita ad Mundi penè regimen contendunt, tanti præceptoris extant discipuli, & imitatores. At certè in die iudicij, cum contribuitur uita omnium, ab ipsisque petetur; Cuius est imago, & superscriptio hæc respondere cogentur: Diaboli. Et simul audient: Reddite ergo quæ sunt Diaboli Diabolo.

Matth. 22.

Pisces, qui animantium speciem ferunt, morum uarietatem in conuerso peccatore demonstrant.

A M B R O S I V S amplius prosequatur.

Adde hanc gratiam, quod ea, quæ timemus in terris, amamus in aquis. Etenim noxia in terris, in aqua innoxia sunt: atque ipsi angues sine veneno. Leo terribilis in terris, dulcis in fluctibus. Murena, quam ferunt aliquid habere noxium, esca preciosior est. Rana horrens in paludibus, decora in aquis, omnibus ferè præstat alimentis. Plura si quis uult cognoscere, à diuersis locorum piscatoribus querat; nemo enim potest omnia comprehendere. Canes sanè & in mari caue, quos & in Ecclesia molestos esse, & cauendos Apostolus docet, dicens; Cauete canes, cauetes malos operarios. Mustele grauis in terris odor, in aquis suauis. Terrena se nouit uindicta fetoris uiscerum: hæc non minorem habet gratiam capta, quam libera. Et Post. Quid loquitur cornorum, quid etiam luporum teneritudines? Nescit hos lupos agnus timere. Tanta est aquarum gratia,

Philip. 3.

ria, quæ uirtuti figurantur, & leones, ut his propheticum illud dictum de Ecclesie sanctitate iure conueniat; Tunc lupi & agni simul pascentur, leo & bos simul paleas manducabunt. Nec mirum, quandoquidem etiam in Ecclesia aqua illud operantur, ut prædonum abluta nequitia cum innocentibus comparatur.

Mirifica hæc piscium atq; animantium eiusdem naturæ, & figuræ, in moribus discrepantia, mirificam mihi offert occasionem morum mutationem in penitente contemplandi, quando peccator in contritionis lachrymis se immergit. Alius enim adeo euadit, ut fari de ipso non dedecet, O quantum mutatus ab illo. Ex angue veneno armato, quo perfide proximos insidijs, & calumnijs, uel detractioe petebat, anguis fit sine veneno, homo nulli detrahens, sed proximorum fragilitati compatiens. Ex leone immani, nimiaque superbia elato, humanus euadit, uerborum mansuetudine lenis. Ex Murena cunctis, quibus cum versatur, noxia, fit esca preciosior, quia iustus, & æquitatis cultor. Ex Rana in cæno uitiorum se uoluntate, piscis fit in aquis gratiæ decorus. Ex Mustella prauum tetrumque ferente odorem, uir præclaræ famæ adeo euadit, ut fiat Christi bonus odor. In his profecto aquis, penitentia, lupi & agni simul pascentur, leo & bos simul paleas manducant, cum lupi feroces reddantur ut agni mites, & leo trux efficiatur lenis, ut bos trituranus. En piscibus ex sauiissimo Ecclesie Dei persequutore redditus est inuictus Christi athleta. Solus Canis & in aquis penitentiæ cauendus est, quoniam molestus fit Ecclesie. Et quis canis, nisi prauus ille penitens, qui in ipso ferè penitentia uestibulo, dum culpas eliminat, ad uomitum redit? Hi profecto maximè inuisi sunt Ecclesie.

Pœnitens quo
modo mutetur.

Peccator recidens ut canis ad uomitum reuertitur.

Porci maris Iudæis non uetiti, Gentiles significabant, ex aquis baptismatis Apostolis gratos effectos.

A M B R O S I V S adhuc & hoc aliud addebat.

Adde porcos maris, etiam Iudæis gratos: quia nihil est commune, quod non aqua abluat, & ideo communes eos, sicut in terra editos, æstimare non possunt.

Iudæis plura animalia, præcipue sus, uetita erant; quoniam immunda existimabantur: ita Iudæis, & Apostolis primitiua in Ecclesia inuisus erat Gentilis, quod immundus censeretur. Sed ex quo Deus è Cælo pendentia in linteo animantia, etiam immunda Petro ostendit, dicens: Occide, & manduca; quod enim Deus sanctificauit, tu commune sic dixeris; ex quo in aquis Baptismatis & ipse Gentilis immersus in Ecclesiam insertus fuit, gratus illis redditus est, dictumque est Petro, nimirum summo Pontifici, Christi uices agentis: Occide primum, & deinde manduca; suscipias Gentilem, sed primum in ipso, quod Gentilitatem sapit & rumorem, occide, rescinde; post manduca. Quod enim Deus purificauit sanguine suo, tu ne commune dixeris, effectusque est Gentilis ex porco terræ sus maris, & gratus redditus est Iudæis. Et hæc quidem Ambrosius.

Act. 10.
Gentilis populus quomodo iudæis gratus est redditus.

Diuersa genera piscium diuersa genera Christicolarum portendunt.

B A S I L I V S uerò reticente iam Ambrosio plura recenserebat piscium genera, hæc inter ipsis discrimina adnotans.

Atque aliud genus eorum est, quæ ostracoderna uocantur: qualia sunt conchæ, peccines, limaces marini, strombi, & ostræarum discrimina numerosa. Aliud eorum, quæ malacostraca uocantur, ut locusta, cancri, ceteraque id genus finitima. Aliud præter hæc genus eorum est; quæ mollia nuncupantur, quorum caro mollis est, atque tenera, ut polypi, sepia, ceteraque similis generis. In quibus rursus innumeras esse differentias constat. Præterea dracones, murenas, atque anguillas, quæ limosis in fluminibus, stagnisque nascuntur, & uenenatis potius reptilibus, quam piscibus sunt propinqua. Et post. Aliud genus est cetarium, aliud piscium tenuium genus. In piscibus item innumera discrimina sunt, per genera sanè distincta. Quorum & nomina propria sunt, & pabulum uarium, & figura, & magnitudo, & carniū qualitates haud eadem, sed diuersæ. Maximis singula differentijs inter sese discrepant, sub uarijsque formis, atque diuersis specie collocantur.

Hæc Ho. 7.

Basiliius scitissime, & facunda oratione pisces ad quatuor redegit classes. Piscium siquidem

Christicola - rum quatuor genera, sicuti & piscium.

quidem alij duro induuntur cortice, ut ostra co derma, & malacostraca; alij mollia ge- stant corpora, teneraque, atque omnibus offensis exposita; alij fluida, limosisq; in aquis degunt; alij solidiores tum cutes, tum carnes gerunt. Quae certe ad quatuor Christico- larum genera adaptare possumus. Quae duro armantur cortice, hi sunt, qui asperam, atque cunctis illecebris propulsatis, solitariam degunt uitam, dumque tentationes pun- gentes sentiunt, testaceo cortice, nempe mortificationis se contegunt. Qui mollem gestant tum pellem, tum carnem, hi sunt, qui laxatam delitijs, uitaeque illecebris ducunt uitam; imbelles profecto, inermes, imparatiq; adeo, ut facillime cunctos hostiles ictus, tera- tiones uidelicet in seipsis recipiant; nec eas retundere ualeant. Qui tandem lubrico cor- pore limosa loca amant, impij sunt in peccatorum limbo, seu habitu, diuturno tempore facientes; qui uenenatis potius reptilibus, quam piscibus sunt propinqui, quoniam dia- bolicam potius, quam humanam praefecerunt naturam. Tandem communes pisces, Christianorum diuersis generibus comparari possunt, cum Christicola diuersis affectio- nibus morum praediti sint, quemadmodum & pisces infinitas propere, atque innumeratas sortiti sunt species.

Magni pisces animal gignentes, perfectos & minores ova dimittentes, imperfectos Christicolos representant.

Hex Hom. 7.

BASILIVS adhuc ista subdebat.

Aliud item genus subeunt ea, quae ouum, aliud ea, quae animal pariunt. Procreant autem animal ea, quae mustelini generis sunt; & caniculi; & ea uarij, quae charit. igitur nuncupantur generisq; catarij, plurima sunt uarij, ut delphini, vituli marini, quos, & tenellos suos catulos aliqua perterritos causa, in uentrem rursus suscipere, circumplectique ferunt.

Quemadmodum maris pisces diuersam habent in edendo foetu rationem, ita Chri- sticola diuersam sequant operandi seriem; nam sicut pisces parui oua generant, & aquis fouenda committunt; ita in Ecclesia homines imperfectiores, ac vix proficientes adfunt, qui pia tantum profertur desideria, necdum habitum uirtutis adepti sunt, atq; ea ut oua di- mittunt. Sed haec diuina gratia, ueluti blanda nutrix fouet, atque ad meritum deducit. Deus enim misericors remunerator, sanctam uoluntatem ita acceptat, & praemio affi- cit, ut opus ferè absolutum, quando id perfici nequit. Rursum pisces magni, ut cete, delphini, & phoca, animal generant, perfecti, inquam, habitibus uirtutum, quibus pol- lent, opera perficiunt. In prima classe sunt, qui in sancta uita, & iustitia non semper con- sistunt, sed deficiunt quandoque, quamuis resurgant. In altera sunt, qui fortunato euen- tu a semita iustitiae recta nunquam excedunt, neque delabuntur.

Operanostra non sunt gloria inani vulgo demittenda, ut pisces, qui oua aquis relinquunt; sed gratia confouenda, uti aues super oua cubant.

BASILIVS de ipsorum piscium foetu haec amplius edissererebat.

Multj, uarijque sunt ipsorum modi uiuendi; multa denique in uiuiscuisque successione generis differen- tia, non ouis plurimi piscium, perinde ut aues incubant, non nidulos fixius agglutinant, apt compin- guunt, non in enutrienda sua prole laborant, sed aqua susceptum editum ouum, animal prorsus nullo ex- hibito negotio fecit.

Hexa. lib. 5. cap 3.

AMBROSIVS Basilij uerba sic comprobabat.

Diuersa igitur piscium genera diuersos usus habent: alij oua generant, alij uiuos pariunt, atque formatos. Et qui oua generant, non nidos texunt ut aues, non diuturni foetus laborem induunt, non cum molestia sui nu- triunt. Cecidit ouum, quod aqua gremio quodam naturae suae, quasi nutrix blanda suscepit, & animal celexi foetu reddidit. Continuo enim tactu parentis animatum ouum cecidit, & piscis exiit.

Multum igitur refert, ut nos foetus nostros, & opera nostra, in nidis, in conscientijs utique nostris, ueluti aues concludamus, studeamusque soli Deo placere, nec relinqua- mus oua nostra aquis, ut pisces, nempe vulgo ceco, seu adulatorum inconstanti turbe, quod ea falsis laudibus & adulationis titillatione foueant, atque exalitent, ne efficiamur ex illis, de quibus Christus: Omnia faciunt, ut appareant hominibus. Confimiles enim sunt

Matth. 6.

sunt hi arboribus, quae medullam intus foetidam, corruptamq; ferunt. Quapropter frui- ctus omnes, quanquam extra pulchri & rubentes, intus attamen foetidi, atque a uer- mibus exesi comperiuntur: Vbi enim gloriae inanis feruida cupiditas mentem nostram corrumpit, mox omnia opera marcescentia prodeunt. Hi sunt ut simia, quae sola inter cuncta animantia (cunctis enim animantibus inuisum est foetus suos ab ullo contrecta- ri) filios suos inter aliorum manus gestari, congaudent; hypocrita siquidem inanis glo- riae delectatione illectus, hominum iudicio, atque adulationibus id contrectandum ex- hibet, quod a solo Deo iudicandum esset.

Hypocrite inanis gloriae cupidi, sunt ut simia.

Ediscant matres pietatem erga filios a piscibus, qui catulos suos perterritos uentre saluant.

AMBROSIVS quod iam dicere aggressus erat, sic silente Basilio profectus est.

Alij uiuos fetus edunt de suo corpore, & mustela, & canicula, & cete ingentia, delphines, & phoca, aliaque cetera huiusmodi. Quae cum ediderint partus, si quid forte insidiarum, terrorisque praesenserint cir- ca catulos suos quemquam moliri, quo tueantur eos, vel tenera aetatis pauorem materno affectu comprimant, aperire ora, & innoxio partus suos, dente suspendere, interno quoque recipere corpore, & genitali feruntur alueo abscondere. Qui humanus affectus hanc piscium pietatem possit imitari? Oscula nobis fatietati sunt, illis non satis est aperire viscera, natosque recipere, ac reuocare integros, atque iterum foetu quodam eos sui ualoris animare, & spiritu alere, duosque in corpore uno uiuere, donec aut securitatem deserant, aut corpore suo obiecto natos suos defendant periculis. Quis haec videns, & si possit obtinere, non tanta piscium pietati cedat? Quis non miretur, & stupeat? Seruat natura in piscibus, quod non seruat in hominibus. Plerumque ex suspitione nouercalibus odis appetitos suos occiderunt filios: alia in fame, ut legimus, partos proprios comederunt. Humanis pignoribus mater sepulchrum facta est: piscium proli parentis est ueritas sicut mu- rus: uallo quodam interiorum uiscerum pignora inoffensa conseruat.

Impia profecto illae matres ostenduntur, quae vel in alendis filijs lassantur, osculaq; ipsorum sibi sunt ad fatietatem, uel nutricibus haud equidem coactae praebent alendos, ut ipsae uitae delicijs indulgeant, vel immanes ad xenodochia remittunt, cum eos ipsos nutrire possent, vel stertentes crudeliter comprimunt, vel nouarum nuptiarum cupide, seu uiri odio lacescunt, sponte eos necant, vel fame oppressa in frustula concidunt, conco- ctos deuorant, eum ipsum uterum tumulum, qui thalamus fuerat, ipsis exhibentes. Haec omnes exemplo piscis, in ventre suo concludentis tenellos foetus, certè corriguntur. Hec crudelis mater, brachijs ferre non potes tenellum tuum, ille blandè in utero concludit: Tu extra domum filios eijcis, ille in seipso colligit: Tu tuos alienos facis, ille etià alie- nos suos reddit: Tu vix hora vna sustines filios gestare, ille noctu, dieq; inoffensos fert. Tu uentre comprimis, ille illos in utero seruat. Tu dimittis, ille in hostes pro illis quit: Tu illos necas, ille saluat. Tu in cibum assumis in partes secatos, ille integros reuocat. Logè igitur peior es tu mater, quam piscis. Quid enim te inhumanius, vel magis impiu- tu dente conteris, ille deglutit ut saluet. Tu sepulchrum efficeris illorum, ille thalamus. Impia similis es canibus, qui foetus suos deuorant, ac uerissimum manifestas illud ada- gium: Mulieres non filiorum amore, sed voluptatis gratia filios parere, nullasq; supe- resse filijs matri gratias reddendas.

Matrum in filios impietas redarguitur.

Homo carnis illecebris feruens, magis impius quam pisces, cum il- li nunquam speciem immutent.

BASILIVS dum adhuc uelis panis, in altum nauis traheretur, de piscium moribus in prolificatione, contemplationem contemplationi iniungens, haec adijciebat:

Est etiam ut uiuiscuisque successio generis inuariabilis semper sit: neque cum alia natura ulla miscetur. Non in humore perinde, atque in terra naturas esse promiscuas nouimus, quales esse mulorum constat, & auium nonnullarum deprauantium generum, adulterantiumq; naturam.

AMBROSIVS ea ipsa sic amplificabat.

Tum deinde, quam pura & inuoluta successio? Nullus alteri, sed generi suo miscetur: Tymallus tymallo, Lupus lupo, scorpena quoque castitatem immaculati connubij generi suo seruat. Itaque habet pudicitiam generis sui, sed uenenum generis sui non habet, non enim percussit scorpena, sed reficit. Nesciunt igitur alie- nigenarum genera piscium adulterina contagia, sicut sunt ea, quae coeunt asinorum equarumque inter se genera, quae magna cura hominum perpetrantur: vel rursus cum equis asinae miscetur, quae

n n n n sunt

*Sunt vera adulteria naturæ. Nam utique manus est, quod in naturæ colluisionem committitur, quàm quod in personæ iniuriam. Et homo ista procuras, interpres adulterij iumentalis, & illud animal preciosius reputas, quod adulterinum, quàm quod verum est? Ipse generat alia confundis, diuersaque misces semina, atque ad vitios coitus plerumque cogis inuitos, & hoc industriam vocas? Hoc quia de hominibus facere non potes, ut diuersi generis commissio fatum possit excudere, tollis homini quod natum est, & virum de viro. exuis: absistisque corporis parte, sexum negas, spadonem efficis, ut quod negauit natura in hominibus, imple-
ret audacia.*

Faceffite hinc, quæso, parumper purgatæ aures, ac sanctæ honestatis amicæ, dum ego in impiam, ac prorsus execrandam hominum libidinem iusto furore percitus, inuechi cõpellor. Homines etenim non modò naturæ adulteria in uarijs procurant animantium classibus, cum speciem speciei diuersæ commiseri, quæstus gratia, student; veluti asinos equabus, ut mulos gignant; uerum & proprijs ipsi adulterij, ac incestibus, & se, & familias suas, prospiciasque deturpant; & quod adhuc execrabilius est, cum Hebræis commiscantur, ut quodam ferè pacto filij Dei filias hominum sibi coniungant, gigantumque flagitiosorum crimen renouent. Sed quod execrabilissimum est omnino (da veniã benigne lector iustissimæ indignationi meæ) in reprobū sensum præcipitati, naturali vsu subuerfos, in mares exardescunt adeò petulanti, audaciq; libidine, ut spadones etiã excogitarint, ut uiros euiratos reddiderint. Et quod adhuc longè horribilius est, atq; omnem superat iniquitatem & impietatem, cum bestijs bestiali rapti appetitu coeunt, ut monstra generent, adeò ut clamare possimus; Quid non mortalia pectora cogis æstus libido? Sed animaduertant nefarij isti, quod connubiã extra suam gentem Hebræis erant vetita; quod Deus adulterinas animantium species non crearit; quod coniugia inter filios Cain, & filios Seth, gigantes protulerunt Dei contemptores; quod calumnia in mares usque ad Angelos ascendit; quod coitus cum bestijs monstra gignat. Meminerint, inquam, isti infandã libidine perciti, impium hoc scelus diluuiū promeruisse, ignem in Pentapolim è Cælo euocasse, adulteros saxis obruendos in lege mandatum fuisse, Mundum hunc libidine deuastari, prospicias adulterari, animas foedari, corpora enecuari, famam, ac nomen fordidari, neces prouocari, bella parari, cuncta tum diuina, tum humana prosterni.

Cum plura de piscium multitudine, & maxime de ijs, qui nomine & specie cū animantibus conueniunt, de ipsorum diuersis generibus, de moribus eorum in prole gignenda disceptassent Patres præstantissimi, nauigio adhuc in altum conscendente, de nonnullis alijs communibus proprietatibus subiiciebant.

Dissimilis est uoluptas carnis et spiritus, uti dissimilis respiratio in aquis, et in aere.

BASILIVS nanque ita differebat.
Parum ab humoris natura pisces seclusi dispereunt. Non enim respirandi habent organum, quo hunc aërẽ attrahant; sed quod in terrestribus animantibus aër obtinet rationis, id est generi natatum aqua: Et causa est in promptu. In nobis enim est pulmo, viscus parò rarum; meatibusq; multis patens, quod per ipsum pectus dilatatum, attractum recipiens aërem, internum diuulsiat nostrum, refrigeratq; calorem. In illis autem dilatatio, restrictioq; branchiarum, attractum humorem, reddentiumq; spirandi munus efficiunt.

Ambrosius pariter eadẽ fusiori repetebat oratione.
En habes duo refrigerij animæ genera, eleganter in duobus generibus respirationis expressa, & in duabus naturis, in piscibus, & animantibus. Expirandi autem ea est necessitas; cum siquidẽ nimio ardore æstuet cor, ne suffocetur, frigido perenniter indiget: ita siquidẽ halitando recreatur hausta frigiditate, quæ cordis ardentem tẽperat calores. Quod si refrigerium symbolum est cordis nostri consolationis; pisces uerò, & animantes carnalium hominum, & spiritualium; hinc profectò qua consolatione afficiantur illecebris addicti, & spiritualibus rebus incumbentes; hac similitudine eleganter licebit colligere. Pisces non spirant, ut inquit Basilius, cum aërem naturaliter non attrahant, quanquam aqua branchijs hausta quoquo modo refocillari videantur. Cor carnalis hominis ardore concupiscentiæ aduritur semper, sed in aquis uoluptatis degēs, aërẽ nimirũ spirituale, ueramq; consolationẽ, seu delectationẽ capere non põt. Fatigantur terrẽ, branchiasq; nunc pliant, nunc explicat, hoc est, appetitu carpit, satietate remittunt,

Libido homi-
nũ quàm de-
testanda.

Homi. 7. in
Gen.

Hexem. lib.
3. cap. 4.

Carnales per
piscis non re-
spirantes signi-
ficantur.

tunt, sed aquas tantum hauriunt, delectationes uidelicet carnales, sensus duntaxat de-
mulcentes, nullo modo spiritum refocillantes: Spirituales è contra diuino rapti amore,
pulsante attrahente, deuotione scilicet rapiẽte, aërem celestis delectationis attrahunt;
Vnde Propheta; Os meum aperui, & attraxi spiritum, oratione scilicet meum votum
aperui, & spiritum consolationis hausi. Enimuerò pisces sublati ex aqua uiuere ne-
queunt: carnales ex illecebris eruti, ut carnales, uiuere non possunt, siquidem carne
moriuntur; mortificantur, inquam, carne, sed uiuificantur spiritu. Mors hæc ea est, de
qua Paulus: Mortui estis, & uita uestra abscondita est cum Christo; Et Dauid: Precio-
sa in conspectu Domini mors sanctorum eius.

Delectatio carnalis quàm breuis sit, colligitur ex similitudine piscium non ruminantium.

BASILIVS amplius de moribus piscium in capiendis cibis, ele-
gantiam admodum oratione hæc addebat.

Nihil in piscium genere dimidia parte dentibus est armatum, ut bos apud nos, & ouis neque enim quisquam piscis ruminat, nisi scarus solus, ut quidam memorie prodiderunt, sed omnes acutissima frequentium dentium acie communiuntur, ne si mora in molendo traberetur, disfluerec alimentum. Etenim nisi celerrimè digestum ventri immitteretur, dum secaretur in minuta, per humorem sanè dilaberetur.

AMBROSIVS ea ipsa comprobabat.

Quid autem de densitate dicam dentium? Non enim ut bos, aut ouis ex una parte dentes habent, sed utraque pars armata est dentibus, quia in aqua sunt: & si diutius cibum versarent, & non citò transmitterent, aqua rum alluione de dentibus eorum esca posset auferri, ac dilui. Ideo densos, & acutos habent, ut citò incidant, citò conficiant, cibum faciliẽ sine aliqua mora & dilatione transmittant. Denique non ruminant, solus tamen scarus in his ruminare perhibetur: ut ferunt, quibus aut euentus, aut usus fuit, aut studium ualida comprehendere.

Elegantissimo symbolo delectatio carnalis & spiritualis hominis, ex piscium non ruminantium natura depromi, elicique potest. Os siquidem appetitus symbolum est, & hoc os adeò est in homine vastum, ut infinita propemodum esca tantum saturari queat, ipso, inquam, Deo: Fecisti nos Domine ad te, & inquietum est cor nostrũ, donec quiescat in te, aiebat, & rectè, magnus pater Augustinus. Mundi terrigenarumq; rerũ copia è contra adeò est modicũ quid, immò nihil, ut ipsis expleri non possit. Aspexi terram, & ecce vacua erat, & nihil. Quid igitur efficiet modicum id in fauce tam immensa? Cæterum pisces ut plurimum non ruminant, sicuti terrestres animantes, sed voraciter frangunt, & deglutiant, ne alluione esca auferatur: Carnales profectò non ruminant, quoniam eorum delectatio non est diuturna, sed deglutire dicuntur, quia breuis est ipsorum uoluptas, moxq; tedio, & satietate repletur; Gaudiũ enim hypocrita ad instar est puncti, qui longitudinis, altitudinis, & profundi experts omnino est; delectatio nanque Mundi diuturnitatem non habet, non protrahitur, nec consistit, quia larua est in superficie apprens, cum omnia sint uanitas uanitatũ. Solus scarus inter pisces ruminat, & symbolum est pœnitentiis peccatoris, qui in se reuersus cogitat quid sit, qualis fuerit, atque cum filio prodigo ait: Quanti mercenarij in domo patris mei abundant panibus; ego autem hic fame pereo. Surgam, &c.

Raptores similes piscibus, pisces deglutientibus.

BASILIVS adhuc de moribus piscium.

Pabulum autem alijs aliud piscibus per genera diffinitum est. Quidam enim limo, quidam alga vescuntur. Alios aliq in humore nascentes herbe delectant, maior pars piscium liguriunt alter alterum, atque deuorant: & minor apud illos esca maioris est, & si unquam euenierit, ut is qui minorem superauerat, alterius præda fiat, ambo tum simul deglutiantur, & unum ultimi piscis immergi ventrem ingrediuntur: Quid igitur, quæso, nos homines aliud agimus, cum vim afferimus inferioribus? Quid interest inter eum, ac vltimum piscem, qui sua improba, & intemperanti cupiditate diuitias consequendi, in inexplebiles auaritiæ sinus imbecilles ingerit homines, atque abdit? Ille pauperis patrimonium raptum habuit: tu illum oppressum partem euarum facultatum fecisti: iniustus iniustiorẽ profectò, atque auaris auariorem te ostendisti. Prouideto, ne finis idem tibi, qui piscibus euenire crebrò solet, occurrat, hamus forsitan, aut massa, aut etiam ret. Et nos

Spirituales i
dicantur per
animantes re-
spirantes.
Psal. 118.

Colof. 3.
Psal. 115.

Hex. Hom. 5.

Lib. 5. cap. 1.

Hier. 4.

Iob. 10.

Iob. 20.

Pœnitens per
scarum piscẽ
innuitur.
Luc. 15.

Hex. Hom. 5.

*** 2 ***

enim omnino cum multa peregerimus mala atque iniqua, iudicium illud extremum penam illam ultimam non evitabimus.

A M B R O S I V S pariter prolixiori oratione, eadem repetebat.

Quod hi Patres longa exaggeratione deprompsere, breuissimo argumento sic colligito: Pisces communi pabulo, seu humo, seu alga, seu herbis, seu uermiculis, seu quouis ob uio uescentes, mortales, sunt; qui rebus à natura suppeditatis, uel labore suo comparatis contenti, res non depredantur, uel concupiscunt alienas. At piscis, qui piscem deuorat, diues est, raptor pauperis substantiæ. Quid siquidem est substantiam pauperis uel usura, uel iniusta lite, uel imposita calumnia, uel impio, uel etigali rapere, nisi pauperem ipsum deuorare, & deglutire. Diues enim, & præpotens est hirudo, quæ nunquam sanguine saturatur, dumque uenas cunctas suctu exangues reddere conatur, suspensa crepit, atque discripitur: Ita diues pauperis substantiarum, quæ illi alterius sanguinis loco sunt, nunquam saturatur, dum nimis locuples, & diues efficitur, uitæ luxu, & delictis mortem sibi assolat consciscere, infelixque anima ipsius ad gehennam à tartareis furijs immaniter raptatur. At uero piscis, qui piscem deuorat, duo subit pericula: alterum, ne dum pusillum infestatur illum deuoraturus, validiorem offendat, a quo ipse deglutiatur: Ita raptor alieni, huic discrimini subest, ut incrassatus, impinguatus, locupletatusque, à tyranno & ipse ut præda diripiatur; sæpe enim uel etigali administratores, cum ceterorum iuris iniuste populatores extiterint, à principibus expoliatur, aut morte mulctantur: Alterum voratoris piscis periculum est, ne forte hamum, seu nassam, uel retia, aut fuscina inueniat: pari euentu raptor, licet sit ipse diues, nobilis, opulentusque mercator, sit princeps tyrannus, alterum ex his quatuor generibus mortis ex Dei iudicio non effugiet; Alij nanque pereunt hamo, & sunt qui nimis delictis mortem sibi consciscere consuecunt; Alij in nassa concluduntur, & sunt qui in lites, seu pericula magna adeo se præcipitant, ut uel animi deiectione in ægritudinem lapsi pereant, aut desperatione sibi immaturam mortem inferant; Alij retibus capiuntur, qui insidijs præpotentium petiti occumbunt; Alij fuscina, qui uiolenta nece à ficarijs illata trucidantur. Hi omnes ex mari, ex hoc Mundo eruti, ad latus alterius uitæ ducti, ut mali foras mittuntur.

A piscibus nunquam alios à suis sedibus pellentibus, elicitur, quam impium sit Principibus, ut confinia dilatent, aliorum loca surripere.

Hex. Ho. 7.

B A S I L I V S multa adhuc de non dilatandis finibus addebat exemplo piscium, qui suo natiuo lacu, uel maris sinu immorantur.

Hoc mare illud magnum & spaciosum est, illic reptilia sunt, quorum numerus esse non potest, animalia parua cum magnis. Attamen est in illis quedam dispositio sapiens, rectusque modus uiuendi. Non enim capere solum, reprehendereque possumus pisces, sed sunt in illis, & quæ prosequenda sunt imitatione. Vt singula genera piscium accommodata sibi loca distribuunt, in illisque uitam degunt, nec aliena loca unquam agrediuntur: sed intra suos lecta versantur fines. Non illis Geometra quisquam distribuit habitationes, non maribus ullis sunt illa genera piscium circumscripta, non finibus ullis diuisa: sed quod cuique prodest, quodque necessarium est, id nature munere est definitum. Hic sinus hæc piscium genera, ille alia pascit: & quæ hic abundant, in alijs ea desunt. Nullus hic mons acutis porrectus verticibus ea sciungit. Nullus amnis transitionem dirimit: sed quedam nature lex æquè iustèque pro uniuscuiusque mirum commodiore usu diuertam, hoc est, suum cuique uiuendi limitem, & canonem uelut sortitò præscribit. Atqui neuiquam tales sumus. Unde quod ipsi terminos, quos posterunt patres nostri, eoque continenter seruandos transferimus. Terram limitari sectione diducimus. Domum ad domum coningimus, & agrum agro copulamus; ut à proximo auferamus. Norunt planè cetera illa grandia, quam sibi natura dietam præscripsit. Id occupant mare, quod ultra plagas habitabiles collocatur, quod insulis fermè caret; cui continens ultra succedere nulla unquam tellus conspicitur. Quamobrem inuauigabile est, & nec historie, suæ explorandi ratio, nec ulla necessitudo prorsus æquor illud unquam aggredi nauigantibus persuadent. Hoc mare, cetarium genus magnitudine maximis æquandum montibus, ut ferunt, qui conspexerunt, occupatum tenet suis in finibus manens, nec ullum prorsus detrimentum, aut insulis, aut urbibus maritimis afferens. Ita singula genera piscium in definitis sibi maris tractibus, perinde atque in urbibus, aut pagis quibusdam, aut antiquis patrijs immorantur.

Hex. li. 5, cap. 2.

Ambrosius pariter confirmilia iterabat.

Homi-

Hominibus Deus terram, ut commune solum præscripsit: Vnde igitur exorta est tanta ingluuies, qua nonnulli proximorum domos, rura, agros, quinimmo & integras uillas, urbes, ac regna ipsa depopulari, & depredari præsumunt? Quasi in id solum incumbant, ut terminos rerum suarum protendant, agros agris iungant, domos domibus copulent, & perinde ac si terra eis deficiat, maria sternunt, in insulas faciunt. Nec tantum terras, sed sinus ipsos maris iure mancipij sibi uendicant, atque efferatam dominandi libidine, elementa, quæ natura communia exhibuit, diuidunt, atque partiuntur. Proh dolor. Quid effari possumus de hac insana potiendi, regnandique cupiditate, qua tot dissidia, lites, nece, rot bella, tot excidia exorta sunt, atque efferbuerunt? De hac Zacharias Propheta loquebatur; Leua oculos tuos & uide. Hæc est amphora egrediens. Et ecce mulier una sedens in medio amphoræ. Et dixit, hæc est impietas. Amphora cor nostrum est, vas à solo Deo explendum. Mulier sedens in amphora, non tantum idololatria, seu hæresis interpretari potest, ut Rabanus interpretatur; sed etiam imperitandi libido, terrenorumque regnorum cupiditas efferata. De hac igitur proclamatur: Hæc est impietas, hæc est impietas. Impietas certe ex antonomasia, cum regnandi libido sit impietatum omnium, & criminum ac flagitiorum causa, & origo. Hæc fit homo puteus ille, ex quo profilliebat fumus, ignis, & sulphur: fumus, scilicet superbæ fastus, caligine sua rationis nitorem obruens, obnubilansque ignis, æstuantia bella, & dissidia; sulphur foetentis iniustitiæ, & impietatis nomen. Hæc est serpens, qui terram comedit cunctis diebus uitæ suæ, res uidelicet terrigenas ingluuie suæ nephædæ cupiditatis. Ista est febris frigida, & calida, nam spe, & timore semper angit, excruciatque animos. Discant igitur homines à piscibus quibuscunque proprias colere sedes, alienas plagas non affectare. Discant reges & principes præpotentes, & quasi cetarium genus magnitudine potentiæ cunctos superantes, manere finibus in suis, sicuti uastum illud piscium genus nature legibus cohibetur, ut nullum prorsus detrimentum in insulis aut urbibus maritimis afferat.

Cupiditas hominum quata.

Zach. 5.

in 15. c. Eccl.

Rationem peregrinationis, qua progredimur ad Cælum, discant homines à piscibus.

B A S I L I V S dictis insuper hæc adiciebat.

Iam uero sunt & qui peregrinationem de more capebant, quasi qui communi cuiuspiam curie decreto, aliò ablegati, & in exilium proscripti sub una militari tessera aliquò emigrant omnes. Nam cum destinatus à natura articulus temporis accesserit, quoslibet, alij ab alijs sinibus emigrantes, communi lege concitati natura, ad Aquilonium properantes mare contendunt. Quo tempore ascenditur, videre utique possis multos pisces, perinde uti flumen, & per Propontidem, & Euxinum pontum tranantes. Quis est qui mouet? Quod regis edictum? Quæ tabella in foro posita præstitutum decedendi tempus diffiniunt? Qui denique sunt hospitium, aduenarumque ductores? Conspicisne diuinam institutionem, ordinemque cuncta complentem, & uel minutissima quæque penetrantem? Piscis diuinæ legi non aduersatur: & homines salutaria præcepta non serimus non toleramus? Noli floccipendere pisces, quod uoce careant, quod animalia sint penitus expertia rationis: sed uere, sed perimere uelis, ne creatoris obstando præceptis, rationis illis expertior uideare. Audi pisces prope uocem per ea quæ faciunt emittentes. Nos quoque genus nostrum persistat, atque peremet, longinquam istam capeamus peregrinationem.

Plura inde Basilius subdebat, causam inuestigans, quorsum pisces Aquilonium petat mare uerno scilicet, & æstiuo tempore, quo placida sunt omnia; & ea est, ut dulcioribus in aquis, nec ventorum statibus iactatis uberius prolificent: qua etiam de causa prole onustos hyemali eos redire edocet, ut superuenturas procellas cautè euitent, ac placidiores stationes sectentur. Tandem concludit.

Si rationis expertia excogitare conseruareque salutem suam soleant, atque piscis id sciat, quid expetendum sit sibi, quid fugiendum: quid nos ipsi dixerimus, qui rationis munere cohonestati, legibus eruditi, pollicitationibus inuitati, spiritu sapientiam assequuti, res eas deinde, quæ ad nos pertinent, longè rudiùs, & à ratione alieniùs, quam ipsi pisces disponimus? Si illi quidem de futuro prospiciant, atque provideant: nos autem de spe futurarum rerum uacui, uitam nostram, uoluptati uitæ peccudum accommodatæ deditam consciamus, ac consumamus? Piscis tot maria tranat ac permutat, ut utilitatis aliquid consequatur. Quid ipse dixeris, quæ se qui uitam in ocio degit, quod quidem maleficij principium esse, nemo est qui ignorantiam pratexere possit. Ratio

no profecto naturalis nobis insperata, prosequenda, concilianda esse honesta, fugienda noxia turpiaq; subindica-
tar. Non ab æquoreis exemplis discedo: quoniam hæc nobis nunc inquirenda proponuntur.

A M B R O S I V S autem, cum easmet huius peregrinationis causas memorasset, quas supra recensuerat Basilius, hæc subiicit.

Nouit igitur piscis pariendi tempus, quod pro magno mysterio dixit Salomon in Sapientia: Nouit tempus emitti, atque redeundi, nouit tempus perfinctionis & iactationis, & nouit ut non queat falli: quia non rationis estimatione, & disputationis argumento utitur, sed in inspiratione natura, quæ vera est magistra pietatis. Denique omnes animantes præscripta habent pariendi tempora, homo solus indiscreta, atque confusa. Reliqua genera clementiam temporis querunt, mulieres solæ partus suos inclementer effundunt. Vaga enim, & intemperans libido generandi, vagam pariendi etatem exhibet.

Deinde & aliud nobis præbens documentum, adijciebat.

Piscis tanta maria transmittunt, ut utilitatem aliquam generi suo querant. Nos quoque diffusa æquora transfretamus. Sed quanto honestius quod successione amore, quam quod pecuniæ cupiditate suscipitur? Denique illis ad pietatem, nobis ad questum transmissio deputatur. Illi sobolem præferunt omnibus mercibus chariorem, nos mercedem longè imparem ad periculi vicem misera lucri cupidine repositam. Itaque illi patriam repetunt, nos derelinquimus. Illis natando incrementum generis acquiritur, nobis minuitur nauigando.

Dum decora admodum, atque proluxa oratione Patres piscium transmigrationem, seu peregrinationem edissererant, per plures etiam indicauerunt mysticos sensus; ex quibus quatuor nobis supersunt breuissimè memorandi. In piscium peregrinatione primum demiranda est diuina prouidentia, quod statò tempore, nulla que tuba canente, nullo regis alicuius proposito edicto, nullis mandatis promulgatis, turmatim conueniant, nulloque ductore peregrinas adæant regiones, nullo ordinem tribuente, ordine incedant, nullo imperatore præceptum lante, tanta pace progrediantur. Vnde tanta eis solertia, nisi quia Dei mandato obtemperant, natura que sancta instituta non pretereunt? Ediscant igitur hoc loco primum homines diuinæ legi obtemperare, sancta instituta apostolica prosequi: Solus siquidem homo Dei mandata paruifacit, sanctas Ecclesiæ traditiones contemnit. Documentum alterum, quod nobis insinuat Basilius, illud est: Norunt pisces suæ peregrinationis opportunum tempus; uerno, æstiuoq; tempore in Aquilonium proficiscuntur mare, ut dulcibus in aquis uberius proficiscant, & hyeme prole onusti, in placidiora remeant æquora. Quid nobis certè hæc indicant, nisi ut nos tempora agnoscamus, & nobis ipsis prospiciamus? Porro nostrum uernum, æstiuumq; tempus est uita præsens, Aquilonium mare, asperitas ipsa vitæ, seu tribulatio.

Quemadmodum enim in eo mari magis aque proficiunt dulces, quod sol non ita possit crassos, foculentosq; vapores, & afflatus extrahere, quibus mare amaritudine aspergitur: ita in tribulatione, & vitæ mortificatione, cupiditates, animiq; passionis dulciores euadunt, quoniam prauo fomite, concupiscentiaq; compressa, nequit cor nostrum terrenas, carnalesq; cupiditates ita facile exhalare. Quapropter sublatis concupiscentijs uerberior euadit proles sanctarum cogitationum, rectorumq; actionum, ut inde redeunte hieme senectutis, & mortis, meritis, operibusq; onusti, ad superas nostras sedes posimus remeare. Non enim hic habemus ciuitatem permanentem, sed futuram inquirimus.

Igitur celestium rerum spe non vacui, mirimè vitam nostram uoluptati deditam in australi, in delictis nempe, & illecebris conficiamus, uel consumamus; sed piscium exemplo in Aquilonium mare proficiscamur; ad vitam, inquam, seueram, atque asperam, ut ueritate prolis insigniti redeamus ad propria. Documentum quoq; aliud Ambrosius nobis saluberrimum proposuit. Animantes præscripta habent pariendi tempora, homo solus indiscreta, atque confusa; quoniam vaga, & intemperans libido generandi, vaga pariendi exhibet tempora. Heu, cur animantibus deteriores sumus: ille sensu tantum, nos sumus ratione præditi; ille lege naturali duntaxat, nos Euangelij præceptis decorati; ille honestate natura, nos uirtutis decore insigniti, tamen non noscimus, que ipse norunt, non appetimus, quod ipse uolunt, non sequimur honestatem illam, quam ipse sectantur. Tandem, & illud prodebat Ambrosius. Peregrinantur pisces, peregrinantur homines, sed quam diuersa admodum ratione? Illi unum tantum traiciunt mare, nos innumera æquora transfretamus: illi statò tempore & opportuno, nos sine discrimine, & procelloso etiam tempore: illi nulla cuiquam iniuria illata, nos multis iniuriis lacessitis: illi solummodo propagationis amore, nos pecuniarum auiditate; illi ad pietatem,

nos

Prouidentia Dei in piscibus admittenda.

Vitæ asperitas ut mare aquilonium.

Continentiæ edocet pisces.

Peregrinationes hominum peregrinationi piscium conferuntur.

nos ad questum: illi turmatim, & sine regionum læsione, nos uerò si turmatim pergere contingat, ut quando exercitus ducuntur, tunc & obuios deprædamur, & inermes trucidamus, & rura incendio delemus, & agros depopulamur, & urbes subuertimus, & cuncta tum diuina, tum humana confundimus. Ediscant igitur mortales à piscibus obedientiam, & solertiam, & continentiam, & peregrinationis honestas partes, ac laude dignas consecrari.

Ex singularibus piscium quorundam proprietatibus documenta.

Plura Basilius, & Ambrosius, dum nauis in altum duceretur, oculis nondum in aliquem piscium iniectis edisseruerunt; cum stante penè nauigio, diuersa piscium genera hinc inde natantia eorum se aspectibus obtulerunt. Quapropter non te deat, inquit Basilius, & singularium quorundam piscium mores animaduertere.

Ex vipera, & muræna exemplo, mutua beneuolentia uiri, & uxoris declaratur.

B A S I L I V S itaque uisa muræna sic orsus est.

Vos o uiri coniuges uestras diligite, & si locis longinquis semoti, in coniugij societatem conueq; sitis, natura uinculum legibus, ac benedictione obstrictum unio ac iugum distantium esto. Vipera genus serpentum omnium exitiosissimum, muræna marina nuptias expetit, & sibilo suam significat presentiam, eamque è gurgite vasto inuitat ad nuptiales complexus. Illa autem obtemperat, & coit cum uenenato. Quid hæc mea ratio uult? quid portendit? Sive asper est cuiuspiam coniux, sive ferus moribus, perferat illum. vxor necesse est: nec ullam prorsus ob causam societatem uinculumque dissoluere patiatur. Feritne, uerberat, estq; percussor? At uir tamen est tuus. Temulentus ne? At tibi est natura coniunctus. Durusne, morosus, & implacidus? At membrum tuum est, & membrorum prestabilissimum. Audiat & uir ipse accommodatam, seque decentem admonitionem. Vipera uirum ob nuptiarum uenerationem euomit. Inuidiam animi, tu feritatem, tu crudelitatem ob unionis reuerentiam non deponis?

A M B R O S I V S ea ipsa eloquentissima iterabat oratione.

Ex hoc eleganti exemplo muræna & vipera, quid sibi in coniugali nexu sustinendum sit, mulier sit, mulier probè ediscere possunt. Discat primum mulier muræna similitudine, uiri mores qualescunq; in comptos etiam, sibi ferendos esse, nec ab eo recedendum, quanquam morosus sit, difficilis, asper, fallax, temulentus, atque ueneno maledicentiæ exandescens. Siquidem muræna animal rationis experta, uenenum uiperæ mortale non fugit. Muræna euocata à coniuge blando sibilo, à longè occurrit, at mulier aduenientem maritum contumeliosè sapius repellit. Memorent uxores, quoniam Adam seductus fuit per Euam, & non Eua per Adam, quodque iuste propterea sibi ex hoc inflata fuit sententia: Sub uiri potestate eris, & ipse dominabitur tui. Aequum siquidem erat, ut eum gubernatorem assumeret, quem duxerat ad culpam, ne iterum, & sapius decepta mulieres foemineæ facilitate laberentur, uirosque ad excidium agerent. Si ergo subdita sunt: munus etiam earum est inconditos mores uiri lubenti animo ferre. Deinde meminerint, quod coniuges effectæ sunt, nimirum uinculo matrimonij sub eodem iugo colligate, quare sicuti bos, & equus compares diligunt, quanquam sæpe præter naturam: ita & ipsæ uirum, licet immorigeratum, & asperum, iugo complicatum uxorio, diligere debent. E contra ediscat uir, tumorem animi, asperitatem, moresque acerbos deponere, exemplo vipera, que uenenum euomit, nec aspergit, aut ueneno inficit murænam, cum illam adit. Meminerit se non dominum esse, sed coniugem, & mulierem ipsam existimandam non ancillam, sed uxorem. Quapropter gubernator sit, non tyrannus; formans enim mulierem opifex Deus, non ex capite, seu pedibus, sed ex latere eam edificauit, ut sciret uir eam non ut ancillam, neque ut dominam, sed ut comparem fore existimandam. Perpendat se conflatum fuisse ex limo, ipsam ex ossibus, se extra paradysum, illam in paradiso, ut eam quasi delicatorem, præstantioremque suscipiat. Quod si quandoque imbecillis sibi eius natura uideatur, non obliuiscatur, eam ex ipso dormiente

Hex. Hom. 7.

Hex. lib. 5. cap. 7.

Mulier uiri mores etiam prauos ferre debet.

Gen. 3.

Uiri asperitatem i uxores deponere debent.

mente esse eductam. Quapropter non illi, sed sibi culpam imbecillitatis, atque inconstancie illius nouerit esse tribuendam.

Adultera similes muranis, qua cum viperis coeunt.

Hex. Hom. 7.

BASILIVS nolens a muranis facile discedere, hac subdebat.

An exemplum vipera nobis & alio modo fortasse prodest? Adulterium natura quoddam est vipera & muris remeque mutus ille complexus. Discant igitur ij, qui alienis insidiantur nuptijs, cuiusmodi reptili sint similes. Id unum est mihi cordi; id unum propositum, ut Ecclesiam vndequaue nostram hanc edificem: intemperantium, incontinentiumque hominum perturbationes tam a mari, quam a terra sumptis exemplis, castigata sedentur.

Hex. lib. 5. cap. 7.

AMBROSIVS pariter eadem eloquentissime demonstrabat.

Potest & sic: Nolite querere viri alienum thorum, nolite insidiari aliena copula. Graue est adulterium, & naturae iniuria. Duos primum Deus fecit, Adam & Euam: hoc est, virum & uxorem. Et uxorem de viro, hoc est, de costa Adae, & insit ambos esse in vno corpore, & in vno spiritu. Quod unum separas corpus, unum diuidis spiritum, natura adulterium est. Sed hoc docet murana & vipera, non inue generis, sed ardore libidinis expetitus amplexus. Discite o viri, qui alienam permolere querit uxorem, cuius serpentis ascescere sibi cupit contubernium, qui etiam comparandus ipse serpenti sit. Festinat ad viperam, quae se in gremium viri non directo tramite veritatis, sed lubrico denique amoris, infundit. Festinat ad eam, quae venenum suum resumit: ut vipera, quae fertur peracto coniunctionis munere, venenum quod euomerat, rursus haurire, adultera enim vipera est. Unde & Salomon ait, quod is qui fuerit remulentus, cum per vinum libido feruere consueverit, tanquam a colubri ictu extenditur. Et tanquam a cornuta diffunditur illi venenum. Et ut scias quod de adultera dixit, adiecit, Oculi tui cum viderint alienam, os tuum loquitur peruersa. Nec quisquam velut contraria posuisse nos credat, ut ad bonum, & ad malum viperae huius exemplo uteremur, eum ad institutionem utrunque proficiat, si erubescamus qui fidem non exhibere dilecto, cui exhibet serpens: aut relinquentes sancta coniugia, lubrica, & nociva saecularibus praesferamus: quod facit, qui cum serpente miscetur.

Adultera mulieris quanta impietas.

Gen. 2.

Edificant adultere, qui similes quadant, cum uiris alienis sua profuturere pudicitiam non erubescunt. Similes profecto sunt muranis, qua cum viperis coeunt. Atrox equidem in hoc irrogatur naturae iniuria, at diuina gratiae longe atrocior & intolerabilior. Adae & Euam Deus coniunxit, ut unum essent corpus, & unus spiritus. Propterea de corpore dictum est. Hoc nunc os de ossibus meis, & caro de carne mea. De spiritu autem, Erunt duo in carne una. Furtum itaque inuidens & infandum est, si mulier os, & carnem, quae uiri sunt, a viro sublata, adultero perperam tradit. Amplius sicaria est mulier, cum spiritum se iungit a spiritu. Sed quod potissimum est, iniuria est ingens, ac summa in sacramentum, in sacramentum inquam Matrimonij, sanguine Christi insignitum. Nonne impia mulier, quae tantum sacramentum uiolat, sanguinem Christi, annulo fidei fracto, se iunctisq; manibus illis, quas in Matrimonij foedere iunxerat, foedere conculcat? Sed ut exemplum prosequar, festinat ad uiperam mulier, quae se in gremium adulteri lubrico impulsu deuij, atq; insani amoris infundit; venenum siquidem Ietiferum & exitiale ex complexibus ueritatis & damnae haurit. Quemadmodum enim uenenum blandè ingreditur, sed paulatim ad cor pertran sit, maculisque ipsum infectum citissime exanimat, ac foetidum reddit; ita amor profilit suauiter, sed mox ad cor properat, illudque inebriat, ac saepe a seipso alienat, & in furore in vertit, quo & anima perit, & infamia fordidata tetro quasi odore putrescit. Praeterea hoc loco suspitiones, uipereos interdum oculorum obtutus, cordis alienationes, dissidia, venena neqes, trucidationes merito illatas. Haec cordis fordidatio, foetentiaque, ac exanimatio Dauidi innotuit: quapropter adulterio cum Bethsabae perpetrato, exclamabat: Cor mundum crea in me Deus, & spiritum rectum innoua in visceribus meis. Et quid his uerbis exposulabat, nisi ut corde ueteri proiecto, quasi foetido, nouum mundum, & purum sibi elargiretur, & spiritu ueteri exanimato, rectus in ipso crearetur? Sed si haec foeda sunt in muliere, foedissima censentur in uiro, qui alienum thorum quaerit, alienas uxores insidijs petit: nam si turpe est mulieri peccare, turpius est uiro: illa enim ferè semper rogata labitur, hic ipse est, qui rogat, demulcet, decipitque suauibus uerbis, corrumpit muneribus, emit auro, & interdum efferatè uim infert; illa cum pudore peccat, hic procaciter: illa occultè, hic patenter: illa uix cum uno, hic cum omnibus, si sibi id suppetat oportunitas,

Adulterij in viro derelictus quam in muliere.

Adulatores

Adulatores similes polypo.

Hac edifferebant Patres, cum sibi contigit polypum conspicerere.

AMBROSIVS tunc ita orsus est loqui.

Hex. lib. 5. c. 8

Fraudulentum illud polypi ingenium non praeteribo, qui vadoso in littore petram nactus, affigitur ei: atque eius nebuloso ingenio colorem subit, & simili specie terga obductus, plurimos piscium sine ulla suspitione fraudis allapsos, dum natando non precauent, & saxum opinantur, cassibus furtiuae artis includit, & sinu quodam suae carnis intercipit. Sic spontanea venit praeda, & talibus capitur argumentis, qualia sunt eorum, qui ingenium suum saepe commutant, & diuersas nocendi artes mouent, & singulorum mentes, sensusque pertentant, cum continentibus continentiam praedicantes, in coitu intemperantium, tanquam deij a studio castitatis, & demersi intemperantiae volutabris: ut qui eos audiunt, aut vident, incauta facilitate se credant: eoque citius labuntur, dum distinguere non norunt, nec cauere quod noceat, dum grauior sit, & magis noxia improbitas, benignitatis obumbrata velamine. Et ideo cauendi sunt, qui crines suae fraudis, & brachia longè lateque dispergunt, vel speciem induunt multiformem. Et isti enim polypi sunt, nexos plurimos habentes, & callidorum ingeniorum vestigia, quibus irrevire possint quicquid in scopulos suae fraudis incidit.

Nil penitus ab hac sententia dissentiebat Basilius, immo libenter subscribebat.

Adulatio maximè detestanda est, si eius inuentorem, si naturam, si effectum perpendas. Adulationis pater & excogitator primus, Diabolus fuit, qui Adae, & Euae suscepta tutela, mirum in eos obsequium simulans, dixit: Cur praecipit uobis Deus, &c. Fallax uerò & uaser serpens sub adulationis apparatu, insidias maximas homini, excidiumque machinabatur. Adulatio natura sua similis est resonabili echo, quae tantum uerba, sed sonum adeo imitatur, ut canat cum canentibus, gemiscat cum gementibus, rideat cum ridentibus, & ploret cum plorantibus. Sed nil post ploranti, vel canenti, doloris, aut gaudij defert. Adulatio pari euentu non tantum mores, sed affectus etiam, & uerba imitatur, cum nihil profit, multum autem damni inferat. Tandem quinam est adulationis finis, scopus, & effectus, nisi ut sit virtutis, & meriti dissipatrix? Virtutem siquidem fucata reddit, & sapius ipsius virtutis nomine, specie, & decore, vitia inducit, cum seueritatem appellet interdum iustitiam, superbiam magnanimitatem, iram zelum, inuidiam emulationem, auaritiam proudentiam, libidinem in conuiujs & supelletilibus, magnificentiam. Tollit & meritum adulatio, quod gloriae fastu animum demulceat, quo fastu rerum sanctè gestarum meritum euanesceat. Sed elegans est adulationis exemplum polypus, qui saxi, cui adhæret, nubiloso ingenio colorem subit, ut incautos pisces capiat; adulatoris siquidem ingenium est, in aliorum mores se transferre, ut rapiat, & quae cupit consequatur. Sed mox, quis fuerit spectatur, nam ut rectè inquit poeta.

Adulationis inuentor Diabolus.

Adulatio similis Echo.

Adulatio uirtutum dissipatrix.

Tempore felici multi numerantur amici, Si fortuna perit, nullus amicus erit.

Polypus pariter exemplum hypocritarum.

BASILIVS praeterea adiecit.

Hex Hom. 7.

Huiusmodi sanè mores, rapaces lupos appellat Dominus, in indumentis sese ouium palam ostentantes. Fugito prorsus varios hosce, multiplicesque mores: sectare ueritatem, sinceritatem, simplicitatem. Anguis varios obinet mores: eoque pane huic addictus est, ut reptet humi. Iustus fictioe caret, qualis & Iacob etiam fuit: quapropter ipse Dominus habitare facit vnus moris homines in domo, minime scilicet fucatos.

Non ineleganter & hypocritarum, versutia, quorum tempestate nostra immensa est admodum ubique turba, polypi exemplo explicatur; saxa siquidem se effingunt mortificatione fucata, quasi ipsis sensus in terrenis rebus desit; sed ad dignitates, opesque amplissimas acquirendas sunt omnibus versutiores. Polypos Aelianus vehementer esse ad uorandum procliuos tradit, adeoque uoraces, ut mutuo etiã se deglutiant, etiam in retibus inclusi. Quid autem hypocritarum edacitate uora cius? cum ipsi non tantum ab extraneis quaecunque oblata diripiant, sed ab illis, quos similes sibi

oooo reddi-

reddidere, dum ultima de voluntate consilia dolosa exhibent, hæreditates amplissimas deprædentur, & sub pietatis specie sibi asciscant.

Cancer raptorum artes exprimit.

Propè polypum cancer marinus conspicietur, quasi retrogrado, & doloso gressu incedens.

Hex. Hom. 7.

BASILIVS hæc de ipso tunc effari cœpit.

Cancer efficitur ostrei carnes cupit, sed perdifficilis eius est ipsi venatio testa ratione qua clauditur, ac munitur: perualido nanque & infractò septo carnis ostrei mollitudinem natura munivit. Quapropter & ostracodermion id aquatile nuncupatur. Cumque due concavitates exactè inter sese coniunctæ ostreum circumplecent, & ambiant, nihil prorsus canceri denticulati forcipes illi possunt. Quid igitur agit? quid tandem molitur? Cum viderit illud tranquillis in locis tepore sese oblectare, suasque illas valvulas ad Solis radios aperuisse, ac explicasse, tunc clanculum iniectò calculo conclusionem prohibet, atque quod viribus suis deerat, id tali astu sibi supplet. Hæc est eorum malitia, quæ neque oratione, neque voce prædita sunt. Ipse ego optauerim, ut cancerorum solertem industriam imitatus in parando viatico, à proximorum noxia incommodisque tibi temperes. Talius est profectò morum, qui sum cum dolo fratrem adire solet, quique ex insidijs proximos aggreditur, alijsque insultat calamitatibus. Effugito despiciendorum hominum imitationes. Tuis proprijs facultatibus esto contentus: paupertas cum veraci sufficientia, omni potiundæ voluptati profectò est compositi mentis anteposenda.

Hex. lib. 5. c. 8.

Ambrosius, ut sui moris est, ea ipsa, prolixiori oratione repetebat.

Mare spatiosum & magnum Mundus ille est, illic reptilia, quorum non est numerus; sed & pisces potentiores cæteros deuorant. Sed quodnam elegantius, atque aptius exemplum reperiri potest raptorum principum, & præpotentium, quàm cancer? Cancer piscis est inter ostracodermia, viribus, & versutia potens, ostrea carnes libenter appetit. Ostreum dum in dypticho clauditur, tamen est; sed si quandoque referat claustra testarum, ut libero aëre delectetur, seu radio Solis confouetur, cancer versutus calculum immittit, atque chelarum, seu brachiorum, vel forcipum altero intus iniectò paulatim ipsum deprædat. Raptores pauperum diuitijs auidè inhiant, maximaque uersutia pollent, quare si quandoque oscitationis gratia, pauper in minimam inciderit legis transgressionem, statim calumniam, uel crimen illi impingentes, rapacibus manibus; quasi forcipibus, ipsius bona diripiunt. Si igitur tutum se conseruare cupit impotens, longe à raptoribus recedat, nec aëre aperto delectetur, iurgia, ac dissidia caueat, ut omnem rapacibus occasionem præde amputet, & rescindat.

Pauper vt ostrea,

Herinaceus, seu echinus, prouidentia Dei monumentum.

A cancro ad herinaceum, quem cancro propinquum cernebant, verba sua transtulerunt Patres.

Hex. Hom. 7.

BASILIVS itaque mirifica hæc de illo protulit.

Audui quendam eorum, qui maritimis in regionibus versantur, æquoreum herinaceum commemorantem, exiguam illam, parui pendendamque bestiolam tranquillitatis indicem doctoremque sepenumero tempestatisque nauigantibus fieri: Qui cum ventorum perturbationem præsenferit, calculum haud exiguum subit, sub ipso tanquam anchora seipsum stabiliens. Detinetur enim illius pondere, ne facile fluctibus trahatur, ac agitur. Id ubi nautici conspiciunt, futuram hoc indicio ventorum agitationem tempestatemque præfagiunt. Nemo homo stellarum scientia præditus, nemo Chaldeus procellas ex ortu syderum coniectans æris turbam herinaceum docuit: sed marium dominator, atque ventorum, huic etiam animanti paruo immensa sue sapientia vestigium euidentem & apertum impressit. Nihil est prorsus, quod sub prouidentiam Dei non cadat. Nihil est omnino, quod à Deo neglectum sit: omnia explorat, omnia conspiciat oculus ille peruigil, omnibus adest, facultatemque salutis cuique præstat. Si herinaceum Deus à sua prouidentia non excludit, ea que ad te pertinent, non explorat, non conspiciat?

Hex. lib. 5. cap. 9.

Ambrosius ea ipsa prolixa oratione repetebat.

Mirificè Patres isti exemplo echini, seu herinacei, prouidentiam Dei celebrant, atque

que extollunt. Mirificam profectò tum sapientiam, tum prouidentiam summi conditoris in hoc Mundi theatro conspersam spectamus, adeo ut nulla prorsus res sublimis, vel exigua comperiat, quæ coruscantia sapientiæ Dei monumenta, ueluti quædam fulgetra non vibret, uel emittat. Argus apud uetustos Aegyptios ita fingebatur, quod oculos non modò in capite, sed uniuerso etiam in corpore, & in ipsis extremis cruribus, ac manibus gestaret. Quis Argus iste est, nisi Mundus ipse, & theatrum hoc splendidissimum Vniuersi? Vnde & ipsi Aegyptij Mundi hieroglyphicum esse Argum edocebant. Quid oculi rutilantes in unaquaque corporis parte, nisi insignia monumenta diuinæ prouidentia, & illustria testimonia in qualibet re creata tum sublimi, tum infima insita, & insculpta? Intuere, precor, in echino exiguo ferè omnium pisce, sapientiæ prouidentiaque Dei insigne monumentum, cum animal adèd paruū procellam futuram præfatiens, discimini suo prospiciat, calculum arripens, ne fluctibus excutatur. Adèd autem facunda eloquentia Ambrosius hoc mirificum Dei prouidentia monumentum exaggerat, ut nobis aliquid superaddere, & impossibile ferè, & superfluum uideatur, esset enim Mineruæ suppetias ferre. Ad alteram allegoriam me conuertam.

Argus Mundi typus.

Argi oculi diuinæ prouidentia symbolum.

Echinus exemplum pœnitentis.

Echinus perexiguus piscis, peccatoris prudentis typus est, & exemplar. Præfentit echinus procellam futuram, calculumque mox arripit ualidum, cuius pondere detinetur, ne facile à fluctibus trahatur, atque agitetur. Non immemor est peccator nouissimorum horribilium, dieique lachrymosi, ac supremæ calamitatis, & miserie; calamitatis uel delicti Mundi, & miserie hominum, qua pallecet Sol, cruore perfundetur Luna, corruent stellæ, obnubilabitur atra caligine aër, mugiet mare, tremet terra, collidentur faxa, arefient germina, concident montes, & arefient homines præ timore, & igne cuncta flagrant: Horum, inquam, non immemor peccator, calculum arripit, eoque se protegit, ne procellis illis furentibus iactatus & illisus pereat. Sed quid calculus ille est, nisi Christus, de quo testatur Apostolus; Petra autem erat Christus? Ad hunc calculum per pœnitentiam se recipit pauidus peccator, dicitque cum Sponsa; Tenui eum, nec dimittam. Atque hoc munitus nulla timet mala, nulla imminetia damna reformidat: sed securus cum Propheta inlclamat; Non timebo mala, quoniam tu mecum es: Ad hunc itaque calculum nos quoque, cum procellas & tempestates dierum extremorum recordamur, exemplo echini, qui præfentis procellas, calculum petit, confugiamus.

1. Cor. 10. Cant. 3.

Psal. 22.

Remora sistens naues, charitatis vires portendit.

BASILIVS Remora conspecto hæc fari est exorsus.

Hex. Hom. 7.

At si audieris maximas naues extentis velis secundo per æquora flatu labentes, pisciculum minutum, remoram dictum, si carinis adhaeserit, adèd facile sistere, ut immobiles haud paruo tempore detineat, moventurque, quasi in ipso mari radices altius fixisque egissent, nonne ab exiguo quoque pisce demonstrationem eandem acciperis ipsarum virtutum creatoris?

AMBROSIVS pariter.

Quis igitur neget diuinitus illis insusum ingenium esse huiusmodi atque virtutem? cum videat istos in Aquilonem tam solemnem obeundæ fecunditatis peregrini nationem viuaci ingenio componere, alios in exiguo corpore tantum validitatis assumere, ut maximas nauium plenis currentes velis, in medijs fluctibus sistant: sicut breuis pisciculus ecbeneis tanta facilitate memoratur nauem ingentem statuere, ut quasi radicatum mari herere videas, nec moueri. Aliquandiu enim immobilem seruat.

Mirificè est, quod exiguus hic piscis naues stare cogat; sed magis mirificè, quod homo charitate feruida, Deum iratum ad uindictam properantem sistat. Vis equidem charitatis est ingens, quæ non tantum homines alligat, & trahit, in funiculis enim Adā traham eos in uinculis charitatis; uerum & Angelos continet, nā Iacob Angelū luctantē adèd retinebat, ut dimitti precaretur, dicens; Dimitte me, quoniam aurora est. Inimò & Deum ipsum, dum magis ira feruet, charitas compescit, lenit, atque mitigat. Hac (ut exemplum adducam celeberrimum) Moses iratum Deum placauit, sedauitque, quando

Charitatis vis quanta.

Oseè 11. Gen. 32.

Exod. 33. flagrante charitate pro Israëlitis cernuo vultu orauit: Aut dele me de libro vite, aut mitte populo hanc noxam, &c.

Deus in piscibus, ut in pastinaca monstrosa armorum coegit genera, ut vires suas etiam in exiguis demonstraret.

Hex. Hom. 7. B A S I L I V S deremora pisce mirifico supra delatam narrationem sic protrahebat.

Non enim solum gladij, serræ, canes, balene, orca, cateraque id genus formidolosa, metuendaque sunt, sed etiam aculeus, siue radiolus pastinacæ piscis marini licet mortui, lepus marinus, animal sane noxium, non mediocriter terrent: quippe quæ celerem afferant, & inuitabilem necem. Ita per omnia rerum Opifex vigilare te vult, ut ea spe, nam in ipso tunc habere debes, detrimenta, noxasque, quæ ab illis promouent, euitare possis.

Hex. lib. 5. cap. 10.

A M B R O S I V S pariter id ipsum declarabat.

An & echino putas sine creatoris munere tantum potuisse suppetere virtutis? Quid gladios loquar, aut serras, aut canes maritimos, aut balenas, aut zigenas? Quid etiam turturis ventrum, & hoc mortuae? Sicut enim vipera os si quis calcauerit, recens dumtaxat, grauius quam venenum nocere perhibetur, & immedicabile vulnus serpere, ita etiam turtur aculeo suo mortua amplius quam viua periculi afferre memoratur. Lepusculus quoque timidum animal in terris, in mari formidabile, vitam, & quæ non facile possit auferri, corruptelam inuehit. Vult enim te Creator nec in mari satis ab insidiariis esse securum, ut propter pauca, quæ nocent, quasi in excubijs positus, arma fidei semper, & scutum deuotionis accinctus, à domino tuo debeas salutis sperare praesidium.

Dei potentia quam rimenda.

Edificas hoc loco primùm præpotentes vires Creatoris, si creaturis adeo exilibus, ac vilibus tantum roboris est à Deo fatore insitum, ut naues veliuolas stare cogant. Ut quid igitur Deum tibi hostem asceris? Times remore, araneorum, scorpionum, viperarum, atque infirmorum reptilium vires, & non paues Creatoris potentiam, qui Orbem terremotibus quatit, maria procellis diuexat, aërem infectionibus letiferum reddit, igne vrbes comburit, Clarissima enim sunt exempla sulphuris in Pentapolim, aëris peste infecti in Israël, diluuij in Mundum, terræ voraginum in contumaces contra Moysen. Ob id Cain à furore Dei vagus, & à facie Dei profugus abiit, quod furorem Dei in se sit expertus. Et quis locus peccatoribus erit tutus? Num Cœlum? at è Cælo pulsus est Daemon. Num paradusus terrestria? sed ex eo eiectus est Adâ. Num turris ad astra pertingens? sed cum ea prostrati sunt gigantes. Num mare? at in ipso submersus est Pharao. Num montes? verum ad Eliæ preces in ipsos descendit ignis. Num ipse terrarum Orbis? sed illum quoque absorbit diluuium.

Peccatori nullus est locus ad quem refugiat.

Pastinaca, seu turturis mortua aculeus veneno infectus, libros denotat hæreticorum.

Ex enarratis piscium armorum generibus, admirandus certè est aculeus pastinacæ seu turturis, qui ipso pisce iam emortuo, ad effundendum venenum vim retineat, adeo ut huius piscis aculeus, seu radiolus plus eo mortuo, quam viuo, periculum afferat. Sed quid hæc nobis indicant? En mysterium. Pastinaca, seu turtur marinus hæreticus est, monstrosus quidem, sicuti & ille piscis; Eius venenum, doctrina impia est, & scelestæ, veneno mortis sordidata, quia fidem ueram, & uitam elargientem, gladio falsitatis querit interficere. Aculeus libri sunt, & eorum ingenij peruersi relicta monumenta. Cauendum est igitur summopere ab aculeo pastinacæ, quoniam hæretici non modò dum viuunt cuita ndi sunt, sed etiam post mortem eorum scripta sunt odio & abominationi habenda, cum mortifero conspersa sint ueneno, & animam impia doctrina inficiant. Sed attendas mirificum Ambrosij exemplum. Vipera tantum uiua uexat, & nocet; turtur autem maius mortua quam uiua periculum affert. Vipera venenum peccatum letiferum indicat, quod lædit tunc ad mortem, cum committitur: Sed exitiale turturis virus doctrinam impiam significat, quæ sublati etiam hæresarchis, infernoque tumulatis, adhuc serpens plurimos necat. Addas, quod ex collisa vipera, theriaca confici potest ad uenena submouenda; nam ex mortifero crimine contritione deleto, decerpere possumus documentum ad fugienda cætera flagitia: at ex turture etiam interfecta nil excerpere

excerpere possumus; quoniam ex impia hæreticorum doctrina, fructum nullum nanciscimur, cum ipsa ad nullum dirigi possit commodum, & bonum.

Cete pisces magni, potentia, & iustitia Dei monumentum.

Dū nauis suauis Euro flante, per placidas, sedatasque vndas uagaretur, demirabatur homo ingentia illa piscium genera, quæ vastitate sua montes ferè æquabant.

Hex. Hom. 7.

B A S I L I V S tunc sic est ipsum allocutus.

Fecit Deus cete magna, non quia squilla, & halece maiora sunt, cete ideo magna sunt dicta: sed quia maximis mole corporis montibus æquantur. Nam cum ad summam aque superficiem enatarint, instar insularum saepenumero apparent. Hæc tamen tanta molis animantia, non in oris, nec in littoribus degere, versarique solent, sed id inhabitant mare, quod Atlanticum nuncupatur. Talia sunt animantium ea, quæ ad terrorem stuporemque nobis incutiendum creata sunt.

Hex. li. 5. c. ii.

A M B R O S I V S pariter.

Veniamus ad Atlanticum mare. Quam ingentia illic, & infinita magnitudinis cete, quæ si quando supernatant fluctibus, amatare insulas putes, montes altissimos summis ad Cælum verticibus eminere. Quæ non in acta, nec in littoribus, sed in Atlantici maris profundo feruntur uideri, ut eorum conspectu nauis à nauigandi in illis locis præsumptionem reuocentur, nec secreta elementorum adire supremæ terrore mortis usurent.

Hæc itaque immensæ molis monstra ad terrorem, stuporemque nobis incutiendum constata sunt; Duoque in eis ad sunt perpendenda, quæ ingentem nobis afferre possunt & stuporem, & terrorem: Obstupescere equidem debemus immensam Dei potentiam, & sapientiam in tantæ molis structura. Mirificus Deus in exiguis, mirificus idem & in maximis. Ex septem celeberrimis Mundi miraculis, colossus ille Rhodiensis, tantæ magnitudinis extitit, portentosaque vastitatis, quod dū terremotu corruisset, pes superstes in admirationem Mundum raperet. Quod si pes adeo admirabilis, quid Machina tota? Deus sculpsit insignis in Mundo & ingentia, & exigua effecit, ut si exiguis in aliquem stuporem ducimur, maximis in summum ascendamus. Si igitur obstupescimus in paruis, in delphino, & huiusmodi, quid si cete, phocas, haleces, & reliquos huius generis pisces intueremur? Monumenta igitur sunt diuinæ artis, potentique, ut in stuporem inducamur. Sed & stimuli ad terrorem, quoniam maxima hæc ut flagellum ad uiscenda crimina, sunt parata. Armat siquidem Deus creaturas omnes in vindictam hostium suorum. Ita se onem contra inobedientem Prophetam, serpentes contra murmuratores, leuculos contra pueros Eliseum illudentes; ranas, & cinifes contra Aegyptios. Solent Principes in aula armorum copiam cogere, ut cum libet, offensos vindicent. Mundus Dei aula est, cunctæ creaturæ arma sunt, & enses, quos uibrat Deus, cum uult. Tormenta bellica miraris, quod iniecta spherula ignis impetu vrbes conterat, nec miraris fulgura, quæ Deus inter nubes obdensat, ut contumaces percussat, & deuastet.

Deus mirificus est & in exiguis & in maximis creaturis.

Deus creaturas cunctas armat contra impios.

Quæ documenta plures pisces suis natiuis moribus nobis præsent, auscultato.

Silentibus Patribus, nauisque per altum huc atque illuc labente, dū placidas per vndas diuersa genera piscium natare spectarentur, exiliit delphinus circa ipsam nauem ludens, cum ita dicere cepit secum anima. Delphinus certè grati animi est exemplum; nam delphinus, quod sapius à nauigantibus proiectis cibi reliquijs vescantur, genuino affectu homines prosequuntur, ante naues ludunt, non ex educatione veluti canes, & equi, non ex necessitate, ut elephantes. Nota sunt exempla. Delphinus apud Profelenem Troiæ urbem, dorso ferens Harionem à nautis in mare deiectum, incolumē ad litus deduxit. Quapropter & crocodilo hominis insidiatori est infensissimus hostis. Nunquid non nostram ingratitude increpat, & carpit delphinus, qui quotidianum panem à Deo sumimus, nec grati animi signa rependimus?

Delphinus grati animi exemplum.

Visa est inde testudo immensæ molis, etiam ad supernas vndas natas; cum dixit anima. Christicolam erudiri video à testudine: primùm certè validas cochleas asperitatis cruciosaque vitæ sibi struere, deinde lento gradu ad humana negocia peragenda progredi; tandem nec voluptatē ceu Solis fotū concupiscere; nam testudines, si laxatæ se radio Solis exponunt, adeo exiccantur, eneruanturque, ut in gurgitem redire nequeant; ita, qui illecebris carnis nimis se allici permittit, adeo amore deuio mundanoque enerabitur, ut uix ad suam consuetam mortificationem, atque vitæ duritiem redire poterit.

Testudo mortificationis sequendæ monumentum.

Anguil-

Anguilla fugacitatem rerum terrenarum repræsentat.

Anguillarum nota est natura, quod in limo degentes, lubricæ adeo sunt, ut nunquam comprimi ferè possint; Ita res terrena vilis & putrida omnino fugax est, & tunc euane scit, cum nostram esse reputamus. Porro in anguilla vtero, nunquam neque ouum, neque foetus comprehendipotest, quod nullius sint meriti rerum terrenarum studia; fabulo autem, seu arena conspergat manus, qui anguillam apprehendere cupit; tunc enim res terrenæ nobis feliciter cadunt, cum non ad uoluptatem, sed ad austeritatem ipsas vitimur.

Rana detractoris typus.

Quid enim aliud est detractor, nominisque proximi lacerator, quam rana in cœno & palude confidens, atque coaxans? In cœno enim otij, & uitiorum prostratus, sæpe aliorum leuia crimina euulgat, virtutes etiam sapius vitij specie indutas lacerat, & mordet; tuncque libentiùs, cum superuenturum imbrem prænoscit, cum videlicet, calamitatem illis prouenturam præfagit, & ominatur.

Ostreum opipelle animi à corpore symbolum, Rom. 7.

Qui animæ in corpore, velut in retro carcere inclusa, & tantam molem ægrè ad opera sancta obeunda ferentis, simulachrum effingere vellet, ostrei memoretur, quod in testis grauibis conclusum, ad opera vitæ perficienda inhabile est; inscriptioq; illa esse posset: Quis me liberabit à corpore mortis huius?

Cochlea terreno affectu coplicatorum exemplum.

Consimili symbolo Doctores sacri, animum terrenis affectibus mancipatum, simile cochleæ esse dixere, quæ ita domui suæ est applicita, ut eam secum ferè cogatur; terrenis enim obuolutus animus, & terrenum affectum gestans, eo lento gradu terram tergere, concupiscentiaq; suæ ubiq; luem relinquere compellitur.

Crocodilus symboli effecti animi.

Crocodilus eius est naturæ, ut cum hominem conspexerit, cui insensus, perpetuusq; est hostis, ex gaudio lachrymas exprimat, quod in maiorem se proruat immanitatem. Pari euentu crudelis homo sæpe deplorat, cum diro animo ad uindictam, seu seueram iustitiam incedit, quod excussa à corde omni pietate, ad feritatem armetur.

Phocasomno dediti exemplar.

Somniculosus homo nullo potiori symbolo exprimi potest, quam phocæ, quæ de profundo somno diurnoq; vix excitatur vnquam; sed sciat quod ipse quoque cum phoca somno marcescet. Et quid est somno marcescere, nisi vitam nostram, quæ ex nimia pernitate Cœlorum, qui nunquam mutant, aut exorbitant, breuissima est, ac ferè momentanea, citatissimeq; ad mortem vehitur, in somno, idest, in mortis imagine adhuc uiuam tumulare, & contrudere?

Mullus mortificati typus.

Mullus ea est natura, ut uiuus quasi subofcucus & turpis spectetur; moriens uerò appareat uersicolor, cum multiplici squammarum rubentium mutatione, & concinnitate. Et quid nobis mullus ostendit, nisi hominem, qui dum uiuus est sensui inseruiens, deformis est, & inaspectabilis. At uerò dum ea morte perit, de qua D. Paulus: Mortificate membra uestra, euadit uersicolor, diuersarum uidelicet uirtutum nitore colucens, multiplici habituum sanctorum uarietate insignitus, adeo ut mortificatus admirandus sit, qui uiuus spectari nequibat.

Colof.

Hæc & consimilia de innumeris ferè piscium naturis, quæ sibi obijciebantur (nam in alto Oceano turmatim hinc & hinc infinitæ piscium classes uisebantur) depromere potuisset anima: Cum Ambrosius, surgamus, inquit, de profundo maris, & aliquantum sermo emergat, spectemusque ea, quæ uisitata sunt nobis, & plena sunt gratia. Sed quæ inquit anima? Et tunc dum ea Ambrosius prolixiori oratione enarrare uellet,

Hex. Hom. 7.

BASILIVS breuius sic explicauit.

At enim infirmitas me corporis, atque angustia temporis (iam enim aduersa sperat) hoc loco finem orationi ponere cogunt. Alioqui plura poteram adhuc audis audiendi de ijs, quæ in mari nascuntur, referre digna prorsus admiratione, de mari denique ipso: quoniam pacto in salem cogatur maris aqua: quomodo preciosus lapis corallium in mari quidem sit herba; sed cum in aërem effertur, in lapidis soliditatem transgelatur, & concreuit. Vnde uilissimis animantibus ostreis, ipsa natura preciosissimas uniones impresserit. Quæ nimirum utraque in suis recondi thesauris reges percipiunt: ea passim circum littora, & oras, siue ripas circum aspera saxa dissecta sunt, uilissimis ostreorum insita crustis: unde uellus aureum pinne mirant, quod nondum exactè quisquam eorum qui coloribus insciant uellera, potuit imitari. Vnde cochleæ, vestes regibus purpureas offerunt: quas quidem & pratorum flores uinacitate coloris longo interuallo superare non est obscurum.

Quatuor igitur mirifica memorauit Basilius, quæ in mari uisuntur; Quod aqua in salem uertatur; Quod corallium in mari sit herba, in aëre preciosus lapis; Quod in ostreis marga-

margarita celetur; Quod purpura in saxis detegatur, & colligatur. Sed ea Ambrosius membratim edissererebat.

Aqua in salem uersa uitam indicat Antistitum, et Regularium, qui Mundi sal uocantur.

A M B R O S I V S itaque præfata elucidans, sic loquebatur.

Sed iam assurgamus ipsi de profundo maris, & aliquantum sermo noster emergat, atque ad superiora se subrigat. Spectemus ea, quæ uisitata multis, & plena sint gratiæ, quomodo aqua in salis uertatur soliditatem, ut ferro sepe cadatur, quod de Britannicis salibus nihil mirum, qui in speciem marmoris ualidi, eiusdem metalli niueo candore resplendent, salubres corporis cibo, & potui nimis grati.

Hexæ. lib. 5. cap. 11.

Elegans certè hoc est exemplum. Mare iuxta præcorum Patrum sententias salsum non fuit conditum, sed dulce; sed ex crassioribus uaporibus à Sole ad superficiem attractis, dispersisque, salfedine inficitur mare. Qui uerò sal efficere student, huiusmodi aquam super solum aridæ terræ ægeribus undiq; circumdatum, Soli exponunt, cuius humidiori parte in aërem sublata, ex aridiori sal conficitur. Attendas notabile exemplum. Genus humanum mare est, conditum quidem dulce, quia in iustitia illa sancta originali proformatum fuit, sed urente amore proprio, exhalatione crassa, nimirum concupiscentiæ, fuit respersum, & salfedine infectum. Ex hac aqua seliguntur homines, atque aggeribus mortificationis & claustrorum concluduntur, uitæque asperitate, crassos humores concupiscentiæ adeo exhalant, ut arefacti sal reddantur, excussisque sensualitatis afflatibus, in salis uertuntur soliditatem, in speciemque marmoris niueo candore splendent. Consimiles Apostoli, consimiles homines sancti, tales Regulares in claustro degentes, de quibus omnibus: Vos estis sal terre. Sed meminerint nunc Prælati, Regularesque, qui sal à Christo nuncupati sunt, quod si sal euauerit, ad nihilum ualet ultra, nisi ut mittatur foras, & conculcetur ab hominibus. Agnoscant, & edificent ob id conculcari ab hominibus, quia euanescent, quia uoluptate, & illecebris ut aquæ redeunt, contemptuiq; & ludibrio sunt Mundo, quoniam sæpe euanescant, quoniam prauæ uitæ ferat exempla, mundumque scandalo conspurcent.

Sali coparant Antistites, et Regulares.

Matth. 5.

Anima dum in carnalibus rebus mergitur herba est, dum ad spiritualem ascendit uitam, fit corallium.

A M B R O S I V S prosequerebatur.

Hexæ. lib. 5. cap. 11.

Quomodo etiam non indecorus lapis corallium in mari herba sit: si in aërem transferatur, lapidis firmitate solidetur.

Diuersitas hæc preciosi lapidis coralij, qui in mari herba est, in aëre lapidis firmitate solidatur, mutationem egregiè demonstrat in anima, cum à carnali ad spiritualem transit uitam. Carnali uita uiuere est in aqua natate; aqua enim molles molliciem uitæ demonstrant. At spiritualem, seu cœlestem uitam degere, est in aëre uiuere, quia ea quæ spiritus sunt, sapiunt ij, qui cū Paulo dicunt; Mihi uiuere Christus est. Anima igitur, dum in aquis terrenæ, carnalisque uitæ pernatat, tenerrima est herba sensu delicata, sed & cito marcescit; Omnis enim caro foenum, & somnis gloria eius, quasi flos agri. Sed si ad uitam transit spiritualem, fit corallium firmum, rubeum, rutilans; solidum fortitudine, rubeum charitate, rutilans exemplo. Ex D. Augustini sententia corallium tutamen est à fulmine: sic uita sancta ab ira Dei animam tutam reddit. Fulmen siquidem est sententia diuina in eos inflata, qui imaginem non gestant Christi. Medicamen est corallium, ut aiunt alij, plurimumque ad cohibendum fluxum sanguinis, & apoplexiam propellendam confert. Et uita spiritalis nec animæ uitam amittere finit, nec uoluptatibus, quasi humoribus crassioribus, & apoplexia alienari, obuoluique permittit.

Philip. 1.

Isa. 40.

Coralliu uirtutes ad uitam spirituale applicantur.

Virtus, meritum, Christus, in uita austeritate consistunt.

A M B R O S I V S eundem sermonem prosequens, addebat.

Hexæ. lib. 5. cap. 11.

Vnde etiam ostreis preciosissimam margaritam natura infixerit, quomodo eam maris aqua in tam molli carne solida-

ne solidauerit. Quae difficile apud reges inueniuntur, ea in littoribus quasi vilia iacent vulgo, & in saxis aspe-

ris & cautibus colliguntur. Mirificum hoc est naturae arcanum, quod in ostrearum asperis & rudibus testis, inter molles carnes, gemma, margaritaeque concludatur. Exemplumque hoc est clarum, quod virtus, seu meritum, seu Christus (haec enim tria gemmae nomen sibi vendicant) non in vitæ luxu, atque in mollibus illecebris reperiuntur, sed in perenni uitæ austeritate, (veluti in medijs saxis) letitiae attamen & consolationi spiritali immixta confideant: In lectulo meo quaesivi quem diligit anima mea, inquit Spōsa, & non inueni. In lectulo siquidem diuitiarum non reperitur virtus, seu meritum, seu Christus. At in marmoreo se pulchro beatæ mulieres eum resuscitatum comperere. Sed animaduertas, ne ad Solis radios nimia relaxatione testas aperias, austeritatem mitiges; periculosum est siquidem, ne cancer, Diabolus inquam, immittat calculum terreni amoris, branchiisque elidat margaritam nitentem, nimirum uirtutem, seu meritum, seu Christum, consolatione spiritali, tanquam molli quadam carne dilacerata, ac profus dissipata.

Purpura Christi sanguinis, & meriti praeclarum exemplum.

AMBROSIVS haec quoque doctissimè subdebat.

Quid etiam purpuram memorem, quae ornant regum conuiuia, amictus imbuunt? Aquarum est igitur quod in regibus adoratur: aquarum est species illa, quae fulget. Et post, Aureum etiam vellus aqua nutrit, & lanam in memoratæ speciem metalli gignunt littora, cuius colorem nullus adhuc eorum, qui fucis diuersis obducunt vellera, imitari potuit: adeo naturae maritimae gratiam humana implexe nescit industria. Scimus, qua sollicitudine vellera ouium etiam minus preciosa curentur, sint licet optima, nequaquam attamen his fucis innascitur. Hic naturalis color est, quem nullus adhuc fucus aquauit, hoc quippe piscis est vellus.

Si igitur tantum fulget, tantamque existimationem nata est purpura, regium indumentum, quod sanguine conspersa sit exigui piscis, qui purpura vocatur: quantum coruscabit anima, quantumque suspicienda erit, cum sanguine Christi sit aspersa, & redempta? Purpura Christus est. Purpura profecto saxi unius ictu collidenda est, ut sanguis exterius emanet, quod si ictu solo non est contrita, sanguis in uniuersum corpus diffusum euanescit. Christus saxo, id est, morte non naturali, sed uiolenta eocussus fuit, & dum uoluntati Patris obtemperat, in cruce uno ictu contritus, sanguinem uniuersum in redemptionem nostram copiosissimè effudit: Sanguis enim tuus ornauit eius meas. Ut quid igitur animam tanto sanguine emptam & insignitam pollui permittimus? Sed animaduertendum, ut Ambrosius secundo loco purpuræ encomia celebrans assererat, purpuram iacere uilem in saxis asperis, & cautibus; Vilis etiam apparuit purpura nostra Christus: Ego sum uermis, & non homo, inquit ipse, & inter saxa, non in mollicie uitæ, sed in ærumnis perpetuis, quasi saxum inter saxa.

BASILIVS autem reditum ad littus suadens, haec adijciebat.

Videtur autem oratio nostra, cum in res mirabiles innumeras incidisset, mediocritatis oblita fuisse, eique idem obigisse, quod & immensum æquor nauigantibus euenire solet. Illi cum nullum sibi fixum ad motionem metiendam signum constituere queant, ignorant per septem spatij quantum fuerit ab illis decursum. Hoc ipsum circa nos factum apparet: nostro enim per opera creationis decurrente sermone, eorum quae commemorata sunt, neutiquam sentire potuimus numerosam multitudinem. Sed etsi religiosum hoc theatrum plusculis audiendis inniet, sitque non inuicunda seruatorum auribus, miraculorum heriliū enarratio, hic tamen ad portum oratione deducta, accedentem expectemus diem, ad ea quae restant reddenda.

Huius hortatu ad littora remeabat nauis, uentis profecto secundis delata.

AMBROSIVS interim maris praeconia, oratione desumpta ex iucunditate, quam porrigit sensibus, nempe oculis, naribus, & auribus, luculenter celebrabat.

Et quae pratorum gratia, vel hortorum amenitas potest caerulei maris equiparare picturam? Aurum licet in pratis flores resplendant, auri quoque fulgorem in mari lana resplendet: & illi citò marcescunt, ista diu duratura seruat. Lilia in hortis eminus nitent, uela in nauibus. Hic odor, illic uentus aspirat. Quae uilitas in folio? In nauibus quanta commercia? Lilia suauitatem narium, uela hominum salutem inuehunt. Adde pisces salientes, & delphinas ludentes. Adde rauco sonantes fluctus mirumque.

Deinde ex plurimis commodis, quae praestat mortalibus mare, eius itidem laudes eliciebat, adijciens.

Adijce

Cant. 3.

Vitæ austeritas non relaxanda.

Hex. li. 5. ca. 2.

Christi uel piscis purpura.

Psal. 21.

Hex. Hom. 7.

Hexag. lib. 5. cap. 11.

Adijce currentes naues ad littora, uel de littoribus exeuntes. Cum è carceribus mittuntur quadrigae, quanto studio spectantium & amore certatur? Equus tamen in uanum currit, non in uanum nauigia. Ille in uanum, quia uacuus: ista ad uilitatem, quia plena frumenti. Quid ijs gratius, quae non uerbere aguntur; sed uentorum spiramine: ubi nemo refragatur, sed omnes fautores sunt: ubi nemo vincitur quicumque peruenit, sed omnes puppes quae peruecta fuerint, coronantur: ubi palma merces salutis, uictoria. precium uegressionis est? Quantum etiam distat inter directos cursus ac reflexos? Isti perpetuantur, hi resolumuntur. Adijce remigijs contexta littora, quibus vexillum exeundi aura de Cælo est. Itaque aurigæ plausum inanem referunt, hi soluunt uota seruati.

Tandem ad amplificanda maris praeconia, quae in ipso ex Dei uoluntate contigerint mirifica, enumerabat.

Quid de Iona dignum loquar, quem cetus excepit ad uitam, reddidit ad prophetandi gratiam? Emendauit aqua, quem terrena deflexerant, psallebat in utero ceti, qui marebat in terris. Et ut utriusque redemptio non praereatur elementi, terrarum salus in mari ante praecessit, quia signum filij hominis, signum Iona: sicut iste in utero ceti, sic Iesus in corde terræ. In utroque remedium, maius tamen in mari pietatis exemplum, quoniam exceperunt pisces, quem homines resutarunt, & quem homines crucifixerunt, pisces seruauerunt. Petrus quoque in mari titubabat, sed non labeatur, & confessus in fluctibus, negauit in terris. Itaque illic quasi denotus manu apprehenditur, hic quasi oblitus, aspectu censorio conuenitur. Sed iam rogemus Dominum, ut serpo noster quasi Iona eiciatur in terram, ne diutius in salo fluctuet. Et bene iam exiit cucurbita, quae obumbret nos à malis nostris, sed & ipsa procedente Sole arefacta, admonet requiescendum, ne inter estuare incipiamus ingenio, & nobis etiam uerba deficiant. Certè plus nobis quam Nininitis data est in aquis remissio peccatorum.

Encomia sunt haec praecleara maris, sed praeter ipsa etiam aliquid philosophemur: Cum mare tribulationis symbolum sit, quia perpetuis iactatur fluctibus, terra autem prosperitatis, quoniam opulenta requiescit, floridaque, & frugifera uernanti lætatur colore: Certè & mare aduersarum rerum nobis gratum esse debet; in ipsis nanque ærumnis maximè omnis uirtus, quasi caeruleo colore gratiae diuinæ mitescit, & suauis odore gloriosæ famæ redolet, & optimo contentu operum iustorum psallit; Virtus enim in infirmitate perficitur. Per tribulationem, quasi per mare (si nauem Ecclesiae conscendimus) spirantibus flatibus Spiritus Sancti, uehimur ad Cælum onulti merito, ut palma nobis salutis condonetur. In ipsa iustus dona Christi in se experitur; Tribulatio enim nos promouet ad uitam, excitatque ad contemplationes caelestes, docet psallere, & Deum laudare in aduersis, redditque aduersitas ipsa nos uiuos ut Ionam ad littus, ad Christum, ubi saepe prospera nos submergunt, & cum Petro facile Christum confitemur in fluctibus, aut eum negamus in terra, maximè in domo Pontificis, & suauis ancillæ; in domo scilicet ambitionis, concupiscentia demulcente. Tandem in ipsis aduersis à Christo manu apprehensi liberabimur. Haec & similia de laudibus nostri maris, tribulationis inquam, possemus non iniuria proferre.

Hominis mystici piscatio.

AMBROSIVS cum ad portum iam perueneret nauis, pulchra oratione his animam adhortabatur.

Piscis ergo es homo. Audi quia piscis es: Simile est regnum Cælorum reti misso in mare, & ex omni genere piscium congreganti. Cum autem esset impletum, duxerunt id ad littus, & sedentes elegerunt optimos in uasis suis, malos autem foras miserunt. Sic erit in consummatione sæculi: Exhibunt Angeli, & separabunt malos de medio iustorum, & mittent eos in caminum ignis. Sunt ergo boni & mali pisces: boni seruantur ad precium, mali statim ardent. Bonum piscem nec retia inuoluunt, sed eleuant. Nec hamus interneat atque interficit, sed preciosi uulneris perfundit sanguine: in cuius oris confessione bonum precium reperitur, quo tributum Apostolicum, & census Christi possit exolui. Sic enim scriptum est, dicente Domino; Reges terra à quibus accipiunt tributum, uel censum? A filijs suis, an ab alienis? Et respondente Petro, Ab alienis, ait Dominus; Vade ad mare, & mitte hamum, & eum piscem qui primus ascenderit, tolle, & aperto ore eius, inuenies ibi staterem; illum summens, da eis pro me, & te. Noli igitur à bone piscis Petri hamum timere, non occidit, sed consecrat. Noli quasi uilem te contemere, quia uides corpus infirmum: habes in ore tuo, quod & pro Petro, & pro Christo offeras. Noli timere Petri retia, cui dicit Iesus; Duc in altum,

pppp & la-

Matth. 13.

Ionæ 4.

Tribulatio debet nobis esse grata. 2. Cor. 12.

Hex. li. 5. c. 6.

Matth. 13.

Matth. 17.

Relaxate retia. Non enim in sinistram partem mittit, sed in dexteram, sicut iussus à Christo est. Noli timere finem eius, quia dictum est illi; Ex hoc eris homines uiuificans. Ideo misit retia; & complexus est Stephanum, qui de Euangelio primus ascendit, habens in ore suo. Staterem iustitiae. Unde confessione constanti clamauit dicens; Ecce uideo Caelos apertos, & filium hominis stantem ad dexteram Dei. Pro hoc pisce stabat Dominus Iesus: sciebat enim esse in ore eius precium sui census. Denique glorioso martyrio & Petri iudicium atque doctrinam, & Christi gratiam uocuples assertor impleuit. Et post: Nec te moueat, quod pro mari Euangelium posuit. Euangelium est, in quo Christus ambulauit: Euangelium est, in quo licet titubauerit Petrus, non tamen negauit, quando per dexteram Christi fidei munimentum stationis inuenit: Euangelium est, de quo martyr ascendit: Euangelium est mare, in quo piscantur Apostoli, in quo mittitur rete, quod simile est regno Caelorum. Euangelium est mare, in quo Christi figurantur mysteria: Euangelium est mare, in quo Hebraeus euasit, Aegyptius interemptus est. Euangelium est mare, in quo est sponsa Christi Ecclesia, & diuina gratiae plenitudo, quae super maria fundata est, sicut dixit Propheeta; Ipse super maria fundauit eam. Exili super undas, o homo, quia piscis es: non te opprimant saeculi istius fluctus: si tempestas est, pete altum, & profundum: si serenitas, lude in fluctibus: si procella, caue à scopuloso littore, ne te in rupem furens aestus illidat. Scriptum est enim; Estote astuti sicut serpentes.

Vt D. Ambrosij contemplationem rectè perpendamus, inuestigandum est de ipsa hominum piscatione; quid mare sit, qui pisces, qui piscatores, quod rete, qui hamus, qui exitus piscium; cunctaque fere ex Patris huius doctrina haeremus. Mare Mundus est, ex quo fideles piscatu trahuntur ad fidem. Vel aptius; Mare est Ecclesia, ex qua electi piscatione ad uitam aeternam educuntur. Ecclesia enim mare est, tertio die coactum ex aquis, statu scilicet non naturae, aut legis, sed Euangelij, cumulatà ex multitudinè Gentium. Mare est Rubrum, sanguine Christi aspersum, Mare, in quo Hebraeus euasit, Aegyptius peremptus est; saluator electus, perit peccator, & reprobus. Mare, in quo Christus ambulat suis gratijs. Mare, in quo licet titubet Petrus, non tamen mergitur, quia dextera Christi eripitur, in quo, inquam, Papa errare nequit in his, quae ad fidem spectant, cum Spiritus Sancti gratia, & afflatu muniatur. In hoc mari piscantur Apostoli, & praecones uerbi Dei; in hoc mittitur rete, cui simile est regnum Caelorum. Haec enim cuncta, quae Ambrosius de Euangelio disseruit, de Ecclesia perhiberi posse reor. In hoc igitur mari diuersa natant genera piscium, hoc est, fidelium. Piscis certè es o homo, de quo illud; Reges terrae, inquit Christus, à quibus accipiunt tributum, uel censum? Et respondente Petro, Ab alienis, ait Dominus; Vade ad mare, & mitte hamum, & eum piscem, qui prius ascenderit, tolle, & aperto eius ore, inuenies staterem: illum sumas, & da eis pro me, & te. Stater hic in ore piscis, anima est in homine. Stater aureus non erat, sed argenteus. Duplex siquidem cum sit creatura spiritualis, Angelus, & anima; ille aurum, haec argentum existimanda est; ille nanque praestantissimus censetur omnium creaturarum, haec secundum locum sibi uendicauit. Nummus impressam habet regis imaginem, & anima Dei imago est: nam secundum ipsam factus est homo ad imaginem, & similitudinem Dei. Deformata fuit imago, sordidataque, & quasi aergine demolita; sed aergo & macula omnis in fonte baptismatis abluta, & ablata est, ac tribulationibus uitae perpetuis quasi denuo insculpta, quodque aberat ponderis, siue iustitiae in Adam amissae, ex Christi iustitia iterum suscepit, cum liquefacta contritione, & dolore; noua iustificatione primam reparauit iustitiam. Hunc igitur staterem Christus requirit à nobis piscibus perpetuum, ut Deo reddat. Hoc igitur genus piscium, o homo, exoptat Christus; Exilias itaque super undas, atque à terrenis rebus erutus, ad caelestia suspires. Aperi os tuum, & staterem redde Domino tuo, ut ipse Patri Deo summo, quasi censum pro se, & Petro eius vicario persoluat. Hoc quippe est summorum Pontificum munus, hamo regiminis ex piscibus captis, ex fidelibus, staterem, animam, scilicet eruere, ut Deo reddant. Si bonus es, o piscis, ne timeas, quod retia traditionum, & statutorum à sancta sede iactata te inuoluant; sed potius extolent, ac eleuabunt; neque paucas quod hamus Euangelicae legis te occidat, sed

Act. 7.

Hexa. lib. 5. cap. 7.

Psal. 23.

Matth. 10.

Ecclesia mare est, & mare Rubrum.

Matth. 17.

Homo piscis est, in cuius ore inuenitur est stater.

Anima stater est argenteus.

sed consecrabit. Ne timeas inquam, quia iussu Christi Papa ducit in altum, & laxat retia, & non in sinistra parte, sed in dextera, non pro rebus terrenis, sed pro caelestibus. Habemus igitur, quod genus piscium requiritur in hoc spiritali piscatu. Verum piscatores ipsi Apostoli fuerunt, & nunc Episcopi sunt, & Praelati, quibus eorum nices Deus demandauit. Horum autem alij à terra non recedentes, à terrenarum, inquam, rerum cupiditate, ad sinistram retia mittunt, quoniam dignitates, mitras, purpuras, diuitiasque affectant. Atque haec assequi contendunt alij fucata uita Christum simulantes; alij principum intercessionibus; alij diuturna seruitute; alij sanguinis causa; alij auro sibi parata uia. Sed hi per totam noctem praesentis uitae (cum illis non Sol beatificae uisionis, sed repercussus radius fidei splendeat) nihil capiunt. Sed quid Christus his? Duc in altum. Seiungenda est o Praesul omnis humanarum rerum concupiscentia, & laxatis retibus ad dexteram nauigij piscandum est, pro animarum scilicet salute laborandum, tunc enim largam piscium copiam, animarum nempe, ad littus salutis perduces. Sed quod rete hoc est? qui hamus? Rete aureum Euangelica lex est, ex funiculis, ex charitate nimirum contextu. Piscis dum incaute in aquis ludit, rete sua uiter capitur, ad littusque, nil penè reluctans trahitur; sed cum ex aqua eripitur, perstreperè consuevit, & mox halitu aequè destitutus moritur. Ita peccator sepe Euangelica praedicatione, seu inspiratione, dum uoluptatibus incubit, ferè nesciens capitur, sed dum è delicijs, ueluti ex aquis ad sanctimoniam, quasi in aridum gratia Dei educitur, resilit aliquantulum, quod uoluptatum memor mortificatione non ita hilari animo suscipiat. Sed tandem contritus & iustificatus nobis liori uita uiuit, & gaudet. Hamus pariter ipsa lex est gloria aeternae promissionibus complicata. Ad hami ueri usum necessaria sunt, piscatoris manus, funis, hamus ipse, & esca. Esca est beatitudinis supernae promissio, hamus lex ipsa, funis gratia, manus Christus: idque duntaxat exposcitur ab homine, ut praestentam escam ore aperto, nempe uoluntate libera, hamumque capiat, nam Christi postea munus est media gratia, ueluti fune, ipsam peccatorem ad littora trahere. Sed quid tandem his piscibus continget? Id quod à Salvatore dictum est: Simile est regnum Caelorum sagenae missae in mari; Iudicium extremo die agendum est, quo seiunctis bonis à malis (nunc enim Euangelica haec sagna omne genus piscium congregat) boni ducentur ad mensam regis, ad supernam regiam; mali autè foras mittentur, & in infernum detrudentur. Studeat igitur homo bonus esse piscis: Quod si piscis probus es, uide ne te opprimant istius saeculi fluctus, perturbationes, inquam, Mundi. A piscibus uero ediscas pericula euitare. Si tempestas est, pete profundum; si tempestas tentationum te tangit, humilia animam tuam sub potèti manu Dei. Si serenitas, lude in fluctibus; si prospera tibi cuncta arriident, ne te immergas in ipsarum uoluptatibus, sed lude per supernas partes, ioco ea excipiens. Si procella, caue à scopuloso littore, ne te in rupem furens aestus illidat; si tribulatio te petit, caueas ne ad obstinationem propères, ne furens calamitas desperatione te conterat, sed patientia & animi lenitate cuncta sustineas.

Aucupium Mysticum.

Consuecunt, qui aucupatoriae arti operam nauant, matutino tempore ad umbrifera nemora, solitatioque secessus accedentes, insidias alitibus moliri, & arcu, seu tormèto bellico, uel accipitre dimisso, aut uulture, seu aquila, cōcomitibus canibus, uel retibus, aut uisco, auibusque sibi consimiles insciter prodētibus, de alitibus diuersis optatam referre praedam. Ut quid igitur & nos hanc uenandi artem mysticam assequi non studebimus? Quid est matutino tempore surgere, nisi quando mens alacris est & uiuida, contemplationi indulgere? Quid in nemora abdita secedere, nisi solitudinem inquirere, quo extra obstrepentia negocia, contemplatio ipsa clarior, uberiorque euadat? Quid est uolucres icu sagittae, uel sphaerulae exiguae uulnerare, nisi ipsarum naturas contemplatione nostra pertingere, & penetrare? Quid aquilas, seu accipitres super ipsas uolitare, nisi ingenium nostrum speculationibus, quasi alis ipsas uolucrum proprietates indagare, & inuestigare; auxiliantibus canibus, id est, sensibus nostris, qui nobis species rerum sensibiles patefaciunt, & referant. Quod rete, nisi ipsa ratiocinatio, & discursus, quo res

pppp 2 ipsas

Piscatores spirituales praelati. Piscatorum spiritualium quidam ad dexteram, quidam ad sinistram piscantur.

Lex Euangelica rete est aureum, & hamus.

Matth. 13.

Homo quomodo piscis exemplum debet componere.

Aucupatoria armamenta mystice ad

ipsas apprehensas ventilamus, atque discutimus: Quid viscus, nisi ipsa delectatio, qua ip- sa mens in his speculationibus afficitur? Quid tandem ipse aues caueis cōclusa, ceteras sui generis euocantes, nisi vnus alitis natura cognita, euocans nos, & edocens ceterarum dotes inuestigare, & assequi? O mirificum aucupium. Philosophi quoque venandi arte delectantur, quoniam animantium naturas solertissime indagant; sed ipsi tantum ad curiositatem, nos verò vt inde prædam, & escam asportemus, ut uidelicet documenta uitæ depromamus. En Patres amplissimi Basilius & Ambrosius, comites nostri erunt in aucupio, quemadmodum & in piscatione fuere. Ambrosius ipse dux, quoniam ordinem, quem præcipue ipse nobis præscribit suo in Hexameron de auibus, sc- ctabimur, quod & de piscibus fecimus.

Hex. li. 5. c. 12.

A M B R O S I V S itaque sic fari cepit.

Reuocamur ad superiora sicut obliuiofi viatores, qui cum inconsulto præterierint, in sua reuertes vestigia, incuria sua multam repetito itineris labore suscipiunt. Est tamen etiam bonus viator, qui dispendium regressio- nis, reliqui itineris. compendiosa celeritate compenset, vt. mihi faciendum arbitror: maxime cum de auibus ser- mo sit, quæ solent oculos hominum volatu properatore perstringere. Quid enim conuenit ijs immorari, in qui- bus celeritas placere consuevit? Auius igitur, atque inuitatus in tali genere scriptiois sermo noster cano- ris auibus resonet, ac resulet. Sed vnde mihi cygnea carmina, quæ etiam sub graui mortis imminentis terro- re delectant? Vnde mihi illos naturalis modulor cantilenæ, quibus etiam paludes sonore cantus edunt dulcis- simi suauitatem? Vnde mihi vocem psitaci, dulcedinemque merularum? Vtinam saltem luscina cantat, quæ dormientem de somno excitet. Ea enim auis significare solet dei surgentis exortum, & effusorem diluculo deferre ligitiam. Tamen si illorum suauitas deest, sunt gementes turtures, & rauca columba, tum etiam cornix plena voce pliniam vocat. Vnde rurale auarium sermone quo possumus; scientia quam nos rusticani docue- runt, persequamur.

Humilitas Ambrosii & Basili.

Non aspernabile documentum hoc loco decerpimus non modò ex Ambrosio, verù etiam ex Basilio, qui eadem penè cum Ambrosio suggerit, quantum debeamus esse eor- um exemplo, modestiæ, & humilitatis emulatores. Erant Patres hi præstantissimi tena- cissima memoria præditi, aurea & luculenta eloquentia ornati; attamen lapsos memo- ria se fatentur, cum à piscium narratione ad terrestrium animantium contemplandam profissionem, prætermissa de alitibus mentione, transissent. Deinde & memores facti, cum de auibus sermonem habere incipiunt, & cygnea carmina, & cantilenas sonoras, & psitaci vocem, & merularum dulcedinem, & luscinae suauitatem quasi expositulant. Vt quid igitur nos inter dum maxime in pergamis, ac suggestis, tum facundia, tum mem- oria ostentationem affectamus?

Hex. li. 5. c. 13.

A M B R O S I V S in superior ordinem sermonis proponebat.

Et quoniam de aqnatilibus reptilibus diximus, arduum est vt subidò ad aues. Celsi sermo noster ascendat. Et ideo de ijs auibus prius dicamus, quæ circa aquas maris fluminumque versantur, cum quibus possu- mus emergere.

Rectior itaque erit ordo, si à piscibus ad ea volantium proficiscemur genera, quæ amphibia nuncupantur, & tum in aqua, tum in aëre degunt.

Alcyonis exemplo, prudentiam docemur.

Hex. hom. 6.

B A S I L I V S hæc de halcyone proferebat.

Halcedo quædam est auis, mari maximo perè gaudens. Hæc fetificare secundum littora solet, & ouis in ip- sa arena positis circiter mediam ferè hyemem pullos excludit, cum crebris violentisque ventorum exasperatum mare procellis pertunditur, ac terra aëreque alliditur. Attamen silescunt, & conspiciuntur, tum omnes venti, quiescunt vnde, tumido littora placantur, septem totis diebus cum incubat ouis halcedo. Tor enim dum- taxat, diebus ipsam suos excludere pullos ferunt. Sed cum & victu sit ipsis opus, alios insuper pro incremen- to sua prolis beneficentissimus ipse. Deus huic tam exiguo præstitit animali, serenos iidem septem, tranquil- losque dies. Id omnes etiam nautici sciunt, & halcyonides dies illos appellant. Hæc illis rationis expertibus commoda diuina prouidentia præstat, vt inde quasi lege sit tibi statutum, vt per hæc admoneare, a Deo semper vt postules, quæ ad salutem tuam pertinent. Quid a Deo etiam preter omnium spem, tui causa non fuerit exo- rabile, quem ad imaginem ipse suam creauit, quando quidem alitis tam exigua gratia, mare iam vastum, tam terribile, seuumque tranquillum esse media bruma, iussum detinetur, atque quiescit?

Hex. li. 5. c. 13.

A M B R O S I V S eadem assererat, hæc etiam adijciens:

Adiungit totidem alios ad nutriendum dies, nec interim turbari tot diebus infidi maris tranquillitatem reuertur, tentaque meritum suum nature iam solemnitate fundatum, & tenerò fetus non latibulis aliqui- bus

bus abscondit, aut tectis, nec includit cauernis, sed nudo, & rigenti committit solo, nec defendit à frigore, sed diuino foru, quò magis cetera despiciat, tutiores fore existimat. Quis nostrum paruulos suos non vestimen- tis regat, tectisque abscondat? Quis non claudat eos septis cubiculorum? Quis non ita diligenter vndique fenestras obseruat, ne quæ possit aura penetrare? Merito quos tam sollicitè induimus ac fouemus, exuimus eos elementia celestis inuolucro: halcyon verò quos nudos projicit, eos diuino vestit indumento.

Mirandum certè prouidentia diuinæ monumentum in halcyone conspicitur; Vnde in nobis vigere consentaneum est diuinæ prouidentia confidentiam, ut Dei voluntati obsequentes, sciamus cuncta nobis obtemperantia fore, cum respiciamus in exigua ali- te tanta & tam præclara Dei prouidentia argumenta. Sed aliud quoque hinc desu- mamus documentum. Cum Deus tantam indiderit halcyoni prudentiam, ut ad de- ponenda oua, fouenda, viuificanda tempus nancisci sciat, documentum nobis exhi- buit, qua prudentia in his seculi perturbationibus, humanisq; negocijs progredi debeat- mus. Erudimurque primùm non pauescere Mundi aduersa, quæ interdum, ut furen- tes fluctus nos absorbere minantur: sed sanctis actionibus eò studiosius esse incum- bendum, quò certiores penè sumus effecti, quò vndosa procella tribulationis mox mitescet, & ventorum status quiescet, omnisque perturbatio tum tentationis, tum tribulationis euanescent, neque actiones nostras cuncta ista peruellent. Tunc siquidè contra opera nostra, tanquam contra oua halcyonis, nec ventorum rapidorum tempe- states, nimirum tentationes, nec maris procellosa unda, nempe tribulationes, quic- quam poterunt. Erudimur etiam ab halcyone, non in undis labentibus, mundanis utiq; rebus defluentibus, sed in æternis, ueluti in tuto littore factus, seu opera nostra collocare. Nec tantum in littore, sed in sabulo ponere, hoc est in aspera mortificatio- nis vita, opera nostra edere & fouere edocemur, & non in limosa terra, in vita illeceb- ris emollita. Nam in mortificatione, quasi in arena, opera tua sunt, in uoluptate ve- rò, tanquam in coeno facile marcescunt. Erudimur per septem dies oua fouere, & totidem ea absoluerè, opera nimirum bona nedum inchoare, verum & perficere, & in tacta seruare, ne superueniens letiferum crimen eorum meritum mortificet. Dei autè auxilium in hoc nobis non defuturum certò sperare possumus: nam si tantum gratia confert auicula pro fortibus illius, quæ sunt animalia irrationalia, quid tribuet nobis Dei imagine insignitis, & pro operibus illius, quæ ad gloriam nos ferunt, & promouet?

Opera nostra in tuto collo- canda.

Aues plurimæ præuidere, atque effugere pericula nos edocent.

A M B R O S I V S post hæc dum lento gradu ad proximiores colles, & saltus proficiscerentur, hæc adijciēbat:

Hexæ. lib. 5. cap. 14.

Nec vos præteribo mergi, quibus ab assiduitate mergendi nomen hoc hæsit, quomodo sæpe mergentes aua- rum signa colligitis. Et præuidentes tempestatem futuram, prope medio reuolatis ex aequore, & ad littorum- tum clamore contenditis. Quomodo etiam fulicæ, quæ maritimo delectantini profundo, refugientes pos- steaquam præsentis commotionem maris, in vado luditis. Ipsa ardea, quæ paludibus inherere consuevit, notas deserit sedes, imbresque formidans, supra nubes volat, vt procellas nubium sentire non possit. Consi- deremus diuersas volucres maris, quemadmodum imminente ventorum motu, ad tutiora, & tunc temporis dul- ciora sibi stagna se conferant, atque in abscondito terrarum sinu incognita sibi alimenta rimentur. Noctur- nas autem anserum quis non miretur excubias, qui vigilias suas etiam cantus assiduitate restantur? Deni- que eo etiam Romana capitolia à Gallo hoste seruauerunt. Merito illi debes Roma quod regnas. Dij tui dor- miabant, & vigilabant anseres. Ideo illis diebus anseri sacrificas, non Ioui. Cedunt enim Dij vestri anseri- bus; à quibus se sciunt esse defensos, ne & ipsi ab hoste caperentur.

Exemplo mergorum, fulicatum, ardearum, anserum admonemur, quàm peruigi- les in præuidendis effugiendisque periculis esse debeamus; cum mergi è medio æquo- nis ad littora cum clamore contendant, fulicæ è profundo ad vadum exiliant, ardeæ super nubes uolent, anseres excubias assiduitate cantus, quasi milites pro communi sa- lute feruent. Verum cum nobis nulla alia tempestas sit acerbior, nullus hostis imma- nior, quàm mors, & iudicium extremum, in quo sententia, quasi ictu irreparabili perc- tiemur, edificamus ab his auibus diuersas huiusce procellæ effugiendæ artes. In his siqui- dem auibus quatuor Christicolarum genera, quatuor diuersa mortis pericula, & discrim- ina uel subire, uel elabi, eleganti comparatione demonstrantur.

Mergus, vt superuenientem tempestatem, & diram procellam prænoscit, ad littora, seu ad

Peccatores
mortis me-
moria mor-
penitentes mer-
go comparat-
tur.
Pfal. 129.

Sec. 11. ph. 3.

Peccatores
orationes suas
Christo offer-
sat, ut exau-
diantur.

Peccatores
mortis me-
moria a secu-
li curis munt
me se abdicā-
tis fulicæ cō-
parantur.

Penitentia
post mortem
nulla.

Gen. 27.

Ardea exem-
plū iustorū
mortem non
paudentium.

Philip. 1.

ad rupes cum clamore repente conuolat. Quis mergus est, nisi peccator mortifera cui pa prostratus & qui dum memoria mortis angitur, è medio vndarum, è medio voluptatum ad Christum, veluti litus, rupemque tutissimam cum clamore poenitentiae prope- rat, clamitatque quasi Dauid: De profundis clāmaui ad te Domine, &c. Clamor certè, seu dolor immensus in poenitente exposcitur, sicut immensa est scelerum colluuius; & ideo, De profundis. Sed quoniam pacto peccatoris uox, quæ tunc rauca est, & tantum distat à Cælo, ad supera conscendet? Ecce modus. Qui clamorem suum in longin- quas partes deferri cupit, per inania & concaua loca clāmat: cōcaua enim omnia ma- gis resonant. Hinc Philosophus in Problematibus testatur, quod si puteus, aut cister- na, vel fouea aliqua in domo fiat, maior profectò, ac validior redditur sonus. Hinc èt apud Anglicos in leuerat olim consuetudo, ut in Ecclesijs, ubi sedes ad cantandum ponuntur, primò sub sedibus foueas fodere profundas, quantum sedes ipsæ occupa- bant; quas postea lignis opperiebant, ac super has foueas sedes construiebant. Simili- ter & in parietibus circa chorum alas magnas ponebant cum paruo ore in modum phia- læ, ut in eis sonus receptus uehementior fieret. Atque ex hoc voces cantantium multò amplius resonabant, & fortiùs audiebantur. Peccator itaque, qui uocem, & clamorem suum ad Cælum vsque peruenire desiderat, concauum & cauernosum perquirat locum, cuius beneficio uox ipsius uehementior efficiatur. Quis autem cauernosus magis comperietur locus, quam Christus dominus noster uulneribus in cruce perfoctus? Clam- met igitur in Christo & cum Christo, ut in eiusdem clamore, de quo Paulus; Cū cla- more ualido & lachrimis offerens precès, exauditus est pro sua reuerētia, clamor ipsius robur accipiat, & ad superna in Christi, & cum Christi clamore pertingat: Christi enim in cruce passio uires contulit actionibus nostris. Vnde & orationes ipsius orationes nos- tras, & clamor clamores nostros ualidos, & Deo acceptos effecit. Hinc Ecclesia à San- cto Spiritu edocta, orationes suas omnes, quò faciliùs exaudiantur, solet Christo termi- nare, ita concludens; Per Christum Dominum nostrum. Caterum qui clamare pro- ptat cum Christo & per Christum, crucifigi periclitetur cum Christo, & per Christum. Studeat omni affectione Mundi denudari, tribulationis clauo, seu amore æstuantis cru- ci affigi; spinis, & ærumnis coronari, erectisq; magna spe oculis ad Cælum, & porrectis brachijs, nempe desiderijs, clamare; Sitio, sitio, inquam, salutem meam; &c. et si celeris non desiliet uenia, adijcere iterum, Deus Deus meus, ut quid dereliquisti me?

Quemadmodum mergus typus est eorum, qui ad Christum progrediuntur: ita fuli- cæ eorum, qui probitatem quoquomodo affectant, & inquirunt, sed à secularibus cur- ris non desunt. Natant tamen quasi tuti, quoniam superueniētis mortis tempore ab- ipsis sese explicaturos confidunt. Nā uti fulicæ maritimo delectantur profundo; ita ipsi terrenarum rerum negocijs complicati sunt. Præuifa igitur tempestate, ad memoria in- quam reuocatis nouissimis, exiliunt hi de profundo, & in uado ludunt, & explēant se à terrenis negocijs, secularibusque perturbationibus, & super ipsas tantum ludunt, ut quamprimum cum uoluerint exire, & ad superna uolare, queant. Sed uideant, ne in uado ludentes, aduenientē procella, commotioneque vndarum, quoquomodo pericli- tentur, ne in morte uenialibus saltem delictis maculari comperiantur. Tunc si quidem, cum uita functi fuerint, poenitentiae locus ad ipsa diluenda non dabitur, sed purgatori igne, ac horribilibus poenis se adijciendos esse non ignorent. Elau enim primogenitu- ræ benedictionem non impetrauit, quanquam cum lachrymis ipsam expostularet, quia post mortem fera est poenitentia, benedictionisque illius tantum compotes fieri pote- runt, de qua dicitur: In pinguedine terræ, & in rore Cœli erit benedictio tua; nam gloriam quidem æternam consequentur; sed postquam meritas poenas in purga- torio luerint.

Ardea imbres, procellasque formidans, quas prænouerit, supra nubes uolat, ut pro- cellis iactari non possit. Hic est pius, spiritualisque, qui diu longè mortem medians, à cunctis tum illecebris, tum curis sæculi erutus supra nubes euolat, supra omnem Mun- di, terrenarumque rerum sollicitudinem, cum eas spernat, & mente, uitaque ad perfe- ctionem aspirans, mortem exoptet, & dicat: Cupio dissolui, & esse cum Christo.

Anseres tandem exempla sunt eorum, qui sedulo mortem meditantur. Quid enim nostra

nostra mens est tenebris mortalitatis obnubilata, & obuoluta, nisi nox pallens & atra? excubant igitur hi, uigilant, clamitantque semper: Custos quid de nocte, &c. tanquā milites arcem custodientes; pauidi ne media nocte clamor efficiatur, & ne dies Domini ueniat, sicut fur in nocte. Nesciunt enim, qua hora fur ueniet, num in prima uigilia, num in secunda, nempe qua uita ætate, pueritiane, an iuuentute, uel senectate. Pauētq; ne adueniente die, dicat anima corpori, ueluti olim Angelus Iacob, Dimitte me, quoniam aurora est. Igitur qui ut anseres uigilant infestorum Dæmonū deprædationi non subiacent: immo sicuti olim anseres à Gallis Urbis Capitolium conseruarunt, ita isti animam huius urbis nostræ, huius, inquam, corporis arcem tutantur, ac seruant.

*Alitum plurima genera diuersas uite Christiana institu-
tiones significant.*

Ambrosius hæc differebat iuxta circumiacentes mari paludes, & flumina è montibus in mare profluentia.

BASILIVS uero, dum ad Mediterraneos colles, uel nemorosas valles accederent, de varijs generibus uolatilium ita pertractabat.

Verum uolatile nullum pedibus caret; propterea quod uniuersis uictus à terra præstat, & omnibus pe- dum officio, subministratioque necessario opus est. Rapacibus enim unguis aduncos, atque acutos uenatio- nis gratia: cæteris ob assequendum pabulum, atque reliquam moderandam, transigendamque uitam, pedum nu- tura subministratioem necessario præstitit. Per pauca sanè uolucres prædite sunt pedibus incommodis, nec ad ambulandum, nec ad uenandum aptis, ceu hirundines, & eæ quæ falcule nuncupantur, aut ripariæ, quibus ex ijs, quæ feruntur in aëre, pabulum prouidit natura. Quin hirundinibus propinquis humo uolatus pro- mittere pedum est. Sunt tamen & in uolucrum natura generum innumera differentia, quas si quisquam eodem transegerit modo, quo piscium etiam aliqua ex parte discrimina nos tetigimus, unum idem commune uolu- crum nomen, infinitas autem inueniet differentias, & inenarrabilem inter ipsas, magnitudine, formis, colo- ribus, uita, moribus, actionibusque uarietatem. Iam uero quidam conati sunt in ipsis & nomina noua sin- gere, ut in solitis alienisque nominibus, tanquam quibusdam iustis notis, propria cuiusque generis percipi na- tura, peculiarisque conditio possit. Atque alias fessipennes appellauerunt, ut aquilas: alias cutipennes, ut ves- pertilionis: alias membranipennes, ut uespas: alias uaginipennes, ut scarabeos, & quæcumque tandem in uo- ginis sunt & rectorijs, siue crustis generata, diffraeta prius crusta, ad uolatum pennas liberè explicant. Sed nos ad generum uolucrum distinctionem assignandam, peculiaremque naturam, sufficit ipse communis usus, & diffinitiones eæ, quæ de puris atque impuris à Scriptura trahuntur. Aliud itaque genus earum est, quæ carnibus vescuntur, aliaque compositio, atque forma, modo uictus ipsarum accommodata. Ungues his insunt adunci, acuti, & rostrum incuruum, celeritasque uolatus atque pernitas, ut facile præda capiatur, diffraeta que atque dilaniata prædatore pabulum fiat. Alia uisus earum, quæ frugibus uesci solent, eoque dicuntur seminelegæ, corporis morumque constitutio. Alia item earum, quæ quouis aluntur passim obuio. In his ipsis plurime sunt differentia. Harum enim quedam gregales, his eximuntur rapaces. His enim nihil prorsus commune est, præter coniugalem societatem: Sunt alia innumera, quæ congregatiuam, siue collectitiuam ament uitam, ut columbe, grynes, sturni, graculi, aut monedula. In his etiam alia nulli sunt imperio subdita, sed quasi suo iure liberè uiuunt, & illeget; alia sub duce degere patiuntur, ut grues. Iam uero non mediocrem in his, & aliam differentiam esse uouimus. Nam alia nunquam sedem mutant, sed ipsæ in locis uersantur, alia nature ductu quam longissime demigrant, & sub ingruentem hyemem in semotissima quam plurimum se recipiunt loca. Complures aues præterea si educantur mansuescunt, mitesque fiunt, præter eas, quæ inualide sunt, quæ propter exuperantem metum atque pauorem, assiduam manus attractionem non ferunt. Quin etiam sunt & quæ cum hominibus degunt, & similiter habitare solent auicula quedam. Alia uero montes incolunt, & solitudine gaudent. Maximum autem discrimen est insuper inter ipsas, & differentia circa uocem. Alia nan- que garrula, & loquacule sunt, alia taciturnæ. Et alia oscines, ac multas, uariasque uoces eliciunt, alia inoscines penitus sunt, cantusque expertes. Alijs præterea data uis est imitandi, aut ex sese suapte natura, aut exercitio adhibito. Alia uocem unius modi, ac immutabilem edunt.

Ambrosius ferè hæc ipsa repetebat in eundem sensum, à clausula. (Nullum autem genus) usque ad finem capitis decimi quarti, libri quinti. Quorum argumentum con- texere hoc breuè epilogo possumus. Aues omnes, inquit Patres, pedes habent, quod quidem dubium uideri possit de aue Indica. Distribui autem possunt aues in plura ge- nera, secundum plures de ipsis considerationes. Si uolatus modum consideres, alia sunt fessipennes, ut aquilæ; alia cutipennes, ut uespertilionis; alia membranipennes, ut ues- pæ; alia uaginipennes, ut scarabei. Quod si escas, quibus aluntur consideres: alia rap- caces

Anseres sem-
per meditan-
tium mortē
simulachrū.

Gen. 23.

Auī plures
differentiæ.

paces dicuntur, & carnibus vescuntur, harumque unguis adunci sunt, rostrum acutum & incuruum, pernicitas maxima, seu uolatus celer ut facile prædam capere, & dilaniare possint; Alia uero frugibus uesci solent: alia demum quouis obuio aluntur. Quod si gregalitem in eis exquires: Alia solitariae sunt, ut omnes rapaces, quibus nil commune est, præter conjugalem societatem; Alia gregales collectitiam uitam degentes, ut columbae, grues, sturni, & similes. Harum alie illeges, quae libero suo iure uiuunt, & alia sub duce, aut rege degere patiuntur, ut grues. Harum alia manent in eisdem locis semper: alia sedes mutant, quae ex naturae affectionibus, tum hyeme, tum aestate plagas sibi congruas perquirunt. Porro si familiaritatem in auibus perpendes; Alia ualida manesunt, & docentur, trahuntur, tactuque mulcentur: Alia inualida propter exuperantem metum, attractionem, familiaritatemque non patiuntur. Et harum alia domestica cum hominibus degunt, & alia ferè solitudine gaudent. Quod si uocem exquires, & cantum: Alia sunt omnino taciturnae, & alie garrulae. Et harum alia inoscines, hoc est cantus expertes; alia oscines. Et ex his alia uocem immutabilem edunt; Alia uoces mutant. Et harum alia nullas imitantur, alia uero imitandi pollent uel suapte natura, uel exercitio adhibito.

Sed ut quid hæc, ut quid, inquam, Deus hoc theatrum tot tantisque alitum copijs, ac classibus refertum, in tuum, o homo, obsequium parauit? Ut scilicet tam eleganti diuersitate tibi sint tum oblectamento, tum commodo. Rapaces quidem aues condidit, ut ministræ sint ad cæteras capiendas; gregales, ut opulentam, ac lautam tibi mensam suppedient; domesticas, ad subleuandum uite tedium; oscines, ut suauiter cantu personent; garrulas, ad hilaritatem inferendam. Nunquid igitur ingratus eris Deo opifici? Rex es Mundi, sacrum sceptrum gestas. Sacra sceptrum quibusdam in nummis animaduertit exarata ea forma, quod caput ciconiæ, seu (ut alij malunt) encyphae, quae species est ciconiarum, desuper habebat. Ciconia autem inter alites, gratitudinis symbolum est, ut post demonstratum sumus. Si igitur sceptrum gestas, sceptrum sit gratitudinis; Deoque gratias perpetuas referre tuum est munus. Præstitit etiam Deus hanc alitum copiam, ut tibi sint documento, ediscasque; ex his primum non rapacem, esse prout sunt. Sicarij, qui inhumani solitaria loca petunt. Ediscas amplius gregalem esse, sed non ex ijs, quae sine duce uiuunt, illeges enim sunt. Et sine lege homo equus est sine freno, ad omnia crimina procliuus, & paratus. Ediscas sub duce esse, libentiusque auctoritatem tum spiritualem, tum pontificiam, tum principum uereri; ipsique alacri animo obtemperare. Ediscas inter illas aues censeris, quae sedes non mutant, nec cæteris sunt onerosa. Esto tua urbe, tuo agro, tua domo contentus, alienas non inquiras. Ediscas mansuescere, educari, & attrahi libenter, nec propter metum hominum confortium effugas, nec feritate, immanitateque, ipsos opprimas, inhumanus enim homo cunctis est inuisus, & mansuetudine præditus Christum gestat. Ediscas cum pijs domesticum esse, cum impijs solitudine gaudere. Ediscas tandem garrulam esse auem, oscinemque, quae laudes Dei psalmis, & hymnis semper celebret; sed quod potissimum erit, sanctitate uitæ, morumque concinnitate, gratissimam Deo persolvere melodiam. Ediscas tandem alitum, uolucrum affectiones, proprietatesque in ipsis adnorare, eorumque exemplo, & uitia euitare, & uirtutes in ipsis cognitatas prosequi.

Labores, honoresque in rebus publicis communes esse debere, gruum exemplo demonstratur.

Hex. Ho. 18. BASILIVS post hæc ad peculiare alitum proprietates indagandas transiens, uisus gruuius, sic loqui exorsus est.

Grues excubias nocturnis temporibus vicissim habere solent. & cæteræ quidem dormiunt, alie uero in orbem circumstant, & obuiant dormientes. vniuersis somno indulgentibus securitatem omnem exhibendo. Exaesto deinde tempore definito, illa quidem emissio clangore sese ad sonnum carpendum uertit, alia uero succedit, & quam accepit, reddit in parte securitatem. Hunc eundem ordinem, disciplinam uero exactam in ipsarum uolatu profecto conspici licet. Interdum enim alia ducendi cæteras officium subit, statoque tempore munere hoc persuncta, ad totius agminis sese terga recipiens, idem ei ducendi munus, quae post ipsam primam uolabat, tradit.

AMBR O-

Ambrosius cum ea ipsa repetisset, felicem Mundi statum in illa aurea ætate celebrabat, atque deformem nostram hac tempestate ex insolenti hominum potentium libidine imperitandi inductum longiori oratione deplorabat.

Præcipuam habemus ex gruibus documentum, honores, atque labores in Rebus publicis librata vicissitudine esse omnibus distribuendos. Vnde igitur ea dominandi exarsit libido, ut alij uendicent non meritas sibi dignitates, & susceptis non se abdicent, & si eas inuiti deponant, auctoritatem, potestatemque præreptam adhuc exerce re studeant? Principio inditum est à natura, ut ex quo politicam uitam urbibus extructis suscipere mortales, tum dignitates, tum labores æquè singulis distribuerentur. Genus enim humanum statua illa Nabuchodonosor est, cuius caput fuit aureum, pedes argenteum, aeneus uenter, quod ex ætate in ætatem semper à præstantia morum deciderit. Sed nostrum est initia intueri, & ad eorum exemplar conditionem ætatis nostræ componere, & reformare. Edocent id præcipue grues, quae in excubijs, ducatuque, unaquæque suo munere fungitur, honores, laboresque æquè partiuntur. Sed perpendant, qui fastus tumore inflantur, Adam factum fuisse ad imaginem, & similitudinem Dei, antequam collatum esset ei Mundi imperium. Primum siquidem studendum est, ut te ad imaginem, & similitudinem Dei effingas, cuius dextera est misericordia, laua iustitia; cuius currus igneus, vestis candida, os flammum, oculi igniti, ut ex Propheta elicitur. In primis itaque satagas, ex Dei exemplo, non alia, quam charitatis causa subditis prospicere, charitatis uerba semper proferre, innocentia uitæ insigniri, sedem auctoritatis amore spirantem statuere magis misericordia, quam iustitia; tunc uero imperium affectare. Memineris etiam Christum, tunc regem Nazarenum nuncupatum fuisse, cum in capite spineam gestauit coronam, ut scias nullam dignitatem, nullum imperium, nullam auctoritatem, maxime super Nazarenos, te iuste uendicaturum, hoc est, spirituales, nisi spinis, nimirum ueris ærumnis fueris afflictatus. Aduertas demum, qui ita ambitionis libidine percitus, dignitates Ecclesiasticas anhelas, te uocandum esse à Deo tanquam Aaron, qui primò fuit ablutus, deinde linea alba, postea hyacinthina indutus, tandem cidari exornatus; ut intelligas, ab omni uitij forde, & macula te abluendum, innocentia, & puritate dealbandum, deinde conuersione coelesti exornandum, antequam uiridi, seu lutea, seu purpurea toga exorneris.

Hospitalitatis exemplum nobis produunt cornices.

BASILIVS amplius cum ciconiam conspexisset, adiecit.

Mores uero ciconiarum haud longè dixeris à prudentia, rationeque distare. Ita uno tempore omnes in nostras prouincias, siue regiones ueniunt: Ita & sub uno signo, quasi militari quapiam testera, hinc à nobis auolant. Cornices autem nostrates, ueluti lictores, ipsas satellitesque comitantur, atque deducunt. Quin, ut mihi uidetur, & socias sese offerunt, auxiliaresque aduersus aues ipsi aduersarias, atque hostes. Cuius rei argumento sunt illa: Primum, quod nostris in prouincijs illo tempore nulla prorsus cornix conspicitur. Deinde cum uulneribus redeunt, aperta præstita tutela, & suppetiarum indicia nobis afferunt. Quis apud ipsas hospitalitatis, quæso, iura præscripsit? Quis ipsis deserti exercitus panam minatus est, ut nulla prorsus deducendis sese subtrahat copijs. Audiant hæc homines ij, qui hospitio neminem exceptant; ianuasque suas occludunt, & neque hyeme, neque noctu, solo tegmine peregrinos, aduenasque suscipiunt.

AMBR O S I V S cum ea ipsa non mutato orationis sensu repetisset, subiicit.

Discant homines hospitalia seruare iura, & ex auibus cognoscant quid religionis hospitibus sit deferendum, quod obsequium deputandum, quibus cornices etiam pericula sua negare non soleant. His igitur nos ianuas claudimus, quibus aues etiam animas suas conferunt? & quos illa consortio prosequuntur discriminis, eos tecti prohibemus hospitio? & quorum illa bella suscipiunt, his nos bella frequenter inferimus? Mentior si non Sodomitanis hæc fuit causa supplicij, aut Aegyptius furor, genti hospitibus dum bellum conatur inferre, inhospitalitatis pœnas infida naufragio plebis exoluit.

Commendat nobis summopere hospitalitatem, docentque cornices, qua ciconias ad suas regressas regiones humaniter excipiunt, easque itineris ignaras deducunt, comitantur, defensantque. Hospitalitatem ipsam nostra nos humanitas

qqqq edocet.

Hex. li. 5. c. 15

Humanum genus ut statua Nabuchodonosor est.

Homo imperium in alios querens, qualis esse debet.

Leu. 8.

Hex. Hom. 8.

Hexæ. lib. 5. cap. 16.

Auif copia eur à Deo condita.

Homo Mundi rex, quod sceptrum ferre debet.

Ex auibus que documenta sint elicienda.

Hospitalitati
incubendum.

edocet. Si enim homo eius est imbecillitatis, ut inops comperiat necessarium rerum, ideoque societate indigeat, quomodo ipse homini humanitatem præstare recufabit? Certè qui aduenas peregrinosque non suscipit, obsequijsque non prosequitur, homo non est; omni fera est esteracior, qui aduenas reijcit, & quod peius est, necat, trucidatque, vt deprædetur. Porro & Scriptura hospitalitatis exempla non aspèrenda abundè suggerit; Abraham, quòd Angelos hospitio suscepit, de futura exoptata prole certior redditus est. Loth susceptis Angelis, ab excidio igneo sulphureoq; incolumis euasit. Rebecca, quia seruo Abrahæ potum propinavit, Isaac copulari promeruit. Raab meretrix, quoniam hospitio exploratores non absque vitæ suæ discrimine suscepit, domus eius, capta direptaq; urbe, ab hoste tuta persitit. Sareptana filium intuita est resuscitatum, quoniam ipsa Heliam sustentarat. Sunamitis quoque exanimatum filium ad uitam restitutum conspexit, quòd Helisæum hospitata sit. Job Deo gratus, quòd diceret: Foris non mansit peregrinus, ostium meum viatori patuit. Quid dicam? Martha Christum hospitem habuit, & ideo gratijs insignita. Zacchæus gaudens Christum excepit, & salus domui illius facta est. Duo discipuli peregrinum Christum secum in hospitium trahunt, & Christum ipsum agnoscunt. Simeon Coriarius, Lidia purpuraria, Aquila, & Priscilla, Philemon, & Caius celebres sunt, uirtuteque hospitalitatis commendati. Et hæc nobis sufficient: neque enim ex uastissimo ethnicarum historiarum agro exempla cogere oportet tunum existimamus.

Pietas filiorum in patres senes, in ciconijs demonstratur.

Hex. li. 5. c. 16

AMBROSIVS memoratis iam ciconijs, hæc de illis adijciebat.

Quam uero rationabilium excedat pietatem & prudentiam auis huius clementia, considerandum, quam nec post exemplum quidem irrationabilium quisquam nostrorum imitari poterit. Nam depositi patris artus per longæuam senectutis plumarum tegmine, alarumque remigio nudatos, circumstans soboles pennis proprijs fouet. Et quid dicam collatio cibo pascit, quando etiam ipsa reparat naturæ dispendia, vt hinc atque inde subleuant senem fulcro alarum suarum ad uolandum exerceant, & in pristinos usus desueta iam reuocent pij patris membra? Quis nostrum leuare ægrum non fastidiat patrem? Quis fessum senem suis humeris imponat, quod in ipsa historia uix credibile habetur? Quis, vt pius sit, non hoc seruulis mandat obsequium? At uero auibus non est graue, quod pietatis est plenum, non est onerosum, quod soluitur naturæ debito. Non recusant aues pascere patrem, quod etiam præscripta necessitate sub terrore penarum plerique hominum recusant. Aues per scripta, sed nata lex stringit. Aues ad hoc munus nullo præcepto conueniunt, sed gratiæ naturalis officio. Aues non erubescunt reuerendi senis membra portare. Est enim uictoria pietatis, quod eusque frequentis testificatione percipit, vt congruæ mercedem remunerationis inuenit. Nam Romanorum usu pia auis uocatur. Et quod uix uni imperatori consulo senatus delatum dicitur, hoc istæ aues in commune meruerunt. Habent ergo aues istæ decreta patrum ad proprijs insignis clementiæ. Pios enim filios, patrum prius oportuit iudicio predicari. Habeat etiam uniuersorum suffragia. Nam retributio beneficiorum antipelarçogis nominatur. Pelarçogis enim ciconia dicitur. Virtus itaque ab his nomen accepit, cum relatio gratiarum ciconiæ uocabulo nuncupatur.

In eandem quoque sententiam descendebat Basilius.

EPIPHANIUS casu obuius factus Basilio & Ambrosio, auditusq; his quæ ab ipsis de ciconijs dicebantur, ipse quoque de eisdem hæc adiecit.

Ciconia auis est castissima: mas enim nec feminam illecebris ad coitum prouocat, nec ipsi vim infert. Deinde eadem auis mirabili pietate utrumque parentem in senectute alit.

Quæ ipse sic interpretatur.

Sic & nos duo illa diuina præcepta adimplere oportet, hoc est, à malo diuertere, & bonum facere, quemadmodum regius Propbeta scripsit. Sed & Dominus similiter in Decalogo iubet, sic dicens: Honoræ patrem tuum, & matrem tuam. Et rursus: Ne machaberis.

Egregia est certè auditu ciconiarum in parentes pietas: Fouent siquidè nudatos, famelicos alunt, & impotentes, ac implumes, volatu ferunt; quare ciconia auis piæ nomē pclarè sibi meritò uendicauit, quod profectò nomē senatus consulo uni dūtaxat Imperatori, Antonino uidelicet delatū fuit. Sed heu, quot mortaliū, qui humanitate antè eire auibus

Filiorum in pa
rentes impie
tas.

auibus deberet, debita in patres suos obsequia obire renuunt, & aspernantur, dum eorum imbecillum senectutem fastidientes, inuisos eos habent, illorumq; necessitatibus & indigentia, ex partis diuitijs, immo (quod peius est) ex collatis à patre facultatibus, opem ferre negligunt; Quot seū libertatis potiundæ, seū hæreditatis adeundæ, & attinendæ gratia, mortem ipsis, peroptant? Quot impia in eos & comminiscuntur, & effutiant? Quot tandem illos paricida, & sacrilega manu necant, & trucidant? Vbi pietas natura? ubi decor legis? ubi charitas Christiana? Homo patri non persoluit, quod aues ex naturæ officio senibus patribus reddunt. Obluisceris tu tam facile, quod debes in patrem, & matrem; memineris precor ex eorum uisceribus te esse genitum; memineris te matris utero delatum, eiusdemque lacte enutritum; memineris te infantem inermem, inopem, imparatum, omni robore, ingenioq; destitutum, ab ipsis fuisse educatum; memineris lac, oscula, amplexus, obsequia, lachrymas, studia; memineris tandem eorum pro comparandis tibi diuitijs sollicitudines, uigilias, curas, labores, itinera, morbos, discrimina. Sed si te non excitat naturæ officium, inuitet lex scripta, Euangelicaque. Præcipit namque Deus; Honoræ patrem tuum, & matrem tuam, vt sis, &c. Perpendas id esse præceptum primum, supremumque secundæ tabulæ: perpendas vnico huic præcepto inditum præmium; Vt sis longæuus super terram; Mortalibus enim nullum est donum diuturna uita præclarior, uel carius: perpendas pœnam è regione parentum contemptoribus esse constitutam, uitæ nimirum, & annorum breuitatem: perpendas Deum scelesti huius flagitij esse uindicem, & ultorem; uita enim in manu Dei est. Absalon patris uitam pertæsus, seū tyrannidem affectans, in patrem manu hostili insurrexit, in maioraque eum; quàm antea unquam, redegit discrimina, quoniam tunc fenex à filio pulsus fugam arripere sit coactus. Sed ecce diuina ultio; quercui appensus nefarius iuuenis, triumque hastarum istu in corde confossus, attentati paricidij pœnas dedit. Non vna siquidem nec bina, sed terna confossione merito cor illud transfuerberatum est, quod patri necem impiè machinari non dubitauit.

Paupertas æquo animo toleranda hirundinis exemplo.

BASILIVS hirundine uisa, & præmonstrata, sic dicebat.

Nemo paupertatem deplorat, nec is de sua uita desperet, actumque iam esse de ipsa putet, cui nihil est de patrimonio suo relictum, ad hirundinis respiciens ingeniosam, & solertem industriam. Nam illa compingendo sibi nidulo, stramenta quidem ore legit, perfertque; lutum autem cum deferre nequeat pedibus, extremitates pennarum aqua prius madefacit: deinde tenuissimo puluere sese inuoluens, hoc sibi pacto comminiscitur, excogitatque luti usum. Tum paulatim compactis inter sese floccis, colligatisque stramentis, interposito perinde atque glutine quopiam, luto, in ipso nidulo iam extructo, suos tandem exclusos editis ouis pullos nutrit: quorum si quissiam pupugerit oculos, habet quandam sibi concessam à natura facultatem medendi, qua quidem ad ualeitudinem pristinam suæ lumina prolis reducit. Hæc te doceant, hæc te admoneant, vt ne per paupertatis incommoda, ad flagitia uia, fraudesque sinas mentem deslecti tuam: nec in grauissimis calamitatibus constitutum te eiecta spe penitus inertem, animo labefactato, fractoque sine actione, sineque operatione uia iacere: sed ad Deum ipsum confuge tum, qui si tantis muneribus hirundinem affecit, quanto maiora in eos homines beneficia confert, qui toto ipsum corde inuocant?

AMBROSIVS D. Basilij interpretes prodita à Basilio sic edissererebat, postquam de hirundinū industria in extruendis nidis, dum festucas ore ferunt, luto illiuniunt, & conglutinant, satis loquutus esset.

Nemo igitur de inopia queratur, quod uacuas pecunia proprias ædes reliquerit. Pauperior est hirundo, quæ uacua æris, abundat industria. Aedificat, nec impendit: recta attollit, & nihil aufert proximi, nec indigentia & paupertate ad nocendum alij compellitur, nec in graui filiorum imbecillitate desperat. Nos uero & paupertas afficit, & inopiæ necessitas uexat, & plerosque indigentia cogit in flagitium, impellit in crimen. Lucri quoque studio in fraudes uersamus ingenium, aptamus affectum, atque in grauissimis passionibus spem deponimus, fractique animo resoluimur, improuidi & inertes iacemus, cum de diuina miseratione tunc sperandum amplius sit, cum præsidia humana defecerint.

Paupertate, rerumque terrigenarum inopia laborantes, & oppressi, non ad fraudes, factaque, sed ad industriam, atque solertiam se conuertere, hirundinis exemplo egregiè edocentur. Toleranda siquidem est æquo animo paupertas, cum eam præbuerit natura: Nudus, ait sanctus ille, egressus sum ex utero matris meæ & nudus reuertar il-

Parenti ho
norem que
suadeant.

Exod. 16.

Hex. Ho. 8.

Hex. lib. 3
cap. 17.

Iob. 1.

Juc, & alibi scribitur, Initu vite hominis aqua, & panis, & indumentu protegens turpitu dine, libido siquidē animi diuitiarū opulentiam excogitauit. Quapropter pauperes de stirpe prodeunt Abel; diuites uerō de profapia Cain, quoniam Cain interpretatur possessio, Abel uerō lucus. Ceterū extollant se proutlibet huius saculi diuities, pauper rima uita certē leuior est, lætior, tutior, uberior, & illustrior; leuior, inquit, quia cum uita nostra uia sit, qua progredimur ad patriam perennem, qui ferunt diuitias, onus graue ferunt. Utinam certē cum Ioseph uestem adulteræ relinquamus, & nudati elabamur, effugiamusque facultatum, & diuitiarum uestem linquamus, & nudati, hoc est, pauperes ad Cœlum properemus; Lætior, hilariorque est pauperis uita, curas siquidem inenodabiles diuitiæ habent annexas. Rosæ sunt, sed spinis uallatæ, & in Aegypto non desunt cinifes. Tutior etiam, nam diuitijs onusti, infinitis expositi sunt insidijs, & Cain caput habet tremulum; Fertilior etiam, quod paupertas, inopiaque & egestas cor uti terram sentibus uitiorum expurgatam fecundet, & feminibus uirtutum exornet: Diuitiæ uerō sint ut limus superflusus super non contritam terram, nec radicibus, feminibusque exitiosis expurgatam, cuius causa uitia omnia pullulant, atque succrescunt. Nobilior tandem, quia Christi uitæ, in quo insiti sumus, & cuius merito ad regale sacerdotiū assumimur, consimilior est. Rex enim fuit ipse paupertatis in ingressu, in uita, & egressu. Ceterum Abraham duos suscepit liberos, Ismaelem de ancilla, cui & dona contulit, Isaac de libera, hæredē à patre institutum. Quod si terrena hæc ex Scripturarum phrasi, dona dicuntur, hæreditas uerō beatitudo superna, caue, Ismael non sis, ne ueluti muneribus affatim locupletatus, hæreditate priueris. Quod siquidem continget, si diues eris spiritu, sicut & rerum terrenarum affluentia. At si Christi hæredes sumus, perpendamus quænam hæreditas ipsi superferit. Certē non alia, quàm nuditas, & spinea corona. Verum quid nos edocent hirundines, nisi paupertate nostra nidus contexere in arduis, ubi foetus tutos reponamus? Hirundo quamuis uolandi uaga libertate potjatur, attamen hominum in domicilijs sobolem gignit, ut edificamus nos sobolem nostram, opera nostra inter uiros uirtute præstantes, non inter ferinos uitijs uacantes proferre. Hirundo nidus struit auro preciosiores, indiga rerum omnium, & quomodo nidificat? Legit festucas ore, easque luto illinit, ut conglutinari possint. Festucæ res temporariæ sunt, lutum uerō pietas Christiana: conglutinamus igitur & nos festucas, res nostras terrigenas, illinientes eas luto pietatis, pauperibus elargientes, ut nobis nidum efficiamus aureum certē, nempe meritum referunt, iuxta consilium Seruatoris: Theaurizate uobis thesauros in Cœlo, ubi neque erugo, &c. Porro hirundo cum lutum pedibus non possit deferre, summitatem pennarum aqua perfundit, ut facile his puluis adhærens, fiat limus. En ars Christiana; affectu utique terreno, quasi pedibus, pietatem sectari homo non potest, summitatem igitur pennarum, id est spiritus, aqua gratiæ madefaciat, ut puluis, res scilicet terrena ei adhærens, statim limus euadat, id est, in pietatem uertatur Christianam.

Pietatem parentum in filios, exemplum cornicum commendat.

Hex. Hom. 4.

BASILIVS adhuc rediens ad cornicem, adijciebat. *Laudandus est sanè cornicis erga suam prolem amor, laudanda est diligentia. Hæc suos pullos iam volantes comitatur, suppeditansque alimoniam aliquandiu enutrit.*

Hex. lib. 5. cap. 18.

AMBROSIVS ex hoc cornicum more, impietatem parentum acrius exprobat.

Dicant homines amare filios ex usu & pietate cornicum, quæ etiam volantes filios comitatu sedulo prosequuntur, & sollicitè ne teneri fortè deficiant, cibum suggerunt, ac plurimo tempore nutriendi officia nō relinquunt. At uerò femina nostri generis citò ablaçant etiam illos, quos diligunt: aut si ditiores sunt, lactare fastidiunt: Pauperiores uerò abijciunt paruulos, & exponunt, & deprehensos abnegant. Ipse quoque diuites, ne per plures suū patrimoniū diuidatur, in utero partus proprios necant, et parricidalibus succis in ipso genitali aluo pignora sui uentris extinguunt, priusque aufertur uita, quàm traditur. Quis docuit nisi homo filios abdicari? Quis reperit tam immittia patrum uera? Quis inter nature fraternæ consortia fratres impares fecit? Vnius diuitis filij diuersa sorte ceduntur. Alius totius paternæ sortis adscriptionibus inundatur, alius opulentæ hæreditatis patriæ deplorat exhaustam, atque inopem portionem. Nunquid natura diuisit merita filiorum? Ex pari omnibus

Pauperis uita plures habet prerogatiuas quam diuitis.

Paupertas diuitis nobilior.

Hirundinis ars inido est struendo à Christiano imitanda.

Matth. 6.

omnibus tribuit, quod ad nascendū atque uiuendū possint habere substantiam. Ipsa uos doceat non discernere patrimonio, quos titulo germanitatis æquastis. Etenim quibus dedistis communiter esse quod nati sunt, non debetis his ut id communiter habeant, in quod à natura substituti sunt, inuidere.

Duo redarguit Ambrosius; in matribus inclementiam, in patribus imprudentiam, non æquè deducuntibus ipsis in numerosam prolem hereditatem. Impietas igitur maxima est tum patrum, tum matrum in filios: matrum, quæ pueros, uel non lactant, quàm quam possint, uel lactare citò fastidiunt, uel abijciunt, uel in utero parricidalibus succis extinguere moluntur, uitamque prius auferre, quàm impertire sint: patrum pariter, qui nulla legitima de causa filios discernunt in hereditatibus, alij quidem opulentam hereditatis portionem, alij uerò inopem, & exhaustam legantes. Ceterum pietatem in filios commēdat maximè natura. In arboribus radices stipiti, ramisque succum suppeditant, non caudices radici, quod argumento est, potioem esse patrum in filios, quàm filiorum in parentes charitatem. Ex piscibus nullus est, qui partus suos non foueat, nullus qui deuoret, nisi ad salutem. In auiibus quis unquam eorum zelotipiam, curam, sollicitudinemque narrabit? Nec mihi accipitris, seu aquilæ exemplū quis obijciat, quoniam, ut post dicturi sumus, alites hæc pullos abdicant adhuc tenellos, non ut proijciant, sed ne in nidis pigrescant, ad prædamque segniores euadant. In animalibus, quæ sit industria in alendis, fouendis, pascendisque; filijs insita, dicant Philosophi rerum indagatores; sola mulier & mater filios abdicat, sola proijcit, sola odit, sola interimit, sola luce adhuc orbatis lucem adimit, sola uix natos tumulat. Sed quid dicam? Mater ista non est; Inquit enim Deus; Nunquid obliuisci potest mater infantem suū? Si igitur non obliuiscitur mater, non est mater, que in filios hæc machinatur, sed omnia leuana efferacior, panthera immanior, tigride crudelior, vipera uolentior, lupa voracior. Lupa enim iuxta Tiberim, Romulum & Remum lactauit, quos mater impia à se ablegarat. Regina Pharaonis filia uagientem inuisæ gentis filium Hebræum Mosem miserata est; Et tu impia mater, nati tui non misereris? Ex mulieribus contendentibus ante Salomonem, quæ uerè mater erat, commota sensit viscera super filium dissecandum: Et tu quæ filium agnoscis, super viscera tua non commoueris in eius nece? Cananæa filicē calamitatem ut suam deplorabat, exclamans; Miserere mei fili Dauid; Et tu filij tui ærumnas & necem, tuam non existimas, sed abijcis, sed prodis, sed odisti, sed necas, sed trucidas? Patres autem, qui ad eò iniquè hereditatem distribuunt, ut alij filiorum pinguescant, & alij esuriant, nulla legitima extante causa, hoc unum ponderent, nil esse iniustitia hac iniustius, contraque ipsos tum naturam, tum leges omnes clamare, ac vociferari.

Filios non diuitijs fouendos, sed ad labores impellendos, accipitres demonstrant.

AMBROSIVS narrationem suam sic continuabat.

Accipitres feruntur in eo duram aduersus proprios fetus habere inclementiam, quod ubi eos aduerterint tentare uolatus primordia, nidis eijciunt suis, continuoque eliminant, ac si morētur, propulsant pennis atque precipitant, uerberant alie, coguntque audere quod trepidant, nec ullum postea deferunt his munus alimonie. Quid mirum tamen, si rapere assueti, nutrire fastidiunt? Consideremus adhuc eos esse generatos, ut etiā aues ad cauendum formido exerceat, ne passim curas relaxent, sed pericula prædonibus declinanda prospiciant. Deinde cum his natura quoddam prædandi munus inoleuerit, magis à tenero pullos suos instituere uidentur ad prædam, quàm pastus abdicare compendij. Cauent ne in tenera ætate pigrescant, ne soluantur delicijs, ne marcescant ocio, ne discant cibum magis expectare, quàm quærere; ne natura suæ deponant vigorem. Interimunt studia nutriendi, ut in usu rapiendi audere compellant.

De generes filios non fouendos esse, sed abdicandos, ad labores, discriminaque reijciendos, accipitris, & aquilæ exempla declarant, cum hæc aues ex Ambrosij sententia pullos è nidis reijciant, atque repellant, non educandi tædio, sed ne in tenera ætate pigrescant, soluunturque delicijs, nec etiam naturæ deponant uigorem, & ut cibum magis uenari, quàm expectare ediscant. Audiant igitur parentes, qui filios suos in medio deliciarum & illecebrarum, inter foemineas blanditias usque ad puberem ferè ætatem patiuntur educari. Hi certè non patres, sed filiorum desertores nuncupari queunt, quod

Parentum in filios pietatē natura commendat.

Matres in filios crudeles arguuntur.

Hex. lib. 5. cap. 18.

Patres in delictis filios educantes quàm male agant.

quod corpora eorum marcescere permittant, animas verò ex infitis seminibus virtutū bonos habitus proferre vetent, quibus non homo duntaxat ab humo nuncupatus, sed vir à virtute appellatus, filius ipsorum efficeretur. Similes profectò sunt patres isti agri colis, qui tantam fimi copiam germinibus subministrant, vt luxuriantibus nimium palmitibus, nil penè fructus colligant. Cōtingit illis saepe id, de quo Deus de populo Israēlitiq̄o conquerebatur; Filios enutriui, & exaltravi, ipsi autem spreuerunt me; Incrassatus, impinguatus, & recalcitravit. Sæpius enim filij, qui in domo paterna delicijs marcescunt, cumulat in ipsis vitijs, profligata omni virtute, in parentes ipsos insurgunt, & tanquam viperæ parentum uteros excruciant, & corrodunt, ipsisq̄ue mortem inferunt. Edificant igitur ab accipitribus, & aquilis tenellos à nidis compellere, vt alienas regiones peruagentur, vel litterarum studijs, vel militia, vel mercaturæ incumbant, vt ex diurna rerum experientia, uiri tūm probitate, tūm industria, tūm virtutibus celebres euadant.

1518

Degeneres, hoc est, terrenos homines Christus vt aquila abdicat.

Hex. Hom. 8.

BASILIVS de aquila, quasi in eius vituperationem hæc prodebat. Iniquissima volucris aquila in educanda sua prole dicitur esse. Duos enim mox vt exclusit pullos, horum alterum alarum verberare casum nido deturbat in terram: alterum autem, & eum solum exceptum, vt proprium sibi adiungit familiariter. Quin hunc quoque, quem ipsa genuit, ob nutritionis difficultatem à se ablegat: sed hunc (vt aiunt) exceptum ossifraga disperire non sinit, potius exceptum vnà cum suis educat pullos. Eiusmodi parentes ij sunt in liberos præduri & inclementes, qui pretextu à paupertate quæsito, suos infantes exponunt, aut certe iniquissimos se declarant patrimonio in filios partiendo. Inustum enim, vt quem admodum ex aquo cuique vt esset, trihuere, sic & ad viuendum peræque dispertiantur facultates. Imitari noli crudelitatem carum auum, quibus vngues adunci sunt, & incurui. Hi cum suos senserint fetus volandi iam potestatem consequutos esse, alios verberantes ac impingentes, nidis depellunt, nullamque prorsus erga illos extrusos curam deinceps ac diuigentiam adhibent.

Hex li. 5. c. 18

AMBROSIVS verò hanc aquilæ filiorum abdicacionem ad meliorem sensum trahebat, dicens.

Deut. 32.

Aquila quoque plurimo sermone vsurpatur, quod suos abdicet fetus, sed non vtrumque, verum vnum ex pullis duobus. Quod aliqui fieri putauerunt geminorum alimenterum fastidio. Sed id non arbitror facile credendum, præsertim cum Moyses tantum testimonium pietatis in pullos suos huic dederit aui, vt diceret; Sicut aquila protegit nidum suum, & super pullos suos consistit, & expandit alas suas, & assumpsit eos, & suscepit super scapulas suas: dominus solus ducebat eos. Quomodo ergo expandit alas suas, si occiderit alterum? Vnde puto non auaritia nutriendi eum inclementem fieri, sed examine iudicandi. Semper enim fertur probare quos genuit, ne generis sui inter omnes aues quoddam regale fastigium degeneris partus deformitas decolorat. Itaque asseritur, quod pullos suos radijs Solis obijciat, atque in aëris medio pio paruulos vngue suspendat: ac si quis repercussus Solis lumine intrepidam oculorum aciem inoffenso inuendi vigore seruauerit, probatur quod veritatem naturæ sinceri obtutus constantia demonstrauerit. Sin verò lumina sua præstrictus radio Solis inflexerit, quasi degener, & tanto indignus parente reijcitur, nec æstimatur educatione dignus, qui fuit indignus susceptione. Non ergo eum acerbitate naturæ, sed iudicij integritate condemnat: nec quasi suum abdicat, sed quasi alienum recusat. Hanc tamen, vt quibusdam videtur, regalis auis inclementiam, plebeia auis excusat clementia. Auis enim, cui fulica nomen est, quæ Græcè dicitur Phene, susceptum illum, siue abdicatum, siue non agnitum aquilæ pullum cum sua prole connectit, atque intermiscens suis, eodem quo proprios fetus maternæ sedulitatis officio, & pari nutrimentorum subministracione pascit & nutrit. Ergo phene alienos nutrit, nos verò nostros immitti crudelitate proijcimus. Aquila verò si proijcit, non quasi suum proijcit, sed quasi degenerem non recognoscit: nos, quod peius est, quos nostros recognoscimus, abdicamus.

Aquila symbolum contē plantium, & q̄ eius oculi.

Nobis igitur potius Ambrosij sententiā, qui filios abdicare, vt eorum probet generositatem, quàm Basilij, qui immanitatis causa liberos proijcere aquilas assererat, sectantibus, liceat circa aquilarum natiuū morem allegorijs ita ludere. Aquila quasi acula ab acumine, seu ab acutè videndo nuncupata est, & contemplantis est symbolum. Huius duo sunt oculi, qui natura sua à Solis radio non retunduntur, & in Dei contemplationem euehuntur, intellectus, & affectus. Contemplari profectò est intellectu non tantum supera attingere, sed & amore exardescere, & in Deum rapi, tūm pura mente, tūm corde feruido. Duo siquidem Cherubin, non vnus tantum arcam respiciunt, & non solus Cherubin, sed Cherubin & Seraphin incessabili uoce

li uoce proclamant; Sanctus, &c. Porro Sol ipse in quem aquila oculos figit, Deus est coruscantissima luce nitescens, ipse est enim in quem desiderant Angeli prospicere. Aquila uerò magnarum alarum tulit medullam cedri; aquila Christus magnarum alarum, quia Deus & homo, oculos habuit perspicaces, cum scientia non tantum acquilita, sed infusa, angelica, beatificaque polleret. Tulit medullam cedri, excusso nempe cortice internas diuinitatis latebras, seu Solis iubaris intima penetrauit. Hæc igitur aquila vt nos probet, simus ne à sua regia stirpe degeneres, quandoque stimulis compunctionis ad cœlestium contemplationem, amoremq̄ue inuitat, & quos spiritu actos superna anhelare comperit, gratiæ suæ ope, & auxilio ad superna trahit; quos verò degeneres nouit, adeoq̄ue terrenarum rerum affectu irretitos, & cōplicatos, vt ad cœlestia se erigere nequeant, proijcit eos, ac reijcit à gratia sua. Tunc fulica auicula, quæ in aquis semper degit, concupiscentia, quæ illecebris delectatur, abdicatum eum a Christo cum sua prole connectit, & ueluti maternæ pietatis studio, crebris deliciarum gustibus alit, atque pascit. Verum quid nobis, si id continget, faciendum relinquatur, tu ingeniosè considerato.

Christus aquila est, & quo modo.

Aquila exemplo discat peccator nouitatem vitæ reparare.

Dum hæc inter opaca nemora de aquila differerent Patres hi præstantissimi, Epiphanius, qui iam se illis adiunxerat comitem, nonnulla de aquila cum focijs ipsis disseuit his verbis.

In Physiologo cap. 6.

Aquila volucrum regina, à diuissima vita denominationem accipit, viuit enim annos centum: cum verò senescit, rostrum ei incuruatur, caligantq̄ue oculi, ita vt nec videre possit, nec cibum capere. Igitur in altum sese attollit, & in præruptam se proijcit rupem, ad quam rostrum allidit, & se frigidis immergit aquis, aduersusq̄ue solares radios se opponit, tumq̄ue ex oculis cadunt lippitudines, ac iterum iuuenescit.

Quæ sic interpretatur.

Tu igitur, o spiritalis homo, cum multitudine peccatorum fueris oppressus, in altum ascende, hoc est, in tuam ipsius conscientiam; atque te ad petram, scilicet ad fidem orthodoxam proijce, desce peccatorum tuorum multitudinem, & perpetuis te aquis, id est, lachrymis abstergens, Solis radijs incalesce, hoc est in cœtu fidelium, & in Sancto Spiritu ad calorem penitentis propera, lippitudines, id est, peccata abijce; statim enim renouabitur vt aquile iuuentus tua, & iustus vocaberis apud Deum.

Renouatio aquilæ secundum tria præcipua membra variè effici perhibetur. primum illam rostrum incuruatum ad petram allidere testatur hoc loco Epiphanius.

Aquila renouatio secundum tria ipsius membra. Enarrat. in Psal. 102.

AVGVSTINVS etiam prolixius hæc habet.

Dicitur Aquila, cum senectute corporis pressa fuerit, immoderatione rostri crescentis cibum capere non possit. Pars enim rostri eius superior, quæ supra partem inferiorem aduocatur, cum præ senectâ immoderatus creuerit, longitudo eius incrementi non eam sinit os aperire, vt sit aliquod receptaculi interuallum inter inferiorem partem, & vncum superiorem. Nisi enim aliquod interuallum pateat, non habet morsus quasi forcipem, vnde velut tondeat, quod transmittat in fances. Crescente itaque superiore parte, & nimis aduocata, non poterit os aperire, & aliquid capere. Hoc ei facit vetustas. Prægrauatur languore senectutis, & inopia comedendi languescit nimis: vtraque re, etate & egestate accedente. Itaque modo quodam naturali in mensura reparanda quasi iuuentutis, aquila dicitur collidere, & percutere ad petram ipsum quasi labium suum superius, quo nimis crescente, edendi aditus clauditur: atque ita conterendo illud ad petram excutit, & caret prioris rostri onere, quo cibum impediatur. Accedit ad cibum, omnia reparantur, erit post senectutem tanquam iuuenis aquila. Redit vigor omnium membrorum, nitor plumarum, gubernacula pennarum, volat excelsa sicut ante, fit in ea quedam resurrectio.

Caligare etiam oculos aquilis, lippitudinesq̄; ex eis cadere, quod in radios Solis fulgentissimos eos adurat, testatur hoc loco pariter Epiphanius.

In Speculo Histor.

VINCENTIVS quoque Beluacensis comprobat, cum ait. Aquila, cum senectâ grauatur, nubes omnes volatu sublimi superat, vnde calore Solis, oculorum eius caligo consumitur.

Cæterum id inficiatur D. Hieronymus, cum ex collecto in se calore id effici opinetur, vt mox eius referenda sententia manifestabit. Tandem & aquila grauata pennis, eas in fonte proijcere creditur.

In Regul. Monach.

HIERONYMVVS hanc sententiam amplexus est, cum ait.

Aquila quoque cum senuerit, grauatur eius pennis, & oculi: & querit fontem, & erigit pennis, & colligit

git in se calorem: & sic oculi eius sanantur, & in fontem ter se mergit, & ita ad iuuentutem redit. Multa dicuntur in Scripturis, quae videntur impossibilia, & tamen vera sunt.

Verum aquilas in nidis ipsis plumis destitui, cum ui nimiae senectæ implumes fiunt, à pullisque suis pasci atque confoueri, donec ueteranis exuta pennis nouisque iterum vestita, uolare queant, apertè prodit Eucherius.

V I N C E N T I V S quoque assentit ita subiungens loco præcitato.

Et mox cum impetu, ipso caloris aestu, descendens, aquis frigidissimis tertio immergitur, indeq; resurgens statim nidum petit, & inter pullos iam validos ad prædandum in qualitate frigoris & caloris, quasi quadam febrè correpta, cum sudore quodam plumas exuit, & à pullis suis fouetur, ac pascitur, donec penas plumasque recuperans immouatur.

Secundum igitur hanc triplicem aquilæ renouationem, possumus ita philosophari. Rostrum, quo aquilæ cibum carpit, appetitus humani typum gerit, quo & ipsi mortales concupita desumunt. Aduncum est rostrum in aquila, & ad terram vergit; aduncus est appetitus in carnali improbo, & terrena tantum affectat. Crescit adè rostrum aquilæ, ut nec cibum capere possit, unde inopia cibi languescit. Angetur adè appetitus in illecebroso homine, ut nullis unquam saturatus rebus, fame angatur. Quapropter & filius prodigus aiebat: Quanti mercenarij in domo patris mei abundant panibus, ego autem hic fame pereor? Quid igitur illi superest faciendum? In altu debet se attollere cum aquila, & in præruptam se proijcere rupem, in ipsaque rostrum infringere, & allidere. Attollat igitur se, & ad sui memoriam se reuocet, suam lustret conscientiam, nouissima discrimina præuideat, tumque dolore actus, in præruptam se proijciat petram, in Christum in cruce discissum, & contractum, in ipso spem omnem collocans, eius misericordiam ac prouidentiam sese omnino committens, atque commendans, iuxta illud Prophetæ; Iacta super Dominum curam tuam; Tunc omnem terrenarum rerum affectionem eliminabit, & uoluptatem, tantumque ea appetere incipiet, quæ ad suam spectabunt salutem. Oculi porro caligantes aquilæ, sunt peccatoris fines. Vnde & Saluator: Si oculus tuus fuerit simplex, &c. Hi caligine crassa obstruuntur, quoniam terrenis, & carnalibus affectibus consperguntur, senioque languescunt, longo nimirum habitu ab impuberi ætate sumpto. Quid igitur sibi agendum est? En ars aquilæ, oculos radijs solaribus opponit, ex oculisque decidunt lippitudines; Mentem iniiciat in Deum, diuinoque amore exardescere studeat, tumque insitæ illæ terrigenarum rerum, & carnalium cupidines mox decident, clariorque fiet internæ mentis acies. Tandem quid pennæ grauantés nobis indicant, nisi prauos uitiorum habitus? Quo modo autem proijci poterunt, nisi se immergendo in fontem sacræ poenitentiae? Ter verò se mergat, amara scilicet contritio ne, dilucida confessione, & exacta satisfactione. Et tunc quasi febrè correptus, interno uelidelicet dolore, cum sudore, cum lachrymis, inquam, plumas excutiet uetustas, prauos uitiorum habitus, & renouabitur ut aquila, quia abiecto ueteri homine, induet nouum hominem, qui secundum Deum creatus est.

Castitas magnopere commendanda ex Turturis exemplo:

B A S I L I V S uisa turture inter uirentes ramos, hæc loqui cœpit.

Turturum asserunt seiuigatam à coniuge nunquam societatem inire cum alio, sed sine coniuge vitam castitatem degere, recordatione amissi consortis, coniugium alterius abnuentem. Audiant ipsæ mulieres, ut etiã apud animalia ratione non prædita, uiduitatis honestas indecoro iterati connubij anteponatur.

Confamilia habet idè Basilius Oratione de Intemperantia, & Incontinentia. Ambrosius hæc ipsa prolixiori oratione prosequatur. Eadem ferè Gregorius frater Basilij Commentarijs in Cantica Canticorum, capite secundo. Origenes, Gregorius Magnus eodem loco. Cyrillus in Leuiticū libro secundo. Nazianzenus in Præceptis ad Virgines. Augustinus de Ciuitate Dei, capite vigesimoquarto. Hieronymus aduersus Iouinianum libro primo.

Vidualis castitas in turture significatur, commendatur, & exponitur. Vetusti Vates continentissimam uiduitatem exprimere uolentes, turturum cuiusdam insipientem ramo pingebant, quia turturi inest hæc connata uiduitatis tolerantia, ut coniuge orbatus, secundum non expetat. Sed & præter Ethnicos, demonstrarunt id ipsum sacræ literæ.

Erat

In Specu. Hi
torial.

Renouatio
spiritualis
quo ad tria,
sicuti & aquila
est.

Luc 15.

Psal 14.

Math. 6.

Hæc Ho. 19.

Erat siquidem ex lege introducta consuetudo, quod in mulierum purificatione offerretur par turturum, aut duo pulli columbarum. Ut quid hæc ita sancita peculiaris oblatio, nisi quod hæc aues inter ceteras præcipuè coniugalis inuiolatæ obseruantia, pudicitiaque simulachrum erant? Verum quemadmodum duo turtures conjugalem castimoniam præsignabant; ita altera earum uidualem castitatem ostendere potest. Commendatur præterea in turture uidualis pudicitia. Discite, inquit Ambrosius, mulieres, quanta sit uiduitatis gratia, quæ etiam in auibus prædicatur; & Basilius: Audiant ipsæ mulieres, ut etiam apud animalia ratione non prædita, uiduitatis honestas iterato connubio anteponatur. Sed & Scripturæ uiduitatem commendandam indicant, cum figuris & exemplis uiduitatis fructus enarrant. Psalmographus etenim inquit; Turtur inuenit sibi nidum, ubi reponat pullos suos. Uiduitas certè Christum, ut amoris sui nidum adinuenit, in quo opera sua ut tuta sint, collocare potest. Sæptanæ uidualis, quoniam Eliæ aquæ uasculum, & subcinericium panem contulerat, nunquam defecit hidria farina, nec lechythus olei. Et uidualis, si sicut sæptana, aquam sui consensus, & subcinericium panem, nempe mortificationem Christo detulerit, nunquam certè gratia, nec misericordia vacua extabit. Sunamitis pariter, quia Eliæ hospitio acceperat, & olei copiam nacta est, & puerum rediuuum prospexit. Uiduitas enim si castitate, pudicitiaque insignis erit, & Christi thalamus fiet, & gratia oleo se abundare, & spiritum suum ad coelestem uitam resurgere semper intuebitur. Porro uidualis Iudith castitas quotnam & quantis gratijs est decorata? de qua scriptum est, quod in superioribus domus suæ fecit sibi secretum cubiculum, in quo cum puellis suis clausa morabatur, habens super lumbos suos cilicium, & ieiunabat omnibus diebus uitæ suæ, præter sabbata. Exemplar certè fuit Iudith, quibusnam institutis uidualis uita cõponenda sit: concludere se studeat uidualis in domo solitudinis, cilicio carnis petulantiam comprimere, & ieiunijs puram, hilarem, leuemque Deo reddere mentem. Vidua illa, quæ cum Iudith consimilem ducet uitam, merebitur & cum ipsa Holofernis caput obruncare, Diaboli vim, & robur profernere, & populum suum, animam suam feruare. Non tantum turtur signum est hieroglyphicum, quo uiduitas significatur, & argumentum, quo commendetur; sed ut exemplum, quo instituatur. Hæc sunt turturis foeminae leges, ut viro orbata est, sola semper degit, deinde nemora, desertaque expetit. Amplius nunquam frondescenti ramo insidet, moeret deinde semper, luctuque quasi opprimitur. Nuptiarum priscarum tandem nunquam immemor gemiscit, nec secundas appetit. Sola uidualis maneat semper turturis exemplo, fugiatque conuersiones, à domo non discedat, conuiuis, choreis, seu alijs Mundi oblectamentis non intersit, luctum, meroremque ostendat semper, virique prisci memor alium non appetat, ingemiscat semper, ut eius animam suffragijs subleuet.

Spirituales nuptiae, & uiduitas in turture notantur.

E P I P H A N I V S alterum de turture innuebat documentum.

Inter omnes aues, coniugis amans est turtur: mas & femina una uolant, pullosque procreant: si uero morte sepauantur, ad finem usque uitæ uiduitatem custodiunt.

Hæc autem sic ipse interpretatur.

Sic tu spiritualis homo, cum peccatis onustus; tempus esse penitendi indicaueris, abijce praua opera, nec nouis te sordibus, id est, peccatis implicis; sed unico coniugio contentus esto, uidelicet intra proprii thori limites te contine, ut in secundo aduentu mansionem inuenias.

Spirituales nuptias, & spirituales uiduitatem nobis indicat Epiphanius. Certè anima, quæ peccato subijcitur, quasi connubium parare cum peccato, & Demone uidetur; & quot scelera admittit, tot connubia celebrat. Vnde Seruator Samaritanæ uirum se habere neganti, ait; Benè dixisti, non habeo uirum, quinque enim uiros habuisti, & nunc quem habes, non est tuus uir. Quæ uero à peccatis explicita in innocentia puritate degit, quasi uidualem uitam degere perhibetur.

rrrr Turtur

Vidualis pu-
dicitiam tur-
tur præsignat.

Viduitas cõ-
mendatur.

Psal. 83.
Vidualis non-
nullæ in Scri-
pturis cele-
bres.

Iudith. 8.

Vidualis ex-
emplar Iudith.

In Physiol.

Io. 4.

Viduitas spiritalis exemplo turturis commendatur.

Turtur itaque fieri debet anima, & si quandoque flagitiorum vinculis fuit illigata, sed postmodum ab eis soluta est, turturis exemplo vidualem vitam semper profequatur, ne amplius in ipsa decidat. Sed heu, quot infelices animæ non tantum bis & ter, sed decies ac centies, immo & millies has impias iterant nuptias, & quasi procaces meretrices in foetido lupanari sedentes, lassantur, sed non saturantur. Infelices, inquam, si adhuc ea misericordiae vox è superis non inclamaret: Tu autem fornicata es cum amatoribus multis, tamen reuertere ad me, dicit Dominus, & ego suscipiam te.

Hier. 3.

Deiparam sine viro peperisse, etiam natura exemplo credi potest.

Hex li. 5. c. 20

A M B R O S I V S vulture inspecto hæc edifferebat.

Diximus de viduitate animum, eamque ab illis primum exortam esse virtutem: nunc de integritate dicamus, quæ in pluribus quidem auibus ita esse asseueratur, ut possit etiam in vulturibus deprehendi. Negantur enim vultures indulgere concubitu, & conjugali quodam usu, nuptiali que copula. sorte misceri, atque ita sine villo masculorum concipere semine, & sine coniunctione generare, natosque ex his in multam ætatem longæ vitæ procedere, ut usque ad centum annos vitæ eorum series producat, nec facile eos angustii cui finis excipiat. Quid aiunt, qui solent nostra irridere mysteria, cum audiunt, quod virgo generauit, & impossibile innuptæ, cuius pudorem nulla viri consuetudo temerasset, existimant partum? Impossibile putatur in Dei matre, quod in vulturibus possibile non negatur? Auis sine masculo parit, & nullus refellit: quia desponsata viro Maria peperit, pudoris eius faciunt questionem? Nonne aduertimus, quod Dominus ex ipsa natura plurima exempla ante præmisit, quibus susceptæ incarnationis decorem probaret, & astrueret veritatem?

Libentissimè amplectebatur Basilius ea, quæ Ambrosius non minori pietate, quam eloquentia prodiderat.

Vultures an sine connubijs gignant.

Vultures sine coitu gignere nonnullis dubium visum est, quanquam hi Patres celeberrimi ut exploratum id asseuerarint. Enimuero potuisse Deum Vniuersi fatorem species alitum aliquas statuere, quæ sine connubijs filios procrearent, non est in dubiū reuocandum. Quapropter evidentissimum est argumentum, quod si Deus naturæ auctor id vulturibus contulit, vel potuit rerum speciebus conferre naturali iure; multo magis & Deiparæ virtute superna impertiri. In genere vulturum marem non reperiri, omnes ferè antiqui tradunt, sed ex uento eos concipere, seu ex euro, ut Plutarcho placuit, seu ex aquilone, ut Aegyptij produnt. Quid igitur mirum, si Deipara Spiritu Sancto, quasi euro superueniente, concepit, & peperit? Sic enim eam affatur Angelus: Spiritus Sanctus superueniet in te, & virtus Altissimi obumbrabit tibi, propterea, &c. Quasi diceret: Spiritus Sanctus quasi aura fecunda, & viuificans, feretur super aquas, cubabit super purissimos sanguines tuos. Et virtus Altissimi, Verbum æternum obumbrabit tibi; seu obumbrabitur in te: obumbrabitur, inquam, nube humanitatis, nube quidem lucida, & obscura; intus lucida, quia purissima, nulloque peccato noxia; extra obscura, quia ærumnis humanis obruta. Erit igitur ut radius obumbratus: quare ingressus est ut radius, constitit ut radius, & egressus est ut radius, nulla ex parte maculata ipsa immaculata virgine. Concepit enim sine viro, tulit sine onere, peperit sine dolore, & fractione, factusque est vterus Empyreum, Dei maiestate coruscantissimum: Paradisus ille terrestris, in quo lignum insitum erat vitæ; Tabernaculum fœderis, in quo visebatur Deus in caligine; Arca, in qua manna, virgaque conferuabantur: Vas ex auro purissimo: Virga Aaron, seu virga de radice Iesse reflorescens. Sed de his aliàs uberius.

Luc. 1.

Deiparæ uteri symbola uaria in Scriptura.

Ieiunij quadragesimalis obseruantiam à vulture edocemur.

In Physiol.

E P I P H A N I V S aliud ex vulture eliciebat non aspernandum de ieiunio documentum.

Vultur cunctis auibus voracior est, quadraginta enim diebus cibo abstinet, quem cum inuenit, totidem sese ex illo libris ingurgitat, itaque quadragenariam abstinentiam, quadragenaria ingluuie compensat.

Quæ ipse sic exponit.

Tu igitur

Tu igitur spiritalis homo, qui in quadragesimali ieiunio dominicam resurrectionem expectas, noli ventri scdè indulgere, ne quadragesimalis abstinentia meritum perdas.

Duo adnotantur in vulture, aliud quidem sectandum, & aliud fugiendum. Primum illud est, quod vultur, quanquam cunctis auibus sit voracior, quadraginta attamen diebus à cibo abstinet. En lex indicta quadragesimalis ieiunij, quod ut nobis venerabile foret, etiam in animantibus Deus supremus fator impressit, clarum, & patētissimum eiusdem monumentum. Aliud verò nobis euitandum, est, ne post ieiunium vulturis exemplo quadragenariam abstinentiam quadragenaria ingluuie compensemus, more eorū, qui pro cæna, quam in ieiunio amittunt, duplicatam eam ante & post ingurgitant. Et quod scdèius est, ne cum vulture putrescentia cadauera, nempe alienas res, quæ peccato comparata sunt, deuoremus. Cæterum aquila, & uultur in Scripturis animalia immunda nuncupantur, ut indicetur, quod immundi prorsus sunt, qui alienis aluntur hæreditatibus.

Ingluuiæ post ieiunij fugienda.

Aquila & vultur in Scripturis animalia immunda.

O R I G E N E S hoc elegantissimè explicuit Homilia septima in Leuiticū.

Non manducabis, inquit, hæc, quia immunda sunt, aquilam & vultrem, & cætera his similia: his etenim auibus semper mortuorum corporum cibus est, & ex mortuis cadaueribus viuunt. Omnes ergo, qui huiusmodi vitam gerunt, immundi habendi sunt. Ego puto & illis in his nominari, qui alienis incubant mortibus, & arte quadam, vel fraude testamenta subiiciunt. Huiusmodi enim homines, vultures & aquilæ merito appellantur, velut mortuorum cadaueribus inbiantes.

Ex Apum exemplo multa decerpi possunt documenta pro instituenda Regulari vita.

A M B R O S I V S cum apum alueum offendisset, hæc de illis differebat.

Nunc age, quæ aues velut quandam rempublicam curare videantur, expediam, atque vitæ huius ætates agere sub legibus. Hic enim rempublicæ usus est, leges omnibus esse communes, atque obseruari eas deuotione communi. Vno omnes teneri vinculo, non alterius esse quod alius intelligat sibi non licere: sed quod liccat, licere omnibus, & quod non licet, omnibus non licere. Esse etiam communem reuerentiam senatorum, quorum consilio respublica gubernetur, commune omnibus vrbis domicilium, communis conuersationis officium, vnum præscriptum, omnibus vnum esse consilium. Magna hæc, sed quanto in apibus præstantiora, quæ sola in omni genere animantium communem omnibus sobolem habent, vnam omnes incolunt mansionem, vnius patriæ clauduntur limine, in commune omnibus labor, communis cibus, communis operatio, communis usus, & fructus est, communis volatus? Quid plura? Communis omnibus generatio, integritas quoque corporis virginialis omnibus communis & partus, quoniam neque villo concubitu miscentur, nec libidine resoluuntur, nec partus quatiuntur doloribus, & subito maximum filiorum examen emittunt, e folijs & herbis ore suo prolem legentes.

Hexæ. lib. 5. cap. 21.

Basilius eadem ferè, sed breuiori prodebat oratione.

Nil certè expressius apum exemplū patefacit, quam Regularium claustratam vitam; quæ enim Ambrosius de Rebus publicis prodidit, elegantiq; narratione profequutus est, ea de Regulari cōgregatione interpretari posse non ineptè existimo. Primo itaque in loco inuestigandum nobis est de Regularium communibus legibus, & normis. Communem, inquit Ambrosius, sobolem habent, communem mansionem, communem laborem, communem cibum, communem uitæ seriem, communem voluntatem, communemque prolem. Perpendam hæc singula. Regulares, ut apes, communem quandam profapiam trahunt, quoniam in vnaqueque congregatione, sicuti omnes vno & eodem indumento uestiuntur; ita omnes vnius & eiusdem nobilitatis sunt censendi. Germina, quæ ex diuerso solo in hortum regium complantantur, ipsius tantum in qua confident, terræ nobilitate insigniuntur: Ita iuuenes, qui ex diuersis profapijs ad religionem seliguntur, ut in regio solo confiti, Christi que nobilitatis compotes effecti, nullam de nobilitate sæculi præferre debent arrogatiam, & fastum, quod vnum omnes sint in Christo. Communes mansiones habent Regulares, ut apes, nempe claustrum: Arca Noëtica siquidem sunt claustra, in qua mansiones plures sunt, plures cellulæ, & non nisi bini & bini exeunt ex sanctis maiorum suorum constitutionibus. Verum animaduertas, quod ex arca ista exit quandoque coruus, & quandoque columba. Coruus est Regularis, qui è claustro egrediens, adeo putridis delectatur rebus, secularibus, inquam, negocijs, & colloquijs, ut quanquam corpore persæpe, animo famen

Regulares plurima habent communia, ut apes.

Regularibus nobilitas nuda parum facienda.

Regulares qualiter è claustro exire debeant.

men vel nunquam, uel tardè ad arcam, ad claustrum redeat. Exit & columba, claustralis innocens, qui dum vrbes, agrosque peruagatur, nil de puritate sua dimittens, cum oliuæ furculo, cum exempli boni fructu intactus & impollutus remeat. Communis est, uti apibus, labor ipsis Regularibus. Duplex autè apum est labor, gratam in uolatu melodiam reddere, & flores legere. Apes siquidem raucum, sed suauem concentum emittunt, & præcipuum Regularium munus est psallere, suauissimèque modulari in Ecclesijs eo concentu, de quo Apostolus; Psallam spiritu, psallam & mente. Delibant flores apes, nitidoque rore pascuntur; & Regularium partes sunt ex Patrum sententijs, quasi ex floribus, perpetuis lucubrationibus, intelligètijs, tum literales, tum mysticas Scripturarum cum suauitate elicere. Communem cibum habent apes, rorem scilicet ex floribus haultum non sine florum succo. Flores tenues parsimoniae, frugalitatisque sunt indicium, qua Regulares suo in uictu præcipuè utuntur. Ros uerò est sacra diuinarum Scripturarum lectio, qua simul animi reficiuntur, cum non solè fauces sumant cibum, sed & aures esuriant Dei uerbum. Communem uitæ feriem habent apes, simul egrediuntur, simul redeunt, simul volant, & quod potissimum est, consimili induuntur amictu. Nec siquidem aliæ alas aureas, & aliæ argenteas, seu aliæ candidas, & aliæ rubentes ferunt; Ex quo discant Regulares, quantum in habitu & indumentis conuenire ipsos deceat, institutionesque suas in his non uiolare, quæ maximè eò prospiciunt, ne scandalum pusilliter atteratur. Christi uestis inconfutilis erat desuper contexta per totum, ut sciamus Christi nomen habitumque ferentium uniformem esse uestem, nec ulla temeritate unquam discernendam, cum nec milites improbi secare ipsam ausi sint. Communis uoluntas est in apibus; & Regulares unam sibi constituere debent uoluntatem, quæ est uoluntas Prælati; Atque sicut Israëlité duce columna ignea in nocte, & nube lucida in die, per arenosa deserta iter suum conficiebant; ita Prælati uoluntatem, nutum, iustitiamque prosequi studeant Regulares, quæ utinam clarescat, & fulgeat puritate, & charitate. Communis tandè est apibus proles; Regulares, ut apes, integritate corporis uirginali pollere debent, nulloque concubitu misceri, nec libidine resolui; Attamen maximum filiorum ex amen emittit apes, è folijs, & herbis elicentes ore prolem suam; summa, inquam, castitate Regulares clari, filios plures sibi gignunt spirituales, prædicationis, & confessionis munere. Hæc quidem de ipsa congregatione Regularium.

Regulus apum Prælati Claustralium typus; & eius auctoritas aculeo similis.

Hex. Ho. 10.

BASILIVS quoque ista addebat.

Atque rex apud ipsas non suffragijs cæsi constitutus; nam imperitia populi sæpenumero pessimum omnium citra delectum in magistratum p. omouit. Non forte potestatem est assequutus. Sortium enim fortuiti casus ad omnium pessimum, æterrimumque persepe deferunt principatum. Non paternæ iure successionis in regali throno residens. Nam & ij rudes, expertesque probitatis omnis, ob luxum, ascensionemque plerumque fieri solent: sed à natura principatum in omnes obinet magnitudine, forma, mansuetudine morum ceteris omnibus antecellens. Est enim & ipse rex aculeo præditus, spiculisque armatus: at nunquam irritatur ad ultionem, nunquam uictur illo. Leges quædam istæ profectio naturæ sunt, institutaque; literis non mandata. Tardos, inquam, eos ad uindictam penamque sumendam esse oportere, qui maximas obtinent potestates. Quin & apes, quæ non se quantur, ac imitantur regis exemplum, cito admodum temeritatis pœnitent suæ: propterea quod mox postictum intereunt. Audiant ista Christiani, quibus lege sancitum est, nemini unquam homini pro malo reddere malum, sed malum vincere, superareque bono.

AMBROSIVS eadem elegantissimè & copiosissimè repetebat.

Regulares, ut apes, regem sibi eligunt non forte, ne melioribus peiores casu præferantur; non communibus omnium calculis, quod imperita multitudo nec virtutis merita agnoscat, neque emolumenta publicæ utilitatis rimetur: nō tandem successione, quod eruditus sæpe assumptus non esset, delitijsque atque adulationibus eneruata stirps illa parum publico prodesset: sed optimatum tantum consilij & uoto. Debet igitur Prælati talis eligi, qualis ab apibus regulus earum eligitur, nempe singulari magnitudine, & specie corporis præstans; magnitudine, inquam, & pulchritudine morum celebris, & uocatus à Deo tanquam Aaron; siquidem is Antistes renunciandus est, qui ut virga Aaron

1. Cor. 14.

Regulares in uentibus conueniunt debet.

Regularibus una debet esse uoluntas, quæ est Prælati.

Hex. lib. 5, cap. 21. Regulares quomodo Prælatum eligunt.

Regularium Prælati ut regulus apum, & quæ alijs esse debet.

Aaron inter cæteros floreat exemplis sanctitatis, & prudentiæ, ac literarum monumentis. Floreat autem ut Aaron virga, amygdalaque proferat, adeo ut eius cortex amarus sit; vita nimirum extrinsecus mortificata, & austeri; intus autem medulla suauius, & lenis, animus omni mansuetudine, & charitate præclarus; nam si habet aculeum, uidelicet auctoritatem, ea non ad vindicandum, sed ad saluandum uti debet; Naturæ enim lex est, ut leniores sint ad puniendum, qui maxima potestate in mansuetudine potiuntur. Aculeum igitur habet Prælatum, sicut apum regulus, quo contumaces, atque obedientiæ rebelles compefcatur, & puniat. Aculeus correctio est, tum secreta, tum publica, iniunctis etiam iustis pœnis. Hæc gladius est uersatilis igneus in manu Cherub; uersatilis, quia non eadem correctio omnibus adhibenda est; sed alijs lenior, alijs feuerior, nonnullis mitis, quibusdam asperior. Igneus, quia charitas est illi iungenda; In manu Cherub, cum Prælati sit Angelus, officioque; & munere Angelico fungatur. Aculeus excommunicatio est, qua peruelles interimit. Hic ensis est ex utraque parte acutus, cum non tantum confodiat animam, à sacramentorum usu, ex quibus omnis gratia profluit, eam seiungens; sed et corporis commoda grauius lædit, cum à cœtu fidelium, cæterorumque claustratorum excommunicatum disungat.

Quos fructus ferant Regulares, apum fructus demonstrant.

BASILIVS adhuc plura adiungebat.

Imitare mores apum peculiare, quæ nemini prorsus officens, nec alienos illos fructus demoliens, fauos extruit, & compingit suos. Etenim ceram quidem à floribus aperte colligit. Mel autem, humorem, qui speciem præfert roris imperisum floribus, ore libatum, atque attractum, in cauos fauorum sinus immittit. Vnde & humidum primum est: deinde tempore concoctum, ad suam propriam crassitudinem suauitatemque redit. Pulchra, decoraque laude à Prouerborum Auctore prædicata est apum, sapiens, operatrixque nuncupata, adeo pabulum diligenter, elaborateque congerens. Cuius labores (inquit) tam reges, quam priuati homines ad tuendam sanitatem edunt. Adeo sapiens, adeo exacta, mira que arte apothecas mellis extruens, atque fingens. In tenuem enim extensa cera membranam, frequentes cellulas, densas, sibi que continuas alias super alias extruit, ut ipsarum adeo minutarum inter sese uinculi densitas uniuerso sit operi munimentum, ac firmitudo. Queque enim adhæret alteri cellula, pertenui seiuncta simul copulataque septo. Deinde alia super alias accumulatur hæc fistula, in altumque editur opus, perinde ut ædes præcellæ, secunda, tertiaque prædita contignatione. Nanque cauetur ipsi continuum unum efficere sinum, ne foras humor suo pondere dilabatur. Disce interim quantum obtineant geometricæ inuentionis, uel ea quæ parerga sunt sapientissima istius apicula. Fauorum enim fistula omnes cera compacta, senis angulis, aequalibus uel lateribus prædita sunt. Non in directum super alias alia iacent, ne fundi uacuis interuallis accommodati defatigentur: sed sexangulorum inferiorum anguli sedes superiorum, fundamentaque sunt, ut tuta eleuent, ac sustineant pondera, & seorsum humor in unumquemque sinum suscipiatur, & continere queat.

Ambrosius fufius eadem complectebatur.

Quis uerò feratur fructus à Regularibus, ex apum similitudine prolixiori oratione demonstrat Ambrosius; cuius orationis argumentum est. Apes haultis floribus madidis rore, suis in cellulis gignunt ceram, atque mel. Et præcipuum est Regularium munus ex sacrae Scripturæ sensibus, tanquam ex floribus, rore Spiritus Sancti madefactis, perpetuis suis lucubrationibus elicere ceram, id est, cordis mollitiem, & mel, mentis hilaritatem. Cera enim mirificè ardet, pabulumque est ignis aptissimum: Et eor dum Scripturarum contemplationibus emollitum est, diuino amore facilius exardescit. Mel autè dulce est; nam nihil dulcius melle; & mens dulcescit, quia suaues sunt intelligentiæ Scripturarum, & nihil dulcius, quam studijs sacris incumbere. Verum cera ardens illuminat: ita Regularis diuino amore efflagrās, exemplo uitæ in Ecclesia summpere refulget. Mel uerò est medicamentum lene, & cibus pascens: Pari euentu doctrina Catholica ex ore Regularium, corda lenit peccatorum, & mirificam escā mētibus sanis præbet. Vnde Sponfa: Comedi fauum mellis cum lacte meo; quasi ipsi adeo iucundum fuerit mel doctrinæ sibi delatæ, ut quasi lac id fuxerit.

Dulcis Deo est, ut cygni cantus, uita cum cordis puritate.

AMBROSIVS uiso cygno inter fluuiales ripas, sic fari orsus est. Cygnus quoque cur proceriori collo utatur, in promptu est, ut quia est paululum segnior corpore, nec facile potest

Prælati regulis auctoritas est ut aculeus apum, & quomodo ea uti debeat

Prælati correctio ut ensis uersatilis in manu Angelii.

Hex Hom. 8.

Hex. li. 5. c. 12.

Regulares ut apes mel & ceram spiritua liter cōficiunt.

Cant. 5.

Hex. li. 5. c. 22.

le potest aquarum inferiora penetrare, ceruicem extendat ad prædam, quæ quasi præuia reliqui corporis escam quam inuenit, rapiat, atque eruat de profundo. Adde & illud, quia suauior & magis canorus per proceram modum colla distinguitur, & longiore exercitatione purior longè resultat. Quam dulcis etiam in exiguo cicadis gutture cantilena, quarum cantibus medio astu arbuſta rumpuntur, eò quòd magis canora meridianis caloribus, quo puriorem aërem id temporis attrahunt spiritu, eò cantus resonant clariore.

Basilii cygnum porrectum collum gestare patefecerat, ut facilius alimoniam humi positam percipere posset, sed de eius cantu, & natura nihil retulerat.

Cygnus, seu olor in ripa sedens, flante Austro maximè canit, & tunc suauius, cum quasi certandi studio vnà cum pluribus modulatur: & quantò magis ad sentium propinquat, tantò dulcius cantat; adeò ut instante morte, modulationis fermè iucunditate moriatur. Causam huius rei reddunt nonnulli eam esse, quòd in ipso cor ex puritate sanguinum titillet, & per proceram colla purior aër exeat, Cygnus noster iustus est, cuius cor purum est, atque mundum, de quo Saluator; Beati mundi corde, quoniam, &c. Cor istud, quòd spiritibus agatur cœlestis amoris, & non terrenarum rerum, carnaliumque crassis affectibus, hilaritate spiritus decantat, eiusque modulatio nulla alia est, nisi vitæ sanctæ harmonia, & morum concinnitas. Apud aquas igitur contemplationis cum iustis flante gratia cantitat, & quantò plus iustus senescit, tantò suauius modulatur, quia in ipso mores redduntur cõpositiores, & sibi magis consonantes; vitæ enim integritas in senibus præclarior est; in morte uerò ipsa lætatur, atque cum Iacob manibus, & pedibus, nempe affectibus, & operibus rectè cõpositis, suauiter canens obit; canens inquam; Mihi uiuere Christus fuit, unde nunc mori lucrum.

Ingratus Deo cantus est, ut apum, cor illecebris obstructum.

A M B R O S I V S à cygni cantu ad apum raucum murmur transiens, hæc adiciebat.

Nec apes insuaue quiddam canunt: habent enim gratam in rauco illo uocis suæ murmure suauitatem, quam nos fracto tubarum sonitu, lentius primùm videmur imitari, quo crepitu ad excitandos animos in rigorem nihil aptius existimatur. Et hæc illis gratia manet, cum pulmonem, respirandi; munus atque usum nequaquam habere prodantur, sed aërio uesci spiramine. Denique si quis superfundat oleo, properè necantur, eò quòd obstructis poris, aërium spiramen illud haurire non possint, continuoque si quis acetum his superfundat, illico reuiuiscunt, eò quòd vis aceti citò illos poros, qui concretionem olei obstruuntur, humore feratur aperire.

Quemadmodum gratissimam reddunt melodiam corda, quæ spiritu Dei aguntur, quasi cygni, qui puriorem aërem attrahunt suo spiritu; ita raucum ferunt Deo concentum, qui spiritum Dei penè agnoscunt, tanquam qui aërem nullum, nullam cœlestem refocillationem suo spiritu trahunt, quasi apes, quæ respirandi munere carent, sed aërio tantum uescuntur spiramine. Cæterum & id in apibus est maximè obseruandū, quòd si oleo superfundantur, properè pereant, eò quòd obstructis poris, aërium illud spiramē haurire nequeant. Si uerò aceto aspergantur, illico reuiuiscunt, quoniam pori obstructi mox aperti perhibeantur. Quid hæc nobis portendunt, & indicant? Christicolæ illi, qui parum spiritui sunt dediti, sed valde carnis illecebris laxati, adeò ut crasso quodam aërio spiritu uix alantur, hoc est, uix mente uitam spiritualem degustent, animaduertant obscuro, ne in oleo mergantur. Et quid est oleum, nisi ipsarum illecebrarum, & voluptatum lenitas, & suauitas? Sic enim in ipso natabunt oleo; in uita utique voluptuosa & carnali, quòd obstructis poris, nimirum conscientie aculeis, seu inditis à spiritu sti mulis, quibus quandoque ad Deum reuocamur, interire mortem animæ necesse erit, in reprobūque sensum ruere. Quòd si aceto aspergentur, mortificatione uidebunt, & voluptatum abdicatione, certè pori obstructi reserabuntur, & aperientur, & spiritum haurient, unde uita uiuent, & non morientur.

Ex alitum plurium exemplo, mortuorum resurrectio comprobatur.

Patres præfati Basilii, & Ambrosii eleganter uermis Indici, Chamæleontis, leporis, atque scenicis exemplis, mortuorum resurrectionem non esse impossibilem sensendam edisseriebant.

BASI-

BASILIVS enim contra negantes resurrectionem inuehebatur, contentens illam comprobare sumpto ab Indico verme argumento.

Quid dicitis vos, quæso, qui D. Paulo non creditis de ea mutatione, quam in resurrectione fore dicit, qui plebrasque uidetis aëris animantes formas permutare, qualia de verme quoque illo Indico cornua protendenti germina narrari solent. Hic in erucam uertitur primùm: fit deinde temporis progressu id quod bombyx appellatur: at neque hæc in forma persistit, sed illis præmolliibus corniculorum bractæolis sese sensim prolatantibus in alarum speciem, ita demum fit volucris.

A M B R O S I V S eandem astruebat non modò indici uermis exemplo; sed etiam ex chamæleonte, & lepore, deducens argumentationem.

Et quia de uolatilibus dicimus, nō putamus alienum ea complecti, quæ de verme Indico tradit historia, uel eorum relatio qui uidere potuerunt. Fertur hic corniger uermis conuerti primùm in speciem caulis, atque in eam mutari naturam, inde processu quodam fieri bambilius: nec eam tamen formam, figuramque custodit, sed laxis & latoribus folijs uidetur penas assumere. Ex his folijs mollia illa Seres depeccant uellera, quæ ad usus sibi proprios diuites vindicantur. Vnde & Dominus ait; Quid existis in desertum uidere? hominē molliibus uestimentis indutum? Ecce qui molliibus uestiuntur, in domibus regum sunt. Chamæleon quoque diuersas species fertur uario colore mentiri. Lepores certè, quod de proximo facillè cognouimus, hyeme albescere,estate in suum colorem redire non dubium est. Hæc ideo libaui, ut ad commutationis fidem, quæ in resurrectione futura est, etiam ista exempla nos prouocent, sed ita, ut commutationem illam dicamus, quam Apostolus euidenter expresse, dicens; Omnes quidem resurgemus, non omnes autem immutabimur. Et infra ait; Et mortui resurgent incorrupti, & nos immutabimur. Oportet enim corruptibile hoc induere incorruptelam, & mortale hoc induere immortalitatem. Pleriq; enim commutationis genus & formas, quas non acceperant, interpretati; nequaquam presumptionis indebita incongrua usurpatione caruerunt.

Ad alitruendum dogma Christianum de resurrectione mortuorum, plures, eademque elegantissimas proderè possemus argumentationes, & illas ad tria genera redigere; ad Scripturæ testificationes, ad theologales rationes, & ad exempla ex natura rerum decepta. Sed omittis pro nunc cæteris, perpendamus duntaxat ea, seu (ut rectius dicam) nonnulla eorum, quæ nobis natura exempla suppeditat. Granum nonne experimento agnoscimus in terram proiectum, mox mortuum corrumpi, ac rursus uiuificari, pullulare, crescere, florescere, semina proferre, & maturefcere? Si hæc Deum & naturam in segete efficere experimur, cur & in corpore hominis Deum id præstare posse dubitabimus? Argumentumq; hoc notificat & potentiã Dei, quòd Deus squalidum, tetrumq; corpus nostrū ad uenustam, clarioreq; uitã reuocare possit, cum idē efficiat quotidie in tritico; & uoluntatem, quia si propter hominem, triticum inuouat Deus, quantò magis censendum est uelle hominem ipsum rediuiuo corpore coherescere? Præterea, si ex carne, eaque putrescente fit caro hominis, cum alitum, seu animantium caro, qua uescimur, paulatim in carnem nostram permutetur, ut quid ambigere, quòd ex corruptibili nostro corpore incorruptum id ipsum gigni possit? Adhuc, condidit Deus ex chaos illo rudi præstantissima corpora cœlestia corruptionis expertia, & terrestria corruptioni obnoxia, alterationeque semper iactata. Cur non ex eadem massa, ex carne hac nostra, sicuti corruptibile hoc congeffit corpus, ita & gloriosum idem reparare poterit? Rursum, postnoctem, & atras tenebras, diem effulgentem quotidie redire conspiciamus. Nunquid non & nobis post hanc obscuram uitæ noctem, dies aliquando rediturus erit? Quid? nonne post hyemem, qua cuncta gelasunt, horridaque squalent, Ver lætum, floridumque reuerti quotannis intuemur, unde terra uirentibus induitur spolijs, & arbores incisa resurgunt, & ramos reparant, folijsque exornant: Cur itaque & hæc in terra nostra hac (maximè si benè excolta fuerit) & in arbore hac euerfa, interituque detruncata, post mortis hyemem non spectabuntur? Et si plura alia germina, arboresque reuiuiscunt, & fructus denno emittunt, quare homo solus morte recisus tanta erit calamitate confectus, ut ei ad rediuiuam uitam nulla amplius detur regrediendī facultas? Serpens in angusto lapidis callē detracta pelle renouatur, & homo in angustia mortis hac terrenā ueste deposita, ad præclariore uitam uehi non poterit? Leo foetum suum rudem rugitu excitat, & Deus clamore ualido, quo clamabit; Surgite à mortuis, hominē reuocare non ualebit ad uitam? Quòd si hæc tibi non sufficiant exempla, quæ de verme Indico, & phœnice enarrata sunt ab his Patribus, accipito, & illis saltē contentus esto.

Preparare

Cygnus iusti
typus.
Matth. 5.

Philip. 1.

Christicolæ
ut apes quomodo
perunt, & reuiuiscunt.

Hex Ho. 8.

Hex. lib. 5.
cap. 23.

Matth. 11.

1. Cor. 15.

Resurrectio
nis. plura exē
pla i natura.

Preparare nos ad resurrectionem edocet phoenix?

Cap. 13.

TERTULLIANVS libro de Resurrectione carnis.

Si parum vniuersitas resurrectionem figurat, si nihil tale conditio signat, quia singula eius non tam moti, quam desinere dicantur, nec redanimari, sed reformari existimentur, accipe plenissimum, atque firmissimum huius spei specimen. Siquidem animalis est res, & vitæ obnoxia & mortis, illum dico alitem Orientis peculiaritatem, de singularitate famosum, de posteritate monstruosum: qui semetipsum lubenter funerans renouat, natali sine decedens atque succedens iterum phoenix. Vbi iam nemo, iterum ipse, qui non iam, alius idem. Quid expressius atque signatius in hac causam, aut cui alii rei tale documentum? Deus etiam Scripturis suis; Et florebit enim, inquit, velut phoenix, id est, de morte, de funere, vti credas de ignibus quoque substantiam corporis exigi posse. Multis passeribus antestare nos Dominus pronunciauit, si non & phœnicibus, nihil magnū, sed homines semel interibunt, auibz Arabia de resurrectione securis.

Psal. 91. Matth. 10.

Hex. 1. 5. c. 23.

AMBROSIVS amplius de phœnice hæc ediffererat.

Phœnix quoque auis in locis Arabia perhibetur degere, atque ea vsque ad annos quingentos, longæua ætate procedere. Que cum finem sibi vitæ adesse aduerterit, facit sibi thecam de thure & myrrha, & ceteris odoribus, in quam impleto vitæ suæ tempore, intrat & moritur. De cuius humore carnis vermibus exurgit, paulatimque adolescit, ac processu statuti temporis induit alarum remigia, atque in superioris auis speciem, formamque reparatur. Doceat igitur nos hæc auis vel exemplo sui resurrectionem credere, quæ & sine exemplo, & sine rationis perceptione ipsa sibi insignia resurrectionis instaurat. Et vtique aues propter hominem sunt, non homo propter aues. Sit igitur exemplo nobis, quia auctor, & creator auium sanctos suos in perpetuum perire non patitur, qui auem vnica perire non passus, resurgenti eam sui semine voluit reparari. Quis igitur huic annunciat diem mortis, vt faciat sibi thecam, & impleat eam bonis odoribus, atque ingrediat in eam, & moriatur illic, ubi odoribus gratis factor funeris possit aboleri? Fac & tu ò homo tibi thecam, expolians veterem hominem cum actibus suis, nouum indue. Theca tua, vagina tua Christus est, qui te protegat, & abscondat in die malo. Vis scire quia theca protectio est? Phœtra, inquit, mea, protexi eum. Theca ergo tua est fides; imple eam bonis virtutum tuarum odoribus, hoc est, castitatis, misericordie, atque iustitiæ, & in ipsa penetralia fidei suauis factorum præstantium odore redolentia totus ingredere: ea te amicum fide exitus vitæ huius inueniat, vt possint ossa tua pinguescere, & sint sicut hortus ebrinus, cuius citò semina suscitantur. Cognosce ergo diem mortis tuæ, sicut cognouit & Paulus, qui ait; Certamen bonum certavi, cursum consummaui, fidem seruaui, reposita est mihi corona iustitiæ. Intrauit igitur in thecam suam, quasi bonus phœnix, quam bono repleuit odore martyrij.

a. Thimo. 4.

Phœnix quo modo preparat se ad suam inuolutionem

Apoc. 14.

Iob. 19.

Phœnix quæ documenta nobis præbeat, pro acquirenda resurrectione.

Phœnix inter aues celeberrimus edocet nos ad futuram resurrectionem nos ipsos diligenter preparare. Primum thecam sibi construit phœnix thure, & myrrha contextam. Theca ista nobis præsignat vitam sanctam, atque probam, virtutes utriusque arboris sunt suauiter redolentes, sicut vitia ex aduerso tetrum odorem efflant, emittuntque. Extruitur igitur theca nostra ex thure, & myrrha, ac ceteris odoriferis germinibus, cum sanctarum virtutum habitibus uita nostra contextitur, adeo ut sanctimoniam exemplum ubique redoleat. In theca phœnix impleto vitæ tempore moritur. Satagendum igitur nobis est, vt in ea ipsa uitæ probitate, qua uiuimus, & moriamur, quod nobis facillimè euenturum ea lex demonstrat, quæ asserit iustè uiuentem iusta etiam & sancta morte occumbere, de qua morte & Ioannes dicit: Beati mortui, qui in Domino moriuntur; neque enim possunt ferè in Domino mori, nisi qui in Domino uiixerint. De humore carnis phœnicis in theca consumptæ vermibus exurgit. Quisnam uermis est in nostra morte resurgens, nisi anima ipsa ad supernam gloriam euecta? Hæc post statutum tempus induet carnem. Scio enim quod in nouissimo die de terra surrecturus sum, & in carne mea uidebo Deum Saluatorem meum; atque in humanam speciem, formamque renouabitur homo, quemadmodum & phœnix, pristinamque speciem, ac formam reparabit. Ceterum & phœnix clarissima nobis prodit documenta, quæ certam, & gloriosam nobis mereantur resurrectionem. Viuit solitarius phœnix, umbriferosque secessus ut plurimum petit, non nisi odorifera appetit, & ex his pascitur, longæuam ducit uitam, & nunquam aduersa ualetudine premitur. Studeamus & nos, si cum phœnice resurgere cupimus, solitariam à seculo uitam agere, sæculi non nos implicare curis, & negocijs. Studeamus celestia tantum concupiscere, cœlestibus duntaxat ali contemplationibus, & uoluptatibus, in huius uitæ curriculo nunquam lethali peccato sedari, nec spiritali agritudine lacerari. His enim uitæ nobis reddemus mortem; mors siquidem quasi theca undique redolens, non horrida, sed suauis nos excipiet, ut ad futuram reddat resurrectionem.

Phœnix

Phœnix exemplum resurrectionis Christi.

EPIPHANIVS alterum, quo se renouat phœnix, ipsius specie & uita In Physiol. descripta, modum sic enarrabat.

Phœnix auis pauone pulchrior est: pauo enim aureas, argenteasque habet alas, phœnix uero hyacinthinas, & smaragdinas, preciosorumque lapidum coloribus distinctas: coronam autem habet in capite, & in pedibus malleolos. Propè Indiam degit, uiuit autem annos quingentos, & in cedris Libani absque cibo & potu, uento pascitur: At post quingentos annos alas aromatibus implet, & cum Heliopoleos sacerdos sacrificia inchoat, è proprio egreditur nido, & ad sacerdotem pergit, vnaque templum ingreditur vsque ad sacrarium, & in cinerem tota consumitur: sequenti autem die alis renatis reperitur, tertia uero die iam integra sacerdotem salutat, restaurataque iterum ad proprium locum redit.

Hæc uero ipse ita sic explicat.

Cur igitur, iudei iniqui, Domini nostri Iesu Christi triduanam resurrectionem non crediderunt, cum auis triduum spatio ipsa se suscitaret? aut quomodo seipsum à mortuis suscitare non potuit, cum de illo dixerit Propheta; iustus ut phœnix florebit?

Elegans est profectò & ista, quam nobis suggestit Epiphanius, comparatio phœnicis & Christi. Phœnix adeò pulcher est inter alites, ut etiam pulchritudine pauonem superet. Vnde de eius pulchritudine Lactantius in eo poemate, quod inscribitur, Phœnix, elegantissimè pertractat, ab illo uersu; Principio, color est, &c. Omitto quæ de aue ista tradunt Plinius & Tacitus, ille libro decimo, capite secundo Naturalis Historiæ, iste Annalium libro sexto. Phœnix hyacinthinas, & smaragdinas habet alas, uti pauo aureas & argenteas. Et quis pauo est, nisi gloriosus homo? Quod igitur humana gloria habet simile auro, & argenteo, id Xpus gemis, hyacintho, & smaragdo, quia tantò preciosior est species Xpi omni pulchritudine, quãtò excellentior est nobilis ac rutilans gemma omni metallo etiã micante. Coronam gestat phœnix: at corona Christi, qua rex regum dicitur, & dominus dominantium, quæ alia preciosior & præstantior reperiri, aut etiam excogitari potest? Propè Indiam degit phœnix unica auis, & Christus unicus Deus & homo, alpha & omega, mortalis & immortalis in uitæ cœlestis excellentia. Longæuam uitam ducit phœnix, quanquam in explicanda eius uitæ periodo, auctores non consentiant. Plinius nanque sexcentos sexaginta annos uiuere ait: Solinus quingentos quadraginta: Philostratus (teste Volaterrano) sexcentos: Rex Aethiopiæ in Epistola ad Romanum Pontificem, trecentos tantum: Herodotus, Tacitus, Orus, Aurelius Victor, Quidius, Aelianus, Albertus, recentioresque, de quingentis consentiunt: alij eodem Tacito auctore, mille quadringentos sexaginta unum: at Ioannes Izetzes, ne parcus erga phœnicem uideretur, ex Chæremone Aegyptio sacrarum literarum scriba, sex & septem millibus annis uiuere illum (fides penes auctorem stet) constanter affirmat. Et æternitate insignitus est Christus, ut Deus, & post resurrectionem æternitate donatus ut homo. In cedris Libani phœnix absque cibo & potu, uento alitur, unde Ouidius:

Christi Phœnici comparatur.

De phœnicis uita uariè sententia. lib. 25. Phytologia.

-nec fruge nec herbis

Sed thuris lachrymis, & succo uiuit amomi.

Et vitam hominis uiuens Christus, cœlestibus alebatur rebus. Alis aromatibus impletis phœnix, dum sacerdos Heliopoleos sacrificia inchoat, templum ingressus in cinerem uertitur, & Christus redolenti uirtutum omnium cumulo, & merito onustus, illo maxime sacrificio, quo Mundus redemptus est, in templo sui corporis peracto, de quo ipse met Iudæis; Soluite templum hoc, mortè oppetijt, ac exanimatū corpus apparuit. Tertia die restauratus redit phœnix, & Christus tertia die gloria redimitus, uitã recepit immortalem, redijtque ad locum suum, ad supernam regiam, ut sedeat à dextris Dei.

Io. 1.

Ad astruendam resurrectionem, phœnicis exemplum adduxere Clemens Romanus libro quinto Constitutionum, Cyrillus Hierosolimitanus Catechesi decimo octaua, Tertullianus libro de Resurrectione, Epiphanius in Ancorato, Ambrosius libro de Fide resurrectionis. Ad demonstrandam resurrectionem spiritualem, Nazianzenus in Preceptis ad Virgines. Ad explicandum mysterium Trinitatis, idem Nazianzenus Oratione ultima de Spiritu Sancto. Ad probandam Christi ex Virgine natiuitatem, Ambrosius in Psalmum centesimum decimum octauum, Cyprianus, & Rufinus in symbolo.

Phœnicis exemplum ad que traxerint Patres.

ssst Peli-

Pelicanus Christi exemplar in cruce.

EPIPHANIVS cum non longè Pelicanum aspexissent, hæc de illo protulit.

Præ omnibus volucris pelicanus proles est amans: femina nido incubat, pullos suos custodiens, ipsosq; fouet, complectiturque, & nimis osculis sauciat; perforat itaque illorum latera, & illi moriuntur. Post tres verò dies accedit mas pelicanus, & mortuos inuenit pullos, & valde angitur, doloreque impulsus, proprium latus percutit, ac terebrat, emanatque sanguis, quem super mortuorum pullorum vulnera insillat, qui sic vitæ restituntur.

Quæ sic ipse explanat.

Sic Dominus noster Iesus Christus, cuius latus lancea aperuit, continuoque sanguis & aqua exiit, super mortuos filios, hoc est, Adamum, & Euam, ceterosq; Prophetas, & super omnes mortuos sanguinem suum fudit, vniuersumque Mundum illuminauit, & per triduanam sepulturam, ac resurrectionem suam, ad vitam illos reduxit. Quapropter per Prophetam dixit: Similis factus sum pellicano solitudinis.

Pelicanus, quem Plinius platam, Cicero plateam, Hieronymus, & Eucherius onocrotalum vocant, mirificè Christi pietatem, & miserationem in nos, uti in filios, demonstrat. Sunt autem plurima argumenta illius miserationis. Primum illud est, quod cum nidificet auis ista in scrobe in terra, aucupesq; id scientes circumlinitu prius stercore nidum igne succedant, ipsa fumum prospiciens, pullis suis timens, & de eorum salute sollicita, posthabito proprio periculo, suismet alis nititur ignem extinguere; verum non modò non extinguit, sed alarum suarum ventilatione magis incendit, vnde exustis alis ipsa quoque capitur. En pelicanus noster Christus, qui in scrobe, in cruce nidu suum extruxit, at nidus hic circumlinitus fuit stercore peccatorum, quia peccata Mundi Christus tulit, ob idq; igne diuinæ iustitiæ eum succensum cernens, nobisq; prospicere exoptans, alis obedientiæ & humilitatis, nam humiliavit semetipsum factus obediens vique ad mortem; ignem hunc enixus est extinguere, at ipse in eo exustus est, quia mortuus est, & sepultus. Aliud verò pelicani in filios pietatis argumentum est, quod cum aliunde filijs alimenta exhibere non potest, esculenta, quæ prius ederat, & quæ in eius substantiam conuertenda erant, euomit. Christus autem nedum commutandos in illius substantiam cibos, sed seipsum, propriam carnem & sanguinem nobis præbuit in cibum, & potum. Qui manducat meam carnem, & bibit meum sanguinem, &c. Verum ut ad propositum ab Epiphanio pietatis exempli descendamus, pelicanus adeo proles est amans, vt pullos, quos femina frequentibus, ac nimis osculis sauciarat, vel necarat (quod auctore Alberto, ipsi cum adolescunt, rostrorum ictibus faciem eius percutiant) siue, ut auctor est Hieronymus in Epistola ad Præsidium, quos serpentes interfecerant, ipse mastriduo eos lugens, & postea percussio latere suo, ac terebrato, profluentis copia sanguinis curatis vlnibus, ad vitam reuocet. En proles humana, nidus paradisi ille terrestris; pulli, primi illi conditi parietes; hos natura ipsa humana, quasi osculis, & blanditijs sauciat, quoniam fragilitate concupiscentiæ illecti deliquerunt; vel serpens, idest, Diabolus insidiator, de quo scribitur, Et serpens erat callidior ceteris animalibus, virulenta lingua mendaci necauerat. En postea mas pelicanus, Christus noster verè filius hominis, humanæ scilicet naturæ sponsus (tunc enim connubium cum ea contraxit, cum in utero virgineo humanitate sibi copulauit) cum filios triduo luxisset, tẽpore videlicet innocentia, naturæ, & legis, tandẽ homo factus seipsum ad crucem obtulit, seipsum vulnerauit, atq; confodit; Oblatus enim est, quoniam ipse voluit, suoque sanguine pullos viuificauit, pristinaque restituit iustitiæ vitæ. Pulchrè igitur, & accomodate pelicanus pietatis in filios Aegyptijs etiam theologis symbolu fuit. Pulchritus autem, & accommodatius supra crucẽ vbiq; pelicanus filijs uitã impertiens pingitur, cum pelicanus exemplar sit pietatis, & miserationis Christi in genus humanum.

Perdix calliditatis sanctæ exemplar.

De his simul colloquebantur hi Patres, cum ab illis inspecta est perdix.

BASILIVS autem statim de illa hæc protulit.

Callida volucris astuta, ac zelotypa perdix est, malitiosq; cum venatoribus in præda agit.

EPIPHANIVS verò adiecit.

Perdix proles secunda est: constructo enim nido singulis diebus oua parit; nec verò proprij ventris sufficit illi

Psal. 110. Pelicani in filios pietas.

Ioan. 6. Pelicanus femina, quare filios interficiat, & quid significet.

Gen. 9.

Isa. 53.

Hex. Ho. 8.

In Physiol.

illi fetus, verum aliarum auium discurrens suffuratur oua, & ad nidum suum illa desert. Et post. Sic tu spiritualis homo, si multas feceris elemosynas, ne tibi satis esse putes, sed ad alia præcepta festina, & nidum tuum abundè imple, hoc est, cor tuum expia, & te aduersus contrarias potestates valde muni.

Consimilia de perdice tradit Hieronymus: Isidorus Etymologiarum libro duodecimo: Augustinus contra Faustum. Calliditatem hanc perdicis trahere in malum, & bonum sensum possemus. Origenes in Hieremiam, eius nomen refert ad Diabolum, eiusque ministros hæreticos. Philastrius in præfatione libri de Hæresibus, eius exemplum traxit ad hæresiarchas, & impiarum doctrinarum disseminatores. Sed nobis liceat cum Epiphanio, ad rectum sensum perdicis mores trahere. Perdix auis est adeo fecunda, prolesque emulatrix, ut in hoc nulla ei sit comparanda. Clearchus apud Athenam ex duabus perdicibus in Anaphen (hodie Namphio) insulam illatis, tantam prolem genitam narrat, ut incolæ de insula relinquenda consuluerint. Adeoque proles est amatrix, ut non tantum sua foueat oua, sed aliena quoque suffuretur, ut amplioem filiorum copiam procreet. Quis igitur perdix est, nisi Christicola ille, qui sanctorum operum multiplicitate lætatur, atq; adeo huius proles spiritualis est emulatrix, vt non tantum opera à se producta foueat, & viuificet, sed sanctis etiam proximorum operibus solertia & diligentia sua adeo auxiliatur, tum uerbo, tum exemplo, ut ad uitam, nempe ad perfectionem sua calliditate, uel potius charitate perducatur, & quamquam fetus, & pulli illi sui non sint, sed ad parentes proprios euolent, ipsum attamen industria & charitate sua, qua illos fouit, illustre sibi meritum comparasse non est dubitandum.

Pauo exemplar mundana, et spiritualis gloriæ.

EPIPHANIVS, de pauone celeberrima alite cum Basilio uix dixisset: ornatus, & elegantia amator pauo, polituraque studiosus, & Ambrosius ferè contempsisset, ista protulit.

Pauo inter omnes volucres auis est iactabunda, corporis enim forma atque alis pulcher est. Cum ambulat, se ipse letitia exultans intuetur; dimittit verò caput, & in terram oculos conijcit, cum autem suos conspiciat pedes, grauius vociferatur, scilicet quòd illi ceteris corporis sui partibus non respondeant.

Hæc verò sic ipse interpretatur.

Tu igitur spiritualis homo, præcepta & bona tua videns, delectare, & exulta: cum verò pedes, idest, peccata aspexeris, vociferare, & coram Deo desle, atque odio habe peccatum, quemadmodum & pauo pedes, vt sponso iustus appareas.

Gloria, fastusq; duplex inter mortales spectatur. Alia est enim gloria, qua homo inflatur rebus sæculi prosperis. Alia, qua tumescit rebus spiritualibus. Vtrunque fastum pauo apprimè significat. Pulcherrima auis est pauo, eiusque pulchritudinem, atque phylautiam egregiè demonstrant inter Ethnicos Aristoteles, Plinius, Aelianus, Oppianus, & alij huius argumenti scriptores: Et inter nostros præcipuè Tertullianus libro de Pallio, uocibus quidem abstrusis, sed rectè explicatis à Iacobo Pamellio in Scholijs, iactabunda igitur hæc auis cum se spectari conspiciat, maximè preciosas gemmas cauda aperit, artificioseque ostentat, & inflatur, ac turget; sed cum pedes inspicit, gemit statim, ac stridet. Quo enim symbolo hominis inanis gloria aptius referari poterat? Tumescit homo sæpe animi, corporisque dotibus, fortunæ etiam muneribus turget: sed ubi ad pedes oculos demittit, ad mortis terribilem memoriam, eius consideratione excruciat, & stridet. Quo etiam euidentiori simulachro spiritualis uanagloria manifestari quibat? Spiritus scilicet homo donis celestibus, uitæque probitate cœlitus sibi elargita interdum extollitur. Verum ut pedes sordidos respicit, affectum uidelicet, somitemue non mortificatum, pedes inquam illos, de quibus Dominus, Qui lotus est, non indiget, nisi ut pedes lauet; nempe inquinamenta, sordesque fomitis tergat, quæ nullo lethifero scelere infectos interdum polluunt; gemit certè poenitentia, uociferaturque oratione, quòd puram, innocentemque sibi præscriptam uitam non fuerit sectatus.

Charadry intuitus typus est inspirationis diuinæ.

EPIPHANIVS adhuc silentibus alijs, de Charadrio adijciebat.

Esst 2 Est

Cap. 7. Lib. 13. Hom. 4. Perdix calliditas in bonum & malum sensum trahitur.

Perdix Christicola indicat multiplici bonorum operum incumbentem.

In Physiol.

Gloria inanis duplex.

Io. 19.

In Physiol.

Est avis charadrius dicta, quam Physiologus ait albam esse totam absque ulla prorsus nigredinis nota. Porro si quis morbo laboret, sitque hominis aegritudo lethalis, prospectum suum charadrius ab illo auertit: Sin vero morbus vice securitatem promittat, tunc charadrius in agrum intendit visum, & vicissim aget in charadriam.

Quæ sic declarat.

Sic Christus Dominus noster candidus est totus, absque ulla mundana nigredine, qui à reprobis vultum suum auertit: in sanctorum autem faciem respicit: Age, quomodo (inquit) cum charadrius impura sit avis, per sonam Christi sustinet? impurus quidem est & serpens, quem tamen in testimonium adduxit Christus, dicens: Quemadmodum exaltauit Moses serpentem in deserto: ita exaltari oportet filium hominis.

Ioan. 1.
Lib. 11 ca 11

lib. 18.

lib. 30. cap. 3.

Christus, ut Charadrius, eiusque in uisus quam ualidus.

Io 8.

Luc 22.

Zac. 1.

Charadrius, quam inter nocturnas aues enumerat Aristoteles, & colore, uoceque praua pollere tradit, auis est singularis, & celebris, atque ut Albertus testatur, albedine tota conspersa. Albertus, & recentiores, charadrij prospectum regio morbo laborantibus prodesse tradunt, Aelianus, cui & Suidas sub uerbo Icteros, & Aristophanes, & Heliodorus in Aethyopica historia astipulantur, nictatione sua ictericum sanare edocet, quanquam Plinius ictero aliti id adscribat. Physiologus attamen prospectum charadrij ab aegrotante auersum, lethalem aegritudinem demonstrare, lætabundum uero immisissum, uitæ securitatem portendere. Sed quid nobis hæc indicant? Charadrius auis candida Christus est, candidus ille, & rubicundus, candidus ex puritate, rubicundus ex charitate, candidus, inquam, quia nulla denigratus labe peccati. Hic in peccatores quandoque respicit, & ubi non reciprocum conspiciat obtutum, faciem auertit. Et quis est intuitus Christi, nisi ipsa à peccato euocatio, quam per conscientia synderesim, per beneficia imperita, per tribulationes illatas, per inspirationes infusas, per uerbum Dei sæpe sapius efficit? At ubi improbos in se uicissim non respicere comperit, aciemque mentis à se auertere, & ipse suam auertit, ex qua repente sequitur lethalis aegritudo, mortifera nimirum anima infirmitas, iuxta illud: Ego uado, & in peccato uestro moriemini. Ast ubi reciprocum aduertit peccatoris intuitum, cum uidelicet impius Dei uocationi assentit, mox uitæ securitatem pollicetur. En illud exemplum clarissimum. Respexit Dominus Petrum, & egressus fletu amare, respexit certè inspiratione, sed & Petrus in ipsum aciem intendit. Quapropter percussus à fulgente radio gratia, festinauit ad poenitentiam. Hinc & illud: Conuertimini ad me, & ego conuertar ad uos.

Picus Diaboli fraudolentiam denotat.

In Physiol.

EPIPHANIVS adhuc præcitato libro, & loco.

Picus auis est varij coloris, quemadmodum & Diabolus versipellis est; nemoris fruteta ingreditur, rostroque petit, aurem uis admonens, quod si siderata, inanis uel arbor fuerit, illam excidit, atque excisam occupat: verum si solidam deprehenderit, intactam relinquens, auolat, atque aliam inuadit. Et Post. Non aliter Diabolus syluam, naturæ uidelicet humane intrat, atque in arboribus consistit, hominis inquam cor ad inonestam traducens, ferit, atque attentè obseruat. Si itaque hominem esse inualidum, atque excordem animaduertat, ipsum inuadit, & in eo nidum suum construit: quod si firmo, integroque esse corde sentiat, fugit statim, & ad alios accedit.

Picus, quem alij arboricidam, seu roborifecam, uel lignipetam appellant, paruulus est, uariatus, id est, uariatus, & pictus. Et huius generis alij sunt uirides, alij cinerei, alij diuersorum colorum. Et quemadmodum pennis est uersicolor, ita etiam natura astutus, & callidus. Et quid nobis aptius indicat, quam Dæmonem ipsum, qui uaser est, & callidus, & maximè in hominum exitium? Mos igitur est picis nemora ingredi, ramos petere, & quos imbecilles inuenerit, recidere, nidumque in eis construere. Porro sylua est natura humana, arbor unusquisque homo, hos perlustrat Dæmon, atque si quem inualidum, excordemque animaduertit, nempe fide nutantem, uel uitæ gratiæ expertem, inuadit profectò, atque ad mortem spiritus illum adducit, nidumque in ipso collocat: Iuxta illud; Et ingressi habitant ibi, & fiunt nouissima hominis illius peiora prioribus. Arbor consimilis fuit tumidus ille Assyriorum rex, quem Ezechiel frondosa, ac proceræ Libani cedro comparauit, in cuius ramis nidificasse omnia altitia Cœli, & sub cuius umbriferis frondibus peperisse omnes bestias tradit: ut lepidè exponunt Hieronymus, & alij. Consimile fuit & cor Iudæ, in quod Diabolus intrauit, &c.

Luc. 11.

Ezech. 31.

Ex

Ex diuersis plurium alitum moribus plura documenta.

Anima edocta à Patribus, dum ipsi aliquantulum conticecerent, ex altitium, tum memoratarum, tum non memoratarum natura, & moribus, alia documenta sic excerpere studiosè contendeat.

Ciconia, ut oua à noctua perpetuò pullis suis infensa defendat, platani folio nidum cooperit. Qui igitur opera Christiana platano, nimirum humilitate obtexerit, à Demonum irrisionibus, seu fascinationibus facilè ipsa tuebitur, ac liberabit.

Ciconiæ bellum cum serpentibus assiduum est, sed cum ipsos insectatur, tandiu capita uenenum uomentia alis reijcit, donec in collo eos apprehendat, atque occidat: Et anima, cum vitijs, affectibusque terrenis, humi ut serpentes repentibus, bellum habet; tandiu igitur alis meditationis incumbat, quandiu rapta anima ad cœlestium amorem concupiscentiæ ardorem elidat, atque uitia conterat.

Grues illæ, quæ pro cæteris euigilant, ut excubias tota nocte persoluant, non quidem ut reliquæ dormiunt capite subter alas condito, sed extento, lapillumque pede sustinentes uigilant, ut si aliquando somno corripiantur, ex lapidis cadentis strepitu, rursus ad uigiliam excitentur: Ita anima, cui uigilare perpetuò hac in uita conuenit, non sensus declinet in delicias, sed Christum ipsum lapidem uiuum altero teneat in pede, in affectu nimirum, ut si fortè dormitaret anima, lapillo isto cadente, nempe gratia, ipsius se subtrahente, statim ex conscientia remorsu expergefiat, & resipiscat.

Grues, dum in sublime uolant, lapidem in pede gestant, ut ipsius lapsu explorent, an super terram, an super mare uolent. Volitans ad Cœlum anima, quandoque in innocentia, quandoque in uoluptate uitam ducit. Christi igitur uitæ exemplar, mente teneat semper, ut ex eius consideratione, innocentiam, seu impuritatem suam agnoscat.

Si perpetuam synderesim corda prauorum excruciantè describere quis uellet, quod nam excogitare posset accommodatius symbolum, quam uulturis Titij cor vorantis exemplum? Tunditur siquidem perpetuò synderesi peccator, & quasi à serpentibus discerpitur, cum timet, pauetque nouissima illa, quorum memoria nil acerbius, nil horribilius.

Perdix moræ impatiens, ouum ut incubatione aperiat, non expectat; sed perforato ouo erumpit, atque ubi caput exeruit, cum cortice difficulter cibum nanciscitur, uitamque profert: Ita impatiens, quod opus suo tempore perfici non sustineat, sæpe in discrimina ardua exoptatum opus redigit.

De nocturnis auibus.

In iucundis admodum colloquijs tantum fuerat tēporis absumptum, ut penè iā rueret Sol, luceque sua oppositum illustrabat hemisphærium, hoc nostrum tenebris offusum relinquens.

AMBROSIVS tunc cæteros sic est allocutus.

Sed quid hoc est? Dum sermonem producimus, ecce iam & nocturna aues circumuolant, & in eo ipso, in quo finiendum sermonem admonent, sui quoque assumendam commemorationem producunt. Repetunt diuersæ aues auaritia sua, quas vesper nocte cogit decedere, & se in latibulis suis abdunt, canoro occasum diei carmine prosequentes, ne immunes abeant gratiarum actionum, quibus creatorem suum omnis creatura collaudat. Habet etiam nox carmina sua, quibus uigilias hominum mulcere consuevit, habet & noctua suos cantus.

Hexa. lib. 5. cap. 24.

Vita labores lusciniæ exemplo dulciter tolerandi.

BASILIVS quam sit indefessa in cātu lusciniæ, breuissimè sic tradebat.

Hex. Ho. 8.

Consideres uelim, ut cum ouis incubat lusciniæ, uigilet, totaque non cesset canere nocte.

AMBROSIVS aliquantò fusius idem ostendebat.

Hexa. lib. 5. cap. 24.

Quid autem de lusciniæ dicam, quæ peruigil custos, cum oua quodam sinu corporis & gremio fouet, insomnè longè noctis laborem cantilena suauitate solatur, ut mihi uideatur hæc summa esse eius intentio, quo possit non minus dulcibus modulis, quam fori corporis animare in fetus oua, que foueat. Hanc imitata tenuis illa mulier, sed pudica, in rsum mole lapidem brachio trahens, ut possit alimentum panis suis paruulis non deesse, nocturno cantu mæstum paupertatis mulcet affectum. Et quamuis suauitatem lusciniæ non possit imitari, imitatur tamen eam sedulitate pietatis.

Con-

Condidit Deus hominem in voluptatis paradiso, ut tantum contemplationi Dei in-
cumberet, subministrante illi natura, absque ullo eius labore vel industria, cuncta, quae
ipsi forent ad alimoniam necessaria, siue opportuna. Verum ex quo protoparentes lapsi
sunt, sententia lata est: In sudore vultus tui vesceris pane tuo. Contigitque mox, ut
graue iugum sit super filios Adam a die ingressus eorum ad diem exitus; quoniam ho-
mo nascitur ad laborem, & auis ad volandum. Nullus igitur laborumque stemmatis,
seu opulentiae sit, laboris erit expers. Porro duplex laborum genus, aliud corporis,
aliud animae: illo grauantur rudes, hoc insigniores; sed quanto delicatior est animus,
tanto grauior, ac molestior est animi defatigatio, quam corporis. Vescuntur enim pane
suo tum pauperes, tum reges, tum principes nobiles, tum caeteri, in sudore vultus sui.
Coloni in sudore huius vultus externi, qui oculis corporis conspici potest. Nobiles in
sudore vultus interni. Sudor corporis est excrementum ex venis, sanguine nimia at-
tritione succenso, a labore profiliens: & sudor animi est moeror, tedium, sollicitudo,
seu dolor ex angustia proueniens cordis, crebris passionibus lacerati. Sed quid? No-
ctis huius, nostrae inquam miserrimae vitae, labores cum suauitate luscinae cantilenae te-
perandi sunt, ac mitigandi. Sed quo pacto id effici poterit? Luscina dum ouis incu-
bat suis, in eisque viuificari pullos agnoscit; dulciter modulatur, secus uero, si foetu va-
cua oua praesentit, timore, & lassitudine acta; Auscultato id attentè: Qui rerum terre-
narum oua, seu opera fouent, sollicitudineque sua, ac solertia dignitates, diuitias, uolu-
ptates adipisci student, hi suauiter modulari non possunt, quia ibi hilaritas deficit, ubi
lassitudo viget, & timor. Labores profecto circa terrena homines fatigant adeo, ut
fessi dicere queant: Ambulanimus vias difficiles, lassati sumus in uia iniquitatis: pauere
autem ipsis innatum est, quod timore semper angantur, & cum Apostolis sapius con-
querantur; Praeceptor per totam noctem laborantes nihil cepimus. Nihil enim sunt hae
ludicae res. Aspexi terram, & ecce vacua erat, & nihil. Et si aliquid sunt, quid sunt?
Vmbra sunt & umbra inanis, umbra labilis, umbra enanida, umbra fallax, adeo ut ceteri
aliquid complecti credunt terrenarum rerum amatores, in umbras duntaxat laetales,
ac fugitias manus se extendere cernant, & erubescant. Quapropter hi, cum lassati sint,
& nil capiant, modulari cum luscina nequeunt. At uero qui oua fouent plena, nempe
qui caelestia affectant, & quaerunt, hi nunquam lassantur, quia iugum Christi, iugum
suaue est, & onus eius leue, & certiores redduntur, se exoptatae laborum suorum merce-
dis, aeternae nimirum beatitudinis compositos fore. Quamobrem cum luscina canunt,
dulcisque ipsis sit labor, & in somnem noctis huius labore cantilenae suauitate solantur.

Sapientes saeculi noctuae similes.

BASILIVS de noctua hac proferebat.

Habes in tenebris ea volucrum genera, quae non nisi noctu vagantur, sibi que victum acquirunt in luce, ea
qua interdum volitant. Vespertilio enim, noctua, vlula, caeteraque id genus, nocturno tempore, non die
pabulum querunt, ut tibi si unquam te non occupet somnus, morula etiam in ipsis, & quae peculiariter ipsis
insunt considerandis, ad gloriam dicendam creatori sufficiat.

AMBROSIVS prolixiori oratione noctuae tum mores, tum eius alle-
goriam edissererebat.

Noctua ipsa, quemadmodum magnis & glaucis oculorum pupillis, nocturnarum tenebrarum caligantem
non sentit horrorem: & quod fuerit nox obscurior, eo contra usum auium caeterarum inoffensos exercet volatus.
Exorto autem die, & circumfuso splendore Solis, visus eius hebetatur, quasi quibusdam erret in tenebris. Quid
iudicio sui declarat esse aliquos, qui cum oculis habeant ad videndum, videre non soleant, & visus sui officio
suis fungantur in tenebris. De cordis oculis loquor, quas habent sapientes Mundi, & non vident, in luce ni-
hil cernunt, in tenebris ambulant, dum Demoniorum tenebrosa rimantur, & Caeli alta se videre credunt, de-
scribentes radio Mundum, mensuram aeris ipsius colligentes. Porro autem a fide deus perpetuae cecitatis tene-
bris implicatur, habentes in proximo diem Christi, & lumen Ecclesiae, & nihil videntes aperunt os, quasi
scientes omnia, acuti ad vana, hebetes ad aeterna, & longa disputationis anfractu prudentes, inscii propria in-
scitia. Caecitatem itaque dum cupiunt subtilibus euolare sermonibus, quasi noctuae in lumine euasuerunt.

Noctua humana sapientia praedictorum elegans est symbolum. Noctua enim acie
sua acutè prospicit in nocte, & adeo peruigil est, ut ferè noctem in somnem duceat. Ita
sapientiae huius professores, ut in pluribus, acutissimi sunt ingenij, in latebris naturae
uersan-

Gen. 3.

Laborum du-
plex genus.Labores dul-
citer ferre &
canere cum
luscina qui
possunt.

Sap. 5.

Luc. 5.
Hier. 4.

Hex. Hom. 8.

Hex. lib. 5.
cap. 24.

versantes, & lucubrandi, contemplandi que munus potissimum in nocte, quod silentio,
& quieti sit aptior, peragentes. Vnde & noctua Mineruae Deae sapientiae apud Vates hie
roglyphicum erat. Verum sapientum huius saeculi vanitatem ex noctuae natura eliciunt
ingenuè Patres nostri. Quemadmodum enim noctua nocte, atque in tenebris acutè
prospicit, nil caligantem timens horrorem, exorto autem die, & coruscante Sole, visus
eius hebetatur, atque non mediocriter offuscatur: Ita saeculi sapientum mens ad ina-
nium rerum, naturaliumque cognitionem acutissima, solertissimaque est; sed ubi de coe-
lestibus, atque de fidei nostrae dogmatibus inuestigatio exquiritur, fit hebes, caligineque;
quadam oppleta. Noctua suo apparatu, oculorumque; nictatione, atque capitis gesticu-
latione auiculas simplices illudit, atque illectas carpit, & euiscerat. Ita sapientes Mundi
orationum apparatu, inanibus suis speculationibus, simplices decipiunt, saepeque eor-
um substantias diripiunt. Ceterum sapientia huius Mundi stultitia est apud Deum, &
ex legis praeepto noctuam comedere prohibitum erat, quod haec sapientia nobis inter-
dicta sit, cum scientiarum humanarum fastu plurimum gloriatur, Evangelicam autem
claritatem ferre non possit. Pauceat multum fidelis cum his saeculi sapientibus versari,
eorumque doctrinis lactari, ne ipsi tadio res nostrae fiant. Noctuae oua leuiter cocta,
si alicui forbenda propinentur, abstemium ipsum facere, atque vini odium in ipso pare-
re, tradit Philostratus. Certè qui sapientiae Mundi lac fugit, & eius gustu quoquomo-
do ofuscatur, mox vini iucunditatis, sacrae, inquam, Scripturae, & nostrorum dogma-
tum odor euadit, & hostis, neque ex ipsis delectationem capere, nisi cum ingenti dif-
ficultate poterit.

Noctua etiam Christi erga Gentiles miserationem significat.

EPIPHANIVS aliam ex noctuae natura eliciebat allegoriam.

Ait Psaltes; Factus sum sicut nycticorax. Physiologus igitur auem esse dicit amantem magis tene-
bras, quam lucem.

Hac sic ipse explicat.

Sic Dominus noster Iesus Christus dilexit nos sedentes in tenebris, & in umbra mortis, hoc est, Gentium
populum amavit magis, quam Iudaeos qui olim adoptionem, repromissionemque in patre habuerunt. Quam-
obrem Saluator dixit; Noli timere pusillus grex, quia complacuit patri vestro dare vobis regnum. Dies, im-
pura auis est noctua: atqui Saluator per Apostolum dixit, eum qui non nouerat peccatum, pro nobis pecca-
tum fecit; humiliavit seipsum, ut exaltaret nos: Factus est omnia, ut omnes saluos faceret.

Ad bonum sensum, elegantemque allegoriam Epiphanius nycticoracis exemplum
trahit, & non inepte. Quemadmodum siquidem amatrix est noctua tenebrarum po-
tius quam lucis, ita Christus Gentiles magis dilexit sedentes in tenebris, & umbra mor-
tis, quam Iudaeos in luce legis gradientes. Gentes fedebant, quia non mouebatur Gen-
tilitas ad aliquod supernum bonum: sedebat in tenebris, quia premebantur caliginosa,
& profunda nocte; Deum enim ignorabant, Deosque inanes colebant, nec lumine ali-
quo illustrabantur coruscante, sed eis exiguum duntaxat, pallensque; naturae lumen effulge-
bat. Iudaei uero incedebant ad terram promissionis, & ipsis coruscabat lex, & Moses,
tanquam nubes lucida eis iter demonstrans. Ceterum nycticorax apparuit in nocte;
Christus scilicet in obdensori tenebrarum ignorantia, quoniam dum medium silen-
tium tenerent omnia, &c. & inter tenebras, inter Gentiles versari maluit: Habitantibus
in tenebris lux orta est eis. Oculi siquidem noctuae in tenebris splendent, & Christus
fuit lux illa, quae Mundum illuminauit, iuxta illud: Lux erat, quae illuminat omnem homi-
nem, &c. Augustinus Enarratione in Psalmum centesimum primum, Christum pariter
nycticoraci comparat.

Haeretici vespertiloni comparantur.

AMBROSIVS de Vespertione hac subnectebat.

Vespertilio animal ignobile, a vespere nomen accepit. Est autem volatilis, eademque quadrupes, & den-
tibus vitur, quos in alijs auiibus reperire non soleas. Parit ut quadrupedia, non oua, sed pullos viuentes. Vo-
linat autem in aere auium more, sed crepusculo vespertina consuevit offundi. Volitat autem non aliquo pen-
narum, sed membranae suae sulca remigio, quo suspensa velut pennarum volatu circumfertur atque vegetatur.
Habet

Sapientu sa-
culi conuer-
satio pericu-
losa.

In Physiol.

Luc. 12.

Christus ut
nycticorax.

Io. 1.

Hex. li. 5. c. 24.

Habet & illud hoc vile animal, quod sibi inuicem adherent, & quasi in speciem botri ex aliquo loco pendunt: ac si se ultima quaeque laxauerit, omnes resoluuntur. Quod fit quodam munere charitatis, quae difficile in hominibus huiusmodi reperitur.

Attende miras heretici cum vespertilionum similitudines ex D. Ambrosij doctrina excerptas. Vespertilio animal ignobile est; ignobilis haereticus, qui a profapia Christi declinavit. Ille volatilis, & quadrupes, ambigitur enim adhuc, an auis sit, an mus, ipseque in fabulis gallo finxisse se esse murem, feli vero auem traditur; & haereticus cuius clafsis sit, ignoratur, an Christianus, an paganus, seu Maumetanus, vel quouis altero infidelitatis genere imbutus, cum nullam religionem sectetur, sed ipse sibi talem effingat, quale vel ingenij sui incostantia, uel carnis petulantia exposcit. Vespertilio dentibus utitur, cum ceterae aues rostro cibum vix fractum deglutiant; haereticus fidei articulos, sacraeque dogmata iudicio humano, atque ingenij sui examine vult triturare, vbi ceteri fideles simplici quadam adhaesione, fidem eis adhibent. Volitant vespertilioes praecipue in crepusculo; haeretici huc, & illuc latenter peruagantur, ut decipiant; nam qui male agit, odit lucem. Volitant illi non pennarum, sed membranae suffulti auxilio: credunt isti, edocentque, non quae ratio, & veritas subministrat, sed quae carnis libertas (nam membrana carnis pars est) suppeditat. Sibi inuicem coherent vespertilioes ore & pedibus simul coplicati, & quasi in speciem botri ex aliquo loco pendunt; sed facile dissoluntur: nexus est maximus inter haereticos, & quanquam in doctrina sepius non conueniant, haereticum attamen haeresi conglutinant, sed facile veritate declarata euanescent. Mamilas habent vespertilioes humanis similes, quibus pullis lac praebent, quod Ecclesiae pietatem, qua suos alit fideles, imitari student, ut decipiant. Ediscant igitur Catholici horrefcere talia volucrum genera, nec cum ipsis cibum sumere, foedant enim omnia, & eorum foetore cuncta inuisa redduntur.

Inspirationis sanctae effectus in galli cantu praecipue demonstrantur.

Io 3.

Hexa. lib. 5. cap. 24.

AMBROSIVS adhuc inceptum sermonem prosequitur.

Est etiam galli cantus suavis in noctibus, nec solum suavis, sed etiam utilis, qui quasi bonus cohabitator dormientem excitat, & sollicitum admonet, & vianem solatur, processum noctis canora significatione proteflans. Hoc canente, latro suas relinquit insidias. Hoc ipse lucifer excitatus oritur, celumque illuminat. Hoc canente, maelitiam trepidus nauta deponit, omnisque crebro vespertinis flatibus excitata tempestas & procella mitescit. Hoc canente, deuotus affectus exilit ad precandum, legendi quoque munus instaurat. Hoc postremo canente, ipsa Ecclesia culpam suam diluit, quam priusquam gallus cantaret, negando contraxerat. Istius cantu spes omnibus redit, agris leuatur incommodum, minuitur dolor vulnerum, febrium flagrantia mitigatur, reuertitur fides lapsis, Iesus titubantes respicit, errantes corrigit. Denique respexit Petrum, & statim error abscellit: pulsa est negatio, secuta confessio. Quod non fortuito accidisse, sed ex sententia Domini, lectio docet. Sic enim scriptum est, quia dixit Iesus ad Simonem; Non cantabit gallus priusquam ter me abneges. Bene fortis in die Petrus, nocte turbatur, & ante galli cantum labitur, & labitur etiam tertio, ut scias non inconsulta effusione sermonis esse prolapsus, sed mentis quoque mutatione turbatum. Idem tamen post galli cantum fit fortior, & iam dignus quem Christus aspiciat. Oculi Domini super iustos. Agnouit venisse remedium, post quod iam errare non posset: & in virtutem ab errore mutatus, amarissime flevit, ut lacrymis deleteret errorem.

Matth. 26.

Psal. 33.

Gratia praeniens quam valida.

Cant. 4.

Quae & quanta, quamque singularia beneficia nobis conferat inspiratio sancta, gratiae praeniens effectus, ex his, quae de galli cantu tradit Ambrosius, depromi potest. Gratia praeniens a Theologis nuncupata, ipse est Christi intuitus, quo respexit Petrum post galli cantum. Haec adeo uiuida, & efficax est, ut penetret vsque ad diuisionem animae & spiritus. Cum siquidem anima inferior sit pars, spiritus autem superior, si quandoque contingat, ut anima irretiat spiritum, caroque animam fascino, vbi primum ista aduenierit gratia, continuo dissoluit spiritum ab anima, ipsumque excitat, ut secum animam a carnis illecebris solutam ad superiora trahat. Haec est vulnus, de quo sponsus: Vulnerasti cor meum in uno oculorum tuorum. Ceterum gratiam hanc galli cantus, diuina utique, inspiratio annuntiat, atque in nocte peccati non solum suavis, sed etiam utilis est, mirificosque in nobis parit effectus, his consimiles, quos galli cantus Mundo praebet.

Vidit Deus, quod bonum.

- a. Bona certe homini vbertas piscium, & auium.
- b. Quia sanctis aduersantia eorum auget meritum.
- c. Igitur Deus tantum mentibus, quae bona sunt, benedicit.

Moraliter.

Inspiratio sanctae & galli cantus effectus conferuntur.

praebet. Galli cantus dormientes excitat, & inspiratio somno prauitatis sepultos expurgat. Galli cantus viatorem admonet, ac spe aduentantis aurorae consolatur; & inspiratio hominem ad Caelum pergentem, ne ab itinere desistat, saepe commonet, breue omnino esse tempus demonstrans. Gallo canente, latro suas relinquit insidias, & inspiratio ne adueniente, Daemone, cuius ars est animas furari, machinationes dissoluuntur, & irritantur. Post galli cantum lucifer oritur, quem lux Mundum collustrans mox insequitur; inspiratione illapsa, gratia praeniens adest, quae iustificantem, atque coadiuuat gratiam antecedit. Cantante gallo maelitiam nauta deponit, quoniam excitatam tempestatem matutinis flatibus sedandam sperat. Anima, quae hoc corpore, quasi nauis, ad littus terrae supernae nauigat, inspiratione maxime laetatur, tunc enim tribulatione, seu Dei indignationem ob crimina furentem mitigandam fore confidit. Canente gallo surgunt mortales, & ad sua obeunda munera redeunt. Vnde deuotus exilit ad precandum, studiosus ad legendum, artificesque omnes ad opera sua exeunt. Inspiratione accedente spiritus noster fit deuotus, intellectus perspicax, & affectus ad opera spiritus fatiganda promptus. In galli cantu agris leuatur incommodum, febrium flagrantia mitigatur, minuitur dolor uulnerum: Ita ubi superuenit inspiratio peccatoribus, statim delictorum onus, penarum timor, concupiscentiarumque ardor mitigantur spe veniae, tum culpa, tum poenae, & compressionis fomitis. Sed mirificum est, quod Petrus, non bis, sed ter ante galli cantum lapsus, mox ut ille cantauit, a Christo respici meruerit, unde ipsi salus aduenit. Galli igitur cantus praecipua est salutis ianua, inspiratio enim hominem ad bonum excitat, totaque ei ac tanta confert munera, & beneficia.

Iam atra nox superuenerat, cum Patres sibi inuicem uale dicentes, discesserunt; alteraque die redire sponponderunt, ut etiam animantium uenationi interessent.

a. Bona certe homini vbertas piscium, & auium.

Incunditates, utilitatesque nonnullas, quas ex piscibus, & auibus haurimus, breui certe oratione ego recensere, ut sagax & alta lectoris mens ad caeteras contemplandas euertatur. Vidit quod bonum. Mirifica est ubertas piscium, & auium, quae Mundum tam praecclare exornat, ipsis enim tanquam gemmis undique rutilantibus, Vniuersum insignitur. Bonum itaque est vbertas ista, quoniam potentiam, sapientiam, misericordiam, & iustitiam Dei patefacit. Quodnam siquidem reperiri potest praeclearius immensae illius potentiae monumentum, quam ingentes illae, & vastae piscium moles, quae montibus aequantur? Quodnam ipsius sapientiae clarius argumentum, quam piscium, & alitum diuersae species, formae, figurae, diuersos ferentes mores, naturas, studia, concubitus, partus, conuentus, secessus? Quodnam misericordiae illius euidentius testimoniū, quam noxia cuncta, atque in hominis exitium parata, in profunda mariū, siue in deserta & imperuia loca relegasse? Quodnam iustitiae illustrius exemplū, quam ea omnia, quando lubet, ad ulciscenda crimina, & flagitia armare, & commouere? Bonū utique, & ingens bonū est piscium & alitum copia, quoniam plurimam tum iucunditatem, tum utilitatem homini conferunt: iucunditatem, inquam, Quid nunc iucundius oculis, quam insignes adeo, & praestantes formas, speciesque tum alitum, tum piscium spectare? Quid iucundius auribus, quam noctu & diu catilenas, modulationesque, & garrulas auium inter frondescentes ramos canentium decertationes audire? Quid iucundius gustui, quam uarias, & infinitas ferè saporum suauitates in ipsis exugere? Utilitatem praeterea ingentem afferunt, quoniam aues & pisces nobis suppeditant vberem alimoniam, opportuna idumerta, repestiua medicamenta. Nec tantum corpori, sed animae praesunt; quae nunc sunt nobis bona, & utilia, ad rependendas Deo laudes nos alliciunt; perniciofa uero puniunt, exercet, & deterrēt.

Piscium & alitum uarietas potentia, sapientia, misericordiam, & iustitiam Dei indicant.

Piscium & auium uarietas incunda & utilis.

ttt puniunt

puniunt quidem, ut culpas præteritorum peccatorum deleamus; terrent, ut à futuris abstineamus; exercent, ut meritum augeamus.

b. Quia sanctis aduersantia eorum auget meritum.

ORIGENES Homilia prima in Genesim.

Et vidit quia bona sunt. Ipsis sanctis bona sunt ea, quæ illis aduersantur; quia vincere ea possunt, & cum ea vicerint, maioris gloriæ efficiuntur apud Deum. Denique cum Diabolus petisset, ut sibi potestas daretur aduersum Iob, impugnans eum aduersarius, causa ei extitit duplicis gloriæ post victoriam. Quod ostenditur ex eo, quia quæ in presenti perdidit, in duplum receperit, simili modo sine dubio & in cælestibus recepturus. Et Apostolus dicit, quia nemo coronatur, nisi qui legitime certauerit. Et reuera quomodo erit certamen, si non fuerit qui resistat? Quantus decor & splendor sit lucis, non dignoscetur, nisi obscuritas intercederet noctis. Vnde aliqui in castitate laudantur, nisi quia alij pro impudicitia condemnantur? Vnde viri fortes magnificarentur, nisi existerent imbecilles, & imidi? Si amarum adhibeas, tunc dulce efficitur laudabilis. Si atrum consideraueris, gratiora tibi quæ clara sunt, videbuntur. Et ut breuiter dicam, ex malorum consideratione decus bonorum lucidius iudicatur. Propterea ergo de omnibus hoc dicit Scriptura; Et vidit Deus quia bona sunt. Quare tamen non est scriptum; Et dixit Deus quia bona sunt: sed; Vidit Deus quia bona sunt? id est, vidit utilitatem ipsorum, & eam rationem, qua cum ipsa essent per se talia, bonos tamen facere possunt optimos.

Vidit Deus certè cuncta, quæ fecerat, quia bona, quæquã interdum noxia, quia sanctis bona quoque sunt ea, quæ illis aduersantur. Machinari non cesset impius Dæmon in sanctos, & ad mouerè tentationum omnium genera, in ipsos armet Cælum, ut quasi exorbitans, vel calore omnia incendat, vel algore adurat, concitet elementa, non perflent venti, in aëre nunquam cogantur nubes, nec eadem unquam laxentur in pluuia, ut nullis madefacta imbribus terra arefiat; uel sæuas ad eò excitet procellas, ut furètibz ventis, fulgetris coruscantibus, tonitruis strepèntibus, fulminibus rapidè uolantibus, grãdo cuncta proterat, ac deuastet; uel tandè lethifera exhalatione genus urat humanum: Cuncta perturbet, terrã, ut motibus horrificis quassata & dehiscens urbes absorbeat, uel calore nimio dissoluta, sterilitates, frugumq; inopiam ferat; aquã, ut marinis fluctibus, uel fluuiorum colluuiionibus latissimas prouincias demergat; ignè, ut immaniter succèsus, in fauillas & cineres non tantum domos, sed ipsas vrbes redigat. Moliatur etiã Mūdus ipse sanctis insidias, excruciet eos fame, siti, carceribus, ludibrijs, tormentis, & infinitis propè diræ mortis generibus: sæuiant in sanctos exitiosa cuncta animantia, deglutiant eos balenæ, dilacerent leones, euiscerent pantheræ, conterant vrsi, uenenum omne in ipsos euomant serpentes; certè omnia hæc erunt ipsis sanctis bona, tum ad eorum augendum meritum, & amplificandam gloriam, tum ad celebrem illorum magnificandum nomen. Diligentibus enim Deum omnia cooperantur in bonum, his qui secundum propositum uocati sint sancti. Aduersa siquidè, atq; calamitates à Diabolo, Mūdo, cæterisq; immanibus animantium generibus, vel sæuis tyrannis illatæ, optimi sunt thesauri in ipsos iniecti, quibus eorū meritum augetur, quibus ipsorum gloria magis rutilat. Vidit igitur quod bonum, quanquam sæua animantia, & ad hominum exitium parata. Exemplo id patefaciam. Olea quanto magis in torculari sub supraq; premitur, tanto uerius pinguescit, & madida oleum emittit. En bacca oleæ, iustus & sanctus; de quo Psalmus: Ego sicut oliua fructificauit in domo Domini. En torcular, Mūdus, sub supraq; comprimens, aduersitatibus undiq; iustos conterens. Pinguescit igitur sanctus merito, oleumq; emittit pinguedinis gratiæ & meritū, oleū illud, quo locupletes erant sapientes virgines, & expertes fatuæ.

c. Igitur Deus tantum mentibus, qua bona sunt, benedicit.

Hoc unū curent mortales, ut rectã habeant mentè, mox .n. Deus ipsis benedicit. Vnde exemplū illud est patentissimū: Respexit Dominus ad Abel, & ad munera eius, ad Cain autè, & ad munera illius nō respexit. Vnde Irenæus: Respexit Dominus ad Abel, quoniam cum simplicitate, & iustitia offerebat, non ad Cain, quoniam cum zelo, & malitia. Exemplū afferã. Cor nostrū ardēs altare est, in quo ignis amoris succensus est, si aromata selectiora super ipsum effundes, nimirū sanctã uoluntatè & mentem, optimã reddet exhalationè suauiter redolentè, atq; Deo grata in Cælū ascendet; unde & respiciet Dominus

Gen. 2. Lib. 4. c. 14.

Cor nostrū altare est.

Benedixitque eis dicens &c.

- a. Benedictio Dei præcipua est collatio bonorum spiritualium.
b. Benedictio confertur auiibus, & spiritualibus, ortis ex aqua, non animalibus extra, in figuram, quod benedictio conferenda erat tantum baptizatis.

Moraliter: Allegoricè.

Dominus munera, id est sanctã mentè, & ei benedicit; quod si impiam intentionem, & affectibus humanis sordidatam impones, certè maleolebit, nec Deus respiciet eam.

a. Benedictio Dei præcipua est collatio bonorum spiritualium.

CHRYSOSTOMVS Homilia in Psalmum centesimum tertiumdecimum.

Vidisti aliud genus benedictionis, nempe ut crescat genus. Et ideo alius contrarium pro supplicio asserens, dicit; Et diminuti sumus, & sumus pauci præter omnes, qui habitant terram. Hac benedictione fruebantur etiam cum essent in Aegypto, licet essent innumerabilia quæ prohibebant, opera, afflictio, & calamitas, eorum qui vrgebant, crudelitas. Sed nihil eorum uerbum Dei interrupit, sed eò processit benedictio, ut inducentis annis fierent sexcenta milia. Sed tunc quidem in his consistebat benedictio, nunc autem in nouo, in multo melioribus. Et ideo dicit Paulus; Benedictus Deus, qui benedixit nos in omni benedictione spirituali in cælestibus in Christo. Et rursus; Ei autem, qui potest omnia facere longè abundantius quam petimus uel cogitamus, ei gloria in Ecclesia. Et ideo Propheta quoque antiquitus querentes beneficia, præbebant hanc benedictionem. Heliseus enim eam quæ illum suscepit, datione filij remuneratus est. In nouo autem non hæc, sed multo maiora. Itaque purpuraria non hæc petebat ab Apostolis, sed quid? Si non iudicatis me indignã Domino, ingressi, inquit, manete apud me. Vides quantum interisit, & quenam quidem petebant, qui erant in veteri, & quenam qui in nouo. Et rursus Christus; Gaudete, quia nomina uestra scripta sunt in Cælis. Et Paulus; Deus autem impleat uos gratia & spe in credendo, ut abundetis in spe, in uirtute Spiritus Sancti. Vidisti uim benedictionis, quæ bona largitur ineffabilia, & nihil habet terrenum. Et rursus Paulus; Deus autem contereat Satanam sub pedibus uestris celeriter. Sed in veteri, quando homines erant crassiores, ex sensibus contexebatur benedictio, & multorum liberorum susceptio existimabatur esse res maxima.

Ephes. 1. Ephes. 3.

Lucæ 10. Rom. 15. Rom. 16.

Duæ leges, duo præcipua bonorum genera, duplicem rationem benedictionis largientia exposcebant. Duæ profectò leges sunt, lex Moysis, lex Christi; lex uetus, lex noua; lex literè, lex spiritus; lex terrificæ, lex suauis; lex zeli, lex pietatis, & misericordiæ; lex inter tonitrua, coruscationes, & fulgura collata; lex suauibus uerbis prolata; lex excusa tabulis lapideis, lex cordi inserta; lex quæ senuit, & euauit, lex quæ semper reflorescit, & in æternum stabit. Duæ leges duo & bona secum ferunt; hæc cœlestia, illa terrestria; hæc spiritus, illa carnis; hæc æterna, illa corruptibilia; hæc in Cælo possidenda, illa in terra. Quid igitur mirum, si & benedictionum duplex est ratio? Antiquæ legis patres benedictionibus suis non aliud quàm terrenarum rerum uertatem affluentiamque, seù longæ uam uitam ominabantur. Hac benedictione Isaac Iacob benedixit, & Iacob Patriarchis, & Moses Israëlitico populo ex Dei auctoritate. Maledictiones pariter bonorum huius uitæ indigentium, & malorum copiam minabantur. Ita Moses legis suæ contemptoribus, ac uiolatoribus imprecabatur, uel potius minitabatur, cum dicebat: Si audire nolueris uocem Domini Dei tui, uenient super te maledictiones istæ: Maledictus eris in ciuitate, maledictus in agro &c. Verum gratiæ dona nobis referuata sunt. Cum benedicit itaque nos Deus, ex benedictione ista speranda est bonorū spiritualium affluentia; gratiæ in quã dona, quibus succedunt bona gloriæ. Ex cōsilio igitur Rebecca, Ecclesiæ, nos uti Iacob induamur ueste agni, Christi, & accedamus ad patrem, seù ad Deum uirtutes inclitas redolentes, ut dicat: Ecce odor filij mei, sicut odor agri pleni. Offeramus illi, quod uenatione nostra adeo illi gratū cepimus, sacrificium uidelicet sanctissimè Euchariæ, quo Christus agnus, qui tulit peccata Mundi, quasi cerua uenatione capta offertur, seù cor nostrum eo modo conditum, quo ipsum uelle non ignoramus, de quo Propheta; Cor Mundum crea in me Deus. Et post; Sacrificium Deo spiritus contribulatus, cor contritum, &c. Hac siquidem præda illa est, atque syluestris fera, quam cupit Deus, ut benedictionem Christo debitam ipsi surripiamus; ut impetremus uidelicet,

leges duæ duplicem benedictionis ratione polcebant.

Deuter. 28.

Benedictionem cum Iacob quomodo consequmur. Gen. 27.

Psal. 50.

spiritualia dona, confereturque nobis de rore Cœli, de gratia cœlesti, & de pinguedine terræ, de sanctitate cordis nostri, Christi sanguine deliniti, abundantia frumenti, nempe meriti, & vini, nimirum iucunditatis spiritualis, & olei, misericordiæ diuinæ. Seruientque nobis populi infideles, & adorabunt tribus hæreticorum; efficiemur domini fratrum nostrorum, hoc est, impiorum omnium; & incuruabuntur ante nos filij matris nostre, uidelicet omnes appetitus sensuales.

b. Benedictio confertur auiibus & piscibus ortis ex aqua, non animantibus ex terra, in figuram, quod benedictio conferenda erat tantum baptizatis.

AUGUSTINVS Sermone centesimo trigesimo quarto.

Quinta die fetus suos pisces & aues factum est ut producerent. In comparatione piscium sanctos dicimus, qui in aqua baptismatis uiuunt. Ideo pisces benedictionem primò consequi meruerunt, quia fideles in sacramento baptismatis benedici potuerunt.

ANASTASIUS Synaita locupletius Commentariorum in Hexæmero libro quinto.

Nec hoc solum, sed illud quoque diligenter querere est necessarium. Quamobrem que ex aquis quidem genita sunt, omnia Deus benedixit: à terra autem genitas animantes, & quadrupedes, & pecora priuauit benedictione. Unde aqua quidem, ut que fuerint benedicta, hucusque & perpetuò pariunt sua spontè absque femine & coniunctione volucres, ex quarum numero sunt coturnices, & ortygomætra. Terra autem non utique sine semine parit feram, aut pecudem, aut quadrupedem. Et Post. Per hunc ergo, & non per aliquem alium modum, ex aquis quidem genitas animas, nempe per baptismum regeneratas, benedixit Deus, dicens: Crescite & multiplicamini, & replete aquas. Animantibus autem, & iumentis, & feris, que uerè sunt, serpentibusque & uenenatis hominibus, qui sunt peregrini & alieni à regeneratione baptismi, nequaquam eam impertit benedictionem, sed eos reliquit absque benedictione, tunc tanquam medius stans Christus inter terrestria & marina animantia, & ad ea, que sunt à terra genita oculos desigens, & dicens: Nisi quis fuerit generatus ex aqua & spiritu, qui fertur super aquam, non intrabit in regnum Cœlorum: neque fiet per columbam, nempe per spiritum, uolucris Cœli, neque rapietur in nubibus obuiam mihi in aëra. Si hæc autem non ita facta sunt, & præfigurata, dicò Moyses causam, & ob quod peccatum in Deum admissum, manserunt pecora & terra animantia absque benedictione? Quomodo autem & reptilia, que sunt rationis expertia, & mente carentia, & pisces & volucres potuerunt audire Dei uocem, & benedictionem, que dabatur? An non est manifestum, quod hæc prophetice prædicebantur de hominibus, qui baptizantur in Christum? Ipsa autem series Scripturæ secundum literam, ostendit quod de hominibus ratione præditis, & animis immortalibus hæc à Deo iubeantur? Non enim dixit Deus: Producant aque reptilia corporum animatorum. Nam animal & corpus significant ipsam se mouentem, & uitalem animam: sed, Animarum uiuentium, id est, non morientium. At qui piscium, & uolucrum anima non sunt uiuentes, sed morientes. Sanguis enim, inquit, est anima eius. Anima autem uiuens sola est nostra, que est ratione prædita. Factus est enim, inquit, homo in animam uiuentem: quoniam futurum erat, ut reuiuisceremus per aquam & spiritum. Omnem itaque orationem conuertit ad animas, & dicit, post baptismum, & que ex eo existit, gratiam & illuminationem, eos qui sunt baptizati, effici animantia, non uiuentia. Ut etiam, inquit, corpus cum anima reuiuiscat. Sed animalia sola sunt animarum uiuentium. De anima enim sola ab eo tempore post baptismum loquitur. Eam enim oportet uiuere, & non corpus cum ea. Corpori enim sunt inimicitie aduersus Deum.

Non est cur prolixa oratione dilceptemus, benedictionem, nimirum spiritualium donorum largitionem effusissimam, illis tantum hominibus qui ex aquis orti sunt, nempe baptismate renatis, fuisse condonatum. Hoc enim sui natura liquet, ac perspicuum est. Duo solummodo mysteria insinuabo. Omnis gratia è Cœlo desiliit, quoniam omne datum optimum, & omne donum perfectum desurfum est descendens à Patre lumine: at Cœlum non referatur nisi in baptismo, nam sanctificante Christo baptismatis aquas in Iordane, Cœli aperti sunt, Spiritus Sanctus descendit ueluti columba, & uox Patris intonuit: Hic est filius meus dilectus. Rursus, cum omnis gratia è Christi humanitate profluat, tanquam ex unico gratiarum, seu donorum fonte, de ipsius latere lancea perfosso, egressus est sanguis & aqua. Quid sanguis & aqua? Ecce duo genera baptismati in Ecclesia; sanguinis, quo martyres Deo renascuntur; & aquæ, quo ceteri renouantur. Illud Christi sanguine, istud Christi aqua, ex pectore scatentibus sanctificatū, roboratumque est. Non igitur confertur gratia, nisi his duobus baptismatum generibus renatis.

Baptizatis tantum confertur benedictio.

Iac. 1.

Baptismi sanguinis & aquæ, sanguine & aqua è latere Christi manantium sanctificati.

Crescite, & multiplicamini, &c.

- a. Crescite dictum est Doctoribus in lege nature, multiplicare in lege literæ, replete aquas in Euangelio.
- b. Hoc est, in uirtutibus proficite, in eis multiplicare.
- c. Dictum est pijs, ut crescant in perfectione operum, multiplicentur in numero eorum, & repleant aquas maris, repleant omnia mortificatione.

Allegoricè.

Moraliter.

Longè igitur Gentilis, Turca, longè Iudæus à gratia, quoniã montes sunt Gelboè, de quibus in figuram sancitum est: Nec ros, nec pluuia cadent super uos.

2. Reg. 1.

a. Crescite dictum est Doctoribus in lege natura, multiplicare te in lege literæ, replete aquas in Euangelio.

BEDA Expositione in Genesim.

Benedixitque illis, id est, sanctis Doctoribus, qui iubentur crescere in lege natura, & multiplicare in lege literæ; aquas uero replete, id est, in lege noui testamenti.

Ecclesia profectò vnà cum Doctoribus in ea tanquam stellis micantibus in Cœlo, in ipsa naturæ lege creuit, in Mosis scripta multiplicata est; & in Euangelica repleuit aquas maris. Naturæ tempore Ecclesia infans appellari poterat, in legis Mosaicæ tempestate pueritiam degisse, in Euangelica autem iam adolescens ipsi Christo copulata fuisse dici potest. Cæterum in infantia puellæ crescent, augenturque corporis mole; in pueritia multiplicantur, quia grandiores fiunt; in adolescentia, cum uiris copulantur, replent aquas maris, hoc est, Mundum prole. Ecclesia quoque dum in naturæ lege perstitit, aucta quidem est; dum pueritiam transegit, multiplicata est; sed Christo copulata, repleuit aquas maris, id est, Mundum fidelibus; & hoc ex uirtute illatæ benedictionis, qua benedixit Deus ab initio Mundi. Vel dicamus auctam esse Ecclesiã in primitiuis temporibus, dum Apostoli Mundo affulserunt; multiplicatam esse usque ad Syluestri tempora, martyrum uirtute; tandem repleuisse aquas maris, ex quo nõ clam, sed apertè Christiana religio propagata est. Hæcque omnia ex benedictione ea: Ite, & prædicate Euangelium omni creaturæ, baptizantes eos in nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti.

Ecclesiæ infantia, pueritia, & adolescentia.

Matth. 28.

b. Hoc est, in uirtutibus proficite, in eis multiplicare.

ORIGENES Homilia in Lucam undecima.

Illud quod præcepit Deus, Crescite & multiplicamini, qui simpliciter, & iuxta literam accipiunt, quomodo exponere potuerint, nescio. Esto enim, Multiplicamini, referatur ad numerum, & dum plures fiunt, quam prius fuerant, multiplicatio habeat locum: hoc uerò quod sequitur, Crescite, non est in nostra potestate. Quis enim hominum non uelit ad staturam suam adicere, ut longior fiat? Si ergo propterea quid præcipitur ut fiat, stultum est quippe præcipere, quod is, cui præcipias, facere non possit: & præcipitur nobis, ut crescamus, utique id præcipitur, quod facere non possumus. Vis scire, quomodo intelligitur, Crescite? Ausculta, quid Isaac fecerit, de quo dicitur: Isaac proficiebat, & maior fiebat, donec factus est magnus, uel uehementer nimis. Semper enim uoluntas illius ad meliora se tendens, habebat profectus suos, & mens diuinus aliquod contemplabatur, & exercebat se memoria, ut plura in thesauro suo conderet, ut firmiter retineret. Atque in hunc modum euenit, ut qui omnes uirtutes suas in anima agro excoluerit, impleret mandatum præcipiens, Crescite. Quamobrem & Ioannes adhuc paruulus increfcebat, & multiplicabatur. Difficillimum autem est paruulum spiritu crescere, & inter mortales perrarum.

Cor nostrum ager ille est, de quo Isaac Christus prodit: Ecce odor filij mei, sicut odor agri pleni. Profectò si ager iste proficissus est, à prauis que uitiorum radicibus expurgatus, & probis uirtutum seminibus satus, tunc Dei benedictione munitur, gratiæque rore, & undis irrigatur, ac iuxta diuinum præceptum potest crescere, & multiplicare; crescere, uirtutum profectum habere; multiplicare, uirtutum plures reddere habitus, ex quibus mera redolentia ad eò ascendit, ut à benedictione, gratiæ uidelicet largitione, ad bene-

Gen. 27. Cor nostrum ut ager quid habere debet, ut benedictio ne accipiat.

Et aues multiplicentur super terram.

Allegorice

b. Dicitur id in tertia persona; quia Angelis sermo fit.

a. Cum piscibus, & aibus benedicti fuerit ceti, & volucres carniuore, in figuram, quod & inter Christianos post baptismum & penitentia benedictionem, avari, & raptores comperiantur.

benedictionem, ad ubertatem gloriae euehatur. Tunc siquidem Christus, quasi Isaac odore delinitus uirtutum benedixit Iacob amplissima, & uberrima illa benedictione: Det tibi Deus, &c.

c. *Dicitur est pijs, ut crescant in perfectione operum, multiplicentur in numero eorum, & repleant aquas maris, omnia mortificatione.*

STEPHANVS Cantuariensis in Allegorijs Tilmanni.

Crescite, & multiplicamini. Semper incrementum honorum operum & multiplicationem desiderat Deus. Et replete aquas maris: quia in omnibus bonis desiderat amaritudinem cordis. Unde myrrha & aloës cum uniuersis unguentis, quia cum bonis operibus nostris oportet quod adsit carnis mortificatio, & amaritudo cordis.

Benedictio profecto Dei, à qua omnis gratia superna emanat, ad triplicem perfectionis gradum coalescere iustos facit. Primum, ut horum opera augeantur, & crescant; perfectione videlicet, & meriti augmento; deinde ut ipsorum opera multiplicentur, nec vno sanctorum virtutum genere delectentur, sed pluribus, hisque prestantissimis cohonestentur. Tandem ad eum pertingant perfectionis apicem, ut mortificatione carnis, & amaritudine cordis semper languescentes dicere queant; Mihi uiuere Christus est, & mori lucrum. Erunt igitur virgæ Aaron reflorescentes, quæ non vnum duntaxat fructum ferent, ad maturitatemque perducent, sed & plures amygdalas proferent, & non tantum proferent, sed eas omnes cortice amaro conspicient, ut ita suavis, atque molis nucleus, virtus nempe ipsa, ab omni tentationum procella defensetur, & tuta consistat. Hæc igitur sunt, quæ nobis patefaciunt hæc benedictionis partes: Crescite, & multiplicamini, & replete aquas maris.

Philip. 1.
Benedictiones
sunt iusti ut
uirga Aaron
florentes.

a. *Cum piscibus, et aibus benedicti fuerit ceti, & volucres carniuore, in figuram, quod & inter Christianos post baptismum, & penitentia benedictionem, avari, et raptores comperiantur.*

THEOPHILVS Antiochenus ad Autolicum libro secundo.

Dies quintus produxit animalia, quæ ex aqua, Dei iussu procreata sunt, in quibus mirabilis quoque Dei sapientia elucescit. Quis enim horum multitudinem, variamque sobolem enumerare valet? Præterea animalia, quæ humor profert, benedictionem Dei consequuntur. Quare autem id fit? Ut notum sit mortalibus, fore, ut penitentiam apprehendant, & peccatorum remissionem nanciscantur per aquam, & regenerationis lauacrum, quotquot accedunt ad veritatem, & regenerantur accipientes benedictionem à Deo. Ceti & volucres carniuore in memoriam nobis redigunt homines auaros & præuicacitantes. Sunt etenim ab vna radice tam aquatilia, quam volatilia procreata. Et quedam naturale ius obseruant nulli imbecilliori iniuriam inferendo, verum decem legem Dei custodiunt, & visitant seminibus terræ. Quædam verò ex istorum grege transgrediuntur Dei legem, carnes vorant, & infirmiora iniurijs afficiunt. Ad eum modum quotquot sunt in iustorum album relati, legem Dei seculò obseruant, neminem ledunt, nemini que iniuriam faciunt, sanctè & iustè vitam agentes. Ceterum raptores, homicidæ, & impij nihil differunt à cetis, feris, & carniuoris aibus. Potenter enim deuorant infirmiores. Et quidem aquatiliam & reptiliam soboles nacta benedictionem Dei, nihil proprij profectus acquisiuit.

Mirandum non est, in Ecclesia sancta ex renatis tum baptismi, tum penitentia lauacro, &

cro, & gratia largitione benedictis, comperiri Christicolos pios, qui Dei legem custodiant, ac veluti aues & pisces natura placidi victitent, nulla imbecillioribus iniuria illata; reperiri etiam auaros, raptoresque, qui Dei præceptis contemptis, vnumquemque iniuria afficiant, ut cetæ, & carniuore volucres, cum Ecclesia veluti arca, intus completa tur aues mundas, & immundas. Sed edifcat homo auarus, & raptor, cui similis perhibetur, cetis videlicet impotentiores pisces deglutientibus, & alitibus carniuoris placidiores volucres euiscerantibus, & dilacerantibus. Quid est enim proximi substantiam rapere, nisi eius carnem deuorare, & sanguinem potare? Antropofagi igitur isti nuncupandi sunt, qui homines venantur, & insidijs petunt, ut ipsorum sanguinem ebibant, carneque deglutiant, ut, inquam, substantias eorum diripiât. Quinimmo interdum Deo sacrificijs humano cruce fordatis, homines ipsos immolant, cum discerptam substantiam proximi, Ecclesijs elargiantur, quasi Deus noster Saturnus sit, Deus, inquam, tristitiæ, & malignitatis, cui homines cruce madidi, iuxta morè Phœnicum, Cretensium, & Chartaginesium litari debeantur; aut Diana Taurica, quæ humanis placabatur victimis; aut Dionysius, cui apud Chios crudeliter discerptus sacrificabatur; aut Mars, cui Lacedæmonij hominem immolabant; aut Pallas, cui uirgo in Laodicea Syria mastrabatur.

Raptores & auari ut Antropofagi. Ecclesijs bona aliena donantes præuocant.

d. *Dicitur id in tertia persona, quia Angelis sermo fit.*

ANASTASIVS Synaita Commentariorum in Hexameron libro quinto.

Sed cum ad hunc dictionis contextum venisset quispiam ex antiquis expositoribus, querit, Quamobrem imperat Deus, tanquam aliquibus alijs, eis iubens, & dicens; Multiplicentur volucres. Non enim ad volucrum personam dirigit sermonem, sicut ad pisces. Is autem cum hæc dubitasset, & dixisset, exponit quod nos hinc oportet discere, quod ipsi, qui baptizantur, & ipsi maxime, qui in virtutibus effecti sunt volucres, à Deo dantur sancti Angeli, qui eorum curam gerant, & provideant ad illuminationem. Ad eos enim iussu dirigit Deus iubens, & dicens, ut multiplicentur volucres, hoc est, qui caelestia sapiunt, & obeunt. Ipse quoque Dominus nobis fidem facit, & docet Angelos esse custodes eorum, qui credunt in ipsum. Dicit enim quibusdam infidelibus: Videte ne despiciatis vnum ex pusillis istis, qui credunt in me. Dico enim vobis, quod Angeli eorum perpetuò aspiciunt faciem patris mei, qui est in Cælis. Atque sciendum est quidem, quod nihil ex istis, quæ sunt creata sex diebus, Deum inuenimus benedixisse, nisi hominem, & quæ nata sunt ex aquis. Quamobrem ab initio quando fuerunt genita, implebatur propheticum eloquium, quod dicit; Vox Domini super aquas, quæ ab ipso ante omnia fuerunt benedictæ, & ea de causa, usque in hodiernum diem, & usque ad consummationem sæculi, absque semine animas generant, multorum quidem piscium, paucarum autem volucrum, nempe ortygometrarum & aliarum, ex quibus olim nutritus fuit Israël. Et forte quoniam valde exiguus futurus erat numerus earum volucrum, iustorum, inquam, ea de causa earum curam magis gerens Deus, iubet Deus sanctis Angelis, qui curam gerunt terrestri creaturæ, Volucres multiplicentur super terram, quæ ex aquis sunt generate, vel potius regenerate, & peccati virus ac fetorem illic deponere, & ad Cælum euolant à fluxis & tenebrosiss, & multis repestatibus agitata aquis huius mundi, ad aquas quæ sunt firmæ ac stabiles & tranquille, & nullis concussa fluctibus, in excelsis per aërem ingredientibus, ubi est situs Sol iustitiæ, & eius coniux Luna semper illuminata requiescit, & ratione præditæ stella caelestis lumine Orbem terræ deducunt, & illustrant, & aqua spiritualis, quæ est supra Cælos, absque silentio laudat nomen Domini.

Math. 18.

Psal. 28.

Non inelegans est hæc allegoria, si secundum rectum sensum perpendatur, perhibeturque, quod quemadmodum in prima parte benedictionis collata piscibus per verba ea: Crescite, & multiplicamini, & replete aquas maris, iussio fuerit demandata hominibus; ita in hac altera alitum, in qua dicitur; Multiplicentur aues super terram, Deus quasi se ad Angelos vertens id illis in mandatis dederit, ac ferè dixerit; Omnem nauate operam, ut aues, id est, perfecti multiplicentur super terram. Duo igitur hæc in contemplatione habemus, primum per pisces ex aqua genitos intelligendos esse omnes simplices Christicolos, qui in ipsis natalibus suis, cum aquis regenerati sunt baptismatis, factorè, ac labem peccati deposuere; per alites verò ipsosmet Christicolos, qui fluxis, ac tenebrosiss terrenis rebus spretis, per uirtutes effecti sunt volucres, ad superas, easdemque firmas, stabiles, tranquillas, & nullis fluctibus, seu procellis iactatas sedes scandentes, ubi Sol iustitiæ coruscat, ubi triumphans Ecclesia veluti Luna semper illuminata nitet, ubi Angeli

Christiani simplices pisces, perfecti aues dicuntur.



Et aues multiplicentur super terram .

Moraliter.

a. Benedixit Deus alitibus, siue perfectis, ut crescant spe, multiplicentur in fide, repleant animas charitate, super terram, super Ecclesiam. Factum est vespere, & mane dies quintus.

Allegoricè.

a. In mysterium quinquies millesimi anni Mundi .
b. Portendens quintam Mundi etatem.

Sancti vt voligo piscis.

Iob. 1.
Gen. 19.
4. Reg. 6.

Angeli stellarum more mirifica coruscant gloria, Deum contemplantes, vbi aqua super Caelos, idest, spiritualis consolatio laudat, glorificatque nomen Domini. Sūt quidem sancti, ut voligo piscis, qui ex aquis egressus superuolitat, uel ut uolucres primum creatę, quę in aquis formatae ad degendam in aere vitam euolarunt. Deinde & eliciendum est Angelos deputatos esse ad pijs opem ferendam, demandatamque esse Angelis prouinciam, ut studeant, omni que conatu contendant Christicolos ad perfectionem prouehere, propterea ipsis dictum esse: Multiplicentur aues super terram, idest, ope atque industria vestra perfecti augeantur, & multiplicentur. Exinde assistunt coram Domino, vt legitur apud Iob, quasi ratione reddituri rerū à se probe gestarū in piorum obsequiū. Et Loth uisitant, ut eum à flagranti excidio saluet. Et Giezi, Elisei puer igneos curus, & equos in Elisei tutamen preparamos contuetur. Exinde & administratorij spiritus missi in sanctorum salutem à Scripturis nuncupantur.

a. Benedixit Deus alitibus, siue perfectis, ut crescant in spe, multiplicentur in fide, repleant animas charitate, super terram, super Ecclesiam.

B E D A Expositione in Genesim .

Auesque multiplicare, idest, sanctos in bonis operibus vel premijs super terram, idest, Ecclesiam, vel terram uiuentium, quibus Deus benedixit & crescere imperat, in spe, multiplicari in fide: replere uero aquas maris, idest, animas charitate.

Fides, Spes, charitas ioui ce conferuntur.

Celeberrima est illa corona virtutum theologiarum, quę sunt fides, spes, & charitas; quarum fides est ianua salutis, spes via, charitas portus: fides perdurat usque ad mortem, spes transit in purgatorio, charitas in altera perficitur uita: fide desponsamur Deo, spes ad cubile nos ducit, charitas ipsi nos copulat: fides splendet ut stella, quia collucet articulis micantibus, animamque illustrantibus, spes claret, ut Luna, lumen sapientius immutans; cum ex probitatis & sanctitatis immutatione spes ipsa sapientius crescat, & decrecat; charitas coruscat ut Sol, non tantum fulgens, sed etiam ardens & incendens. Hęc igitur tres cęlestes virtutes eius sunt naturę, ut fides multiplicari tantum possit, nempe ex implicita fieri explicita, ut aiunt, quod est, in primis illis duodecim articulis, ac fidei sanctis dogmatibus, illustriores semper ueritates, & intelligentias cognoscere, & deprimere. Spes uero augeatur, & crescat, quantum ipsam Dei gratiam (nobis non tantum obicem non exhibentibus, sed puriorem animam prębentibus) cum omni uirtutum micanti classe abundare noscimus. Charitas tandem repleat aquas maris, idest, animam, adeo ut cuncta amore efflagret. Quę quidem ex spiritali Dei benedictione prouenire clarè cognoscimus. Porro benedictio Dei iustis non confert ut crescant, & multiplicentur in terra, in Mundo, rebus in terrigenis, sed super terram in rebus cęlestibus, quę supra terram efferuntur. Vel ut minimè quidem diuites, ac locupletes efficiamur super terram, super hanc terram, in qua uitam degimus ærumnosam ac mortalem; sed super terram uiuentium, super regiam illam beatorum, ubi pulsa morte, in diuinitate uitę fonte, uitam uiuemus gloriosam, perennem, & immortalem.

Iustis benedictio est Deus, ut crescant non in terra, sed in per terram.

In .

a. In mysterium quinquies millesimi anni Mundi :


A N A S T A S I V S Synaita Commentariorum in Hexameron libro quinto, cum plura edisseruisset de quinti numeri mysterijs, à clausula (Pauca autem de quinto numero) ad clausulam (Per hunc ergo, &c.) uersus finem hæc concludit.

Hęc nos quintus dies docet de Christo & Ecclesia symbola & enigmata, antè nobis significans principium baptismatis, in quo creati sunt quinque sensus humane nature, uisus, auditus, gustus, olfactus, & tactus. In hoc, quinto, inquam, die seculi, in quinquies millesimo anno factum est etiam lauacrum à Salomone filio David, in templo Dei Hierosolymis, in typum baptismatis Ecclesie Christi Dei filij David. Quando etiam rursus illa peluis in magno cenaculo, quinto die, exemplum habens piscina, pedes Discipulorum primum baptizauit à Christo, & deinde eis dedit corpus & sanguinem in participationem, quando etiam facto testamento, Christus post die sextæ die fuit in Golgotha, & paradysum latroni aperuit. Ad quem nos quoque sex dierum sexto, Christo deducente, & uerbum nobis dante in apertione oris nostri ueniemus. Cui gloria in secula seculorum. Amen.

In quarta die, qua compactus est Sol (ad allegoriam gestorum Christi ludentes) encomia quarti millenarij celebrauimus. Nunc & in quinta ad alteram pariter allegoriam Ecclesie nascentis gesta referentes, nonnulla de quinto millenario pariter edisseramus. Noë anno uitę suę quingentesimo, iussione Dei arca iccit fundamenta; & Christus noster Noë, qui pro nobis denudatus, Iudæis factus est scādalum & ludibriū, in quinto millenario arcam Ecclesie construxit, qua non tantum electa stirps, sed animantia etiam rationis expertia, nimirum peccatores, de quibus dicitur; Nolite fieri sicut equus, & mulus, per columbam, nempe per Spiritum Sanctum salutem consequuta sunt. Quę certè arca symmetricam habebat cum Ecclesia mensurationem; trecentorum cubitorum (ut inquit sacer textus) erat longitudo arcę; quoniam perdurauit ab initio Mundi usque ad finem Ecclesia per tres leges protracta; naturalem, scriptam, & Euangelicā; Triginta cubitorum erat arcę altitudo, & ad unum tantum redacta, in mysterium, quod Ecclesia per fidem quidem prædicat in Deo tres hypostasies, sed tamen naturam vnā diuinā; Latitudo pariter arcę erat quinquaginta cubitorum, & id pariter in significationem, quod Ecclesia dilatata sit per amplissimas omnes Mundi regiones, quasi per quinque zonas à polo ad polum protracta, & distenta. Perpendendum etiam est, quinarium numerum perfectissimum esse, & iustum à Mathematicis appellari, ex eo quod in omni numero à decimo infra, si ei adimatur, quod super quinarium est, & quod deest ad denarij numeri complementum, addatur, quinarium semper numerus efficietur. Nam si à nouem adimas quatuor, & unum, quo à denario numero decidit nouenarius, adicias, quinarium perficies; sic de reliquis. Quapropter quinarium numerus iustus appellatur. Pari euentu Ecclesia diuinam prædicat per Christum ipsum in quinto millenario iustitiam. In quinquagesimo anno Deus Iraeli absolutam remissionem largiebatur, iuxta illud; Sanctificabis annum quinquagesimum, & uocabis remissionem cunctis habitatoribus terrę tuę. Quapropter Hebræi quinquagesimum uocāt Iubilæum, quod interpretatur misericordia, & condonatio. Et Psalmus condonationis, & remissionis peccati David, dictus est quinquagesimus, ut numero effectū præsignaret. Sed hæc omnia præfiguratio fuere, quod quintus millenarius tempus esset remissionis culparum, & condonationis poenarum, ex eo quod instituta sint in ipso Ecclesia, & sacramenta culpam diluentia, ac poenam remittentia. Nec uacat mysterio, quod omnia mira concinnitate simul coeant, quod Christus quinta die cenam dedit mysticam; Eucharistiam enim sacratissimam instituit, & pedes discipulorum lauit, in figuram sanctissimi poenitentię sacramenti, quo ab omni forde abluimur, ut denotaret se in quinto millesimo, in ipsa Ecclesie institutione cuncta exhibere nobis, quę ad salutem essent opportuna. Adhuc quinta die hebdomadis post hebdomadam quintam à resurrectione; Cælum scandit; quinquagesimo die Spiritum Sanctum in filios adoptionis effudit. In quinto numero omnia Ecclesie contingere propitia, & fausta; nam in ipso perspeximus Angelicum panem, uel potius diuinum māna fuisse hominibus elargitum; in ipso ablutas sordes; in ipso reseratum Cælum; in ipso demissum in Ecclesiam Spiritum Sanctum, ut perpetim ipsi assisteret, ipsam regeret, uuuu ipsam

Ecclesia est arca Noe.

Leuit. 25.



Producat terra.

Allegoricè.

- a. Terra sexta luce producit, in figuram quòd Iudaismus sexta ætate Mundi ad fidem sit reuersurus.
- b. Benè dictum est; Producat terra animam viuentem, quia vna stirps Israël; Et; Producant aquæ reptile animarum viuentium, & volucres, quia plures secta Gentilium.

ipsam tueretur. Ecce igitur quàm concinna est, & decora hæc allegoria, diem videlicet quintum, quo producta sunt animalia quinque sensibus prædita, millenariū quomodo designare, in quo pariter in Ecclesia ex aquis baptismatis regeneratus est homo quinque sensibus spiritualibus cohonestatus. Sed hæc sagacioribus, & eruditioribus ingenijs contemplanda relinquo.

b. Portendens quintam Mundi ætatem.

GLOSSA Ordinaria ex Isidoro.

Et factum est vespere & mane. Mystice, mane transmigratio in Babyloniam, cum ea captiuitate populus leuiter in peregrino ocio est collocatus: & porrigitur hæc ætas vsque ad aduentum Christi, id est, quinta declinatio, scilicet de iuuentute vsque ad senectutem, nondum senectus, nec iam iuuentus, sed senior ætas, quæ Græcis γῆρας vocatur, & senium vltimum πρεσβύτης, senex apud eos γέρον, & πρεσβύτης dicitur. Et reuera sic ista ætas à regni robore est inclinata & fracta in populo Iudeorum, vt homo à iuuentute senior sit. Quæ benè comparatur diei quinto, quo facta sunt animalia in aquis, & volatilia Cæli, postquam inter gentes tanquam in mari viuere cæperunt, sedem incertam, & instabilem habentes, sicut aues volantes. Ibi ceti, id est, homines magni, qui magis dominari fluctibus seculi, quàm in captiuitate seruire poterunt, nullo enim terrore ad idololatriam deprauati sunt. Vbi aduertendum, quòd benedixit Deus animalia dicens; Crescite, & multiplicamini: quia gens Iudeorum per gentes dispersa, valde multiplicata est: Huius diei, id est, huius ætatis quasi vespere est multiplicatio peccatorum in populo Iudeorum, quia sic excæcati sunt, vt nec possent Christum cognoscere.

Differimus supra de cæteris ætatibus, primum diem, Mundi infantia, alterum pueritia, tertium adolescentia, quartum iuuentuti ascribentes. Dicamus hoc vnum nunc de Mundi virilitate, uti de quinto. Virilitas Mundi non iniuria comparari potest pedibus ex luto congestis, qui in Nabuchdonosor statua cernebantur. Et propterea quid aliud expectabatur, nisi vt lapis excisus à monte pedes hos contereret, statuaq; corrueret? En lapis Christus à monte, è Cælo desiliens, qui in huius postrema ætatis parte homo factus, statuam hæc monarchiarum Mundi protulit. Quo quid mirabilius?

a. Terra sexta luce producat, in figuram quòd Iudaismus sexta ætate Mundi ad fidem sit reuersurus.

Allegoriam hanc elegantissimè prosequitur Anastasius Synaita, sed proluxa admodum narratione, à clausula (Dicamus cur nam Deus, qui sapientissimè & supra sapientiam fecit omnia) vsque (Si autem auditori, & qui non sit, &c.) Argumētum huius allegoriæ ab Anastasio prolata, sic colligi potest. Series ea, qua Deus congregavit Mundum, eadem est, qua etiam ipsum ad se vocauit; in Mundi autem conflatione creauit Cælum & terram, videlicet, Angelum, & hominem: sed terra obruebatur aquis, nempe stirps electa aquis Gentium obducebatur, cum non discreta fuerit stirps Iudaica, nisi in Abraham: Ostendit Deus lucē diuinæ cognitionis in primo die sæculi, in prima ætate, in statu naturæ cunctis Gentibus, cum ex fulgore Cæli, stellarum, Solis, & Lunæ, & aliarum creaturarum, Deū effectorē, & satorē agnoscere possent; sed cum non cognouissent, fecit firmamentū inter aquas superas, & aquas inferas, id est, posuit diluuium inter Gentes ab ipso absortas, & Noë posteritatem: Sed adhuc aquis terram obruentibus, profapia nimirum Cham & Iaphet, electam progeniem ex stemmate Sem opprimentibus, relictis Deus aquis, quasi congregatis seorsum, accessit ad terram, ad Iudaicum populum

in

Deus eadem serie Mundū condidit, & ipsum ad se vocauit.

in Abraham delato ei signaculo circumcisionis, tuncque germinauit illa terra herbam, & lignum, sed non animantia, legalem nimirum perfectionem, sed non ad vitam æternam ipsos promouentem: Exortus est Sol in quarto die, Christus cum Luna Ecclesia, cum stellis Apostolis, & in Mundum exiit, & splendore cuncta illustrauit. Deinde accessit ad aquas, & baptismatis fonte Gentes in Ecclesiam coëgit, cum dixit. Producant aquæ, &c. Postremò ad terram respiciens sexto die, sexta ætate, in consummatione sæculorum, dicit; Producat terra animam viuentem.

Prosequitur hæc quoque Anastasius à clausula (Si autem auditori, vsque; Producat terra animam viuentem) & compendium narrationis illius tale est. Consimilem feriem obseruasse Christum animaduerto, nam cum in Cananæa commixta esset Gentilitas cum Iudæis, primum Christus vt lux effulsit, cum primum in Nazareth inter Gentes conceptus est, vnde Esaias: Terra Zabulon, & terra Neptalim, via maris Galilee Gentium, & populus, hoc est, Gentilis, qui sedebat in tenebris, vidit lucem magnam. Et Si meon: Lumē ad reuelationem Gentium primum, deinde ad gloriam plebis tuę Israël. Sed cum Gentes ipsum non comprehendissent, transiit à Nazareth Galilee, & venit in Iudæam; Et cum in Bethlehem natus est, factus est firmamentum inter aquas, inter Iudæos, cum pastoribus se patefecit, & Gentes, cum Magos euocauit, & ad Aegyptios diuerit; inde seiunctis aquis, id est, dimissa Gentilitate, terram Israël iussit exiguam herbam, & arbores frugiferas, quales fuerunt Ioannes Baptista, Apostoli, Ioseph, Nicodemus, & similes, germinare. Cum autem resurrexisset, quasi Sol in Cælo confidens emissis radijs, hoc est, viuificante Sancto Spiritu, iussit vt producerent aquæ reptilia, & alas volucres, id est, baptismus Gentilitatem. Et cum plenitudo Gentium ingressa fuerit, tunc iubebit vt producat terra animam viuentem in nouissimo, nimirum Iudæos.

b. Benè dictum est; Producat terra animam viuentem, quia vna stirps Israël; Et; Producant aquæ reptile animarum viuentium, et volucres, quia plures secta Gentilium.

ANASTASIVS Synaita Hexameron libro sexto.

Producat terra animam viuentem. Rectè dixit, Animam viuentem: Est enim vnus Israël: in Gentilibus autem innumerabilibus gentibus, quæ ex nostris aquis processerunt, non dicit, Animam viuentem: sed, Animas innumerabiles. Dicit enim; Producant aquæ reptilia animarum viuentium, nec ea solùm, sed etiam volucres volantes super terram secundum firmamentum Cæli. usque ad clausulam. Et dixit Deus; Producat terra.

Non indecora est hæc consideratio, quam nobis suggerit Anastasius, dictum esse, quòd terra producat animam viuentem in singulari, quia vnum genus Israëliticum, vna stirps, vna profapia: & aquæ producerent reptile animæ viuentis, seù, vt alij meliùs legunt; Reptilia animarum viuentium, quoniam Gentilitas discreta erat in plurimas nationes. Sed illud quoque animaduertendum, Iudæos ad fidem conuersos vocatos esse animam viuentem; Gentiles verò reptile animæ viuentis, quasi quoquomodo insigniores fuerint Iudæi, quàm Gentiles; inter ipsos enim extiterunt præcipuè Apostoli, Ecclesie primaria lumina, duces, & heroës. At verò progenitorum ex aquis, ex Gentilitate videlicet, plures quidem fuere ut reptilia animæ viuentis, & pisces; sed plures etiam ut aues uolarunt ad supera, ex quibus hi ab Anastasio recensentur. Auis ex his Paulus insignis fuit, ac præstantissima, qui contemplatione uolauit ad tertium Cælum, nesciens an in corpore, an extra corpus. Auis fuit Philippus, qui raptus tùm corpore tùm mente, uolans per aëra, recessit à loco, ubi erat Aethiops Eunuchus, potens Candacis reginæ. Auis est ille, qui in meditatione clamat: Quis dabit mihi pennas sicut columbæ? Columba auis est, quæ descendit in Iordanem, Spiritus Sancti dona præfigurans. Et uolabo, & requiescam, in requie cælestium uolucrum sex alas habentium. Auis fuit Latro, viuifica ex aqua, quæ fluxit à latere Christi, profiliens, qui cum rege uolucrum Christo magna aquila, in paradysum properauit. De his uolucibus Psalmographus: Passer inuenit sibi domum, & turtur nidum: Passer, inquam, solitudine gaudens, & albescens puritate, inuenit sibi domum paradisi. Et turtur, nempe Ecclesia, quæ unum coniungem fo

uuuu 2 lum

Christus eadem serie & Mundum condidit, & Ecclesiam congregauit. Ita 9. Luc. 2.

Iudæi ad fidem conuersi dicitur anima uiuens, Gentes verò reptile animæ viuentis. Aues ex sanctis qui fuerunt.

Psal. 54.

Psal. 83.

Isa. 60.

1. Theff. 4.
Luc. 17.

Ium Christum agnoscit, & uitam sectatur non delicatam, mollem, & effoeminatam, sed solitariam, rigidam, & mortificatam, comperit nidum, videlicet regnum Cœlorum, ubi reponat filios suos, nimirum electos. Hi nolucres sunt, de quibus Esaias stupens clamat. Qui sunt isti, qui ut nubes uolant, & tanquam columbæ ad fenestras suas? Ferantur siquidem ut nubes contemplatione, nubes clara, & rutilantes radiatione gratiæ, & fidei, & tanquam columbæ purissimæ, Hi sunt nolucres, quæ rapiuntur in nubibus Christo Domino in aëra, rapiuntur meditatione in Scripturis, Dominumque comperiunt in sublimitate contemplationis; de quibus scriptum est; Vbi cumque fuerit corpus, illic congregabuntur & aquilæ. Vbi est corpus sancti Christi cruci appensum, uel in dextera sedens, uel in sacramento, illic congregantur & aquilæ, nimirum contemplatiui, qui serpentem, supplantatorem Dæmonem pedibus suffocant.

Ex productis igitur ab aqua, à Gentilitate; et à terra, à Iudaismo, ornatus est Mundus, Ecclesia.

Ecclesiam ex populo tum Iudæo, tum Gentili, esse compactam, clarissimum, & parentissimum est, idque plurâ Scripturarum sacrarum oracula patefaciunt, quæ recenset Anastasius à clausula. (Et dixit Deus; Producat terra animam uiuentem,) usque ad alteram (Cum ex multis ergo probationibus) cuius narrationis compendium est. Ex duabus nationibus sumpsit Deus in Ecclesia omnem animam uiuentem, Christicolam uidelicet ad uitam euectum ex Gentilitate, tanquam ex mari, & Iudaismum tanquam ex terra. Atque hæc duæ generationes primum figuratæ fuerunt in Sara, & Agar. Ex Sara, tanquam ex terra, progenitus est Isaac, Iudæicus populus; & ex Agar, tanquam ex mari, Gentilis. Ismaël siquidem natus ex Agar, pulsus est à domo paterna, sed in ingentem creuit prosapiam: Ita Gentilis Deum ignorans, factus est in gentem maximam. Deinde adumbratæ fuerunt in Lia, & in Rachel. Rachel pulchra, sed parum fecunda, Iudaicum significabat populum, de quo: Pulchra generatio cum claritate, Lia fecunda, sed lippis oculis, Gentilem, ingentem utique stirpem, sed lippis oculis, id est, cæcum in Dei cognitione, Amplius & in Rebecca, cui dictum est: Duæ gentes in utero tuo, & duo populi ex uentre tuo diuidentur, populusque populum superabit, & maior seruiet minori, Esau Iudaismi typus, quod dicitur ferus esset, & Iacob Gentilis, quod dicitur mitis. Nam de Iudæorum feritate Moyses: Populus duræ cervicis es: Insigniter fortiora sunt, quæ ex terra sunt producta animantia, quàm pisces, & uolucres: ita & Esau fortior animo Iacob, & Iudæus fortior feritate Gentili. Porro quæ ex aquis orta sunt, præcipiunt benedictionem, & non ea, quæ ex terra genita fuerunt, & Iacob benedictionem suffuratus est, & non Esau, Et pari euentu Gentilis populus, quasi ex aquis baptismatis eductus, ea ditatus est benedictione, qua creuit, & multiplicatus est, & repleuit Ecclesiam, quod Iudæo non contigit: Iacob uestibus agni se induit, ut benedictione potiretur, & compos hereditatis efficeretur; Gentilitas, Christi innocentia, & iustitia se exornauit, ut superna bona obtineret; at Iudæus propriè confidens iustitiæ, decidit à benedictione. Esau erat uenator, & simul cum feris in facie terræ uitam degebat: Iacob uerò euolauit in Mesopotamiam ad fontes aquarum, Rachelque adamauit: nam Iudæus terrenorum amator, non nisi fluentem lacte & melle terram exoptabat, terrenaque sapiebat: Gentilis uerò populus in domo Bathuel, hoc est, in domo spiritus Dei (nam Bathuel spiritus Dei interpretatur) fontes comperit baptismatis, Rachelenque uidelicet Ecclesiam adamauit, atque pro ea non modicis laboribus seruiuit.

Sublime quoque aliud mysteriū tangit hoc loco Anastasius; per terram nempe sexta die iussam producere animantia, Iudaismum intelligendum esse; quoniam quemadmodum sexto illo die ex terra formatus est Adam, quantum ad carnem attinet, cognatus animantibus ex terra natis, & non piscibus, seu alitibus ex aquis progenitis: ita & ex allegoria non inconcinna, secundus Adam Christus cognatus fuit Iudæorū, quantum ad carnem spectat, nam ex semine Abraham mittendus erat ille, qui expectatio erat Gentium. Porro Eua formata non fuit ex terra, unde factus Adam, sed ex Adæ costa; Ecclesia, cuius figuram gestabat Eua, non ex ipso Iudaismo solo est congeſta, sed

ex

Iudæi & Gentilis populi plures figure.

Sap. 4.

Gen. 25.

Exod. 33: Elau Iudaici, Iacob Gentilis populi rypus.

Christus ex Iudæis nascitur, licet Adam primus ex terra plasmatus.

Producat terra animam uiuentem, &c.

a. Idest, Ecclesia hominem spirituali uita uiuentem.

In genere suo.

a. Idest, secundum exemplar Christi Christianorum parentis.

ex Christi costa, ex eius scilicet lauacro, ex ijs reptilibus & uolucris maris, id est, Gentilibus qui regenerati sunt eius sanguine; & hi benedictionem susceperunt. Quapropter non cognata terræ tantum, sed diuersi generis, & aliena à Iudæis, qui non sunt benedicta animantia.

Hi duo populi sunt, de quibus Abacus: In medio duorum animalium cognosceris, hoc est, duorum generum animalium, unius terrestris, Iudaici; & alterius maritimi, Gentilis, Christus in cruce, calamo, & spongia, aceto potatur, hoc est, mortis gustat acerbiter, per calamum è terra genitum, nempe per Iudæum; & spongiam marinam, seu per Gentilem. Duæ namque gentes, nempe Gentiles Romani, & Hebræi mortem illi intulerunt, Duo latrones consimili allegoria sepiunt Christum, alter qui saluus factus est fide, nempe Gentilis; & alter qui periit propter incredulitatem, Iudæus. Iussit Deus tunicam Aaron summi sacerdotis fieri ex purpura retorta; purpura autem constat ex duobus animalibus, ex uerme nimirum è terra genito, & ostreo marino. Purpura autem Ecclesia est, qua induitur Christus sacerdos, ex Iudæo ut uerme, ex Gentili ut ostreo coagmentata: in cuius mysterium duo hi populi Christum induerunt clamide purpurea.

Latè prosequitur hanc contemplationem Anastasius à clausula (Cum ex multis ergo probationibus) usque ad clausulam, (Faciamus hominem). Argumentum, seu compendium rerum ab ipso dictarum tale est. Quare non benedixit Deus animantibus, id est, Iudæis; uti piscibus, uidelicet Gentilibus, duæ possunt referri causæ. Prima, quoniam non ex aquis emerferunt Iudæi, baptismum enim renuerunt: altera, quia & in ipsis erat serpens Eux, sanctæ nempe Ecclesiæ insidiator, ac insensus hostis; perpetuò enim insidiatus est populus Iudaicus Christo, tum in corpore proprio, tum in mystico. Propterea & in antiquis paginis comperimus, nunquam Deum benedixisse Israël, nisi aliqua distinctione, & horrendis execrationibus adiectis, ut eo loco: Si audieris uocem Domini Dei tui, ut facias, atque custodias omnia mandata eius: &c. Benedixit tu in ciuitate, &c. quoniam præscierat Israël diuinas leges esse facile obliturum, & transgressurum, & impietatem inestimabilem in Christum demonstraturum, propterea potius execrationibus, quàm benedictionibus dignum se redditurum. Rei huius figura delata est in Cain, & Abel, Cain figura fuit primogeniti populi Israël, & fuit agricola, id est, studiosus custos animantium è terra genitorum, & fuit occisor Abel, nempe Christi; propterea dixit Christus Iudæis: Vos ex patre Diabolo estis, hoc est, ex Cain, qui Diaboli opera est imitatus, quoniam sicut ille homicida fuit ab initio, & Cain ab ipsis Mundi primordijs proprium fratrem interfecit, & ipsi ut Cain se filios demonstrarent, eius imitatione mortem Christo inferre non erubuerunt.

a. Idest, Ecclesia hominem spirituali uita uiuentem.

H V G O Carensis in Postillis,

Producat Ecclesia animam uiuentem uita spirituali secundum exemplar Christi.

Terra Ecclesia sancta est, de qua, ut supra asserabamus, multæ cōspiciuntur in Scripturis elegantes allegoriæ: Terra extracta cū Cœlo, id est, cum Ecclesia triumphante: Terra illa est, è qua ascendit fons gratiæ sanctæ, irrigans uniuersos electos; Terra est, in qua cernitur arbor uitæ Christi; Terra est ad orientalem plagam, quia solum Deum semper respicit. Terra Abraham è patria sua peregrinanti, & filium sacrificanti promissa, atque monstrata; Christo, in qua, peregrinanti è Cœlo, & semet offerenti in cruce; Terra pinguis

Moraliter.

Abac. 3. Plura symbola Iudaismi, & Gentilitatis.

Benedicuntur pisces non animantes, in figuram, quod Gentiles, non Iudæi erant benedicendi.

Deut. 28.

Iudaismus figuratus in Cain.

Terræ mysteria Ecclesiæ aptata.

Psal. 84.
Psal. 103.

Expos. in Ps.
103.

1. Cor. 3.

Ecclesia gi-
gnit animam
uiuentē, non
morientem.

Matth. 6.

1. Tim. 6.

Rom. 8.

Exa. 25.

In Christo
exemplari quæ
consideranda.


guis sanguine Christi, quam Isaac filio suo benedicens precatur: Terra fluens lacte gratiæ, & melle gloriæ: Terra, ad quam per Iordanem, per baptismū ingressus præstatur: Terra non maledicta, sed benedicta: Benedixisti Domine terrā: Terra, de qua dictū est: Fundauit terram super stabilitatē suam, & non inclinabitur in sæculum sæculi. Quem lo cum exponens Prosper ait; Mystico intellectu accepimus terram Ecclesiam, cuius firmi tas & fundamentum eius, super quod fundata est terra, Christus est: Fundamentum aliud nemo potest ponere, præter id quod positum est, quod est Christus Iesus. Nam sicut terra confidet in sui ipsius grauitate, tāquam in basi, ita Ecclesia in Christo, tan quam in fundamento, Terra pinguis, rosca, germinans semper, irrigata, consep̄ta; pin guis merito Christi, rosca Spiritus Sācti afflatu, germinans opera sanctitatis, irrigata doctrina cęlesti, cōsep̄ta custodia Angelorum, hortus regius Assueri; hortus conclusus Salomonis, uinea dilecta. Gignit autem hæc terra, Ecclesia, inquam, sancta, animā non morientem, idest, à morte ad mortem æternam properantem; sed uiuentem, nem pe à uita Christiana ad uitam perennem proficiscentem, quoniam in ipsa sola residet uita & salus, ipsa est paradysus, ut dicebamus, in qua lignum confidet uitæ, Christus, in quam, uita, ueritas, & uita. Et ipsa est arca, in qua saluantur animæ septem, cunctæ uidelicet animæ, quæ ab aquis peccatorum non submerguntur. Extra Ecclesiam autem non est nisi mors, & perditio; nam primogeniti omnes pereunt, quorum limina sanguine agni non sunt intincta, quorum scilicet animæ per baptismum non sunt sanguine Christi delibutæ.

a. Idest, secundum exemplar Christi Christianorum parentis.

H V G O Carenis in Postillis.

In genere suo: ut fidelis fidelem generet uerbo & exemplo, ut cortina cortinam trahat, & qui audit, dicat, ueni. Duplex autem est genus hominis, unum ex parte anime à Deo, Act. 17. Genus cum simus Dei, non debemus estimare auro & argento, aut lapidi sculpturæ artis, & cogitationis hominum aliquid diuinum esse simile: alterum ex parte corporis à corruptione putredinis, Iob. 17. Putredini dixi, & c. Huius duplicis generis consideratio necessaria est. Hæc contra desperationem, Esa. 49. Numquid potest obliuisci mulier infantem suum, ut non misereatur filio uteri sui? Et si illa oblita fuerit, ego tamen non obliuiscar tui. Et Dominus ad discipulos; Cum orabitis dicetis; Pater noster, qui es in Cælis; & c. Beatus Bernardus; Oratio que indulcescit paterno nomine, omnium petitionum mearum impetrandarum mihi fiduciam præstat. Alia consideratio utilis est contra presumptionem, Eccles. 1. Quid superbis terra & cinis? Et consideratio exitus reprimat auaritiā. Nihil intulimus in hunc Mundum, haud dubium quia nihil auferre poterimus. B. Bernard. Angustum est foramen mortis, nihil ex omnibus asportare licebit. Aurum, & argentum nonnihil est, & utrunque sibi retinet Mundus: peccatum uero nihil est, ideo nulla potest foraminis angustia coarctari. Senec. Quid stultius, quàm desiciente uia, augere uaticum? Consideratio mediæ reprimat luxuriam, Eccl. 40. Occupatio magna creata est omnibus hominibus, & iugum graue super filios Adam ex die exitus de ventre matris eorum, usque in diem sepulturae in matrem omnium.

Cum igitur duæ nobis partes admodum discretæ insint, spiritus, & caro: spiritus autem sit à Deo, caro à terra, duplex in nobis uitæ genus potest oriri, secundum spiritum, & secundum carnem, de quibus Paulus: Si secundum carnem uixeritis, moriemini; si autem spiritu facta carnis mortificaueritis, uiuetis. Vita spiritus est secundum genus Christianorum, uita carnis secundum genus Gentium, & extra Ecclesiam degentium. Quis enim parens noster, nisi Christus, & mater nisi Ecclesia? Quando igitur uiuemus secundum genus nostrum, nisi quando Christi, & Ecclesie uitam consecrari elaborabimus? Studemus igitur Christi uitam imitari, & uiuemus secundum genus nostrum. Fac secundum exemplar, quod tibi ostensum est in monte. Sed quod exemplar? qui mons? exemplar Christus, mons crux. Discamus igitur mortificationem ab exemplari. Perpendas in Christo, quæ sint eius uitæ partes: conceptio quàm pura, natiuitas quàm humilis, infantia quàm patiens, pueritia quàm obediens, adolescentia quàm mortificata, iuuentus quàm laboriosa, mors quàm dolorosa, sepultura quàm angusta. Fac tibi, & c. Perpendas in hoc exemplari, quomodo uita eius fuerit in Mundo seiuncta à Mundo, quatum dignitates floccipenderit, honores neglexerit, gloriam horruerit, opes contempserit, illecebras calcarit, uitæ comoda à se ablegarit. Tyro diligens, qui pingendi artem callere affectat, secundum exemplar sibi propositum faciem deliniat, oculos



Producat terra animam uiuentem.

- a. Iumenta reptilia, & bestias terræ. Idest, caro nostra mortificata uitam uirtute præditam, & secundum eam simplices, prudentes, feroces.
- b. In genere suo. Secundum imitationem sanctorum.

Moraliter.

oculos modò ad exemplar, modò ad tabellam conuertens, ut crines crinibus, frontem fronti, aures auribus, oculos oculis, genas genis, labia labijs, & colorem colori similem reddat. En ars nostra, qua ad exemplar Christi uitam nostram institueret ediscamus. Crines itaque nostri ut Christi crines inculti sint, idest, superflua opes nostre sint sine cultu, seu sine studio. Frons sit ut Christi frons spectata, synceritas uidelicet mentis patentissima: aures ut Christi aures iniurijs, cōtumelijs, & conuicijs occlusæ: oculi ut Christi uelati, curiositati non vacantes: genæ ut Christi placidæ, idest, mores suaues: labia ut Christi clausa, & tantum orationi aperta: color ut Christi pallens, idest, mortificationem in omnibus affectans. Qui hac uita uiuet, erit anima uiuens secundum genus suum. Sed pro dolor, quot animæ sunt uiuentes secundum genus carnis?

a. Idest, caro nostra mortificata uitam uirtute præditam, & secundum eam simplices, prudentes, feroces.

E V C H E R I V S Commentariorum in Genesim libro primo, capite septimo.

Post hæc sexta die producit terra animam uiuā, quando caro nostra abstinens ab operibus mortuis, uiua uirtutum germina parturit, secundum genus scilicet suum, idest, uitam imitando sanctorum, sicut Apostolus ait; Imitatores mei estote. Secundum nostrum quippe genus uiuimus, quando in opere bono sanctos uiros quasi proximos imitamur. Deinde produxit terra bestias, homines in potentia rerum, siue ferocitate superbia, similiter & pecora, fideles in simplicitate uita uiuentes: serpentes quoque innoxios, sanctos uidelicet uiros astutia uiuacitate bonum à malo discernentes, & in quantum fas est, reptando scrutantes terrena, per quæ intelligant sempiterna, non illos uenenosos, qui se in huius mundi cupiditatibus terrenis collocant.

1. Cor. 9.

Beda hæc ipsa tradidit non mutata oratione libro de Sex dierum creatione: & Expositione in Genesim ea ipsa adhuc; sed ubi Eucherius per terram carnem nostram mortificationem exponit, ipse Ecclesiam non ita propriè interpretatus est.

G L O S S A Interlinearis hanc ipsam allegoriam sic adnotauit, Augustino ferè totam ascribens.

Producat terra, idest, caro abstinens ab operibus malis: Animam uiuentem, idest, germina uirtutum: In genere suo, uitam imitando sanctorum quasi proximorum: Iumenta, idest, simplices: Reptilia, scrutantes terrena, per quæ intelligant cælestia: Bestias, ferocitate superbie.

Glossa Ordinaria paucis mutatis, hæc eadem ex Beda, & Isidoro refert.

Terra caro nostra est, seu homo iste exterior de terra plasmatus, ut mirificè una consensione diffiniunt omnes hi Patres. Terra ipsa de qua: Terra es, & in terram ibis. Terra, de qua iterum; Terra, terra, audi uerbum Dei. Et alibi: Aspexi terram, & uacua erat, & nihil. Terra, inquam, maledicta in opere hominis interioris, sicut terra ista, quàm terimus, maledicta in opere exterioris hominis. Terra germinans spinas, & tribulos, quibus ex spinis conferta est spinea corona Domini. Terra uersa in falsedinem à malitia habitantium in ea. Terra, quæ tremuit, & quieuit, dum exurgeret in iudicio Deus. Terra quidem florens in Adam, dum iustitia polleret originali; sed mox uersa in falsedinem, aridaque facta, dum peccati labe infecta est. Iterum autem expurgata per Christum, cum segregatis aquis peccatorum, tum originalibus, tum actualibus, quibus obruebatur, dictum est: Germinet terra herbam uiuentem. Hæc iubetur producere.

Caro nostra ut terra.

Hier. 22.
Hier. 4.

Caro certè expurgata à uitijs tanquam à sentibus, spinis, & tribulis, facillè proferet germina uirtutum, exindeque uita uiuet, & uitam ducet sua origine dignam. Afferam exemplum.

Caro nostra expurgata uirtutes proferet.

exemplum. Quemadmodum halitum dicitur opprimere caro pinguis nimis effecta, ita animam vitam opprimere, suffocareque dicitur caro, cum delicijs, illecebrisque pinguis, ipsam aspirare ad celestia non sinit.

Sed producit hæc terra iumenta, seu fideles in simplicitate vitæ viuentes, serpentes innoxios, prudentiaque celebres, non venenosos, qui terrena scrutantur, ut intelligent celestia, nec terrenis alantur cupiditatibus; & bestias, homines in rerum potentia, siue ferocitate superbiæ confidentes. Hæc secundum Patrum sententiam. Primum genus ut plurimum est plebis, cum hæc, ut iumenta, onera vitæ gerat, in potiorumque seruitutem redigi cernatur. Verum id humilibus hominibus non fastidit, vertatur, nam & Christus inter asinum, & bouem nasci dignatus est, ut agnoscant se ab ipso non reijci. Propheta etiam libenter aiebat Domino; Ut iumentum factus sum apud te, & ego semper tecum. Secundum genus prudentium est, quorum duplex est differentia. Alij prudentes sunt in Christo, iuxta eiusdem consilium. Estote prudentes sicut serpentes; & simplices sicut columbæ. Et sunt hi, qui simul connectunt prudentiam, & puritatē. Alij sunt prudentes sæculi, vatri homines, callidi, proximum circumuenientes. Caput primæque classis Christus fuit, serpens ille æneus, in quem qui respiciunt, ignitorum serpentium venæ num non pertimescunt. Caput alterius classis Dæmon fuit, nam & serpens erat callidior cæteris animantibus. Tertium genus est proteruorum principū, procerum, & aliorum, qui propriæ feritati confisi, Ecclesiastica decreta negligunt, atque irridant. Hi sunt gigantes in sæculo, qui contra Deum bellum inire non formidant.

b. Secundum imitationem sanctorum.

Perpulchrè exposuere Patres, ut iam relatam est, secundum genus suum, nempe secundum vitam sanctorum assidua imitatione dignam. Maiores enim nostri fuisse sancti hoc in genere Christiano, quorum exempla nobis ad imitandum proposita sunt. Cōfuescunt nobiles iuri, & proceres maiorum suorum gesta lætare, ut exemplo eorum, qui in sua familia celebriores extiterunt; ipsorum animi ad uirtutem, & gloriam vehementius excitentur. Israelitæ in nocte transitus Domini, qua animam ad libertatem erigebant, tria sibi faciunda didicere, renes accingere, calciamenta habere in pedibus, tenere baculos in manibus. Renum accinctorum symbolo, continentia nobis demonstratur; calciamenta in pedibus, sanctorum exemplorum memoriæ indicant; baculi in manibus, crucis & patientiæ ostendunt necessitatem in hac nocte uitæ, qua fit transitus Domini, qua fit iudicium, & Aegyptiorum primogeniti pereunt, Israelitæque; nimirum electi exeunt, excussa peccati seruitute, ad Cælum. Plurimum enim certè impellit generosos animos maiorum suorum gloria, nomen, & exemplum, Nobis mirificè proficuum erit, si sæpe meditabimur, quæ fuerit innocentia Abelis, religio Enoc, iustitia Noë, fides Abraham, spes Isaac, charitas Iacob, castitas Ioseph, diligentia Moyses, fortitudo Iosue, mansuetudo Dauidis, zelus Eliæ, constantia Machabæorum. Quanta etiam extiterit post Christum sollicitudo Apostolorum, patientia Martyrum, integritas Cōfessorum, puritas Virginum, quantumque sancti omnes fuerint pro fide nostra constantes. Unde nec Apostoli contumelias, nec Petrus, & Andreas crucem, nec Bartholomeus cultrum, nec Iacobus, & Paulus enses, nec Stephanus lapides, nec sagittas Sebastianus, nec Laurentius carbones, nec Faustinus & Louita feras, igne, & carceres, nec Chatarina rotas, nec Agnes, & Agatha gladium horruere. Hæc enim sunt stellæ nostræ, quæ splendent in firmamento nostro, in Ecclesia uti sydera, coruscantque exemplis, ut earum uitam & contemplari, & imitari possimus. Sed si tantum fulgent stellæ, quid Luna, Deipara nostra, electa ut Luna? cuius uita Angelica fuit, quam mirari nos potius, quam perfectè imitari posse existimo. Quod si tantum Luna, quid Sol Christus exemplar nostrum, & idæa, cuius radij ubique coruscant? Hæc sunt igitur maiorum nostrorum lumina, hos imitari cogimur, nisi ab ipsis, tanquam omnino degeneres, contemptui, & odio haberi uolumus.

Caro nostra
vitæ terrena, pro-
ducit simpli-
ces, prudentes,
& feroces.

Psal 73.

Matth 10.

Gen 3.

Renes accin-
cti, calciame-
ta in pedibus,
& baculi in
manibus, qd
significent.

Sacrorū vir-
tutes confide-
randæ.

Iumenta,

Producat terra animam uiuentem,

Iumenta, reptilia, & bestias terræ.

- a. Idest, cor nostrum passiones terrenas, carnales, & efferatas.
b. Idest, caro nostra terrenorum amore obruta, cupidos, luxuriosos, & superbos.
c. Producat Scriptura vetus exempla virtutum, vitiorum, & indifferentia.

Moraliter.

a. Idest, cor nostrum passiones terrenas, carnales, & efferatas.

ORIGENES Homilia prima in Genesim.

Producat terra animam uiuam secundum genus, quadrupedia, & reptentia, & bestias terræ secundum genus. Et illa quidem, quæ de aquis producta sunt, diximus debere motus, & cogitationes mentis nostræ, quæ de profundo cordis producuntur, intelligi. Nunc uero hoc quod dicitur; Producat terra animam uiuam secundum genus, quadrupedum, & reptentium, & bestiarum super terram secundum genus, exterioris hominis nostri, idest carnalis & terreni, motus arbitror indicari. Denique nihil volatile in his, quæ de carne loquitur, indicauit, sed tantummodo quadrupedia, & reptentia, & bestias terræ. Secundum illud nempe, quod dictum est ab Apostolo, quia non habitat in carne mea bonum, & quia sapientia carnis inimica est Deo, ista nimirum sunt, quæ terra, idest, caro nostra producit: de quibus rursum Apostolus præcipit, dicens; Mortificate membra uestra, quæ sunt super terram, fornicationem, immunditiam, impudicitiam, auaritiam, idololatriam, & cetera.

Colof. 3.

BEDA Expositione in Genesim.

Sicut autem superius diximus, per aues & animantia ex aquis producta, omnes animi nostri motus posse intelligi, qui producuntur de profundo cordis, uelut ex aquis: sic possumus per animantia ex terra producta, exterioris hominis nostri motus intelligere, in quibus nihil volatile indicatur. Scio enim, quod non inhabitat in me, hoc est, in carne mea bonum.

Terra etiam cor nostrum est, si terrenarum cogitationum, & cupiditatum sit sedes. Hoc gignit certè reptilia, iumenta, & bestias terræ. Quid profectò cupiditas terrena, nisi reptile humi repens? Quamobrem uti cor pij paradus est uoluptatis, ita cor impij lacus reptilium. Vtinam lacus ipse sit, in quo Daniel concluditur, nempe Christus, & a cogitationibus prauis adeo reuertatur, ut incolumis euadat. Sed heu, cor peccatoris quasi mare feruens, infinitis propè monstris repletum. Quid carnales concupiscentiæ in corde pullulantes, nisi iumenta, commoda, atque delicias sibi parantia? Hæc sunt, de quibus Propheta; Computruerunt iumenta in stercore suo. Putrescunt profectò carnales concupiscentiæ in proprijs, ac sordescuntibus carnis illecebris, quasi in stercore, cum nil aliud, si benè animaduertas, sint illecebræ, quàm excrementorū effusio. Quid tandem efferatæ passiones, & machinationes, nisi bestia terræ? Cor nostrum siquidem aridum est desertum, immo Africa ipsa. Tradunt nanque Africam arenosis desertis plenam, & aquarum indigam tot monstra gignere, ut locum prouerbio dederit; Semper aliquid noui affert Africa. Contingit autem id, quoniam prouinciæ illius beluæ, cum è longinquo ad fontes conueniant, & adulterino connubio coeant, semper noua monstra edunt, & gignunt. En cor nostrum ueluti Africa, quia à torrente Sole concupiscentiæ arefactum est, & aquarum indigum, nempe gratia uacuum, innumera gignit monstra. In corde siquidem plures cupiditates coeunt, & ita efferatarū, & immanium passionum animi prodigiosos foetus semper emittunt.

Ioel. 1.

Cor nostrū
ut Africa gi-
gnēs mōstra.

b. Idest, caro nostra terrenorum amore obruta, cupidos, luxuriosos, & superbos.

HVGOCarenensis in Postillis.

Tria ponit Moyses: reptile, bestias, iumenta; per quæ significantur illa tria; Omne quod est in Mundo, &c. Hæc tria de terra oriuntur, quia de amore terrenorū uinosa malitia ortū habet. Radix omnium malorū cupiditas.

1. Ioan. 2.
1. Thimot. 6.

xxxx Per

Per reptile significantur cupidi, qui circa terram repunt; Beatus Bernardus; Circumit vt sedulus explorator, simulat, dissimulat, sequitur, obsequitur, manibus, & pedibus repit: vt quoquomodo se ingerere queat in patrimonium crucifixi. Per iumenta luxuriosi; Computruerunt iumenta in stercore suo. Per bestias, superbia; Conterebam molas iniqui. Hæc tria significantur per iumenta, pisces, & volucres, ibi: Interroga iumenta, & docebunt te. Ideo Diabolus dicitur auis, quoniam tentat de superbia; dicitur bos, quoniam tentat de luxuria; piscis, quoniam tentat de auaritia: Nunquid extrahere poteris leuiathan hamo? Nunquid illudes ei, quasi aui? Fenem quasi bos comedet: Mittam piscatores multos, & piscabuntur eos, & post hoc mittam eis venatores multos, & venabuntur eos de omni monte, de omni colle, & de cauernis petrarum. Piscatio piscium est, venatio ferarum, & auium.

Caro hæc nostra illecebris, uitij, delitij, atque concupiscentijs suis hominem praua quadam metamorphosi in bruta conuertere videtur. Fertur sæpe apud ethnicos, homines, foeminasq; in plantas, germina, olera, arbores, pisces, aues, & quadrupedia, & in scopulos, montesq; fuisse immutatos, de quibus prolixam orationem habet D. Fulgentius. Sed hæc fabula existimantur. Clarissimum autem est, carnem hanc nostram suis concupiscentijs, atq; illecebris, hominem in diuersa ferarum genera transformare. Caro siquidem homines mutat in belluas, nempe in belluinam eos uitæ rationem, ferinosq; appetitus transfert. Quid est enim aliud homo tumens ira, quam leo fremens? Quid inuidiæ labe fordidatus, quam canis rabidus? Quid illecebris ueneris complicatus, quam sus in ceno uolutatus? Quid commestationibus, & ebrietatibus incumbens, quam uoracissimus lupus? Quid ociosus & piger, quam ursus, qui non pinguescit, nisi uerberibus? Quid callidus & uaser, nisi uulpes alienis sedibus machinans, & insidians? Quid scarius, quam panthera sua immanitate exandescens, proprios etiam tenellos necans? Homo cum in honore esset, non intellexit, comparatus est iumentis. In honore siquidem constitutus erat, cum sub ipso erat appetitus, & dominabatur illius: ratio, inquam, dominabatur, & caro ancillabatur. Non intellexit, cum carni, cupiditatibusq; illius imperio collato, factus est ei mancipium, & seruus. Comparatus est iumentis insipientibus: in spiritualibus uitij comparatus est Dæmonibus, quorum insipientia, cum defecerunt à Deo, fuit immensa; in peccatis uero carnalibus, æquatus est brutis ratione carentibus, nullaque sapientia præditis, & similis illis est redditus. Porro sicut tria genera sunt animantium à terra productorum, iumenta, reptilia, & bestia; ita tria genera hominum terrigenis rebus additorum: reptilia, cupidi, seu auari sunt, qui humi repunt, & terram comedunt: iumenta, libidinibus agitati: bestia, tumentes superbia, de quibus satis copiose Hugo Carenfis.

c. Producat Scriptura uetus exempla uirtutum, uitiorum, & indifferentia.

Testamentum uetus terræ nomine significari posse supra demonstrabamus. Terra est, quæ botrū protulit, Christum scilicet, sed promissionibus, & figuris, quasi folijs obuolutum. Terra, quæ Hebræis senebat lacte, & melle; lacte quidem promissionibus terrestrium rerum, quibus uti infantes lactabantur; melle uero promissionibus Messia, quem suauissimè expectabant: nobis præbet simplicem intelligentiam; ut lac, & suauitatem contemplationis, tanquam mel. Terra duplici irriguo insignita; nimirum duplici sensu, superno mystico, inferno literali. Protulit hæc terra tria genera animantium, iumenta, reptilia, & bestias; tria scilicet genera exemplorum; iumenta exempla uirtutum amplectenda, quæ ad uitæ institutionem maximè conducunt: reptilia exempla nec amplectenda, nec fugienda, ut quæ prudentiam, & solertiam humanam duntaxat præferunt; tandem bestias, abhorrenda, uitandaq; uitiorum exempla, quæ animam, ut bestia rapiunt, & dissipant. Quamquam cuncta Scriptura etiam uetus gignat animam uiuentem, quia nihil est in Scriptura, quod si non literali, mystico saltè sensu, uel mentem non instruat, uel affectum non doceat.

Venatio

Venatio Mystica.

Senuerat ualde Patriarcha Isaac, caligauerantque oculi eius, ac uidere non poterat. Vnde accito ad se Esau primogenito suo, sic eum allocutus est; Sum e arma tua, pharetram, & arcum, & egredere foras. Porro noster Isaac homo interior est, hic fenescit quantum dicitur, cum tepore spiritus frigescit, & languet; & caligant oculi mentis, ne ad contemplationem apprimè, ut assolebat, furgere possit, cœlestiaque anhelare. Menti igitur præcipit, ut arma capiat, pharetrā, & arcum: Arma, uires scilicet suas intellectiuas; pharetram, memoriam sedem phantasmatum; & arcū ratiocinationis, ac discursus, & egrediat foras, ad contemplanda quæ circa seipsum sunt, ad uenandūque animantia, nimirum ad indagandas naturas, affectionesque rerum uniuersarum super terram degentiū, sensibus ueluti canibus præeuntibus, atque discurrentibus: cum his exemplis documentisque, quasi uenatu perceptis, mirificè ipse homo interior gaudeat, & quasi suauissima quadam esca nutriatur. Vt igitur nos quoque ex animantibus aliqua uenemur præcepta uitæ, institutionesq; exeamus ad nemora, ac ualles semotas, cōscēdamusq; eminentiora montiū iuga, comitibus ac ducibus præstantissimis Patribus Basilio, & Ambrosio, & Epiphanio. Et primum nonnulla, quæ de quadrupedibus inuestigari communiter possunt, dum ad remotas plagas progredimur, breuiter contemplemur.

Os homini Deus sublimè dedit, animantibus prouum ad terram, ut discamus nos cœlestia, non terrena perquirere.

BASILIVS itaque sic exorsus est fari.

Iumenta terrea sunt, & ad ipsam mutantia terram: At planta cœlestis homo, quantum figura, formaque corporis cæteris animantibus antecellit, tantum & dignitate animæ præstat. Qualisnam est animantium quadrupedum forma? Caput illis ad humum est prouum, ad ventrem spectat, voluptatem uentris omnibus modis persequitur. Caput tuum ad ipsum Cælum exurgit, oculi tui res supernas conspiciunt. Quod si unquam & tu carnis affectionibus succumbens te ipsum dehonestaris, uentrique, & ipsi quæ sunt sub ventre serueris, comparatus es iumentis insipientibus, & illis persimilis es effectus. Alia te cura decet, supernas res, inquam, explorare, ac querere, ubi Christus est, terrenis contemptim transmissis, cœlestia mente transcendere. Vti forma te natura insigniuit, sic & te ipsum, & tuam uitam disponere uelis. In republica cœlesti uersare: uera tibi patria est superna illa Hierusalem: conciuēs atque contribules ipsi primogeniti, qui sunt conscripti in Cælis.

Plura sunt, eaq; admiranda, quibus homo cetera antecellit animantia, tum in anima, tum in corpore. Primum à Deo plasmatus est omnium postremus, ueluti etiam omnium rex. Animā subinde accepit cœlitus demissam, nō è limo educam. Ad imaginem adhuc & similitudinem Dei est conditus. Ipsi tandem imperium Mundi à Deo collatum. Sed quod ad rem nostram pertinet, id singulare extitit, quod Deus sicuti animantia prona ad terram, & uentrem respicientia creauit; ita hominem rectum, Cælumque intuentem plasmarit. Huiusce autem rei causæ plures deduci possunt. Primum, quia rex renunciatus fuit uniuersi, collatumque tunc ei Mundi imperium, cum dixit Deus: Dominamini piscibus maris, & uolucris Cæli, & bestijs terræ; at regem omnibus eminare decebat, super cunctos tolli, ut cuncta prospiceret, regeret, ac moderaretur. Deinde si homo arbor erat euerfa, cuius radices caput, truncus corpus, rami brachia & pedes, nonne recta debebat figura cohonestari? radices, inquā, debebat fursū quasi in Cælo figere, ut intelligeret humorem atq; succum ad proferendos flores & fructus à Cælo capiendum, atque hauriendum esse: Deinde cum ex natura arboribus competat, ut à ramis ad radices fructus demittat, agnosceret homo fructus suos in Cælum suo pondere, hoc est, suo merito esse deferendos. Accedit, ut aiunt Philosophi, ob id hominē rectum esse conditum, non procliuem, quoniam ad contemplationem erat destinatus, cui contemplationi cæteris figuris longè aptior & accommodatior est recta. Est profectò in terra homo non terræ incola, sed quasi ex terra spectator supernarum rerum atque cœlestium, quarum spectaculum ad nullum aliud genus animantium pertinet. Tandem figura, formaq; corporis ad Cælum recta effectus est homo, ut intelligeret terrenis contemptis, carnalibusque neglectis rebus, supernis tantum uacandum esse, eaque sola sibi dili-

xxxx 2 genda

Iohel. 1.
Iob. 29.
Iob. 12.

Iob. 40.
Hiem. 16.

In mytholog.
lib. 3.

Caro homi-
nes uerit in
bestias.

Psal. 48.

Gen. 27.

Venationis
mystica in-
strumenta.

Hex. Hom. 9.

Hominis su-
per bruta di-
gnitates que.

Homo cre-
ctus à Deo
creatus.

genda & appetenda. Ad cœlestia igitur cupienda, inuestigandaque, corp oris forma præstantissima hominem allicit, & inuitat: ob id os homini Deus sublimis dedit, Cœlumq; videre, rectorq; ad sidera tollere vultus. Ac profectò nonne cuncta, ò homo, ad Cœlum te erigunt, attrahunt, atque compellunt? Ibi superna est patria nostra Hierusalem, regia nostra; nam lætatus sum in his quæ dicta sunt mihi, in domum Domini ibimus. Ibi sedes animæ Deus ipse: Fecisti nos Domine ad te, & inquietum est cor nostrum, donec quiescat in te. Ibi pater misericordiarum pater noster, ibi sponsus dilectus animæ, ibi cōciues, contribulesque nostri electi; ibi thesaurus noster, ut ibi quoque sit & cor; nam vbi est thesaurus tuus, ibi & cor tuum; Ibi hæreditas nostra; Portio mea sit in terra viuentium. Moses migraturus ex corporis ergastulo, in montis cacumine terram promissionis mirifico aspectu tùm vallium viridantium, seù nemorosarum; tùm collium vndique frugiferis arboribus confitorum. Istaëli ostendit, vt suorum pectora excitaret, ad bellaque, proposita illis præda, accenderet. Quis igitur non exardescet, cùm facie ad Cœlum versa, ditissimam illam, & omnium bonorum affluentiam insignem terram, vt hæreditatem sibi esse paratam conspiciat? Sed proh dolor, Ecce mulier, quæ habebat spiritum infirmitatis annis decem & octo, & erat inclinata, nec omnino poterat rursus respicere. Mulier certè hæc natura humana est, spiritum habens ægritudinis primæque delicti; inclinataque est ad eò fomite ad res terrenas, cupiditatesque carnales explendas, vt ferè Cœlum respicere nequeat.

Homine in Cœlum se erigere cuncta compellunt. Psal. 121.

Matth. 6. Psal. 141.

Luc. 17.

Humana natura ut mulier ægrit udi ne inclinata.

Hexe. lib. 6. cap. 3.

Psal. 31.

A M B R O S I V S his adijciebat.

Primum quia omnia genera pecorum, bestiarum, ac piscium, in aluum naturæ prostrant, vt alia ventre reptant, alia que pedibus sustentantur dimissa magis quadrupedo corporis gressu, & velut affixa terris videas esse, quàm libera. Siquidem erigendi se non habent facultatem, de terra victum requirunt, & ventris, in quem defleuntur, solas sequuntur voluptates. Caue, ò homo, pecudum more curuari. Caue, ne in aluum te non tam corpore, quàm cupiditate defleas. Respice corporis tui formam, & speciem congruentem celsi vigoris assume. Si sola animalia prona pascuntur, cur te in edendo sternis ipse, quæ natura non strauit? Cur eo delectaris, in quo nature iniuria est? Cur noctes & dies cibo intentus pecorum more terrena depascaris? Cur illecebris corporalibus deditus, ipsum te in honores, dum ventri, atque eius passionibus deseruis? Cur intellectum tibi adimis, quem tibi creator attribuit? Cur te iumentis comparas, à quibus te voluit Deus segregari, dicens; Nolite fieri sicut equus & mulus, quibus non est intellectus? Aut si te edacitas equi, intemperantiaque delectat, & ad hincire ad feminas voluptati est, deleatet in fræno maxillas tuas, chamoque constringi. Si crudelitate pascaris, ferarum hæc rabies est, quæ propter seuitiam trucidantur. Vide ne in te quoque crudelitatis tuæ vertatur immanitas.

In animantibus uirtutum & uitiorum imagines insite, hominem ad hæc uitanda, & illas prosequendas inuitant.

Hex. Hom. 9.

B A S I L I V S sic sermonem prosequatur.

Animalia nanque singula diuersis proprietatibus inter sese, variisque non mediocriter distinguuntur. Est enim bos quidem constans, sireneusque, asinus autem piger; equus libidine incenditur, petitque impetuose femellam; lupus miscere nequit; vulpis insidiosa est, & ad dolos natura concinnandos sagax; ceruus timidus; laboriosa formica; canis graciosus est, & imitè semel amicitiam tenax, ac memor. Simul enim animalia singula cum sua peculiari natura creata sunt.

Quemadmodum in cunctis tùm germinibus, tùm lapidibus, tùm animantibus insite sūt virtutes quædã & facultates lethiferæ, ac exitiales, nonnullæ etiã ad propellenda varia morborum genera proficue, atque ad sanitatem inducendam, tuendamque perutiles; ita in his, & præcipuè in animantibus quædam adsunt imagines uirtutum, atque uitiorum (nam in brutis rationis expertibus, liberoque non callentibus arbitrio, uirtutes, ac uitia propriè residere nequeunt) à Deò inditæ, ut nos uitia quidem arcere, uirtutes autem amplecti ediscamus. Quamobrem Mundus theatrum est, seu scena, in qua astantibus nobis tanquam spectatoribus, bruta suos exigunt actus, diuersa morum genera patefaciunt. Quapropter vulgatissimum est (ut de nonnullis loquar) quæ sit constantia in boue, innocentia in agnulo, industria in formica, gratitudo in cane, animositas in leone, sobrietas in camelo, docilitas in elephante. Et ex aduerso, pigritia in asino, libido in equo, voracitas in lupo, calliditas in vulpe, timiditas in ceruo, ignauias in vrfò, & consimilia. Aromatarius eruditus, cùm theriacam cupit compo-

Mundus ut theatrum, in quo bruta suos exigunt actus.

componere, plura eligit, vt aiunt, ingredientia, tùm lethifera, tùm proficua, tùm noxia, tùm salubria, ut alia alijs sint antidota, & se inuicem corrigant, ut ex illa commitione salubre medicamen ad effugandos morbos enascatur. Consimili studio & prudens homo ex pluribus tùm vitijs, tùm uirtutibus propria mente versatis ac trituratis, dum uaria ex uitijs damna, plurimaque ex uirtutibus descendencia perpendit cōmoda, aptissimum inde medicamen sibi comparat, quo putrida animæ vlcera, & uitiorum uena retundat, & expellat.

Ex animantium uirtutibus & uitijs theriaca optima cōficiunt.

Discendum est ab animantibus animæ uulnera curare.

B A S I L I V S adhuc sic eloqui sequebatur.

Hex. Hom. 9.

Si transigamus oratione, quanta rationis expertibus istis insit sine doctrina quidem, quippe naturalis suæ uitæ diligentia, atque cura: aut ad nostri custodiam corporis, animarumque nostrarum prouidendam salutem impellemur, ac concitabimur: aut magis magisque carpemur, ac condemnabimur, si ita fuerimus affecti, vt neque animalia imitari rationis expertia ualeamus. Vrfæ septennero uulneribus saucia grauidus sibipsum medetur omni conatu: calenti adhuc uulneri uerbasco sicca nature herbam indens, obturansque. Videtur & vulpem laricis aut piceæ lachryma seipsam medicantem. Testudo quoque uiperæ immodicè exatiata carnibus, per aduersam origani naturam, nocumentum è uenenata fera sibi prouenturum euitat. Quin & anguis femiculi pastu, lippitudinem oculorum curare uidetur.

A M B R O S I V S ea ipsa repetebat.

Hex. li. 6. c. 4.

Quid quod etiam medendi industriam non pretermisit? Siquidem graui affecta cæde, & consauciata uulneribus mederi sibi nouit, herba cui nomen est phlomos, vt Greci appellant, uulnera subiciens sua, vt solo curentur tactu. Serpens quoque pastu femiculi cecitatem repellit exceptam. Itaque ubi oculos obduci sibi senserit, nota remedia petit, nec fraudatur affectu. Testudo uisceribus pasta serpentis, cùm uenenum aduerterit sibi serpe, origano medicinam suæ salutis exercet. Et cùm sit uolutabris palustribus mersa, curare se tamen proprio nouit antidoto, certoque auxilio sanitatis, potestates herbarum etiam ipsa se scire comprobatur. Videas etiam vulpem lachrymula pinus medentem sibi, & tali remedio imminenti mortis spatia proferentem. Et post. Caprea uulnerata dictamum petit, & de uulnere excludit sagittas. Norunt & bestie remedia sua. Leo æger simiam querit, vt deuoret, quo possit sanari. Leopardus capræ agrestis sanguinem bibit, & vim languoris euitat. Omnis fera ægra, canis hausto curatur sanguine. Vrfus æger formicæ deuorat. Ceruus oleæ ramulos mandit. Ergo feræ norunt expetere ea, quæ sibi profunt, tu ignoras, ò homo, remedia tuæ?

Cuncta igitur bruta, ut benè enarrarunt hi Patres, mox ut uulnere, seù morbo appetitur, ad antidota sibi à natura indita properant. Homo ut corpus suum morbo affici sentit, statim gemit, strato decumbit, medicos peritissimos conuocat, plurima medicinarum genera sibi postula adheri. Sola anima ab homine negligitur, solus homo nec antidota animæ cognoscit, nec procurat, animæ uulnera putrescentia non mēsisibus tantum, & annis, sed ætatibus ipsis, ascendente usque ad Cœlum fœtore, perpeti, ac suffere nõ ueretur. Quàm eleganter possum cum Propheta exclamare; Omne caput languidum, & omne cor mœrens, à planta pedis usque ad uerticem capitis, non est in eo sanitas. Caput languidum, debilitas est liberi arbitrij, & cùm caput dolet, cætera membra languent. Cor mœrens indigentia est consilij. In planta pedis scabies illa fœtens, seu lepra improba fomitis, & concupiscentiæ, quæ totum inficit corpus, atque fœdat. Uulnus crimen apertum, liuor occultu, plaga tumens, crimen consuetudine patrescens, totam animam sordidant, denigrantque. Nõ est circumligata, quod leges, tùm diuinas, tùm humanas paruipendat, & contempnat, neque curata medicamine incidente, quod nulla sit conscientiæ synderesis, nullus stimulus, nullus pudor, nullum frænum; ob id non fota oleo misericordiæ cœlestis. Putrescit igitur anima, fordescit, marcescit. Proh dolor; ipsa est Emorroissa duodecim afflicta annis, mulier curuata annis decem & octo, languidus habens triginta & octo annos in infirmitate sua: languorque est ita uehemens, ut non remaneat in ea spiritus, gratia nempe Spiritus Sancti, & Christus. Vt quid igitur procrastinare? Vt quid ad antidota non properare? Vt quid brutorum exemplo pharmaca non perquirere? Quod si medicamenta, antidotaque ignoras, ò anima, ediscas ipsa ab his animantibus.

Esa. 1.

Animæ peccatricis infirmitas.

Ab vrfæ, edocemur ignauiam propellere.

Vrfæ grauidus sauciata uulneribus, sibipsum medetur uerbasco sicca nature herba, ipsam calenti adhuc uulneri indens, obturansque: Vrfæ, quod è ignaua admodum sit, otij, desidia

desidia, ignavia, seu torpedinis animae vitium indicat. Verbascus autem, cuius folia sunt lanuginosa, & hirsuta, nasciturque in locis fabulosis, diligentia est symbolum, quae sua natura aspera est, & ex animo non delictis dedito, sed curis & laboribus adusto, proficit. Pellit igitur ignaviam diligentiae virtus.

A vulpe nativitate dimittit.

Vulpes, ut Basilus tradit, laticis, & piceae lachryma mortem imminuentem evitat. Picea vero, quae similis est abieti, picem desudat, montes amat, & frigora: Calliditatem igitur, quae proximum circumvenire insidijs quis machinatur, indicat vulpes. Larix vero, si Theophrasto credimus, arboris genus est nullam cariem longa senecta sentiens, neque ignem concipiens, ac difficulter ardens, & simplicitatem significat. Haec siquidem nec in seipsa corrodentem vermem invidia admittit, nec ignem, hoc est, rerum non suarum concupiscentiam accendit, difficulterque in eorum exoptationem fertur. Medetur itaque calliditati simplicitas.

A serpente in gratitudinem curare.

Serpens partu foeniculi caecitatem, seu lippitudinem oculorum curat. Caeterum caecitas, & lippitudo, anguis, ingrati animi est symbolum, quo homo beneficia non aduertit, ac ponderat. Foeniculus autem herba est nota, a foenore dicta, quod semel hoc terrae mandatum, magno foenore reddat fructum, & gratitudinem praesignat. Curato igitur ingratitude gratitudine.

A testudine otiositatem horere.

Testudo viperam satiat carnibus, ubi venenum serpente agnoscit, origano noxamentum evitat prouenturum. Testudo serpentibus pasta, anima est otiosi, invidia stimulis agitata. Nam invidia serpentibus pingitur circumsepta, non minusque laedit cor invidiae labe, quam serpentium venenum. Grauius igitur huic morbo medendum est origano pietatis Christianae, quae de proximi letatur felicitate. Mirificè olet origanum, & virtus singularis est existimationis; in tertio gradu sicca & calida est herba illa, & vera virtus ad tertium charitatis gradum pertingit, cum primus sit amare, seu bonum velle, commiseri alter, de proximi prosperitate laetari, postremus.

A caprea tentationem repellere eruditur. Psal. 90. Psal. 143.

Caprea vulnere dictamum petit, & de vulnere excludit sagittas. Porro sagittarum tentationem significat. Unde Palmographus: A sagitta volante in die, &c. Dictamus vero herba acris, leuis, mordax, est contemplatio crucifixi, quae ad sagittarum tentationis retundendas vim mirificam habet. Beatus uir, qui allidit paruulos suos ad petram. Nec tantum dictamus sagittas excutit, sed si igni superponatur, mortuos in utero infantes exire cogit, quod contemplatio crucifixi charitati commixta, proposita etiam peccandi eiiciat, atque expellat.

A leone tumorem depone.

Leo aeger simiam deuorat, & sanatur. Leo symbolum est hominis propria existimatione tumidi, qui seipsum, sibi que connatos defectus non librans, facile in arrogantiam labitur. Simia vero ita appellata, quod mima sit, siue imitatrix, eorumdem vitiolorum noxium, reumque exprimit. Hanc si leo aeger comederit, si uitia sua, criminaque in alio sibi deliniata, & quasi in scena acta cognouerit, atque intellexerit, facile ad emendationem properabit.

A leopardo, anima ferocitatem remittit.

Leopardus capreae agrestis sanguine epoto, languoris vim expellit. Leopardus typus est ferocis, indomiti que hominis, qui plurimum de se praesumat. Hic si capreae agrestis sanguinem hauserit, si difficultatem rerum difficillimarum (nam caprea dicitur, quod carpat aspera) offenderit, nullo negotio ferociam retundet, nec ita facile difficultia aggredi praesumat.

Ab urso torporem declinare.

Vrsus aeger formicas deuorat. Vrsus torpedinis, ignaviaeque, ut dicebamus, symbolum est; formica vero curarum, & laboris. Ignaviam igitur qui expellere cupit, sollicitudinem formicae desumat.

A ceruo timiditatem expellere.

Ceruus oleae ramuscula mandit. Ceruus timiditatem habet connatam; olea autem pietatis, misericordiae, & mansuetudinis est symbolum. Qui igitur suorum criminum vindictam, & ultionem pauet, misericordiae, pietatisque diuiniae memor euadat; & sanabitur.

A cane culpam vulnere curare.

Canis lingua sua lingit vulnera etiam putrescentia, & sordida, & ea detergit, quia aspera est; lenitque, quia humore aspersa. Peccator confessione inueteratas etiam animae culpas, & magnas lingat, asperitatemque doloris detergat, & spe misericordiae liniat, nullumque erit ipsi vulnus incurabile.

Prata-

Pracauendum tempus mortis brutorum exemplo.

BASILIVS adhuc de aliquibus brutorum moribus subijciebat. Praenotiones, siue praesagia mutationis circa aërem futura, quam mentis rationisque sagacitatem non superarunt? Quandoquidem oves ipse accedente hyeme pabulum copiosius, avidiusque ventri ingerunt; proinde quasi sibi viaticum prouidentes pro indigentia cibi futura. Boues autem diutius oclusi tempore hyemis, iam tandem inuente Vere sensu naturali mutatione percepta, omnes vno impetu, laetis aspectibus & stabulis suis egrediuntur, & recta ad viarum exitus spectant.

Hex. Hom. 9.

AMBROSIVS pariter ita differebat.

Hex. li. 6. c. 4. Hier. 6.

Clamat ipse Dominus in Hieremia libro: Turtur, & hirundo, agri passeret custodierunt tempora introitus sui: populus autem meus non cognouit iudicia Domini. Nouit hirundo, quando veniat, quando etiam reuertitur. Nouit etiam pia avis annunciare aduentus sui testimonio Veris indicium. Nouit etiam formica explorare serenitatis tempora. Nam cum aduerterit madidatos imbres fructus suos humescere, explorato diligentius aëre, quando tugem possit seruire temperiem, acervos referat suos, & de cauernis foras suis humeris exportat, ut iugi Sole propria frumenta siccetur. Denique haudquaquam illis diebus omnibus rumpi de nubibus imbres videris, nisi cum fruges suas horreis proprijs formica reuocauerit.

Exempla deinde bouum & ouium a Basilio iam recensita subnectebat.

Tract. 124. in Ioan.

Duas vitas sibi diuinitus commedatas nouit Ecclesia, ut tradit Augustinus, vna in secula, altera in specie; vna in tempore peregrinationis, altera in aeternitate mansionis; vna in labore, altera in requie. Secundum igitur harum diuersitatem, omnia tempus habent, & suis spatijs transeunt vniuersa sub Caelo. Summa igitur est prudentia, quam etiam ex animantium exemplo elicere possumus, omnia temporibus opportunis cooperare; nec ea, quae sunt supernae uitae munera, hac in nostra praeripere; nec nostrae propriae debita, in illam referre, quia omnia tempus habent, &c. Est enim modò tempus nascendi Christo, tunc verò moriendi, ab hac nimirum mortalis vitae ratione, sed perenne vitae genus cum Christo transeundi; In hac tempus plantandi virtutum semina in anima, in illa euellendi, praemia recipiendi; In hac occidendi hominem exteriorem, in illa sanandi resurrectione; In hac destruendi opera carnis, in illa edificandi corpus gloriae redimitum; Nunc tempus stendi peccata, tunc ridendi securitate gratiae, & gloriae; Nunc plantandi perpetua poenitentia, tunc saltandi perenni consolatione; Nunc spargendi lapides, facultates elargiendi, tunc colligendi thesauros amplissimos; Nunc acquirendi spiritus gloriae coelestis, tunc spiritus perdendi ad praefruitione; Nunc custodiendi spiritum, tunc abijciendi in Deum; In hac sciendi carnem, in illa consuendi illam dote glorificationis. In hac tacendi, quia in multiloquio non deest peccatum; in illa loquendi, quia laudibus diuinis resonabunt cuncta; In hac tempus odij, & belli; Qui odit animam suam in hoc Mundo, &c. Est nobis colluctatio aduersus principes tenebrarum harum; in illa dilectionis immensae, charitatis, & pacis, quia pacem posuit fines eius. Agricola tempore Hyemis secat, ut pullulet seges in Vere, maturescat in Aestate, colligatur in Autumno, & quiescat in Hyeme. Sapiens, & fidelis Christianicola virtutum meritorumque iaciet semina teneris in annis, ut in Vere iuuentutis florescat, in Aestate uirilitatis maturentur, ipsa colligat in morte, ut post mortem quiescat. Omnia igitur tempus habent, &c. Quod si tempora non noscis, o homo, ab animantibus illa ediscito.

Ecclesi. 3.

Tempus omnia habent.

Proverb. 10.

Ioan. 12. Ephes. 6.

Merita praeparata uita praeparare edocent nos turtur & hirundo

Oues idem edocent.

Boues praeparati.

Norunt turtur, & hirundo uerno tempore redire, nidos componere, filios gignere, enutrire, dimittere, & aduentante Hyeme, cum ipsis ad tutiora loca euolare. Turtur contemplatiui est typus, & hirundo actiui. Norint igitur tum contemplatiui, tum actiui, cum hunc in Mundum, quasi in nouum clima uerno tempore, floescente nimirum gratia peruenierint, norint, inquam, nidos cogere, corda sua ut sedes virtutum praeparare, educare filios sanctarum operationum, enutrire diligentia, dimittere perseverantia, ut adueniente mortis tempore sciant ad sedem suam Coelum, unde egressi sunt, remeare.

Ouis blandula aduentante Hyeme insatiabiliter herbas carpit, ut expleatur, & pinguescat, antequam adueniente gelu, surripiatur sibi esca necessaria. Et tu ovis Christi cogites, dum hac fruieris uita, sanctis desiderijs insatiabiliter refici, rectis expleri operibus, pinguescere meritis, ne adueniente rabida, & insidiatrice morte, meritis vacuus comperiaris.

Bos pendente pluuia, ad praesepe se tenere nouit, sed ubi Caeli mutationem naturali

rali sensu collegerit, foras spectat, & egredi cupit. Et tu sub Christi iugo cū ipso Christo sociatus, intelligens huiusce vite mutationem imminere, ad præsepe, ad uitæ uidelicet commoda ne respicias, sed alteram anheles vitam, & animo hilari egredi ex ergastulo corporis cupias, de præmijs certior factus, & dicito cum D. Paulo; Mihi uiuere Christus est & mori lucrum.

Philip. 1.

Pro uita aternâ coaceruare merita, & custodire, edocet formica.

Hex. Hom. 9.

BASILIVS eleganti oratione hæc adnotabat. Non tute tibi eandem, o homo, diligentiam adhibebis? non tute tibi ipsi demum elaborabis? non hoc tempore presenti fruges tibi recondes? requiemque ad futurum formicæ exemplo parabis? Formica temporis hyberni pabulum æstate sibi sedulo condit, & non quod hyemis incommoda nondum adfuit, ociosa tempus traducit: sed incessabili quodam, intentoque studio legendi semina tantisper incumbit, dum sufficiens alimentum in cellulis sibi recondat. Neque id incuria facit, sed sapienti quadam providentia, ut quamprimum tempore pabulum sibi persistere, conseruarique possit. Secat enim unguiculis fructus medios, arrososque condit: ne rursus in fruges exeant de terra, atque inutiles inde sibi ad usum alimonia fiant. Cum senserit eos madefactos imbre, profert, atque exiccatur. Nec omni tempore id agit, sed cum præsenferit aërem serena in statione teneri, sere namque Cælum. Etenim nunquam ex nubibus imbrem defluxisse conspexeris, quanto tempore à formicis expositum est frumentum.

Formica triplex nobis suggerit prudentiæ munus pro uita aternâ comparanda.

2. Corin. 6.

Pro coaceruandis opimis meritis, ipsisque custodiendis, ne euanescant, nullum certè aptius exemplū habet homo, nullum dueem prouidentiore quàm ipsa formica. In formica siquidem triplex perpendi potest prouidentia munus: Primum, quod pabulum æstate sibi sedulo condit, quod in hyemali tempore necessarium præuiderit. Aestatis tempus nobis certè uita nostra est, qua coruscatur radius gratiæ: Hortamur vos, ne in uacuum gratiam Dei recipiatis, ait enim; Tempore opportuno exaudiui te. Tempus hyemis, iudicij seu mortis tempus est, quo abscedente Sole gratiæ, & misericordiæ, iustitiæ tempus exurgit, tuncque quasi in Hyeme caligines oppressionis mentis, nubes timoris, venti iudicij animam iactant, atque obruunt, atrisque tenebris confusionis ipsa obuoluitur, & obfcuratur. Eo igitur tempore, ne deficiamus inopia meritorum, huius uitæ ætate, exemplo formicæ cogenda sunt uegetes, ne id contingat nobis, quod imprudentibus uirginibus, quibus dictum est: Nescio uos. Deinde, quod mirificum est, formica morfu & unguiculis fructus fecat, arrososque recondit, ne rursus ex terræ humiditate marcescentes pullulent, in herbasque exeant. Consimili euentu opera nostra, quæ facile ex tumore superbiæ, uel inanis gloriæ carie putrefcere, atque inde in Mundi faciem pullulate, in uanitate, & quasi nouas herbas erumpere possent, aculeo conscientie sunt corrodenda, in idque nobis semper meminisse iuuabit: Quid habes quod non accepisti? quod si accepisti, quid gloriaris, quasi non acceperis? Mirificum quoque illud est in formicis, quod ubi fructus madefactos senserint, non omni tempore, sed cum aërem in sua temperie uigescere intellexerint, ex horreo ad Solem deferunt, ut exiccant. Humectantur certè & opera nostra, cum lethifero scelere occupata mortificantur, ideoque nouo poenitentia auxilio exiccanda sunt, ut ad pristinam meriti rationem restaurentur. Seligendum est igitur tempus serenitatis, tempus conualescentis uitæ, dum Sol Christus gratiæ radio hemisphærium nostrum, Ecclesiam illustrat. Neque expectanda est atra procella, & superuenientes imbres mortis, & senectutis, quod in senectute & in morte difficillima sit poenitentia, post mortem autem impossibilis. Nam & Esau exauditus non est, ut benedictionem impetraret, quanquam cum lachrymis quesuisset eam. Antequam igitur imbres te occupent, fatage, ut fax formica, fruges operum tuorum poenitentia exiccare,

1. Corint. 4.

Non surripiendi honores merentibus, exemplo formica.

EPIPHANIVS hæc amplius de formica adijciebat.

Cum sollicitè discurrent, & singula granum portant, à ferentibus vacuæ nec petunt, nec vi auferunt, sed unaquaque colligere sibi studet. Hæc in prudentibus & fatuis uirginibus deprehenduntur.

Lib. 3. de Nat. Deorum.

Mirificæ sunt à natura præstitæ animantibus facultates, cum in formica minimo ferè omnium animali, non tantum sensus, sed mens, ratio, memoriaque quoquomodo, si Ciceroni credimus, spectentur. Hoc autem præcipue est eis à natura tributum, teste Hieronymo

onymo in Epistola ad Presidium, quod formicæ, quæ nihil portant, onera earum, quæ portant, non surripiunt. Quid inde nobis exhibetur documenti, nisi quod laudem, gloriam, dignitates, præmia cæteris debita, falso nomine, uel simulata probitate minimè suffuremur, sed uigilijs, lucubrationibusque nostris ea comparare studeamus. Nam quantum ad futuram spectat retributionem, prudentum, & fatuarum uirginum exemplo, laborum nostrorum tantum præmium nos nacturos esse non ignoramus.

Secernendi sensus Scripturarum exemplo formica.

EPIPHANIVS adhuc de formicis.

Cum cellulis graua condunt, in duas partes illa diuidunt, ne hyeme ingruente putrescant, & ipsa fame pereant. Formica enim cum sit animal solers, & æstum Solis nimium, & hybernum tempus præsentit. Itaque eam uideris triticum in cauernam condentem, hyemem aduentare intellige. Si uero illud extra educentem ipsam uideris, tranquillum instare tempus scito. Tu uero, o homo, sermones ueteres à spiritualibus separa, litera enim interficit; & Paulus ait; Lex spiritualis est. Iudæi autem legi minimè adherentes, fame perierunt.

In Physio. c. 13.

Non inscienter, & ineleganter Epiphanius granum à formicis reconditum, ac in duas partes secatum, sensibus è sacra Scriptura haustis, depromptisque comparat. Quemadmodum siquidem granum alimonia est corporis, ita Dei uerbum esca est anime suauis; quinimmo manna desuper scatens, quod omnes sapores præfert. Caterum si sensus sacrarum Scripturarum non seiunguntur, sed literalis tantum accipitur, periculosum est, ut hyeme ingruente, algore scilicet spiritus superueniente, sensus ille putrescat, & pullulet, nimirum ad carnalia, & terrena trahatur, & documenta exhibeat prudentiam potius humanam, quam pietatem Christianam redolentia. Verum si dissecetur, & farina à furfure disungatur, literalisque sensus quasi furfur proijciatur, & spiritualis farina defumatur, nec putrefcere, nec pullulare certè poterit, sed aqua pietatis conglutinata, sine fermento ueteris hominis, uel melius cum fermento ipso Christi contemplationis, panis euadet nitidus, & suauis, mentem opiparè & iucundè refecturus. Verum à formicis alia adhuc possumus depromere documenta. Cum triticum in cauerna condit formica in hyeme, edocet nos merita nostra in secreto obliuionis concludere, in hyeme tentationis, ne eorum memoratio blanda in inanem gloriam mentem pertrahat. Et cum educit ipsa tranquillo tempore, ut à Sole exiccetur, edocet pariter merita nostra tempore gratiæ Christo offerre, ut magis inualescant. Cum per forum carbone linitum, & nigrescens, onera sua ferre negligat, potiusque prolixiores petit circuitus, erudit nos pariter, culpa & peccato merita nostra non fordida re, nec contaminare.

Scripturae sensus literalis ut furfur, mysticus ut farina.

Quemadmodum natura fecundior est in proficuis, quam noxijs proferendis; ita anima promior sit ad bonum, quam ad malum.

BASILIVS unum consideratu dignum his prodidit.

Sed ad creatura speculationem redeamus oportet. Animalium ea quæ facile capi possunt, fecundiora longè cæteris esse constat. Quocirca tam lepores, quam fera, & agrestes capra, oues item syluatica sæpius gemellos parium fetus, ne genus deficiat absumptum & ad prædam expositum feris ijs, quæ sanguine gaudent, carneque uescuntur cruda: at ea, quæ alijs exitium, corruptelamque afferunt, certum est longè minus fecunda esse. Quapropter leonis uix leana mater euadit. Edi nanque partum, unguium acie lacerato in enixu utero, uulgo ferunt. Piperas etiam utero matris eroso fama est in lucem exire, decentes scilicet mercedes, præmiaque parenti reddentes. Aded nihil est in ijs, quæ sunt, cui non sit bene prouisum, cui non data sit opera, curamque sue nature accommoda.

Hex. Hom. 9

Quod tradit Basilus, nobis occasionem præbet animaduertendi, quod quemadmodum natura in mitibus, proficuisque animantibus longè uerior creat prolem, quam in noxijs; ita anima ad bona proferenda promior debet esse, ac propensior, quam ad flagitia

y y y y per-

Anima cur ad bonum debet esse prior, quam ad malum.

Anima pariter malum est ut Lia, bonum ut Rachel.

Gen. 2. Ezech. 18.

Anima malum operans ut leena & vipera.

perpetranda. Primum equidem ex indita naturali propensione, quia natura deflectit ad optima. Deinde ex ipsius rei prestantia, qua appetitur, seu, ut inquit in scholis, ex obiecta rei efficacia; nam id quod sua natura bonum est, uehementius demulcere, & excitare animum afolet, quam id, quod fictitiè bonum, & boni tantum speciem praefert. Adijciendum est, quod quanquam natura nostra in Adam fuerit prostrata, in Christo attamen est restaurata, ut perenniter ei gratia suppetias ferat, omniaque possit animam in eo, qui ipsam confortat. Ut quid igitur anima adeo ad proferendas uirtutes, & sanctas actiones sterilis, infœcundaque; cernitur, ut uix summo cum labore unum gignat opus bonum; ad flagitia uero & peccata praecipit adeo fertur, ut nedum unum, vel duo, sed congeriem maximam criminum quasi monstra simul parturiant? Deploranda res certe est, quod deformis anima, & lippis oculis, ut Lia, tumore nimirum uoluptatis caligans, adeo fœcunda sit; pulchra uero gratia, & speciosa, ut Rachel, uix duos gignat liberos, Ioseph, & Beniamin, atque in ipso partu exanimetur, & intereat. Ceterum non nos fugiat, quod anima fetus ferinos, non nisi necesse sua, uel uteri dilaceratione edere consuecat; nunquam enim admittitur lethale scelus, nisi cum animae morte. Quotiescunque enim manducaueritis ex eo, morte moriemini; & anima, quae peccauerit, ipsa morietur. Leena dum edit partus suos, unguibus catulorum laceratur in utero, & anima superbiam, seu arrogantiam nunquam profert, quin animi moerore afficiatur. Vipera in partu perit, quod filii non nisi arroso matris utero, in lucem exeant, contacta inuidiae laebe anima peccatum istud non perpetrabit, nisi cum sui ipsius dilaceratione.

Duplex in animantibus comestionis genus duplicem rerum diuinarum apprehensionem denotat.

Hex. Hom 9.

BASILIVS haec adhuc superadijciebat.

Quod si perscrutari, percipereque partes animantium uelis, nihil profusus opificem adiunxisse, quod addendum non esset, nihil non attulisse quod necessarium sit, inuenieris. Carniuoris animalibus acutos accommodauit dentes. Est enim talibus opus ad conuenientis alimenti formam, atque naturam. Quae uero parte solim dimidia dentibus armata sunt, ijs numerosa conceptacula, compluresque meridi, variasque pabuli cellulas extruxisse uidetur. Nam quia primum immixtus ori cibus, officio, munereque dentium haud satis minutim conficitur, ideo data est ipsis reuocandi cibum deuoratum facultas, quo ruminatioe satis confectum alimentum concoqui possit; & ei quod alitur, in substantiam transiens coaptetur. Gulae, membranae uentris quae internae sunt, reticula, maiora intestina, horum nihil ociose animalibus quae ea habent, inditum est: sed necessarium munus, ut sumque suum horum quodque explet. Collum prolixum camelus obtinet, quo par sit pedibus, & eam, qua uescitur, herbam attingere ualeat. Contra perbreue est, humeroque ingestum, tam uisae, quam leoni, quae etiam tigridi, ceterisque huius generis animantibus collum: propterea quod haud ex herbis ipsis offertur pabulum, nec ut humum attingant ore, necesse est: quippe cum carniuora sint, & animalium uenatione, praedaeque uitam suffulciant suam.

Hex. li. 6. e. 5.

Ambrosius haec eadem breuiori oratione repetebat.

Mirificè equidem diuinam prouidentiam patefacit nobis ac demonstrat obseruatio ista, quam Patres hi nobis exhibent; Deum uidelicet carniuoris animantibus acutos accommodasse dentes; dimidia uero dentium aqie armatis numerosa conceptacula tribuisse, ut illa quidem discerpere, atque inglutire, ista uero ruminare alimoniam ualere. Rursum illis perbreue, ingestumque humeris collum; his uero prolixum fuisse condonatum. Ceterum nec indecorae allegoriae occasionem suppediat. Pascuntur obuiuo cibo animantia; alitur & rerum a se cognitarum perceptione anima. Duplex collata est animantibus deglutij facultas, altera uorax, & subita, ut carniuoris animantibus; altera triturata & diuturna, ut ijs, qui herbis uescuntur. Duplex etiam reru diuinarum cognitionis modus traditus est animae, alter simplicis apprehensionis, alter prolixioris discursus, & ratiocinationis. In illo tenax debet esse apprehensio reru perceptarum, & subita deuoratio; & hoc modo quae ad fide spectat, dogmata scilicet fidei deglutitae sunt, quia simplici fide capienda, nec ruminanda, ut inuestigemus causas, & modos. In isto prolixior debet esse ruminatio, & isto modo contemplananda sunt, quae ad mores, & mysteria pietatis attinet, quia meditanda flagranti charitate diutius. Propterea efficax nobis Deus praestitit ingenium, ut repente apprehendere, & percipere ualeamus; tradidit etiam discurs-

Diuinae res duobus modis cognoscuntur.

discursus & medicationis facultatem, ut quae spiritum sapiunt, sepius trituremus, & ruminemus. Inde praecipitur Iudaeis, ut in agni comestione, pedes, & intestina vorarent, in figuram, quod quae de Christo agno nos edocet sancta fides, vorare, id est, simplici apprehensione credere debeamus.

Exod. 12.

Post haec, cum ad intima deserti peruenissent Patres isti insignes, de singularibus quorundam brutorum proprietatibus sermonem habere ceperunt, prout sibi ferax, quas offerebant, occasionem praestabant.

Nimio arrogantia fastu tumentes euitandi sunt, ut leo à ceteris animantibus declinatur.

AMBROSIVS itaque de leone haec protulit.

Hex. lib. 6. cap. 3.

Leo natura sua uel superbus, ferocitatem sui aliarum ferarum generibus miscere nescit, sed quasi rex quidam plurimorum dedignatur consortium. Qui etiam cibum fastidit besternum, etiam ipsas suae escae reliquias auersatur. Quae autem se ei sociare fera audeat, cuius uoci tantus naturaliter inest terror, ut multa animantium, quae per celeritatem possent impetum eius euadere, rugientis eius sonitu, uelut quadam ui attonita, atque ista deficiant?

Basilius non dissimilia de eodem Leone retulit.

Arrogantis, fastuque tumentis egregium exemplar est leo, quod superbus, & arrogantia tumidus, sepius ira incendatur, ut leo; quod pares non dignetur, ut leo, qui cum omnibus tyrannidè exercet, quod consuetudines, congressusque cum ceteris aspernetur, ut leo, qui nec etiam sui generis animantia secum suffert; quod communis uitae, fruga iisque sit osor, quemadmodum leo ad suae uenationis reliquias non redit; quod uerba insolentiae emittat, ut ferri nequeant, quemadmodum leo solo rugitu animantia cuncta deterret; quod sepius, ut leo, laedat unguibus, hoc est, probris carpat, & laceret. Vitium certe detestabile est arrogantia in homine, atque vituperabile, cum in Angelo etiam & homine fuerit adeo inuisum Deo. Hac Angelus Deus estimari cupiuit, & deturbatus, atque pulsus est de Caelo. Hac decedit protoparens Adā, ubi suggerente Dæmone, Deo in scientia se aequandū existimauit, unde brutis effectus est similis. Hac Pharaos, Deū contempsit, itaque cum innumerabili acie obrutus perijt. Hac Nabuch eleuatum est cor, ut diceret tumens regnorum suorum opibus: Ascendam in Coelum, & ero similis Altissimo, sed tandem foenum cum brutis comedit. Hac Balthassar diuina uasa conculcauit, & à manu scribente in pariete territus est uehementer, moxque & regno, & uita expoliatus. Hac Antiochus templū depreddari ausus est, & uermibus dilaceratus occubuit. Hac Nicanor Iudaeorum oblationes pro rege latas irrisit, & cecidit primus in praelio. Hac tandem Haerodes huius nominis quartus, diuinas ei uoces acclamante populo suscepit, & uermibus consumptus expirauit. Scribitur amplius; Pro eo quod eleuatae sunt filiae Sion, ut ambularent collo extento, decaluaabit Dominus uerticem earum. Infelix, qui tumidus est, superbeque; incedit, cum omnibus reddatur inuisus, ut nec a suis, nec ab alienis ferri possit. Quapropter, ut leo, solitariam uitam ducere cogitur; nec homo cum hominibus, quia humanitatis est exers, cohabitare potest.

Arrogans leo ni comparatur.

Arrogantium diuicia exemplum.

Isa. 14.

Isa. 3.

Leo in pluribus typus Christi.

EPIPHANIVS mox ut de leone disserere Basilus & Ambrosius detulit, subiicit.

In Physio. c. 1

De leone ferarum atque animalium rege dicere incipiamus: Iacob enim benedicens Iudae; Catulus leonis ait, Iuda, ex germine fili mi, & quae sequuntur. Cum leo in monte oberrat, & uenatorem odoratur, sua ipsius uestigia cauda obtegit, ne illis insistentes uenatores, lustrum inueniant, atque ipsum capiant. Sic Dominus noster Iesus Christus spiritualis leo, qui uicit ex tribu Iudae, radix Dauid, à Patre missus, sui ipsius spiritualia cooperuit uestigia, id est, diuinitatem suam; se enim exinanuit, & in Mariae uentrem descendit, ut saluaret fraudem deceptum hominum genus, & uerbum caro factum est, & habitauit in nobis: quapropter illi, qui ignorabant de super illum descendisse, dicebant; Quis est iste rex gloriae? Sanctus uero Spiritus; Dominus, inquit, uirtutum, ipse est rex gloriae. Et post. Nec aliter tu spiritualis homo, cum feceris elemosynam, sinistra tua dexterae opus ignoret: ne te Diabolus ex bonis operibus inuestiget, & ad peccandum alliciat.

Gen. 49.

Io. 1. Plal. 23.

Christus ut
leo.
Iudic. 14.

Christus profecto fortissimus ille leo, de quo lacerato ac discepto à Samstone dicitur: De comedente exiuit cibus, & de torti egressa est dulcedo: De quo videlicet à diuina iustitia in cruce confosso, exiuit cibus in sacratissima Eucharistia nobis prestandus, & dulcedo suauitatis salutis. Mirifica autem prouidentia & consilio Dei filius, veluti leo, vestigia sua, nempe suae diuinitatis gloriam, infirmitate humanitatis nostrae tanquam cauda contexit, ne videlicet ab astuto venatore, à Diabolo, quis esset, cognosceretur. Mysterium hoc elegantissimè (vt assolent) explicauit & persecutus est D. Leo Papa, dum inter caetera de Christo loquens, haec habet: Qui ut humanum genus uinculis mortiferae prauaricationis absolueret, & sciuenti diabolo potentiam suae maiestatis occultauit, & infirmitate nostrae humilitatis obiecit. Statimque idem sanctissimus Doctor huiusce rei causam subdit, dicens: Si enim crudelis & superbus inimicus consilium misericordiae Dei nosse potuisset, Iudaeorum animos mansuetudine potius temperare, quam iniustus odij studisset accendere, ne omnium captiuorum amitteret seruitutem, dum nihil sibi debentis persequitur libertatem. Ecce ergo contexta vestigia, ecce venator frustratus.

Sermo. 11. de
pas. Dominici.

EPIPHANIVS adhuc mirandum aliam leonis proprietatem addebat.

Leona mortuum & caecum edidit catulum, iuxta quem defixos in illum habens oculos triduo cubat: his vero transfactis, leo accedit, & in catulum spirat, qui statim & ad vitam reuocatur, & lumen oculorum recipit, cum vero dormit, euigilant eius oculi, ita ut venatorem ab septem stadiis praesentiat, ipsiisque fugit, neque ab illo capitur. Sic Gentes, quae non credebant, per trium dierum sepulturam, & Domini nostri Iesu Christi resurrectionem respexerunt, & ad vitam reuocatae sunt. Ante baptismum enim & mortuae & caecae dicebantur, uerum à leona, id est, à Sancto Spiritu per triduum sepulturae obseruabantur, cum autem leo, hoc est, uerificum Verbum uenit, & in ipsos Spiritum Sanctum inspirauit, ad vitam eos reuocauit, & omnes ab inferno eduxit.

Leonis uisificatio
Christi
resurrectionis
significat.

Leonis uiuificatio
spiritalium
peccatorum
resurrectionem
indicat.

Allegoria producta ab Epiphano, clara est. Nobis autem uitio minimè tribuatur, si alteram insinuauerimus allegoriam, moralemque huiusce loci adduxerimus interpretationem. Catulus mortuus & caecus, Christus ipse erat in sepultura, leona triduo super ipsum cubans, typus fuit Ecclesiae, uel Deiparae, quae oculis fidei ipsum expectabat ad rediuiam uitam; transfactis uero tribus diebus, leo spirauit in catulum, id est, diuinitas in corpus exanime, spiritum immortalis uitae, & mox perenni & immortalis uita nullis unquam aërumnis perturbanda resurrexit. Christus ille est inuictus leo, cuius dormientis uigilant oculi, quoniam in ipsa morte uidebat diuinitas, adeo ut à uenatrice morte capi, confodique nequiuert. Accipito & alteram moalem intelligentiam. Catulus mortuus & caecus peccator est; mortuus quidem, quoniam orbatus uita spirituali, & caecus, quippe qui discrimen periculi sui non intuetur. Leona defixos in ipsum tenens oculos, & cubans, gratia est ipsius Dei nunquam ipsum deserens, & uocationis, inspirationisque, quasi oculorum radio super ipsum cubans ad uitam. Caeterum tribus transfactis diebus poenitentiae, Spiritus Sanctus ipsum ad iustificationem, nouaque uitae excitat, & reuocat, adeoque euigilant eius oculi, videlicet memoria, & consideratio mortis, iudicij, & inferni, discriminisque sui, ut etiam si quandoque dormiret peccato obrutus uenia digno, seu lethali, quasi è somno mox resuscitet, & uenatorem Diabolum illudat.

Pardus prauis habitus exemplar.

Hex. li. 6. c. 3.

Hier. 13.

A MBROSIVS statim subdebat.
Nam de pardi specie nec Scriptura siluit, quod uarietate coloris motus uarios anima sua prodat. Dicit enim Hieremias; Si mutabit Aethiops pellem suam, & pardus uarietatem? Non solum enim de figura, sed etiam de mobilitate furoris istud accipitur, eo quod tenebrosus, & inquietus, ac mobilibus infidae mentis, atque animi mutationibus decoloratus populus Iudaeorum, boni propositi gratiam iam tenere non possit: nec ad emendationem illam, correctionemque remeare, qui semel ferinam induerit immanitatem.

A Scriptura sacra in exemplum prauis habitus pardus sumitur, ex eo quod pellem immutare nequeat. Si mutare potest Aethiops pellem suam, aut pardus uarietates suas, vos & poteritis benefacere, cum didiceritis malum. Genus humanum in zonis temperatis albescit, in torrida autem subcinerij, seu atrij est coloris: huiusque rei ea est causa, quod nimia Solis uicinitate torreatur. Quapropter Aethiopes ita pelle nigrescunt, nec eam immutare possunt. Consimili euentu homines, si concupiscentiae aestu flagrant, uitius, atque peccatis animam ita atram, atque subcinericiam reddunt, ut mutare prauam

uam uitam difficillimè valeant. In pardo uero naturalis insita colorum maximè est uarietas, eaque usque ad mortem inuariabilis; in peccatore, inquam, ex diuturna consuetudine, quasi altera natura, cum infida mente, & crebris animi in uitia mutationibus, in malo prauus habitus ita uigescit, ut difficulter emendari spectetur. Vermis Indicus ex proprijs excemētis, filis tenuissimis à se ductis, adiculam construit, in qua ueluti in carcere concluditur, & cum exire nequeat, ibi tandem occumbit, & sepelitur. Peccator ea, qua allicitur delectatione uiscatus, prauum habitum gignit, quo quasi in carcere conclusus perit, ac tumulatur. Haec est lepra difficilis curationis. Hic est languidus triginta & octo annos habens in infirmitate sua, nec hominem habens, qui ipsum ducat in piscinam, dum commouetur ab Angelo. Hic est Lazarus quatruiduanus iam foetens, qui non nisi clamore ualido à Christo reuocatur ad uitam. Infelix pardus noster, infelix homo, qui uitiorum uarietate delectatus, in ipsis fordescit.

Consuetudinis
malae
exempla.

Ex ursae discant parentes filios educare.

A MBROSIVS de ursae hac tradebat.

Ursa insidians licet, ut Scriptura ait, est enim plena fraudis fera, tamen fertur informes uero partus edere, sed natos lingua fingere, atque in speciem sui similitudinemque formare. Non miraris in fera tam pijs oris officia, cuius naturam pietas exprimit? Ursa igitur partus suos ad sui effingit similitudinem, tu filios tuos instituere similes tui non potes?

Hex. li. 6. c. 4.

Homo cum ex utero matris in lucem hanc prodit, si animae conditionem, formamque, speciem, inconditus, quidem est, ac ueluti rudis carnis moles, sensu quidem insignita, sed nulla animi compositione, institutioneque deliniata, uel exornata. Munus igitur parentum est lingua natos suos fingere, ut ursae, atque in speciem suam, similitudinemque componere, & efformare. Lingua porro educatio est, nam lingua aspera est, & lenis, unde scabritie detergit, lenitate demulcet; In educatione siquidem, qua pueros instituimus commiscenda sunt correctionibus minis ac flagellis etiam promissa, blanditiae, & praemia: gubernandique sunt ea arte, qua equi indomiti compefcuntur; freno siquidem legum interdum obstringendi sunt, quandoque uirgae iactibus impellendi, quando insolentes parere respuunt, quandoque ueluti collò manibus suauiter contrectato, blanditijs mollire, ne furentes in obstinationem corruant. Verum efformandus est puer, effingendusque in speciem, & similitudinem parentum, ad imaginem uidelicet, qua homo plasmatus est à Deo ad sui imaginem, & similitudinem, ut homo fiat; humana iustitia, excoltaque disciplina exornatus: Vel ad speciem & similitudinem Christi, ut Christianus euadat Euangelica perfectione praeditus. Sed proh dolor, quot parentes tempestate hac nostra natos effingunt ad speciem & similitudinem deturpatam in Adam, ad peccatorum formam; quin etiam, quod longè peius est, ad speciem ac similitudinem brutorum, ad bestialem, inquam, uitam, uitij omnibus fordidatam, qua homo, cum in honore esset, non intellexit, sed comparatus est iumentis insipientibus? Quò uero ad imaginem, & similitudinem Diaboli filios effingunt, Dei, Christianaeque disciplinae contemptores eos praua educatione reddentes, adeo ut non filios, sed monstra horrenda compingant? Hos ego parentes appellabo? Absit. Non equidem parentes, sed furentes filiorum necatores, trucidatores, immaniores ea matre, quae filium inter amplexus suffocauit, & altera, quae dilaceratum filium deuorauit.

Pueri quo
modo educandi.

Tentationes uitae asperitate retundendas esse herinaceus edocet.

BASILIVS uiso herinaceo, ita in eius incidit memoracionem.

Iam uero quidam haud inertium hominum emoluitum fuisse, construxisseque gemina sibi spiracula cubiculi, uerestrem herinaceum obseruauit: atque aquilone spiraturo, & aquilonum spiramen obstruere: contra austro flaturo, ad septentrionale transit spiraculi foramen. Quid, queso, per haec ipsa nobis hominibus indicatur? Non solum diligentiam opificis nostri, & prouidam curam per omnia penetrare, sed in animantibus quoque ratione non praeditis, futuri sensationem quandam inesse: ut & nos etiam ipsi, non huic uitae, praesentibusque rebus adhaereamus: sed totum nostrum studium ad futuram illam uitam dirigamus.

Hex. Hom. 9.

Ambrosius eadem & ipse de herinaceo protulit. Herinaceus solitudinis, heremijque & claustri cultori similis est: nam herinaceus in syluis, spinisque

Hex. li. 6. c. 4.

Eremitæ si- miles heri- naceis.

Spinisq; refertis locis, veluti eremita, vitâ degit. Circumcingitur herinaceus pelle crebris & acutissimis spinis munita, eremi cultor carnis afflictationibus & incommodis, uti spinis, uitam conseptam ducit. Venator horum Dæmon est, cum assiduis tentationum iaculis vulnerare, & carnis illecebris tanquam retibus ipsos capere contendit. Studeant igitur eremita, quando tentationum, suggestionumque prauarum lenocinia sentiunt, spinis referta pelle concludi, mortificatione, inquam, asperitateque vitæ, omni voluptate abdicata se concludere, in carnisque molliciem spinas ieiuniorum, afflictionumque iacere. Herinaceus geminam sibi respirandi uiam parat, ne à uento suffocetur, flanteq; Borea ad Austrum halitum aperit; flante Noto, seu Austro aditum ad septentrionem referat. Si igitur, o eremita, flatus prosperitatis exuffat, edifcas ad Septentrionem respirare meditatione tribulationum, iudicij, mortis, & inferni. Hæc enim suauitatem omnem euanescente facient. Quod si procella aduersitatis in te insurgit; conuertere statim ad Austrum, ad uitæ, inquam, futuræ perennem tranquillitatem meditationem tuam dirige, neque moreris cum Paulo dicere; Non sunt condignæ passionis huius temporis ad futuram gloriam, quæ reuelabitur in nobis.

Rom. 8.

Iustitia Dei illuditur à peccatore, ut tigris à uenatore.

AMBROSIVS spectata Tigride sic prosequatur.

Hex lib. 6. cap. 4.

Hæc tigris interpellat ferocitatem, & imminentem eam prædæ reflectit. Nanque ubi vacuum raptæ sobolis cubile reperit, illico vestigijs raptoris insisit. At ille quamuis equo ueloci fugaci, videns tamen uelocitate fera se posse præuerit, nec euadendi vllum suppetere sibi posse subsidium, technam huiusmodi fraude molitur: ubi se contiguum uiderit, spheram de vitro proijcit. At illa imagine sui luditur, & sobolem putat, reuocat impetum, colligere fetum desiderans. Rursus inani specie retenta, totis se ad comprehendendum equitem viribus fundit, & iracundiæ stimulo uelocior fugienti inminet. Ille iterum spheræ obiectu sequentem retardat, nec tamen sedulitatem matris memoria fraudis excludit, cassam refut imaginem, & quasi lactatura fetus residet. Sic pietatis sue studio decepta, & vindictam amittit, & prolem.

Tigris diuina iustitiæ symbolum.

Matth. 25.

Apertissimum est certè exemplum à D. Ambrosio enarratum in tigride, quo peccatoris uersutiam exploremus. Tigris diuinæ iustitiæ symbolum est: nil tigride sauius, atque immanius, cum nunquam mitescat; nil diuina iustitia seuerius, quando penitentia non est mollita. Hæc est igneus uersatilisq; ensis in manu Angeli, nil siquidem ea est efficacius, nil uelocius. Hæc gladius est ex utraque parte acutus, quoniam in morte impœnitentis, & animâ & corpus ad perpetuum inferni carcerem, uel potius ad perennem interitum damnat. Partus diuinæ iustitiæ sunt gratiæ, donaque Spiritus Sancti homini collata, ut in ipso fructum referant, iuxta illud: Domine quinque talenta tradi disti mihi, ecce alia quinque superlucratum sum. Sæuit ergo diuina iustitia, cum partus suos abduci, cum gratias suas, & dona respui, ac floccipendi prospicit. Illud uero, atq; uenator, peccator est equo ueloci fugaci, atque indomito, carne uidelicet petulante, & recalcitrante, quæ uetus discurrat, aufugitq; à Deo, Dei donis abutens. Persequitur hunc diuina iustitia, dum acerba tribulatione, seu mala ualitudine ipsum uisitat, quam ubi se euadere peccator non posse intelligit, spheram de vitro proijcit, animum suum humilitate deiicit, & iustificatione per pœnitentiam suscepta, Christi imaginem, qua Christus cruci affixus erat, iustitiæ obijcit, unde acris Dei iustitia mitescit; nam eius, in quo sibi bene complacuit, obiectu, pia atq; suauis redditur. His artibus pœnitentia sapius suscepta, promissis emendationis repetitis, quibus ad meliorem se recipere frugè spondit, diuinam iustitiam peccator deludere uidetur usque ad mortem, tunc autem si ipse speculum Christi non erit, imaginem illius in seipso nitidam referens, seueritatis diuinæ iustitiæ præda fiet. Dicetur siquidem tunc: Reddite quæ sunt Christi Christo. Vel dicamus uenatorem Diabolum esse, qui nostra surripit merita, nosque illudit; cum speculo meditationis nostræ, seu memoriæ ea offert, ut ipsi delectati, inanis gloriæ fuligine merita ipsa amittamus.

Peccator quo modo illudit diuinam iustitiam.

Matth. 22.

Dum de his colloquerentur Patres, canesq; huc illucq; decurrerent, de canibus quoque sermonem habere, iustum diiudicarunt.

Vigilantia

Vigilantia Prælatorum in canibus maximè demonstratur.

AMBROSIVS itaque de illis hæc protulit.

Quid autem de canibus loquar, quibus insitum est natura quadam referre gratiam, & sollicitas excubias pro dominorum salute præstendere? Vnde ad immemores beneficij, & desides, atque ignauos clamat Scriptura; Canes muti, nescientes latrare. Sunt enim canes, qui nouerint latrare pro dominis, nouerint sua tecta defendere. Vnde & tu discere uocem tuam exercere pro Christo, quando ouile Ecclesie in cursant lupi graues. Discere in ore tuo uerbum tenere, ne quasi mutus canis commissam tibi fidei custodiam quodam præuaricationis silentio deseruisse uidearis. Talis canis uiator & comes Angeli est, quem Raphael in libro prophetico non ocioso sibi, & Tobie filio adiungendum putauit, quando perrexit, ut Asmodæum fugaret, firmaret copulam coniugalem. Memoriam enim affectus gratia pellitur demonium, stabilitur coniugium. Mute itaque specie beatiæ sanctus Raphael Angelus Tobie iuuenis, quem tunc dum receperat, ad relationem gratiæ eruditabat affectum.

Hex. li. 6. c. 4.

Esaie 56.

Christus Iacob noster, dum extorris in Mesopotamia apud Laban diuertisset, dum, inquam, è Cælo in Mundum delapsus apud homines uitam degeret, armenta coegit, cœtum uidelicet fidelium amplissimum, seu Ecclesiam. Porro armenta ouium minimè absque canibus deducuntur, nec domus in locis campestribus, desertisque constructæ, si ne canum custodia derelinquantur. Qui igitur sunt canes isti custodientes armenta, & pro domo Christi excubias sollicitas exercentes? Prælati. Hi enim custodes sunt ouium, quibus commissa est gregis cura. Dicitur siquidem est Petro, & in Petro cunctis Prælati: Si diligis me, pasce oues meas. Cæterum canum munus est ab armentis nunquam discedere, cum ouibus mitissimos esse, excubias non omittere, super terræ faciem quiete, detectis lupis, seu noxijs bestijs à longinquo latrare, aduentantes aggredi, cum ipsisque bellum gerere. Munus igitur Prælatorum primum est, Ecclesias, ouesque suas non deserere, ut patriæ delitijs, seu principum obsequijs vacet. Munus alterum est, cum ouibus mitiores esse, cum suis, inquam, animabus, seipos mites præbere, earum substantias non depopulari, earum sanguinem, nempe sudorem non potare. Aliud munus est, asperam uitam gerere, ut cunctis exemplar sint, & exemplo, sicuti & uerbo suos adhortari queant. Accedit & diligentia, atq; sollicitudo, quæ partes Prælatorum sunt, uigilare enim, excubiasque exercere, eorum potissimum est munus, nec ocio prorsus indulgere. In hæreticos à longè, seu occultè mali aliquid machinantes, in principes, proceresque prauis consuetudinibus, uel legibus libertatem Ecclesiæ conculcantes oblatrare, eos arguere, atque ut iniqua illorum decreta rescindantur, curare. Tandem, quod præcipuum erit, bellum cum ipsis suscipere, decertare usque ad sanguinem. Hæc igitur sunt canum, hoc est, pastorum munera. Heu quot canes muti nunc, non ualentes latrare. Canes porro non latrant, uel ignauia, uel quod offam porrectam deglütiant: Sic mystici canes à latratu sepius desistunt, uel quia curæ pastoralis immemores, uitæ luxui, otioque indulgeant, uel quia offa, nempe dignitatibus, diuitijs, & pensionibus delatis delectentur, & perfruantur.

Prælati sunt canes Christi Ioan 21.

Prælatorum munera quæ sunt.

Conscientiæ munera, & officia in cane adnotantur.

BASILIVS adhuc de cane alia superadijciebat.

Et quidem canis expertus rationis est, sensationem tamen obtinet parem propè dixerim rationi. Que nanque sæculi sapientes per prolixum uitæ totius ocium desidentes rix tandem inuenerunt, argumentationū (inquam) rationumque nexus, in ijs sese offert canis eruditum ab ipsa natura. Nam cum eius feræ uestigia, quam prosequitur, inuestigat, siquidem inuenerit ea pluribus sese findentia modis, diuortia uiarum singularum, digressionesque quasumq; in partes ferant, ubi suo illo sagaci odoratu perlustrauit, uocem propè syllogisticam per ea quæ agit, elicit hoc pacto: fera, quam persequor, inquit, aut hac, aut illa, aut ista diuertit parte. Atqui non hac, nõ item illac, restat ergo illam istac abijisse uia, atque ita falsa tollendo, uerum inuenire solet. Quid plus faciunt, qui pro linearum descriptionibus designandis tanta cum grauitate sedent isti, lineisque pulueri inscriptis, è tribus ubi duas propositiones sustulerint, ut falsas, in ea demum, quæ trium reliqua est, uerum comperiant. Memoria uero beneficiorum animantis huiusce, gratiæque reddendæ, quem ingratum, beneficiorumque immemorem non pudore, ac dedecore asperserit? Tam quidem & interfectis à latronibus in solitudine dominis, complures è cadaueribus canes non recessisse, sed ibidem expirasse, memoriæ traditur: Nonnullos etiam cæde adhuc recente duces illis fuisse, qui latrones inquisierunt, & ad penam maleficos rapi fecerunt. Quid hic isti dixerint, qui nullo suum opificem, altoremque Deum prosequuntur amore: sed ut amicis etiam, & necessarijs ijs utantur.

Hex. Hom: 9.

utitur, qui loquuntur aduersus Deum iniquitatem, eiusdem participes merse facti, & ad alimoniam sumendam admissi, aduersus beneficium suum altorem blasphemias voces tolerant efferrit?

Hex. li. 6. c. 4.

Ambrosius pariter de canis sagacitate, & sensuum eius vigore; atque etiam de renacipi beneficiorum memoria eadem proferebat.

Duos nobis attulit Deus socios, qui in huius uitæ peregrinatione comites essent, tumque iter nobis pararent, Angelum, & conscientiam. Atque hæc illa duo sunt Tobie adiuncta, quando peregrinationem suscepit, ut Asmodæum fugaret, firmaretque copulam conjugalem; iuuenis nepe & canis. Nostrum enim in hac uita est munus & hostem Demonem propulsare, & Deo animam copulare. Raphael iuuenis ille decorus Angelus fuit, conscientia canis. Plures autem habet conscientia cum cane similitudines. Canis nunquam dominum suum deserit, conscientia quoque cum insita sit à natura, semper animæ præsens est. Canis odoratu pollet, conscientia mirifica sua sapientia, proficua & noxia, bona & mala diiudicat. Latrat canis cum externos fures prospicit, proclamat conscientia, cum peccata aduentant. Sepius percussus canis semper redit, sepe repulsa conscientia à suo officio non abscedit. Latatur, exhilaraturque; canis, cum dominum hilarem conspicit; gaudet conscientia, cum animam nullis uitij affectam, sordidatamque intuetur. Cæterum duo præcipue commendant hi Patres in cane, primum quod odoratus sagacitate, quasi syllogisticam rationem componat, dum feram insequitur.

Conscientia canis similis est.

Canis allegisimus.

Rom. 14.

Canis fidelitatis mirabilem exempla.

Conscientia uigilantia.

Nam cum ad diuerticulum semitarum uenerit in plures calles se scindens, tenacitate odoris quasi syllogizat: Fera, quam insequor, aut in hanc, aut illam, vel in istam diuertit partem, sed neque in hanc, neque in illam se contulit, ergo in ista parte mihi reperenda est: & conscientia, ea quæ sibi insita est, naturali ratione; seu synderesi, Christum ut certum matutinum prosequens, ubi compitum anceps offendit, statim omnes uiuendi uel agendi uias, & rationes perlustrat, & quæ nã sit uerior, ac probatior, diiudicat, nec fallitur conscientia unquam, quia quicquid non est ex fide, peccatum est. Alterum, quod commendant Patres in cane, est, quod tenax sit beneficij, & memor gratiæ, nunquam ingratus; quapropter & excubias exercet, & externos prohibet, & mori pro domino est paratus. Mirifica enim sunt ea, quæ de canibus narrabat Ambrosius. Antiochiæ canem dominum sui homicidam detexisse, uulgatum est. Iasonis canis post domini mortem, fame tabescente, & perire maluit. Canis Romanus dominum in Tyberim demersum est sequutus. Canis Leucicæ puellas tres à Spartanis constupratis, & in puteum deiectas Scedafo patri indicauit. Apud Plutarchum, Pirrhi canis latratu suo homicidas patescit; & alterum Pirrhum in rogo positum canis fidus sequutus est, & cum eo concrematus. Canis cum saltatore Theodoro domino suo tumulari uoluit. Canis Eupolidis Poëtæ, sepulto domino, & ipse cibum capere noluit, & inedia defecit. Miranda quidem sunt hæc; sed magis stupendum, quod conscientia fidelissima nunquam animam deserat, nec in prosperis, nec in aduersis, neque dum Diaboli tentatione premitur, seu carnis concupiscentia angitur, seu peccati illecebris fascinetur. Vnde & sapius hostes perterret, & ipsam mœchatam animam carpit, arguit, mordet, excruciat, & cum ea conuiuere, cum ea mori semper spectatur. Adijcere possumus & tertio loco uigilantiam canis esse mirandam: in fide semper in ianuis, uigilatque, fragore etiam è longinquis audito oblatrat, aduenas mordet, atque manifestat. Sed quid uigilantius ipsa conscientia: confidet in ipsa cogitationum ianua, nunquam somno corripitur, quin cuncta, quæ cogitat animam, conspiciat. Si quid animæ pacem, seu quietem turbare noscit, exclamat, & quasi oblatrat, mordetque morsu etiam amarissimo, nec minis terretur, neque blanditijs demulcerur, nec offa aliqua, seu esca placatur. Iezabel à fenestra in uiam præcipitata, à canibus dilaceratur; anima, quæ è gratia decidens, in uiam publicam, nempe in uitæ infamiam proicitur, à morsu conscientia perpetuò excruciat, dilaceratur, & euisceratur. Sed Lazaro canes lingebant vlcera; peccata siquidem iusto conscientia lingit, ut fanet. Sed heu, quot canes muti non ualentes latrare? quot conscientia corruptæ, quæ etiam in excessibus criminosis, & flagitijs atrocibus non latrant, sed ignauia supina, socordia, & torpedine obruta obdormiunt?

Quale

Quale obsequium parochiali Ecclesiæ sit exhibendum, agni, & ouis exemplum monstrat.

BASILIVS ut armenta ouium uirescentem planitiem depascentium conspexit, sic loquutus est.

Hex. Hom. 9.

Nam unde sit, ut in ouium quidem tam copioso numerosoq; grege, è stabulis exiliens agnus, matris suæ continuò percipiat uocem, ad eamq; properet, atque lactis fontes proprios rectè petat, papillisq; matris contentus sit, etiam si perparum habeant succi, præteritis haud paucis uerbis lacte distentis? Quin mater ipsa inter tam multos numerosoq; agnos, eum interuocet, ut proprium. Vna uox omnium est, unus idemq; sapenmeuo color, unus etiam penitus odor, quatenus odoratus noster nouit discernere. Atqui istis inest quedam sentiendi facultas, nostra longè nimirum exactior, qua suum cuique proprium facillè dignoscere licet.

Ambrosius prolixius, ut assolet, id edifferebat.

Hex. li. 6. c. 4.

Patres hi, agniculi & ouis exemplum ad patrum & filiorum beneuolentiam trahunt: sed iam supra de his satis. Procedamus nos ad alteram contemplationem.

Conditus est homo in sublimi dignitatis nitore; uerum ex quo cum in honore esset, non intellexit, sed comparatus est iumentis, & brutis parem se reddidit, Deus pellicea ueste ipsum induit, ut qui prius bestiarum noxiarum immanitatem, & sauitiam amplexus erat, agniculi saltem simplicitatem, atque obedientiam mox affectaret. Quapropter ouis effectus est homo in Mundi deserto errabunda, & uagans. Christus, ut Iacob, agniculi ueste contextus, humanitate scilicet nostra indutus, cum homo factus est, triginta trium annorum spatio, die & noctu, æstu uisus & gelu, deperditam, atque balantem ouem requisit, compertamque humeris in cruce, cum peccata nostra ipse tulit, ad ouile deportauit, atque his artibus magna ouium armenta comparauit, Ecclesiam nempe sanctam, in qua & albas, & nigras, variasque, & sparso uellere oues, meritoque suo nitentes coegit. Cæterum in hoc armento oues singulæ symbolum sunt parochialium Ecclesiarum; agniculi uerò dicuntur fideles istius, uel illius parochiæ filij. Agniculus igitur quanquam uagus huc & illuc erret, balatu attamen frequenti, desiderio inquam crebro, ipsam matrem Ecclesiam propriam anhelet, eius uocem, siue præcepta ex millibus agnoscat, lactis notos sibi fontes, sanctissima nimirum sacramenta in ipsa requirat saltem semel in anno, quamuis aliena uera lacte exundantia, Ecclesias nempe alias commodiores conspiciat. E contra ouis, uidelicet Ecclesia, & parochus, inter filios agniculum agnoscat, amet, de eius salute sit anxius, & ut peruigil custos ipsum aduocet dulci balatu, correctione paterna, & præcipuam eius curam gerat. Sed heu, quot oues agniculorum obliuiscuntur, & mox natos proijciunt? Quot agni matris officia paruipendunt, aliena uera affectant, ut pientissimæ matri sæpe aliàs detectos morbos animæ, patefactasque pluries ægritudines celent; pauidi, ne ipsa aliquando cum Samaritano Euangelico præter oleum pietatis, etiam uinum correctionis ipsorum uulneribus immittat?

Parochia dicitur ouis, parochiani agni.

Congressus Catholici cum hæretico, in congressu hominis cum lupo egregiè exprimitur.

AMBROSIVS inter condensas frondes latentem spectans lupum, sic de eo orsus est dicere.

Hex. li. 6. c. 4.

Tu nescis quomodo uirtutem eripias aduersario, ut te tanquam præuentus lupus effugere non possit, ut oculo tuæ mentis eius perfidiam deprehendas, & prior cursum uerborum eius impediatis, impudentiam eius, & acumen disputationis obtundas. Quod si te ille præuenierit, uocem tibi aufert: & si obmutueris, solue amictuum tuum, ut sermonem resoluas. Et si in te insurrexerit lupus, petram capis, & fugit. Petra tua Christus est: si ad Christum confugas, fugit lupus, nec terrere te poterit. Hanc petram quesitit Petrus, cum titubaret in fluctibus, & inuenit quod quesitit, quia dexteram amplexus est Christi.

Elegantissimo certè symbolo altercationem, disputationemque Catholici cum hæretico,

zzzz

Hæreticus lupi
po similis.

hæretico, ex lupi in hominē incurfu insinuat Ambrosius, nec possū, nisi summa cū animi delectatione ipsam recensere. Lupus hæretici symbolum est; lupi siquidem id est studium, ut oues rapiat, atque dilaceret: Hæretici omnis conatus est, ut Christi oues, fideles inquam, peruertat, & corrumpat. Noctiuagum animal est lupus; per latebras, occultaque conuenticula decurrit hæreticus. Lupus si equam prægnantem tangit, ipsam abortum facere compellit: Hæreticus si hæresis ueneno animam fœdat, cuncta merito opera priuat. Quid lupo insidiosus? Quid hæretico fallacius? Nil lupo uoracius, nil hæretico scelestius. Inter lupū & hominē admiranda insita est à natura pugna, ut si primum oculorū aciē lupus in hominē figat, uocē ipsi auferat, quod si homo in lupū ipsam iactet, lupus conterritus remaneat: Plato, & Virgilius, præter cæteros, id docuerunt. Attendas arcanum. Si catholicus cum hæretico disputationes habet, studeat catholicus in adducendis secundum germanos sensus Scripturarum testificationibus, hæreticum præuenire, tunc enim impudentia, & acumen hæreticorum, quo Scripturas adulterant, obtundetur; clara nanque & perspicua inductæ Scripturæ interpretatione confundetur hæreticus, nec audebit ad extortas, prauasque expositiones illam detorquere, atque ita impudentia eius, disputationisque proteruia rescindetur. Quod si te præueniet, Prælatorum forsan Ecclesiasticorum, tuamque obscenam vitam, atque multoties uitij fœdatam obiectans (is enim est mos eorum; ut primum in catholicorum uita reprehendenda & laceranda ferinis labijs infectiant) tunc ne forte cogaris obmutescere, ad illud, quod prodit Ambrosius, refugium confugio. Amictum solue, nuditatem, puritatemque; patefac, indumenta facultatum tuarum pauperibus eroga, uitam emenda, & sermonem capies; atque ita ore aperto, nec rubentis, ad uictoriam accedes. Quod si in te insurrexerit obstinatione, disputationum uersutia & calliditate, petram capias, & fugiet; nam lupo lapidum strepitu maximè terretur; neque enim ensem, uel hastam pauent lupi, quoniam lingua uulnera curant, sed lapides; quia contusiones ex lapidum ictibus incussæ, in ipsis facile computrescunt, uermibus ocyssimè productis. Ad petram igitur confugas, ad Christum, ad petram inquam, ad sedē Petri, quæ errare non potest in his, quæ ad fidem spectant; hic cōsiste, ab hac non discedas, sciens utique, quod acutissimæ horum disputationes fallacis commixtæ, nihil aliud contendunt, quàm te à petra, in qua est omnis ueritatis firmitudo, diuellere, ac penitus auertere.

Hæreticus in
disputatione
præoccupan-
dus.Lupi maxi-
me lapidesci
mēt, & quid
indicit.*Excitantia ad gulam sunt fugienda, exemplo leopardi.*

Hex li. 6. c. 4.

A M B R O S I V S uiso leopardo inter vepres discurrere, & leporent insequente, sic de eo sermonem habere cœpit.

Quid dicam alio homines delectari, & illud ad escam sumere, quod & leopardus fugit? Denique sicubi aliquis allium confricandum putauerit, leopardus inde exiit, nec resistit. Cuius uenenata fera odorem non potest sustinere; id tu pro cibo sumis, & uisceribus infundis internis? Sed medicatur interdum doloribus. Sumatur pro medicamento, non pro cibo: sumatur ab egrotantibus, non ab epulantibus. Medicamentum queris, & ieiunium fugis, quasi manus aliud remedium reperire possis. Ieiunij hominis sputum si serpens gustauerit, moritur. Vides quanta vis ieiunij sit, ut & spuro suo homo terrenum serpentem interficiat, & merito spiritualem. Quantam etiam dominus minusculis insudit prudentiam?

Gula & ebrietas
quantum
noceant.

Gula & ebrietate nil homini perniciosius; hac corrui genus humanum in Adam; hac Noë temulentus denudatus est in tabernaculo, & à filijs delusus; hac Gigantes diluuium; Mundi que excidium euocauerunt; hac Loth incestum cum fuisset perpetravit filiabus; hac Esau primogenita amisit; hac Israëlita Deum saepe ad iracundiam concitauerunt; hac dum conuiujs indulgent filij Iob, corruente domo prostrati sunt; hac Valthi ad regem cum ire recessisset, repudiari meruit; hac Philistæi, inter pocula, & mensas obruti tumulantur; hac Amon captus in conuiuio ab Absalone trucidatur; hac Benadab rex Syriæ oppressus, fugatur; hac Holofernes à muliere Hebræa cōfoditur; hac Herodes impiè Ioannem Baptistam capite damnat; hac tandem in mala omnia homines ruunt. Esti nanque ut nauis temulentus homo,

homo, in tempestate & procellis posita, nimio pondere onusta, nam ad huiusmodi nauis instar ebrius ipse vel mergi, vel merces, nempe virtutes projicere omnes, ac perdere compellitur: ipsa enim ebrietas & ingluuies est corporis eneruatio, cunctorum morborum origo, gurgis aquarum, quibus obrui tur anima. Ab ipsa gignitur intellectus hebetudo, voluntatis fascinatio, memoriæ labilitas, concupiscentiæ ardor, iræ furor, sensuum oppressio, omnium uirium animæ debilitas. Ut quid igitur tantum ipsis indulgere, ut etiam prouocantia gustum conquirantur, quod ipsum ad voracitatem excitent? Indigna certè est homine ebrietas, & gula digna brutis: sed indignior est Christiano. Hoc unum, quod Ambrosius adnotauit, non reticebo; ieiunij hominis sputum, inquit, si serpens gustauerit, moritur. Serpens certè est peccatum, serpens vitium animam ueneno inficiens, calcaneo insidians, seu affectum corrupens. Ieiunij hominis sputum, nempe sobrietas hæc omnia interficit. Gula igitur è contra & ebrietas hæc omnia fouent. Qui igitur ueneno affici affectat, his indulgeat.

Ebrius simi-
lis nauis i me-
dijs procellis.*Elephas potentium in Rebus publicis exemplum.*

Prominebat inter cæteras animantes elephas, cum Basilius, & Ambrosius de ipso plura alloqui ceperunt.

B A S I L I V S igitur hæc de eo prodidit.

Quid sibi uult proboscis elephanto? Quoniam tanta molis hoc animal, & omnium terrestrium maximum, ad stuporem admirationemque obuijs incutiendam productum est, oportebat carnulentum esse, & obeso corpore diffartum. Huic si grande pro rata membrorum inferiorum, pedumque ratione exæquatum collum adiunctum fuisset, inattractabile penitus esset, exuperante pondere semper ad humum deurgens. Nunc autem caput quidem per colli paucas admodum uertebras, spinæ dorsi cœnitur. Proboscidem autem habet officium subeuntem munusque colli, qua planè tam pabulum sumere, quàm potum etiam adhaurire solet, & ad se suscollere. At enim pedes ipsi sunt inarticulati, quod quasi columnæ conuictæ, vastam illam corporis molem suffulciant. Nanque si artus tanto corpori sustinendo molliores, & qui facile inflecterentur, essent substrati, creberrimæ fierent emotiones articularum, fera in humum modò genua reclinante, modò se attollente ex humo. Neque enim alleuande tantæ molis satis essent. Nunc uero paruus talis pedi subiicitur elephanto, nec tamen in teretem flexuram, neque in genu commissuram dearticulatus est, aut distinctus. Neque enim ad lapsum prona articulo: uel lentitudo carnulentam illam tanti animalis molem ferre possit, tanta adeò circumfunditur copia carnum, ut continenter intremiscat, ruinamque uideatur interminari. Quæ cum ita sint, opus elephanto fuit illo portetioiore naso, qui ad pedes usque demitteretur. Non uides in bellis, quod perinde ac turres quedam animata uniuerso agminè uiam mununt, ac prægrediuntur? Aut certè ueluti colles quidam concretionem carnum condensati, intolerabili facto impetu constructas, constipatasque hostium acies diffingunt, & dissecant? Quod si partes inferne minus decenti proportione responderent reliquæ molis corporis, nullo animal tempore persisteret. Et quidem sunt etiam nunc, qui certò sciant uiuere elephantum annos trecentos, atque adeò bis tanto plures: causam adscribunt huic inarticulata membrorum compagi, nec ullis distincta articulis. Iam uero, uti diximus, illa proboscis è terra surrigit sibi, quo alatur, pabulum, natura cum sit id elephanti rostrum assimile serpeni, & humidius, eo que quamlibet in partem magis flexile. Adeò uera illa sententia est; In rebus creatis nihil respiciam inueniri posse, quod uel superuacaneum sit, uel desit necessariae functioni. Atqui tanta istius molis animal nobis ut subserviret, subque manus nostras sterneretur, sanxit Deus: adeò ut cum à nobis docetur, quid uelimus, intelligat, cum uapulat, sustinet: nos docens euidenti admodum exemplo, omnia nostra subiecta esse ditiori, quod ad imaginem sumus nostri Creatoris conditi.

Hex. Hom. 9

Ambrosius libro sexto per totum caput quintum, hæc cuncta uerborum, & prolixiori oratione edisserit, adiiciens de insidijs, quæ elephanti propter ebur parantur; & de usu, quem elephanti in rebus medicis ministrant, Persarum exemplo adducto. Amplius de proboscidis, & pedum eorum uiribus. Consulas tantum Doctorem. Ex his mirificam Dei prouidentiam in maximæ belluæ structura insculptâ amplificant hi Patres.

Cæterum, quod ad propositum nostrum spectat, in elephante nonnulla maximè considerant, quæ (ut ad interpretationem mysticam trahamus) mores, euentusque sublimiorum, atque celsiorum in rebus publicis ciuium præferunt. Primum elephas prominentem habet proboscidem, qua copiam maximam aquarū colligit, eò quod corpore præditus immenso, ad extinguendam sitim, lacus ferè haurire cogatur, indicatque nobis optimatam in Rebus publicis ad exhauriendas diuitias immensam ingluuiem, & voracitatem; Ea enim est appetitus humani uastitas, ut nunquam terrenis his fatiari queat: cre-

Elephantis
prietates op-
timatibus in
Rebus publi-
cis aptantur.

scit exinde, cum potentia, & auctoritate etiam cupiditas. Quapropter magna in potentia constitutus, excelsa quoque appetit & concupiscit. Ita Angelus Dei in maiestate potentia equiparantiam; Adam Dei in scientia similitudinem, quod in maxima sublimitate constituti essent, affectare non veriti sunt. Alterum quod in elephante perpendunt Patres, est, quod calcaneum leuiter incuruet, rigeantq; in eo à summo vsque ad imum cetera pedum, unde flexi in poplite non potest. Hoc autem in sublimioribus Rerumpu blicarum factum indicat, quo isti nec precibus, nec obsequiis in aliorum commoda patiuntur inflecti, vel incuruari. Nec in animu inducunt, quod à tanta dignitate decidere possint, & futurū etiā forsita, ut in quos ipsi iura imperij modò exercent, eorū ē ipsi mox imperio subdantur. Ita Aman vnū Marдохеū sibi nō genuflectentē hoc factu tumidus ferre nō poterat, verū hoc factu ad crucē, & tōdā necē seipsū infelix adegit. Illud & tercio loco est considerandū in elephāte, quod arbori, ut costas fricet, uel ut in sōno se relaxet, inniti ipsū necesse est, vnde & sēpius, aut quia arbores pōdere decidūt, aut quia uenatorū dolo semiincisa corruūt, ipsi elephātes prosternūtur, humiliq; iacti prāda sūt uenatorum, ceterarūq; bestiarum, cum se erigere nequeant. Pari euentu, qui maximē polent in Rebuspublicis, potentiam, auctoritatemq; suam etiam clientibus, quorum suffragijs maiores ipsi dignitates assequuntur, credere compelluntur, qui si vel leuitate ingenij, vel emulorum uersutia animum mutent, ut corruant necesse est, deiectiq; ab ea præeinentia, ludibrium omnibus fiant. Nil siquidem in Rebuspublicis fallacius, nil incertiū quā multorum ciuū uoluntas, quē ut nubes à ventis facile rapitur, quod exēpla multa Græcorum, Romanorumq; Reipublice patefaciunt. Maximā ferocitatis in bello elephātem esse tradunt hi Patres, cum nulla armatorum manu contineri possit, & mugitu cunctos equos, ac bellatores deterreat. Maximā etiam commoditatis sunt elephātes, cum super ipsos ferē arces construuntur, unde sagittarij hinc inde iacula commodius vibrare possint. Potentia certē in sublimioribus ciuibus cumulata, tum auctoritate qua præfunt, tum dicēdi ausu feroces ipsos reddit, adeo ut suis uotis licet iniquis potiantur, ceterisque sectatoribus suis, atque partialibus, ad assequendas quas cupiunt dignitates, proterendosq; emulos aditū pārent. Trecentis annis uitam producere elephātem tradunt, sed tandem deficit, uigeat licet auctoritas in ciue aliquo diuturno tempore, demum attamen terminatur. Elephātes amplius quicquid pede compresserint, exanimāt, & promuscide quicquid in altum extulerint, præcipitāt: & is mos est potentiorum in Rebuspublicis, alios auctoritate conculcare, alios ad sublimes uehere dignitates, ut maiori decidant ignominia, & mœrore. Et hæc quidem ex Patribus. Ad hæc, elephātes porcorum grūitus deterrent, & fugāt, & primates plebis tumultus sepe prosternit. Elephātes modulatione facillimē demulcentur, & proceres adulatione facillimē decipiuntur, Machabeorum miles in uentre perfodiēdum esse elephātem docuit, quamuis ipso ruente, sub tantā mole compressus ceciderit. Nō desunt profecto & ciues, qui seū calumnijs, quibus potentes noxij sunt, seū ensibus tyrannos confodiant, & Reipublice libertatem uendicent, quamuis sepe cum sui iactura, & morte. Addas, quod elephāti infestus hostis est rhinoceros, non minori fortē corporis mole, & robore præditus. Sunt. n. in Rebuspublicis potentes potentibus pares, cū quibus semper disidium uiget, unde sepius quod optant, nō consequuntur, & de aliorum felicitate exruciantur. Non affectes igitur elephātibz esse similis, ut amplissimos uidelicet dignitatis gradus adipiscaris, ac in Republica principem locum obtineas; sed potius memento iugiter, quod isti tolluntur in altum, ut lapsu ruant grauiore.

Fœmella elephantis, Eua, & carnis typus.

EPIPHANIVS de elephāte hæc adiungebat.

Elephas maximum est animal, proboscidemque habet, qua qua ipsum adoruntur animalia, percutit. Hæc cibum, & potum sibi ministrat, non enim habet compages, propensusq; pascitur, genua haud incuruans. Fœmina herbam, que mandragora dicitur, querit, quam gustat, & coëundi cupiditate accensa, ad maremq; properans, illam ipsi offert. Mas uero ut comedit, ardet libidine, & fœminæ miscetur: iam cum instat pariendi tempus, lacum ingreditur, perueniatque aquam, qua mamillas usque perueniente parit. Si enim in terram egeret factum, haud eleuari posset, intra membrorum compages carnat. Manifestum est primum parentem Adamum,

Adamum, non ut Eua obedientia lignum prægustasse: illa enim dedit viro; qui ut comedit, sensit se præceptum Domini transgressum esse. Quis igitur partus? peccatum: & locus ubi peperit, quis? paradysus.

Hæc Epiphānij obseruatio decora est, tum si ad allegoriam ab ipso insinuatam, tum si ad moralitatem eam trahamus. Quantum ad eam spectat proprietatem, quæ hæc animalia mandragoræ esu ad proliferationem exardescere sanctus hic Pater dixit; non à uulgata philosophorum sententia recessit, siquidem mandragoræ ad ciendos amores facultas inesse existimatur, Dioscorde, & Galeno testibus, circeaque à nonnullis appellatur à Circe Solis, & Persidis nimphæ filia, quæ conficiendorum philtorum peritissima fuisse perhibetur. Quapropter & ad fecunditatem eam proficuum esse plurimi arbitrantur, in ipsius quoque radice marem, & fœminam ex manifesta sexuum expressione reperiri perspicuum est, ac propterea illam *αυθηρομορφου* Pythagoras creditur appellasse. Vnde & nonnulli Rachelem ex mandragoricis pomis à Lia collatis concepisse rati sunt. Sed id à uero excidere manifestat uox Hebraica Dudaim, quæ Græcus interpret mandragoras reddidit, cum hanc potius liliū significare pleriq; autunt. Et Augustinus contra Faustum huius sententiæ uanitatē carpit. Quibus declaratis asserere possemus cum Epiphānio, fœmellam elephantis Eua fuisse typum, mandragoram pomum ipsum inobedienciæ significare, quod ubi mas, Adam uidelicet comedit, cum ipsa Eua exarsit libidine; si enim protoparentes uetitum pomum non gustassent, peccatoque non se fœdassent, nulla libidiosa uoluptas prostrasset naturam humanam; & si in paradiso per concubitu sobolem genuissent protoparentes (de qua re controuersa est inter Patres Græcos, & Latinos) id certē sine libidine effecissent. Cæterum, quid significat, quod fœmella dum parit, aquam petit usque ad mamillas pertingentē, quod fœtus, cum membrorum compage careat, surgere possit, nisi quod partus peccati benè editus est in ipsa aqua uoluptatis, idest, peccatū Adæ, peccatum fuit fragilitatis, cum Eua fuerit decepta, Adam minime seductus; quare facilius flexa est postea misericordia Dei, ut collapsum genus humanum repararet. Addas & moralem expositionē. Fœmella elephantis caro est, ut Eua; mas, ratio, ut Adam. Caro hæc mandragoram gustat, cum delectatione rerum, de quibus tentatur, afficitur, & concupiscentia accensa, idest, ad explenda sua uota exardescens, ipsam delectationem subministrat rationi, qua & ipsa fascinator. Verū & caro ista inter fluentia aquæ parit, inter illecebras fragilitatis peccata committit ea uoluntatis inconstantia, ut sceleris etiam sui poenitere post ualeat; nam solus Dæmon edidit fœtum suum in terra stabili, nempe in obstinatione uoluntatis.

Doctorum uita ceruis comparatur.

GREGORIVS Magnus qui ceruum insequens grato euentu ipsos Patres obuios habuit, hæc tradidit.

Ipsi etiam cerua uocati sunt, sicut per Hieremiam de Doctoribus genitos filios incauē deferentibus dicitur: Cerua in agro peperit, & reliquit. Ipsi more ceruarum inuemptis uitijs, quasi extinctis serpentibus uiuunt: & de ipsa extinctione uitorum, ad fontem uitæ acrius inardescunt. Vnde Psalmista ait: Sicut ceruus desiderat ad fontes aquarum, ita desiderat anima mea ad te Deus. Ipsi etiam dum labentia huius temporalitatis monumenta, quasi quedam flumina transeunt, compatientes charitate onera sua sibi inuicem superponunt: quia cauta obseruatione custodiu id, quod scriptum est: Inuicem onera uestra portate, & sic adimplebitis legem Christi.

Et quæ elegantior comparatio, quā hæc à D. Gregorio delata? Qui nanque cerui sunt duo cornua eminentia gestantes, nisi Prælati, & Doctores, eximia, quam ipsis contulit Christus, auctoritate Mundum proterentes? Cui uitiū aptius comparare possumus, quam serpenti? Nonne à serpente illo callido omnis uitij ratio emanauit? nonne uitia uenenum ut serpentes infundunt? nonne sua natura horri sunt ut serpentes? Ad quem fontem inardescunt cerui isti, ut hausta uenena extinguant, nisi ad fontē uitæ, ad Deum ipsum, inclamante Psalmodographo: Sicut ceruus desiderat ad fontes aquarum. Labentia huius temporalitatis monumenta, quid aliud sunt, quā undæ post vndam in rapido flumine defluentis, ac se ipsas impellentes? Omnes enim morimur, & tanquā aqua delabimur. Et quid caput onerosum dorsis præcedentium superponere, nisi regiminis,

Mandragora
an libidinem
excitet.

Lib. 22.

Mor. lib. 30.
cap. 9.

Hier. 14.

Psal. 41.

Galat. 6.

Vitium simile
est serpenti.

1. Reg. 14.

giminis, atq; muneris granitatem exemplo precedentiu perferre? Nil certè potuit nobis D. Gregorij comparatione concinnius, ac pulchrius proferri.

Ex ceruo ediscant Chriftilcolæ pœnitentiæ indagatiõnem.

In Physiol. cap. 5.

EPIPHANIVS quoque de ceruo hæc protulit.

Ceruus similis est syluestri caprea: illius cornua tribus ramis distinguuntur, ut & triplex est eius vitæ reparatio. Vivit enim annos quinquaginta, nemorumq; sylvas, & montium valles, ut velocissimus cursor contento gradu perlustrat, serpentiumq; cavernas odore indagat, & sicubi serpens delitescit, è uestigio subodoratur. Statimq; naves ad limen cavernæ admouet, halitumq; trahit: prodiens igitur serpens in fauces cerui sese ingerit, ille obuium deuorat: qua de causa appellationem sortitus est, videlicet quòd ex imo serpentes ad se attrahat. Postquam autem serpente ex cavernis cepit, illico ad aquarum fontes decurrit; quòd si trium horarum spatio aqua se explere non potest, moritur: sin autem aqua potus obtingat, ad annos denno quinquaginta vitam protrahit; unde Propheta David; Sicut desiderat ceruus ad fontes aquarum, sic desiderat anima mea ad te Deus. Tu igitur spiritalis homo, tres habes restauraciones, baptismum scilicet incorruptionis, filialis adoptionis gratiam, atque pœnitentiã. Si quando serpente, id est, peccatum intra cordis recessus depredenderis, ad fontes aquarum, hoc est, ad Scripturarum scaturigines statim confuge; sanctam videlicet gratiam (quemadmodum Propheta; interpretantur) hauri: nam si pœnitentiã egeris, ab ea iterum deleta pœnitus peccato, reparaberis.

Cerui serpentes deuorant.

Ex ijs, quæ enarrauit Epiphanius de ceruo, duplicem possumus contexere contemplationem, allegoricam nempe, ac moralem. Allegorica hæc esse potest, ceruorum morem esse, nemora, sylvas, montes, vallesque dum perlustrat, serpentiũ cavernas odore indagare, halitumque ipsos trahere, attractos deuorare, velociterque ad fontes percurrere, adeo ut si trium horarum spatio ad fluentia non perueniãt, mox moriãtur; sin autẽ aquas hauriant, ad quinquaginta annos uitam protrahant. Tertullianus libro de Pallio, id ipsum attestatur, cum ait: Taceo ceruum, quòd & ipse ætatis suæ arbiter, serpente patus ueneno languescit in iuuentute. Glossa in Psalmi locum: Sicut desiderat ceruus ad fontes aquarum: Ceruus, ait, senio grauis excrescentibus pilis, & cornibus, serpente naribus haurit, mox hausto æstuat veneno, unde fontem ad bibendum ardentissimè desiderat, quo potu pilos, & cornua deponit. Ceterum allegoricè id contempleremur. Ceruus Christus est, quinimmo cerua illa matutina in Scripturis celebrata. Perlustrauit hic triginta annis Mundum, serpentis, id est, mortis cavernas indagans, & è uestigio in monte Caluãrio eam subdoratus, afflatu, nempe spiritu eam attraxit, cum inclinato capite emisit spiritum, & proinde deuorauit, cum mortem oppetiit. Sed trium dierum spatio ad fontem diuinitatis peruolauit, aquamque gloriæ hauriens, non ad annos quinquaginta vitam traxit, sed ad immortalitatem, & perennitatem. Ceruus est etiam appetitus noster, per sylvas, nemora, montes, & ualles discurrens, peccati que uoluptates inquirens. Nam benè serpens peccati typus est, quoniam ipsius suggestu peccatum ingressus est in Mundum, afflatu, ingluuie uidelicet uoluptatis ipsum attraxit. Fontes porrò aquarum ipsa sunt sacramenta, præcipuè baptismus, & pœnitentiã, in quibus hauriuntur gratiæ aquæ. Ad hos celestis aquæ fontes si iuuentute, uirilitate, uel senectute proficisceretur ceruus noster, ipsisque explebitur, uitam iterum uiuet spiritaliẽ: sin autẽ serpentis ueneno, seu delicti culpa infectus, tres horas, uita; nimirum, præsentis curricula patietur elabi, in mortem corruet sempiternam. Habent Patres de ceruo plures mysticas contemplaciones; præcipuè uerò Origenes contra Celsum libro primo, & in Matthei caput quintumdecimum, & in Cantica Canticoũ Homilia tertia. Addas & Patrum Cõmentarios in Psalmum uigesimum octauum, & quadragesimum primum, & centesimum tertium; in Prouerbiorum caput quintum; in Canticoũ secundum, tertium, & octauum.

Christus ueluti ceruus.

Appetitus noster ut ceruus.

Ferocitas spiritus sola uoluptate potest eneruari, exemplo Vri.

In Physiol. c. 3.

EPIPHANIVS Vro immensa bellua spectato, subijciebat.

Vrus animal omnium maximum, similis est boui, duoque habet cornua in modum ferræ, estque præ omnibus animalibus terribile aspectu: itaque proceras arbores quatens, illas dissecat, ramosque præscindit, nec est ullum animal illo fortius. Pascitur non longè ab Oceano, continuo uerò ut bibit, ueluti ebrius ludit, cornibusque

busque tanquam bos terram petit. Est autem illic, arbor dicta tanus, uiti similis, & alba ramis, quos cum vrus capite concutit, cornu vincitur. Accedit itaque uenator, & cornu alligatum deprehendit, illumque opprimit. Tu igitur, o spiritalis homo, considera quanto te pro generosorem fecerit Deus: loco enim duorum cornuum, duo tibi dedit testamenta, nouum uidelicet & uetus, quæ cornua sunt contra potestates aduersas, ut ne te circumueniat Diabolus: ait enim in Propheta: In te inimicos nostros uentilabimus cornu. Oceanus copiam diuitiarum significat, Tanus uerò uitæ uoluptatem, qua implicitus homo fidem negligit. Uenator igitur, hoc est, Diabolus illum aggreditur, quem uoluptatibus mancipatum, fidemque negligentem inueniens, in suam potestatem redigit.

Allegoricè contemplaciones Epiphaniij ex se conspicuæ sunt, decoræ, & elegantes. Vrus siquidem animal præstantissimum; homo est ipse, cornua gestas in modum ferræ, & præ omnibus potens, uirtute nempe animæ intelligentis, qua omnia moderatur, sub suo imperio omnia animantia cogens: generosorem enim fecit certè, & præstantiorem Deus hominem cunctis animantibus, cum ipsum renunciarit eorum dominum, & Mundi imperatorem. Spiritalis profectò homo vrus est, cornua duo sunt testamenta, quibus contra aduersas potestates utitur, tanquam armis. Verum si ijs cornibus apud Oceanum, copiam uidelicet intelligentiarum Scripturæ sacre, tano, quæ arbor est uiti similis, & alba ramis, & uoluptatem significat, curiosæ, atque uanæ indagini applicabitur, adeo ut literales Scripturarum sensus ad uoluptatem mentis, & curiositatem trahat, fidei catholicæ Romanæ non hærens, faciliè uincietur, à Diaboloque circumuenietur, ut in hæresim labatur, & præcipitetur. Vel iterum spiritalis homo vrus est, duo cornua gestas, intellectũ, & uoluntatẽ; intellectũ fidei lumine illustratũ, & uoluntatem gratiæ suauitate delibutam. Sed si his cornibus tano, uoluptati carnis adhæserit, faciliè alligabitur, quoniam & intellectu à fidei ueritate caligare, & in affectu à rerum spiritualium, & celestiu amore declinare incipiet, unde petitus à uenatore Diabolo, & uoluptate mancipatus, absque ullo negotio eius præda efficietur.

Homo quomodo ut Vri à Damone capitur.

Docemur exuere ueterem hominem serpentis exemplo.

EPIPHANIVS cum inter virentes herbas reperere serpente conspexisset, dixit.

In Physiol. c. 13.

Ait Christus in Euangelio; Estote prudentes sicut serpentes, & simplices sicut columbæ. Physiologus in serpente plures inesse natura proprietates ait. Cum senio grauatur, caligant illi oculi, & cum iterum iuuenescere parat, quadraginta diebus cibo abstinet, & tandem emollita cute, querit petram, per cuius foramen magno nisu contendens, pronusque transire nititur, cutemque exuit, qua deposita gaudet, atque iterum iuuenescit. Et tu, spiritalis homo, si per angustam & arctam uiam, ueterem Mundi senectutem deponere uis, corpus tuum ieiunio macera. Est enim angusta porta, & arcta uia, qua ducit ad regnum Celorum.

Matth. 10.

Notissima est ea Christi sententiã: Estote prudentes sicut serpentes, & simplices sicut columbæ. Verum quæ sit serpentis calliditas, & quid portendat; quæ columbæ puritas, quid indicet, uerius nos aliàs. Quantum ad Epiphaniij allegoriam spectat, serpens hominis carnalis, & exterioris typus est; illius, inquam, qui uenosa suggestione tartarei serpentis affectus est: hic senio grauatur, cum diuturno tempore in habitu prauo uitæ carnalis occalluit: caligant illi oculi, cum illecebrarum uoluptate, quasi crassa fuligine obruta eius mens, celestia, & spiritalia degustare nequit. Si igitur cupit iuuenescere, ex ueteri scilicet homine fieri nouus, iuxta consiliũ Pauli: Induite nouum hominem, qui secundum Deum creatus est; hæc duo consequi cum serpente nitatur; primum à cibo abstinere, ut crassa, & emollita cutis areseat: Quid est à cibo abstinere, nisi mortificatione & ieiunijs carnem macerare, ne amplius pinguescat, & prauæ concupiscentiæ aditum subministret? Tunc secundo loco querat petram, & per eius foramen magno nisu transeat, ut cutem ueterem exuat, & nouam induat. Et quæ petra est, nisi Christus? Per foramen igitur petræ transeat magno nisu, per exemplar nimirum uitæ Christi magno studio, nec unquam intermisso; & tunc exuet cutem ueterem, uitam, inquam, similem Adæ, & induet nouum hominem, nouum uitæ genus conforme Christo nouo homini. Tunc siquidem omnia in nobis repullulabunt: noua anima iustificata in Christo, relicta ueteri mortua in Adamo: noua caro macerata, & mortificata, sed nitida, quia compresso fomite, relicta ueteri petulante, & pingui, & fordidata perpetuis concupiscentijs. Is erit

Serpens hominis carnalis typus. Ephes. 4.

Homo quomodo possit spiritaliter iuuenescere ut serpens.

Is erit nouus homo confimilis serpenti aëneo, non uirulento illi primo, qui protoparentes seduxit. Basilius Oratione septima de Virtute, & Vitio; Isidorus Pelusiota libro primo, Epistola quadringentesima sextadecima, confimilem allegoriam insequuntur.

Damon persequitur uirum nudum iustitia, non autem indutum gratia & uirtutibus; sicut serpens hominem nudum, minimè autem uestitum.

In Physic. c. 14.

EPIPHANIVS adhuc sequebatur.

Cùm serpens uestitum hominem conspiciat, pauet, ipsumque fugit; quòd si nudum uidet, illum petit. Et tunc spiritualiter considera, quòd cùm noster parens Adamus ueste à Deo contexta in Paradiso à Deo indutus fuit, illum adoriri Diabolus non potuit, sed procul ab eo fugit: cùm uerò præcepta Dei transgressus, nudus mansit, tunc uicit illum Diabolus.

Cap. 3.

Adā post peccatum tantū corpore fuisse prædicium sentire uideatur Origenes & perperam.

Epiphanius ingeniosam nobis excitauit tūm allegoriam, tūm moralitatem, si eam ad compiorem sensum redigamus. Origenes Explicatione in Genesim, protoparentes nostros corporis expertes fuisse usque ad peccatum uidetur asserere, tūmque humana corpora induti fuisse dicti sunt, quando post peccatum pelliceis uestibus amicti perhibentur. Sed quantum in hoc caligat Origenes, quicumque Theologiæ non est ignarus, facile intuetur, & Patrum nonnulli acrius ipsum carpunt, & redarguunt. Epiphanius libro secundo, hæresi sexagesimaquarta; Hieronymus aduersus errores Ioannis Hierosolymitani. Refellunt & hunc errorem Tertullianus aduersus Valentinianos capite uigesimoquarto, & libro de Resurrectione carnis capite septimo; Irenæus libro primo aduersus Hæreses, capite primo; Iustinus Martyr quæstione quadragésimanona, Chrysostomus Homilia decima octaua; & nouissimè Rupertus in Commentarijs dicti capitis libri tertij, capite uigesimo septimo. Cæterum Nazianzenus mysticè illum Origenis locum interpretatus est, quasi quòd post peccatum cū pelliceis uestibus protoparentes induti sunt, non carnem simpliciter, sed mortalem pro immortali, & fomite se datam pro pura susceperint, quod fortè & Origenes intellexit. Quid est igitur, quod dicit Epiphanius, non ausum fuisse serpentem in paradiso Adamum ueste à Deo indutum adoriri; post præcepti autem transgressionem nudum eum uicisse, cū potius ante culpam Adam nudus extiterit, admissio uerò peccato, nuditatem agnouerit, & pelliceis indumentis à Deo uestitus fuerit? Quin potius nudum ipsum Adamum serpens aggressus est, indutum uerò dimisit. Cæterum hæc ad saniolem sensum sunt redigenda. Adæ uestis ipsa fuit innocentia, ipsa originalis iustitia, nuditas uerò fuit culpa, & iustitiæ illius printæuæ carentia, qua cognouerunt primi parentes se esse nudos. Protoparentes igitur ueste innocentia indutos pauebat serpens, quapropter ipsos insidijs tūm petijt, adeò ut si tentationem retudissent, aufugisset; uerum ea sanctitate nudatos, transgressionèque reos audacter est aggressus, & tentationis mucrone confodit. Addamus etiam aliam moralitatem: uestis nostra Christus est, Christi iustitia est ipsius gratia, ac uirtutes animam decorantes, Christicolam sic indutum pauet Diabolus, insidijsque tantū clam, nimirum tentationibus aggredi audet: at si his orbatum, uel nudum ipsa conspiciat, alacriter petit, deterrret, opprimit, atque interficit.

Exemplo serpentis custodiendum est in persecutionibus & tentationibus caput, id est, Christus.

In Physic. c. 15.

EPIPHANIVS tertiam proponebat serpentis proprietatē his uerbis.

Si quando serpens ab homine petitur, caput ille tantum custodit, reliquum corporis exhibet. Debemus igitur & nos in tempore periculi totum corpus morti concedere, solum caput custodire, hoc est, Christum non deserere, quemadmodum sancti martyres fecerunt. Omnis enim uiri caput Christus est, ut ait Scriptura.

1. Cor. 11.

Tentationis duplex genus.

Calliditatem & industriam hanc serpentis ad duplicem sensum retulere Patres, quæ admodū & duplex est tentatio; alia quæ est fidei probatio, alia quæ est probitatis nutantis experimentum. Primum modum egregiè & luculenter admodum expressit aurea sua eloquentia D. Ioannes Chrysostomus Homelia in Mattheum trigésimaquarta.

Sic.

Sic enim inquit: Quemadmodum serpens totum seipsum tradit, nec admodum curat, si corpus inciditur, donec caput suum integrum seruet: Eodem tu quoque modo, præter fidem cætera perdere non cures: profundas uniuersam tuam pecuniam, tradas corpus; uitæ ipsi, si opus est, minimè parcas, dummodo fidem serues, quæ caput & radix est; qua seruata, etiam si omnia perdas, omnia tamen rursus maiore cum magnificentia recuperabis. Augustinus in Enarratione Psalmi quinquagesimiseptimi; Offer, inquit, sicut serpens membra tua percutienti, dummodo caput integrum serues, caput uiri Christus. Sed & Gaudentius Brixianus Episcopus in responsione ad Germinium, de villico iniquitatis; Caput, inquit, nostrum, qui est Christus, omni diligentia conseruantes, & pro eo membra omnia persequentibus laceranda tradentes, ut fides Dei, quæ caput salutis, ac uitæ est, sana, & inuulnerata permaneat. Cum his proficiscitur Epiphanius in hoc loco. Quantum ad alteram, cū nos tentatio petit, carnis, inquam, ut à iustitia prolabamur, tunc cum serpente omnia exhibenda sunt, opes, honores, dignitates, voluptates, & solum caput contegendum, uidelicet anima, ne ictu tentationis pereat. Ita Ioannes Chrysostomus in commentario Psalmi centesimi quartidecimi in illo uersu; O Domine libera animam meam; eandem proprietatem simili allegoria ad mores accommodat. Quemadmodum, ait, serpens reliquum corpus proijcit, ut caput conseruet: ita oportet te quoque alia omnia dare pro salute animæ.

Deponenda odia, cū ad fontes Scripturarum, seu sacramentorum accedimus, exemplo serpentis.

EPIPHANIVS tandem hæc quoque adijciebat.

Cū serpens ad fontem ut bibat pergit, uirus non desert, sed in antro illud dimittit, sicque purus accedit; ne ex illis aquis bibentes ueneno inficiat. Debemus igitur & nos, qui ad perennem, puramque, & diuinis ac celestibus eloquijs scaturientem aquam in Dei Ecclesia propeuamus, malitiæ uenenum nobiscum non deserere, sed omnem prauitatem ac iurgium, & omnem malam cogitationem deponere, sicque in fontes, & puri Ecclesiam Christi adeamus, ne anima nostra ueneno inficiatur.

In Physiol. cap. 16.

Duplicem possumus depromere cum Epiphania ex hac serpentis proprietate moralitatem. Serpens cū ad fontem pergit, uenenum deponit, uirus non desert. Huiusce rei causam explicat Hieronymus Epistola ad Præsidiū de Cereo Paschali, cū inquit: Coluber ad bibendum ueniens in aqua uenenum deponit, ne cum uenenum aqua concretum occidat. Explicemus igitur hanc proprietatem primò cum Epiphania sic: Fons ipse in illo Ecclesiæ horto scatens, de quo in Canticis; Hortus conclusus foror mea sponsa, est sacra Scriptura, à qua emanant, ac profluunt salutaria illa fluentia doctrinæ cœlestis. Cū igitur mens ad hos fontes tanquam serpens properat, malitiæ uenenum deponat, prauitatem scilicet mentis, ad illudenda mysteria sacra procliuem, ne peruersitas in uenenum sibi cedat, unde in prauas intelligentias, & hæreses labatur, animaq; ueneno erroris inficiatur. Hanc allegoriam sequuti sunt plures Patrum, præcipuè Hieronymus in illud Zachariæ: Et erit in die illa exibunt aquæ uiuæ de Hierusalem: Et in Iob caput duodecimum; & in Prouerbiorum caput uigesimumseptimum; & in Ezechielis caput quadragésimumseptimum. Præterea in Esaia caput undecimum; in Ioannis caput quartum, & septimum. Tandem approbarunt plures alij Patrum. Deinde adaptemus & sic hanc serpentis proprietatem: Hortus ipsa est Ecclesia, regio more confitus ab Assuero: fontes sacramenta sunt erumpentia ex petra, ex Christo in cruce: Aqua profluens gratia est, qua tanquam in fonte Iordanis non tantum anima abluitur, sed & mundatur, id est, iustificatur, restituiturque ut caro pueri nitida & munda. Ad hos igitur fontes dum proficiscitur Christicola, præcipuè ad fontem præstantissimum sacramenti Eucharistiæ; uenenum proijciat, deponatque peccati, uel odij, ne concretum peccatum, nempe duplicatum scelus ipsum interficiat, seu odium magis occallens ad interitum, & exitium ipsum deducat.

Cant. 4. Scriptura sacra est fons.

Zach. 14.

Sacramenta sunt fontes.

aaaaa Pulpes,

*Vulpes Daemonis, heretici, & hypocrita: perpul-
crum exemplar.*

In Physiol.
cap. 19.

EPIPHANIVS latitantē in insidijs vulpem conspiciens, adijciēbat.
*Vulpes versutum est animal: cum enim esurit, & cibo caret, aprica loca adit, & humi strata, animam-
que continens, ac simulans se mortuum, supina iacet, oculis & pedibus sursum erectis. Aves itaque delat-
buntur ut ipsa vescantur: illa vero arripit eas subito, ac pro libito deuorat. Nec aliter Diabolus,
cum illaqueare hominem vult, tentat ipsum, ut quam negligenter se in oratione gerat: sicque facilli-
mē inicitur.*

Vulpis calli-
ditas.

Vulpem callidum atque versutum esse animal, tūm Ethnici, tūm Ecclesiastici scri-
ptores fatentur. Quando esurit, aprica loca adire, & humi stratā, sapinam iacere ocu-
lis & pedibus sursum erectis, ac exanimem se effingere, præter Epiphanium hoc in lo-
co, Isidorus quoque Hispanensis libro duodecimo capite secundo testatur, Alber-
tus Magnus exertam tenere linguam vulpem dicit: in argilla rubra, ut cruenta appa-
reat, uoluntari, inquinarique Michael Herus scribit; Gellius ex Oppiani libro se-
cundo de Piscibus, ranam piscatricem simili astutia pisciculos captare ait; Aelianus
libro quinto, capite quinquagesimo quarto, pardum hac ipsa ad capiendas simias cal-
liditate uti narrat; Chrysostomus Homilia quarta in caput primum Matthæi, dum a
bestijs mutuata vitia, in hominibus infectatur, libidinem equis tribuit, uris uoracita-
tem, odium camelis, rapinam lupis, serpentibus furorem, vulpibus subdolas insi-
dias. Cæterum ex hac vulpis calliditate tria nobis depromuntur exempla: Primum
est ab Epiphanio excitatum; Vulpes Daemon est; insidijs semper pulloseius gallinæ
petens, de qua Scriptura: Quoties uolui congregare filios tuos, sicut gallina congre-
gat pullos suos & alitibus, uidelicet contemplatiuis, & cœlestibus uiris præcipuè in-
festus. Hæc vulpes aprica loca adit, cum prosperitates immittit, supinaque se mortuam
simulat, quando nullas tentationes, ac si uicta & exanimis iaceret, nobis suggerit:
Ast ubi auerit, nimirum contemplatiui, cœlestesque uiri simulate huic hostis imbecil-
litati confidentes ludunt, tepideque & oscitante mortificationi & orationi incum-
bunt, facile eos capit. Vel vulpes hereticus est, uaser profectō & callidus, qui humi
stratus se mortuum simulat, cum humilem, atque mortificatum se ostendit, ut incau-
tas alites, seu Christicolas simpliciores, & qui præcipuè putridis cadaueribus uescun-
tur, idest, uitijs fordescent, libertate carnis irretitos comprehendat, & hæresi sua inter-
ficiat. Vel vulpes tandem hypocrita sunt, qui se in terra stratos, ac mortuos simu-
lant, scilicet spiritu pauperes, & carne maceratos, ut aues, simpliciores uidelicet Chri-
sticolas, qui ad ipsos accedunt, consilia salubria, ueluti alimoniam sibi comparaturi,
auulsis pennis, facultatibus scilicet sublati, specie elemosynarum, tūm in uita, tūm
ultima in uoluntate, diripiant, ac deuorent.

Demon ut
vulpes.

Matth. 23.

Hereticus ut
vulpes.

Hypocrita
ut vulpes.

Flectebatur iam in uesperam dies, Patresque de reditu cogitabant. Quapropter
iuxta fluminis ripas cum ranam hinc inde saltitantem conspexissent, de ea pauca qua-
dam sunt collocuti.

Terrestris rana typus seduli Regularis, sicut aquatica ociosi.

In Physiol.
cap. 24.

EPIPHANIVS itaque de illa hæc referebat.
*Terrestris hæc rana calorem Solis excipit, & gelu, imbres, uentos, & hybernas tempestates sustinet.
Aquatica uero nihil horum tolerare potest, uerum ingruente hyeme, se ipsam in profundum demittit: So-
le uero emicante, emergens placidè incalcescit, cum autem Solis calor increuerit, ferre illum non potest,
ac denuo in profundum sese deijcit. Sic & qui ociose degunt monachi, minime poterunt famem, sitim, nu-
ditatem, continentiam, & humi cubationem tolerare. Qui uero ocio non indulgent, libenter ieiunant, atque
omnia sustinent.*

Perfacilis est hæc allegoria. Ea nanque est discrepantia inter Regularem clerica-
libus functionibus incumbentem, & Clericum ocio, luxuque uitæ indulgentem,
quæ est inter ranam terrestrem, & aquaticam. Terrestris rana Solis flagrantiam, &
æstium ardorem perfert, gelidos imbres, & uentos, & hybernas tempestates sustinet:
Aquatica uero ingruente hyeme se in profundum mergit, ut tepidioribus, aquis fru-
atur;

Vidit Deus quòd bonum.

*Impiè igitur mortales blasphemant Dei prouidentiam, quòd noxia ani-
mantia creauit.*

Tropologicè

tur, Sole uero micante emergens, placidè incalcescit, & eo torrente, se denuo in profun-
dum deijcit. Ita Clericus Regularis, & Monachus, uitæ mortificationi additus, nec pro-
speris aduritur, nec aduersis conteritur, nec in uitæ commoditate laxatur, nec in eius se-
ueritate profternitur, cum libenter aduersa omnia incommoda, famem, sitim, nudita-
tem, & humi cubationem ferat, & toleret. Ex aduerso ocij amator arridè prosperitate
extollitur, irruente aduersitate deijcitur; in uitæ commodis habenas sibi laxat, in in-
commodis, cum ipsa æquo animo ferre nequeat, omni studio ad comoda captan-
da peruolat.

His igitur dictis, cum inuicem Patres sibi uale dixissent, discesserunt. Plura alia po-
tuissent ex varijs animantium generibus elici uitæ Christianæ documenta: sed hæc ex
Patribus nostris Basilio, Ambrosio, & Epiphanio deducta sat sunt. Sufficiatque mihi
modò cæteris acumine ingenij meipso præstantioribus, atque disciplinis omnibus eru-
ditioribus modum indicasse, quo ad elegantissimas contemplationes aditum si-
bi comparent.

*Impiè igitur mortales blasphemant Dei prouidentiam, quòd
noxia animantia creauit.*

Impij nonnulli, quasi canes oblatrant Dei prouidentiam, in ipsamque nefario ac sce-
lesto ausu impia quedam effutire nõ reformidant, impiè scilicet Deum animantia nõ-
xia & immania creasse, quæ mortales dilacerarent, discerperent, ac deuorarent. Verum
quot lapides in obscenos & rabidos istos canes iniicere possimus, quot, inquam, rationi-
bus eorum procacem, insanamque temeritatem retundere, ac reprimere valeamus, pe-
tito ex Glossa nostra Literali, ubi copiosè admodum, quibus de cauissis Deus animantia
noxia creauit, est demonstratum. Id unum mihi hoc loco sufficiat adiunxisse. Si ferè tibi
noxia sunt, ò homo, si bestiarum unguis uel dentes te discerpunt, atque euiscerant, te
ipsum accusas, non Deum, tibi ipsi duntaxat culpam attribuas omnem, non conditori.
Mirabile quidem est diuinæ prouidentia argumentum, tanta varij generis arma animā-
tibus, quibus se tuerentur, contulisse: cornua tauris, apibus aculeos, equis calces, uena-
na serpentibus, unguis leonibus, & uris, morsus feris terrioribus, quæ tamen uniuersæ
feræ tantis munitæ armis, tibi pacatæ subijcerentur, te ipsum ut dominum pauerent, ac
ueterentur. Quòd si ex peccato contigit, ut rebelles tibi fierent, quia à Deo deliqueras,
in te profectò cuncta est culpa; te ipsum accusas, non Deum. Vidit igitur Deus, &c.

*Deus non benedicit productis ex terra, quoniam non sibi
complacet in terrenis.*

THEOPHILVS Antiochenus ad Autolicum libro secundo.

Sexto die cum Deus conderet quadrupedia, bestias, & reptilia terrestria, reticet benedictionem, eamque re-
seruat homini, quem sexto die creare instituerat. Cæterum quadrupedia, & bestie quedam pulchrè nobis de-
pingunt homines quosdam, qui Deum ignorant, impia patrant, terrena sapiunt, nec unquam ad penitentiam
conuolant; nam qui conuertuntur ab iniquitatibus, & iustè uiuunt, animo quemadmodum aues, sursum voli-
tant, caelestia & superna curantes, Deoque placere satagentes. Qui uero uoluntatem Dei nesciunt, & impie
facinora committunt, similes sunt auibus, quæ panas quidem habent, sed onere corporis preste, nequeunt sur-
sum

a a a a a 2 sum

sum volare: Sic & hi peccatorum saburra degravati, non possunt ad superiora contendere, & aliorum deitatis, humi repentes, animo percurrere.

Profectò quadrupedia, & be stię indicant nobis homines illos, qui terrena sapiunt, & terrena tantummodò sectantur. Præterea aues, quæ sursum uolitant, homines cœlestia & superna curantes. Rursum aues, quæ alas habent, & onere corporis pressæ nequeunt uolare, fideles significant, qui cœlestia non ignorantes, ad cœlestia, ac diuina contendere nequeunt, sed humi repunt, quoniam animo terrenis sunt additi, ut benè edocuit Theophilus. Nec iniuria profectò benedictio collata est alitibus, non terrestribus animantibus, cœlestia utique anhelantibus, nò terrena sapiētibus. Quomodo enim benedici poterāt ea, quæ ex terra proficiūt, ex terra hac nostra, ex carne, inquā, nulla diuine gratiæ aqua madidata, sed concupiscentiæ ardore exiccata, si ipsa maledicta fuit à Deo, cum dictum est; Maledicta terra in opere tuo? Profectò neque Deus terrenum aliquid benedicere consuevit. Cain de fructibus terræ munera obtulit Domino, Abel uerò de primogenitis gregis sui, & de adipibus eorum. Et respexit Dominus ad Abel, & munera eius; ad Cain autem, & ad munera eius non respexit. Ut quid hoc, nisi quòd Deus à terra progenita, oculo suo saluari respicere nequit? Profectò & ros è Cœlo cecidit super uellus Gedeonis, & non in ambientem terram. Et cur hoc? Ros certè gratia Dei est, & benedictio, quæ in solum uellus cadit, non in terram; quoniam nullum terrenum à Deo benedicitur. Sciant igitur mortales, terrenis sibi non esse incumbendum, si benedictione diuina potiri concupiscunt.

Contemplationes in totam historiam creationis.

Non defuere Patres, qui cunctam historiam sex dierum simul complectentes, ad mysticos sensus eam redegerint, eam coaptantes septem donis Spiritus Sancti, septem uirtutibus insignioribus, theologis, & cardinalibus, septem sacramentis, septem etatibus Mundi, uel hominis, septem beatitudinibus, seù alijs, prout sibi Spiritus Sanctus dictabat, contemplationibus. Quapropter ego partes meas quodammodo omisisse arbitrarer, nisi earum celebriores saltem his meis lucubrationibus adnotarem, nonnullas quæ ex eis animaduersione dignas obseruationes haurirem.

Dies septem creationis, septem dona Spiritus nobis explicant.

HIERONYMVS Commentarijs in Marci caput duodecimum.

Panes uerba sunt Spiritus Sancti: sporta uerò Ecclesię. Quos panes Iesus benedicens fregit, & Discipuli eius diuiserunt turbae, dñ die septimo benedixit omnia opera sua, requiescens in eis. Unde luce facta primo die qui est sapientiæ: & firmamento in secundo, qui est intellectus: & arida tertio, qui est consilij: & luminariis accensis quarto, quæ sunt uirtutes; & uolatilibus piscibusque factis quinto, quæ sunt scientiæ: & anima uiuente sexto, idest, homine ad imaginem Dei facta, quod est pietatis; septimo die spiritu timoris Domini, qui permanet sanctus in seculum seculi, & replet Orbem terrarum, sancta repletur Ecclesia, non habens maculam, neque rugam. Cur autem Ecclesia septiformis, idest, perfecta, timore repletur? Quia iustus uix saluabitur, qui rogat; Et non intres in iudicium cum seruo tuo Domine, quia non iustificabitur in conspectu tuo omnis uiuens.

Rupertus Commentarijs in Genesim, sparsim atque alia methodo septem dona Spiritus Sancti diebus septem prioris hebdomadæ adaptat, & accommodat. Primi etenim dici, quæ fuit aliorum dierum initium, tribuit spiritum timoris Domini, qui bonorum omnium radix & origo existit. Id habet Rupertus libro primo in Genesim, capite uigesimo primo. In capite uerò uigesimo quarto, diei secundæ donum pietatis assignat, prius enim timore, deinde amoris pietate compungitur anima. In capite trigésimo nono confert spiritum scientiæ diei tertio, in quo innumera planè germinum creata genera, mirificam prædicant scientiam conditoris. Sequenti uerò capite donum fortitudinis adaptat diei quartæ, in qua condita sunt luminaria, Sol, Luna, & stellæ; Hæc enim maximè ostendunt & declarant potentiam, ac fortitudinem creatoris, cum sine illis factura omnis Mundi infirma sit, & egena. In quadagesimo octauo eiusdem libri capite demonstrat quintam diem ad spiritum pertinere consilij; pisces enim, & aues habent naturale quoddam mutui amoris consilium, quo conciliantur inuicem, qui confociet masculinum & fœmi-

& fœminam, & amantes conueniant, ut pariter nidificent, ut foetus alant. Libro deinde secundo, capite duodecimo, donum intellectus accommodat diei sextæ, in ipsa namque plasmatus est homo, qui intellectu cognoscitur pollere. Tandem eodem loco septimum donum sapientiæ reliquorum præstantissimum septimæ assignat diei, quæ præceteris diuina benedictione fuit cohonestata. Hæc habet Rupertus locis recitatis, quæ prolixitatis euitandæ gratia, lubens prætermisi.

P O T H O Præsbyter Prumiensis de Magna Domo sapientiæ libro primo, secundum eandem seriem, septem Spiritus Sancti donis dies septem priscos accommodat; Inquit enim.

Dominus sapientia fundauit terram, stabiliiuit Cælos prudentia. Initio namque Dominus terram fundauit, & opera manuum eius sunt Cæli: Cælum & terra duo sunt grandia Mundi corpora. Ergo Cælum & terra, & uniuersa, quæ Cæli ambitu continentur, domum unam constituunt. Magna est hæc domus Dei, & angens locus possessionis eius, terra uidelicet & plenitudo eius, Orbis terrarum, & uniuersi qui habitant in eo. Sapientia Dei, quæ edificauit hanc domum, excidit columnas septem. Sex igitur dies, quibus in primordio Mundi Deus operabatur, & septima dies, in qua requieuisse Deum ab operibus suis sacra Scriptura testatur, septem sunt columnæ, quibus Mundi fabrica, quæ est domus sapientiæ, sustentatur. Sunt quippe septem spiritus ante thronum Dei, nisi in omnem terram, quibus omnium operum Dei significatio in sex diebus cum requie septimi diei exprimitur. In prima ergo die, quando diuisit Deus lucem à tenebris, intelligitur Spiritus Sanctus; spiritus esse timoris, quando Angeli lucis diuisi sunt ab Angelis tenebrarum, qui de fastigio angelicæ dignitatis irreparabili lapsu deiecti sunt. De hoc terribili iudicio Dei, quo spiritus timoris cognoscitur, dictum est in Iob; Potestas & terror apud illum est, qui facit concordiam in sublimibus suis. A die secundo, quo fecit Deus firmamentum in medio aquarum, & diuisit aquas ab aquis, cognosci potest Spiritus Sanctus, quod sit spiritus pietatis, si ritè perpendas, qua intentione fecerit Deus fabricam Mundi, cuius initium fuit factura eiusdem firmamenti, quod uocauit Cælum, dicit enim sapientia Dei; Quando præparabat Cælos aderam, quando certa lege, & gyro uallabat abyssos, cum eo eram omni tempore ludens in Orbe terrarum coram eo, & delicia mea esse cum filijs hominum. Et quid tam piuum, qui idcirco præparasse Cælos, & fecisse hunc Mundum, & in eo genus humanum, quia ipsa sapientia iam deliciabatur, quandoque fieri homo, & esse cum filijs hominum. A die tertia, qua dixit Deus; Apparcat arida, quam uocauit terram, & germinet, ait, herbam uiuentem, & facientem semen, & lignum pomiferum faciens fructum iuxta genus suum, cuius semen in semetipso sit super terram, quod fuit initium exoriationis Mundi, propter quod Scriptura dicit; Plantauerat autem Dominus Deus paradysum uoluptatis à principio, subauditur enim ornatus, siue exoriationis terræ. Ab isto, inquam, die tertio cognoscitur Spiritus Sanctus, qui sit scientiæ, immò scientiarum Dominus, quam uidelicet scientiam, quia iam in corde suo emulabatur Adam in paradiso positus, permissus est accedere tentator, qui diceret; Comedite, & eritis sicut Dijs, scientes bonum & malum. A die quarto, quo dixit Deus; Fiant luminaria in firmamento Cæli, & diuidant diem & noctem, & sint in signa, & tempora, & dies, & annos, cognoscitur Spiritus Sanctus, quod sit spiritus fortitudinis. Quis enim Ecclesiasticorum, aut gentilium Philosophorum non miratus est fortitudinem, siue potentiam in istis duobus luminariis, Sole, & Luna, & stellis, quas posuit Deus in firmamento Cæli? Primus Psalmista dicit; Qui fecit luminaria magna, Solem in potestatem diei, Lunam & stellas in potestatem noctis. Sunt quadam potestatum insignia sano intellectu sufficientia, ad comprobandum, quòd in his luminariis fortitudo magna sit. Quinque tenent Cælum Zone, ait Poëta insignis, quarum due sunt temperata, una quæ & media est, nimum exusta, eò quòd Soli semper sit subiecta, duabus autem extremis, à quibus longe abest, uel quibus gyro, & regyran-do non appropinquat, frigore torpentibus & gelu, uel glacie perpetua. A die quinto, quo dixit Deus; Producant aqua reptile anime uiuentis, & uolatile super terram sub firmamento Cæli, & benedixit eis, dicens; Crescite & multiplicamini, cognoscitur spiritus Sanctus, quod sit spiritus consilij; quippe cuius potentia dum fertur super aquas, hoc mirabile fecit, ut creatura eiusmodi, quæ rationem non habet, ita consulere nouit posteritati suæ, ut homo rationalis non sufficiat admirari. A die sexto, siue à creatura humana, quæ die sexto facta est, cognoscitur Spiritus Sanctus, quod sit spiritus intellectus, non solum quia rationalis est conditus, uerumetiam, quia quod maximum est, spiritualis intelligentiæ est capax. Denique & si tunc homo primus non intellexit, & post eum plurimi, de quibus scriptum est; Homo cum in honore esset, non intellexit; tamen spirituales fuerunt, & sunt multi, quos Dominus spiritu intelligentiæ repleuit. A die septimo, in quo Dominus requieuit, cui benedixit, quem sanctificauit, cognoscitur Spiritus Sanctus, quod spiritus sapientiæ sit, quia uerè ad magnam sapientiam adducit illum, quem docilem facit huius dicti; Tollite iugum meum super uos, & discite à me, quia mitis sum & humilis corde, & inuenietis requiem animabus uestris. Hucusq; septiformis spiritus sacramentum designari monstrauimus appellatione septem columnarum, nimirum propter gloriam & honorem altissimi filij hominis, quia templum corporis eius ipsa est domus, quam sapientia sibi edificauit.

Clarissimæ sunt, & perspicuæ hæc Patrum allegoriæ, & modi, quibus septem dona Spiritus

Gen. 3.

Gen. 4.

Iudic. 6.

Prou. 3.

Psal. 13.

Prou. 9.

Iob. 25.

Prou. 8.

Gen. 2.

Gen. 3.

Psal. 135.

1. Pet. 4.

Psal. 142.

Psal. 48.

Matth. 11.

Spiritus Sancti, septem diebus creationis adaptarunt. Caterum liceat mihi alteram seriem breuissime perspicacis ingenij uiris insinuare.

In principio equidem creauit Deus Coelum & terram, idest, in hominis ipsa formatione inseruit Deus intellectum, & affectum; intellectum ut Coelum illustrandum imitantibus astris, coruscantibus uidelicet scientiarum luminibus; affectum ut terram exorandam diuersis germinum varietatibus, nempe uirtutum generibus. Porro terra erat inanis & uacua; affectus nimirum erat inanis: ut enim Adam a iustitia illa prima uia prolapsus est, quanquam eius intellectus scientijs non fuerit orbatus; affectus attamen supergredientibus aquis illecebratum, & voluptatum, factus est inanis desiderijs, ac uotis suis non sibi constans, & ut terra uacua, omni uidelicet uirtutis decore & specimine carens: tenebraeque erant super faciem abyssi, super hanc immensam faciem affectus tenebrae expansae sunt, quia generi humano contigit, ut perficendi uirtutibus animum uiam atque modum ignoraret. Verum Spiritus Domini ferebatur super aquas, Spiritus scilicet ille Sanctus ferebatur super ipsum hominem, ut donis suis eum perficeret, atque exornaret. Dona quippe Spiritus, teste D. Thoma, ad omnes animae vires perficiendas & decorandas impertita sunt. Dixit igitur Deus; Fiat lux, infundatur scilicet scientiae donum; & ecce scientia, qua naturali lumine res apprehenduntur, emicuit in homine, quasi quaedam lux exilis & pallens, quae primarias expulit tenebras ignorantiae, & caecitatis. Fiat firmamentum, conseratur fortitudinis donum, quo collocatus homo inter aquas, & aquas; tribulationes uidelicet supernas a Deo illatas, ut probent; & infernas a Mundo, ut sauiant, illas lubenter sustineat, quoniam merita augent; has coercet, comprimat, & euincat. Congregentur consilio sancto aquae illecebrarum in locum unum, idest, seorsum a terra, longe uidelicet ab affectu humano; & denudata, arefactaque appareat terra, nimirum affectus omni uoluptate, & concupiscentia expoliatus, tumque germinet herbam uirentem, & lignum pomiferum faciens fructum, desideria nempe uirescentia spe rerum caelestium, ut herbas, & opera sancta, tanquam arbores onustas fructu, idest, merito. Fiant insuper & luminaria; communicetur ei sapientia, quae fulgorem primae luci adiungat; contemplationem uidelicet rerum diuinarum, & amorem earum; sapientia, inquam, communicetur caelestis, ut Sol; humana, ut Luna; naturalis, ut sidera; luceantque in firmamento, in intellectu, & illuminent terram, hoc est, affectum, tum lumine fidei, tum calore charitatis ad profectas fruges sanctarum uirtutum. Producant deinde aquae pisces & aues, donum pietatis nobis mox collatum, efficiat nos tum pisces pietate erga proximum, humanis ipsius miserijs misericordia illabentes, calamitatibusque opem ferentes; tum aues pietate in Deum, ad eius cultum, & contemplationem nosmetipsos extollentes. Producat amplius & terra, affectus utique noster dono intellectus iumenta; cogitationes nimirum & exercitia pro proximorum iugamento; producat etiam hominem factum ad imaginem & similitudinem Dei; hominem uidelicet internum mortificato externo ad imaginem & similitudinem Christi. Quod si quandoque producet reptilia, idest, exercitia & cogitationes terrena sapientes; uel bestias terrae, idest, impias, immauesque; primas in aquis poenitentiae submergat, & reliquas in deserto austeritatis redigat, atque compescat. Tandemque in timore Domini, ueluti in sabbato quieti constituto, a Deo sanctificari, & benedici promereatur.

Septem uirtutibus, quasi septem diebus, homo interior formatur.

ISIDORVS ut habetur in Prothematibus Glossae Ordinariae in Genesim. Habet unusquisque nostrum in rectis operibus, & recta uita, tanquam distinctos istos sex dies, post quos debeat quietem sperare. Primo die lucem fidei, quando primum uisibilibus credit, propter quam fidem Dominus uisibiliter apparere dignatus est. Secundo die factum est tanquam firmamentum disciplinae, quod discernit inter carnalia & spiritualia opera, sicut firmamentum inter inferiores aquas & superiores. Tertio die, quo mentem suam ad proferendos bonorum operum fructus praeparat, & erigit: separata enim labe, & fluctibus tentationum carnalium, tanquam aridam habet mentem, uidelicet tanquam a perturbationibus maris, ut iam possit dicere; Mente seruo legi Dei, carne autem seruo legi peccati.

Prosequitur amplius Isidorus hanc allegoriam, sed facile ex ante dictis reliqua uirtutes

Homo per se pre dona spiritus tanquam per septem dies exornatus.

Par. 2. q. 68. art. 4. Lux prima die creata donum scientiae indicat. Firmamentum fortitudinis donum indicat.

Aquarum congregatio, & geninatio terrae donum consilii ostendunt.

Luminaria creata sapientiae donum praemittunt.

Piscium & auium productio donum pietatis exprimit. Terrae productio intellectus donum innuit.

In timore Domini ueluti in sabbato quietem.

Rom. 7.

ut reliquis diebus accommodari possunt, redigendo diem secundam ad spem, & tertiam ad charitatem.

Quanquam singulari spiritu Pater iste sex dies ad mysticas contemplationes attollat, ut uidere est in Prothematibus; non possum attamen quasi epilogo, breuique oratione consilia non obstringere. Tu igitur Verbum internum, ac aeternum; internum ex Patre genitum in latebris diuinitatis; aeternum; quia in die illa aeternitatis, quae initium, & occasum non habet, semper es genitum, semper gigneris, semperque gigneris: Tu Verbum, inquam, exterum factum, cum Verbum caro factum est; Tu Verbum, quo Mundus est conditus & reparatus: Tu, inquam, respice me microcosmum a te quidem plasmatum, sed culpa mea deaflatum atque disruptum, per te reparandum, cum per te conditus sim. Vide, quod Coelum nempe anima; & terra, scilicet caro, per te constata sunt; sed caro inanis est suis in concupiscentijs, & uacua tua gratia; Respice, quod tenebrae horridae caecitatis, & peccati, abyssi faciem, cordis inquam mei obruerint. Superest mihi tantum, quod Spiritus Dei, qui super aquas fertur, me ad poenitentiam excitat, atque inuitat. Tu igitur Verbum dic; Fiat lux, & mox diffundetur fides sancta uiua, qua non in tenebris & regione umbrae mortis, sed in luce uitae progrediar, cum in fide uiua tantum uita comperiat. Dic; Fiat firmamentum, & mox consistet spes illa sancta, qua diuinis aquis felicitatis supernae, atque uoluptatis rerum caelestium, ab his carnis, Mundi que illecebris seiunctis, ad caelestia me erigam, & dicam: Portio mea sit in terra uiuentium. Dic; Congregentur aquae in locum unum, & appareat arida, & germinet terra herbam uirentem, moxque charitate sancta uoluptatibus mortificatione extra cor compressis, terra cordis germinabit varios flores sanctarum cogitationum, folia piarum delectationum, fructus iustarum actionum, & semina uitae aeternae. Dic; Fiant Sol, Luna, & stellae, moxque anima per te iustificata, sancta iustitia, ut Sol coruscabit, & conuersione quasi Luna; (etsi quandoque obrui uidebitur) splendidior semper resurget, & uita sancta exemplis, tanquam stella matutina in medio nebulae splendebit. Dic; Producant aquae pisces & aues; & statim prudentiae uirtute, tum actiua, tum contemplatiua uita decorabor; actiua, qua in fluctibus, in huius uitae uarietatibus natata, ut piscis, sine crimine ediscam; contemplatiua, qua fide & meditatione quasi auis, seu columba uolare, ac non nisi in arca conuiescere delectabor: Dic: Producat terra animam uiuentem in genere suo; & terra, hoc est, caro mea statim fortitudinis uirtute dabit & producet iumentum, reptile, & bestiam terrae; sicque fiam iumentum in obsequium Dei, reptile; & bestia innocens, quoniam ipsa fortitudine bellinas passiones frango, & impias comprimam. Quin & temperantiae uirtute homo fiam ad imaginem, & similitudinem tuam, ut in die iudicij eum exquiretur, cuius sit imago, & superscriptio mea, respondere possim, Christi; & audiam: Reddite ergo quae sunt Christi Christo. His enim sex diebus expeditis, septima erit benedictionis, & sanctificationis, qua tu quiescens ab omni opere, quod in mei refectione patraui; & ego in te benedictus & sanctificatus requiescam, requie illa aeterna, qua iusti requiescunt a laboribus suis.

Septem hominis aetates septem diebus adaptantur.

Adaptarunt septem Mundi aetates septem priscis diebus, ex quibus Mundus, nempe congeries rerum spiritualium, & corporearum, caelestium, & terrenarum manauit, ut in Glossa Literali etiam adnotatum est, Augustinus de Genesi contra Manichaeos libro primo; Iulianus Pomerius contra Iudaeos libro tertio; Isidorus Etymologiarum libro sexto. Beda de Natura rerum: Glossa ordinaria ex Isidoro, & in Prothematibus, & in ipsa Glossa, & nos iuxta Glossae seriem in singulis diebus allegoriam ipsam prosequuti sumus. Quapropter non est cur prodita etiam prodamus. Possimus tamen non incognitum & hos priscos dies hominis ipsius aetatibus adaptare, quod breuiter efficiam.

In principio quidem, cum in utero materno progignitur homo, creat Deus Coelum & terram; animam uidelicet & corpus. Sed terra caro ipsa, antequam animetur, inanis est, & uacua; inanis, inquam, quia incongesta, labilisque materies; & uacua spiritu & uita. Tenebrae autem distenduntur super faciem abyssi, scilicet confusio super eam massam

Ad Verbum aeternum deprecatoria conuersio.

Virtutes septem diebus factam creationis respondet.

Psal. 141.

Matth. 22.

Mundi aetates septem diebus creationis comparatae a Patribus. Cap. 23. Cap. 39.

Coeli & terra, anima & corpus.

massam incomptā, ex qua formandus est homo. Et spiritus Domini fertur super aquas; anima intellectu prædita, quasi Dei spiritus, quia à Deo manat, & creatur, fertur, hoc est, insufflatur super aquas, in corpusculū illud tenerrimum, imbecille, & sanguinibus obrutum. Dixitque Deus: Fiat lux, & enixa mater prodit vagientem infantem in hanc sculi lucem, tumque nuncupatur lux dies, progressio videlicet infantis in hanc lucem uitæ. Et quemadmodum lux illa pallens fuit, & exilis vsque ad quartum diem; ita uita in infantia, pueritia, & adolescentia, cum nondum exactum rationis usum adeptus est homo, imbecillis est, & imperfecta. Fitque uespere, & mane dies unus, id est, ætas una infantia. Dicitque secundo: Fiat firmamentum, & ecce pueritia, in qua membra corporis solidantur. Et dissecat aquas ab aquis, nempe indigentias, ærumnasque, quibus infantes opprimuntur, maximè cum ut teneri fœtus ubertate lactei roris adolefcunt. Dicitque deinde: Congregentur aquæ in locum unum, & appareat arida, id est, seiungantur uolubiles uanitates, quæ puerilè sectantur ætatem. Et appareat consistens ætas adolescentiæ. Germinet terra herbam uirentem, id est, uirescat ætas, rudimenta que suscipiat scientiarum, & uirtutum, quibus mirificè exornetur, & uenustetur. Dicit insuper: Fiant luminaria in firmamento Cœli, id est, ad iuenturè perductus homo illustretur. Emicet sapientia speculante tanquam Sole, & praxi tanquam Luna, cæterisque heroicis habitibus tanquam stellis, ut splendeat in eminentia perfectionis tum ualidi corporis, tum perspicui animi; & illuminet Mundum. Dicit insuper: Educât aquæ pisces & aues, ad uirilitem uidelicet perueniens, consilia proferat gerendarum rerum; & contemplationes gerat contemplandarum. Tandem producat terra bruta, & hominem; perueniat nimirum ad senectam, in qua repuerascit homo in ijs, quæ ad corpus spectant; sed perficiatur in ijs, quæ ad animam attinent. Et tandem die septimo, hoc est, in ipsa decrepitate & morte quiescat, adeo meritorum locuples, ut à Deo sanctificetur & benedicatur, eamque diem perennem beatæ uitæ nanciscatur, cui uesperæ nō succedunt, & quæ nullis amplius obnubilari, seu obduci potest tenebris, sed perenni effulget claritate.

Septem dierum ad septem beatitudines adaptatio.

In principio profectò creauit Deus Cœlum & terram, in Mundo paruo, in homine uidelicet, inferuit Deus intelligentem facultatem, & appetentem; illam, ut Cœlū astris micantibus, scientijs uidelicet collustrandam; hanc, ut terram uirtutibus, quasi uirosibus exornandam. Sed terra erat inanis & uacua, quoniam in præscribenda sibi beatitudine appetitus nutabat, & titubabat, cum plures, easque incertas sibi statuisset beatitudines; vel in rerum terrigenarum affluentia, uel in dignitatū sublimitate, uel in gloriæ splendore, uel in carnis illecebris: Vacua uerò, cum felicitatis sibi statutum & præsumptum finem nunquam nancisceretur. Tenebræque obruebant faciem abyssi, quia ignorantio diffundebatur tenebricosa super intellectum, cum nulla diuina, seu reuelata (ut aiunt) scientia illustraretur. Spiritus autē Domini ferebatur super aquas, id est, spiritus ex ore Christi prodiens, spiritus, inquam, nitidus, & uiuificator ferebatur super aquas, super turbas, cum mortalibus cœlestem beatitudinem referret. Dixitque, Fiat lux, quando dixit, Beati pauperes spiritu. Paupertas profectò spiritus, quasi lux primigenia, tenebrosam eam caliginem dispulit, qua obruebatur homo, cupiditatem scilicet rerum terrigenarum, & dignitatum fastum, quibus se beari posse inscienter opinabatur. Dixit deinde: Fiat firmamentum, cum dixit, Beati mites; Mansuetudo nanque est quasi firmamentum inter aquas & aquas, quoniam hominem firmum reddit, sedatumque, & inconcussum inter illatas contumelias, iniurias, & calamitates. Dixit uerò: Congregentur aquæ in locum unum, & appareat arida, cum dixit: Beati qui lugent. Luctu siquidem penitentię, & Mundi contemptu congregantur aquæ, nimirum concupiscentiæ, illecebræ, uoluptatesque carnales in locum unum, id est, seorsum à nobis. Et apparet arida terra, nempe cor nudum, ut tum herbas, tum arbores, tum sanctos affectus, tum etiam actiones sanctarū uirtutū proferre queat. Dixit autē: Fiant luminaria in firmamento Cœli, cum dixit: Beati qui esuriunt, & sitiunt iustitiam: Comparata enim iustitia superna cū Deo, interna cum nobismetipsis, & externa cum proximo, fulgemus splendido lumine quasi

Sol,

Sol, Luna, & astra. Dixit etiam: Producat aquæ pisces & aues, cum dixit: Beati misericordes, & beati Mundo corde. Misericordia equidem nos pisces efficit, cum inter aquas pietatis natate doceat: munditia uerò cordis aues, cum mentem munditia ad supernarum, cœlestiumque rerum contemplationem attollat. Tandem dixit: Producat hominem ad imaginem & similitudinem nostram, cum dixit: Beati pacifici, quoniam filij Dei uocabuntur. Adepta siquidem pace interna, sedatis affectibus, in imaginem Christi Dei & hominis deliniamur, & in adoptionem filiorum Dei euehimur, qua certè parta quiescit Deus, id est, Christus ab omni opere, quod patrarat, quod scilicet in nobis pro redemptione nostra peregerat: diemque septimum, hoc est, perennem inde consequutam uitam sanctificat, & benedicit.

Creatio Mundi adificationi Ecclesie, & septem dies septem sacramentis adaptantur.

Adeamus diuinis auspicijs allegoricam aliam contemplationem, atque in Mundi opificio, atque structura, Ecclesie non ineptam emanationem contemlemur. Ecclesia Mundus ipse est, de quo Ioannes: Sic Deus dilexit Mundum, ut filium suum unigenitum daret; amplissimo scilicet amore prosequutus est Deus, non lapides, gemina, natatilia, altitia animantia, sed homines, & præcipuè in Ecclesia ante Christum insertos, vel post inferendos, cum pro ipsis unigenitum dederit. In principio igitur; En tempus originis Ecclesie. Creauit Cœlum & terram, Iudaismum, & Gentilitatē, ex quibus congesta est Ecclesia. Terra autem erat inanis & uacua; Ecce miserandus Gentilitatis status in præscribenda sibi beatitudine, & ea comparanda. Et tenebræ erant super faciem abyssi; En cæcitas & ignorantia eiusdem. Et spiritus Domini ferebatur super aquas; En propensio bonitatis Dei ad ipsam ad se euocandam. Dixit: Fiat lux; En septem in eius structura spiritali diuinæ cooperationes, per septem sacramenta effectas.

In principio.

Ecclesie sancte natalia quo tempore coeperint, non uniformi sententia Patres decernunt. Nonnulli ab Angelis; alij ab Adam; quamplures ab Abel; ab Abraham alij; ab Israël ex Aegypto egressu multi; à Christo passo, ac in cruce confosso plures; ab Apostolis tandem alij Ecclesiam sua exordia habuisse decernunt. D. Bernardus in Cantica Cantorum, in Angelis Ecclesiam cœpisse his tradit: Cum haberet Deus sponsam inhaerentem sibi à principio multitudinem Angelorum, placuit ei & de hominibus conuocare Ecclesiam, atque unire illi, quæ de Cœlo est, ut sit una sponsa, & vnus sponsus. Cæterum sententia hæc non de Ecclesia militante tantum, sed de aggregato ex militante & triumphante cœtu uidetur prorfus esse intelligenda. Ecclesia enim triumphans, in qua Angeli collocantur, & tempore, & conditione distat longè ab ea, quæ vnitas est fidelium, cum ipsa ante Mundum absolutum manarit; hæc non nisi post Mundum conflatum, atque ornatum inchoarit; ipsa sit Angelorum nunquam delinquentium; hæc hominum sanguine Christi à peccato redemptorum; illa triumphantium & beatorum; hæc militantium, & uiatorum; illa angelica triumphantium, non sacramentis fuerit uiuificata; hæc uerò ex latere Christi, uti Eua ex Adam promanarit. Alij in Adam Ecclesiam exordium accepisse non inscienter reputarunt. Irenæus aduersus Hæreses libro tertio; Epiphanius contra hæresim quadragesimamseptimam; D. Augustinus quæstione nona ad Euodium, & quamplures tum priscorum, tum neotericorum Patrum, & Doctorum, Adam protoparentem, deleta per penitentia culpa, salutem consequutum esse tradunt. Sapientia liber a Concilio Chartaginensi, & Laudunensi, ac demum Tridentino, & à summis Pontificibus in numerum Canonicoꝝ librorū relatus, id ipsum testatur; Hæc illū, inquit, qui prius factus est à Deo, patrē Orbis terrarū, cum solus esset creatus, custodiuit, & eduxit eū à delicto suo, & dedit ei uirtutē continendi omnia. Pre-

bbbbb terea

Lucis creatio
hominis
natiuitas.

Firmamentū
pueritia.

Seiunguntur
aquæ, id est,
uanitates pue-
riles.

Luminaria
scientię sunt.

Pisces & aues
consilia gerē-
darum & con-
templandarum
rerum.
Bruta & ho-
mo senectam.
Quies i mor-
te.

Matth. 5.
Paupertas spi-
ritus lux.

Firmamentū
mansuetudo.

Congregatio
aquarū lu-
ctus.

Luminaria
iustitiæ.

Misericordia
& munditia
cordis produ-
cunt pisces &
aues.
Pax producit
hominem.

Ecclesia Mun-
dus à Deo di-
lectus.
Ioan. 3.

Ecclesia quā-
do inceperit

Hom. 17.

terea ratio ipsa id suppeditat. Adam siquidem protoplastus Dei manu formatus, Dei spiraculo viuificatus, propagator humanae sobolis, innumeris naturalibus, gratuitisque donis coonestatus, imperio Orbis illustris, scientijs omnibus insignitus, de peccati indulgentia non a spe lapsus ut Cain, quomodo non est consequutus salutem? Quod si extra Ecclesiam nulla est salus, igitur Adam in Ecclesia conserendus est, ipseque initiu censendus. D. Augustinus ab Abel Ecclesiam exordia auspicatam edocet libro quinto-decimo de Ciuitate Dei; A principio enim duae praesesserunt ciuitates, ait, vna Dei, alia Diaboli; vna caelestis, alia terrena. Vnde filiorum Adam vnus aedificat terrenam & diabolicam, alius caelestem, Primus fuit Cain, secundus Abel. Et super Psalmum centesimum quadragesimum secundum; Hae ciuitas, scilicet Ecclesia, initium habet ab ipso Abel, sicut mala ciuitas a Cain. Sectatores D. Augustini tres praecipue pro hac sententia construunt rationes; quod primus Abel sacrificium Deo obtulerit, ut testatur sacra Genesis historia. Sacrificium porro duo quae Ecclesiae conueniunt, infert, fidei nimirum attestatio, cum sit primum fidelis signum fidem ipsam testari; & Dei cultum, cum omnis religio, ut Augustinus asserit contra Faustum, quibusdam fulgeat externis signis, quibus & Dei cultum manifestat, & a quacunque alia religione seiungi spectatur; Altera autem ratio est, quod in Abel resplenderent dotes, & uirtutes, ut sanctitas, uirginitas, innocentia, martyrium, iustitia, religio, quae omnes singulares sunt Ecclesiae partes; Postrema tandem est, quod cum Ecclesia sit fidelium plurimorum aggregatio, quae non fit sine segregatione, eleganter in Abel primo facta est separatio, atque disjunctio. Putarunt alij ab Abraham capiendam esse Ecclesiae inchoationem, D. Paulus ad Romanos id videtur innuere, dum ait; Abraham accepit signum circumcisionis, signaculum iustitiae fidei, quae est in praepotio, ut sit pater omnium credentium. Si nanque credentium pater, igitur & Ecclesiae origo, & principium. Glossa super illud Psalmi: Vineam de Aegypto transtulisti, habet; Ecclesia, non quae incepit in Iudaeis, & perficitur in Gentibus; sunt igitur initia uiae in ipsa profapia Iudaeorum. Existimarunt quamplures Ecclesiam tum uere exortam, cum ex latere Christi profiliit. Glossa super illud Psalmi: Nunquid qui dormit, non adiciet ut resurgat? Sicut de latere, inquit, dormientis Adae, qui erat forma futuri Christi, assumpta est costa, de qua formata est Eua; ita dormiuit Christus somno mortis, ut de latere dormientis, de quo fluxerunt sanguis, & aqua, quae sunt nostrae redemptionis sacramenta, formaretur haec sponsa Eua. D. Paulus in Epistola ad Thesalonicenses, de Apostolis haec habet: Elegit nos, inquit, Deus, ut essemus primitiae omnium credentium. Quod si Apostoli primitiae sunt credentium, hinc Ecclesia scilicet enata est in ipsis, suumque suscepit principium.

Gen. 4.

Rom. 4.

Psal. 79.

Psal. 49.

1. Thesal. 2.

Ecclesia concepta in Ada, nata in Abel, adoleuit in Abraham.

Cant. ultimo

Ceterum has omnes sententias non admodum inter se repugnantes, si Ecclesiae aetates ponderentur, conciliari posse arbitror. Ecclesia haec militans, meo iudicio, quae uiatorum fidelium est congregatio, concepta est in Adam, latuitque quasi in matris utero aliquantum, cum nec fidei testationes, nec sacrificia religionis indicia demonstrarit. Nata est in Abel, atque in lucem quasi edita. Quapropter fidei attestatio, & sacrificia uisa sunt, & uirtutes, splendores Ecclesiae prodire. Infans fuit usque ad Abraham, & quasi pannis, naturalibus legibus obuoluta; nec a seipsa loqui poterat, vocesque formare, quod de Deo balbutire tantum uix sciret: nec progredi, nisi uecta, hoc est, diuina fulcita assistentia, cum Deus quasi perpetuis obsequijs ipsam enutriuerit. Pueritiae aetatem sumpsit in Abraham, signaculoque circumcisionis mox est consignata, pedagogum accepit legem, quae praecceptis tum legalibus, tum ceremonialibus ipsam erudiuit, tuncque fuit pubescens uirgo, de qua in Canticis Canticorum: Soror mea paruula est, & ubera non habet. Sic enim colloquebantur Angeli, seu Ecclesia triumphans, soror siquidem est Ecclesia militans Ecclesiae triumphantis, ex eodem patre Deo genita. Soror igitur nostra (egregie dicunt) paruula est, quod usque ad Christi tempus paruula fuerit, atque cum pueritiae annos ageret, puellarum more uerum initia, sed non uera lacte exundantia detulit. Quae, inquam, ubera, nisi sacramenta? Quod uero lac, nisi gratia? Uerum

Uerum igitur initia signum habuit, sacramentalia nempe gratiam indicantia, non conferentia. Lac uero suscepit, dum ueluti sponsa Christo coniuncta est, plurimosque edidit filios, cum sacramenta gratia exundantia habuerit. Adolescens igitur Ecclesia in Christi latere est uiuificata, quasi Eua ex dormientis Adae costa educa; inde ei copulata, effecta est mater cunctorum uiuentium, numerosa prole insignita. Iuuenis in Apostolis, Martyribus, Patribus praescis, usque ad Syluestri tempora floruit, mirificaque uirtutum cunctorum monumenta insignia protulit, vigorem enim florentis illius aetatis nunc reminiscens, ingemiscit cum Propheta, dicens: Iunior fui, etenim senui. In uirilitate constitit Ecclesia, cum celeriter per totum Orbem dilatata imperio eximio, idololatria pulsa, Orbe Christo subacta, exaltata est. Consenuit tandem, cum haesibus, Maumetique secta uexata, ab ea amplitudine delapsa est; sed senectus mea, ait, in misericordia uberi. Uerum enim misericordiam consequuta est senio confecta, cum ad indicas plagas effusa, usque ad nouum, nec saeculis praescis agnitum Orbem est propagata. Tandem decrepitate arumnas, calamitatesque, experiri cogetur, cum in ultima saeculi tempestate, inualecente Antichristi impietate, abundabit iniquitas, & refrigescet charitas multorum; deprecarique, compelletur cum Propheta; Et usque in senectam & senium Deus ne derelinquas me. Consimilis erit ipsius sponsae finis, qui & Christi fuit. Hic profecto mortem subiturus, ut ad resurrectionem adiret, insurgentibus tenebris, & horrore exclamabat: Deus Deus meus, ut quid dereliquisti me? Quod si elegans est haec Ecclesiae uita, certe ab Apostolis propagata, a Christo uiuificata, in lege, & in Abraham adulta, in Abel nata, in Adam concepta dici non incongrue potest. Quapropter eleganter in principio creauit Deus Ecclesiam, in eo ipso principio, & tempore, quo propagatum est, & conditum genus humanum, nec ante fuit homo, quam Ecclesia, si cum homine connata est.

Sacramenta uera Ecclesiae, lac gratia, & quado lacte buerunt.

Ecclesia in Christo adolecens, iuuenis in Apostolis.

Psalm. 36. Ecclesiae uirilitas senectas, & decrepitas.

Psal. 79.

Creauit Deus Coelum & terram.

Congesta est Ecclesia duabus ex nationibus, & populis, ex Iudaismo, & Gentilitate; Iudaismumque Coelum appellandum esse congruenter existimo. Coelum non ex eadem constructum est materie, ex qua elementata; nec Iudaismus ex eadem descendit profapia, ex qua Gentilitas; selecta siquidem est mox in filijs Adae propagatio Iudaicae gentis in ipso Seth, indeque per stirpem illustrem, atque praecipuis Dei muneribus insignitam ducta. Quapropter stirps, unde Iudei profapiam trahunt, selectior fuit, praestantiorque, quam illa, de qua Gentilitas effusa est. Illustratum est Coelum coruscantibus astris, Sole, Luna, & stellis; exornata est Iudaica gens Archipatribus, & Prophetis, & ipsa lege. Sedes Dei nuncupatum est Coelum; & populus Dei dicta est Israelitica progenies. Eminentius Coelum est cunctis Mundi partibus; eminentior fuit Iudaica progenies reliquis nationibus, religione, lege, miraculis, Prophetis. Religione, quod ipsa sola uerum Deum agnosceret, & coleret; Lege non ab hominibus, sed a Deo tradita, lapideisque tabulis excisa; Miraculis atque portentis, cum huius gentis gratia Sol staret, ignis a Coelo descenderet, amnes siccarentur, manna aer effunderet, & uita sublata reuiuiscerent. Prophetis tandem, nam omni tempore, & aetate non defuerunt ei insignes homines, qui futura praedicerent, ac portenta demonstrarent. E contra autem Gentilitas terra nuncupari poterat, quod infima omnium sedes esset, cupularum putrescentium rerum, foetentiumque conceptaculum, cum omnibus foedaretur criminibus, ac uitijs, & idololatria putresceret, caelestiaque nec agnosceret, nec appeteret, sed terrenis omni studio uacaret. De Iudaeo autem & Gentili id contigit, quod in partu Thamar relatum est; Instante partu apparuerunt gemini in utero, &c. Instante siquidem propagatione humanae sobolis, apparuerunt in utero Euae, seu lumbis Adam, gemini, Cain pater Gentilitatis, & Seth parens Iudaismi, atque in ipsa effusione infantium, dum nascerentur, unus, hoc est, Cain, & in ipso Gentilitas, protulit manum, quod primo sit enatus, cui obstetrix natura ligauit coccinum, uidelicet primogenituram. Illo uero retrahante manum sua prauitate, qua a Deo meruit reijci, egressus est alter, nimirum Iudaeus, & primogenituram diuinam gratiae, & protectionis recepit. Quare & Adam, & Eua protoparentes cum dolore conqueri potuerunt de Cain, atque dicere: Quare diuisa est

Iudaismus Coelum.

Gentilitas terra nuncupata.

Gen. 38. Iudaeus & Gentilis uti gemini in utero Euae.

bbbb 3 propter

propter te maceria; soboles scilicet humana tui causa seiuncta est, ut alia generatio, nempe Iudaica eminentior ut Coelum exornaretur, altera despecta ut terra deprimeretur?

Terra autem erat inanis, & vacua.

Gentilitas terra inanis, & vacua.

De beatitudine uariae philosophorum sententiae.

Gentilitatis miserrima conditio his describitur. Gentilitas enim erat inanis, & uacua, siue inutilis & incomposita, si eius disciplinas, institutaque uita contempleris. Inanis primum in prescribenda sibi beatitudine, & sine; cum ab ipsis longe aberraret, more eorum, qui non constituto sibi prescripto scopo, in incertum sagittas dirigunt, quapropter inanes, inutilesque euadunt eorum ictus. Quae enim potissima esset hominis beatitudo, qui finis, neque etiam Gentilitatis sapientes attingebant, nec concordia diffiniebant sententia, in uarias enim dissiugati sententias, septem beatitudinis genera sibi statuebant: alij nanque in corporis uoluptatibus, ut Epicurei; alij in diuitijs affluentibus; alij in dignitatibus sublimioribus; alij in gloria & nomine excelso; alij in excelsiori potentia; alij in uirtutum adeptione, ut Socratici; alij in summa rerum contemplatione, ut Peripatetici, beatitudinem confidere censuerunt. Sed certe longe aberrarunt, cum beatitudo non hac momentanea in uita, sed in alia solummodo, quae perennis est, comparari possit; siquidem cum brutis sunt communes illecebre; diuitie non propter se, sed propter aliud expetuntur; dignitates quanto sublimiores, tanto celsiora pinnacula sunt, a quibus mortales lapsu grauiore ruere possunt; gloriae nomen in uulgariu pectore confidens, uanitas est; potentia non adeo est excelsa, quin excelsior adhuc exoptetur; uirtutes, dum in ergastulo corporis detinetur anima, sine uitijs esse nequeunt; contemplatio nostra, quae rerum naturas uenatur, adeo imperfecta est, & tenebrosa, ut magis Lunae, stellarumque luci, quam Solis fulgore comparetur. Nulla igitur absoluta potest esse beatitudo, ob id potissimum, quia nil hac in uita permanens sit, atque stabile, sed cuncta decidunt, & ad interitum collabuntur. Beatitudo autem perennis existimatur, quam nec tempus edere, nec mors interciderere queat. Inanis igitur erat terra, Gentilitas ipsa in prescribenda sibi beatitudine, & sine; Erat quinetiam & vacua, quod nulla eius uirtus uero merito ditaretur; merito, inquam eo, quo potest homo ueram beatitudinem, atque eternam sibi gloriam comparare. Terra in utero generantur metalla, sed ea est inter aurum, & plumbum, ac reliqua metalla, discrepantia, quod aurum ex purioribus terrae partibus Solis radio magis uigente, plumbum uero ex crassioribus exiguo calore progignitur. Con similibus est inter uirtutes morales, & uirtutes gratia honestatas differentia. Ex eo siquidem uirtutes, operaque; Gentilitatis, non pretiosa ut aurum, sed uilia ut plumbum proferebantur, quod non radio Solis, siue gratia Christi, sed humana tantum uirtute gignerentur; neque ex purioribus terrae partibus, ex ea, inquam, animae parte, quae purior est, uidelicet spiritu, sed ex crassioribus duntaxat, nempe ex affectibus terrenis producerentur. Quapropter mirum non est, si terra Gentilitas, uacua erat merito gloriae, cum opera eius nec gratia Dei fulcirentur, neque ex spiritu prodirent.

Virtutum et hnicarum & Christianarum differentia.

Gentilitasque tenebris obrueretur.

Cap. 6.

Gentilitatis sapientum de Dijs sententiae. Cap. 6.

Et tenebrae erant super faciem abyssi.

Tenebrae super faciem abyssi, ignorantia erat Dei, & caecitas de diuinis rebus illa, qua obruti erant Gentiles. Si quidem si sapientum saeculi dogmata, theosophiamque de Deo, de rebusque diuinis contemplationes excerpserint, quantum a ueritate declinant, aberrarentque, facile comperimus. Eusebius de Preparatione Euangelica libro quartodecimo, sapientum Mundi de Dijs sententias memorat, prolixiori quidem oratione, quae breui argumento ita possint compilari. Vetusti tam Phoenices, quam Aegyptij ante Gracos, Deos non uirtutes corporis experte existimarunt, sed mortales uiros immortalitate donatos crediderunt. Quamobrem Aegyptij Solem sub Osyris nomine, Lunam sub Isis, ut ipse Eusebius de Preparatione Euangelica libro primo, enarrat, & stellas erroneas Saturni, Iouis, Martis, Veneris, & Mercurij celebrarunt, diuinumque cultum ipsis impenderunt. Barbararum gentium quamplures ignem, aërem, aquam, terram, montes, flumina quaeque, lapides,

lapides, bruta, heroesque; homines in Deos sibi ascuerunt. Diagoras Milefius, Theodoros Cirinaicus, Eumerus, Egiatha, & Calimachus nullum esse Deum asseuerarunt. Euripides deitate hac ratione irrisit: Si Deus, ait, erat ante Mundum, uel dormiebat, uel euigilabat: si dormiebat, cum sempiternus somnus mors sit, non utique erat: si uigilabat, aut praestanti beatitudine potiebatur, aut non; si perfectam obtinebat nullius indigens, ad quid Orbem condere? si non, igitur non erat Deus. Thales Deum Mundum, Democritus Mundi animam, Pythagoras unitatem, Deum esse dixere. Plato, & Socrates intellectum, & speciem separabilem. Aristoteles separabilem speciem, seu intelligentiam uniuersae sphaerae insidentem. Stoici artificiosum ignem, atque intellectualem Deum pariter asseuerarunt. Epicurus Deos hominum formas habere, non sensu propter tenuitatem naturae, sed ratione perceptibiles maluit. Haec ex Eusebio. Quapropter insignes Philosophos sapientesque saeculi, ut caecos & caecorum duces, de Deo caecutire patentissimum est. Ex quibus & alia caecitas consequebatur, quod uarias sibi praescribebat religiones Gentilitas, quibus in uarias, impiasque decidebat superstitiones, atque leges, quarum nonnullas Eusebius de Preparatione Euangelica libro primo recenset. Persae matres etiam nefandis nuptijs sibi copulabant; Scythae liberos iugulabant; Messagetae, atque Derbices, affines senectute confectos Dijs immolabant, carnibusque eorum uescabantur. In tigrim senes praecipitabant Hircani; rapacibus auibus, Caspij, canibusque cadauera suorum proieciabant. Prosequitur amplius Eusebius libro quarto enarrare, quam immaniter plurimae nationes Dijs suis tum pueros, tum viros, tum senes, & aduenas, & conuenas modo discerptos, modo iugulatos, modo confossos eruentissimis ceremonijs immolabant. Haec igitur erat Gentilitatis caecitas, & tenebrae erant super faciem abyssi. Extende manum tuam in Coelum (inquit Deus ad Mosem) & fiant tenebrae super terram Aegypti densae ac palpabiles. Ita extendit Deus ut Moses manum suam, cum maledixit Cain, & Cham, tenebraeque obdese adeo Gentilitatem opacarunt, ut omni profusus Dei, diuinarumque rerum, & caelesti destituta lumine, in atras, profundasque errorum uoragines tunc temporis praecipitaretur, atque corrueret, quando Israelitis lux clara fulgebat, qua Deum agnoscebant, sanctum, iustumque, ac pium ipsi cultum exhibebant.

Et spiritus Domini ferebatur super aquas.

Hoc erat Chaos Gentilitatis, cum spiritus Domini ferebatur super aquas. Itaque contemplerur, qui Spiritus, quid ferebatur, quae Aqua. Spiritus Domini aeternus erat ille amor, quo Deus dilexit Mundum. Ferebatur iste spiritus, hoc est, incubabat super aquas, fouebatque eas. Aquae uero Gentilitatis nationes hinc inde fluentes nuncupari poterant; nam aquae multae populi multi. Mysterium hoc singulare Iob singulari aenigmate contexit; Penna, inquit, struthionis similis est penni herodij & accipitris: quando derelinquit oua sua in terra, tu forsitan in puluere calefacies ea? Humanum genus quasi ouum fuit struthionis, quod Deus in puluere calefecit ad redemptionem: Gignitur ouum feruido, atque naturali calore, quo pollent aues; fouetur quousque membra tenerrima distinguantur, & fermentur; auferuntur inde ouis testa, auisque protinus exit. Prodestinata fuit ab aeterno per Christum hominis redemptio, hoc erat ouum; sed pro ea temporis plenitudine, de qua Paulus: Quando uenit plenitudo temporis, misit Deus filium suum. Quo tempore diuino illo calore, amore, inquam, exar descende, quem nimia aquarum copia, hoc est, Gentium summa ingratitude extingueret, non ualuit, fouebat, incubabatque; ouum, humanam uidelicet sobolem, ad redemptionem eam disponens; sed in puluere. Quid in puluere? nisi in ipsa ingratitude, quam semper humanum genus Deo opifici suo rependit? Homo a Deo defecit post tanta & tam praecara ei collata beneficia; sed humanam Deus non deleuit mortalem nostram profapiam, quin immo & serpenti maledixit: Inimicitias ponam inter te, & mulierem, ipsa conteret caput tuum, &c. Ecce in puluere; creuit humana stirps tot sceleribus addicta, ut diluuiio deleri promeruerit. Sed & arcam Noe saluat Deus, perennemque ei pacem spondit: Arcum meum ponam in nubibus Caeli, & erit signum federis inter

Cap. 9.

Gentilitatis uariis & immanes superstitiones. Cap. 7.

Exod. 8.

De quo modo ferebatur super aquas Gentilitatis.

Iob. 39. Humana natura ut ouis struthionis.

inter me, & inter terram. En in puluere. Hebraica gens, quam Deus tot donis colone...

Hæc erat chaos illius primæui generis humani, ex Iudæo & Gentili, vti ex Coelo &...

Dixitq; Deus.

Dixit certè, cum Verbum caro factum est, & Verbum illud internum, & æternum,...

Heb. 1. Ecclesia sicut Mundus per Verbum facta est.

Fiat lux.

Caliganti Mundo lumen primæua die emicuit; caliganti humano generi lux Euan-

Lux primæ diei baptis-

Fiat firmamentum, & diuidat, etc.

Firmamentum, quod secundo loco fit in Ecclesia, est ipsamet collata fortitudo fide-

Firmamentum die secunda effectum sacramentum confirmationis. Sacramenta bello spirituali quomodo inierunt.

3. Reg. 14.

tot bellorum calamitates regnum sibi pararet: Christicola quoque sacro chrismate per-

Chrismate vngitur homo, ut David à Samuele.

Congregentur aqua in locum unum, & appareat, &c.

Illustrata est sæpius Ecclesia coruscante lumine fidei, corroborata est fortitudine gra-

Pœnitentiæ congregantur aquæ peccatorum.

Heb 7.

Math. 27. Ecclesia ager est emptus in sepultura peregrinorum.

Fiant luminaria, Sol, Luna, & Stella.

Duplex Mundi pars, Cœlum, & terra. Duplex in Ecclesia fidelium classis, Clericorum,

Ordinis sacramento gignitur luminaria & stella in Ecclesia.

3. Reg. 8.

Auctoritas spiritualis & temporalis ut duæ columnæ in Ecclesia.

Luc. 22.

Auctoritas spiritualis Soli, temporalis Lunæ comparatur. Math. 16.

ne potestatis tyrannorum oppressione, vel hæresum caligine, quandoque non emicet Mūdo; eodem attamen apud Deum semper fulget nitore; & tandem Luna, sæculari potestate decedente, nubibus, caliginibusque hæresum fugatis, clarior resurgit. Potestas autem terrena, quæ in Imperatoribus conspicitur, mutuo sumpta est, quia Christo & Petro, Pontificibusque; in sede Petri collocatis primum insidet; Data est enim mihi omnis potestas in Cælo & in terra. Defecit sæpius Luna, cum ipsa regia potestas, imperatoriaque nutet sæpius. Imperatores siquidem Romani, quasi in plenilunio totum subegerant Orbem; nunc autem, uti in nouilunio vix Germaniæ nonnullas obtinent prouincias; adeo sceptrum terrenum crebras subit vicissitudines. Stellæ tandem dignitates Ecclesiasticæ sunt, atque inter seipsas differunt, sicut stella à stella differt in claritate: Plures autem sunt, ut purpura decorati, Patriarchæ, Archiepiscopi, Episcopi, Abbates, Sacerdotes, & cuncti, qui clauibus iurisdictionis, seu ordinis sunt insigniti. Vtinam certè sicut in mystico Ecclesie Cælo emicant auctoritate & dignitate, fulgerent etiam, atque rutilarent exemplo. Sol igitur præest diei, nempe spiritualis auctoritas his, quæ spiritus sunt; Luna verò nocti, Mundi videlicet negocijs.

Producant aqua reptile anima uiuentis, & volatile super terram.

Quintus hic dies, quo pisces, & aues prodeunt, mirificum Matrimonij sacramenti in Ecclesia fructum, effectumque demonstrat. Matrimonij vetustissima est institutio, & excelsa, cum in ipso Mundi primordio, sexta die, in paradiso terrestri, Deo auctore proderit. Educta siquidem Eua ex Adæ dormientis latere, dixit Adam; Hoc nunc os de ossibus meis, & caro de carne mea. Quamobrem relinquet homo patrem, & matrem, & adhærebit uxori suæ, & erunt duo in carne una. Duplici uerò benedictione insignitur est. Altera in statu innocentie, quando mox plasmato homine dictum est: Masculum, & feminam creauit eos, benedixitque illis Deus, & ait: Crescite, & multiplicamini, & replete terram, &c. Altera post diluuium; Benedixitque Deus Noë, & filijs eius, & dixit ad eos: Crescite, & multiplicamini, &c. Quid sibi uolunt hæc duæ benedictiones Matrimonio collatæ? Attendas. Prima benedictio ad electorum tantum numerum explenda impertita fuit. Adam certè si non peccasset, eius posteritas peccato fœdata non fuisset, & ad gloriam assumpta fuisset. Altera uerò ad propagandam humanam sobolem, licet damnatam, & peccato noxiam, in spem futuræ redemptionis. Cæterum Christus sacramentum hoc in Ecclesia instituit, secundum pristinam benedictionem ad prolem Christo gignendam, sacramentum ob id magnum est in figura, hoc autem dico in Christo, & in Ecclesia. Aqua humanæ nature typus est; Vnde & illud; Omnes nos sicut aqua diluimur. Hæc igitur aqua uerbo Dei, prolatis, inquam, sacerdotis uerbis; Ego uos coniungo, &c. producit reptile animæ uiuentis, & uolatile super terram; hoc est, bonos & malos, quoniam Ecclesia, uti Eua parit Abel & Cain, uti Rebecca gignit Esau & Iacob, uti Thamar generat Zaram, & Phares; nam quanquam Matrimonium ad id sit institutum, ut Christo filios gignat, Ecclesiamque uberem reddat, non semper attamen Christo parit filios, sed etiam Diabolo; & hi in Ecclesia conseruantur, non merito, sed numero. Mali igitur pisces sunt in naturæ uitiatæ affectionibus, ex qua pullularunt, se mergentes. Boni uerò aues ad superna, hoc est, ad cælestia, ad quæ Christus eos uocat, euolantes.

Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram.

Sextæ diei opus præstantissimum est, cum in ipso plasmatus sit homo ad imaginem & similitudinē Dei, quanquam eo ipso die, producta sint etiam reptilia iumenta, & bestie terræ. Sacramento Eucharistiæ excelsissimo in Ecclesia Dei effingitur homo ad imaginē & similitudinē Christi, quamuis aliquando (atq; utinam non sæpe) ex eo prodeant reptilia, iumenta, & bestie terræ. Sacramentum hoc cæteris præclarius & præstantius cælestem nobis escam tribuit. Qui igitur ad tantam accedunt mensam digna animæ præpara-

Matth. 28.

Matrimonij institutio uetustissima. Gen. 2.

Matrimonij duas habuit Deo benedictiones. Gen. 9.

Matrimonij ut aqua fert pisces, & aues bonos & malos.

Eucharistia excellentissimum sacramentum.

præparatione, cœlestes effecti, ad Christi imaginem, & similitudinem transeunt. Non enim quemadmodum panis, uinum, & caro, in substantiam edentium commutatur, atque caro comedentis hominis efficiuntur; ita panis hic Angelicus in nos, seu nostram substantiam transiit; sed esca ista cœlestis nos in seipsam vertit, iuxta illud D. Augustino cœlitus dictum; Cresce, & manducabis me; nec tu me mutabis in te, sed tu mutaberis in me. Quapropter nos in Christum immutat, adeo ut spirituales, cœlestesque effecti, Christi imaginem, & similitudinem geramus. Porro sumentibus indignè sacramentum corporis Christi, contingit, ut alij iumenta, quidam reptilia, nonnulli bestie terræ euadant. Qui enim non perfecta contritione, peccatoque ueniali polluti, ad tantam mensam accedunt, iumenta fiunt, dociles quidem, & ad rudimenta suscipiēda præpti; qui autem peccato lethali fœdati, ad nuptias agni ingredi procaciter audent, reptilia euadunt, quod mente à terrenis ad cœlestia non subleuentur, sed praua consuetudine mentem gestent sæcularibus negocijs implicitam, & à terrenis cupiditatibus nunquam recedunt; hi que maledictiones suscipiunt, ut ambulent super pectus suum, & comedant terram cunctis diebus uitæ suæ. Qui tandem de fide ancipites, atque sanctissima sacramenti ueritate ambigentes, sine ueste nuptiali, uel fide pura, ad cenam ausu procaci intrare periclitantur, certè in bestias transformantur, quod in reprobum decidunt sensum, & cordis duriciem, & sæpe in hæresum tenebras.

Requieuit die septimo ab omni opere, quod patrarat.

Quies diei septimi requiem illam æternam luce perfusam, teste D. Augustino, præfigurabat, & significabat; cuius ingressum sanctissimum extremæ unctiois sacramentū admodum facilem reddit. Assumpto, inquit Deus, unctiois oleo, unges tabernaculum cum uasis suis, ut sanctificentur. Tabernaculum corpus est nostrum, in quo requiescit anima; uasa illius, sensus sunt nostri. Ut sanctificari tabernaculum, & uasa ista benedici, in dieque sabbathi æterni, quiescere perenniter queant, ungenta sunt externo oleo sancto, simulque interna gratia ex Christo per sacramenta effluente. Pari enim ordine, Dauid ter oleo perunctus est: primum à Samuele, cum reiecto Saule, ad regnum est destinatus; secundò, quando Saule ab hostibus interfecto, super Iudam rex in Hebron unctus est. Tandem, quando Hierosolymis super uniuersum Israël rex est renunciatus, idque triplicem nostram præsignabat unctioem, in baptismo, in chrismate, & in extrema unctioe. Hac igitur postrema inungitur homo, ut ad cœleste, & perpetuum regnum exalteretur. Septem igitur sacramentis, quasi septem dierum operibus, Mundi nostri, Ecclesiæ, inquam, opificium absoluit Verbum æternum & externum, hoc est, caro factum, uti Mundus hic speciosissimus septem diebus suam recepit absolutionem.

Homo spiritualis, quasi microcosmus, ad instar constructionis Mundi reformatur septem diebus, septem gradibus pœnitentiæ.

H V G O Victorinus de Sacramentis Fidei libro primo, capite duodecimo. Ergò facta est lux, priusquam Solis claritas manifestaretur: & dies erat: & tres dies erant, quando lux erat, & Sol non erat. Quarta die illuxit Sol, & illa dies clara erat, quia lumen uerum habuit, & tenebræ non erant ullæ. Sic nulla anima meretur lumen Solis accipere, & summa ueritatis claritatem contemplari, nisi tres dies isti in ea præcedant. Prima quidem die fit lux, & diuiduntur lux & tenebræ, uocaturque lux dies, & tenebræ nox. Secunda die firmamentum, collocaturque inter aquas superiores & aquas inferiores, & uocatur firmamentum Cœlum. Tertia die congregantur aquæ, quæ sub Cœlo sunt, in locum unum, iubeturque manifestari arida, & uestiri gemitibus suis. Omnia autem hæc spiritualia præferunt documenta. Primum in corde peccatoris creatur lux, quando semetipsum agnoscere incipit, ut diuidat inter lucem & tenebras, & appellare incipiat lucem diem, & tenebras noctem: & non sit iam, de quibus dicitur; Reb, qui dicunt bonum malum, & malum bonum, ponentes lucem tenebras, & tenebras lucem. Post hæc autem, cum ceperit inter lucem & tenebras diuidere, & lucem diem, tenebras quoque appellare noctem, id est, cum mala sua ueraciter per iudicium rationis improbare, & quæ sunt bona, & lau-

Eucharistia quomodo generat iumenta, reptilia, & bestias.

Extrema unctio nos ad quietē quasi septimo die perducit. Exod. 40.

Dauidis trina unctio trina unctioem nostram in sacramentis significat.

Part. 2.

Esa. 64

cccc & lau-

Et laudabilia lucis opera eligere caperit, restat, ut fiat in eo firmamentum, hoc est, in bono proposito corroboretur, diuidere inter aquas inferiores, & aquas superiores, id est, desideria carnis & spiritus, ut medius & mediator duo sibi aduersantia nec permisceri sinat, nec transponi, ne simul sit, quod diuidi debet, aut supra quod subter, aut subter quod supra collocandum est. Nouissime sequitur in dispositionis ordine opus tertie diei, ut congregentur aque, quae sub Caelo sunt, in locum unum: ne carnis desideria fluxa sint, & ultra uetam se necessitatis expandant: ut totus homo ad statum naturae reuocatus, & secundum ordinem rationis dispositus, in locum unum omne desiderium colligat, quatenus & caro spiritui, & spiritus subiectus sit creatori. Quisquis sic ordinatus est, dignus est lumine Solis, ut mente sursum erecta, & desiderio in superna destino, lumen summae veritatis contemplanti irradiet: & iam non per speculum in enigmate, sed in seipsa, ut est, veritatem agnoscat, & sapiat.

Inter excelsa opera Dei, quae innumera prope sunt, tria praecipue cernuntur praestantissima, quae perenniter inter se de nobilitate & dignitate certant, adeo ut aegre admodum percipi possit, quodnam eorum primum sibi vendicet locum. Haec autem sunt hominis creatio, impij iustificatio, & electorum glorificatio. Creans Deus confert naturam, iustificans impertitur gratiam, glorificans munus gloriae largitur. Natura res sunt id quod sunt, gratia anima ad esse supernaturale vehitur, gloria autem perpetuo beatificata, eadem anima in ipsam deitatem rapitur. Verum si de maximis iudicare fas est, ego hanc ferrem sententiam: Si eius rei, quae a Deo confertur, excellentia, & eminentia attendatur, potissimum omnium operum Dei certe glorificatio est, cum gloria longè sit sublimior, & praestantior, quam gratia & natura: at si conditionem & statum rei eius, cui collatum est donum, perpendimus, naturam certe munus praeclearius est censendum, cum ea, quae ex nihilo effecta sunt, nihil essent. Si verò meritum, seu demeritum perscrutemur, iustificatio impij potior ac dignior censenda est, uti & Deo difficilior. Huius rei tres causas deduco, quae ad Dei omnipotentiam sapientiam, & bonitatem referri queunt. Primò enim, cum Deus Mundum confluxit, unico verbo, seu iussione, cuncta perfecit, nec quicquam immensa illius potentiae restitisse comperit: quia ipse dixit, & facta sunt. Et cum electos ad gloriam euocabit, vnica tuba id perfoluet: Canet enim tuba, & mortui resurgent incorrupti. At verò in iustificatione impij adeo libera est humana voluntas, ut etiam Deo ipsa obicem ponat. Saepè etenim impius non respicit, nisi excitetur, saepè excitatus non assentit, saepè etiam assentiens, non nisi diuturno tempore expectatus conuertitur. Sed quod magis est, saepè procaex diuinas rejicit voces: Vnde est illud Saluatoris; Quoties uolui congregare filios tuos, & noluisti? Apostoli quoque ad Iudaeos inquit; Vos semper spiritui Sancto resististis. En igitur, quòd tùm in structura Mundi, tùm in glorificatione nullum adest potentiae Dei obstaculum, at in iustificatione maximum. Deinde & Dei sapientia maior cernitur in iustificatione, quam in ipsa rerum productione, & electorum ad gloriam euectione. Axioma est Philosophicum, eò difficilior induci formam quamlibet, quò minor est dispositio; unde à praua dispositione ad habitum difficilior est transitus, quam à simplici, ut aiunt, negatione. Atqui in iustorum glorificatione, transitus est à gratia ad gloriam, quae adeò ex sympathia quadam conueniunt, ut gratia dispositio gloriae nuncupetur, gratia enim est gloria inchoata, gloria verò gratia consummata, teste D. August. de Gen. ad Lit. In rerum conflatione, transitus est à non esse ad esse, quasi ex simplici negatione ad habitum, ut dicunt in scholis. Verum in peccatoris iustificatione, transitus est à praua dispositione, quae est culpa, ad oppositum, ad gratiam; quamobrem ut difficilior quid magis quoquomodo diuinam videtur fatigare sapientiam. Tandem & ipsum euincere possumus ex diuina bonitate, & misericordia; quanquam enim Deus maximè diues sit in misericordia, quae limites non agnoscit; si ipsam attamen secundum humanum morem contemplerur, amplior cognoscitur in conferendo iustitiam impio, quam in prouehendo ad gloriam iusto, seu in elargiendo creaturis, ut sint. Exemplo id patefaciã. Rex liberalissimus hostem habet infensum, quem immani odio prosequitur, habet filium etiam tenerimè dilectum, habet denique procerem, nec hostem, nec amicum. Si igitur munificentissima liberalitate ductus proceri talenta ceterum, filio mille, hosti quinquaginta dono daret, certè si quantitatè ponderes, summum munus fuit id, quod filio contulit; at si propensionem regis, vel merita recipientium attendas, summum dices profectò, quod hosti

Iustificatio
impij potior
est creatione,
& gloria
tione.
Psal 143.
1. Cor. 15.

Matth. 23.
Act. 7.

hosti contulit. Regis nostri magnificentissimi filius est sanctus, ac iustus, in adoptionem filiorum ascriptus; hostis impius & peccator; proceres sunt creaturae quaeuis; impertitus est Deus iusto gloriam, impio gratiam, creaturis esse. Certè si quantitatè, qualitatemque; muneris consideres, summum est, quod iusto elargitus est; sed si meritum ipsius, cui confertur munus, liberes, immensum est, quod peccatori dedit, cum in hoc nulla adesset domini causa, quin immo odij & poenarum merita. Hoc ipsum intellexit D. Paulus, cum dixit: Commendat charitatem suam Deus, quia cum inimici essemus, reconciliati sumus Deo. Hic enim excessus fuit charitatis, quòd nos tanquam hostes non modò non expulerit, ut Daemones; nec submerferit, ut gigantes; nec afflixerit, ut Aegyptios: sed etiam nobiscum fœdera inire dignatus sit. Tria hæc mirifica opera per Verbum patrauit Deus. In conflatione Mundi Verbo aeterno fecit omnia, dixit enim; Fiat, & factum est: Reparationem Verbo homini iuncto, nec tantum homini vnito, sed fatigato in itinere absoluit, quousque sedit supra fontem crucis lassus, & redemit crucem passus; utinam certè tantus labor non sit cassus. Verum quantum impij conuersio, iustificatioque; rerum productione, cui simillima est, sit augustior, ac difficilior, ex hac nostra contemplatione, qua secundum seriem creationis opus iustificationis explicabimus, haurire non dedigneris.

In principio: Ecce antiquissima electorum praedestinatio. Creauit Deus Caelum & terram; Ecce eorum plasmatio: Homines nanque animo & corpore praeditos ad instar Mundi maximi, sed euerfo ordine Deus compegit. Terra erat inanis, & uacua: Ecce dispositio peccatoris explicatur. Tenebrae erant super faciem abyssi: Ecce in impio proprij discriminis ignoratio. Spiritus Domini ferebatur super aquas: Vocationis diuinae ius his demonstratur: Tandem septem dierum operibus, septem conuersionis, iustificationisque partes describuntur.

In Principio.

Duplicem ordinem, uti & cuncta creaturae suscepit homo, idealem vnã diuina in mente, naturalem alteram, cum plasmatus est. At uero ideae in ipso Verbo eternitate insignita sunt, ex aeterno enim tempore Deus seipsum contemplabatur, Verbum gignebat, & rerum cunctarum ideas, uti in speculo deterfo inferebat. Hominis casu prauiuso, atque praescito, non eius deleta est idea, sed in ipsius reparationem redemptionis mysterium est praedestinatum; praetermissa enim Scoti sententia, D. Thomae assentiendum duco, censendumque, quòd si homo non peccasset, Christus incarnatus non fuisset. In ipsa igitur perennitate homo ad gloriam fuit praedestinatus. Si autem naturalem hominis originem inquires, certè ipsum non cum aeternitate, sed post Mundum congestum atque absolutum, fuisse plasmatum scies. Nam regi primum extruenda erat domus, & regia. Ordo enim eorum, quae Deus beneficio hominis gessit, scala est Iacob, in qua primus gradus per quem ascendunt Angeli, postremus est ad quem descendant: & supremus ad quem ascendunt, primus est à quo descendant: nam in rerum ipsarum à Deo productarum ordine, quae ex finis ratione primum à Deo contendebantur, postremo loco effecta sunt. Fabricationis attamen Mundi, non primaria causa homo fuit, sed diuina innarrabilis bonitas. Assuerare igitur possumus, destinatum fuisse hominem ad gloriam, diuinamque contemplationem in principio, in aeternitate, inquam, ipsa, quanquam pluribus interiectis causis, consummata hominis ad beatitudinem assumptio, non nisi post Mundi exitium complenda sit.

Creauit Deus Caelum, & terram.

In Mundo praecipuae partes sunt Caelum, & terra; in microcosmo ad eius similitudinem, anima, & caro. Verum quam eleganter Caelo anima comparari queat, audias. In corruptibile Caelum est; immortalis anima. Conflatum est Caelum ex quinta quadam peregrina essentia; inspirata anima ex spiritu Dei, desuperque emissa. Triplici luminum genere claret Caelum; triplici & anima, intellectu, quasi Sole, sensibus internis, tanquam Luna, & externis, quasi stellis condecoratur. Duplex in Caelo uiget motus, supremi orbis ab

Rom. 5.

Homini re
demptio qua
do praedesti-
nata.

Dei operum
ordo ut scala
Iacob.

In hominea-
nima & cor-
pus ut Caelum
& terra in
Mundo.

Anima ut
Caelum.

c c c c c 2 bis ab

bis ab Ortu in Occasum, ceteros secum rapiētis, cæterorum orbū ab Occasu in Ortum Duplex in anima motus, voluntatis flētēntis ad optima, cunctasque potentias rapiētis, passionum ceterarum in aduersum tendētium. Cælum ab intelligentia assitricē circumagitur, voluntas à spiritu, atque ratione deferri semper deberet. Cuncta ruunt in Mundo, si subiecti orbēs à supremo non rapiantur, cuncta corrūit in homine, si subiecte passiones à voluntate non corriguntur. Emicat Cælū, sed sæpe nubibus, caliginibusque è terra sublatis obumbratur: Suspirat semper ad optima anima, sed quandoque carnis affectionibus obruitur, affectionibus, inquam, sepe à ventis, à passionibus iactatis, & fulminibus, hoc est, irę furoribus. Caro autem terrę similitudines pariter gerit: nam caro, quanquam ex quatuor elementis confletur, ex prædominio attamen, & præpollentia terra nuncupari potest, à terra nanque primū exordia habet, terrestribusque nutritur & alitur, in terram tandem est reditura. Terra deorsum iacet, & caro affectionibus ad ima pondere suo, siue propensione fertur; ex terraque gignuntur herbæ, pullulantque, flores: ex carne concupiscentiæ impiæ, cupiditatesque inexhaustæ. Inculta terra, non nisi tribulos, & spinas profert: inculta, & non mortificata caro, non nisi crimina, & facinora edit. Vtinam quemadmodum in Mundo terra contra Cælum bellum non parat, ita caro aduersus spiritum non concupisceret. Elegans mihi nunc est inquirenda ratio, quorsum Deus opifex sapientissimus euersum ordinem seruauit in microcosmo, ab eo, quem in Mundo delinariat. In Mundo siquidem in Cælum includit terram; in homine terra circumuallat Cælum. In Mundo, quod optimum est, extra est, quod uile, intus; in homine quod preciosum includitur, & quod abiectum, cetera ambit. In Mundo quod supremum est, in superno etiam loco collocatum est, & quod infimum, subest, in homine, quod superexcellens est, supponitur, quod autem infimum, euehitur. Philosophi huic difficultati occurrunt, atque ita philosophantur. Cùm Cælū in Mundo, partis, ut aiunt, integrantis, anima uero in homine formæ rationem obeat, congruenter Cælum in Mundo eum consequitum est locum supremum; quem ueluti pars illustrior ex ordine Vniuersi exposcebat; anima uero eum, quem ut forma expecebat, mergi, inquam in ipsum corpus, adeo ut tota in toto (prout loquuntur scholæ) & tota in qualibet parte adesset. Cæterum Theologi enucleatius satisfaciunt; Cælum ad munus tantum sibi iniunctum exequendum conditum est, nempe ut motu & luce illustraret, & ageret, quasi causa supereminens: competentem igitur suscepit locum, supernam uidelicet sedem. Anima uero eò maximè in corporis ergastulum detrusa est à Deo, ut ad promerendam sibi eternam beatitudinem fatigaretur: Hac siquidem operandi difficultate, quam ex corpore suscepit, maiorem gloriam sibi nanciscitur, illustrioresque sibi coronas comparat. Ipsi enim speciē refert adolescens ille, qui ocalis ad Cælū elatis, alisque; extensis, ad supera contendit, sed saxo pedibus alligato deprimitur; Anima nanque flagrantissimo æstu, omni que conatu beatitudinem cœlestem anhelat, sed carne grauante maiorem adhibeat contentionem necesse est; quare aucto labore, ipsius etiam coronæ augentur.

Terra autem erat inanis, et uacua.

Terra certè, seu terrenus homo inanis erat, & uacuus, quod in concupiscentiis inanis, seu instabilis; & uacuus, quod uerum bonum, quo fatietur, nunquam confectetur. Hęc imago, effigies; seu descriptio est peccatoris, qui non spiritus, sed carnis sectatur illecebras. Tria sunt infatiabilia, inquit Sapiens; & quartum quod nunquam dicit, sufficit. Infernus, os uulnæ, & terra quæ non fatiatur aqua, ignis uero nunquam dicit, sufficit, quoniã illecebras post illecebras, voluptatē post uoluptatē, cùm eis nunquam fatietur, auiditate inexhausta exposcit, semperque dicit, affer, affer. Anima nostra terra est, quæ aquas etiam exundantes absorbet, & deglutit, & mox arefacta ingentibus hiatibus, aliàs denuo aquarum fluxus appetit & concupiscat. Exemplum adducam. Anima est apud Mathematicos, quadrilaterem, seu trilaterem figuram uiculum nunquam explere. Anima nostra certè circulus est, quod infinita, & immensa capacitatis,

Caro ut terra

In Mudo terra inclusa est in Cælo, i homo in terra includit Cælum.

Anima ut inuenis ad Cælum uolās in xō pedibus alligato.

Homo terrenus terra inanis & uacua.

Prou. 30.

Concupiscentia carnis instaurabilis ut ignis. Anima nostra cur nulla creata refatietur.

pacitatis, nec nisi orbe illo amplissimo, qui Deus est, compleri unquam potest; quamobrem quodcunque aliud finitum, ut sunt ea omnia, quæ in Mundo cernuntur, quasi figuræ angulis prædite, nempe sine circumscriptæ & terminatæ, ipsam complere, saturare, ac beatam reddere nunquam poterant: quamobrem cùm à carnis concupiscentiis angitur homo, inanis est, quod plures mira instabilitate illecebras huc atque illuc discurrens, quasi carnis halitu oppressus contendat & exquirat. Verum non tantum inanis est, sed & uacuus, quod nullum consequatur unquam bonum, quod summæ, veræque bonitatis specimen habeat, quanquam speciē boni præferat. Terra, quæ gemmas, metalla preciosa, ueluti aurum & argentum utero suo non continet, sed uoragines, cauernasque demonstrat, uacua certè nuncupanda est, cùm preciosa in se nulla concludat, sed exhalationes impressionesque eas; quæ dum erumpunt, terræ quassationes gignunt, quibus & ipsa conteritur. Consimili euentu anima, quæ operibus iustis, supernamque beatitudinem promerentibus, non est ditata & repleta, sed dignitatum glorię, diuitiarum, illecebrarum, cupiditatibus inflatur, uacua certè dijudicanda est, nil siquidem quod solidum sit, gestat, concupiscentias, cupiditatesque tantum eas, quæ cùm exeunt, quasi terremotu omnia in ipsa subuertunt, deuantque. Quid enim habet amplius homo, inquit Sapiens, de uniuerso labore suo, quo laborat sub Sole? Vanitas uanitatum, & omnia uanitas. Vacua est igitur caro, uacuum homo carnalis, seu terrenus, inanis & uacuum peccator, dum his uehementer infudat, & propter hæc criminibus, facinoribusque atrocissimis se astringit, diuinamque uindictam, & ultionem sibi impendentem tanquam enssem igneum & versatilem in manu Cherub non conspicit, non pauet, nec pertimescit.

Et tenebræ erant super faciem abyssi:

Quæ conditio sit peccatoris carnis deliciis obruti, iam supra demonstratum est: Nunc altera quoque miserrima conditio eius adijcitur: Et tenebræ sunt super faciem abyssi, hoc est, ignoratio periculi grauissimi, & ipsi imminentis: Cecitatem nanque illius mysticè deplorauit Christus, cùm uidens Hierusalem, fleuit super illam, dicens: Quia si cognouisses es tu, & nunc quæ ad pacem sunt tibi. Dum enim illecebris delectatur peccator, nouissima sua non reminiscitur: si cognosceret & quidē quam sæua mors, quam magis immane iudicium, quam saeuissimus omnium infernus ipsum opperiantur, ipsum expectent, ipsi destinata, fletet equidem. De morte nanque impij quam sit atrox, id scriptum est: Ecce equus pallidus, & qui sedebat super illum, & nomen illi mors, &c. Equus pallidus peccator est, dum in strato moribundus, extremas agit horas. Equus ille iam indomitus, ferox, procax, sine rationis freno, ad omnia facinorosa petulantissimus. Equus, de quo Propheta; Nolite fieri sicut equus & mulus, in quibus non est intellectus. Equus pallidus redditus, quia doloribus mortis iactatus, unde & carnis illa rubedo, ardor inquam, & concupiscentia emarcescit; Et qui sedebat super eum, & nomen illi mors. Confidet siquidē super improborum obestitū corpus mors illa, de qua: Mors peccatorum pessima; cui data est potestas super quatuor partes terræ, quatuor, inquam, humores, ex quibus corpus congestum est, interficere gladio, seiunctione corporis ab anima: fame, esurie diuinæ gratiæ, morte animæ, quæ quanquam in peccato languesceret, nondum in mortis æternæ fauces deciderat. Peste auxilio, quod nullas suppetias ipsis ferant, partæ diuitiæ, comparatæ dignitates, cōsanguineorum lachrymę, & gemitus. Tandem bestiis terræ, hoc est, terrore Dæmonum, qui magis sauire nō desinent. Circunderunt ipsum dolores mortis, cùm tremant uiscera, palpitet cor; doleat caput, obtenebrentur oculi, concutiantur ossa, langueat corpus, hebetentur sensus, palleat facies, contristetur anima. Et tenebræ super faciem abyssi. Si sæua mors, seuum & immane iudicium censendum est, quod peccator non præuidet, neque præcognoscit; Extrema enim & horribili sententia, gladio ex utraque parte acuto perfodietur; sententia, inquam, illa, quæ ipsi animæ & corporis excidium pariet, qua perpetuis ipse ablegatus à premijs, perpetuis mulcabitur pœnis. Et tenebræ erant super faciem abyssi; Quod si acre iudicium acerrima erit pœna sibi expectanda in inferno. Dauid

Terrenus homo quomodo ut terra uacuum sit.

Eccles. 1.

Tenebræ super faciem peccatoris quæ sint. Luc. 19.

Apoc. 6. Mo. s peccatoris describitur. Psal. 31.

Psal. 33.

Sententia in die iudicij ut gladius utrinque acutus.

Psal. 10.

Pro-

Psal. 10.
Infernales
pagan.

Propheta paucis eam complexus est, dicens; Pluet super peccatores laqueos, ignis, & sulphur, & spiritus procellarum pars calicis eorum. Pluet, irruent poena super eos, non ad instar pluuia, sed grandinis, non paulatim, & gutta post gutta stillares, sed veluti inundantes fluctus apertis cataractis descendentes. Laqueos, euadendi monstrat sublatam facultatem. Ignis, poenae sensus asperitatem. Sulphur, poenae damni acerbiteriam immensam. Spiritus procellarum, id est, impetum ærumnarum omnium. Pars calicis eorum, videlicet secundum delictorum merita & pondera. Certè si cognouisses & tu peccator hæc futura extrema horribilia, floccipendisses ea, quæ nunc ad pacem sunt tibi. Sed tenebræ sunt super faciem abyssi; tenebræ, inquam, palpabiles, cecitas, & ignorantia mentem obruant, ut in diebus bonorum immemor sit malorum.

Spiritus Domini ferebatur super aquas.

Vocatio Dei
est spiritus q
ferur super
aquas.
Ezech. 37.

Ex indeficiente illa diuina misericordia, hoc tantum superest peccatori, quod spiritus Domini fertur super aquas; Vocatio, inquam, seu gratia illa, quæ præueniēs à Theologis nuncupatur, superfertur, continuoque super peccatores peruagatur. Huius quanta sit virtus, Scripturæ exemplo demonstrabo. Ecce ego intromittam in uos spiritum, & uiuetis. De peccatoribus siquidē illud exponere possumus: Putasne uiuent ossa ista? Viuent, sed qua methamorphosi, seu qua uiuifica resurrectione? Quia Deus intromittet in ipsis spiritum, & uiuent. Et quomodo intromittet spiritum? à quatuor ventis ueniet spiritus, & insufflabit in interfectos istos, & reuiuiscunt. Porro spiritus uocatio est, seu gratia ipsa præcurrens. Hæc à quatuor perflat partibus, & cardinibus Mundi: à Borea per tribulationes & flagella: ab Austro per prosperitates, & beneficia: ab Occasu mortis meditatione: ab Ortu, cum per exempla mouet. His uocationum generibus quatuor, peccatores sæpe expergesunt, à somnoque excitantur. Hæc vox est, quæ ad Adam prodit: Adam ubi es? Hæc vox ad Cain lata: Vbi est Abel frater tuus? Hæc Nathan Propheta redarguens Dauid. Hæc illa, quæ clamat per vicus & plateas. Hæc oculus Christi respiciens Petrum. Hæc gallus canens. Hæc Angelus excitans in carcere Petrum somno sepultum. Hæc lux, quæ noctu pastoribus affulsit. Hæc uox, & lux, quæ Paulum prostrauerunt. Hæc stella Magis apparens, ut duceret eos ad Christum. Hæc seruus missus ad exitus viarum. Hæc lux primo die condita, ante iustificationem.

Fiat lux.

Cognitio sui
in peccatore
ut lux primo
die condita.
Act. 12.
Peccator ut
Petrus in car
cere.

Chaos maximum existimo esse peccatorem, cum in ipso terra caro est inanis, suis scilicet cupiditatibus, illecebrisque; inconstans, & uacua supremo bono. Et tenebræ obruunt abyssum, cecitas, qua suum non agnoscit, nec ponderat discrimen, nouissimaque sua non recordatur, & tantum spiritus, id est, gratia eum ad penitentiam excitans, superfertur super aquas uoluptatis. Quamobrem singularem ego in ipso gratiam existimo, quod in ipso fiat lux, proficiat scilicet cognitio sui ipsius, cuius ope agnoscat, quo in ærumnoso consistat statu, quasi super puteum debili fune uinctus. Describitur mirifice cognitio hæc sui ipsius, in Petri custodia: In ipsa nocte erat, inquit, Petrus dormiens inter duos milites, uinctus catenis duabus. In ipsa quippe nocte impię uitę, peccator dormit, quia anima, dum illecebris carnis allicitur, quasi Samson in Dalidę gremio, in carnis obsequijs capitur, ut à Philistęis à Dæmonibus opprimatur, atque ut Isoset ancillę custodi fesus, & somno correptus perimitur. Obdormit autem inter duos milites, Mundum, & Diabolum; uinctus catenis duabus, uoluptatis, & malę consuetudinis, & custodibus, hoc est, consimilibus peccatoribus custodientibus carcerem, fouentibus prauam consuetudinem; cum Angelus adstat, scilicet gratia præueniens, & lumen fulget, propria nempe cognitio, suarque conditionis consideratio, & nouissimorum rememoratio. Hæc lux est primo hac diē in caliganti Mundo effulgēs, in tenebricosa consciētia peccatoris emicās. Moxque percutitur, & excitatur peccator; valida est. n. adeo memoria nouissimo rui, mortis, & iudicij, & inferni, ut statim timorē, & horrore i cor improbi immitat, eūque ad comparandam salutem feruidum reddat. Plaga tumens, putredineque horrens, si lanceola percutitur, quanquam non sine dolore, salutem parat. Nouissimorum timor lanceola

Peccatoris li
beratio à pec
cato, ut libe
ratio Petri e
carcere.

ceola est, putridum peccatoris cor vulnerans, aperiensque, & salutis spem non modicam præbens Christus uita functus in latere percutitur, & continuo exiuit sanguis, & aqua. Mirandum hoc est, si naturę consuetudinē contēpleris. Quis. n. ex mortuo, frigescenteque corpore aquam & sanguinem profluere posse credit? Sacramentum non me latet hoc esse maximum, tumque fuisse eductam Ecclesiam, tunc sacramentorum vitales profuissent fontes; sed aliud quoque ego contemplor in hoc miro euentu. Christus sua passione omnia, quæ ad nostram faciunt salutem, promeruit. Igitur & uita functus, lancea percussus, dedit sanguinem, & aquam, ut possent pariter peccatores uita spiritus functi, inspiratione percussi in corde, & aquam gelidam timoris, & sanguinem uiuificum spei ueniam proferre. Huius igitur lucis uirtute, hoc est, huius cognitionis, impius nouissimis in memoriā reductis, propriū agnoscit discriminē, & uberrimos inde colligit fructus. Attēdas ex ipsamet Petri historia. Et surgit Petrus velociter, peccator, inquam, emendationis proposito; cadit catenæ, quoniam uoluptates ei tædio sunt, & prauam consuetudinem horrescit. Præcingit se castitate, & calceat caligas, exempla sanctorum, seu mortificatione, pedes, affectus munit, ne terram, terrenas cupiditates pertingant. Circundat sibi uestimenta sua, qui iam ut Adam intellexit se esse nudum, induit se Christi iustitia, & exiens à uita impia, sequitur Christum, ut ducem. Hoc igitur primę diē opus, lux, uidelicet, cognitionem sui status in peccatore præsignabat.

Fiat firmamentum.

Illustratus sui ipsius agnitione peccator, percussusque timore horribilium eorum nouissimorum, & excitatus, mox firmamentum in ipso fit, inconcussum & solidum proposito emendationis. Firmamentum enim, Coelum solidum est tanquam æs fufum, inquit Iob. Porro si fundendum est æs, oportet prius in fornace maximè accensa, folliibus ventos accipientibus ac reddentibus, igne ipsum liquefieri, quæ in fusione partes crassæ, terrestresque à purioribus & perfectioribus seiunguntur, in uas aquis repletum; tunc æs iniiciendum est, ut clarum, solidum, atque firmum euadat. Peccatoris cor est quæ terrestribus affectionibus fœdatum, & commixtum; quod si in fornace penitentia, timore, uti folliibus uentum emittentibus, dolore, quo Deum se offendisse penitet, uti igne a durete, certè crassiores, rudesque partes, cupiditates, inquam, terrenarum, carnaliumque rerum auferet, ac proiciet, in lachrymisque copiosis iniectum quæ euadet solidum, atque firmum sancto ac immobili proposito emendationis. Tulbacain fuit malleator, & faber in cuncta opera eris, & ferri. Tulbacain interpretatur, confusionem possidens, uel ignominiam æmulans, & typus est peccatoris, cum confusus ex peccatorum ignominia rubet, corque suum eris & ferri opus conterit, & fundit. Quid solidius are, seu metallo, atque intractabilius? Quid eo ipso mollius & tractabilius, cum fufum in fornace liquefuit? Pari similitudine, nil peccatore durius, nil eo ipso, cum penitentia angitur, flexibilis. Porro diuidit hoc firmamentum inter aquas & aquas, cœlestes & terrestres, cum duplex sit uoluptatum genus; æternarum in Coelo, & marcescentium in hac uita, de quibus dicitur. Longitudo dierum in dextera illius, in sinistra autem eius diuitie, & gloria. Segregat peccator proposito sancto inter aquas, scilicet illas supernas, & aquas istas Mundi, inter uoluptates illas illustres, & has illecebras fœdas. Has reiiciendas esse, ac cogendas mortificatione in locum unum, illas procurandas totis uiribus diiudicat, atque decernit.

Congregentur aqua in locum unum.

Dei uocatione expergefatto peccatore, nouissimorum terrore perterritus, proposito emendationis firmato, sequitur ut idem peccator penitentia sacramento criminum aquas congreget in locum unum. At quomodo id fieri possit, attēdas. Cum extendisset Moses manum super mare, abstulit illud Dominus flante uento uehementi, & urente tota nocte, & uertit in siccum. En elegans modus, quo exiccatur cor improbi à delictis, & uoluptatibus in penitentia sacramento. Extendente manum sacerdote super uentum genuflexum penitentem, cum ei absolutionem confert, & flante uento uehementi, & urente, hoc est, dolore ingenti, & gemitibus, suspirijsque, exiccatur adeo cor peccatoris,

Nouissimorum
memoria ut
lanceola timo
rem aperiēs.

Firmamentum
in peccatore
emendationis
propositum.

Cor peccato
ris quomodo
uacua fundit

Gen. 4.

Exod. 14.

Penitentia
congregatur
seorsum aquę
criminum.

ris, ut non tantum criminibus expolietur, sed & humiditates, quæ supersunt, affectiones nempe adurantur, & abstergantur, ita ut appareat arida. Congregantur siquidem aquæ in locum unum, peccata seorsum proijciuntur ab improbis, & in locum unum, in Christum iniiciuntur, quod ipse criminum omnium pœnas luerit, & ex eius iustitia, ac merito nobis remittantur. Tuncque germinat terra herbam uirentem facientem semen, & lignum fructiferum faciens fructum in genere suo. Peccator profectò duplici pœndendus erat pœna; temporali, ut aiunt in scholis, & æterna; sed mox ut sacerdotis munere, illi confertur absolutio, germinat herbam uirentem, spem utique certam & inconcussam, quod æterna sibi pœna sublata sit, quam luendam in gehēna acerbissimè nouerat; idque merito Christi, quod eam Christus in ara crucis copiosè persoluerit, iuxta illud Iob: Vtinam appenderentur peccata mea; id est, mearum ouium; quibus iram merui; hoc est, Dei iustam vindictam; & calamitas quam patior, nimirum crux & omnis passio mea, ac denique mors mea, hæc utique grauior appareret. Germinat & lignum faciens fructum, satisfactionem alterius pœnæ, quæ sibi hac in uita debebatur amplissima equidem, sed est in leuiorem commutata. Tunc enim ligno, seu virga dulcescunt aquæ Maræ, pœnæ siquidem hæ nostræ, quibus ad tollenda peccata corpus castigamus, ex crucis Christi, passionisq; acerrimæ uirtute, redditæ sunt tum satisfactoriæ (ut aiunt) tum etiam dulces, & gratæ. Germinat igitur peccator lignum faciens fructum, hoc est, pœnas delictorū vltices. Tria hæc, quæ audiuius hoc tertio die in peccatore peracta, deletionem scilicet culpæ, pœnæ æternæ condonationem, & temporalis in eam, quæ leuior est, commutationem, deprecatur nobis sacerdos, cum manum extendit, & ait: Indulgentiam, absolutionem & remissionem; & absoluit; deprecatur utiq; nobis, ac simul profert, & confert indulgentiam pœnæ grauioris in leuē permutatæ, absolutionem omnimodam æternæ damnationis, & remissionem culpæ & noxæ, quæ diuina indulgentia, & Christi redemptione nobis condonatur.

Fiant luminaria in firmamento Cæli.

In anima ipsa, quæ Cælum est microcosmi, criminibus pœnitentia sublatis, atque delictis, mox iustificatio consurgit triplici iustitia insignita, ut Sole, Luna, & Stellis. Duo nanque insignia, & præclara in peccatoris conuersione, atque iustificatione simul contingunt; peccati remissio, hominis interna renouatio. Paulus hæc duo promeruisse Christum, alterum quidem morte, alterum uerò resurrectione, demonstrat, cum ait: Traditus est propter delicta nostra, & resurrexit propter iustificationem nostram. Hæc duo & Dauid intellexit, cum deprecabatur primum; Amplius lauame ab iniquitate mea, & à peccato meo munda me. Postmodum: Cor mundum crea in me Deus, & spiritum rectum innoua in uisceribus meis. De ambobus simul: Asperges me Domine hyssopo, hoc est, merito passionis Christi; & mundabor à peccatorum maculis, & super niuem dealbabor, renouatione, & iustificatione; qua anima mea gratia, donisque locupletabitur; iustitiaque Christi decorabitur. Naaman Syri, non tantum à maculis abluta est caro, sed restituta est ut caro pueri. Consequuntur autem se inticem hæc duo, & simul eomet momento ferè efficiuntur, sicuti coruscante Sole, simul effugantur tenebræ, & clarescit aer. Iustificationem hanc seatur triplex iustitia, seu triplex pax; iustitiam supernam nanciscitur peccator, & cum Deo pacem inuit, & hæc ipsa iustitia, & pax Sol est; atque quemadmodum Sol si in iridem percutit, in ipsa colores gignit, uiridem, rubeum, & caruleum: pari euentu hæc iustitia in ipsa anima spem salutis, & charitatis, fideique nitorem parit: Arcus hinc iridis in signum est pacis, & fœderis, quod anima pepigit cum Deo. Subnectitur huic iustitiæ & paci, altera interna, qua fedantur passionis, ut rationi obtemperent. Paxq; ista, & iustitia Lunæ assimilatur quandoque deficienti, quod in hoc decachordo, seu cithara, una superfit chorda fomitis, & concupiscentiæ, quæ dissonat multoties, & non nisi diuina, acerbisque mortificatione, ad perfectum concentum intendi potest. Consequitur peccatoris iustificationem tertia iustitia, & pax, qua homo, ut stella, diuersis exemplorum luminibus sua splendet conuersione. Vel dicamus, iustificatis triplicem euenire gradum, sanctitate resplendentem diuersa, ut diuersus est fulgor Solis, Lunæ, & stellarum. Alij consimul fuerunt iustificati, & sanctificati,

Iob. 6.

In pœnitentia tria cōferuntur, indulgentia, absolutio & remissio, & quid sint.

Iustificatio ut luminaria:

In iustificatione sunt duo remissio culpæ, & renouatio interna. Rom 4. Psal. 50.

Iustificatio secum fert triplicem iustitiam similem Soli, Lunæ, & stellis.

Iustificatio triplicem sanctitatem cōfert.

Sanctificati, adeo ut à iustitia amplius non deciderint, neque etiã ueniali delicto polluti sint, ut Apostoli. Hi ut Sol semper in Ecliptica, hoc est, in iustitiæ perfectione perambulauerunt. Hi fulgore suo amplissimo caligines, nubesque reiecerunt, infamias omnes, atque Mundi falsas calumnias. Hi ut Sol cunctam Ecclesiam uiuificauerunt luce & motu, exemplo & doctrina. Hi tandem septies fulgore aucto, coruscabunt in æterna beatitudine, quod eminentiores gloriæ sedes sibi vindicaturi sint. Ceterum ut Luna emicant illi, qui iustificati, non sanctificati, quanquam ueniali peccato obruantur, non atamen lethali fœdantur. Hi in Zodiaco, hoc est, in uita semper persistunt; qui tamen in Ecliptica, nimirum in uita perfectione non semper incedunt: quandoque enim proficiunt, quandoque deficiunt, quod hominibus eorum uita modò clara appareat, modò obscura: Et quanquam facie ad Deum uersa, conscientiaque sua semper emicent, & rutilent; eclipsim tamen patiuntur quandoque terræ interiectione, quod tentationes graues patiantur, adeo ut lucem gratiæ opacari credant. Fulgebunt ut Sol tandem & ipsi, quod ad gloriam euecti, condigno splendore condecorabuntur. Splendent tandem ut stellæ alij, exigua sanctitatis luce, qui sapius in peccati mortem incidunt, sapius resurgunt. Hortum alij proprijs uehuntur orbibus, propria spiritus prudentia; alij octaua in sphaera consistunt, unicoque eius feruntur motu, uti uiri idiotæ, & uirgines, quæ patrum spiritualium disciplina, & regimine gubernantur. Trepidantque hi sepe, motuque trepidationis, & non sphaerico feruntur, quod maxime pauidi pergant ad sua obeunda munera.

Producant aqua pisces.

Pœnarum à sacerdote pro satisfactione iniunctarum triplex est genus; castigatio nempe corporis, ieiunijs, afflictionibus, & peregrinationibus, eleemosyna, pietatisque opera, & demum oratio. Post remissionem igitur tum culpæ, tum pœnæ æternæ, dum pœnas sibi impositas à sacerdote persoluant pœnitentes, alij euadunt pisces, qui operibus misericordiæ incumbunt. Mirifica est piscium in foetibus & tenellis suis educandis cura & diligentia, quam imitari apprimè studeat pœnitens, dum satisfactionis operibus vacat. Pisces segetus suos in aqua deiiciunt; & ipsi opera in exemplum linquere debent. Pisces nonnulli si insidijs peti tenellos suos animaduertant, iterum eos deglutunt, ut saluent; ita si opera satisfactoria inanis gloriæ stimulo peti cognoscet pœnitens, iterum in secretis ea persoluat, ne amittat. Pisces copiosos foetus suos emittunt, quod ipsis natura id indulerit, quia facile decidunt, & deperduntur; & pœnitens non tantum iniunctas sibi pœnas à sacerdote persoluere curet, uerum & duplicatas, multiplicatasque, ut quod pia deuotione, perfecta que iustitia non absoluit, pœnarum saltem multiplicatione compenset. Piscis igitur similitudine pœnitens eleemosinæ largitiones impendere, ceteraque misericordiæ opera copiosè & libenter obire non uereatur. Quod si ex præscripta sibi pœna orationi incumbet, auis fiet, nam meditationis affectu quasi alis ad cælum ascendet. Diuina autem Scriptura de duobus præcipuè alitum generibus mentionem agit, quæ illi orationis exemplum suggerere possunt: Turturem memorat, & columbam. Studeat igitur pœnitens gemere cum turture, & meditari cum columba; in oratione nanque sua, quam habet, ut peccatorum pœnam soluat, sapius gemat, ut turtur, præteritarum culparum memoria, quibus Deum pietissimum parentem offendit: gemitusque nunquam deficient, si gratam Cælo orationis pœnam esse cupit. Meditetur autem ut columba candoris nitore insignis, puritatem, uitæque sanctitatem simul spondeat, & exquirat: coniuncta enim omnino cum oratione nostra, quæ in satisfactionem emittimus, hæc duo esse debent, & admissorū scelerum dolor, & emendationis, sanctitatisque promissio. Thus dū in turibulo cōburitur, liquefit, solutaque eius humiditas in fumi speciē, Cælū conscendit. Cor pœnitentis dū oratione aduritur, liquefieri oportet dolore & gemitu præteritarū offensarū, d d d d d & in

Pœnitentia p ducit ut aqua pisces & caues.

Pœnitens operibus pietatis similis fit pisci.

Pœnitens per orationē sic similis aut.

Pœnitens gemere debet cum turture, & meditari cum columba.

Cor pœnitentis liquefieri debet ut thus in oratione.

& in speciem fumi extolli in odorem suauem vitæ emendata, atque omnem virtutum copiam redolentis.

Producat terra.

Iustificati penitentis cor ut terra debet producere hominem.

Apoc. 22.

Perfoluta post iustificationem quacunque satisfactione, terra peccatoris, nempe caro, seu cor, continua penitentia producere studeat, non reptilia, seu iumenta, vel bestias terræ, sed hominem ad imaginem, & similitudinem Christi. Iustificatus assidua industria iustitiam suam communire, perpetuæque penitentia seruare, augere, & perficere non cesset, sed pro viribus studeat & contendat. Sic enim legitur; Qui est iustus, iustificetur adhuc. In structura templi, seu mirifici cuiusvis ædificij, secundum exemplar omnia sunt promouenda: Christus exemplum est vitæ nostræ, ipse iustus iustitia ampliori, quàm fuerit prima illa, quam Adam & sibi & nobis amiserat, non tantum in infantia, & pueritia, sed adolescentia, ac virilitate, perenni penitentia, eaque non intercisâ vsque ad mortem, iustitiam nostram, ut nobis exemplum esset, tutatus est, auxit, & perfecit. Cum igitur conformes fieri imagini filij Dei nostrum sit onus, nauemus omnem operam nostram, ut per iugem penitentiam Christi similes efficiamur. Hac siquidem perpetua penitentia & mortificatione plasmatur homo ad imaginem & similitudinem Christi. Atendas exemplum. Figulus cum ex lutea massa secundum exemplar sibi præscriptum corpus efformat, studio, arteque membra deliniat, aufert, addit, comprimit, donec corpus secundum propositum exemplar effingat. Nos figuli sumus, lutea massa caro nostra est, & corpus; exemplar, corpus Christi est cruci affixum, perforatum, & confossum. Summo igitur studio, summa diligentia, mortificatione, rigiditate, asperitate, non interrupta penitentia corpus nostrum castigandum est, & comprimendum, ut Christi corpori crucifixo simile reddatur: tunc fiet penitens ad imaginem & similitudinem Christi. Sed animaduertat, quæso, ne in penitentis studio reptile euadat, seu iumentum, aut bestia. Reptilia fiunt, qui terrenis complicati, parum animæ cultui incumbunt: Iumenta, qui cupiditati flagrantissimæ carnis obtemperant, vitæque mollitie & laxitate gaudent: Tandem in bestias mutantur, qui post perceptam remissionem, in crimina atrociora facinorâque; recidunt, nec passiones indomitas reprimere recta ratione curant.

Homo ut figulus carnem quomodo efformare debeat.

Post penitentiam quidam iumenta, vel reptilia, vel bestie efficiuntur.

Completit die septimo omne opus, quod patrarat.

Matth. 17.

Cum homo iustificatione insignitus, vitæ sanctitate ad imaginem & Christi similitudinem effectus est; tantum perfectionis & speciminis adipiscitur, ut Deum in ipso compleuisse omne opus, quod patrarat, dici possit: omne scilicet opus iustificationis, & renouationis. Quiescit igitur Deus, & quiescit in ipso, quia Christi imaginem & similitudinem gestat, de quo dictum est; Hic est filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui. Inde ei benedicit omni benedictione cælesti, hoc est, copia & affluentia gratiæ & gloriæ, & sanctificat non tantum hac in vita, sed in sanctificationem electorum eum assumit.

Contemplatio, qua Ecclesia triumphantis ædificatio secundum seriem creationis Mundi explicatur.

Mex. Hom. 1.

Mundum Ecclesiam triumphantem, tum originis uetustate, videlicet æternitate, seu æuo, tum loci splendore; tum ciuium excellentia, Angelorum uidelicet, Mundum hunc nostrum sensilem superexcedere, atque ampliori gloria prætergredi, dixit Basilus, ut in Glossa Literali retulimus. Quapropter quæ eius Mundi fuerit structura, anagogico sensu ex Mundi huius confectionis ordine contemplerur, & edisseramus.

In principio creauit Deus.

Autumarunt plures præci Patres, ut supra deduximus, Angelos multis æonis atque seculis ante Mundum profuississe. Neoterici scholastici, duce D. Augustino, & Magistro, primo temporum exordio vnâ cum chaos, tempore, & Empyreo, illos emanasse opinati sunt, tertioque tantum momento, seu (ut in scholis aiunt) morula, ad gloriam fuisse ascitos: Notalia igitur sua hinc sumpsit Ecclesia triumphans, uel diu ante Orbem conditum, seu in ipso Mundi primordio; Atque de ipsa interpretari illud possumus; Ab initio & ante sæcula creata sum: Ab initio, nempe à Mundi exordio; & ante sæcula, ante innumera annorum curricula creata sum; & usque ad futurum sæculum, hoc est, ad æternitatem, quæ post Mundum restauratum perenniter est remansura, nunquam desinam, sed consummationem & perfectionem accipiam, ut uiuam in sæcula sæculorum: Et in habitatione sancta, in regia illa sancta, & cælesti, coram ipso Deo ministrari.

Ecclesia triumphans quædo exordio sumpt.

Eccles. 1. 4.

Cælum, & terram.

Angelos & homines duas intellectuales naturas, ut ex ipsis conflaretur Respublica illa superna, atque cælestis, protulit Deus, quanquam non simul. Angelus Cælum est, quia sua natura, ut Cælum, incorruptionis est expers; quia ut Cælum ex spiritali substantia, puriore quàm anima, congestus est; quia ut Cælum motu uehitur citatissimo, quoniã facit Deus Angelos suos spiritus, uelocitate, & ministros suos flammâ ignis, feruore; quia ut Cælum est supremum diuina uoluntate suauiter raptum; quia est ut Cælum primum sine astris, cum purus quidem naturæ candore, non autem Dei uisione beatus prodierit. Terra uero homo ipse fuit, ex terra concretus, ac plasmatus. Sed quorsum Deus ad coruscantem Cæli regiam, in qua spiritus illi cælestes Deum summum spiritum contemplantur, terram uocauit, ac extulit? Primum id fanciuit diuina sapientia, quia homo non est homo, nisi ex corpore & anima consistat. Deinde cum ipsum corpus fuerit indiuiduus animæ comes in ærumnosa huius uitæ peregrinatione, egregiumque se illi socium in cunctis ferè ipsius laboribus exhibuerit; felicitate quadam destitueretur anima, & iustitia iniusta uideretur, si cum anima ipsa & caro gloria non condecoraretur. Adicias, quia cognata est Christi, qui ut Sol in ea gloria à dextris Dei coruscans sedet: Christus enim Booz ille, qui Ruth inopem sibi adiunxit, humanitatem sibi copulauit, atque ut adamatam sponsam suam in aulam, seu regiam duxit, & cum ea ipsius etiam consanguineos traxit, atque propinquiores, eos, inquam, qui carnem mortificatione castigatam & puram in similitudinem carnis impollutæ Christi, tanquam illi cognatam & simillimam gestarunt. Tandem & id expetebat Empyreum coruscantissima illa sedes, quæ cum corpus sit splendidissimum, corpora etiam gloria rutilantia cõcludere debebat.

Angeli ut Cælum, homines ut terra.

Carnem quare ad gloriam destinauit Deus.

Ruth. 4.

Terra autem erat inanis, & uacua.

Deerant duo in ipsa carne, seu in ipso homine, quæ gloriæ compotem ipsum efficerent, immortalitas, & gloriæ dotes; quapropter caro appellari poterat inanis, & uacua: inanis, quia corruptione perpetua iactabatur, usquequo deficeret; & uacua, gloriæ munere carens. Inanis profecto erat caro, cum nunquam fessa corruptione corroderetur, quotidianus enim defectus corporis, quid est aliud, quàm quædam prolixitas mortis? Quid enim homo est, nisi statua illa, cuius caput est aureum, pectus argenteum, uenter æneus, crura ferrea, & pedes terrei, quæ iactu lapidis è monte excisi prosternitur? Infantia aurum est, adolescentia argentum, iuuentus æs, uiriliter ferrum, senectus terra: Hancque lapis mortis concutit, & statua tota ruit. Et quæ creatæ uires immortalitatem, consistentiamque; ut defluentem cohibeant naturam, præstare unquam poterunt? Inanis igitur erat caro, sed & uacua, uidelicet gloria. Decernunt siquidem Theologi, naturæ uiribus carnem nostram immortalitatem à se nancisci nequire, quapropter indigere supernaturali uirtute, gloria scilicet, quæ ipsam ad tantum munus euehat, ac sustollat.

Caro nostra inanis dicitur, quia corruptioni obnoxia.

Homo ut statua Nabuchodonosor.

Et tenebra erant super faciem abyssi.

Abyssus mēs
humana, &
quæ tenebræ
super illam.

Abyssus mens humana est abyssum diuinitatis euocans, quia mens ut contemplatrix, ad summū vsq; attingere cupit; sed tenebræ sunt super faciem abyssi; quoniam ipsi deest beatifica visio, qua Deū optimè contemplari queat. Lumen.n. id scientiarum, quo naturas rerum speculatur mens nostra, seu phisica, seu hiperphisica contemplatione, intuitioni illi perenni in Verbo comparata, caligo & tenebræ nuncupari potest: Nam ficuti Sol cum mane exurgit, fulgentissimis suis radijs omnem stellarum, Lunæq; nitore euanescere cogit: cōsimili euentu, beatifica superueniente scientia, acquisita omnis cognitio quasi in tenebris delitescit. Quapropter super abyssi faciē, super intellectu nostrū, quanquam lumine scientiarum naturalium quoquomodo illustratum, tenebræ diffunduntur, quousque beatifica uisione irradiabitur.

Spiritus Domini ferebatur super aquas.

Dei præcipuū
scopus homi-
nis gloriifica-
tio.

Dei id fuit præcipuum studium à primordijs Mundi vsque ad eius exitium, vt homines ad gloriam prouheret. Hac de causa compactus fuit homo in iustitia illa originali, ut sine morte transferretur ad gloriam; hac Adam lapso, non totam humanam prolapia Deus deleuit; hac in diluuiio non cunctam absumpsit humanam sobolem; hac Abrahæ posteritatem delegit, totq;e muneribus cumulauit; hac Christus caro factus cruentissima nece Mundum redemit; hac constata est Ecclesia, sacramentis ditata, Spiritus Sancti afflatu perpetim recta. Sed quid amplius? Quid aliud contendit Deus in electorum gratiam, dum tā mirifica operatur, nisi Iacob scalam erigere, qua ex gradu in gradu à terra feratur in Cælum? Sex enim hi sunt gradus. Præsciuit Deus ut predestinaret, prædestinauit ut uocaret; uocauit ut iustificaret, iustificauit ut magnificaret, magnificauit, vt tandem glorificaret. In hunc finem omnia contendunt. Quamobrem spiritus Domini ferebatur super aquas, hoc est, amor Dei, studiumque super humanam stirpem, seu humanitatem ipsam, ut aquam labentem cubabat calore gratiæ, ut ad uitam æternam ipsam uiuificaret.

Glorificatio
hominis ut
scala Iacob.

Fiat lux.

Lux beatis
splendens, ut
lux primæ
diei, & que
fit.
1. Timot. 6.
Hex. Hom. 2.

Primum quod confertur beatis mox ut assumuntur ad gloriā, est regia Dei, qua splendet ipsi lux illa æterna tum spiritualis à Deo, tum corporea ab Empyreo ipso proficiens, de qua Paulus: Deus lucem habitat inaccessibilem: & Basilius: Neque Angelorum exercitus degunt in tenebris, sed in commodatissima luce, quam & Ecclesia feruidè deprecatur pro defunctis: Lux æterna luceat eis, &c. Lux uero illa corporea quidem lux est, non quid emanans à diuinitate, ut perperam arbitratus est Steuchus; cum nil aliud esse regiam Dei, quam lucem effusam à Deo, falsò dixerit, ut iam discussum est; sed lux est ab Empyreo erupens, que multiplicè, diuersamq; à luce nostri Solis suscipit conditionem. Primum, quod hæc uesperam habeat, illa nunquam occasum agnoscat, cum lux sit perennis nullo tenebrarum genere unquam opacanda. Hæc luceat, illa coruscet, cum hæc ipsa comparetur albori matutino, & illa sit ueluti Sol in meridie effulgens. Hæc cum ardore, illa cum clarore tantum. Hæc repercutiat ut à corporibus his, illa beatos penetret, & perfundat.

Lux beatorū
qd, & quomo-
do à luce So-
lis differat.

Fiat firmamentum in medio aquarum, & diuidat.

Beatitudinis
securitas fir-
mamentū di-
citur.
De Ciui. Dei
lib. 11. ca. 11.
Esal. 147.

Fit firmamentum secundo loco in beatis, & est cum tribuitur ipsis beatitudinis firmitudo, & securitas, adeo ut ab ipsa decidere nunquā possint. Nam si teste D. Augustino, plenè beati illi appellari nequeunt, qui de suæ beatitudinis æternitate certi non sunt; profectò ad felicitatis sublimitatem & celsitudinem pertinet, ut in ipsa sint firmi omnino, ac tuti. De hoc firmamento Dauid: Lauda Hierusalem Dominum, lauda Deum tuū Sion. Hierusalem cœlestem, atque Sion sanctam ad laudes rependendas Deo ex eo inuitat Dauid; quoniam confortauit seras portarum ipsius; adeo enim sunt confortata, ut neque Samson, Lucifer inquam, qui tot insidijs & diutina obsidione hanc arcem Cœli

Cœli petijt, securitatem istam auferre vnquam poterit. Quinimmo posuit fines eius pacem, quod hostes adeò cohibuerit, maximè cum in infernum illos detruferit, ut nec bellum ei parare audeant. Diuidit hoc firmamentum aquas ab aquis, felicitatem ueram ab his calamitatibus & ærumnis, quibus implicitas & immixtas terrenas felicitates spectamus: nam absterget Deus omnem lachrymam ab oculis sanctorum, & mors ultra non erit, neque luctus, neque clamor, neque dolor erit ultra, quæ prima abierunt.

Apoc. 21.

Congregentur aqua in locum unum.

Quod si aquæ, tribulationum, ærumnarūque, quibus hæc misera angitur uita, symbolum sunt, iuxta illud; Non me demergat tempestas aquæ; iubebit utique Deus congregari aquas seorsum à sede illa regia in locum unum; hoc est, in infernum. Poenæ siquidem, malaque omnia, quæ sparsim hæc iliabuntur in uita, in gehenna tandem congregabuntur, vt damnati cunctis plestantur supplicijs. Pluet super eos ignis, sulphur, &c. Tunc germinabit terra herbam virentem, tunc beatorum caro nouo gloriæ induetur amictu, illis nempe quatuor dotibus, seu qualitatibus, quibus & caro Christi est dotata, claritate, agilitate, subtilitate, & impassibilitate; dotes enim hæc sunt ipsam carnē in patria exornantes. Nam quando Christus inopem hanc humanitatem nostram, egenamque sibi copulauit, vt in amplissimum suum regnum regio cultu induceret, quasi pro contradote has ipsi elargitus est; his enim eam dotauit, atque ditauit. Tunc vt Esther regalibus uelamentis ornata, stetit ante faciē regis. Tūc astitit regina à dextris suis in uestitu deaurato, circumdata uarietate. Tunc spona monilibus suis decorata, ad sponsum accessit.

Psal. 68.
Congregant
aqua pgnarū
in locū unū,
in infernum.

Animæ bea-
tæ symbola.

Fiant luminaria, Sol, Luna, & Stella.

Diffiniunt Theologi integram seu totam beatorum mercedem esse Dei optimi uisionem, de qua Paulus: Videmus nunc per speculum in ænigmate, tunc autem facie ad faciē. Triplicè artamen perfectionem esse discernunt; Alterā certè, qua beati in Deo ipso Deum contemplantur; Aliam, qua seipsos in Deo intuentur, & Deum in seipsis: Postremā, qua creaturas cunctas in Deo, ut in fonte percipiunt. D. Bonauentura meridianam primam, matutinam alteram, ea ratione qua in se Deum prospiciunt beati, uespertinam tertiam appellauit. Sed non incongruo symbolo Solem primam, Lunam mediam, stellas posteriorem etiam nuncupari posse diiudico. Deum enim in Deo intueri, est in iubare ipso micantissimo Solis splendorem eius naturam contemplari. Beatos in Deo seipsos perspicere, est quasi lumine Lunæ uidere, quod luce Solis, hoc est, Dei lumine reflexo in ipsa Luna, in ipsa beatorum essentia naturam suam, seq; ipsos intelligant. Creaturas cunctas in Deo meditari, est lumine plurium stellarum, quod tamen ab unico Sole, à Deo ipso prouenit, multiplices & diuersas naturas rimari. Quemadmodum enim plures sunt stellæ; ita innumera creaturarum genera, & ideæ. Possumus & alteram deducere anagogiam; quod tria in regia illa apparebunt luminum iubara. Christus ut Sol, eius quippe fulgore nil erit coruscantius, cum ipse sit fons gloriæ, uti Sol fons lucis: Deipara ut Luna; Luna, inquam, plena in diebus suis, cunctas stellas nitore præcellens, gloria longè cæteros sanctos antecedens. Sancti ut stellæ, diuerso præditi fulgore, diuersa insigniti gloria, secundum meritorum diuersa pondera; stella enim differt à stella in claritate.

1. Cor. 13.

Dei uisio in
beatis ut lu-
minaria, &
triplex è bea-
torum uisio.

Luminaria
tria in Em-
pyreo anagoge
quæ sint.

Producant aqua pisces, & aues.

Aqua felicitatis æternæ ipsos beatos quandoque deijciet, ut pisces; quandoque extollet, ut aues. De ipsis siquidem scriptum est: Ingredientur, & egredientur, & pascua inuenient. Si ingredientur in diuinitatis contemplationem, nectare satiabuntur, & uisio erit tota merces, atque in cunctis uiribus anima felicitate potietur immensa; mente siquidem, quod summum est uerum micantissimum percipiet, & attinget; uoluntate id quod summum est bonum flagrantissimo amore anhelabit; uiribus reliquis quod appetit

Ioan. 10.
Beati undi-
que felicitate
potientur.

appetit bonum, amplectetur, beatificoq; nexu perenniter possidebit, atque vt auis; immo ut aquila non praestricta acie aeternum Solem intruebitur. Si egredietur, pasqua inueniet, cuncta prospiciet laetitiam, gaudium, & iucunditatem sibi afferentia; intus animam gloria insignitam, carnem gloria extra redimitam, oculos fulgore, aures concentu, nares ambrosia, gustum nectare, tactum ipsa vita sentiet refectiones. Inde affert amore, sine liuore odij, spe sine cruciatu timoris, gaudio sine rubigine, vita sine horrore mortis, iuuentute sine infirma ac tristi senectute. Circumcirca Coeli amoenissima regia, aeternitas, societasque Angelorum iucunditate ipsam explebunt. Quapropter vt piscis natabit inter yndas voluptatis.

Faciamus hominem ad imaginem, etc.

Homo secundum triplicem statum imaginem Dei refert.

Secundum triplicem sui statum, triplicem & imaginem similitudinemque Dei referre homo potuit. In statu naturae conditus est homo ad imaginem & similitudinem Dei, quia anima tribus illis praclaris facultatibus, memoria, intellectu, & uoluntate, in una natura, sanctissimam praesignabat Trinitatem, Patrem, Filium, & Spiritum Sanctum in una essentia. In statu gratiae, ea regeneratione, qua fit homo nouus secundum Deum creatus, ad Christi imaginem & similitudinem, qui secundus est Adam, Dei ipsius similitudinem gestare ualuit. In statu gloriae, ipsummet Deum ea glorificatione, quam anima Dei uisione illustrabitur, tum corpus quatuor clarescet dotibus ad imaginem & similitudinem Christi glorificati, sedentis ad dexteram Patris in gloriae celsitudine, repraesentabit. Quinimmo imaginem & similitudinem Dei ea beatifica assumptione tanquam nanciscetur, quod rapierit in ipsum Deum, atque, ut ita dicam, deificabitur.

R. quiescit Deus die septimo; benedixit, & sanctificauit eum.

Requiescit Deus ab omni opere & studio, quo & hominem ad gloriam prouehere, & Ecclesiam triumphantem sublimare decreuerat, & beatos die illa sabbathi aeterna, bene dictionibus omnibus locupletatos reddet, & sanctificatione ea decorabit, qua ablegato expulsoque omni peccato, a gratia & gloria Dei decidere nunquam poterunt.

Contemplatio de Creationis beneficio.

Deo gratias esse reddendas de beneficio creationis.

Cum singulare, praestantissimum, atque praecellentissimum creationis munus nobis nil tale promerentibus, vel efflagitantibus, a Deo collatum necum ipse perpendo, summo stupore afficio, quod Angelos indefessè laudibus diuinis incumbere conspiciam, hominem uero non id perpetuo curare, ut uberes Deo exoluat gratias. Naturale siquidem est omnium institutum, uix ipsa accepta gratia, in laudes benigni largitoris prorumpere: ita Maria, puellaque Hebraea, prostratis in mari Rubro Aegyptijs, parua uendicataque libertate, canunt: Anna suscepto Samuele, singulares Deo gratias respondit: Tres pueri superato in fornace igne, Domino benedicunt: Ezechias prorogata, protractaque uita, Deum celebrat: Dauid post tot arumnas adepto regno, modulationibus insistit: Zacharias soluto ore in celeberrimum illud Canticum prorumpit: Benedictus Dominus Deus Israel, &c. Aues ut exorientem Solem, fulgentissimoque lucis radio Mundum illustrantem, tenebras, horroremque fugantem conspiciunt, incredibili perfusa letitia, quasi gratias agentes, spiritum ferè omnem suum per iteratas uoces efflant, atque emittunt. Applaudit canis gemitibus, atque blanditijs domino etiam illi praebente. Exultat igitur & homo, qui tam inclita luminaria, cuiusmodi sunt Sol, Luna, Stella, micantissimo fulgore collucida; qui tam immensum solum, ut terra est uiroribus exornata; tam praclarum theatrum, nempe Mundum; tam inclitos seruos, scilicet pisces, aues, & animantia cuncta; quin & germina ad suam iucunditatem & comodum a Deo accepit, Deum ipsum laudibus efferre non negligat, nec tanti beneficii facile immemor, liberalissimi obliuiscatur datoris. Caeterum Dauid diuina beneficia iugiter mente reuoluens, nos ad laudes Deo exoluendas saepius poscit, & inuitat; sed praecipue ad referendas conditori de hoc creationis beneficio gratias excitat, cum ait: Laudate Dominum de Coelis, laudate eum in excelsis.

Luc. 1.

Deo laudes reddere Dauid nos docet. Psal. 148.

Inde

Inde adeo singulares tam canentium choros, quam in organis etiam musicis suauè modulantium recentet, ut quin in praesentiarum id adducam, facere non possim. Primum namque inducit duos cantantium choros: Dein cantici argumentum apponit, quasi motectum, ut aiunt, in organis decantandum: Postmodum canentium ordines ita disponit, ut alios è Coelis euocet dicens: Laudate Dominum de Coelis: alios de terra; Laudate Dominum de terra dracones, & omnes abyssi: seu, ut Ioannes Chrysofostomus Homilia in hunc Psalmum tradit, utrunque Mundum uocat, supernum & inferum, sensilem, & eum qui percipitur sola intelligentia; adeo ut in Orbe omnia diuinas resonent laudes. In superno choro octo creaturarum genera connectit, spirituum duo, Angelos, & Virtutes: Laudate eum omnes Angeli eius, laudate eum omnes Virtutes. Sed ut quid ex nouem Angelorum ordinibus, tantum duos accersit choros, scilicet Virtutum & Angelorum, praetermissis alijs septem? Satisfaciunt Patres, asseuerantque, Angelorum nomine omnes cuiuscunque ordinis spiritus (quod omnes communi nomine Angeli passim nuncupentur) & Virtutum nomine, eisdem ut exercitus intelligi.

Chori duo Deo canentium descriptur.

Angelorum & Virtutum nomine quod capiendum.

I O A N N E S Chrysofostomus Homilia in Psalmum centesimum quadragessimum octauum.

A supernis autem prius incipit, dicens: Laudate eum omnes Angeli eius: Laudate eum omnes Virtutes eius: Alius, Omnes exercitus eius. Dicens Cherubin, Seraphin, Dominationes, Principatus, Potestates. Hoc est animi ualde incensis; hoc ardentis amoris, omnes excitare ad laudandum eum, qui desideratur; hoc animi, qui magnam affiduè capit uoluptatem in cogitatione de Deo, qui stupet & miratur eius gloriam.

H I E R O N Y M V S pariter in eandem proficiscitur sententiam, Angelorum, & Virtutum nomine omnes spiritus coelestes generaliter intelligi, nam Expositione in hunc Psalmum ait.

Quia ad laudes Dei Angelos prouocauimus, & homo cunctarum Virtutum nomen scire non potest, generaliter dico; Laudate eum omnes Virtutes eius: Hucusque de inuisibilibus; Laudate eum, qui estis inuisibiles.

T H E O D O R E T V S pariter in eundem Psalmum, tum Angelorum, tum Virtutum nomine, totam Angelicam naturam comprehendit, his edocet.

Angelos quidem, ut potè qui diuina uerba transmittunt; Virtutes uero, quippe quae corporis affectibus careant, & iussa perficere possunt. Potentes enim, inquit, fortitudine ad faciendum uerbum eius; totam eius naturam intelligibilem per haec nomina comprehendit.

A N S E L M V S Laudunensis in Glossa Interlineari.

Laudate eum Angeli eius; Laudate eum omnes Virtutes eius; generale nomen omnium spirituum coelestium.

Hanc prosequuntur sententiam ex Patribus uetustioribus quamplures. Non desunt autem ex neotericis, qui Angelorum nomine cunctos ciues coelestes, & Virtutum nomine ipsum singularem Virtutum ordinem inuitari asserunt.

L Y R A N V S in Postillis.

Laudate eum omnes Angeli eius. Qui sunt in tribus hierarchijs, & nouem ordinibus. Laudate eum omnes virtutes eius. Ad laudem Dei inuitatur specialiter ordo Virtutum, quia per Angelos illius ordinis sunt effectus mirabiles in admirationem diuinae potestatis homines inducentes, per consequens ad eius laudem.

Hec ipsa Hugo Carenfis.

Origenes, & alij, qui astra anima praedita esse autumant, Angelorum nomine, spiritus coelestes, Virtutum uero uocabulo, aitorum animas intelligendas esse censuerunt. Sed tutior, probatiorque est caeterorum Patrum sententia.

Inuitatis supernis spiritibus, secundo loco coelestia splendescantia lumina accersit: cum inquit: Laudate eum Sol, & Luna; Laudate eum omnes stellae, & lumen. Sed quorsum lumen? nunquid lumen a Sole, Luna, & stellis est seiunctum quid, & separatim? Patres sic interpretantur.

Luminis nomine quid in Psalmo intelligendum.

I O A N N E S Chrysofostomus Homilia in Psalmum centesimum quadragessimum octauum.

Laudate eum omnes stelle & lumen. Alius; Stella lucis.

T H E O D O R E T V S in Psalmum ipsum.

Laudate eum. Symachus sic explanauit; Laudate eum omnes stelle luminis; sic etiam caeteri.

Existimant

Existimant alij additum fuisse, Et lumen, non quod per seipsum consistat, sed quod luminaribus sit attributum, atque ex ipsorum natura non profuerit.

THEODORETUS vt supra.

Atque secundum Septuaginta sic est intelligendum. Prima die lux Deus fecit; quarta vero luminaria; & propterea seorsum luminis mentionem facit, non quod per seipsum consistat, sed quod luminaribus attributum sit.

Luminis nomine arbitrati sunt alij lucem effulgentem in crepusculis, hoc est, alborum serotinum, & matutinum hoc loco capi.

HIERONYMUS Commentarijs in hunc Psalmum.

Dicit aliquis; Quid est lumen sine Sole, sine stellis, sine Luna? Dicere possumus inter noctem & diem, vel inter diem & noctem, absque Sole lucet: licet multi putent ipsum splendorem Solis esse. Dicit igitur; Laudate eum omnes stellae, & lumen; vt quomodo de invisibilibus dixerat; Laudate eum omnes Virtutes eius, sic & de visibilibus dicat; Laudate eum omne quod lucet.

CASSIODORUS alteram excogitauit interpretationem, cum dixit, ut citatur in Glossa Ordinaria.

Per lumen accipit omnia lumen habentia, quae dinumerari non possunt.

Ceterum de his iudicium ferre, non est nostrum negocium.

Memoratis Angelis, & Virtutibus ex ciuibus caelestibus, Sole, Luna, stellis, & lumine ex astris, inuitat & Coelos, cum adijcit; Laudate eum Coeli Coelorum, & aqua omnes laudent nomen Domini: Sed quid nomine Coeli Coelorum intelligit? Diffiniunt alij nomine Coeli Coelorum, Coelum, quod vnum est, intellexisse Moysen, ex phrasique Hebraea, plurali nomine id nominasse.

CHRYSOSTOMUS in eodem loco.

Coelos autem Coelorum hic dicens, non ostendit multitudinem, sed idem etiam dicit Coelum Coeli: Hebraeorum enim lingua, Coeli, dici consuevit, sicut etiam alibi dicit; Coelum Coeli Domino, terram autem dedit filiis hominum.

THEODORETUS idipsum Commentarijs in hunc Psalmum.

Ceterum Coelos multitudinis numero nuncupauit, non multos hos esse ostendens, sed Hebraeorum vocem sequens: illi enim multitudinis numero hos vocant, quemadmodum nos Athenas, & Thebas dicimus. Denique quas hic Coelos Coelorum vocauit, alibi Coelum Coeli nuncupauit, Coelum enim, inquit, Coeli Domino.

Malunt alij caelestia corpora, quae plura sunt, Dauidem intellexisse.

HIERONYMUS Commentarijs in hunc Psalmum.

Plures Coelos dicimus; denique Apostolus vsque ad tertium Coelum raptum se esse dicit. Videte igitur quantum fulgor est, vt Coelum Coeli sit. Et caetera quae sequuntur, dixit de invisibilibus.

GLOSSA pariter Interlinearis.

Laudate eum Coeli Coelorum: pluraliter, quia plures sunt Coeli.

Neotericialia uia incedentes, vt Lyranus, Coelum Coeli nomine, Empyreum capi iudicant.

Dicitur enim Empyreum Coelum, Coelum Coelorum, quia est super alios Coelos. Quod autem ponitur hic Coeli in plurali, hoc est propter diuersas mansiones electorum ibi existentes, secundum quod dicit Saluator; In domo Patris mei mansiones multae sunt.

Ambigere etiam possemus, quidnam nomine aquarum capere debeamus. Patres (ut videre est in attestacionibus Chrysoctomi, & Theodoret, quibus consentiunt ferè omnes praefici) naturales aquas super Coelos astrigeros delatas decernunt: è contra verò nuperi crystallinum quoddam Coelum intelligunt. Vnde Lyranus ait; Cõsequenter inuitat crystallinum Coelum, quod dicitur aqueum propter similitudinem in diaphaneitate. Subscribunt cuncti ferè scholastici. Rursum Origenes, Gregorius Nyssenus, aquarum supercaelestium nomine, Angelos intelligendos autumant. Nos communiori, vulgataque sententia Patrum inhaerentes, Coeli Coelorum nomine caelestia corpora, siue vnum, siue plura sint; & aquarum nomine super Coelos confidentium aquas ipsas naturales capiamus. Habemus igitur supernum chorum, siue supernum Mundum accersitum à Psalmographo. Isq; est spirituum caelestium innumerabilis exercitus, astra omnia coruscantia, caelestia ipsa corpora, & aqua super ea collocata.

Enumerato autem superno choro, infernum aduocat, cum dicit; Laudate Dominum de terra. Sexdecim conueniunt creaturarum genera; dracones, abyssi, ignis, grando, nix, glacies, venti, montes, colles, ligna fructifera, cedri, bestiae, pecora, serpentes, & volucres

Celi Coelorum nomine quid accipit dum.

Psalm. 113.

Ioan. 14.

Aquarum que super Coelos sunt nomine quid intelligatur.

Ignes pennatae, hominumque diuersi status. Nonnulli draconum, & abyssi nomine, infernum, & Daemones interpretati sunt; sed perperam; nec enim opus est ad laudes eos accersiri diuinas, qui Deum blasphemant; nec eo loco censendum est celebrari praeconia Dei, ubi nullus ordo, sed sempiternus horror inhabitat.

Ceterum Patres vna consensione tam veteres, quam posteri, capiunt. abyssi nomine, mare; & draconum voce, immensa molis in ipso conditos pisces. Primum igitur à profundiore regione accolae uocat Dauid, & praecipue ex mari, scilicet dracones, quoniam ipsos memorat historia Genesis. Creauit Deus cetera grandia. A profundo maris ad superiorè Orbis plagam transiit, & ignem tertio loco exposcit; inde ad mediam rediens, aeris impressione inuitat, cum adijcit; Grando, nix, glacies, spiritus procellarum, quae faciunt verbum eius, hoc est, venti & flatus procellas commouentes ad Dei nutum. Vnde Theodoretus in eodem loco: Sanè in aere & grando, & nix, & glacies sit, & vehemens venti. Et haec sanè suis nutibus cedunt. Ex terra tandem montes & colles, ex uirescentibus ligna fructifera; sed praecipue, ut inter ipsa nobiliores omnes cedri euocantur. Ex animantibus verò bestiae, immania videlicet bruta; & pecora, hoc est, mitiora; & serpentes, omnes animantes, quae humi repunt. Tandem & volucres omnes pennatas, quae uolitantes super aërem, terram colunt, singulariter exposcit. Nullum igitur est elementum, nulla sedes, nulla regio, ex qua Psalmographus praestantiores creaturas ad persoluendas Deo laudes, rependendasque de creationis beneficio vberes gratias, non inuitet. Tandem & ultimo loco hominem accersit, vt cunctorum regem, atque principem, compellitque accedere primum sublimiores reges, principes, iudices; & deinde omnes populos, sed praecipue iuuenes, uirgines, & senes. Conuocatis cunctis rerum generibus ex omni fede, & loco, ipsisque ad laudes diuinas adhortatis in psalmo centesimo quadragesimo octauo, in sequenti deinceps psalmo eadem ad concinendum inuitat, cum ait; Cantate Domino canticum nouum, laus eius in Ecclesia sanctorum; cantareque hortatur non canticum vetus, sed canticum nouum. Insuper & pluribus organorum generibus, ipsas modulationes aspicere edocet, in alio psalmo; cum ait; Laudate eum in sono tubae, laudate eum in psalterio, & cithara: octoque genera memorat organorum musicorum, ut amplissimum concertum undequaque possint effundere; in ipsis enim cuncta genera modulationum comprehensa esse voluit.

AVGVSTINVS Enarratione in Psalmum centesimum quinquagesimum.

Nec praeterendum existimo, quod Musici dicunt, & res ipsa manifesta est, tria esse genera sonorum, voce, flatu, & pulsu. Voce, vt est per fauces & arterias, sine organo aliquo cantantis hominis; Flatu, sicut per tibiam, vel quid eiusmodi: Pulsu, sicut per citharam, vel quid eiusmodi. Nullum itaque genus hic praetermissum est, nam vox est in choro, status in tuba, pulsus in cithara, tanquam mens, spiritus, corpus, sed per similitudines, non per proprietates.

Apud sacerdotes antiquae legis, leuitasque, cuncta haec musica organa usitata fuisse clarissimum est.

THEODORETUS enim de tuba haec habet in expositione Psalmi centesimi quinquagesimi.

Sacerdotale erat hoc instrumentum, quandoquidem sacerdotes tubis utebantur, tubas, quae in Synai monte fuerunt, in memoriam reuocantes. Et post. His symphonicis instrumentis olim leuita utebantur, Deum in diuino templo laudantes: non quoniam Deus horum sono oblectabatur, sed quoniam propositum eorum, qui haec faciebant, amplectebatur. Nam Deum minime cantibus & sonis delectari audiuimus ipsum Iudeis dicentem; Auerte à me sonum cantionum tuarum, & vocem organorum tuorum non audiam.

Qua uerò de causa haec ipsis Deus crediderit, seu permiserit,

CHRYSOSTOMUS Homilia in hunc Psalmum his explicat.

Illam autem instrumenta tunc illis permissa fuerunt, & propter eorum imbecillitatem, & quod eos in charitate & concordia contemperarent, & mentem eorum excitarent, vt libenter facerent, quae eis erant utilia: & quod per talem animi delectationem uellet eos ad maius studium adducere. Cum enim Deus intelligeret quam essent illiberales, socordes, & supini, eos hac ratione excitare uoluit, eorum in assidendo labore, & assiduitatem incunda moderatione temperans.

Notissima ferè sunt haec enumerata à Propheta organa musica. Ambigunt tamen eccc aliqui,

Draconum & abyssi nomine in Psalmo quid capiendum.

Psalm. 149.

Psalm. 150. Organa musica Dei laudibus à Dauid enumerata.

Chori nomi
ne quid expo
neudum.

aliqui, quid nomine chori intellexerit, cum existiment, chorum instrumentum de co-
rio confectum duas fistulas, altera, qua inflatur, & altera, qua sonum emittit, habentē,
Latinè forsan, tibia, nuncupatum. Sed passim Patres chori nomine, plurium vocum co-
centum capiunt.

HIERONYMVS enim in Psalmum centesimum quadagesimum-
nonum ait.

*Vbiunque chorus est, ibi diuerse voces in vnum canticum congeruntur. Quomodo enim diuerse chordae,
vnam vocem efficiunt cantici: sic & diuerse voces, hoc est, cum simul fuerint congregatae, chorum Domini
efficiunt: Laudant nomen eius in choro.*

Ceterum nobis, ut amplissimam hanc modulationem ex concentu omnium creatu-
rarum canentium & pulsantium explicemus, differendum est, quid sit laudare, quid
canere, quid instrumenta pulsare, quid tandem voces, quid instrumenta hæc signifi-
cent, & demonstrent.

In Ps. 148.

Matth. 5.

1. Reg. 2.

Exod. 15.

Laudat Deus
tripliciter.

Creaturæ ra-
tionis exper-
tes quomo-
do Deū lau-
dant.

Creaturæ my-
stico concei-
tu cantu pla-
num profe-
runt.

Rom. 1.

Angelus quo-
modo Deū
laudat.

Homo quo-
modo canet
Deū laudās.

CHRYSOSTOMVS hæc mirificè explicat, cum ait.

*Duo sunt modi laudandi, gloriaque, & honore affiendi; vnus quidem per verba, alius verò per ipsum.
Hic accedit etiam tertius, qui est per vitam, & rectè facta. Nam hominibus non solum loquentibus, sed
etiam tacentibus, gloria Deo offertur: quemadmodum Christus quoque dicit; Luceat lux vestra coram homi-
nibus, ut videant opera vestra bona, & glorificent patrem vestrum, qui est in Cælis. Et rursus; Glorifican-
tes me glorificabo. Est etiam quæ fit per linguam glorificatio, sicut enim Moses glorificauit cum Maria
dicens; Cantemus Domino, gloriosè enim glorificatus est. Est etiam quæ fit per ipsam creaturam, ut hic
ipse dicit; Cæli enarrant gloriam Dei, & opera manuum eius, &c. Ita hic etiam laudat eum creatura, pul-
chritudine, positione, magnitudine, natura, vsu, mysterio, perseverantia, utilitate, quæ ex ea proficitur.
Quando ergo dicit; Laudate Dominum Angeli, Virtutes, Cæli, Luna, Sol, Stelle, aqua quæ est super Cælos,
hoc dicit, vnumquodque eorum quæ facta sunt, dignum esse sapientia effectoris, & esse plenè magno miraculo.*

Laudare igitur Deum, eiq; persoluerè præconia, canere, & pulsare, triplici modo cõ-
tingit, per prosopopæiam, plectro lingue, & vitæ harmonia. Laudat, canuntq; Deo crea-
turæ rationis expertes per prosopopæiam. Angelus laudat, & canit lingua Angelica. Homo
laudat, canit, & pulsat, tum voce, tum vita. Condita à Deo creaturæ oēs, quæ Mundū
replent, Dei laudes persoluunt, canuntq; quod natura sua, magnitudine, pulchritudi-
ne, manantibus ab eis affectibus, non interrupta sua perpetuitate, & præstita nobis uti-
litate, monumenta sint, siuè notæ hieroglyphicæ, seu lumina coruscantia potentie, sapientie,
& bonitatis Dei immensæ, ex quibus natura ipsa intellectu insignita, Angelus
& homo ad diuinas excitatur celebrandas laudes, & præconia. Canunt igitur creaturæ
hoc in concentu cantum (vt aiunt Musici) planum, notis, seu sonis grauibus æqualibus,
quod ferant naturas suas, & effectus ab ipsis progenitos, seu operationes manantes im-
mutabiles, conformes, atq; inuariabiles, vt ab intelligentia non errate ductas, ipsarūq;
notæ, ac soni sunt basis, super quam discurrunt Angeli, & homo, cum ex eorū meditatio-
ne ad laudes exurgunt diuinas, iuxta Pauli testimonium; Inuisibilia enim Dei, per ea
quæ facta sunt intellecta conspiciuntur, & est, vt Musici aiunt, contrapunctum formare.
Angelus porrò laudat, & canit, non quidem lingua humana, quod expers sit corporis,
sed angelica, qua conceptiones suas Deo aperit, laudatq; Deū, & celebrat diuina enco-
mia. Angelus profectò mox vt emanauit, à cognitione vespertina, qua (ut inquit Augu-
stinus) seipsum, cæterasq; à Deo productas creaturas contemplantatur, ad clarescentem
matutinā conscendit, in laudesq; factoris, opificisq; Dei prorupit, benè cecinit, in ipsaq;
adeò se effudit cantilena, vt ad gloriā vêtus perenniter decantet: Sanctus Sanctus, &c.
Lucifer, qui nō ad repēdendas Deo gratias se extulit, sed suo fastu tumens à Deo descen-
dit, uti modulationis ignarus, ita à concentu defecit, quod pulsus, extorrisq; factus est à
regia illa sede, qua beati perenniter canticū Deo nouū persoluunt. Ceterum homo cā-
tat, & pulsat, quod ipsi soli, & meditatione Deū celebrare, & vitæ sanctitate gloriā Deo
præstare datū sit. Cantat cum meditatione sola, seu meditatione & uoce in Dei laudes
prorumpit: Nam psallam spiritu, hoc est, uoce; psallam & mente, id est, meditatio-
ne. Qui nanque uoce tantum etiam alternatis in choris, & non mente simul psallit,
certè non cantat, sed similis est tibicini, qui sonum efflat, sed verba non distinguit, nec
exprimit, vnde quid dicat, comprehendi minimè potest: pari enim euentu & bruta
sibi insitas propensionēs non articulo sono proferunt, & indicant. Rursum, qui

qui uoce tantum psallit, simulque terrena, seu carnalia, & sæpe obscæna animo peruol-
uit, similis est militibus impijs, atque procacibus Christi illusoribus, qui Aue Rex Iu-
dæorum proferebant, & consimul alapas ei dabant. Verum qui exoptat bene canere,
canticum nouū cantet, hoc est, renouari studeat in nouum hominem, seu nouam crea-
turam; sordescit enim laus Dei in ore infidelis, uilescit in ore peccatoris.

CHRYSOSTOMVS Homilia in Psalmum centesimum quadra-
gesimum nonum.

*Dictum est noui testamenti nouum canticum. Facta sunt enim tunc noua omnia. Testamentum; Dabo
enim, inquit, uobis testamentum nouum. Creatura; Si qua enim, inquit, in Christo noua creatura. Homo;
Exuentes, inquit, uetere hominem, & induentes nouum, qui renouatur in agnitionem secundum imaginem
eius, qui creauit ipsum. Propter nouam ergo vitam, & alia omnia, dicitur nouum testamentum, & nouum
eius canticum adhortatur nunc canere Propheta.*

Psallens uoce
tantū, illusor
est Christi.
Homo ut be-
ne canat Dei
laudes quid
aget.

Hier. 31.
1. Corint. 5:
Coloss. 5.

AVGVSTINVS Enarratione in eundem Psalmum.

*Vetus homo, uetus canticum: Nouus homo, nouum canticum. Vetus testamentum, uetus canticum: No-
uum testamentum, nouum canticum. In ueteri testamento promissiones sunt temporales & terrene. Quisquis
terrena diligit, uetus canticum cantat: qui uult cantare canticum nouum, diligit aterna. Ipsa dilectio noua
est & aterna: ideo semper noua, quia nunquam ueterascit.*

ARNOBIVS Commentarijs in Psalmum centesimum quadagesi-
mum nonum.

*Cantamus Domino canticum nouum, quando in nouitate uitæ ambulamus in Ecclesia sanctorum, & exem-
plo uitæ, ac morum nostrorum adificationem dominicæ congregationi exhibemus, latantes non in gloria Mun-
di, neque in diuitijs sæculi: sed in eo, qui nos fecit, dum nascemur.*

Qui igitur meditationem de Deo condigne habere exoptat, cantet canticum no-
uum. Deinde ipsi expedit, ut in Ecclesia sit. Laus eius, inquit, in Ecclesia sanctorum. In-
fidelium igitur nullus, quanquam acutissimi ingenij Philosophus, meditatione Deo
laudes persoluerè potest, quoniam fidei, seu lumine fidei non illustratur, Deumque at-
tingere proforsus nequit. Deinde non tantum numero, sed & merito in Ecclesia esse stu-
deat, meditatio enim peccatoris canticum Deo gratum nō est, quia in meditatione eius
nō exardescit ignis. Speculationes quippe potest proferre veras, cum lumine fidei im-
butus sit, sed in ipsis nō exardebit ignis charitatis, qua amore diuino in Deum rapi, & no-
uitate uitæ sanctæ ambulare ualeat. Vnde Dauid: Cantate Domino canticum no-
uum, laus eius in Ecclesia sanctorum. Laus igitur Dei, tandem in Ecclesia est cati-
lica & apostolica; neque uerò apud omnes in Ecclesia degentes, sed tantum apud
sanctos. Porrò homo non tantum canit, sed & pulsat, ipsique persoluerè gratias Deo da-
tum est non modò meditatione, uerum & uitæ sanctitate, morumque probitate. Quan-
do enim uniuersorum parens, ac Mundi fabricator Deus hominē construxit, corpus ei
præstitit tanquā instrumentum musicæ, ut eius pulsatione, hoc est, ipsius operationibus
modulationem suauem sanctitatis & probitatis proferret. Sed quænam sunt hæc octo
organorū genera, nisi membra ipsa, quæ pulsat homo, cum ipsa bene moderatur & regit?

Homo quo-
modo spiri-
ritu canat &
pulsat.
Organa mu-
sica quæ sint.

CHRYSOSTOMVS id elegantissimè explicat.

*Quemadmodum ergo Iudæis per omnia instrumenta: ita nobis precipit laudare Deum per omnia membra,
per oculos, per linguam, per aures, per manus. Quod quidem Paulus quoque significat, dicens; Exhibete cor-
pora uestra hostiam uiuam, sanctam, Deo beneplacentem, rationabilem cultum uestrum. Laudat enim oculus,
quando non intuetur impudicè: & lingua, quando psallit: & auris, quando improbas cantilenas, & accusa-
tionem proximi non suscipit: & mens, quando dolos non struit, sed scætet charitate: & pedes, quando non cur-
runt in uitium, sed ad res bonas gerendas: & manus, quando non ad furta & rapinas, nec ad pulsandum &
uerberandum, sed ad eleemosynam & eos defendendos quibus fit iniuria, extenduntur. Tunc enim sit homo nu-
merosa ciuitas, numerosam quandam modulationem Deo offerens.*

Hom. in psal
150.
Rom. 12.

Verum & octo hæc instrumentorū musicorū genera, diuersas uocationes, diuersaque
dona, quibus fideles exercentur, præsignare, indicareque possunt. Laudant Deum in so-
no tubæ Præcones uerbi Dei, qui quasi tuba clangentes, exaltant uocem suam, tibici-
nesque sunt Dei, cum eius afflatu loquuntur; hiq; maxime referunt exoptatum fructū,
si ut milites Gedeonis tuba strepentes, lagenas frangunt luteas, ut lumen resplendeat;
mortificatione, inquam, carnem conterunt, ut exemplo emicent. Laudant in Psalterio
Cenobitæ, & contemplatiui; ut enim psalterium à summo reddidit sonum, ita isti mente

extasi quandoque etiam in Cœlum delata, Deo gratias persolunt: & hi egregiè sonant cum Dauid ante arcam, cœlesti iucunditate perfusi. Laudant in cithara iusti & pii, qui animi passionibus septem sedatis, ab ipsis se efferrè, iactari, præcipitariq; non sinunt; hiq; cum Dauid citharædo spiritum malum à Saule expellunt, quod suo exemplo & causa, efferatarum cupiditarum homines coërceantur, & temperentur. Laudant in timpano heremita; & qui ita carnis illecebras asperitate uitæ retundunt, quod humido, fomite scilicet excusso, ex carnis puritate melodiâ suauè reddunt; hiq; cū Elia ab Angelo pascuntur, gratia scilicet singulari à Deo perfunduntur. Laudant in choro, qui pacis, humanitatis, concordiaq; sunt æmulatores, pluresq; uoces, idest, animos in vnum redigunt; hiq; trahunt mortales in funiculis Adâ. Laudant in choris reges, principes, atque pastores, qui benè præfunt, ac leges, quæ homines ligant, æquas, & proficuas promulgant. Sed heu, quòt cū Pharaone legibus impijs, atque iniquis, Dei populum in operibus duris luti & lateris affigunt, delictis leuibus grauissimas indicentes pœnas, in eaq; fucato zelo, acriori animaduersione puniendâ intendunt? Laudant in organo, qui suaui flari pias correptiones, reprehensiones, adhortationesq; in proximos habent. His non in igne nimij zeli, nec in uento acrium verborum, nec in commotione iræ, sed in sibilo auræ tenuis, nempe in lenitate corripere incumbit. Laudant tandem in cimbali benè sonantibus, atque iubilationis, qui sapientia cœlesti præditi, tanta pollent perfectione, ut tūm nitè actiue, tūm contemplatiuæ munera cumulatè absoluant. Laudant in cimbali benè sonantibus, cū uitæ fulgent probitate, in cimbali iubilationis, cū ad contemplationis iucunditatem attingunt, amictuq; pontificio, & Aaronis induti, tintinabula & mala punica simul deferunt, idest, nomen illustre, sanctamq; conuersationem.

Adam moderator concentus.

Insignis porrò hic cœlestis, terrestrisque chori aggregatus concentus sine moderato re esse non poterat: quapropter à Deo moderator constitutus est Adam; hic citharâ pulfabat suauissimè iustitia illa indita, qua passiones animi (quæ plures in anima, quasi chordæ in lyra enumerantur) mirificè inter se concordēs conueniebant, ad suumq; sibi cōpetentem concentum erant adaptatæ; & ratio quasi moderatrix, prudentiæ ductamine, operibus quasi manibus pulsantibus, modulationem suam promebat; ipseque musicam ductabat, & cuncta dulcem referebant melodiam, laudationumq; Dei suauem concentū prodebant. At verò peccati prisca illius causa, chordæ inferiores laxatæ, à superioribusq; dissonæ effectæ, passiones scilicet à ratione discordes, quod fortè concupiscentiæ æstus nimis eas arefecerit, dissoluta est ea modulatio, & harmonia, quam homo sua cithara reddebat, affectus rationi, ratioq; ipsi Deo obtemperare neglexit; quo factum est, ut deficiente moderatore, cuncta canentium creaturarum classis, si non conticuit, saltem non ita consonum, atque stabilem inde reddidit modulatum, simulq; homini obsequium. Verum diuinæ bonitatis gratia, secundus Adam è Cœlo cœlestis superuenit: ut tantam restauraret modulationem, atque in patibulo crucis, citharæ chordas ad suum redegit concentum, cū sua iustitiâ omnem humanam soluerit iniustitiâ, atq; ut ad pristinam æquitatem, iustitiâq; redire posset, facultatem ipsi impertiuit: unde & iterum moderatori mûsices homini ipsi incumbit (si ita ipsi libet) contemplatione suauiter canere, & uitæ sanctitate dulciter pulsare, & ipso iustè modulationem proferente, ceteræ etiam creaturæ à suo non desistunt cantu.

Canticū creaturarū in Dei laudem.

Sed quodnam triumphale carmen musici isti iucundissimo hoc, & miro prorsus cōcentu proferunt? Audias. Superius chorus, seu cœlestis decantat: Ipse fecit nos. Et inferus, siuè terrestris respondet, quasi echo; Et non ipsi nos; sonusq; fit ad eò ingens, ut cōmoueantur cardines domus à uoce clamantium. Iubilat enim, & applaudit Mundus totus, cū Dei præconia iustè efferuntur. Ipse fecit nos sua immensa potentia, personat superius chorus; Et nō ipsi nos cū nihil essemus, iterat inferus, ueluti echo. Ille; Ipse fecit nos inenarabili sapientia; Ille; Et non ipsi nos, quòd in tenebris confusionis obuoluebamur; Ille; Ipse fecit nos infinita bonitate; Ille; Et non ipsi nos, quòd nil tale promerebamur. Consimul omnes; Ipse fecit nos; Ipse fecit nos; Ipse fons uitæ; nos entia emanantia. Ipse fons sapientiæ; nos in ordine mirifico. Ipse fons bonitatis; nos in ipsum proficiscentes. Quapropter Sanctus; Sanctus, &c. Omnis igitur spiritus laudet Dominum; idest, Iudæus,

dæus, & Gentilis, ut exponit Theodoretus; seu Angelicus, & humanus, ut interpretatur Glossa; seu spiritus, & non caro; seu id quod est in anima sublimius, quod cœlestia sapit, quod æterna capit, ut adnotat D. Augustinus: & hi sunt, qui spiritu Dei aguntur. Dicit igitur unusquisq; cum D. Augustino libro Meditationum, capite trigesimo tertio.

Da mihi lumen in corde, uerbum in ore, ut cor meum meditetur gloriam tuam, & lingua mea tota die canet laudes tuas. Sed quia non est pulchra laus in ore peccatoris, & quia uir pollutus labijs ego sum, munda, obsecro, os meum ab omni inquinamento: sanctifica me sanctificator omnipotens interius & exterius, & fac me dignum laudibus tuis.

Porrò labia spiritus duo sunt, intellectus, & affectus: hæc mundanda sunt non tantum calculo, sed & forcipe ignito, quia proscindenda est forcipe intellectus curiositas, affectus luxuriantes pullulantesq; illecebræ: forcipe uero ignito, ut igne charitatis exusti intellectus & affectus non amplius tumescant, luxurieturæ; nam precipue cupiditates animi supernarum rerum amore, & infernarum timore, quasi duplici cultro, inuicem meditatione compresso, rescindendæ sunt, igneque diuini amoris ad eò contundendæ, ne amplius succrescant. Hercules apud Gentiles heros insignis, uiperæ capita abscissa facibus combussit, ne iterum enascerentur. Certè fomes uiperæ nostræ est, quæ concupiscentiæ uenenum infundit. Non igitur tantum mortificationis ense eius capita, hoc est, cupiditates sunt obruncandæ, sed & flamma diuini amoris exurendæ, ne renascantur. His igitur purgatis, spiritus noster dignas Deo laudes persoluet.

Cæterum in Mundi creatione duo nobis præcipue sunt collata beneficia, uita scilicet, & permanentia. Quapropter à Dauid argumentum id proponitur: Ipse dixit, & facta sunt; ipse mandauit, & creata sunt. Hæc de primo. De altero autem: Statuit in sæculum sæculi, præceptum posuit, & non præteribit. Ut igitur quòd esse minus sit præcipuum, donumq; præclarum (quanquam his dederit quidem esse clarius, alijs autem obscurius) intelligamus, gradus rerum productarum contemplemur, & quomodo præstantissima sint singula naturarum conflatarum à Deo satore generata differamus. Salomon thronum fecit sibi de ebore grandè, & uestiuit eum auro fuluò nimis, & habebat sex gradus. Thronus Dei Salomonis nostri ipsa est eius maiestatis diuinæ eminentia; de ebore compactus est, quòd sua natura candoris puritate excellat; redimitus est auro fuluo nimis, nimio quippe maiestatis fulgore explendescit. Quis enim intendere in eum potest? Mosi efflagitanti, & tam feruidè nitorem facerrimæ essentia, fulgoremq; maiestatis conspicerè exposcenti dictum est; Non uidebit me homo & uiuet. Datumque est ei tantum per foramen petrae posteriora intueri; hoc est, effectus, ut edissererebas in Præludijs. Unde & seniores vigintiquatuor nimio candore & fulgore obruti, conterritique in conspectu throni ceciderunt in facies suas, & adorauerunt Deum. Porrò qui ad huius maiestatis contemplationem ascendere exoptat, cū ea, quæ inuisibilia sunt, per ea, quæ facta sunt uisibilia, quoquomodo inuestigentur, conscendendum est per sex gradus, sex rerum creaturarum genera, alterum enim altero sublimius est, quòd magis ad ipsam excelsam Dei sublimitatem accedit. Audias igitur quàm mirifica hæc genera rerum sint; & intelligas quàm singulare existimandum sit beneficium creationis, quo naturas impertiuit his quidem clariùs, illis autem obscuriùs. Primum à solo, seu à terra discedimus, cū ad primum gradū conscendimus. Primo loco igitur strata est post nihil (cuncta siquidem ex nihilo condita sunt) materies primæua, cuius conditio, ut inquit Augustinus, est inter esse, & nihil; & Philosophi ipsam nihil actu, potestate uero cuncta esse tradunt. Quæ certè quanquam entis, & non entis nomen sibi uendicare possit, maxima attamen est admiratione digna. Hæc siquidem est ut matrix cūctarum rerum, ex qua cuncta profiliunt, & in quam cuncta redeunt, quòd ipsa fons sit omnium formarum, quibus consistunt res uita insignite, & susceptrix omnium priuationum, quibus singula redeunt in ipsam: & hæc licet omnium infima sit, ad eò tamen mirifica est, ut necdum Philosophi quid uerè sit, indagare potuerint, sed per ablationem, negationemq; eam desinierint, quòd nec quid, nec quale, nec quantum, sed hæc omnia sit potestate; hanc sedem dixere quantitatum interminatarum, à quibus longitudo, latitudo, profundumq; confurgit; hanc appellant seminariū omnium formarum, ut dicebamus, qua prodeunt uiuentia ad generationem.

Labia spiritus duo, forcipe purganda.

Concupiscentiæ capita tanquam uiperæ rescindenda & adurenda.

Deus in creatione duo nobis contulit.

3. Reg. 10.

Exod. 33.

Apoc. 7.

Rerum sex genera sex gradus throni Salomonis.

Materia prima quid sit & eius natura.

Ex

Ex hoc substrato solo confcendimus ad primum genus eorum quæ sunt, hoc est, ad elementa simplicia, quæ quatuor ex quatuor primarijs qualitibus sibi immittis enumerantur; ignis caliditate, aër humiditate, aqua frigiditate, terra siccitate præpollens. Et hæc quatuor amplissimum hoc spatium Vniuersi à cœlestibus sphaeris conclusum sibi vendicarunt, cum ignis vt leuissimus supernam sedem petierit; aër, vt leuior altera; aqua, ut grauior, & terra grauissima domicilium infimum, librata in centro, firmæ, & inconstans. Matrices sunt hæc corpora simplicia cunctorum à natura genitorum, quæquam & quæ eorum forma sit specifiça (vt inquit in scholis) non adhuc sit exploratum, atque sancitum; neq; an mixta ingrediantur virtute, vt D. Thomas existimauit, an forma, vt subtilis Scotus asseruit. Rursum, an hæc, quæ visuntur, pura sint elementa; an quatuor, uel tantum tria, vel etiam duo, continuo disceptant Philosophi. Sed quænam præconia digna Deo exoluemus de tam mirifico rerum genere? Et quanquam infimum sit, quis mirificam eius præstantiam excellentiamque celebrare poterit? Contempleris, precor, terram locatam in media Mundi sede, solidam & undiq; ipsam in se Dei nutibus conglobatam. Quot floribus redolentibus; quot herbis mirificis uirtutibus præditis; quot arboribus frugiferis sit induta; quot fontibus perennibus; quot liquoribus perlucidis; quot amnis liquidis irrigetur; quot montes celsos extoliat; quot colles amœnos protendat; quot campos dilatet; quot animantium species gignat; alat; tueatur, sustineat, ferat; quot metallorū, marmorū, coruscantiumque; gemmarum genera in utero conglutinet, ac concipiat. Quod si tam pulchra in hoc despecto elemento contemplari possumus; quid in sublimioribus; qui odor, quæ suauitas, quæ uoluptas ibi non reperitur? Inspicias, precor, rerum fontes, fluminū domos, terrarum lac, idest maria omnē terrā irrigantia, semper quidem effluentia, & refluentia, sed nunquam arenosas oras tumescētibus fluctibus transgrediētia. Hæc tot genera piscium recedunt, tot insulas varias sepunt, tot naues vastas ferunt ad mortaliū diuitias, voluptatesque; explēdas. Intuearis aërem, lucis, ac tenebrarum vicissitudine modò serenitate emicantem; modò nubibus refertum, nonne tibi summū stuporem incutit, cum effluens huc & illuc, tot ventorum genera efflat, cum nubes densat, fulgura iacit, coruscationes exalat, tonitrua euomit, imbres, niues, grandines ad terram alendam, ditandam effundit, ac elargitur? Attollas mentem ad ignem, quàm sit lucidus, leuis, efficax, vnde in eo insint claritas, agilitas, calor; quantum fulgeat, euolet, ascendat, viuificet, absumat, ac deuoret. Hoc & in genere illud à domicilijs nostris altissimum, omnia cingens; illud corpus quod est determinatio Mundi; illud corpus supernum, collucidum, flammatum, quod nunquam exorbitat, tantò sublimius elementis, quantò illa corruptioni magis subiaccit, hoc uerò ab omni perstat mutatione alienum. Hæc enim vt coimmota; illud ut causa motrix, quod luce & motu hæc moderetur inferiora. Hæc impressionibus obruta; illud nullam admittit peregrinam impressionem. Hæc perpetua agitata alteratione; illud inalterabile. Hæc motu sub & supra; illud circumlatione perfectissima motione uoluntatur, de quo quidem Philosophi sancire adhuc & decernere nequiverunt, quanam ex materia constet; num ex eadem qua inferiora, an sublimiora; quanam etiam sit præditum forma, num sit purus actus, ut Auerroes autumauit, an potius ex materia & forma informante congestum, ut quamplures opinantur. Sed quicquid sit, quis non admiretur, quàm sit illa sphaericalis machina pulchra, multiformis & uniformis, ordinata & confusa, stabilis & mobilis, continens & contenta, inuariabilis & varia, cuius natura incorruptibilis, essentia lucida, corpus pelucidum, cuius modus in spatijs certus, in ordine inuolabilis, in cursu perpetuus, cuius lux uitalis, radius influens, splendor indeficiens? Hæc mirifica ac stupenda sunt sapientia æternæ monumenta. Quid deinde pulchrius Cœlo, cum Luna, stellarum, Solisque fulgoribus, uelut quibusdam floribus coronatur? ut paradisum eum putes depictum spirantium rosarum uiuis monilibus.

Verum ad secundum gradum pedes attollentes, innumerabilem rerum earum, quæ ex elementis compactæ sunt, nec anima pollent, sed crassam uitam tantum fortitæ sunt, aciem offendimus. Harum plures cernuntur classes. De quibus nos in Glossa Literali ad calcem tertie dici plura retulimus: quare ad eum locum studiosum remittimus.

Elementorū
munia.

Cœlestis cor-
poris natura
& præconia.

Rerū anima
carentiū lau-
des.

mus lectorem. Interim quis non admiretur in terræ utero tot metallorum sulphureorū, lapidumque concipi genera, ac tot annorū ductu à terra gigni, atque quasi nutricis officio ali, & consolidari, ut uiuant, quasi nunquam peritura? Quis non obstupescet in istis eorum, ignotisque facultatibus? Quis metallorum, præcipuè auri, argenti, & eris, atque marmorum vermiculorum, gemmarumque; splendorem, nitorem, fulgorem, iucunditatem, pulchritudinem, utilitatem, absque animi oblectamento recenscat? Amplissima enim hæc sunt, ut nec sapientiores, eruditioresque viri hucusque ea demirari desinant. In tertio theatri gradu, ea quæ uegetanti anima sunt insignita, resident, germinum, seu herbarum, olerum, arborumque innumera propè genera stipitibus diuersa, folijs decora, floribus redolentia, & effulgentia, adeo ut cum Cœlo stellis coruscante, & numero, & fulgore contendere videantur. Cæterum radicum, stipitum, ramorum, foliorum, florum, fructuum, seminumque naturas, varietates, formas, colores, virtutes, ac dotes enarrare, non humanarum uirium est. Demirari certè satis non possumus, quomodo tellus hyberno tempore squalida gelu, rigens, arida, mox ut grato Solis aspectu fouetur, ventorumque magis propitijs flatibus detergitur, rorum, pluuiarumque calidis fontibus aspergatur; quomodo subito arideat, atque seipsam in partus uberrimos fundat; iterumque viridi amictu induatur. Quid de humoris discrepantia dicam, cum aliter radicem impinguet, caudicem aliter prouehat, ramum diffundat, folia uirescentia reddat, fructuum saporem variet? Quis foliorum diuersorum copiam, florumque redolentiā enarrare possit? Quis describat, ut inquit Ambrosius, ac nos etiā retulimus, cæruleas violas, candida lilia, & rutilantes rosas? Quis fructuum uarietatem, saporum eorundem diuersitatem commemoret? Eadem nanque omnium nutrix terra, alios gignit succos dulciores, alios amariores; alia est enim suauitas in uinea; alia in olea; alia in cerasis; alia in ficu; discreta in malo; dispar in dactylo. Quis seminum formas uiuentes comprehendat? Deficeret certè tempus, sed non deficeret dicendi copia, & argumentum, maximè si in singulis germinibus singulas proprietates mirificas ad inuestigandum proponeres.

Quartum throni, seu theatri gradum, ea quæ sensu prædita sunt, obtinere; hæc autè sunt innumerabiles piscium, auium, animalium species, aquas, aërem, & terram replentium. Insignitæ sunt primum aquæ innumeris piscium formis, quas enumerare quis audeat? Aliud enim genus eorum, quæ ostracoderma uocantur, ut ostrea; Aliud eorum, quæ malacostraca, ut cancer; Aliud eorū, quæ mollia, ut sepia; Aliud eorū, quæ ouū pariunt; Aliud, quæ animal gignunt. Quis uerò formas diuersas, quis mores, quis uirtutes insitas, quis modos procreandi, quis calliditates natiuas, quis pascendi artes unquam attinget? Quod si ab aquis in aërem mente assurgamus, auesque contemlemur, & in ipsis plurima, ac innumera genera reperiemus, cū aliæ sint fissipennes, ut aquilæ; aliæ cupipenes, ut uespertilio; aliæ mēbranipenes, ut uespæ; aliæ vagipennes, ut scarabei; aliæ carnibus uescantur; aliæ frugibus; aliæ quocunque obuio; aliæ gregales; aliæ solitaria; aliæ illeges; aliæ sub duce degentes; aliæ mansuescere; aliæ nō mitescere sciant; aliæ garulæ; aliæ taciturnæ; aliæ oscines? Et quis pariter corporum formas, alarum elegantias, in comparando uictu artes, in procreanda prole studium recensere posset? Rursum si ad terram descendamus; quis animantium varias species non admirabitur? Quis earundè corporum structuram, membrorum ordinem, sensuum instrumenta, affectiones, vires, mores, naturas æquè contemplantur, cum exigua omnium formicam profundè per scrutantem, in stuporem ferri humanam mentem comperiamus?

Residet in quinto gradu homo, supra sensum rationem adiciens, estque cœlestium, ac terrestrium uinculum, cum anima expertibus, uita; cum plantis uegetanti; cum animantibus sentienti; cum Angelo intelligenti uirtute pollens. Huius si corpus, si animā ponderes, ipso nil excelsius, nil præclarior, nil præstantius, nil excellentius. Si enim corpus spectes, qua uirtute, qua arte cor uitæ fons uiuificat, stomachus concoquit, epas sanguinè fundit, pulmo expirat, rebeus sanguis per uenas quasi per riuulos effusus, spiritus uitalis alit, nerui omnia obligant, ossa quasi columnæ omnia ferunt, caro confepit, pellis cōteggit, crines, ungues perornant, sensus externa capiunt? Corpus certè adeo est insigne, ut ab illo sapientissimo Deo plasmatum, quasi statua in Mundi theatro regis imagi-

Germinū e-
narratio &
laudes.

Sensu prædi-
ta celebrant.

In quinto thea-
tri gradu cō-
sider homo.
Hominis di-
gnitas.

Imaginem preferens, cuncta in stuporem, & terrorem adducat. Quod si animam contempleris, quomodo non obstupescas, si eius vires, potentias, facultates inuestiges, & quam ui memoria preterita recolat; intellectus depuratis phantasmatibus, reru omnium species illustret; uoluntas regina & moderatrix nulli subdatur, qua serie ingenio inuestiget, iudicio discernat, ratione discurrat, mente contempletur, memoria feruet, uoluntate capax sit boni, & quod appetit, amore psequatur, spe sustineat, arbitrio eligat, imagineque Dei & similitudine insignita, uti non educta e materia, sed desuper infusa, ita immortalitate donata coelestia affectet, & contendat? Sed haec pauca sunt ex ijs, quae de homine tradi possunt, & quasi per transfennam (ut aiunt) memorata.

Angelus qd
sit, & eius pre-
stantia.
Lib. 2. cap. 3.

Supremum tandem gradum, Deo propinquum, suscipit Angelica natura, quae intellectu non corpori alligato praedita est. Angelus secundum Damascenum de Fide Orthodoxa, substantia est intellectualis semper mobilis, suae potestatis, arbitrioque libera, corporis expers, Dei ministra, immortalitate insignita: Substantia, inquam, non in qua reperitur forma, & materia, ut aiunt; sed in qua est actus & potentia, seu ex quo est, & quod est: Intellectualis, non rationalis, quoniam intuitu, non discursu per species sibi connotatas intelligit: Semper mobilis, non ubiq; est, sed loco diffinitur, non circumscriptur; Arbitrio libera, cum eligere id potuerit, quod uoluerit; Corpori non obnoxia, nam purus est spiritus; Dei ministra, qui facit Angelos suos spiritus, & ministros suos flammam ignis, agilitate, cognitione, feruore, penetrabilitate, puritate; Immortalitate ditata, quia incorruptibilis & immortalis ex sui natura a Deo est constituta. Quis igitur haec secunda lumina, ut ea appellauit Gregorius Nazianzenus, contemplans non obstupescet? Munus itaque, ac donum amplissimum Deus creaturis cunctis nil tale merentibus, seu poscentibus, effusissima liberalitate, atque bonitate contulit, quamuis clarius alijs & nobilioribus (ut inquit Philosopher) alijs uero obscurius & ignobilioribus esse tradiderit. Mirum igitur non est, si eas, quas possunt, rependentes gratias, cuncta cum homine clamant: Ipse fecit nos, & non ipsi nos. Ipse dixit, & facta sunt: Ipse mandauit, & creata sunt.

Rerū dispositio
ad sui conseruationem
Dei prouidentiam
inducit.

Differuimus satis de praestantissimo Dei beneficio, quo nobis uitam praebuit, explicemus si poterimus & alterum, prouidentiam nempe, & artem, qua Deus mirifica sapientia Mundi structuram disposuit, atque digessit, ut cuncta ad propriae naturae conseruationem, & protectionem propensa, pronaque forent. Mirifica, inquam, cernitur sapientia conditoris, si contemplerur orbis coelestes, si coruscantia astra, si elementa quaeque. Suspice, precor, orbis illos coelestes, quod tam solidi sint congesti, ut nec a supernis aquis fuerint obruti, nec flammis ignibus unquam conflagrarint: inspice eos, obsecro, adeo corruptionis expertes, ut nunquam senuerint, neque extraneam ullam affectionem admitterint; simulque considera, quod a uelocissima sua rotatione nunquam lassati, nec unico momento a suis obeundis muneribus retardentur. Intuere astra ipsa, Solem, Lunam, & Stellas, quod cum radios, facultate more ad superna emittere sua natura cogentur, ad nos ipsos fulgentes effundant, quod tam feruidum fulgorem post tot saecula nunquam tepescit demiserint; quod a praescriptis sibi legibus in inuisi Coeli semitis nunquam aberrarint. Attendas amplius diei noctisque ab ipsis aequae, utiliterque latas uicissitudines; aequae sane, cum enim inter se horas diuiserint, eas adeo infracta inuicem fide commutant, ut quas ex Solis accessu in aestate sibi dies arrogat, eas ex eiusdem recessu nox surripiat: proficue certe, quod non minus nobis forte atra nox, quam fulgens dies utilitatis conferat, tum ad quietem corporibus, diurnis laboribus iam fessis elargiendam, tum ad solatium, ut ex temporum uarietate iucunditatem capere uisus; nam dies perpetuus tenebris nunquam obrutus cuncta exureret: diesque diurnus, ut aestiuus est, tedio non modico afficeret. Quapropter nox interposita iucundiores dies efficit; sicque etiam sauis bestiis tempora sua impertiuntur, iuxta illud Dauid; Ortus est Sol; exhibit homo ad opus suum usque ad uesperam. Facta est nox; in ipsa pertransibunt omnes bestiae syluae. Attendas & quatuor temporum, Hyemis, Veris, Aestatis, Autumnique uicissitudines, a diuina bonitate excogitatas, quae ad tuendam, propagandamque uiuentium uitam maxime sunt opportuna. Quatuor disposuit ea bonitas, ne ab extremo in extremum, tota ruente natura, concideremus: ideoque post Hyemis condensa frigora, gelu omnia indurantia, ad Aestatem omnia ardore exiccantem, non sine Veris

Phil. 103.

tempe-

temperie transimus, & ab Aestate in Hyemem non nisi per Autumnu iucunditate properamus. Summo quidem consilio factum est, ut quae iacta sunt femina, Hyemis rigore marcescant, Vere suauibus flantibus zephyris pullulet, florescantque; Aestate coalescente calore succrescant, & maturentur, atque Autumno tandem decendant, & recondantur. Quid nobis igitur horum temporum uicissitudine opportunius? quid uilius? Et haec omnes artes fuerunt bonitatis, sapientiaeque diuinae, ut rebus cunctis uitam protenderet, atque tueretur. Quod si elementorum dispositionem pariter contempleris, nonne cuncta in hunc ipsum finem disposita animaduertes? Perpendas quod ignem immensa sua ui cuncta proterentem, ad superna, ne nobis perpetuo esset nocumento, extulerit; aërem (sublata ad mediam regionem eius rigiditate) hunc infimum temperatiorem, atque suauem effuderit; aquas (coactis crassioribus, & salsedine mistis in pelagus) dulces per amnes, riuulos, et seq; effluere iusserit; terram, quae aquis undique obrui, atque circumuallari debebat ex natura, detexerit, atque germinibus condecorarit. Dicam uberiùs, ignis exul a regione sua subcoelesti, hac in nostra ima degit, ut nos algore fugato uiuificet, cibos nobis decoquat, metalla in usum nostrum expurget, humiditates expellat, a superna sphaera delatus, huc atque illuc, quasi in latebris confidet. Unde & in silice se recondit, ut euocatus mox exiliat, & adfit, opportunasque nobis suppetias ferat. Aërem Deus hoc in ambitu nostro dilatauit, ut immensa nobis commoda praeretur. Hic nos ambit, atque suauiter recipit, ambulantiibusque nobis contractus cedit, moxque ut inoffensus, iterum nos circumsepit. Hic spiritu nostro, quem exhalamus, excepto, alium puriorem reddit, ne suffocemur. Hic odores ex redolentibus floribus, seu corporibus suscipit, atque ad nares nostras summa cum oblectatione nostra defert. Hic emissas a labijs uoces, sonosque; fidus excipit, nostrasque ad aures inuoluta fide deportat; unde & modulationibus sepe eius gratia laeti reddimur, & tonitruis, ingentibusque; fragoribus sapius conterrimur. Hic rerum species in se recipit, easque ad oculos nostros suauiter praesentat. Hic quandoque luce perfusus, quandoque tenebris obuolutus, dierum & noctium uicissitudines nobis tribuit. Hic uentis procellisque; quandoque iactatus, se Dei opificis quasi licetorem, atque flagellum esse demonstrat. Hic impressiones cunctas suo in utero suscipit, constipat, conglutinat, laxat, atque in pluuias distillat, ut aquis irrigata tellus, optata nobis alimenta suppeditet. Sed quas pariter in aequae elemento pro uita tuenda artes non conspiciamus? Coegit Deus haec maria amplissima, omnem terrae ambitum concludentia, ut sedes essent aquarum omnium, quae Orbem obruebant; ut abyssi essent, in quibus ingentia flumina exonerarentur; ut ex terrae hiatus aquas dulces emitterent, ex quibus fontes in omni Orbis plaga redundarent; ut rorum, imbrum, atque pluuiarum fontes essent indeficientes; ut piscium tot genera gignerent, alerent, atque seruarent; ut tandem per ipsa naues laborerentur, ex diuersis regionibus merces ueherentur, pondera, omniaque; grauias, & ingentia, leui impensa circumferrentur. Coercetur uero mare littoribus tanquam equus indomitus, ne terram inundet, cunctosque; uiuentes sua colluue absumat, sola Dei bonitate, lege sibi praescripta, cum creatum fuit. Ad terram descendamus. Terra certe nil forte aspectu uilius, nil forsan excellentius. Duo mihi in ea mirifica apparent Dei opificis sapientiae insita, pro creaturarum cunctarum conseruatione, monumenta. Primum, quod cum ex elementorum naturali indita grauitate, aquis obrui, atque undique circumuallari deberet, faciem tam uastam porrigat, ut animantibus, alitibus, hominique ipsi solum sit tutum, atque iucundum. Deinde, quod cum defluentes super ipsam aquas per amnes, fontes, ac lacus absorbere sua uoraci posset ingluuie, nihilominus eas desuper quasi tergo deferat, nec deglutiat. Ipsa uero suo numerosas marmorum, metallorum species gignit, auget, fouet, tuetur, atque conseruat; ipsa tot germinum, olerum, arborum uarietates emittit, haecque cuncta utero suo, ut parens concipit, concepta parit, parta ut nutrix fouet, fota auget, aucta alit, alta defert usque ad senectam; senescentia atque corrupta iterum recipit, perpetuis nunquam fessa laboribus nosque; mortales mox editos suscipit, nos progredientes fert, nobis cooperiendis opportuna suppeditat, nos suis partibus alit, nos fessos, iacentesque; suscipit, nos putrescentes, mortuosque; contegit. Immensum igitur fuit beneficium in creatione, quo uita

ffff con-

Homo potissimum Deo gratias de creatione referre debet.

Ingratitudo quam detestanda.

Isa. r.

Homo in Mundo tanquam tres pueri in fornace benedicit Dominum.

contulit; immensum etiam, quo cuncta disposuit, mundi; partes delinavit, ut vitam largitam cuncta fouerent, atque munirent. Quis igitur, nisi maxime ingratus, à diuinis vacabit laudibus? Iura omnia proclamant id ex gratitudinis lege reddi debere, quod gratis acceptum est. Vberes igitur Deo exoluant gratias cuncta creatura, quoniam id quod sunt à Deo receperunt: vberimas homo, cum anima polleat, eaq; immortalis. Canant creatura, sed cantet & pulset homo, si ingrati animi notam subire pauescit. Ingrata certe terra est, maledictaq; cum limo locupletata spinas & tribulos tantum germinat, nonne ergo maxime ingratus eris tu, si tot beneficijs cohonestatus spinas & tribulos prauarum cogitationum, & actionum Deo reddes? Ingratitudo ventus est ille vrens, qui mare rubrum exiccavit. Paueas homo, ne diuine misericordie vberes amnes, diuinae clementie fontes, supernae gratie riuuli tua ingratitude arefiant penè & exiccantur. Ventus quoque ille est ingratitude, qui locustas Aegypti vastatrices detulit; timeas homo, ne malis ex ingratitude progenitis cupiditatibus, collata beneficia euanescere facias. Mare est ingratitude dulces aquas in amaras commutans. Videas ergo, ne & tu ingratus effectus gratias impensas ut ad uitam sanitatem perducere ris, in peccatorum causam impie conuertas. Eleganter Esaias ingratum reprehendit. Cognouit bos, ait, possessorem suum, & asinus presense Domini sui, Israël me non cognouit. Si inter animantia stolidissimi sunt bos, & asinus, & Dei munera agnoscunt, quanta erit hebetudo, quanta stoliditas hominis, si dignas Deo gratias non rependet? Sapientius igitur meditandum est beneficium creationis, singulis diebus, horis, momentis; sepe attollenda mens, sustollendi oculi, iungenda palmae, rependenda gratia, ac Deo persoluenda laudationes. Finem imponam, si hoc vnum adiecero. Tres pueri in fornace inter exurentes flammam non tantum benedicunt Deum, sed ad benedicendum secum cuncta inuitant, atque accersunt. Fornax est Mundus, fornax accensa, quoniam cuncta in ipso ut calculi igniti ad amorem Dei nos accendunt, quia cuncta fulget, ut Dei beneficia. In hac igitur fornace nos omnes ut egregia indolis pueri, puritate, inquam, candidi, perpetuas Deo reddamus laudes, cunctas aduocemus creaturas, tum supernas, tum infernas, dicamusq; ; Benedicite omnia opera Domini Domino, laudate & superexaltate eum in saecula. Amen.

F I N I S.



INDEX QUÆSTIONVM, quæ hac in Glossa Magna explicantur.

- S**acerdotium & imperium, quæ ratione non Ruben primogenito, vel Iudæ, sed stirpi Leui primùm collata fuerint, & quare sacerdotium Aaron, ducatus Mosi obuenerit. 8. a
- Moses qua traditione Pentateuchum scripserit. 12. b
- Moses qua lingua, & quibus characteribus Pentateuchum scripserit. 16. a
- Nùm lingua Hebræa ipsa fuerit Adæ, & prima humanæ sobolis lingua. 17. b
- Nùm fuerit aliquod tempus ante omnem diem, & si fuit, quale, & quantum. 79. b 81. b 88. b
- Nùm Mundus sit æternus. 96. a
- Nùm Deus Mundum constarit ex mole aquarum ante Mundum condita. 124. b
- Nùm Deus ex eadem materia Cælos, & elementa fecerit; vel nùm eadē sit materia Cæli, & rerum sublunarium. 127. b
- Quare Moses Elohim maiori numero dixerit, & non Eloha. 141. c
- An dato, quod legendū sit; Dij creauit, sanctissima Trinitas demonstratur. 145. a
- Quorsum ex decem nominibus Dei, quæ in Scriptura reperiuntur, Elohim selegit Moses, cum Deum vniuersi Creatorum nominat. 149. a
- Angeli an sua uirtute, an ministerio saltem Mundum creauerint. 153. b & 154. c
- An Deus ipsis animantium creationē demandarit. 155. c
- An creatura aliqua quoquomodo Dei uirtute creare potuerit. 157. c
- Nùm Angeli conditi sint ante Mundum. 183. c
- Angeli quo loco conditi sint, an in aëre, an in Empyreo, an in firmamento. 198. c
- Angeli nùm corpori obnoxij. 202. b
- Angelus, an natura, an gratia incorruptibilis. 212. b
- Nùm Demones creati sint mali. 215. b
- Nùm Angeli in naturæ puritate conditi, nùm in gratia, nùm beati manarint. 221. a
- Nùm Moses in historia de Mundi opificio, Angelorum mentionem habeat. 229. a
- Nùm detur Empyreum, & quid sit, & quomodo productum, & nùm de ipso mentionem egerit Moses. 234. a
- Nùm Mundus primùm absolutus à Deo prodierit; seu an omnia condita sint simul. 251. a
- Quale Chaos primùm prodierit, nùm vna rudi forma congestum, nùm Cælo & elementis confusis conflatum. 265. a
- Quale Chaos ex sex à Patribus positis, prosequendum sit. 277. c
- Nùm Moses duorum Cælorum conflationem tradat. 287. a
- Cælum supremum in exordijs conditum cum terra, nùm fuerit Empyreum, nùm supremum aliquod Cæli Mundi. 293. c
- De numero elementorum. 297. b
- Nùm Moses expressam tradat cunctorum elementorum genesim. 300. b
- Nùm Mundus sit unus, & finitus. 312. a
- Nùm terra extensa sit super aërem, uel aquas, an suo pondere librata, Dei mandato consistat. 316. a
- Nùm tenebræ in Chaos ex opacitate supremi Cæli, lucem Empyreii secludentis, exorta sint. 250. c
- Nùm Deus effigatus humana uoce Mundum condiderit. 395. a & 406. c
- Quorsum Deus Orbis uentilationem à luce inchoarit. 413. c
- Quid fuerit lux primò condita, nùm spiritalis, nùm corporea, & si corporea, quæ, nùm ignis, nùm nubes lucida, uel Sol ipse, uel lux Solis sine globo. 418. c & 470. c
- De numero Angelorum, & an numerabiles. 430. c
- Nùm Lucifer fuerit supremus Angelorum. 435. b
- Quid concupierit Lucifer, cum à Deo defecit. 440. a
- Quodnam fuerit peccatum Luciferi. 449. c
- Demones, an relegati fuerint in aëre, an in baratro. 463. b
- Nùm lucifer in infernum detrudatur. 465. a
- Nùm Angeli essentiam Dei uideant. 466. c
- Nùm lux sit corpus, seu defluxus corporis, nùm qualitas. 494. b
- Nùm lux facta sit ex materia præiacente, an ex nihilo. 496. c
- Nùm lux primæua cuncta illustraret, nùm tantum partes supernas. 497. c

fffff a Qua

Index

- Qua serie lux primæua dies & noctes gi-
 gneret. 514.b
 Quam spheræ positionem sequutus sit Mo-
 ses, nùm rectam, nùm obliquam. 540.a
 Qua Cœli parte lux primò effulserit, nùm
 in ortu, nùm in meridie, nùm in oc-
 casu. 541.a
 A qua diei parte supputanda sit prima om-
 nium dies, nùm à mane, an sero, siue me-
 ridie, uel à media nocte. 542.a
 De substantia Cœlorum, nùm ex elemen-
 tis, nùm ex quinta essentia cõflata. 591.c
 De figura Cœlorum, nùm sit spherica, nùm
 semispherica. 607.c
 De quadruplici mundanæ machine dispo-
 sitione, ac situ Cœlorum, & quæ præstan-
 tior. 615.b
 De numero Cœlorum, num unum, uel mul-
 tiplex. 621.a
 Nùm aquæ naturales supra Cœlos confi-
 deant. 637.c
 Nùm illæ sint glaciales, nùm uapore, nùm
 liquentes, nùm ignoti nobis generis. 655.a
 Quibus de causis aquæ supra Cœlos collo-
 catæ sint. 661.a
 Nùm dimidia pars aquarum supra firma-
 mentum elata sit. 670.c
 An secundo die dictū sit, Vidit Deus quòd
 bonum; Et si non, quare id fuerit præter-
 missum. 692.b
 Quis uerus ordo operum sex dierū. 707.b
 Nùm terra ab initio, an tertio die, uel di-
 luuij tempore inæqualis reddita fue-
 rit. 733.a
 Nùm mare sit eminentius terra. 736.a
 Nùm mare in sui exordio fuerit salsum, &
 amarum. 748.c
 Quorsum germina tertia die ante Solem,
 & animantia, produxerit Deus. 781.b
 Nùm terra germinarit Solis ardore, nùm
 sola Dei uirtute, tanquam causa agen-
 te. 792.b
 Nùm Deus noxiis, infructuosasque herbas
 primò procrearit, an post peccatū emer-
 serint. 795.b
 Herbas, arboresque lethales quare Deus
 crearit. 799.c
 Nùm germina actu prodierint, num præse-
 minata tantum potentia; Et si actu, nùm
 simul. 813.a
 Arbores num in procera, & perfecta condi-
 tione, & num maturis onusta fructi-
 bus, num tantum florentes prodie-
 rint. 821.c
 Nùm Mundus autumnali, nùm uernò tem-
 pore conditus sit. 822.b
 Quorsum Moses mineralium, & metheo-
 rorum genesim non narrarit. 838.c
 Qua de causa quarta dies astrorū effectio-
 ni ascripta sit. 841.b
 Nùm astra ex igne congesta sint, ignitaque
 & calida sint existimanda. 868.a
 Nùm astra sint animata. 877.a
 Quæ distinctio diuersa fuerit dierum tridui
 primi à diebus subsequētib. 900.b
 Astra nùm in signa sint humanorum euen-
 tum, & quomodo. 924.b
 Astra an temperatiori, uel coruscantiori lu-
 mine nunc splendeant, quàm primæua
 lux coruscaret. 944.c
 Astra lucem unde fortiantur. 947.b
 Sol nùm in medio, nùm in infimo loco in-
 ter planetas confideat. 968.a
 Nùm Luna & stellæ lucem mutuent à So-
 le. 973.c
 Luna nùm omni parte illustretur à Sole,
 an una tantum facie, & nùm perfundat-
 ur à Sole, nùm ut speculum lumen tan-
 tum reflectat. 979.a
 Lunæ globus nùm aëreus, num terreus,
 nùm ex igne & aqua, nùm ex aëre, & igne,
 & quæ sit eius natura. 989.a
 Luna num condita sit in plenilunio, an in
 nouilunio. 992.c
 Stellæ an numerabiles sint. 999.c
 Quorsum Deus stellas fixas innumerabiles
 in uno Cœlo congefferit. 1003.a
 Vtrū astra uagè moueātur per Cœlū, ut pi-
 sces per aquā, an sint fixa in orbibus. 1010.c
 Nùm stellarum obseruationem, & astiono-
 micam disciplinam Scripturæ sacræ reij-
 ciant. 1034.a
 Contra astrologicas diuinationes discepta-
 tio. 1036.c
 Quorsum quintus dies piscibus, & auibus
 ascribatur. 1051.b
 Nùm in igne uiuant animalia. 1060.c
 Quæ fuerit causa effectrix pisciū, nùm Sol,
 nùm aqua ipsa Dei uirtute, nùm Dei Ver-
 bum. 1068.b
 Quæ fuerit materies piscium; nùm ex aqua
 sola progeniti sint, nùm ex quatuor ele-
 mentis, et si ex elementis, quare ex aqua
 editi dicantur. 1072.a
 Nùm pisces spirent. 1084.c
 Nùm pisces careant phantasia, & memo-
 ria.

Quæstionum.

- Quorsum Deus in vna die, vno præcepto,
 vna origine, pisces, & aues crearit. 1089.b
 Quorsum aues, sicuti & pisces geniti dican-
 tur ex aquis. 1093.c
 Benedictio quid importet, & quare benedi-
 xit Deus piscibus, & auibus, non autem
 germinibus. 1128.a & 1131.c
 Animantia nùm in procera statura Deus
 crearit. 1136.b
 Animantia nùm bina, & pauca in unaqua-
 que specie, nùm in magna copia pro-
 dierint. 1137.a
 Quorsum dies sextus animantibus terrestri-
 bus sit destinatus. 1145.b
 Quorsum animantia eodem die, quo homo
 condita sint. 1148.c
 Nùm animantia creata sint folis afflatu, nùm
 virtute decreta à Deo elementis, nùm
 Dei Verbo. 1152.c
 Nùm Deus in Orbis effectione, animantium
 adulterinas species condiderit. 1176.b
 Nùm animantia, quæ ex putri emergūt, pri-
 mum producta sint à Deo cum cæteris a-
 nimantibus. 1182.c
 Nùm animantia ante peccatum essent ho-
 mini noxia. 1192.a
 Quibus de causis Deus animantia noxia
 crearit. 1195.a
 Quare Deus non benedixerit animan-
 tibus, sicuti piscibus, auibus, & homi-
 ni. 1203.a



Sacræ

Sacrae Scripturae sententiarum, quae incidenter in Glossa hac Magna ab Auctore non tantum memorantur, sed explanantur, Index, secundum seriem librorum Biblicorum digestus, eo ordine, ut post recensitum paginarum numerum, littera A. supremam paginae partem, B. verò mediam, C. postremam designet; Quae autem post ipsas apponuntur L. & M. illa litteralem, haec verò mysticam esse sententiae allegatae interpretationem demonstrat.

GENESIS.

1 **V**idit Deus quod esset bonum. 45.c.l
 Diuidat aquas ab ags. 649.a.l
 Fecit Deus duo luminaria magna. 5.c.m
 Posuit eas in firmamento Caeli. 590.c.l
2 Ista sunt generationes Caeli, & terra, quando creatae sunt in die. 276.b.l
 Antequam oriretur in terra. 819.b.l
 Sed fons ascendebat de terra. 1214.a.m
 Formauit Dominus Deus hominem de limo terrae, & inspirauit in eum spiraculum vitae. 1247.c.l
 Et fluuius egrediebatur de loco voluptatis. 41.c.m. 1211.a.m
 Tulit ergo Dominus Deus hominem. 1352.c.m
 De omni ligno paradisi comede, de ligno autem scientiae, &c. 1459.b.m
 In quacunque die comederis ex eo, morte morieris. 1474.a.l
 Omne quod vocauit Adam animam uiuentis, ipsum est nomen eius. 16.c.l
3 Eritis sicut Dij, scientes bonum & malum. 1233.a.l
 Vidit igitur mulier, quod bonum esset lignum. 1294.c.m
 Conserunt folia ficus, & fecerunt sibi perizomata. 1388.c.l
 Deambulabat ad auram post meridiem. 1251.b.m
 Ipsa conteret caput tuum. 1262.b.m
 Sub uiri potestate eris. 1495.c.l
 Tu insidiaberis calcaneo eius. 1295.a.m
 Maledicta terra in opere tuo, spinas & tribulos germinabit tibi. 1228.b.m
 In sudore vultus tui vesceris pane tuo. 1352.c.m. 1374.a.m. 1534.a.l
 Puluis es, & in puluerem reuerteris. 1349.b.m
 Collocauit ante paradisum voluptatis Cherubin, & flammeum enses, atque uersatilem. 1380.b.m. 1525.m
4 Respexit Dominus ad Abel, & ad muneram eius. 1538.c.l
 Tubalcain qui fuit malleator & faber in cuncta opera aeris. 1599.b.m

6 Fac tibi arcam. 1545.b.m
 Postquam ingressi sunt filij Dei ad filios hominum, illa, &c. 1272.b.m
7 Anno sexcentesimo uitae Noë, mense secundo. 833.b.l
 Rupti sunt omnes fontes abyssi, & cataractae Caeli apertae sunt. 667.c.l. 1316.c.m
8 Aperiens Noë fenestram arcae, quam fecerat, dimisit coruam. 1280.b.m. 1253.b.m
 Emisit quoque colubam post eum. 1280.b.m
9 Arcum meum ponam in nubibus. 1262.b.m. 1405.b.m
10 Nomen uini Phaleg, eò quod in diebus eius diuisa sit terra. 17.c.l
11 Erat terra labij unius, & sermonum eorundem. 16.c.l
15 Domine Deus unde scire possum, quod possessurus sim eam? 1350.c.m
16 Ecce ancilla in manu tua est, utere ea ut libet. 1050.c.m
22 Leuauit Abraham oculos suos, uiditque post tergum arietem. 1450.a.m
25 Collidebantur in eius utero paruuli. 1308.c.m
 Et ecce gemini in utero eius reperti sunt. 1327.c.m. 1548.b.m
27 Sume arma tua, pharetram, & arcum. 1555.a.m
 Ecce odor filij mei, sicut odor agri pleni. 1367.c.m. 1391.c.m. 1541.c.m
 Det tibi Deus de rore Caeli, & de pinguedine terrae. 1351.b.m
28 Erexit Iacob lapidem in titulum. 1311.b.m. 1391.a.m
29 Sed Lya lippis erat oculis, Rachel decora facie. 1209.c.m
 Nunc quoque copulabitur mihi maritus meus. 9.b.l
 Modò confitebor Domino. 9.b.l
36 Iste est Ana, qui inuenit aquas calidas in solitudine. 1177.b. 1179.b.l
38 Instante autem partu, apparuerunt gemini in utero. 196.b.m. 1587.c.m
41 Ecce septem anni ueniunt fertilitatis magne in uniuersa terra. 1371.b.m
49 Diuidam eos in Iacob, dispergam eos in Israel. 9.a.m
 Nō auferet sceptrū de Iuda, & dux. 9.a.m
 Videbat

Sententiarum.

EXODVS.

3 Videbat quod rubus arderet, & non combureretur. 464.b.l
 Solue calceamentum tuum de pedibus. 1351.b.m. 1228.a.m
 In terrā quae fluit lacte & melle. 1350.a.m
8 Viam trium dierum pergemus in solitudine. 1401.c.m
10 Extenditque Moses manum in Caelū, factaque sunt tenebrae horribiles. 1237.b.m. 1242.a.m
12 Seruabit eum usque ad quartamdecimam diem mensis. 1440.b.m
 Caput cum pedibus eius, & intestinis uorabit. 1563.a.m
 Primo mense quartadecima die mensis ad uesperam comedetis azima. 545.b.l. 1411.b.m
13 Dominus praecedebat eos ad ostendendam uiam per diem, & per noctem in columna ignis. 1264.c.m. 1308.b.m. 1418.c.m
14 Dixit Dominus ad Moysen, quid clamas ad me. 16.b.l
 Erat aqua quasi murus à dextera eorum, & leua. 1323.a.m. 1358.c.m
 Cumque extendisset Moyses manū super mare, abstulit illud Dominus. 728.c.l. 1336.b.m
15 Non poterat bibere aquas de Marā, eò quod essent amarae. 1359.a.m
17 Da nobis aquam ut bibamus. 1338.b.m
20 Honora patrem tuum &c. 1515.a.l
 Loquere tu nobis, & audiemus, non loquatur nobis Dominus, ne forte moriamur. 1267.a.m
23 Non coques haedum in lacte matris suae. 1362.b.m
25 Inspice, & fac secundum exemplar, quod tibi in monte monstratum est. 1380.c.m. 1550.c.m
32 Aut dele me de libro tuo quem scripsisti. 1281.b.l
33 Inuenisti gratiam coram me, & te ipsum noui. 14.a.l
 Non poteris videre faciem meam, non enim uidebit me homo & uiuet. 29.b.l. 1239.b.m
 Ecce inquit est locus apud me, stabis supra petram. 29.b.m
 Protegam dextera mea donec transeam, tollamque. 34.c.m
 Videbant faciem regredientis Moysis esse

cornutam. 27.a.m
34 Operiebat ille rursus faciem suam, quando loquebatur ad eos. 28.b.m
40 Et assumpto unctiois oleo unges tabernaculum cum uasis suis. 1593.b.m
LEUITICVS.
10 Vinum & omne quod inebriare potest non bibes tu & filij tui. 1377.c.l
19 Iumentum tuum non facies coire cum alterius generis animantibus. 1178.c.l
DEUTERONOMIUM.
32 Constituit terminos populorum iuxta numerum filiorum Israel. 431.b.l
 Ut fugeret mel de petra, oleumque de saxo durissimo. 1244.b.m
IOSVE.
3 Ecce arca foederis Domini antecedit uos per Iordanem. 1253.c.m
 Aquae, quae inferiores sunt, decurrent, atque deficient, quae autem desuper ueniunt, in una mole consistent. 1358.c.m
 Aquae quae inferiores erant, in mare solitudinis, quod nunc uocatur mortuum, descenderunt. 1322.b.m
10 Stetit Sol in medio Caeli, & non festinauit occubere spatio unius diei. 1286.c.m
IVDICVM LIBER.
1 Terram arenam dedisti mihi, da & irriguum aquis. 1339.b.m
6 Si ros in solo uellere fuerit, & in omni terra siccitas. 1580.a.l
7 Cumque per gyrum castrorum in tribus personarent locis. 1258.c.m
14 De comedente exiuit cibus, & de forti egressa est dulcedo. 22.c.m. 1564.a.m
RVTH.
4 Soluebat homo calceamentum suum, & dabat proximo suo. 1351.c.m
REGVM LIBRI.
1.18 Saul percussit mille, & Dauid decem millia. 1047.c.m
28 Consuluitque Dominum, neque respondit ei. 24.b.m
2.14 Omnes morimur, & quasi aquae dilabimur in terram, quae non reuertuntur. 1252.a.m. 1253.c.l
18 Cumque ingressus esset mulus subter condensam quercum. 1390.b.m
3.3 Filius meus uiuit, filius tuus mortuus est. 25.a.m
7 Et statuit duas columnas in porticu templi, cumque statuisset columnam. 1591.c.m
8 Intulerunt Sacerdotes arcam foederis Domini

Index

- mini in locum suum. 147 b m
 10 Sed & Regina Saba, audita fama Salomonis. 1318 b m
 Fecit etiam Rex Salomon thronum de E-bore grandē. 430 a m. 1218 a m. 1613 b. m.
 5.24 Quē persequeris Rex Israël? canē mortuum persequeris. 1414 b m
 18 Et ecce nubecula parua quasi uestigium hominis ascendebat de mari. 1262 a m 1310 a m
 4.5 Naamā in aquis Iordanis mūdatus est, & restituta est caro eius, ut caro pueri. 1478 a m
 6 Noli timere, plures enim nobiscum sunt, quā cum illis. 458 a m
 I V D I T H.
 8 In superioribus domus suae fecit sibi secretum cubiculum. 1521 b m
 H E S T E R.
 5 Et extendit contra eum virgam auream, quā tenebat manu. 1380 b m. 1379 c m
 I O B.
 6 Vtinam appenderetur peccata mea, pro quibus iram merui. 1600 a m
 14 Qui quasi flos egreditur, & cōteritur, & fugit uelut umbra. 1375 b l
 17 Putredini dixi, Pater meus es, mater mea, & soror mea vermibus. 1375 c l
 20 Gaudium hypocritae ad instar puncti. 149 i b l
 25 Et stellae non sunt mundae in conspectu eius. 891 a l
 26 Et appendit terram super nihilum. 318 c l 320 c l
 38 Vbi eras, cum me laudarent simul astra matutina? 197 a l
 Quis conclusit ostijs mare, quando erumpebat quasi de vulua procedens? 392 b l
 Nunquid ingressus es profundum maris, & in nouissimis abyssi ambulasti? 1267 a m
 Indica mihi si nosti omnia; in qua uia lux inhabitet, & tenebrarum quis locus sit. 1267 c m.
 39 Penna struthionis similis est pennae herodij, & accipitris. 1589 c m
 40 Ipse est principium viarū Dei, & c. omnes bestiae agri illudent ei, & c. 220 a l. 219 b l
 P S A L M I.
 2 Ego hodie genui te. 407 c l. 36 c l
 4 Signatum est super nos lumen vultus tui Domine. 1282 b l. 1268. 143 b l
 10 Pluet super peccatores laqueos ignis, & sulphur, spiritus procellarum, & c. 1598 a
 15 Non dabis sanctum tuum uidere corruptionem. 1305 c m
 17 Inclinauit Caelos, & descendit, caligo sub pedibus eius. 1433 b m
 Tenebrosa aqua in nubibus aëris. 1240 b m
 18 Caeli enarrant gloriam Dei, & opera manuum eius annunciat firmamentum. 1254 b l. 1306 a m
 In Sole posuit tabernaculum suum, & ipse tanquam, & c. 1432 a m
 Exultauit ut gigas ad currendam uiam, à summo Caelo egressio eius. 1013 b. 1434 b m
 22 Super aquam refectiois educavit me. 1247 a m
 23 Super mare fundauit eam. 317 c l. 1221 b m
 29 Ad vesperam demorabitur fletus, & ad matutinum latititia. 1296 a m
 32 Verbo Domini Caeli firmati sunt. 1215 b l. 407 c l
 Congregans sicut in utre aquas maris. 738 b l. 1334 b m
 35 Apud te est fons uitae. 1236 b l
 38 In meditatione mea exardescet ignis, 1211 b m
 41 Abyssus abyssum inuocat in uoce cataractarum tuarum. 1337 a m. 1240 a m. 1241 b m
 42 Emitte lucem tuam, & veritatem tuam. 413 b m
 44 Pro patribus nati sunt tibi filij. 9 a m
 45 Deus noster refugium, & uirtus. 1316 b l
 48 Homo cum in honore esset, non intellexit, comparatus est iumentis insipientibus. 1287 c l. 1554 b m
 50 Asperges me Domine hyssopo, & mundabor. 13 c m
 Auerte faciem tuam à peccatis meis. 1229 c l
 51 Ego autem sicut oliua fructificauit in domo Domini. 1385 c m
 Quis dabit mihi pennas sicut columbae, & volabo. 1477 b m
 67 Pluuiam voluntariam segregabis Deus. 1477 a m
 68 Saluum me fac Deus, quoniam intraerunt aquae usque ad animam meam. 1316 c m. 1340 a m
 70 Et usque in fenestram & senium, Deus ne

Sententiarum.

- ne derelinquas me. 1587 b m
 73 Operatus es salutem in medio terrae. 1305 b m
 74 Ego confirmaui columnas eius. 320 c l
 75 Et nihil inuenerunt omnes viri diuitiarum in manibus suis. 1235 c l
 76 Vox tonitruui tui in rota. 1210 c m
 80 Dilata os tuum, & implebo illud. 1249 b l
 De petra melle saturauit eos. 1362 b m
 83 Passer inuenit sibi domum, & turtur nidum, ubi reponat pullos suos. 1547 c m
 84 Terra nostra dedit fructum suum. 1350 b m
 89 Tanquam dies hesternae, quae praeterijt. 1232 c l
 90 Scuto circumdabit te veritas eius. 1381 a l
 Cadent à latere tuo mille, & decem millia à dextris tuis. 1296 b m
 101 Initio tu Domine terram fundasti, & opera manuum tuarum sunt Caeli. 277 a l
 103 Extendens Caelum sicut pellē. 1209 c m
 Qui tegis aquis superiora eius. 651 b l
 Qui facis Angelos tuos spiritus. 209 b l
 Fundasti terram super stabilitatem suam, non inclinabitur in saeculum saeculi. 318 c l 320 c l 1221 b m. 1351 b m. 1550 a m
 Super montes stabunt aquae, ab increpatione tua fugient. 738 b l
 Posuisti tenebras, & facta est nox, in ipsa pertransibunt omnes bestiae syluae. 1293 b m
 Hoc mare magnum, & spaciosum, illic reptilia, quorum non est numerus. 1357 a m
 Draco iste, quem formasti ad illudendum ei. 220 a l
 Emitte spiritum tuum, & creabuntur, & renouabis faciem terrae. 380 a l
 106 Qui descendunt mare in nauibus. 741 a l
 109 Tecum principium in die uirtutis tuae, in splendoribus, & c. 1298 c l
 De torrente in uia bibit, propterea exaltauit caput. 1353 b m
 111 Exortum est in tenebris lumen rectis, quia misericors, & miserator Dominus. 1279 a l
 117 Lapidem quem reprobauerunt aedificantes, hic factus, & c. 1221 a m
 118 Beati immaculati in uia, qui ambulat. 1323 c l
 Os meum aperui, & attraxi spiritum. 491 a m
 Lucerna pedibus meis uerbum tuum. 1267 a l
 129 De profundis clamaui ad te Domine. 16 b l
 134 Educens nubes ab extremo terrae, fulgura in pluuiam fecit. 1310 b m. 1233 b m
 135 Qui fecit Caelos in intellectu. 891 b l
 Qui firmavit terram super aquas. 317 c l
 136 Beatus qui tenebit, & allidet paruulos suos ad petram. 1315 b m
 138 Si ascendero in Caelum, tu illic es, si descendero in infernum, ades. 1252 b m
 140 Ad te Domine clamaui. 16 b l
 143 Dies eius ut umbra praetereunt. 1375 a l
 146 Qui numerat multitudinem stellarum, & c. 1002 b m
 147 Quoniam confortauit feras portarum tuarum. 1604 c m
 Qui dat niuem sicut lanam. 430 b m
 148 Laudate Dominum de Caelis. 46 c l. 1607 a l. & seq.
 Et aquae omnes, quae super Caelos sunt, laudent nomen Domini. 649 c l
 Ipse dixit, & facta sunt. 407 c l
 Laudate Dominum de terra dracones, & omnes abyssi. 1237 a m
 150 Laudate eum in sono tubae, laudate eum in psalterio, & cithara. 46 c m. 1609 b l
 P R O U E R B I A S A L O M O N I S.
 6 Vade ad formicam ò piger. 1292 c l
 8 Quando preparabat Caelos aderam. 738 c l
 Cum eo eram cuncta componens, & delectabar per singulos dies. 45 c l
 Deliciae meae esse cum filiis hominum. 1259 c l
 14 Extrema gaudij luctus occupat. 1382 c l
 25 Caelum sursum, & terra deorsum. 1220 b
 30 Tria sunt insaturabilia, & quartum quod nunquam dicit, Sufficit. 1596 c m
 E C C L E S I A S T E S.
 1 Vanitas vanitatum, & omnia vanitas. 1234 c l
 Vidi cuncta, quae sunt sub Sole, & ecce uersa uanitas. 1235 c l
 Stultorum infinitus est numerus. 1409 c m
 Lustrans uniuersa in circuitu pergit spiritus. 892 c l
 2 Sapientis oculi in capite eius. 1049 b m
 ggggg Omnia

Index

- 3 Omnia tempus habent; tempus, &c. 1559.b.m
- 7 Fecerat Deus hominem rectum, sed ipse, &c. 1275 b.l
- 11 Delectabile est oculis uidere Solem. 1464.c.l
- CANTICA CANTICORVM.**
- 2 Introduxit me rex in cellaria sua, & ordinavit in me charitatem. 1212.c.m
- Hyems enim abiit, & recessit. 1415.b.m
- Capite nobis vulpes paruulas, quæ demoluntur uineas. 1388.b.m
- Dilectus meus mihi, & ego illi, qui pascitur inter lilia. 1389. b.m
- Ego flos campi, & liliū conuallium. 1389.b.m
- 4 Hortus conclusus, fons signatus. 1428. b. m
- 5 Veni in hortum meum soror mea sponsa. 1373.b.m
- Comedifauum cum melle meo. 1525.c.m
- Bibi uinū cū lacte meo. 1321.a.m. 1211 b
- Bibite, & inebriamini charissimi. 1213.b.m
- Dilectus meus candidus, & rubicundus, electus ex millibus. 1265.b.m. 1426.a.m
- 6 Qui pascitur inter lilia. 1307.a.m
- Quæ est ista, quæ progreditur quasi aurora confurgens? 210.b.m. 215.a.m
- 8 Soror nostra parua, & vbera non habet. 1586.c.m
- SAPIENTIAE LIBER.**
- 8 Attingit à fine vsque ad finē fortiter, & disponit omnia suauiter. 39.c.l. 1426.b.m
- 11 Omnipotens manus tua, quæ creauit Orbē terrarū ex materia inuisa. 277.b.l
- 14 Tua autem pater prouidentia gubernat. 1039.c.l
- 18 Cum enim quietum silentium continerēt omnia, & nox suo cursu medium iter haberet. 5.c.l
- ECCLESIASTICVS.**
- 1 Prior omniū creata est sapientia 187.b.l
- 18 Qui uiuit in æternum, creauit omnia simul. 262.b.l
- 24 Ab initio, & ante sæcula creata sum. 1603.a.m
- 39 In verbo eius stetit aqua, sicut congeries. 738.c.l
- 43 Altitudinis firmamentum pulchritudo eius est, &c. 591.b.l
- Tripliciter Sol exurens montes. 27.b.m. 413.b.m. 1419.c.m
- Vas admirabile, opus excelsum, 961.b.l. 1431.c.m
- 50 Quasi stella matutina in medio nebulæ. 1457.b.l
- I S A I A S.**
- 1 Omne caput languidum, & omne cor moerens. 1557.b.m
- 5 Vineam factam dilectam in cornu filio olei. 1383.c.m
- Expectaui ut faceret uuas, & fecit lambruscas. 1384.a.m
- 6 Vir pollutus labijs ego sum. 1249.b.m
- Vidi Dominum sedentem super folium excelsum, & plena erat omnis terra maiestate eius. 99.b.l
- Duo Seraphim clamabant alter ad alterū; Sanctus, &c. 111.a.l
- Et domus repleta est fumo. 111.b.m. 1396.c.m
- 7 Ecce uirgo concipiet, & pariet filium. 1366.c.l
- 9 Populus qui ambulabat in tenebris, uidit lucem magnam. 1267.a.l
- 11 Egredietur uirga de radice Iesse, & flos de radice eius ascendet. 1366.c.m. 1389.b.m
- 14 Quomodo cecidisti de Cælo Lucifer qui mane oriebaris, &c. qui dicebas in corde tuo, In Cælum conscendam 438.a.l. 440.b.l. 220.b.l. 226.b.l
- Ascendam super altitudinem nubium, & si milis ero altissimo. 200.c.l. 201.b.l. 1329.a.m. 623.b.m
- Super astra Dei exaltabo folium meum, & sedebo in monte testamenti. 449.b.l
- 19 Ecce Dominus ascendet super nubem leuem. 1262.b.m. 1264.b
- 40 Omnis caro fœnum; & omnis gloria eius quasi flos agri. 1233.a.l. 1375.b.l
- Qui extēdit uelut nihilum Cælos, & expandit eos sicut tabernaculum ad inhabitandum. 611.b.l. 614.c.l
- 43 Ante me non est formatus Deus, & post me non erit. 37.a.l
- 45 Ego Dominus, & non est alter, formans lucem, & creans tenebras. 1275.a.l
- Omni militiæ eorum mandaui. 891.a.l
- 47 Manus quoque mea fundauit terram, & dextera mea mēsa est Cælos. 129.c.m
- 56 Canes muti non ualentes, &c. 1567.b.m. 1568.c.m
- 57 Impij autem quasi mare feruens. 1234.a.l. 1251.a.l
- 60 Qui sūt isti, qui ut nubes uolāt? 1548.a.m

Sententiarum.

- 63 Torcular calcuui solus, &c. calcuui eos in furore meo. 1213.b.m
- 66 Cœlum mihi sedes est, terra autem scabellum pedum meorum. 1222.a.m. 1326.a.m. 1328.a.m
- H I E R E M I A S.**
- 2 Me dereliquerunt fontem aquæ uiuæ, & foderunt sibi cisternas dissipatas. 1250.b.m. 1309.a.m
- 4 Aspexi terram, & ecce uacua erat, & nihil. 1235.c.m
- 13 Si mutare potest Aethiops pellem suam, aut Pardus uarietatem suam. 1564.c.l
- 18 Et descendi in domum figuli, & ecce ipse faciebat opus suum super rotam. 53.b.m
- 22 Sepultura asini sepelietur. 1346.c.m
- 31 Quia creauit Dominus nouum super terram, fœmina circundabit uirum. 1262.c.l
- T H R E N O R V M L I B R I.**
- 2 Effunde sicut aqua cor tuum ante cōspectum Domini. 1213.c.m
- E Z E C H I E L.**
- 1 Cumque aspicerem animalia, apparuit rota super terram iuxta animalia habens quatuor facies. 1207.b.m
- Et aspectus earum & opera, quasi sūt rota in medio rotæ. 1208.c.m
- Spiritus enim uitæ erat in rotis. 1210.b.m
- Et similitudo super capita animalium firmamenti. 591.b.l
- Et super firmamentū, quod erat imminens capiti eorum &c. 1328.a.m
- 17 Aquila grandis magnarum alarum. 1519.a.m
- 24 Et mortua est uxor mea uespere. 1294.b.m
- 28 Tu signaculum similitudinis, plenus sapientia, & perfectus decore. 438.a.m. 220.b.m
- In delitijs Paradisi Dei fuisti. 226.b.l
- Omnis lapis preciosus operimētum tuum, fardius, topatius, &c. 1261.c.m
- Et peccasti, & eieci te de monte Dei. 449.b.m
- Et eleuatum est cor tuum in decore tuo. 440.b.l
- 32 Solem nube tegam. 1262.b.m. 1264.b.m. 1433.c.m
- 37 Putas ne uiuent ossa ista? 1384.b.m
- Ecce ego intromittam in uos spiritum, & uiuetis. 1598.b.m
- Factus est autem sonitus prophetante meo. 1249.c.m
- D A N I E L.**
- 2 Et ecce quasi statua una grandis &c. 1394.b.m. 1244.b.m
- 3 Benedicite aquæ omnes, quæ super Cœlos sunt. 650.c.l
- Benedicite cete & omnia, &c. 1481.c.m
- 7 Videbam in uisione mea nocte, & ecce quatuor venti. 1347.a.m. 1356.b.m
- Aspicebam donec Throni positi sunt, & antiquus dierum sedit. 429.c.m
- 10 Et ecce uir uisus uestitus lineis. 210.c.m
- Oculi eius ut lampas ardens. 1378.a.m
- I O E L.**
- 1 Residuū erucæ comedit brucus. 1235.a.m
- A M O S.**
- 3 Si erit malum in ciuitate quod Dominus non fecerit. 1275.b.m
- A B A C V C H.**
- 3 Sol & Luna steterunt in habitaculo suo. 542.a.l
- Z A C H A R I A S.**
- 3 Ostēdit mihi Dominus Iesum sacerdotem magnum. 449.b.l
- Super lapidem unum septem oculi. 1244.b.m
- 5 Leua oculos tuos & uide &c. hæc est amphora egrediens. 461.c.l. 1493.a.m
- 13 Homo agricola ego sum, Adam exemplum meum ab adolescentia mea. 1372.b.l. 1410.a.m
- M A T T H A E V S.**
- 3 Hic est filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui. 14.a.l. 1383.c.l
- 5 Merces uestra copiosa est in Cœlis. 623.c.l
- Neque accendunt lucernam, & ponunt eam sub modio. 1260.b.m
- 6 Fiat uoluntas tua, sicut in Cælo, & in terra. 1221.c.l. 1326.a.l. 1328.c.l
- Si oculus tuus simplex fuerit, totū corpus lucidum erit. 1271.b.l
- 10 Estote prudentes sicut serpentes. 1575.b.m. & seq.
- 16 Facto uespere dicitis, serenum erit, &c. 1405.a.m
- Et ego dico tibi, quia tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam. 1308.b.l
- 17 Et resplenduit facies eius sicut Sol. 13.c.m

Index

- Aperito ore piscis, inuenies staterem.** 1506.b.m
- 22 Quomodo huc intraſti, non habens veſtem nuptialem?** 1342.c.m
- Mittite eum in tenebras exteriores, ibi erit ſetus & ſtidor dentium.** 1243.b
- 24 Sol obſcurabitur, & Luna non dabit lumen ſuum.** 975.b.l
- Et ſtellæ cadent de Cælo.** 1019.l
- Cælum & terra tranſibunt, uerba autē mea non præteribunt.** 1323.b.l
- 26 Triftis eſt anima mea uſque ad mortem.** 1405.b.l.1863.a.l
- Bonum erat ei, ſi natus non fuiſſet homo ille.** 1130.c.l
- Heli Heli Lamazabathani.** 1429.c.l
- 27 Emerunt ex illis agrum figuli in ſepulturam peregrinorum.** 1366.a.m
- Deus Deus meus, ut quid dereliquiſti me?** 1339.c.l
- Et terra mota eſt.** 1356.c.m
- M A R C V S.**
- 6 Circa quartam uigiliam noctis uenit ad eos ambulans ſuper mare.** 1396.a.m
- 13 Nolite præcogitare quid loquamini.** 12.c.l
- 16 Et ualde mane una ſabbathorum ueniunt ad monumentum orto iam Sole.** 1261.a.m.1298.b.m
- Signa autem eos, qui crediderint, hæc ſequentur.** 1412.a.l
- L V C A S.**
- 1 Spiritus Sanctus ſuperueniet in te, & uirtus altiffimi obumbrabit tibi.** 1248.b.l.1522.b.l
- Quod naſcetur ex te ſanctum, uocabitur filius Dei.** 1249.a.l
- Quia non erit impoſſibile apud Deum omne uerbum.** 39.b.l
- Illuminare his qui in tenebris, & umbra mortis ſedent.** 1242.a.l
- 2 Lumen ad reuelationem Gētium, & gloria plebis tuæ Iſraël.** 1417.c.m
- Et in ſignū, cui contradicetur.** 1413.c.m
- 3 Qui fuit Adam, qui fuit Dei.** 16.b.l
- 7 Et acceſſit, & tetigit loculum.** 1346.b.m
- 10 Videbam Satanam ſicut fulgur de Cælo cadentem.** 200.a.l.226.a.l.213.b.l
- 13 Succide ergo illam, ut quid etiam terrā occupat?** 804.c.l
- 15 Quæ mulier habens drachmas decem.** 1225.b.m
- Et adducite vitulum ſaginatū, & occidi-**
- te. 1259.b.m
- 16 Mortuus eſt autem & diues, & ſepultus eſt in inferno.** 1346.b.l
- Inter nos & uos chaos magnum firmatum eſt.** 1323.b.l
- 17 Mulier habebat ſpiritum infirmitatis, & erat inclinata.** 1556.a.m
- 19 Si cognouiſſes & tu.** 1597.b.m
- 21 Erunt ſigna in Sole, Luna, & ſtellis.** 1412.c.m
- 22 Veruntamen non mea uoluntas, ſed tua fiat.** 1436.a.l
- I O A N N E S.**
- 1 In principio erat Verbum, & Verbum erat apud Deum, & Deus erat Verbum.** 36.c.l.37.c.l.66.c.l.1437.c.l
- Omnia per ipſum facta ſunt.** 1215.c.l
- Quod factum eſt in ipſo uita erat.** 684.b.l
- Habitauit in nobis, & uidimus gloriam eius.** 1397.a.l
- Ego uox clamantis in deſerto.** 1263.b.l
- Hic eſt uerus Iſraëlita, in quo dolus non eſt.** 1278.a
- 2 Bonum uinum ſeruati uſque adhuc.** 1320.b.m.1213.b.m
- 4 Ieſus ergo fatigatus ex itinere, ſedebat ſic ſupra fontem.** 1374.a.m
- Venit mulier de Samaria haurire aquam.** 1338.b.m
- Puteus altus eſt, & in quo haurias non habes.** 1240.b.m
- Omnis qui biberit ex hac aqua, ſitiet iterū.** 1322.c.m
- Fiet in eo ſons aquæ ſalientis in uitam æternam.** 1232.a.m
- 5 Scrutamini Scripturas.** 1240.b.l
- 8 Vos ex patre Diabolo eſtis.** 449.b.l
- Ille homicida erat ab initio.** 219.c.l
- Quia mendax eſt, & pater eius.** 441.b.l
- 10 Omnes quotquot uenerunt, fures ſunt, & latrones.** 1273.b.l
- Egrediētur, & ingrediētur, & paſcua inueniet.** 1605.c.m
- Ego & pater vnū ſumus.** 37.c.l
- 13 Si non lauero te, nō habebis partem mecum.** 1295.b.m
- 19 Ieſus Nazarenus rex Iudæorū.** 17.a.l
- 21 Mittite in dexteram nauigij rete, & inuenietis.** 1355.b.m
- ACTA APOSTOLORVM.**
- 2 Factus eſt repente de Cælo ſonus, tanquā aduenientis ſpiritus uehementis.** 1336.b.l

Sententiarum.

- b.l.1356.b.m
- 10 Surge Petre, occide, & manduca.** 1487.b.m
- 12 In ipſa nocte erat Petrus dormiens inter duos milites.** 1598.c.m
- EPISTOLA AD ROMANOS.**
- 4 Et uocat ea quæ non ſunt, tanquam ea, quæ ſunt.** 406.b.l
- 5 Commendat autem charitatē ſuā Deus in nobis.** 1595.a.l
- 8 Scimus enim quōd omnis creatura ingemſcit, & parturit uſque adhuc.** 891.a.l
- 11 Quoniam ex ipſo, per ipſam, & in ipſo ſunt omnia.** 40.a.l.411.a.l.1215.c.l
- 13 Nox præceſſit, dies autem appropinquauit, abijciamus ergo opera tenebrarum.** 1287.b.l.1404.b.m
- AD CORINTHIOS.**
- 1.3. Tanquam paruulis in Chriſto lac uobis potum dedi, non eſcam.** 1362.b.l
- 12 Idem autem ſpiritus, diuidens ſingulis prout uult.** 1391.a.l
- 13 Si linguis hominum loquar, & Angelorum.** 16.a.l.214.b.l
- Videmus nunc per ſpeculum in ænigmate, tunc autem facie ad faciem.** 30.b.l
- 15 Alia claritas Solis, alia Lunæ, alia ſtellarum.** 975.b.l
- Factus eſt primus homo in animam uiuentem.** 1472.c.l
- In momento, in iſtu oculi, in nouiſſima tuba; canet enim tuba.** 1278.a.l.254.a.l.261.c.l
- 2.6 Ecce nunc dies ſalutis.** 1417.a.m
- 12 Raptum huiuſmodi uſque ad tertium Cælum.** 623.c.l
- AD GALATAS.**
- 2 Viuo ego, iam non ego, uiuit autem in me Chriſtus.** 1239.b.l
- 4 At ubi uenit plenitudo temporis, miſit Deus filium ſuum.** 1291.a.l
- AD EPHESIOS.**
- 5 Sacramentum hoc magnū eſt, ego autē dico in Chriſto & in Eccleſia.** 1297.b.l
- AD PHILIPPENSES.**
- 2 Qui cū in forma Dei eſſet, non rapinam arbitratus eſt eſſe ſe æqualem Deo.** 1259.b.l
- Dedit illi nomen, quod eſt ſuper omne nomen, ut in nomine, &c.** 1437.c.l
- AD COLOSSENSES.**
- 1 Qui eſt imago Dei inuiſibilis, primogenitus omnis creaturæ.** 37.b.l
- AD HEBRÆOS.**
- 1 Quem cōſtituit hæredem uniuerſorum, per quem fecit & ſecula.** 1215.c.l.445.c.l
- EPISTOLA IOANNIS.**
- 1.3 Qui facit peccatū ex Diabolo eſt, quoniam ab initio Diabolus peccat.** 220.a.l
- A P O C A L Y P S I S.**
- 4 Et ecce ſedes erat poſita in Cælo.** 25.c.m
- 5 Librum ſcriptum intus & foris, ſignatum ſigillis ſeptem.** 1255.b.m.1281.b.m
- Ecce uicit leo de tribu Iuda.** 1349.b
- 6 Et ecce equus pallidus, & qui ſedebat ſuper eum nomen illi mors.** 1597.c.m
- Sol factus eſt niger, tanquā ſaccus cilicinus.** 1425.c.m
- 8 Factum eſt ſilentium in Cælo quaſi media hora.** 1329.a.m
- 9 Vidi ſtellam de Cælo cecidiſſe in terrā, & data eſt clauis putei abyſſi.** 1241.c.m
- 12 Et ſignum magnum apparuit in Cælo, mulier amiſta Sole.** 459.b.m.1037.a.m
- Et poſtquam uidit draco, quōd proiectus eſſet in terram.** 78.c.m
- 20 Et uidi alium Angelum fortem deſcendentem de Cælo, amiſtum nube.** 1310.b.m
- Et ligauit eum per annos mille.** 465.a.l
- Beatus, & ſanctus, qui habet partem in reſurrexione prima.** 1211.c.m.1330.c.m
- 21 Et lumen eius ſimile lapidi precioſo, tāquam lapidi iaspidis, ſicut cryſtallum.** 249.b.m
- Et lucerna eius eſt agnus.** 1260.a.m
- In præfatione Canonis,**
- Cæli, Cælorumq; uirtutes,** 891.c.l



INDEX RERUM MEMORABILIVM,
*quæ in Glossa Magna pertractantur, locupletissimus, ordine li-
 terario digestus ea serie, quod A. supremam pagina
 partem, B. mediam, C. postremam indicent.*

Aron ex Sacerdotibus sanctissimus, ex Nazianzeno. 4.a
 Abel & Cain, piorum, & impiorum pri-
 mitia, & quomodo. 1225 c
 abel & Cain ex eadem Eua nati, diversos exitus Chri-
 sticularum representant. 1225 c
 Abraham Arithmeticam Aegyptijs tulisse Ioseph
 asserit. 1035 b
 Abraham Astrologia erroribus obuolutum falsò dixit
 Philo. 1035 a
 Abraham Astronomus. 19 b
 Abraham Astrologum fuisse testantur duo Clemen-
 tes. 1035 b
 Abyssus nomine quid intelligendum sit. 355 a
 abyssus Gentilitatem indicat. 1598 c
 abyssus mens humana, & quæ tenebrae super illam.
 1604 a
 Actio vespere dicitur, contemplatio mane, & quomo-
 do. 1293 b
 Actiuae vitae amulatores stella in piscis signo col-
 lucentes. 1451 c
 Adam potuit Dei visione potiri, non Daemon. 228 b
 Adam quomodo ante peccatum peribebatur indutus
 fuisse. 1576 b
 Adam post peccatum tantum fuisse corpore præditum
 videtur sensisse Origenes, & perperam. 1576 b
 Ade proceritatis conditionem insequuta sunt cuncta
 animantia. 1136 c
 In Adam imago Dei quasi Regis honorabatur ab ani-
 mantibus. 1194 c
 In Adam deturpata Dei imagine bestia insequere ce-
 perunt. 1194 c
 Adam, & Eua folijs ficus fecerunt sibi perizomata.
 1389 a
 Adam quomodo moderator cõcentus Mundi cum esset, à
 cantu defecerit. 1612 b
 Adulter.e. similes Murenis. 1496 a
 adultera mulieris impietas. 1496 b
 adultera damnato amore veluti veneno cor inficit.
 1496 b
 adulteriu detestabilis in viro, quam muliere. 1496 c
 Adversitatẽ præcedere gloriam multis figuris Scriptu-
 ra demonstratur. 1296 c
 adulterinas animantium species non conditas fuisse à
 Deo, qui asserant, ex Ruperto. 1175 c
 adulterinas mixtasque species creatas qui primò asse-
 rant. 1176 a
 adulterinae animantium species quæ sint. 1176 b
 adulterinas species primò à Deo esse creatas, rationi-
 bus probatur. 1176 c
 adulterina animantia primò à Deo non producta proba-

tur argumentis. 1177 b
 adulterina rerum genera quomodo Mundum venustet,
 & Dei sapientiam prædicent. 1178 c
 adulterina animantium genera non sunt monstra, &
 quare. 1180 a
 adulterina animantia benedictionis fructum percepe-
 runt. 1180 b
 adultores similes Polypo pisci. 1497 a
 adulationis inventor Diabolus. 1497 b
 adulatio similis Echo. 1497 b
 adulatio virtutum dissipatrix. 1497 b
 Aeris num mentionem egerit Moses in Mundi opi-
 scij narratione. 305 b
 aërem quietum spiritum Domini appellari qui dixe-
 rint. 371 b
 aër nomine firmamenti num veniat. 563 b
 aëri collatum est, ut esset locus naturalis aquarum subli-
 mum ex Pererio. 569 a
 aër die secundo num manavit. 586 b
 aër ex aquis non fuit exertus. 587 a
 aër Solis virtute non prodijt. 587 b
 aër à primordio sui locus naturalis est aquarum. 589 c
 aëreæ impressiones apparuerunt solummodo post Mun-
 dum conditum. 590 a
 aër solus nequit dici firmamentum, neque intersti-
 tium. 649 b
 aëris conflatio à Mose prætermissa, ex Nysseno.
 708 c. & 719 b
 aëris pars inferna tertio die producta est secundum
 Augustini doctrinam. 719 a
 Aër & aqua post ornatum Cælum, & terram, exor-
 nanda decenter erant ex Basilio, & ceteris. 1052 a
 aër non est prætermisus in receptionis ornamenti quin-
 ta die narratione, ex Augustino. 1053 c
 aëris suprema regio Cælum dicitur, infima aqua, ex Au-
 gustino. 1055 a
 aër, & aqua exornantur quinto die, quæ tertio distri-
 cta sunt. 1057 c
 aërem crassum aquæ nomine significari ægre recipi-
 tur. 1059 b
 aëris mentio in quinta die non reticetur. 1060 b
 Inter aërem, & aquam maxima est sympathia ex Au-
 gustino. 1090 a Et media sunt Elementa. 1090 b
 aëris & aquæ affinitas quæ sit. 1091 a
 aëris infima regio aqua nominatur. 1096 c
 aërem Cæli nuncupari ratione perspicuitatis. 1105 a
 aër firmamentum dici potest, quia æthere densior, sed
 abusivè. 1105 a
 aër ab exhalationibus immunis firmamentum appella-
 tur, ex Augustino. 1105 c
 aërè vocari Cælum plures Scripturæ testantur. 581. b
 aërem

Rerum memorabilium.

aërem non potuisse ex aquis virtute Solis elici. 330. b
 Aeternitas soli competit Deo. 90. b
 aërum Angelo competit. 90. c
 aeternitatis, ævi, & temporis discrepantia. 92. b
 eternitatis symbola nonnulla recensentur. 1303. b. c
 etates hominis septem diebus adaptantur. 1583. c
 Agricultura spiritualis describitur. 1410. b
 Alcionis exemplo prudentiam docemur. 1508. c
 Allegoria quando venusta, quando non. 428. b
 allegoria pro literali sensu non accipienda ex Basilio,
 & alijs. 625. a
 allegoria quid importet, ex Eucherio. 1208. a
 Amaranthibus perseverantiæ typus, & quomodo.
 1390. a
 Amor rerum diuinarum nullo termino est cõcẽren-
 dus. 1345. b
 amor terrestrium terminis est præfigendus. 1356. b
 amores duo, cælestis, & terrestris. 1345. c
 amor propius, ignis ardens, & comburens. 249. b
 Amphibia reptilia, quando terræ, vel aquæ nuncupa-
 ri possint. 1182. c
 Anagogia quid importet, ex Eucherio. 1208. a
 Anguilla fugacitatem rerum terrenarum indicat.
 1502. a
 Angeli secunda lumina, ex Nazianzeno. 28. a
 angelus, & homo à concetu Mundi defecerunt. 46. a
 angeli primò producti viatores, non beati. 83. c
 angeli statim post creationem ceciderunt. 89. c
 angeli sua virtute, Mundi conditores non extiterunt,
 ex Ireneo, & alijs. 153. b
 angelorum ministerio Mundus non est creatus. 154. c
 angeli proficere Dei verbo, ex Gregorio Nazianzeno.
 181. b. Solà Dei bonitate, ex Chrysostomo. 182. a.
 & 185. c. De nihilo, ex Cyrillo. 182. a. Modo ineffa-
 bili, ex Chrysostomo. 182. b. Repete et simul ex Theo-
 doreto, & Athanasio. 182. b
 Tanquam radij à Sole, ex Nazianzeno. 182. c
 Tanquam scintillæ à silice, ex Gregorio Magno. 182. c.
 Non ab aeterno ex Ambrosio. 183. a
 angelos conditos ante Mundum, qui Patres asserue-
 rint. 183. c
 angelos ante Mundum conditos, quæ rationes probare
 videantur. 186. c
 angelos conditos cum Mundo, qui Patres dixe-
 rint. 187. b
 angeli Dei opus sunt, ex Augustino. 187. c
 angelos cum Mundo conditos, quæ rationes pro-
 bent. 191. b
 angelus diffinitur loco, non circumscibitur. 194. b
 angelus non est pars integris alis Mundi. 194. b
 angelos sexto die cum homine genitos, qui asserue-
 rint. 192. c
 angelos ante Mundum effectos dicere, erroris occasio-
 nem non præstat. 194. c
 angeli in aëre conditi sunt, ex Augustino, & Ruperto.
 199. a
 angeli in Emphyreo manarunt, ex Iunilio, & alijs. 199. b
 angeli in firmamento editi ex Hieronymo. 200. b
 angelos corporeos, qui Patrum asseruerint. 201. c

angelos corporis expertes, qui Patrum existima-
 rint. 205. a
 angeli quomodo corporei, & incorporei existiman-
 di. 208. b
 angelos corpore solutos esse, quibus rationibus probe-
 tur. 208. b
 angeli quales prodierint naturæ præstantia. 210. b
 angelus Auroræ similis. 210. b
 angeli quare iuvenes à piscibus pingantur. 211. b
 angelicæ naturæ puritas. 211. b
 angeli quomodo expertes compositionis materiæ, &
 formæ. 211. c
 In Angelis nulla differentia sexus, ex Theodoretò.
 212. a
 angelus an gratia, vel natura incorruptibilis. 212. c
 angelicæ voluntatis celeritas in eligendo. 213. a
 angelus quomodo apprehendat seipsum, materiata, sin-
 gularia, & futura. 213. c
 angeli quomodo comprehendant cogitationes cordis
 humani. 213. c
 angelicæ vires quantæ. 214. a
 angeli quomodo consistant, & peruolent. 214. b
 angelorum loquutio qualis. 214. c
 angeli quales in supernaturalibus dotibus. 215. a
 angelica natura Lune comparatur. 215. a
 angelos tantum in naturæ puritate proficisse, qui Pa-
 tres asserant. 221. a
 angelos in gratia non conditos, quibus rationibus demon-
 stretur. 222. b
 angelos in gratia creatos, qui Patrum dixerint. 222. c
 angelos in gratia creatos, quibus rationibus existiman-
 dum. 223. c
 angelos beatos manasse, qui Patrum censuerint. 224. b
 angelos beatos conditos, quibus rationibus ostenda-
 tur. 225. b
 angelos beatos conditos, non probabile est credere.
 227. a
 angelorum natalia Mosem enarrasse, qui Patrum testa-
 ti sint. 229. a
 De Angelis nullam profus mentionem egisse Mosem,
 qui Patrum maluerint. 230. b
 angeli lux merito appellantur. 231. c
 angelorum creationem quare Moses reticuit. 232. a
 angelorum creationis narratio aliena erat à scopo
 Moysi. 233. a
 angelorum creatio nec etiam insinuata à Mose. 233. c
 angeli cum Cælo prodire. 213. c
 angelica natura non conuersa ad Deum, tenebrae dicitur.
 345. b
 angelus spiritus Domini dicitur. 364. b
 angelus lux non aeterna, sed inter spirituales prima.
 422. b
 angelorum à desertoribus segregatio significata per di-
 uisionem lucis à tenebris. 423. c
 angeli apprehensio vespertina & matutina significa-
 tur per vespere, & mane. 425. a
 angeli apprehensio vespertina, & matutina quid sit.
 425. a
 angeli cognitio duplex. 426. b
 angeli

Index

*Angeli in contemplatione qua apprehensio precesse-
rit, matutina, an vespertina.* 426 b
angelorum genesim Moses retulit, & quare. 408 b
angelico bello nil memorabilius. 429 a
*angelicum bellum initum in origine Mundi, finiendum
in fine eiusdem.* 429 b
angelorum apostasiam qua mala sunt subsequuta. 429 c
De angelorum numero plures sententię. 430 c
*angelum non potuisse creari malum, demonstrant Cy-
rillus, Bonaventura, & D. Thomas.* 220 b c
*angelorum numerus nunquam excedat numerum homi-
num.* 431 b
*angelos innumerabiles esse, quibus rationibus evinca-
tur.* 434 b
angeli infiniti esse non possunt. 434 b
angelorum multitudo ordinis non est experta. 435 a
*angelorum partitio in celestes, & terrestres, Platoni-
ca.* 439 c
angelorum partitio secundum Theologiam, qua sit. 439 c
angeli cecidere ex singulis ordinibus. 457 c
angelorum plures remansere, quam cecidere. 458 a
*angelorum, & Dæmonum discriminatas acies Augu-
stinus declarat.* 458 c
angelorum inferiorum lapsus due causse. 459 a
*angelorum inferiorum lapsus causa fuit superbia pro-
pria.* 459 b
*angelorum intellectiones tempore discreto tantum men-
surantur.* 461 a
*angelorum profligatorum qua fuerit ruina, & ca-
sus.* 461 b
*angeli ut apprehendant, ita adherent immobiliter, ut
homo mobiliter, ex D. Thoma.* 462 a
angelorum beatorum corona qua. 466 b
angeli beati cognitionis triplicis compotes effecti. 466 c
*In Angelo nativa cognitio, glorifica etiam super adie-
cta remansit.* 466 c
angeli nunquam essentiam Dei videant. 466 c
angelos Deum videre, qui Patrum astruant. 467 c
*angeli quomodo dicantur Deum apprehendere, & non
apprehendere.* 468 c
angelorum beatitudo qua. 469 a
angelorum voluntas, ut staterna. 469 b
*angelorum hierarchie tres. 469. c. Quę, & quos
ordines complectantur. 469. c. ordinum munera.* 470 a
angelorum ordinum diversa collocatio. 470 a
*angelus duplex suscepit esse, cetera triplex, ex Augu-
stino.* 679 c
*angelorum confirmatio per firmamenti dictionem signi-
ficatur.* 692 a
angeli secundo die non ceciderunt. 703 b
*angelus Deus animantium creationem non demanda-
uit contra Platonem.* 1064 a & 1155 c
angelus gloria redimitus lux primaeva fuit. 1261 b
*angeli perfusi gratia, ut lapides preciosi perfusi radia
Solis.* 1261 c
angeli stelle, & quomodo. 1268 b

*angelus bonus ut stella splendet, lucifer ut ignita im-
pressio.* 1277 a
angelus bonus quomodo a malo cognoscatur. 1277 a
*angelicus ortus dies unus, & non primus & qua-
re.* 1299 b
*angelus & Dæmon non possunt in unum convenire,
& quare.* 1300 a b
*angeli confirmatio in bono firmamentum dicitur, &
quomodo.* 1306 b
angeli quare inconvertibiles sint. 1306 b
angeli lilijs in pluribus conferuntur. 1306 c
angeli ante confirmationem aquę, & quare. 1306 b
angelorum confirmatio firmamentum. 1317 c
angeli non possunt labi, & quare. 1318 a
angelorum assistentia duplex est ratio. 1318 c
angelus in bono confirmatus, Cælum. 1325 c
angeli & Cæli similitudines. 1325 e
*angeli conditi in Cælo ut stelle, Christus & Ecclesia in
terra ut Sol, & Luna, & quomodo.* 1399 b
angeli Mundo affulserunt ante Christum. 1399 b
angeli quomodo dicantur loqui. 16 b
angelica natura aqua dicitur ex Nysseno. 286 c
*angelos & videre Deum, & mysterium incarnationis
cognovisse dicendum est, contra Anastasium, & qua-
re.* 1230 c
angeli que prevideant de futuris, & quomodo. 929 b
angelis demandata est piorum multiplicatio. 1544 a
angelorum ad stellas collatio. 1422 e
*angelorum & virtutum nomine quid intelligat Da-
vid.* 1607 a
angelus quomodo Deum laudet. 1610 e
angelus quid sit, & que eius prestantia. 1616 a
*animalium, spirituumque diversitas, quomodo in Deum,
& in Cælos sit referenda.* 245 e
animantium genera non virtute Solis producta. 759 b
*animalia post luminaria creantur, quia lucem tantum
imminutam ferre poterant.* 1058 c
*animantia Solis virtute primo non producta, & qua-
re.* 1071 b
*animantia sunt elementorum eorum specimina, in qui-
bus moventur.* 1092 e
*animantium creatio miraculosa respectu agentium causa-
rum, non respectu materia.* 1101 e
*animantibus propagandi facultas a Deo collata, egre-
gium munus fuit.* 1129 e
*animantium naturalis ardor ad prolem virtus est bene-
dictionis diuinę, ex Procopio, & Ruperto.* 1131 c
*animantia cum triplex esse habeant, in Verbo, in natu-
ra, & in genere perpetuum, tertium hoc a benedictio-
ne susceperunt.* 1131 b
*animantia in perfecta ætatis statura primum sunt cor-
dita, & quibus rationibus.* 1136 b
*animantia pauca, vel bina in unoquoque genere primi
prodijisse, qui asserant.* 1137 e
Quibus rationibus id evincatur. 1137 c
*animantia non pauca, sed magna copia prodijisse, qui
tradant, & quare.* 1138 a
*animantia pauca in tot semotas regiones effundere
potuerunt.*

Rerum memorabilium.

potuerunt, & quare. 1138 c
*animantia producuntur sexta die ad proportionem quin-
que sensuum, & phantasia ad sextum numerum.* 1145 b
animantia quorsum eo die, quo homo creata sint. 1148 c
quod ambo ad terrę ornatum spectent ex Ruperto. 1148 c
*quod animantia homini sint in adiumentum, &
auxilium, ex Genadio.* 1149 a
*quod ex terra na-
ta in terra vivant, & ad terram revertantur, ut ho-
mo.* 1149 b
quod illi similia, & magis domestica. 1149 c
animantia terrestria quatuor homini connectantur. 1150 b
animantibus intellectum qui ascripserint. 1150 b
animantium effectrix causa qua fuerit. 1152 c
In animantium creatione duo miracula contingere. 1156 c
animantia quorsum ex terra producta dicantur. 1156 c
animantia terrestria præstantiora piscibus ex Basilio. 1160 a
*animantium terrestrium divisionis sufficientia multi-
plex.* 1166 a
animantium generum diverse divisiones. 1171 b
animantia pauca condita sunt. 1173 b
*animantia in magna copia, & omni in terra regione
primum prodijisse qui putarint.* 1173 b
*In animantium mixtorum, seu adulterinorum genera-
tione omnia naturaliter concurrunt.* 1177 b
*animantia adulterina monstra esse, quibus suspicacioni-
bus dubitatur.* 1177 c
animantium colligatio quam mirifica. 1178 b
*animalia ex puri emergentia, qui a Deo condita asse-
runt.* 1183 a
Quibus rationibus id suspicandum sit. 1183 b
*Nullum genus animantium adeo est despectum, quin
mirificam Dei maiestatem patefaciat, ex Tertul-
liano, & Augustino.* 1183 c
*animantia ex elementis putrefactis, & germinibus, non
qua ex cadaueribus prodeunt, quis primum Deum
creasse assererit.* 1184 b
*animantia ex exhalationibus putridis tantum prodeun-
tia primum enata qui dicant.* 1185 b
*Nullum animantium genus ex putri edi consuetum pri-
mum prodijisse qui existiment.* 1185 c
*animantia ex putri prodire solita, ex limo Dei potesta-
te primum manasse qui velint.* 1186 b
*animantia ex putri oriri consuetum Deus ex humo crea-
uit.* 1188 a
Cuncta animantia ex putri prodeuntia recensentur. 1187 a
*animantia quare dicta sint creata secundum genus, &
non secundum similitudinem.* 1190 b
*animantia noxia ante peccatum bona, quia nocere non
poterant.* 1192 a
*animantia perniciosa in exordio Mundi creata fuerunt,
& quare.* 1194 b
animantia noxia bona, & quare. 1195 a
*animantia si vitia, bona, si perniciosa, Dei flagellum, si su-
perstua, complent integritatem & niuersi.* 1196 a
*In animantibus omnibus collucet sapientia Dei, ex
Augustino.* 1196 b
*animantia, bestię, vel fera, fidei demonstratio esse pos-
sunt, ex Basilio, & Ambrosio.* 1197 c
In animantibus noxijs misericordia Dei demonstratur,

& quomodo ex Chrysostomo. 1198 b
*animantia noxia conferunt ad subministranda medica-
menta, ex Nysseno.* 1198 c
Vel ad incunditatem, ex Damasceno. 1199 b
Vel ad excitandum nos, ut Deum inuocemus. 1199 c
animantium exæptis instruitur homo, ex Procopio. 1199 c
*animantia perniciosa caruifices sunt iustitie diuinę, ex
Ruperto 1200 a. Et eorum sequitia penam inferni
ostendit.* 1200 b
animantia quid de Dei maiestate emunciant. 1200 c
animantia cuncta & niuersi complent integritatem. 1200 c
animantia quomodo iuuent tum animam, tum corpus. 1200 c
*animantium nonnulla alia deuorant Dei permittente
providentia, ut se ipsa alant.* 1201 a
*animantibus Deus non benedixit, quod eis cõpeteret be-
nedictio collata piscibus, et auibus.* 1203 a
*animantia terrestria minus connectuntur homini, quam
auibus, & piscibus.* 1204 b
In animantibus virtutum & vitiorum imagines insita. 1556 c
Ab animantibus discendum vulnera anime curare. 1557 a
*animantia diuersa quomodo doceant nos diuersa vitia
propellere; Vt igitur ignauiam, vel ves perfidiam impia,
serpens ingratiuitatem, testudo ociositatem, capra
tentationem, leo tumorem, leopardus animi ferocita-
tem, ursus torpedinem, ceruus timiditatem, canis cul-
parum vulnera, & quomodo.* 1557 c & seq.
*animantia dicuntur anime viuentes; homo autem fa-
ctus in animam viuentem, & quare.* 1473 c
*Ex animantium virtutibus & vitijs theriaca, optima
conficitur.* 1557 a
animarum duplex esse genus Philo edocuit. 205 a
*anima nephes dicitur, halitus, flatus, ventus, seu spiri-
tus.* 1067 c
animas inditas a Deo animantibus qui asserant. 1081 b
animas educitas ex seminario materia, g dicat. 1081 c
animę brutorum unde oriatur multiplex sententia. 1082 b
anima se ipsam multiplicare & transfundere nequit. 1082 b
*animę brutorum qua virtute primum prodierint, &
nunc prodeant.* 1082 c
anima sensibilis sola videtur viuere. 1083 a
animę brutorum dicuntur viuentes & quare. 1083 c
*animarum creationem an distulerit Deus, ut terra exic-
cicaretur.* 1147 a
animarum transmigrationem qui admiserint. 1150 b
*anima animalium mortalis censetur, quia producta a
terra.* 1158 b
anima diuina contemplans nubit Deo. 1211 c
anima celestia contemplans parit ut Deipara. 1211 c
*anima dum contemplatur res terrenas monstris nubit,
& monstra gignit.* 1212 a
*anima adiens Scripturas vas cordis emundare debet,
quia Scriptura cæca vinaria, & sensus vinum, ex
Ambrosio.* 1212 b
animę ad Cælum, & carnis ad terram comparatio. 1224 a
anima, vel pars ratione prædita lux est, & quomodo. 1268 a
b b b b anima

Index

anima luna, & quomodo. 1268.a
anima cum Deo coniunctiones per duos congressus Scelis, & Luna designantur. 1268.b
anima à carne delata typus fuit Europa à Tauro veneta. 1271.b
anima ad Deum oculos semper, intentionis retere debet, & quomodo. 1271.b
anima operans, vt mulier pariens pluribus modis. 1274.c
anima à culpa seiuigenda, sicut seiuixit Deus lucem à tenebris. 1282.b
anima nostra vt speculum, & quomodo detergendum. 1282.b
anima tres partes, vt tres Gorgones, & quæ. 1313.b
anima sensilis vt Medusa. 1313.c
anima vt ferrum ignitum frigesens in morte. 1323.c
anima vel mens iusti Cælum, & quomodo. 1328.b
anima iusta ad Cælum plures collationes. 1328.c
De anima iusti tanquam de Cælo plures scriptura quid præsignant. 1328.c
anima terra profert herbã, & lignũ, idest desideria sancta, vel imperfectiora opera, & perfectiora, & quomodo. 1369.b
anima terra, vel hortus Adæ collatus, vt operaretur & custodiret illum. 1369.c
anima nostra vinea, et quò vt vitis colatur. 1383.c
anima irretitur voluptatibus, & in prauis habitibus clauditur, sicut bestiola in succino. 1392.a
anima quomodo primum Cælum, & postea firmamentum dictum Cælum. 1402.b
anima sicut fons perspicuus reflectens in se Solem & Lunam. 1402.b
In anima quomodo consideant tria luminaria. 1402.c
anima nostra quando sit in die, quando in nocte, & quando in crepusculis. 1404.a
anima in corpore tanquam Naucerus in nauì quid age re debeat, & quæ sint eius instrumenta. 1411.a
anima iustificata tria habet pacis genera, sicut Cælum tria luminaria. 1425.c
animæ facultates dicuntur stelle. 1458.a
anima Cælum, & quomodo. 1458.a
animam sapiens collocat in celestibus, insipiens in terrenis. 1460.b
anima in purgatorio suffragiis viuētū iuuatur. 1463.c
anima viua, viuens, & mortua quid sint. 1474.a
anima viuens & motabilis ex aquis educta, animū, & fide viuentem, & fide viua operantē indicat. 1483.c
anima fide viua imbuta in quatuor differt ab anima fide mortua prædita. 1484.a
anima à corpore oppressa Ostreo significatur. 1502.b
anima vt coraliū. 1503.c
anima stater est argenteus, Angelus aureus. 1506.c
anima vigilantia in Grui exemplo notatur. 1533.a
anima peccatrix infirmitas. 1557.c
anima cur ad bonum debet esse promptior, quàm ad malum. 1562.a
anima a pariens malum vt Lia, pariens bonum vt Rachel. 1562.a
anima pariens malum vt Leena, & vipera. 1562.b
anima Cælum, & quomodo. 1595.a

anima vt adolescens ad Cælum volans saxo pedibus alligato. 1596.b
anima nostra quare nulla re creata satietur. 1596.c
anima beatæ symbola. 1605.a
Ana primus congressum asini cum equa excogitauit. 1177.b
anam fuisse mulorum inuentorem non est ita facile admittendum, & quare. 1179.b
Anni exordium sumebant Iudei, Aegyptij, Persæ ab æquinoctio. 823.a
Annus est tanquam serpens caudã sibi deuorans. 823.c
Anni partes quatuor hominis quatuor ætatibus comparantur. 830.c
Anni vices quatuor eleganter declarantur à Basilio, ab Ambrosio, & à Damasceno. 932.a. & seq.
Anni alij solares, alij lunares, & quomodo efficiantur ab astris. 939.a
Anni ex stellis breuiores, uel prolixiores, & qui. 940.b.c
annorum genera octo, & quibus diebus singuli absoluantur. 941.c
Anseres semper meditantiū mortē simulachrū. 1510.b
Antipapa sunt arcæ mystici Solis, & quomodo. 1405.c
Antiphites vt lucerna super candelabrum sita. 1418.b
antiphites docentes verbo non exemplo, vt tormenta bellica vacua, vel Gigantes picti. 1418.b
antiphitum cærum stelle in libra micantes portendunt. 1451.a
antiphites quomodo libram & ensen ferre debent. 1451.a
antiphites, & reges à Deo excelsa discant in excelsa loco ponere. 1459.c
antiphites, & regulares comparantur sali. 1503.b
antiphites inter Christicolos firmamentum. 1312.a
antiphites stelle, & quomodo. 1401.a
Antiparistes spirituales quomodo fiat. 1463.a
Antipodes num reperiantur. 541.b
Antropomorphitarum heresis damnata. 406.c
Aper symbolum carnalium & quomodo. 1344.c
Aphrica cur monstra frequentius producat. 1176.b
aphrica termini. 760.b
Apostoli nubes, & quomodo. 1223.c
apostolorū cætus stellis Ariete sitis comparatur. 1450.a
apostoli & Doctores magni disseminatores verbi Dei vt eete grandia. 1481.b
apostolorum seu Doctorem, & Hæresiarum certaminis typus. 1482.a
Apparitiō arida tertio die quid significet. 751.b. & seq.
Appetitus noster vt ceruus. 1574.b
Apprehensio diuinarum rerum duplex, sicut duplex comestionis genus. 1562.b
Apum exemplo regularis vita demonstratur. 1523.b
aquas in Chaos à terra vsque ad Empyreum peruenisse qui censeant. 277.c
aquæ supra terrã in Chaos quantū succrescerent. 279.c
aqua non memoratur à Mose condita exercitationis ingenij causa. 342.b
aqua fuit caussa, quod terra esset inuisibilis & incomposita. 342.c
aquas vento valido Deus exiccavit in Chaos, iuxta nonnullos. 370.b
 aqua-

Rerum memorabilium.

aquarum nomine super quas ferebatur si ritus Sanctus, quid intelligendum sit. 386.b
aquæ elementum terra contegebant Chaos, ex Terulliano, & alijs. 390.c
Et vsque ad firmamentum, ex Iunilio. 391.c
aquarum altitudo in Chaos, ex Anta. 392.b
aquarū nomine qui Patres Angelos intellexerunt. 624.c
Quine id confutavit. 624.c
aquarum supernarum & infernarum nomine quid capiendum, & ponuntur sententia. 624.c. & seq.
aquarū supernarū nomine Cælum non capitur. 634.a
aquarū celestium nomine vere naturales aquæ sunt intelligenda, ex pluribus Patribus. 637.c
Aquas supra Cælos esse, communis fuit Hebreorum opinio. 651.a
aquarum celestium sententia vetustissima est in Ecclesia. 652.b
aquæ super Cælos sunt, vt humiditas in capite hominis. 653.b
aquæ supra Cælos resident, si non natura, saltem non præter naturam. 653.c
aquas supra Cælos esse, quò dicatur miraculū. 654.a
aquas celestes qui Patrum glaciales asserant. 655.a
Vel q vapores dicat. 656.c. Vel qui labetes. 658.b
Vel qui ignoti generis. 659.c
aquæ supercelestes qua natura prædita sint cognosci nequit. 660.a
aquas celestes statueri tribus de causis difficile reputatur. 660.b
aquas celestes vapores esse magis verisimile est. 660.c
aquas supra Cælos quibus de causis Deus collocavit. 661.a. & seq.
aquarum exundantia quàm necessaria, ex Basilio & Ambrosio. 662.c
aquas celestes in diluuiō non decidisse, quibus enineatur rationibus. 663.c
aquarum & ignis virtus in Mundo librata à Deo. 668.b
aquæ superna & inferna quomodo ignis virtuti relectantur. 668.b
aquæ supereminent igni in Mundo, sicut in homine cerurum cordi. 668.c
aquæ celestes astrorum ignem temperant frigiditatis influxu. 669.c
aquarum dimidiam partem supra firmamentum euctam esse qui Patrum asserant. 671.a
aquarum supracælestium copia ingens. 671.c
aquæ cum diuise dicuntur per firmamentum, quid intelligatur. 679.a. & seq.
aqua & terra tertio die creatæ, ex Tostato. 709.a
aqua & terra sola in Chaos genitæ, ex Steucho. 709.b
aquarum congregatio fuit ipsarum formatio, ex Augustino. 714.c
aquæ tertio die quomodo create sint. 720.a. & seq.
aquæ tertio die ingenita est vis properandi ad decliniam ex Basilio. 723.a
aquarum congregatio, terra voragine præbente, effecta est. 725.b

aqua diuersam à terra spheram, & centrū sortita sunt ex Burgense. 726.c
aquarum congregatio sex modis effecta creditur. 729.c
aquæ vento valido exiccate non fuerunt. 730.b
aquæ tertio die non sunt adeptæ maiorem densationem. 730.c
aquis nūm tertio die naturalis vis ad fluendum sit tradita. 731.c
aquæ ante maria quam motionem haberent. 731.c
aquæ ex noua Mundi structura tertio die effecta pronitatem ad ima demonstrarunt. 732.a
aquæ congregatæ eminentiores factæ sunt. 732.c
aqua nūm sit maior terra. 741.a
aquæ altitudo in Chaos, quæ milliaria altitudinis compleret. 742.a
aquas congregatas fuisse in vnum locum significat eadem in vnam formam apparuisse, ex Augustino. 743.a
aquæ per continuationem vno esse in loco dicuntur, ex Basilio, & ceteris. 744.b
aquæ quò dicuntur coactæ in vno locū. 746.a. et seq.
aquæ nature non est connata salsedo, & quibus rationibus. 750.a
aqua & aer simul exornantur ante terrã ex congregatione, qua sibi inuicē, & Cælo copulantur. 1052.b. Vel quia ambo media elementa. 1053.a. Vel quia ambo perspicua. 1053.c
aqua quinta die ornamenta suscepit, quia vt elementū proximū aëri Cælū nūcupatur, ex Augustino. 1053.c
aquarum duplex genus, labile, & stabile. 1056.a
aqua ante terram sua recipit specimina, quia primò visibilis apparuit. 1057.b
aqua & aer cur simul orientur. 1060.a
Cur ante terram. 1060.b
aquas produxisse pisces Solis afflatu, vt causa efficiens, qui dicant. 1068.c
Vel decreta sibi efficiēte virtute à Deo qui. 1069.c
Vel vt matrices tantum, verbo Dei causa efficiens, ex Patribus qui testantur. 1070.b
aquæ effectrices causæ piscium virtute Dei non fuerunt. 1071.c
aquas solas pisces produxisse qui asserant. 1072.a
Ex Aquis dicuntur geniti pisces propter affinitatem quia in ipsis viuunt, vel propter complexionem, quia in ipsorum complexionem aqua magis prædominatur. 1073.c. & 1074.b
aquarum plurima differentia genera piscium diuersa proferentes. 1077.a
aqua produxit, & emisit aues; pisces autem tantum produxit. 1096.a
aquæ nulla ferè sunt piscibus destituta. 1139.c
aquæ baptismatis pluribus aquis tanquam figuris præmonstratæ sunt, & quibus. 1245.b
aqua baptismatis omnia munera aquæ explet spiritum. 1245.b
aqua symbolum scientiarum. 1250.b
Inter aquas celestes, & terrestres plures differentiæ, quibus ediscit Prælati qualis esse debeat. 1321.b
aquarum terrestrium congregatio Ecclesia militantis typus. 1333.b

Index

De aquis supracaelestibus non dictum ut congregentur, sed de terrestribus, quoniam amor caelestium nullis coarctetur terminis, uti terrestrium. 1345.a
 aqua producentes pisces & aues, simulacra fuerunt aquarum baptismalium. 1469.a
 aquae iubentur educere in numero singulari, terra in plurali, & quare. 1471.b. & 1473.a
 aqua eglestis doctrina gignit actiuos & cōtemplatiuos, tanquam pisces, & aues. 1477.a
 aqua in salem conuersa typus Antisittum & Regularium. 1503.a
 aquarum nomine: & aquae omnes quae super Caelos sunt, quid interpretandum. 1608.c
 aquas magis succreuisse in Chaos, quam in Diluuiō qui dicant. 279.c
 aquae non ascribitur auium profilitio, cum legendum sit: Et volatile uolet. 1099.a
 Aquila cur in Lunam oculos non figat ut in Solē. 979.c
 aquila symbolum contemplantium, & qui eorum oculi. 1518.c
 aquila exemplo edificat peccator nouitatem uita recuperare. 1519.b
 aquila renouatio secundum tria ipsius membra. 1519.b
 aquila & uultur in Scripturis animalia immunda. 1523.a
 aquile uerè spiritualium, Accipitres hyppocritarum typus. 1474.b
 Arborem nomine ligni appellare solent Hebraei. 790.b
 arborum plures utilitates ex Chrysoſtomo, & Ambrosio. 801.b
 arbores cur dictae sunt lignum faciens fructum. 806.c
 arborum utilitates undecim enumerantur. 807. c. & 808.b
 arbores productae fuisse in procera & profecta conditione. 821.a
 arbores nū maturis fructibus onuste proderunt. 821.b
 arbores dum florescerent, fructusq; ederent, promanarunt. 821.c
 Arca Noë ad Ecclesiam plures collationes. 1545.b
 arca federis sanctissimam Trinitatē praesignabat. 147.b
 arca Domini in Iordane est ut Spiritus Sancti consolatio in tribulatione. 1253.c
 Ardea exemplū iustorū mortem non pauentū. 1510.c
 Arca in Sole mystico quid sint, & quid portendant. 1405.c
 Argus Mundi typus. 1499.a
 argi oculi diuinae prouidentiae symbolum. ibid.
 Aristotelis sententia de Mundi aeternitate. 97.b
 aristotelis rationes pro quinta essentia soluuntur ex Platonis. 604.c
 aristotelis sententia de quinta essentia mentem inficit Christianam. 605.b
 aristoteles fidei nostrae acerrimus hostis. 605.c
 aristoteles Solem non esse calidum asserens, deridetur à Basilio, & Ambrosio. 669.b
 Arrogantiae nimio fastu tumentes euitandi. 1563.a
 arrogans leoni comparatur. 1563.b
 arrogantiae diuersa exempla. ibid.
 Artium triplex genera. 133.c

Articulus primus creationis quibus rebus in Scriptura figurata. 114.c
 Asia termini. 760.b
 Astra ignita esse & valida plures existimantur. 492.c
 In astris alterationem Patres admittunt. 669.c
 astra frigiditatem quomodo influant. 670.c
 astra Caelis uel non sunt insitae, uel non oriuntur ab ipsis, sicut germina à terra. 785.a
 astrorum uehicula quarto die compinguntur, & in ipsa lux primigenia distribuitur, ex Basilio. 863.c
 astra quarto die condita sunt. 867.a
 astrorum diuersus genitura modus. 867.b
 astra nūm ex igne congeſta sint. 867.c
 astra an ex elementis, uel exhalationibus, uel quibus essentia. 873.b
 astrorum naturam esse inuestigabilem Philo asseruit. 874.c
 astra sunt ignea. 875.a
 astra nūm anima praedita sint, plures recensentur sententiae. 877.a. & seq.
 astra nonnulli Deos putarunt. 879.c
 astra per Caelorum uirtutes intelliguntur ex Caietano. 881.a
 astra nūm animata sint, qui Philosophorum & Patrum definire renuerunt. 881.c
 astra esse inanima, ut probatior sententia accipitur. 890.c
 astra nūm sint inanimata differendum tantum inter eueruaitos. 893.a
 astrorum animae, si eas haberent, quo tempore conditae dicerentur. 893.b
 astra animas insidere duobus modis perhiberi potest. 893.c
 astra anima praedita quauis diceremus, non ob id adoranda essent. 894.a
 astra si anima uia trix ascriberetur, qui status eis impetendus. 894.a
 astra fatius est animam uia tricem, quam beatam attri buere. 894.b
 Ex astrorum animatione splendet potentia, sapientia, ac bonitas Dei. 894.c
 De astrorum muneribus, & beneficijs plura. 898.a
 astra gemmę in annulo Dei. 898.b
 astra ad impendenda beneficia Moses creata tradit, ne mortales in horum cultum laberentur. 899.b
 astra quomodo in signa sint, ex Patribus. 915.b
 astra signa sunt temporum ad res gerendas aptorum, ex Chrysoſtomo. 913.b
 astra signa sunt prognostica, ex Philone, Basilio, & alijs. 918.a
 astra quibus signis portendant diuersas qualitates temporum, ex Basilio. 918.b
 astra quomodo uerè in signa dici queant. 922.c
 astra nūm in signa sint humanorum euentū, uel in causas, ex Patribus. 924.b. & seq.
 astra in corporis affectiones, non in uoluntatē aliquid posse. 930.b
 astra quomodo sunt in tempora ex Patribus. 930.c
 & sequen.

astra

Rerum memorabilium.

astra quomodo sint in tempora stata. 935.b
 astra sunt in tempora, id est in uicissitudines temporum. 935.a
 astra dies efficiunt, & exorant. 936.c. & 937.b
 astra gignunt dies naturales & uisuales. 937.c
 astra facta in dies signatos. 938.c
 astra lucent mirifico apparatus, & ornamento, ex Chrysoſtomo. 944.c
 astra non lucent aequaliter. 948.c
 astra facta in Caelo semper, illuminant terram opportune. 949.c
 astra desuper radios non emittunt. 950.a
 astra agunt in elementa non in animam hominis. 950.c
 astra illuminant terram propter hominem. 950.c
 astrorum functiones non recenset Moses nisi in beneficio hominis. 951.c
 astra in orbibus fixa sunt ut nodi in tabula. 981.c
 astra non tantum fixa, sed errantia, non omne suum lumen à Sole accipiunt. 1007.b
 astra extra Caelum conſtata Deus postea in Caelum eue xit, ex Anastasio. 1009.b
 astra Deus ponendo fecit in Caelo, uel faciendo posuit. 1009.c
 uel simul fecit & posuit. 1010.a
 astra tanquam pisces per aquam, per Caelum immotum uagari qui dixerunt. 1010.c
 astra uagari per Caelum quae Scripturae auctoritates comprobent. 1013.a
 Et quae rationes id ipsum astruant. 1013.c
 astra fixa in orbibus, & planetas uagari in aethere qui uelint. 1014.a
 astra fixa in orbibus, ut nodos in tabula, qui autem. 1014.c
 astra fixa esse in Epicyclis mathematici edocent. 1017.a
 astra anima esse praedita difficile est admittere. 1018.a
 astra per Caelos solidos uagari impossibile, & quibus de causis. 1018.c
 astra per Caelum uagari quomodo defendari possit. 1019.c
 astra perennia, sicut quadratum est stabile. 1033.b
 astra signa mystica temporum propensorum ad bene operandum. 1410.a
 astra mystica sunt signa dirigendi itinera spiritualia. 1410.c
 astra mysticè in signum solemnitatum spiritualium, & quomodo. 1411.b
 astra mystica, ut Apostoli & Doctores, quomodo in signa, & miracula. 1411.c
 astra id est iusti, signa sunt temporalis miseria, duorum saeculorum, uel pena reproborum. 1413.c
 astra mystica ut iusti, signa quibus contradicetur, & quomodo. 1413.a
 astra mystica praebent nobis tempora duplicia futurae uia, & praesentis, & quomodo. 1416.a
 astra facta in dies signatos. 938.c
 Astra iustitiae Dei hieroglyphicum, & quomodo. 1257.a

Astrologia mystica quae sit. 1448.a
 astronomico quadrante quomodo uti possimus spiritualiter. 1448.c
 astronomica disciplina nūm à Scriptura reijciatur. 1034.a
 astronomiam disciplinam duabus columnis ante diluuium incisam Ioseph fuisse testatur. 1034.b
 astrologica disciplina quomodo uti possimus. 1036.b
 Contra astrologicas diuinationes disceptatio. 1036.c
 astrologia inuentor quis fuerit. 1038.a
 astrologica diuinatione Deum negat, eiusq; prouidentiam tollit. 1039.a
 astrologica diuinatione Deum impium facit, ex Augustino. 1039.c
 astrologica diuinatione Mundi ordinem peruerit. 1040.a
 Ea ipsa causas secundas abrogat. 1040.b
 Ea ipsa hominis libertatem tollit. 1040.b
 astrologia assequi non potest siderum positiones & constellationes, & quare. 1044.c
 astronomi diei exordium à meridie capiunt. 534.a
 astrologorum sapientia tela aranea comparatur, ex Basilio, & Ambrosio. 926.b
 astrologi paucarum stellarum notitiam habent. 1046.a
 astrologos constellationis momentum percipere non posse, exemplo demonstratur. 1046.b
 astrologos natiuitatis momentum percipere non posse demonstrat Basilius. 1046.c
 astrologorum ambages similes aranearū telis. 1047.c
 astrologi quandoque uera praenunciant. 1048.a
 astrologos quare Deus uera praenunciare permittat. 1048.a
 Ab astrologis uera praedici pena est. 1048.a
 astrologi ingenij sagacitate, & solertia futura coniectant, & quomodo. 1048.c
 Ab astrologis praedicta saepe contingenter eueniunt. 1048.c
 astrologi ut Sansones aulam Mundi euertere contendunt. 1039.b
 Auari cetis comparantur. 1482.c
 Auctoritas spiritualis, ut Sol, imperatoria ut Luna, reliquae ut stelle. 1425.b
 auctoritas spiritualis & terrena in Ecclesia ut duae columnae aereae. 1591.c
 auctoritas spiritualis Soli, temporalis Luna comparatur. 1591.c
 Aucupium mysticum. 1507.c
 aucupatoria armamenta mystice quid. ibid.
 Aues quare eadem die qua pisces editae sint. 1089.b
 Quod plura genera auium natent ut pisces. 1089.c
 Quod maxima sit similitudo inter uolatum auium, & natationem piscium. 1089.c
 aues & pisces uniuerso genere sunt imperfecti, & in materia & sine conueniunt. 1090.c
 aues natura praestantiores piscibus, & quibus de causis. 1092.b
 Quorsum aues dicantur genitae ex aquis sicut pisces. 1093.c
 aues formatae ex aëre crasso aqua nuncupato, ex Rupto

Index

perla. 1098.c
aves progenitas esse ex luto, non ex aqua sola, quomodo euincatur. 1102.a
aves progenitas sunt ex luto in superficie aquarum ad littora confidente. 1102.a
aves quomodo ex aqua genitae dici possint. 1102.b
aves a terra escam percipiunt. 1102.a
aves animantia esse terra, & Daemones aeris, qui Philosophorum testati sunt, & quomodo eos redarguat Augustinus. 1103.b
aves vere aeris animantia dicuntur, quoniam Daemones in aere degant. 1104.c
aves sub hydereo Caelo, quoniam eminentissimo, volare quomodo dicantur. 1106.b
aves super faciem Caeli volitare quomodo perhibeantur. 1107.a
aves quare dicantur multiplicari in terra, & non in aere. 1141.a
aves omnes ouipere excepto vesperatione. 1141.b
avem indicam in aere prolificare num fictitium sit. 1141.c
aves plurimas praevideye pericula nouissima, atque fugere nos edocent. 1509.c
Auimum plura genera diuersas vitae Christianorum in situationes indicant. 1511.a
auimum discretiae plures. 1511.c
auimum copia tanta cur a Deo creata. 1512.b
Ex auibus quae documenta eliciantur. 1512.b
Aurora lex fuit, & quomodo. 1417.a
B.
Baptizatis benedictio quare tantum conferatur. 1540.c
De baptismo verificantur, quae de fontibus diuersis, & aquis narrant, & fabulantur Ethnici. 1246.b
baptismate mediante post tenebras errorum emicat lux fidei, sicuti post tenebras mediante spiritu facta est lux. 1246.c
baptismata sanguinis & fluminis figurata in sanguine & aqua a latere Christi exeunte. 1297.c. 1540.c
In baptismo antidoto maleficij hominis, tria sicut in maleficio. 1245.b
baptismi figura in aquis praesignata. 1469.c & seq.
Ad baptismum tria genera hominum accedunt. 1472.b
baptismalis regenerationis condiciones in piscium generatione demonstrantur. 1472.b
baptismus profert christicolos perfectos, & imperfectos, sicut aqua pisces & aues. 1474.a
baptismus producit Catholicos, et Haereticos, sicut aqua pisces, & aues. 1474.c
baptismus profert carnales & spirituales, sicut aqua pisces, & aues. 1475.b
In baptismo concepta fides lux primo die effecta. 1590.b
Basilius memoriam vigere in piscibus non exacte negat. 1161.b
Beatitude non confertur nisi post bona opera, sicut luminaria non fiunt nisi postquam terra germinarit. 1394.c

De beatitudine. varia Philosophorum sententia. 1588.a
beatitudinis firmitudo, & securitas, quomodo firmitudinem sit secundo die conditum. 1604.c
beati undique felicitate potientur. 1605.c
beatorum corpora quomodo in Empyreo locentur. 246.c
Beata Virgo pluribus sanctis mulieribus est praesignata, & quibus. 1324.a
beatae virginis plura symbola in Scripturis, & quae. 1325.a
beata virgo prima firmamentum, & postea Caelum, & quomodo. 1325.b
beata virgo sancta sanctorum, & quomodo. 1340.b
Vide, Deipara.
In beatis duo luminaria magna erunt Dei contemplatio, & sui ipsius, ceterarumque rerum externarum cognitio. 1427.b
Bebemat vox. hebraica quomodo diuersa significet. 1162.a
Bellum angelicum spirituale fuit secundum tres eorum facultates. 460.c
bellum angelicum magnum. 460.a
bellum angelicum quantum perduravit. 460.c
In bello angelico quomodo plura momenta decurrere potuerim. 461.a
Benedicuntur pisces, non animantes, in figuram quod Gentilis, non Iudaicus erat, benedicendus. 1549.b
benedictio quid contulerit, animantibus. 1128.a.b
benedictio Dei peremitatem animantibus contulit. 1130.a
benedictio Dei aliud importat corporeis, aliud spirituales creaturis. 1130.b
In benedictione quare Deus piscibus in secunda persona, auibus in tertia loquatur. 1140.a
benedictio repetitur in homine, ne conubio inesse peccatum arbitremur. 1203.a
benedictionem collatam hominibus, qui animantibus conuenire dixerint. 1204.a
benedictio collata homini conuenire non poterat animantibus, & quare. 1204.c
benedictionem animantibus non esse datam, quod serpens mox esset maledicendus, commentitium. 1205.a
benedictio vna data est piscibus, auibus, & terrestribus animantibus ex pluribus eorum conuenientijs, & quibus. 1205.b
benedictio quare mox piscibus & auibus data sit, & non post animantibus. 1205.b
benedictio homini, quibus de causis repetenda erat. 1205.b
benedictio Dei praecipua est collatio honorum spiritualium. 1539.c
benedictionis duplex ratio, sicut lex duplex. 1539.b
benedictionem cum Iacob quomodo consequamur. 1539.c
benedictio confertur ortis ex aqua, non ex terra, in figuram quod datur baptizatis tantum. 1540.c
bene-

Rerum memorabilium.

benedictione crescere, multiplicari, & replere aquas dictum est doctoribus, & quomodo. 1541.a
Benedictione crescere & multiplicari est in virtutibus proficere. 1541.b
benedictio confert pijs crescere, multiplicari, & replere cuncta. 1542.a
benedictione pijs sunt vt virga Aaron restitentes. 1542.b
benedictio contulit vt pijs cresceret in spe, multiplicarentur in fide, replerent animas charitate. 1544.b
Bestia quid significet, & eius etymologia multiplex. 1174.c
Vt bestiae nuncupentur animantes, sex conditiones intercedunt, & quae. 1175.b
bestiarum duplex ordo. 1175.c
bestiarum nomine quid intendat Moses. 1175.c
bestiae homini ante peccatum subditae erant, & quibus de causis id euincatur. 1194.b
Binarius numerus infaustus. 701.b
binarius numerus in Scripturis mysterijs refertur. 701.c
binarius numerus non improbandus. 954.a
Bonitas Dei condendi Mundi causa. 41.b
bonitas in Deo & in creaturis. 41.c
bonitatis ratio cuncta a Deo prouenit, ex Reperto. 509.c
Bonitatis in creaturis duplex ratio. 1125.a
bonitas animantium triplicem respectu habet. 1200.c
C.
Cain, & Abel piorum & impiorum primitiae. 1225.c
cain & Abel ex eadem Eva nati, diuersa vita exitus Christianorum piorum & impiorum ex eadem Ecclesia natorum, diuersos representant. 1225.c
cain figura populi Iudaici. 1549.c
Calor & frigus in Caelis causas habent effectrices. 670.b
Caligo quaedam in chaos Mundum obruebat. 347.c
caliginis circa luminaria quid de Ecclesia mystice significant. 1407.c
Canis fidelitatis exempla. 1568.a
canes quomodo syllogismum consiciant. 1568.a
Canonici regulares, vt amphibia. 1477.c
Canticum Creaturarum in laudem Dei Creatoris. 1612.c
Caprificus mortificationis exemplum. 1388.c
Caro vt ancilla a ratione domina corrigi potest. 1050.a
caro nostra terra inanis, idest decidens & vacua omni bono. 1232.c
caro quomodo comprimenda exemplo Herculis. 1298.b
caro nostra germinat vt terra herbam, & lignum, idest sensuum honestatem & bona exercitia. 1370.c
caro nostra terra quomodo excolenda tanquam hortus. 1370.c
caro nostra vt terra, producit iumenta, reptilia & bestias terra. 1551.b
caro nostra, vt terra. 1551.c
caro nostro producit iumenta, reptilia, & bestias ter-

re; idest, cupidos, luxuriosos, & superbos. 1553.a
caro nostra homines mutat in bestias. 1554.b
caro terra, & quomodo. 1596.a
Carnem quare Deus ad caelestem gloriam destinauit. 1603.b
Caro nostra inanis, quia decidens ad mortem, nec consistens in vita. 1603.c
Caradrij intuitus typus est inspirationis diuinae. 1531.c
Carentia beatificae visionis super faciem mentis humanae, tenebrae super abyssum, & quomodo. 1243.c
Carnales plures quam spirituales. 1486.a
Cassium mare num cum ceteris connectatur. 748.b
Cassitatem vidualem magnopere commendat Turuius exemplum. 1520.c
Catechumeni herbae virentes, & quomodo. 1361.b
Catena rerum. 43.a
Catholici cum Haeretico congressus in congressu hominis cum lupo exprimitur. 1569.c
Centrum Mundi vnicum est. 731.b
Cervi symbolum spiritualium, & quomodo. 1344.c
Ex ceruo ediscant Christiani patientiam indagare. 1574.a
cerui serpentes deuorant. 1574.a
Cete grandia dicuntur omnes pisces grandiores. 1110.b
cete enumerantur in creatione, vt intelligeremus nullum genus animantium omissum fuisse a Deo. 1112.c
Vel omnes etiam minores ab ipso conditos fuisse. 1113.b
cete solum inter res creatas nominatur, quia vastum, & prodigiosum. 1113.c
Cetorum nomine omne genus vastorum piscium intelligitur. 1114.c
Cete ceteros pisces mole superant. 1115.b
cete graecum nomen sonat vastitatem. 1116.a
De cetorum mira magnitudine quid tradant Plinius, & Albertus Magnus. 1117.a
cetum famellam necasse Deum, & in escam beatis reseruasse fabulantur Hebraei. 1117.b
cetorum venatio Principum reductionem representat. 1482.b
Chaos quale a Deo primum effectum fuerit. 264.c
chaos vna rudi forma donatum, qui Patrum & Ethnicorum primo factum asseruerint. 265.a
Chaos rude quale esset ex Philosophorum praeceptorum mente. 266.a
chaos ex elementis conflatum fuisse qui Patrum existimant. 271.a
chaos ex terra tantum congestum Hieronymus posuit. 271.b
chaos ex terra, & aqua conflatum qui asseruerint. 272.a
chaos ex tribus tantum elementis constasse qui asseruerint. 272.c
chaos ex quatuor elementis compactum qui Patrum tradant. 273.b
In chaos aquas a terra usque ad empyreum peruenisse

Index

- nise qui censent. 277 c
 In chaos ignem, aërem, & aquam in speciem nubis commista qui posuerint. 278 b
 In chaos qui elementa suo loco confuse expansa creditur. 279 a
 In chaos quantum super terram aqua succrescerent. 279 c
 In chaos corpora celestia cuncta distincta qui Doctorum astruant. 279 c
 chaos diuersæ figuræ typis expressæ. 280 b
 chaos rude quomodo terra nomine describatur. 326 b
 chaos rude quomodo dicatur terra, aqua & abyssus. 327 c
 chaos primum sine luce fuit. 331 a. 332 c
 In chaos indistinctio rerum tenebræ nuncupatur. 346 b
 chaos una rudi forma præditum aqua quomodo assimilatur. 389 a
 Chaldaea lingua purior est hebraea. 18 c
 Chaldaei & hebraei à mane exordium diei sumebant. 542 b
 Chaldaei Astronomicarum obseruationum exordium ad Enoch tempora protrahunt. 1034 c
 Charitas germinat herbam virentem proximi commiserationem, & lignum pomiferum, auxilium, secundum genus suum, ex sui consideratione. 1368 b
 Charitatis vires in Remora pisce demonstratur. 1499 a
 Charitatis vires quantæ. 1499 c
 Chori duo Deo canentium describuntur. 1607 a
 Chori nomine in Psalmo quid exponendum. 1610 a
 Christina, seu confirmatio firmamenti effectum secundo die. 1590 c
 Ciconiæ, quæ pietas filiorum in Patres esse debeat, suo exemplo edocent. 1514 b
 Clopias piscis, qui crescente Luna albescit, & decrescere nigrescit, symbolum carnalis. 1446 a
 Cochlea terrenorum affectu complicatorum exemplum. 1502 b
 Christus Soli comparatur, & Moses Luna. 5 c
 Christus fons sapientiæ, uti Sol lucis. 6 b
 Christo debebatur sacerdotium & imperium à Iacob Iudæ & Leui promissa. 8 b
 Christus & Pontifices Romani ius Mundi habent, quanquam negligant. 9 a
 Christus cur duplex testimonium habuit à Cælo. 13 b
 Christus à Cælo miracula præstitit. 13 c
 Christi facies splendens in Thabor, vestimentaque eius candida quid denotent. 13 c
 Christi, & Moysi antitheton. 14 b
 Christus infans Scripture filius. 25 a
 Christi generatio triplex. 55 b
 Christus eadem die passus, qua homo factus est, & eadem resurrexit, qua Mundum creauit, ex Gaudentio. 828 c
 Christus animam sponsam quomodo adducat, educat, deducat, cōducatur, circumducatur, & introducat. 1212 c
 Christus botrus delatus à duobus testamentis, & in cruce compressus. 1213 a
 Christi diuinitas & humanitas, quomodo Cælo & terra comparentur. 1220 b
 Christi caro in cruce fuit sicut terra inanis, & vacua, id est, exinanita doloribus, & vacua sanguine, & quomodo. 1228 a
 Christi caro terra est, sed sancta. 1228 a
 Christi caro ut terra genuit spinas ipsi Christo, & quomodo. 1228 b
 Christus in Cruce omnem sanguinem euacuauit. 1228 c
 Christus ut Deus erat fons vitæ, ut homo apud seipsos habebat fontem vitæ. 1236 b
 Christum morientem in anima præcedunt tenebræ reprobi sensus, sicut moriente eo in Cruce factæ sunt tenebræ & c. 1242 b
 Christus trahit hominem à vita per vitam ad vitam, quomodo. 1245 b
 Christus formatus est ad similitudinem Mundi, & quomodo. 1248 a
 Christus ut lux, lagena, id est, in Cruce constructa, explenduit. 1258 c
 Christus Mundum prostravit, ut Gedeon Madianitas, & quomodo. 1258 c
 Christus sponte non coacte incarnatus. 1259 b
 Christus vitulus saginatus, & quomodo. 1259 b
 Christus lux Ecclesiæ, & quomodo. 1260 a
 Christus lucerna tria complectens, oleum, elychnium, & lucem, & quæ sint. 1260 a
 Christus lucerna super candelabrum, hoc est, super Crucem posita. 1260 b
 Christi prædicatio fuit vox tonitru in vota. 1264 b
 De Christo solo possumus verè dicere; Prædidit Deus quod bonum. 1273 a
 Christus solus natura bonus, quomodo. 1273 b
 Christo quare caput spinis coronetur. 1275 c
 Christus iustitiam in Adam sublata quomodo restituit. 1283 c
 Christus ut Sol apparet alijs in ortu, alijs in meridie, alijs in occasu, & quomodo. 1287 b
 Christi incarnatio omnia adimpleuit. 1291 a
 A Christo discipulorum pedum ablutio facta quid significet. 1295 b
 Christi caro firmamentum est habens supra se aquas, & Cælum supremum, id est, diuinitatem, & animam. 1304 a
 Christi diuinitas Empyreo comparatur. 1305 b
 Christi anima aquis supracælestibus confertur. 1305 b
 Christi caro firmamento in pluribus comparatur. 305 b c
 Christus fuit nubecula ut vestigium hominis, & quomodo. 1310 a
 Christus inter delectationes ut firmamentum inter aquas, & quomodo. 1315 a
 Christi crucifixi contemplatio ab omni vitio animam coerct. 1315 a
 Christus lapis in pede, vel ore Gruum, id est, prudentium, & quomodo. 1315 c
 Christus inter Iudeos, & Gentiles, ut firmamentum inter aquas. 1317 b
 Christus quomodo lapis angularis. 1317 b
 Christus ut firmamentum diuidens inter electos, & Demones. 1317 b

Rerum memorabilium.

- Demones. 1319 c
 Christi humana natura comparata firmamento. 1324 b
 Christi imaginem quomodo deferre debeat Christianus. 1329 c
 Christi mores Christianus imitari debet, sicut eius nomen gerit, & quomodo. 1329 b
 In Christi incarnatione nuptiæ factæ sunt, & quomodo. 1335 b
 Christus ut petra percussus in cruce, dedit aquas Eua gelicæ doctrinæ. 1338 a
 In Christo congregatis omnibus penis, eius, caro apparuit arida, & quomodo. 1339 c
 In Christo crucifixo omnia arida. 1340 a
 Christus in Ecclesiis conuiuium septem dierum, hoc est, quotidie præparauit, & quomodo. 1344 b
 Christus in morte verè homo, id est, ex terra editus dici potuit. 1349 b
 Christus ut leo diuinitatis vestigia humanitate quasi cauda Demoni celauit. 1349 c
 Christi crucifixi contemplatio est lignum fructiferum, & quomodo. 1362 b
 Christi caro tanquam terra quomodo genuit herbam virentem, id est, spem veniæ; & lignum fructiferum, id est, meritum satisfactionum nostrarum. 1362 c
 Christi dolores in horto contritionem nostram quomodo perficiant, & spem afferant veniæ. 1363 a
 Christi passio satisfactioni nostræ vim contulit. 1463 b
 Christi caro quomodo genuit dotes glorifici corporis tanquam herbam virentem, & immortalitatem tanquam lignum. 1363 b
 Christi resurrectio primæ terræ germinationi similis, & quomodo. 1363 c
 Christus flos, de flore, in flore, propter florem, contra florem, et quomodo. 1366 c
 Christus quantum amplius pro homine laboravit, quam Adam pro terra. 1374 a
 Christus ut aquila degeneres quomodo projiciat. 1376 c
 In Christo duplici modo se complacuit pater. 1383 c
 Christus ut lilium lilia amat, id est, pudicos, & quomodo. 1389 c
 Christus Ecclesia, & Apostoli quarto Mundi millennio illuxere, uti & luminaria quarto die condita sunt. 1395 b
 Christum quarta vigilia noctis venisse ad nauem quid importet. 1396 a
 Christus, Ecclesia, & Apostoli luminaria ad ferendam lucem Euangelij, & quomodo. 1397 b
 In Christo residet doctrina Euangelica in fonte, ut lux in Sole. 1397 c
 In Christo, Prælati, Prophetæ, & Apostoli, Doctoribus tria sicut in lucerna, & quæ. 1397 c
 Christus & Ecclesia, ut Sol & Luna, quomodo effecti in terra, & post euecti in Cælum. 1399 c
 Christus ut Sol quomodo dicatur primum illustrasse terram ante Cælum. 1400 a
 Christus & Ecclesia in nobis luminaria sunt, & quomodo. 1402 a
 Christus & Ecclesia ut luminaria diuidunt diem à nocte, virtuosam vitam à vitiosa. 1404 a
 Christus in circuncisione ut Sol rubens in mane futuram passionem indicauit, & quomodo. 1405 a
 Christus in passione rubens, quasi Sol rutilans in occasu, serenitatem Ecclesiæ futuram præmonstrauit. 1405 b
 Christus in cruce appensus, signum pacis Dei & hominis, & quomodo. 1405 b
 Christus iris, siue arcus ostensus Noë in signum fœderis, & quomodo. 1405 e
 Christus ut Sol quatuor mystica gignit tempora in Ecclesia, sicut Sol in Mundo, & quomodo. 1414 b
 Christus ut Sol quomodo ortus tempore Adam in æquinoctio, in libra, primo synagoga tulerit autunnum, & hyemem. 1415 a
 Christus reuersus in ariete quando incarnatus est, nobis tulit ver, & æstatem. 1415 b
 Christus quomodo transegerit duodecim menses allegoricè. 1417 b
 Christus ut Sol datus ut illuminet terram, id est, hominem, non Angelos, vel Demones. 1417 c
 Christus ut Sol mysticus Cælum illustrat, terram illuminat, & calefacit, ad infernum non penetrat, id est, Angelos beat, homines illuminat doctrina, & calefacit gratia, Demones non attingit. 1417 c
 Christus Cælum, & quomodo. 1419 c
 Christus fons gratiarum ut Sol, & præest omnibus. 1424 c
 Christus luminare maius, & quomodo. 1427 c
 Christus ex duabus naturis congectus, sicut Sol ex luce & igne formatus dicitur à Patribus, & quomodo. 1428 c
 Christus candidus, & rubicundus, & quomodo. 1429 a
 Christus ut Sol magis rubens in ortu, & occasu, & quare. 1429 b
 Christus ut Sol circuitum peregit in orbem, & quomodo. 1429 b
 De Christo Sole, quæ fuerit auges, & auges oppositum. 1429 b
 Christus cum Sole in nomine conuenit. 1429 c
 Christus quare clamat, Heli, heli, lamazabani, & c. 1429 c
 A Christo vita animæ, sicut à Sole vita hominis, & quomodo. 1430 a
 Christi natura inscrutabilis, sicuti natura Solis inscrutabilis, & quomodo. 1430 a
 A Christo illustratur Ecclesia, & sancti, sicuti à Sole Luna, & stelle, & quomodo. 1430 c
 Christus in terra natus, in Cælum assumitur, ut sol in terra formatus secundum aliquos Patres, in Cælum sublatus est. 1431 b
 Christus tanquam vas impressum in cruce, ut coruscantior gloria euaderet. 1431 c
 Christus sol, de quo; In Cælo posuit tabernaculum suum, & quomodo. 1432 a
 Christus, et Elias à ascensu quatuor dispares fuerunt. 1432 c

Index

christo vt soli ascendenti occurrunt angeli tanquam stelle, & quomodo. 1432.c
De christo sole copiose contemplationes. 1433.c
christus fons sapientie & gratie, sicuti sol lucis, & calor. 1433.c
christus quomodo sol triplicem gerens orbem. 1434.a
christus vt sol motu duplici agitur, & quo. 1434.b
In christo duplex voluntas, sicuti duplex motus in orbe solis, & quomodo. 1435.c
christus gigas, qui exultauit ad currendam viam, & quomodo. 1434.c
christus quare ortus sit media nocte fulgida, & media die obscura occubuerit. 1434.c
christus quomodo tanquam sol peragravit duodecim signa caelestia. 1435.b
christi vt solis eclipsis que fuerit. 1436.b
christus vt sol quomodo in medio confideat planetarum, idest, sanctorum. 1436.c
christus vt propitiatorum, quod Cherubin, idest, sancti vtriusque testamenti respiciunt, & quomodo. 1436.c
christi ad solis effectus collationes. 1436.c
christus quomodo diuersis dierum generibus praesit vt sol. 1437.a
christi principatus quot, et quales. 1437.c
christus vt agnus mactatus a Iudeis ad vesperum, & quare. 1440.c
christus cur quartadecima Luna mortuus. 1440.c
christus vt aries, & quomodo. 1450.a
christus catulus leonis, & quomodo. 1450.c
christum, & Ecclesiam Mundum illuminasse ostenditur ex eo, quod dictum est de luminaribus, non de prima luce, Et lucerent super terram. 1460.c
christus sol noster non conspicitur nisi lumine fidei, & gratiae. 1462.a
christus & Ecclesia quomodo praesint diei prosperitatis, & nocti aduersitatis. 1462.c
christus & Ecclesia se iungunt luce sua omnes tenebras. 1464.a
christi sanguinis & meriti, purpura praclarum exemplum. 1504.b
christus vt aquila degeneres, hoc est, terrenos homines abdicat. 1518.b
christus aquila, & quomodo. 1519.a
christus nicticorax, & quomodo. 1535.b
christus eadem serie & Mundum condidit, & Ecclesiam congregauit. 1547.a
christus ex Iudeis ortus est, sicut Adam primus ex terra formatus. 1548.c
In christo exemplari quid considerandum. 1550.c
christus quomodo leoni comparetur. 1564.a
christus quomodo leo sua fuerit in resurrectione. 1564.b
christus semper custodiendus in tribulationibus. 1576.c
christus mortuus lancea confossus dedit sanguinem & aquam, vt peccatores mortui inspiratione percussis, aquam timoris, & sanguinem spei proferre possent. 1599.a
christus vt Booz quomodo Ruth inopem, idest, humanitatem nostram sibi copularit. 1603.b

christi Dei & hominis priuilegia quinque. 44 5.c
christus vas Gomor mama scilicet repletum. 1244.b
christus lapis est, & quibus mysterijs, figurisque id demonstratur. 1244.b. Lapis super quem septem occulit, lapis fontem Goliath conterens, lapis statua proterens, lapis dans aquas, lapis praebens oleum & mel, lapis emittens voces, lapis angularis. 1244.b
christus phoenici comparatur. 1529.b
christus vt ceruus. 1574.b
christus, & Ecclesia quomodo praesint diei vitae, & nocti mortis in purgatorio. 1463.c
Christicola exemplo Luna circa terram quomodo se gerere debeat. 1227.a
Christianis noua sunt omnia, & quomodo. 1329.b
christiani quomodo a Christo generentur noua quadam generatione. 1329.b
Christiani nomen quid importet. 1329.c
christianorum duo genera, frugiferi, & infrugiferi. 1360.c
Christicolarum alij vt segetes concludunt semen, alij referant, & quomodo. 1371.b
Christianorum alij in hyeme, alij in aestate spiritualiter quomodo degant. 1406.c
Christicola cum Luna nostra, idest, Ecclesia, dum plena est mysterijs, immolare debent agnum, hoc est, sanctissimam sumere Eucharistiam, & quomodo. 1411.b
christicola bene docentes, & viuentes, stella in libra fulgentes. 1451.a
Christiani incorrigibiles, sunt vt pisces. 1479.c
christicolarum plura genera sicut animantium. 1481.a
christicola debet viuere secundum normam Christianam, & genus Christi. 1484.b
christicola a tribus cognoscitur, num sit verè Christianus. 1484.c
christicolarum varia genera varijs piscibus significata. 1487.c
christicolarum quatuor genera. 1487.c
christicolae quomodo vt apes pereunt, & renouiscunt. 1526.c
Clerici seculares vt pisces, regulares vt aues. 1477.c
Clemens Papa num plures Mundos asseruerit. 312.c & 313.a
Caelum & terra vt principales res creantur, ex Ambrosio & alijs. 68.c
caelum & terra ante omnia conduntur, vt fundamenta, & bases Mundi, ex Basilio. 69.c
caelum & terra condita in principio temporis, sed non in tempore, ex Basilio & alijs. 71.c
caelum & terra condita sunt in exordio primi diei, & cum luce, ex Ambrosio, & alijs. 79.c
caelum ab exordio Mundi cieri cepit, ex Aegidio, & alijs. 84.b
caeli prima tantum die, quo lux condita est, moueri ceperunt. 86.b
caelum nec aliud visibile principio caret, ex Basilio, & alijs. 94.b
caeli & terra creauit Deus absque verbo, Fiat, & quare. 8x

Rerum memorabilium.

ex diuersis Patribus. 136. & 137.a.b
caeli & terra nomine num summarie opus creationis tradatur. 161.b
caelum & terra decem & nouem ferè suscipiunt interpretationes, quae ordine ponuntur. 161. & infra.
caeli syderei quomodo Dei, & Beatorum domicilium dicantur. 246.b
caeli vnus tantum effectiorem Mosem tradidisse qui existiment. 287.b
caelorum duorum Mosem genesim narraffe, qui Patrum arbitrentur. 289.b
caeli supremi muna qua sint. 293.b
caelum supremum cum terra conditum Mundum concludit, & est pars ipsius. 294.c
caeli supremi natura que sit. 295.b
caelum supremum eiusdem naturae cum reliquis. 290.a
caelum & terra simul creata sunt, quanquam simul dici nequeunt. 307.a
caelum & terra simul creata sunt, sed non eodem modo. 307.c
caelum praesertur terrae in narratione Mosi & quare. 307.c. & 308.a
caelum terrae praesertur in narratione Mosi ratione dignitatis. 309.c
caelum supra terram tum dignitate tum naturae ordinem. 310.c
caelum vnde dictum. 313.b
caeli naturae, & figura non temere perquirenda. 314.b
Caelestia corpora, quia praestantiora natura, ideo ampliora. 434.c
Caelos non esse corruptionis immunes. 476.a
caelestia corpora non primo die sunt conflata. 488.a
caelum expassum est ad instar metalli contusi. 584.c
caeli sensiles sunt, & sensu percipiuntur. 587.c
caelestia corpora secundo die condita sunt. 590.b
caelum ex elementis constare Philosophi plures asseruerunt. 592.b
caelum compactum ex aquis, qui Philosophorum & Patrum diffinierint. 594.c
caelum conflatum ex igne qui existimant. 597.c
caeli naturam nobis ignotam esse qui asserant. 599.a
caelum ex quinta essentia constare Aristoteles edocuit. 600.c
caelum crystallinum cum aqua conuenit. 602.c
caelum conflatum fuisse ex nihilo, qui dixerint. 603.b
caelum igneum qui dicunt, quas difficultates subeant. 606.a
caelum qui ex aquis concretis asserunt, quas incommoda offendant. 606.b
caeli in diluuiio obruti sunt aerei, & non astriferi. 606.c
caelorum substantiam nobis esse ignotam. 607.b
caelorum figuram inutile est indagare, ex Isidoro, & Augustino. 607.c
De caeli figura Philosophorum pristorum sententiae. 608.b
caelum semisphaericum qui Patrum existimant. 608.c
caelum semisphaericum quomodo fingeretur. 611.b
caelum semisphaericum esse quae auctoritates, & rationes comprobent. 611.b.c
caelum sphaericum qui Patrum asserant. 612.a

caelum esse sphaericum quibus rationibus Mathematici demonstrant. 613.c
caelum si non esset globosum, non aptum esset ad volutationem. 614.b
caelum sphaericum quibus auctoritatibus, & rationibus astruatur. 614.b
caelum esse quasi cameram & tabernaculum, quomodo intelligendum. 615.a
De caelorum numero plures sunt sententiae. 621.a
caeli proprie sumpti duplex est genus. 623.a
caelorum nomen quibus competat secundum tres loquendi modos. 623.b
caelorum locupletissima diuiso, & enarratio. 623.b
caelum crystallinum cur aqua dicitur. 633.b
caelum nomen Mosi non fuit compertum. 634.b
Supra caelos non conscendit vapor. 657.c
caelum non est ex aquis concretum. 666.c
caelum nullo impressionum genere perturbari potest. 667.a
caeli pluuia nobis non effundunt. 668.a
caelo a Deo impostum nomen, quia perenne, ex Rupertio. 687.c
caelum nomen & firmamentum quatenus differant. 688.a
caelum hebraice ab aquis dictum, ex Hieronymo. 689.c
caelum graeci uerbo vnde dictum. 690.a.c
caelum latine vnde dictum. 691.a.b.c
caelum fuit primum corpus creatum, ex Philone. 707.c
caeli insignis cunctis alijs Dei gloria enarrat. 898.b
caelum est vt liber ex Origene. 924.b
caelum esse molle & permeabile qui renuant. 1081.b
caelum non semisphaericum. 1018.b
caelum solidum est, & sphaericum. 1019.b
De caelorum numero varia sententiae. 1020.c
caelum corpus vnum continuum, quanquam in plures orbis seimctum. 1021.c
caelum vnum est eccentricos tantum admittens. 1022.a
caelum dicitur vnum, quia orbis se contingunt. 1022.b
Vel si non se contingunt, eiusdem substantiae materiam in se concludunt. 1022.c
caelum dicitur vnum, quia vnus natura, & vno raptu agitur. 1023.a
caeli commendatio non fuit protrahenda vsque ad quartam diem, vt maluit Catherinus, & quare. 1029.a
caelestes coitiones imperceptibiles sunt. 1043.a
De caelestibus rebus coniecturalem tantum notitiam habet Astrologus. 1047.b
caelorum numerus apud veteres dubius, & adhuc imperspectus. 1047.b
caeli conuersiones esse inter se incommensurabiles, vel saltem non nisi post 36. millia annorum. 1045.c
caeli tripliciter hominem afficere possunt. 1049.c
caelum & terra diuinitatem, & humanitatem in Christo quomodo significant. 1220.a
caelum hoc est Diuinitas Christi, quomodo coniuncta est terrae, hoc est humanitati. 1220.b
caelum & terra Ecclesiam triumphantem, & militantem quomodo portendant. 1221.a
caeli et terra quo Iudaismum, et Gentilitatem figunt. 1221.b
Caelum & terra testamentum nouum & vetus, vel Scripturae

Index

ptura de diuinitate & humanitate Christi, vel sensus spiritualis, & literalis. 1222.b
Celum & terra ad animam & corpus, sicut spiritum & carnem referri possunt. 1224.a
caelum & terra mentem & sensum, vel potentiam intelligibilem & sensilem representant. 1224.c
caelestia primum curanda quam terrestria, exemplo Dei, qui prius fecit Caelum, postea terram. 1226.c.
Duo Caeli typus sunt duarum naturarum in Christo, vel duarum Ecclesiarum, militantis & triumphantis, & quomodo. 1324.b
Celum quarto tantum die conuersiones suas inchoauit. 87.a
Celum Sammaim dicitur, & quid significet. 159.c & 160.a
Caeli Caelorum nomine quid intelligendum. 1608.b
Caelorum substantiae indagatio difficillima. 591.c
Cecitas, vel reprobis sensus super cor peccatoris tenebrae sunt super faciem abyssus. 1241.b
Cogitationes impiae & nefariae cetera sunt grandia. 1483.a.
Cognitio sui ipsius in anima peccatrice lux, & quomodo. 1269.c
cognitio naturalis & beatifica uino & lacti quomodo comparentur. 1321.a
cognitio sui ipsius in peccatore est lux primo die emicans. 1269.c & 1598.c
cognitionis Dei duplex genus. 30.b
cognitio sui ipsius mirifice describitur in luce Petro in carcere affulgente. 1598.c
Columba super aquas, typus Spiritus Sancti super uerum baptizatos. 1280.b
Comminationes uirgulae sunt circa Solem. 1406.a
Consuetudinis pravae exempla. 1565.a
Congregatio aquarum & terrae germinatio tertio die effecta consilij effectum ostendunt. 1582.b
Concionatores sunt tubae Spiritus Sancti, & quid ipsi incumbat ut sonora sint tubae. 1249.b
concionatorum uerbi effectus quam praeclearus ex figura Ezechielis. 1249.c
concionatores ut Cygni, & quomodo. 1331.b
concionatores prauis uita, ut lucernae absque oleo. 1398.a.
concionatorum cetera stellae sunt micantes in sagittario. 1451.b.
Confirmationis sacramento homo ungitur ut Dauid a Samuele. 1591.a
Conuenientia quinarum numeri cum quinque sensibus praeditis. 1501.b
Continentiam edocent nos pisces. 1494.c
Concilia pauciter non omnia diffiniunt. 196.a
concilia fidei dogmata anathematis mucrone muniunt. 196.a.
concilium Lateranense Angelos conditos cum Mundo decernit. 196.b
concilij Lateranensis de tempore creationis Angelorum decretum. 196.b
Concupiscentiae capita tanquam uiperarum & mortificatio

ione recidenda, & diuino amore comburentia. 1613.a
Contemplatio in homine est Sol, & quomodo. 1293.b
contemplatio proprium munus hominis. 1293.c
contemplatio de creationis beneficio. 1606.b
Constellationes futuros euentus non demonstrant. 1042.b.
constellationes caelestes imperceptibiles, nascentium simul euentus diuersos esse, pluribus inducitur exemplis. 1043.b
conscientiae munera, & efficacia in Cane adnotantur. 1587.c.
conscientia cani comparatur. 1568.a
Consolatio Dei in tribulationibus est spiritus Domini laetus super aquas, & quomodo. 1253.b
Corporis caelestis natura, & praecognita. 1614.c
corpora caelestia incorruptibilia non nisi ex nihilo constari potuerunt, ex Caietano. 119.b
corpus Christi & glorificationum, quomodo caelos transire possit. 1019.b
Coruus egressus super aquas typus Sathanae super fidei baptizatos. 1280.b
coruus & columba emitti ex arca quid mystice significet. 1253.b
Cor peccatoris egregie pluribus comparatur. 1251.a
Ex corde exeunt cogitationes pravae, ut exhalationes crasse. 1479.a
cor nostrum quiescit in Deo, uti canis comperta praedat. 1251.c
cor in homine idipsum quod terra in Mundo, & quomodo. 1341.c
cor quomodo colendum quasi terra. 1341.c
cor nostrum terra, datum homini ut operaretur in eo. 1352.c.
cordis terra quomodo colenda. 1352.c
cor impij delicijs affluens mare appellandum est, & quare. 1358.b
cor ut terra germinat herbam & lignum, id est, uota sancta & inconcussa proposita. 1370.a
cor peccatoris ut thus liquefieri in oratione debet. 1601.c.
cor fluidum peccatoris producit cogitationes bonas, & malas. 1478.b
cor nostrum altare est. 1538.c
cor nostrum Africa gignens monstra. 1553.c
cor nostrum terra producit iumenta, reptilia, & bestias terra. 1553.a
cor peccatoris quomodo fundatur tanquam es in penitentia. 1599.b
Cornicum exemplum pietatem parentum in filios commendat. 1516.c
cornices praebent nobis hospitalitatis exemplum. 1513.c.
Creatio Mundi Dei transitus fuit. 29.c
creatio Mundi eminentissimus fidei articulus. 98.a.
creare quid significet apud Latinos, & apud Graecos, ex Hieronymo & alijs. 116.a
creare quid proprie significet. 117.a
creare

Rerum memorabilium.

creare cum dicitur de ijs que non sunt, ex nihilo facere importat. 117.c
creare Dei est de nihilo facere, ex Patribus. 117.c
creare proprie significat de nihilo facere ex Iustino, & alijs. 119.a
creare sua significatione est facere quoquomodo; seu ex materia; seu ex nihilo. 120.a
creare uerbo id contingit, quod signis hieroglyphicis. 121.b
creationis ex nihilo modus non inuestigandus, quia imperceptibilis, ex Chrysostomo. 121.c
creatio est actio solius Dei. 157.b
creationis rerum varia genera. 158.c
creationis & reuolutionis Mundi idem modus. 253.c
creatio per sex dies protrahit libertatis, & sapientiae Dei argumentum. 261.a
creatio per sex dies protrahit potentiam Dei magis praefacit, quam momentanea. 261.b
creatio Mundi per uerbum ostendit Dei potestatem, uelocitatem, & facilitatem. 409.a
creationis opera similia sunt apparatus magnifici epulij, ex Procopio. 845.a
creatio Mundi edificationi Ecclesiae adaptatur. 1585.b
creatura quomodo Deum laudent. 46.c & 1610.b
creatura nulla, ut instrumentum, creare potuit ex D. Thoma. 158.c
creatura an Dei uerbo creare possint. 158.c
creatura uerba Dei sunt eius maiestatem explicantia, ex Nysseno. 405.b & 1254.b
creatura non excessit terminos in uerbo prefixos. 495.c
creatura manauit actu, ut erat in praescientia Dei. 496.a
creatura effecta non excessere praescriptos in uerbo terminos. 674.b
creatura in creatione praecedunt hominem tanquam proceres regem. 845.b
creatura cuncta in improbum insauirent, nisi manus Dei eum protegeret. 1252.a
creatura plures, ut plura de Deo hieroglyphica. 1257.c
creatura in musico concentu cantum planum proferunt. 1610.b
Crescere spectat ad augmentum corporis, multiplicare ad copiam, uel idipsum significant. 1134.c
Crescere idem est quod fructificare. 1136.b
Crocodyllus symbolum esserati animi. 1502.b
Crux vexillum Christianorum. 1484.c
Crucifixi contemplationi additi stellis in Tauro affixis quomodo assimilentur. 1450.b
Cupressus symbolum incorruptibilitatis sanctarum reliquiarum. 1388.a
Curiositas lignum scientiae boni, & mali dici potest. 1459.c
Cupiditas hominum quanta. 1493.a
Cygnus iusti typus. 1526.a

D.
Davidis trina unctio trinam nostram unctiorem in sacramentis significat. 1593.b
Dammatum esse peius est quam non esse. 1030.b
Deipara conceptus, & partus comparatur conceptui, & partui mentis, dum caelestia contemplatur. 1211.c
deipara quomodo obumbrat uirtus altissimi. 1248.b
deipara lux fuit prima uia, ante Solem, ante Christum, & quomodo. 1262.a
deipara fuit nubes. 1262.b
deipara nubi in pluribus comparatur. 1266.b
De deipara plures figurae. 1263.a
deipara uirgo in sanctitate corroborata Caelum, & quomodo. 1324.c
In deipara compressus fuit fomes, & apparuit arida, id est immunis a peccato. 1340.b
deipara ut terra promissa lac dedit humanitatis, et mel diuinitatis, & bonorum, & quomodo. 1350.c
deipara ut terra protulit herbam uirentem, sanguines purissimos, & lignum Christum. 1366.b
deipara arca foederis e cedro extracta, & quomodo. 1387.b
deipara & sancti in Caelo ad intercedendum pro nobis. 1424.b
deipara gratias reflectit ut Luna, & praestit peccatoribus, quia mater misericordiae. 1424.c
deipara uteri symbola in Scriptura. 1522.c
deiparam sine uiro peperisse etiam naturae exemplo creditur potest. 1522.a
Delectationis carnalis breuitas ex piscibus non ruminantibus colligitur. 1491.b
Delphinus grati animi exemplum. 1501.c
Desen, & Eheb Hebraicae uoces quid significant. 789.b
Detraكتورum typus rana. 1502.a
Dei dextera eius potentia. 29.c & 56.a
dei tergum creatura, ex Nazianzeno. 30.a
de dei essentia affirmatio non habetur, sed tantum negatio ex Cipriano. 31.a
dei nomenclatura, seu metaphora ex Ambrosio. 31.c
dei attributa ex Hieronymo. 32.b
dei dotes incomprehensibiles ex Theophilo Antiocheno. 33.b
de Deo scientia est Deum scire inenarrabilem ex Hilario. 34.a
Deus in naturalibus & gratuitis diuerso calle incedit. 23.c
deus lumen inaccessibile ex Nazianzeno. 28.a
deus Sol intelligibilis ex eodem. 28.b
deus cunctarum emanationum fons. 29.b
deus incomprehensibilis. 29.b. Et ex Gregorio Magno. 34.a
Deum comprehendere impossibile ex Augustino. 30.a
deus inestimabilis ex Tertulliano. 30.c
deo nil potest comparari, ex Nazianzeno. 31.a
deum contemplaturus mente supra Mundum & Angelos eleuetur, ex Basilio. 31.b
deo

Index

deus quomodo humana membra attribuantur ex Hieronymo. 32.b
 deus mensurari non potest, ex Chrysostomo. 32.c
 deum esse scimus, sed quid sit ignoramus, ex eodem 32.c
 deum verbis inexplicabilem dixit Plato, ex Clemente Alexandrino. 33.a
 De deo Theologia affirmatiua non naturam, sed quae circa naturam edocet, ex Damasceno. 33.a
 deus ineffabilis, de quo facilius dicitur quid non sit, quam quid sit, ex Augustino. 33.b
 De deo scientia est ignorantiam fateri, ex Cyrillo Hierosolimitano. 33.c
 Dei appellationes à posterioribus esse dixit Plato, ex Cyrillo Alexandrino. 34.b
 De deo quid senserit Hermes, & Xenophon, ex eodem. 34.b
 In deo nullum compositionis genus. 34.c
 deus quid ageret ante Mundum, inuestigare dementia est. 35.a
 deus ab aeterno sua splendorem cernebat formae, ex Nazianzeno. 35.a
 deus ante Mundum mente beata lustrabat formas producendas in Mundo, ex Nazianzeno. 35.b
 deus continet rerum omnium perfectionem. 37.c
 deus Mundum confluxit sua bonitate, ex Nazianzeno. 40.b
 dei communicatio triplex, & quae. 42.a
 deus non quod potuit, sed quod decuit, creauit, ex Theodoro. 43.b
 dei delectatio in condendo Mundo mira. 45.c
 deus Mundum creauit, ut diuina eius innotesceret potentia. 46.b
 A deo Mundus conditus, ut regia, regnum, & theatrum esset hominis. 47.a
 deus ut figulus in Mundi creatione, & quomodo. 53.b
 deus ab aeterno an Mundum condere potuerit. 98.b
 deus tanta celeritate Mundum fecit, ut simul fecerit, quae simul dici non possunt, ex Iunilio. 93.b
 deus quando fecerit Caelum & terram, inuestigari non potest, ex Augustino. 93.c
 dei maiestas in Mundi machina quomodo emicet, ex Clemente Papa, & alijs. 99.c
 dei opificis maiestas quae fulgeat in Caelo, in astris 100.b. In Sole. 101.b. In nocte, & die 102.a. In anni temporibus. 102.a. In clementis. 102.b. In eorum diuersitate, & commistione. 102.c. In ipsorum duratione. 103.b. In aere. 103.c. In aëris impressionibus. 104.a. In ventis, & imbribus. 104.b. In fulgetris, & tonitruis. 104.c. In aqua, & fluminibus. 104.c. In terra. 106.a. In germinibus, & lapidibus. 106.b. In piscibus. 107.a. In auibus. 107.b. In pauone. 107.b. In apibus, araneis & gruibus. 107.b. In terrestribus animantibus. 108.a. In formicis minimis, & in pulice. 108.c. & 109.a. In homine. 109.b. In Angelis. 110.a. ex diuersis Partibus.
 deum non natura necessitate, sed libere condidisse Mundum demonstratur. 111.c

deus sine Mundo esse potest, non Mundus sine Deo. 112.a
 deus Mundum concessit non ex materia ingenita. 122.c
 deus Caelum & terram confluxit non ex mole aquarum ante Mundum condita. 124.b
 deus fecit Mundum sine diminutione suae potentiae, ex Basilio. 132.c
 deus creauit Mundum non omni adhibita sua virtute, ex Philone. 132.c
 dei potentia infinita quomodo ostendatur in Mundi creatione. 132.c
 deus qua arte Mundum compegerit, ex Basilio, & Ambrosio. 134.a
 Deus fecit Mundum non substituit, ex Basilio, & Ambrosio. 134.a
 deus nulla mora Mundum fecit, ex Ambrosio. 135.c
 deus Mundum absolutum produxit ex Pererio. 135.d
 dei nomina decem in Scriptura & eorum significatus, ex Hieronymo, et Isidoro. 149.a.b
 deus quare in Mundi creatione Elohim appellatus sit. 149.c. & 150.a.b
 Deus Latine, & Graece idem sunt, & vnde dicitur. 151.b
 deum Elohim quis primus appellauerit. 152.a
 dei praeconia. 152.c
 dei attributa. 153.a
 deus in Mundi creatione Angelorum ministerio non est usus. 154.c
 deus angelis creationem animantium non demandauit contra Platonem, ex Cyrillo, & alijs. 155.c
 deus solus creare potest. 157.b
 deo non placuit ullam rem ab aeterno producere. 183.b
 deum successiue operari non est mirandum, quia liber opifex. 194.c
 deus diuerso à natura & arte operatur modo. 254.a
 deus quid egerit à prime diei initio ad secundum, puerile est sciscitari, & quare. 261.c
 deus ad modum mathematici non primò fecit terram, ut centrum, deinde Caelum ut sphaeram. 310.a
 deus ut quid fecerit Caelum & terram non inuestigandum. 315.b
 dei voluntas omnium causa. 311.b
 deus quare ornatus congruus ab initio elementis non dedit. 336.b
 deus in Mundi formatione docuit nos primò facere, postea venustare. 336.c
 deus cur Caelum absolutum creauit, terram vero deformem. 336.c
 deus spiritus Domini dicitur latus super naturam angelicam, ex Nysseno. 365.c
 deus absque venti ope aquas in Chaos exiccavit. 370.b
 dei propensa voluntas spiritus Domini appellatur quandoque. 376.b
 deus metaphorice loquutus dicitur filio cum Mundum compingebat, ex Lactantio & Athanasio. 394.b
 Vel angelis, ex Theodoro, & Procopio. 394.c
 deus

Rerum memorabilium.

Deus effigiatum dum Mundum crearet, num loqueretur. 395.a
 deus per verbum omnia condidit, ex Patribus. 396.c
 deo ita facile est creare, sicut dicere, ex Chrysostomo. 403.b
 deo cum ascribuntur modi humani, quid intelligendum sit, ex Tertulliano. 404.c
 deus in creatione Mundi more humano non est loquutus. 406.a
 deus quomodo nomina rebus imposuisse dicatur. 406.c
 deum effigiatum, Mundum non condidisse probatur. 407.b
 deum membra habere quomodo intelligatur, ex Hieronymo. 407.b
 deus agens à proposito, non naturale. 408.c
 deus quod dicit ab aeterno de rebus condendis, dicit pro tempore. 409.c
 deus lux beatissima non debuit nisi lucem primò perfundere. 414.c
 deus lucem primò fecit, ut ediscant mortales, opera in luce esse peragenda. 418.a
 deus cur commendat lucem, antequam seingat eam à tenebris, ex Augustino, & alijs. 422.c
 deus laudat lucem, & non tenebras, ut Angelos, & non Demones commendat, ex Augustino. 423.b
 dei Imperatoris maiestas describitur. 429.b
 deus in praesentissimis abundauit. 434.b
 deus ignis est ardens, & non comburens. 469.b
 deus in creatione assumpta opera singulis diebus absoluit. 489.c
 deus celerimè cuncta confluxit. 496.b
 deus effigiatum, num oculis spectaret quae faciebat. 500.c
 deo iudicanti magis adhibenda est fides, quam artificii. 103.c
 deo attribuitur ex humana consuetudine quòd videat, ex Chrysostomo, & alijs. 505.c
 deus cur dicatur vidisse quòd bonum, ex Tertulliano, & alijs. 507.b
 dei bonitatem causam fuisse condendi Mundum etiam Plato cognouit. 507.c
 deus Mundum fabricauit, quia ipse bonus, non quia Mundus bonus. 508.c
 deus quomodo rebus nomina imposuit, varia sententia. 524.c
 deus num Hebraea lingua loquutus sit cum Adamo. 524.c
 deus non tantum rerum, sed & nominum auctor euincitur. 523.b
 dei sermo idem est, quod eius voluntas, ex Basilio. 558.b
 deus potuit elementa depurare pro Caeli constitutione. 605.b
 deus fecit in pondere & mensura etiam aquarum, & ignis copiam. 669.b
 deus pater videns quòd bonum, laudat quòd fecit filius, ex Ambrosio. 694.c
 deus dicitur vidisse, ad nostram fragilitatem erudiendā ex Chrysostomo. 695.a

deus dum creat, cur nominetur Deus, & non Dominus. 712.c
 deus quomodo dicitur vocasse terram, & quid vocando contulit. 764.b. & seq.
 dei nomen ad opificem spectat, domini ad regem. 776.b.
 deus Vniuersum omnibus numeris, id est, generibus rerum absolutum condidit. 799.a
 deus & natura diuersum sectantur operandi modum. 818.c
 deus ut pictor ordinem in deliniendis Mundi partibus non obseruauit. 848.c
 deus potest ea seingere, quae sola cogitatione nos separamus. 864.a
 deus laudat cunctorum dierum opera, ut pudeat mortales ipsa accusare. 1028.a
 deus celebrandus, qui propter nos splendidissima astra creauit. 1029.c
 dei manus multos seruauit ab infelicibus euentibus. 1049.c
 deus verbo effecit animantia, non mediantibus Angelis. 1064.a
 deus omnia eximia per se fecit, & ideo cetera creauit, ex Gennadio. 1110.c
 deus in rebus primò creatis causa fuit primaria, & secundaria. 1120.c
 deus quare benedixit piscibus, & auibus, non autem geminibus. 1131.c
 deus ut pictor res absoluti eo ordine, quo deliniarat. 1148.b.
 deus num possit nouas rerum species producere. 1188.b.
 deus animantia noxia protulit, ut homo sapientiam suam exerceat, ex Lactantio. 1195.b
 Vel ad aliquem usum non homini cognitum. 1195.c.
 A Deo omnia quae prodierunt animantia bona, quam homo eius utilitates non percipiat. 1200.c
 deum in Mundo confluxisse Mundum, tripliciter intelligi potest. 1215.b
 deus Mundum condens, functus est pictoris munere, & quomodo. 1215.c
 deo nil antiquius, quam quòd homini benefaciat, cum Mundum ab exordio temporum in eius gratiam fecerit. 1217.b
 deus in condendo Mundo comparatur Struthiocamelouum in arena fouenti ad vitam. 1217.b
 deus quomodo electis ante Mundi constitutionem praeparauerit beatitudinem. 1218.a
 dei liberalitas commendatur, cum Mundum propter hominem nil promeuentem condiderit. 1218.c
 dei imperceptibilitas figuratur per tenebras super faciem abyssi, ex Anastasio, & quomodo. 1239.b
 dei miseratio super peccatores declaratur ex modo, quo Deus venit ad Adam ad auram post meridiem. 1251.b.
 dei miseratio expectans peccatores, est spiritus domini super aquas. 1251.c
 dei praesentia super cogitationes cordis, est spiritus domini

Index

mini super aquas, & quomodo. 1252.b
 deus peccatores inuenire potest inuerso olea misericordie. 1252.c
 dei predestinatio est super electos, sicut spiritus super aquas, & quomodo. 1253.c
 deus in se spiritualia, quod Sol inter sensibilia. 1256.b
 deus Sol est, Angeli Intellectus, anima Luna, & quomodo. 1268.b
 Deus approbat opera nostra exhibita in luce, hoc est, quando sunt effecta. 1274.b
 deus tenebras, id est, malum non facit, & quomodo. 1275.a
 deus quomodo dicatur creare lucem, & tenebras. 1275.a
 De Dei operibus dici potest; Materiam superabat opus. 1276.a
 deus si videbit animam ut lucem, erit bona, & quare. 1277.c
 dei oculi duo, iustitie, & misericordie, & qui. 1288.a
 deus diuisit Angelos à Demonibus, sicut lucem à tenebris, & quomodo. 1278.b
 deus diuisit fideles ab infidelibus, sicut lucem à tenebris. 1279.b
 dei exemplo, qui se iunxit lucem à tenebris, non laudanda mala, nec vituperanda bona. 1281.c
 deus que comedenda non esse precipit, quomodo spiritualiter intelligenda sint. 1283.c & 1284.a
 deus bonum fecit, malum tantum ordinauit, sicut lucem, & tenebras, & quomodo. 1284.b
 deus in condendo Mundo se habuit ut Musicus, & que fuit sua lyra, & que pulsandi ars. 1284.b.c
 deus consolationem hominis protraxit octo de causis, & que sint. 1289.c
 deus per aduersa, Mundus per prospera suos ducunt ad diuersos exitus. 1296.b
 deus spem spiritualium naturarum. 1318.a
 deus ut figulus fecit uasa lapidea, & lutea, scilicet sanctificatos, & cadentes. 1320.a
 deus in iusto quomodo resideat, ex figura in Ezechiel descripta. 1328.b
 deus quomodo diuersè suos in certamen tentationum deducat. 1381.a
 dei verbum in ore Concionatorum est ut arcus, & quomodo utendum eo. 1451.b
 deus gignit filium Deum. 1455.a
 dei potentia quam timenda. 1500.a
 deus armat cunctas Creaturas contra impios. 1501.b
 deus mirificus est & in exiguis, & in magnis creaturis. 1501.b
 deus pijs tantum mente benedicit. 1538.c
 deus eadem serie congescit Mundum, & ipsum ad se uocauit. 1546.c
 deus cur dixit, Producat terra in singulari, de aquis vero in plurali; Producant aque. 1547.b
 dei providentia impie blasphematur, quod animantia noxia creauit. 1579.b
 deus cur non benedixit productis à terra. 1579.c
 deus quomodo ferretur amore super Gentilitatem, ad eam euocandam ad salutem. 1589.c

dei operum erga hominem quodnam præstantius; an creatio, an iustificatio, an glorificatio. 1594.b
 dei operum ordo est ut scala Iacob. 1595.b
 deus quorsum in Mundo terram incluserit in Cælo, in microcosmo autem Cælum clausit in terra. 1596.b
 dei scopus præcipuus est hominis glorificatio. 1604.b
 deo gratias esse reddendas de beneficio creationis. 1606.b
 deo laudes reddere David nos docet. 1606.c
 deus in creatione duo nobis contulit. 1613.b
 dei potentia in piscibus etiam exiguis demonstratur. 1500.a
 Diabolo id fuit casus, quod homini mors, ex Dam ascendo. 462.c
 diabolo voluntatis flexio fuit non in via, sed in via termino, ex Alberto Magno. 462.a
 diabolus qua arte hominem excæcauit. 1229.b
 Dicere Hebraica phrasi quid significet. 392.c
 dicere Dei est non temporaliter, nec corporaliter, sed æternaliter, ex Augustino, & alijs. 398.c
 dicere Dei est cogitare, statere, mandare, ex Basilio & egeris. 401.b
 dicere pro creare sumitur. 404.b
 dicere Dei est in sapientia facere, ex Nysseno. 405.a
 dicere cum Mundus creatur, non est tantum Patris, sed Filij, & Spiritus Sancti, ex Didimo. 405.c
 dicere verbum, & dicere verbo, in Deo differunt. 407.c
 dixit, vidit, fessit, excelsus dicto: Veni, vidi, vici. 411.a
 dixit appositum est, ut indicetur unigenitus Dei filius, ex Basilio. 558.c. Vel ut demonstraretur nil fuisse comeditum, nisi id quod erat in Verbo, ex Augustino. 559.b
 dicere Dei est producere in tempore, quod ab æterno ordinatum erat. 712.b
 dicere Dei in tertio die significat separare. 712.c
 dicere diuinum habet in se dicere, & facere. 763.b
 dicere, non dicere, benedicere, maledicere quid significant. 1129.c
 Dies tempus gratie. 5.c
 dies primi tres à cæteris quomodo discreparint. 89.b
 dierum sex distinctio in creatione, quem ordinem importet. 260.a
 dies sine luce esse non potest. 417.c
 dies primi tres ex lucis circumlacione efficiebantur. 519.c
 dies & nox prima diei quid significant. 514.c & seq.
 dies & nox unde dicantur. 526.c & seq.
 dies nocte præstantior, & quare. 537.c & 542.a
 dies prima, à qua diei parte sit supputanda. 542.a
 dies duplex, naturalis, & vsualis. 542.a
 diei computatio ab ortu Solis præstantior. 542.b
 diei supputatio à mane est naturalis. 542.c
 dies noctem præcedit. 542.c
 dies ut plurimum, non autem noctes à Scriptura reuocantur. 543.b
 diei cum mense, & anno analogia. 543.b
 die in meridie certiorē hēre terminū ambigitur. 543.c
 dies

Rerum memorabilium.

Dies prima mane non habuit. 544.c
 dies prima quot horas habuit. 546.b
 dies prima à sero occipit. 547.a
 dies primus, quare vnus appelletur. 548.b & seq.
 dierum sex opera extiterunt substantia non accidentia. 586.a
 diei secundæ opus non fuit aquarum separatio, sed Cælum. 702.b
 dies creationis ab opere denominantur. 705.a
 dies secundus quomodo efficeretur. 705.b
 dies secundus quid significet. 705.c & 706.a.b
 die tertia duo potissimum opera effecta sunt. 707.b
 dierum sex operum ordo. 707.a
 die tertia terra informitas tollitur, ex D. Thoma. 710.c
 dierum sex opera Deus absoluit solus, sine alicuius ministerio. 759.b
 dies tertius quid indicet. 837.c
 dies quarta quæ diē respiciat ex primis tribus. 850.a.b
 dies tres primi sine luce quomodo transferunt, ex Augustino. 859.b
 dies primi tres quomodo à reliquis differant. 902.b & seq.
 dies tridui primi æquales, reliqui inæquales redditi sunt. 907.c
 dierum & noctium inæqualitatis quæ causa, & modus. 908.a
 dies naturalis, & dies artificialis qui sint. 907.c
 dierum & noctium vicissitudo ad plura confert. 908.c & seq.
 dies creationis loci sunt memorie artificialis, & quomodo. 1031.c
 dies quartus fuit corporea luce primus, ex Augustino. 1032.b
 Vel solaris primus. 1032.b
 dies quartus potest, & quartus, & primus nuncupari & quomodo. 1033.c
 diebus sex creationis nulla contigit corruptio. 1187.b
 dies generationis verbi, vnus & æternus, & quomodo. 1298.c
 dies dominica ex antonomasia vna, & quare. 1300.c
 dies dominicus dignitate & excellentia primus. 1300.c
 dies tres celebres in Scripturis, & qui. 1301.a
 In die veneris quæ mysteria contigerint. 1301.a
 In die sabbathi quæ mirabilia euenerint. 1301.a
 In die dominico quæ mysteria acciderint. 1301.b
 dies sabbathi dies Iudaicus. 1302.a
 dies dominicus dies euangelicus & gratie. 1302.b
 dies prima quomodo portenderit primam ætatem Mundi. 1302.b
 dies æternæ beatitudinis vnus, & quare. 1303.a
 dies veneris dicitur nature & gratie dies. 1301.c
 dies secundus amplissima secunda representat mysteria. 1330.a
 dies tres, Mosaicus, Propheticus, & euangelicus, quæ signa habuerint. 1335.a
 dies mystici à Sole nostro mystico Christo quomodo producantur. 1416.c
 diei mystici gratie partes declarantur. 1417.a

diei euangelico quomodo præsit Christus sol. 1437.b
 dies quartus quartam representat ætatem. 1465.c
 dies septem creationis septem dona Spiritus Sancti ostendunt. 1580.b
 dies tres primi quomodo effecti sunt, varia sententia. 514.b & seq.
 Differentie variae ponuntur à Patribus inter terram primo die creatam, & quæ tertio die arida nuncupatur. 766.b & seq.
 differentia inter lucem tridui primi, & reliquorum dierum. 907.b
 Dignitatum abdicatio ediscitur exemplo arborum. 1380.a
 Ad dignitates qui promouendi. 1459.c
 Diluuium quo anni tempore contigerit. 833.b
 Dispersio Leui dispersionem bonorum Ecclesie præsignabat. 9.c
 Disciplinas, & artes sepius occidisse, & reuixisse creditur, ex sententia Platonis, & Aristotelis. 113.b
 Diuersitas florum, foliorum, fructuum, saporum, odorum, ex eodem aque humore naturæ, diuersitate gratiarum Spiritus Sancti indicat. 1391.a
 diuersi situs stellarum diuersa sanctorum loca demonstrant. 1454.a
 Diuites præpotentes cete magna. 1482.c
 Diues, ut hirudo. 1492.a
 Diuina sapientia ex ioco Mundum condidit, hominem studio. 45.c
 diuina & humana diuersa ratione exprimentia. 263.c
 diuina gratia super contritum penitentem, est spiritus Domini super aquas. 1252.c
 diuina iustitia quomodo comprimatur ut fulgur. 1272.b
 Diuinitas in Christo maiorem exhibuit Mundo calorem, & splendorem, sicut lux coacta in Sole. 1397.a
 diuinitas Christi Sol, & quomodo. 1419.c
 diuinitas ut luminare maius, humanitas ut minus. 1420.b
 diuinitas Christi non potest apprehendi. 1430.b
 diuinitas per humanitatem operans tria illi impartitur. 1433.c
 Diuisionum sex sunt genera. 648.c
 diuisio lucis à tenebris prima die, & diuisio diei ac noctis quarta, quomodo differant. 900.b & sequen.
 diuisit Deus electos à damnatis, sicut lucem à tenebris. 1285.b
 Diuinationis septem genera. 1037.c
 Doctores quomodo ut Luna. 1400.c
 Doctores ut Sol, diuidunt inter sensibilia, & intelligibilia. 1403.b
 doctores ut astra, lucentes in Ecclesia illuminant Gentiles. 1418.b
 doctores ut faces super ostia maris in turribus accensæ. 1418.b

Index

| | | | |
|---|--------|---|---------|
| doctores vt stelle splendentes in Aquario. | 1451.a | dum. | 1609.a |
| doctores stellis comparantur. | 1456.c | Dualitas sola nūm sit numerus discretionis. | 702.a |
| doctorem duo genera. | 1457.b | E. | |
| doctores cervis comparantur. | 1573.b | Eclipsis Solis quomodo fiat. | 6.c |
| Demon non multum perstitit in innocentia. | 192.a | eclipsi Solis comparatur Iudeorum cecitas. | 7.a |
| demon non mali creati, ex pluribus Patribus. | 216.a | eclipsi Solis & Luna quid sit secundum antiquos. | 984.a.b |
| demon sua malitia cecidit, ex pluribus Patribus. | 216.a | eclipsis quæ contigit in morte Christi, quid spiritualiter de Christo præsignavit. | 1436.b |
| demon homicida non tantum ab initio hominis creationis, sed sue conditionis. | 219.c | Eccentricorum, & concentricorum ratio quæ sit. | 1017.b |
| demon libidinis vitio non laboravit. | 456.c | eccentrici in epicyclo nūm imaginatione tantum, an reuera sint. | 1023.b |
| demonum immensus est numerus, ex Nazianzeno, & alijs. | 458.b | eccentrici soli in vno Sole properante in occasum admitti nequeunt, & quare. | 1023.c |
| demonum culpa qui d in ipsis effecerit. | 461.b | eccentricos cur ponant mathematici. | 1023.c |
| demon non a vespertina cognitione ad matutinam non ascenderunt, sed in nocturnam ceciderunt. | 461.c | Echo stupenda inter duo testamenta. | 551.c |
| demonum cognitio quomodo luna, & stellis comparatur. | 465.c | echo Scripturarum de firmamenti nomine. | 591.a |
| demonibus nonnulla arcana diuina quomodo reuelentur. | 461.c | Ecclesia per verbum facta est, sicut Mundus. | 1590.a |
| demonum voluntatis deprauatio quæ. | 461.c | ecclesia ager emptus in sepulturam peregrinorum. | 1591.b |
| In demonibus actiones omnes naturales male euadunt. | 462.a | ecclesia triumphantis edificatio secundum seriem creationis Mundi explicatur. | 1602.c |
| demon non primū inuentasse astrologicas fallacias, plures Patrum asserunt. | 1038.b | ecclesia triumphans quando exordium sumpsit. | 1603.a |
| demon virtutem vel informem, vel fortuitam nequeant habere. | 462.a | In ecclesia triumphante conditi sunt Angeli vt Celi, homines vt terra. | 1603.b |
| demon passionibus, vt simplices voluntatis actus sunt, anguntur. | 462.b | ecclesia Mundi motrix, vt Luna maris. | 1442.c |
| In demonibus vires fuere eneruata. | 462.b | ecclesia nutrix fidelium, sicut Luna rerum mutationi obnoxiarum. | 1443.a |
| demon deturbati à Cælo quomodo. | 462.c | ecclesia eclipsim ad instar Luna est passura. | 1443.b |
| demon an in igne semper ardeant. | 462.c | ecclesia præest Mundo in nocte, Christi scilicet corporali absentia. | 1443.c |
| In demone furor concupiscentiæ, & phantasiæ quomodo vigeat. | 363.a | ecclesia pinguedinem spiritus impertitur per sacramenta. | 1444.b |
| demon in quem locum relegati fuerint. | 463.b | ecclesia & Christus vita spiritus duo principia. | 1444.c |
| demonibus debetur duplex locus, & quare. | 464.c | ecclesia doctrina & exemplo fideles auget, & dimittit. | 1445.a |
| demon auctor diuinationum astrologis suggerit quandoque futura. | 1048.b | Ad ecclesia exempla fideles mutantur. | 1445.b |
| demon futura cognoscere potest pluribus modis, & quibus. | 1048.b | ecclesia splendorem insequuntur tribulationes, quemadmodum lumen Luna venit. | 1446.b |
| demon in aère trasso degere, aëreum corpus gere, aëreaque animalia nuncupari posse tradit Augustinus. | 1103.c | ecclesia ornata ex Gentilibus & Iudeis, sicut Mundus ex productis ab aqua, & terra. | 1548.a |
| demon primum hominem malefica arte fascinavit. | 1245.b | ecclesia est terra producens animam viuentem. | 1549.c |
| demon, & Spiritus Sanctus feruntur super penitentes, sicut coruus, & columba. | 1253.b | ecclesia gignit animam viuentem. | 1550.a |
| demon gigas, & quomodo eius vis à Christo eneruata sit. | 1319.c | ecclesia gignit chrisicolos in genere suo. | 1550.b |
| demon & penitentes decertantes sicut scorpio & crocodilus. | 1451.a | ecclesia parochiali quod obsequium præstandum, agni & ouis exemplum demonstrat. | 1569.a |
| demon persequitur hominem sine iustitia & virtutibus. | 1576.a | ecclesia militantis edificatio secundum seriem creationis Mundi explicatur. | 1585.a |
| Dominica die quæ & quanta effecta sint mysteria. | 552.c | ecclesia Mundus à Deo dilectus. | 1585.b |
| dominica dies ex antonomasia vna. | 1300.c | ecclesia natalia quando cæperint. | 1585.c |
| dominica dies dignitate, & excellentia prima. | 1300.c | ecclesia concepta in Adam, nata in Abel, adoleuit in Abraham. | 1586.c |
| dominica die quæ mysteria acciderint. | 1301.b | ecclesia adolescens in Christo, iuuenis in Apostolis. | 1587.a |
| dominicus dies, euangelicus, & gratia dies. | 1302.b | ecclesia virilitas, & senectus, & decrepitas. | 1587.a |
| Draconum & abyssi nomine, in Psalmo quid exponen- | | ecclesia Cælum & terra, Iudaismus, & Gentilitas. | 1587.b |

Ecclesia

Rerum memorabilium.

| | | | |
|--|--------|---|--------|
| Ecclesia Romana sacerdotium æternum præfiguratum in sacerdotio stirpis Leui. | 8.c | ra herbam viuentem, & lignum. | 1361.b |
| ecclesia Romana est petra, supra quam qui stat Deum videt perforamina. | 29.b | ecclesia vt terra dans lac, & mel. | 1362.b |
| ecclesia sola Samsonis enigmata, hoc est, articulos fidei reserat. | 30.b | ecclesia profert simplicioem verbi fructum pro imperfectis, & lignum, idest, solidum pro perfectis. | 1361.c |
| ecclesia est virgo Christum pariens, in nouissimisque persecutionem patiens à Dracone. | 79.a | ecclesia tanquam terra nobis germinat herbam, idest, pabulum, & lignum, idest patrociniū. | 1364.b |
| ecclesia mulier est amicta Sole. | 459.b | ecclesia vallis Elim, in qua fontes doctrinae, & palmæ patrocini, & protectionis. | 1364.c |
| ecclesia aquas super Cælos euehi decantat. | 652.a | ecclesia tanquam terra opera misericordie profert. | 1365.b |
| ecclesia triumphans & militans egregie Cælo & terra comparatur. | 1221.a | ecclesia profert Prælatos perfectos, & Subditos. | 1366.a |
| ecclesia firmitudo duplici exemplo firmitudinis terræ demonstratur. | 1221.b | ecclesia ager in sepulturam peregrinorum. | 1366.a |
| ecclesia triumphans constata est ex Angelis, & hominibus, sicut Mundus ex Cælo, & terra. | 1227.b | In Ecclesia, vt horto arbores aurifera. | 1367.c |
| ecclesia domus Dei, & quibus figuris in Scriptura idænotatur. | 1260.b | In ecclesia tanquam in Aegypto septem anni fertilitatis, & egestatis currunt. | 1371.b |
| ecclesia ferè quindecim figuræ enumerantur. | 1287.a | ecclesia simulacrum mala punica. | 1385.a |
| ecclesia vt Mundus, & quæ eius partes. | 1206.b | ecclesia rubea & populos continet rubeos. | 1385.a |
| ecclesia ante Christum in vespere legis, post Christum in mane Euangelij. | 1297.b | ecclesia ager diuersis floribus, idest exemplis sanctorum referta. | 1391.c |
| ecclesia quomodo dicatur nata è latere Christi, si exorsa est ab initio Mundi. | 1297.b | ecclesia reflectit Euangelicam doctrinam à Christo sumptam, sicut Luna reflectit lucem Solis. | 1397.c |
| ecclesia infantia, & pueritia quæ. | 1297.c | In ecclesia dantur alij alijs præstantiores, idest educti ex eodem baptismo. | 1480.a |
| ecclesia firmitudo firmamentum. | 1310.c | ecclesia mare, & mare rubrum. | 1506.b |
| ecclesia militans comparatur firmamento. | 1324.b | ecclesie infantia, pueritia, & adulescentia. | 1541.b |
| ecclesia solidata in Christo Cælum. | 1326.c | ecclesie bona aliena donantes male agunt. | 1543.a |
| ecclesia vt Cælum nouem habet orbis. | 1326.b | ecclesie ad arcam Noë plures collationes. | 1545.b |
| ecclesie duo poli cælestes, due auctoritates. | 1326.c | ecclesia vt Luna illuminans, & humectans. | 1439.c |
| ecclesie ad Cælum plures collationes. | 1326.a | ecclesia vt Luna tunc plena est reddita, cum Christus agnus est mactatus. | 1440.b |
| ecclesia triumphans quomodo vna. | 1332.b | ecclesia cum Luna in nomine conuenit. | 1441.a |
| ecclesia tanquam vter. | 1334.b | De ecclesia quid significant triginta dies, quibus consiit Luna. | 1441.b |
| ecclesia thesaurorum arca. | 1334.b | ecclesie tempora per decursum Luna demonstrantur. | 1441.c |
| ecclesia mare est Genesareth. | 1336.c | ecclesie vt Luna quod fuerit plenilunium, nouilunium, & decrementum. | 1441.c |
| ecclesia seiuenticia Gentilibus facta est arida fontem fidei sitiens. | 1338.b | ecclesia quomodo decoratur cognitione sanctissime Trinitatis in Baptismo Christi ostenditur. | 1441.c |
| ecclesia Axa fuit petens irriguum superius & inferius. | 1338.c | ecclesie diuersa mysteria secundum tricenarium numerum in scripturis demonstrantur. | 1442.a |
| Ad ecclesias nõ conuenientes festis diebus, in quibus locis versari dicantur. | 1344.b | ecclesia mutat sapientiam à Christo, sicut Luna lucem à Sole. | 1442.b |
| ecclesia Antichristi tempestate, & in die iudicij arida quomodo erit. | 1347.c | ecclesia nunquam Dei gratia destituitur. | 1442.b |
| ecclesia terra promissa Abrahæ. | 1350.a | ecclesia cum appetit res terrenas, lumine gratie videtur orbari. | 1442.c |
| ecclesie vt terre plura symbola in scripturis. | 1351.b | Echinus exemplar penitentis. | 1499.b |
| ecclesie quomodo terra, quia terenda, & calcanda. | 1351.c | Editio latina manca, eo loco; Et volatile super terram; nam legendum: Et volatile volet. | 1093.a |
| ecclesie plures, & vna, & quomodo. | 1353.c | editio septuaginta interpretum quando effecta, & quomodo. | 20.b |
| ecclesia vt insula ex mari, idest ex Mundo, quomodo exerta. | 1356.c | editiones Græcæ septem præstantiores. | 20.b |
| ecclesia mare est Tyberiadis. | 1357.b | editio Septuaginta Interpretum ceteris Græcis editionibus nobilior. | 21.c |
| ecclesia quomodo producat fideles simplices, & eruditos. | 1360.c | editio vulgata nūm sit Hieronymi. | 23.a |
| ecclesia profert cathecumenos, & baptizatos, sicut ter- | | | |

K K K K K 2 editiones

Index

| | | | |
|---|--------|--|--------|
| editiones omnes cur impura habeantur. | 23.a | tum materies ex qua. | 1156.a |
| editio Septuaginta mendosa. | 23.a | elementa vim efficiendi non habuere, sed solum fue- re materies ex qua. | 1152.b |
| editio vulgata Hieronymi impura euincitur. | 23.b | elementorum quatuor dispositio sapientia Dei hierogly- phicum. | 1257.a |
| editio Hieronymi precipua, & quibus de causis con- ualuerit. | 24.a | elementorum munia, & laudes. | 1614.a |
| Ab editione Latina ad Hebraicam, Græcamq; , nūm sit recurrendum. | 24.b | Elephas potentium in Rebuspublicis exemplum . 1571.b | |
| editi ones Græcæ, Hebrææ, non vniuersaliter fue- re corru- ptæ. | 24.c | elephantis proprietatis que, & quomodo proceribus in Rebuspublicis accommodentur. | 1571.c |
| editio verior vnde cognoscenda. | 25.a | elephas femina, Eua & carnis typus. | 1572.c |
| editio Septuaginta, & vulgata maximè existimatio- nis. | 583.b | Electorum numerus à numero desertorum Angelorū non est sumendus. | 431.c |
| editio Septuaginta in eo, quod posuit: Et vidit Deus quod bonum, nūm errarit. | 693.a | electis in die iudicii sex genera lucis obuenient; & damnatis sex tenebrarum. | 1285.c |
| Elementa quatuor quomodo significarit Moses per Cæ- lum & terram. | 177.b | Elohim plura significata enumerantur. 139.c. 140. per totum. | |
| elementa in mixtorum genesi, materia vices agere di- cuntur. | 276.a | Empedoclis de Mundo generabili & corruptibili sen- tentia. | 97.c |
| elementa quomodo prodierint iuxta Patrum senten- tias. | 297.a | Empyreum nūm primi nominarint Strabo, & Be- da. | 173.a |
| De elementorum numero varia Philosophorum sen- tentia. | 297.c | empyreum primum conditum est sine luce, ex Guilielmo Parisensi, & alijs. | 174.c |
| elementa quatuor quis primum excogitarit. | 298.a | De empyreo quæ extiterint sententiæ apud Patres. 234.a | |
| elementorum symbolum apud Aegyptios. | 298.b | empyreum nullum extare asseruit Caietanus. | 235.a |
| elementa quatuor esse quomodo demonstraretur ex Pla- tone, & Aristotele. | 298.b | empyreum regiam Dei qui ethnicorum agnouerint . 235.c. | |
| elementa quatuor & eorū naturas qui Patres, & quo- modo explicent. | 298.b | empyreum in exordio Mundi productum, qui Patrum censuerint. | 236.c |
| elementa quatuor Mosem memorasse qui asserant, & quomodo. | 300.c | empyreum ante Mundum extitisse qui Patrum cre- diderint. | 240.a |
| elementa, duo terram, & aquam expressè memorata fuisse à Mose, qui Patrum asserunt. | 302.b | empyreum lumen esse increatum, perperam asseruit Steuchus. | 242.c |
| elementa tria superna posito Cælo, & terra, quomodo interiecta intelligantur. | 305.b | empyreum Scripturæ auctoritate probatur. | 243.b |
| elementa tria, Ignis, Aer, & Aqua mixta, caliginem tenebrosam efficiebant in chaos. | 347.b | empyreum figura præsignantes. | 243.c |
| elementorum quatuor confusio in chaos, tenebræ appel- latur. | 347.c | empyreum esse, rationibus pluribus comprobatur . 244.c. | |
| elementa tota effici non potuerunt nisi ex nibilo. | 119.a | empyreum etiam Philosophi subodorarunt. | 245.a |
| elementorum congeries confusa in chaos, aqua cur di- cta sit. | 390.a | empyreum quid insinat ex Theologorum sententiis. 246.a. | |
| elementorum situs, & confusio in chaos, quæ essent. 392. b. | | empyreum nomen vnde manarit, & quid significet . 248.a. | |
| elementorum totalis demonstratio fieri non potest. 669.a. | | empyreum vnde Cæli, & empyrei nomen præcipue- rit. | 248.b |
| elementa quomodo secundo die sunt disposita. | 703.c | empyreum cur fulgorem ad nos non demittat. 248.c. & 249.a. | |
| elementa quatuor quarto die distributa ex Hugone . Victorino. | 710.b | empyreum fulgor iaspidi comparatur. | 243.b |
| elementorum formæ imbecilliores quàm Cælorum . 716. b. | | empyreum quare Moses mentionem non egit. | 249.c |
| elementorum nexus eleganter describitur à Basilio. 767.a. & b | | empyreum mox creatum, Angelis fuit repletum . 237.c | |
| elementorum ad quinque sensus adaptatio, ex Augu- stino. | 1055.b | empyreum quandoque fuisse sine luce, qui dixerint . 347.a | |
| elementis nulla vis est insita, qua Solis afflatu possint perfectiora animantia gignere. | 1071.c | empyreum lux corporalis. | 353.b |
| elementa Solis afflatu animantia producere non pos- sunt. | 1155.b | empyreum fulget vt corpus gloria redimitum. | 353.b |
| elementa in prima animantium conflatione fue- re tan- | | Eremita similis herinaceo . | 1566.a |

Rerum memorabilium.

| | | | |
|---|--------|--|--------------|
| enoch vidit Adam. | 1034.b | fidei ad lucem collationes plures. | 1265.a |
| Ad enoch tempora, Chaldaei protrahunt astronomica- rum observationum exordium. | 1034.c | fides inconcussa inter diuersas Mundi doctrinas, fir- mamentum. | 1307.b |
| Esaia liber Cyro amplissimum prædixit imperium . 20. a | | fides catholica firmitas quæ. | 1308.a |
| Esau literalis, Iacob mystici sensus typus. | 1209.a | fides Romana lapis Iacob, super quem Christus infudit oleum Spiritus Sancti. | 1308.b |
| Esdra Sacra Scriptura fuit restaurator, ex Clemente Alexandrino, & alijs. | 19.c | fides catholica comparatur nubi nebulosa & igne . 1308.b | |
| Essendi genera septem, & quid sint. | 684.a | fides non ingreditur Cælum, sicut nec columna ignea ter- ram promissionis. | 1310.c |
| Esse nobilissimum est esse in Deo. | 684.b | fides primò præcedit, deinde meritum, tandem gloria, sicut primo die creata fuit lux, deinde germinauit terra, postremo apparuit Sol. | 1395.b |
| Esaii pro spiritualibus sensibus indagandis quantum insudarint, Philo tradit. | 1208.c | fidei, spei, & charitatis collationes. | 1544.b |
| Etymologia nominis Sammaim, non arguit Cælos com- pactos ex aquis. | 606.c | Filius Dei dicitur principium, ex Tertulliano, & alijs. 61. a | |
| etymologia quænam sit . | 695.c | filius Dei principium & finis omnium, ex Ambrosio . 61. b | |
| Euangelista Mattheus, & Lucas, cur ordine diuerso Christi genealogiam narrant. | 55.c | filius quomodo principium de principio, ex Augusti- no . | 63.c |
| euangelista Sol, et quomodo. | 1400.b | filius principium verum non simpliciter, sed ex suppositi- one. | 64.a |
| euangelista & Doctores luminaria lucem Euangelij se- rentia in firmamento legis. | 1400.c | filius principium non vt instrumentum, sed causa me- dia. | 64.c |
| euangelista cur quatuor animalium simbolo pingan- tur . | 1210.a | filius quomodo dicatur principium, & quomodo verbum, ex Augustino, et alijs. | 65.a |
| euangelium, vel sensus spiritualis, vel ipsa Scriptura de Christo lux. | 1266.c | filius Dei nomine, quæ creaturæ intelligantur . 197.b | |
| euangelium lux emicans pastoribus, & Saulo, & Pe- tro in carcere. | 1267.b | filius, seu Verbum æternum denotatur per verbum, Fe- cit, ex Basilio, & alijs. 672.c. Sed id repudiat Au- gustinus . | 673.c |
| Eucharistia præstantissimum sacramentum. | 1592.a | filius quomodo sit ars patris. | 684.a |
| eucharistia generat homines, alios vt reptilia; alios vt bestias terræ. | 1593.a | filius non sunt delicijs fouendi, sed ad labores impellen- di . | 1517.c |
| Europæ termini. | 760.b | filijs educare edificant parentes ab vrsa . | 1565.a |
| Excessus corporearum rerum magnitudine, spiritualiū in multitudine spectatur. | 434.c | filijs quomodo educandi. | 1565.b |
| Extensio quatuor modis fieri contingit. | 583.c | Firmitudo in gratia, firmamentum. | 1320.a |
| | | firmitudo in beatis & damnatis ex tribus oritur, & quæ illa sint . | 1323.b |
| | | Firmenti triplex commodum, ex Procopio. | 292.c |
| | | firmamentum idem quod extensio, & quomodo. 556.a. & seq. | |
| | | firmamentum cur sic appellatur. | 560.a & seq. |
| | | firmamenti nomine quid capiendum sit. | 563.a |
| | | firmamentum indicat aduentitiam qualitatem adie- ctam Cælis. 566.b. Sed soliditatem in ipsis. 567.a | |
| | | seu robur ad seruanda elementa. 567.b. Aut va- lidam distinctionem in motibus. 567.c. Vel cuncta interiecta inter Cælum, & spheram aquæ & ter- ræ . | 568.a |
| | | firmamenti nomine qui Patrum caelestia corpora intel- lexerint. | 569.c |
| | | De firmamento D. Thome sententia anceps. | 573.b |
| | | firmamenti significatio multiplex. | 580.a |
| | | firmamentum Cælos, ignem, & supremam aëris par- tem proprie significat. | 581.ba |
| | | firmamento vti intersitio tria conueniunt. | 582. |
| | | firmamenti nomine Ecclesia Cælos exposuit. | 591.b |
| | | firmamentum quando Cælum à Deo vocatum. | 686.c |
| | | firmamentum | |

Index

firmamentum quare dictum bonum. 693.b. & seq.
 firmamentum cur prius nominatur Celum, & postea commendatur, non sic lux, ex Augustino. 695.b
 De firmamento cur non dictum est quoddam bonum. 696.b & seq.
 firmamentum quid vere in scripturis significare dicatur. 1107.c
 firmamenti nomen omnia corpora superna complectitur. 1108.b
 firmamentum dividit inter Angelos assistentes, & ministrantes. 1318.b
 firmamentum est firmitudo in gratia & quomodo. 1320.a
 firmamentum secundo die effectum fortitudinis donum indicat. 1582.b
 Flatus sacerdotis ad instar crucis super fontem baptismatis dici potest spiritus Domini super aquas. 1247.b
 Fletus & stridor dentium quomodo in corporibus damnatorum vigere possint. 1243.b
 Flumina illustriora recensita à Basilio. 663.a
 flumina ante diluuium ut nunc decurrebant. 735.b
 flumina insigniora enumerantur. 750.c
 Folia diuersi generis quomodo exemplar sint diuina protectionis, & probationis. 1381.c
 Fontes duo voluptatis, & penitentiae, quibus comparantur. 1252.c
 Formæ rerum in Verbo unum sunt. 39.c
 Formica edocet nos coacervare merita pro vita æterna. 1560.a
 formica tria suggerit pro vita æterna comparanda. 1560.b
 formica plura nobis suppeditat documenta. 1561.b
 Fortitudo Christiana inter calamitates firmamentum. 1316.b
 Fructus maturi cum arboribus nunc primo prodierint. 834.a
 fructus apud Asphaltidem lacum cuius generis. 1231.c
 Fures ante Christum vere fuisse Dæmones. 1273.b
 Gebenna non fuit secundo die effecta. 703.b
 Geminorum quomodo diuersus sit vitæ euentus, pluribus exemplis demonstratur. 1042.b
 Genesis titulus alius Hebreis, alius latinis. 55.a
 genesis liber dictus, quod plures narret generationes. 55.a
 Generis humani cæcitas Aegypti tenebris significatur. 1237.b
 Genus humanum redemptum quarto millenario, uti Israël ex Aegypto in quarta vigilia noctis. 1396.a
 genus humanum producit gentiles ut pisces, Christicolæ ut aues. 1476.a
 genus humanum fons è paradiso scatens. 1476.c
 Gentilium vates arcana sua cur metaphoris tegebant. 263.c
 gentium & Patrum qui diem à mane computandum asseruerint. 1542.c
 gentilitas ante Christum inanis merito, & vacua præ-

miò. 1231.b
 gentilitas spretis prophanis doctrinis facta est arida. 1338.a
 gentilitatis aride plura symbola. 1338.a
 gentilitas quomodo deseruam. 1338.a
 gentilitas Samaritana in pluribus comparatur. 1338.b
 Gentilibus, & Hæreticis posse virtutum exempla sumi, apes, & caprificus demonstrant. 1386.b
 gentilis populus ut Ionas à pisce, ab Apostolis ad lit-
 tus delatus. 1481.c
 gentilis populus quomodo Iudeis gratus est redditus. 1487.b
 gentilitas terra appellata. 1587.c
 gentilis & iudeus in vetero Eua uti gemini in vetero Thamar. 1587.c
 gentilitas quomodo terra inanis & vacua. 1588.a
 gentilitas quibus tenebris obruebatur. 1588.c
 gentiliū sapientium de dijs sententiæ. 1588.c
 gentilitatis superstitiones plures recensentur. 1589.a
 Gentium institutum in semendo dierum exordio. 542.b
 De germinum genesi. 781.a
 germina cur Deus creauit ante Solem. 781.b. & seq.
 germina ut terra insita cum terra prodire debeant, ex Augustino, & alijs. 783.c
 germina cur tertia die prodeant cum terra. 783.c. & seq.
 germina sunt potius terræ perfectio, quam specimen. 787.b
 germina omnia proferunt semen vel externum, vel internum. 808.a
 germina quomodo iussa sunt producere semen secundum genus suum. 808.c. & seq.
 germina nunc prodierint tantum in præseminata potentia. 813.b. & seq.
 germina ante semina, non semina ante germina. 820.b
 germina cur dicantur bona. 836.a
 germinum apparatus quantum nos ad Dei laudes excitet. 838.b
 germinum virorū varius, variū piorum in innocentia statum demonstrat. 1392.b
 germinum enarratio & laudes. 1615.a
 Gherardus mercator vnus asseruit Mundum fuisse creatum Iulio mense. 830.c
 Gratia dies tempus. 5.a
 gratia præueniens, seu inspiratio, seu misericordia Dei super cor peccatoris, spiritus Domini est super aquas. 1251.a
 gratia diuina luci pluribus comparatur. 1266.a
 gratia in homine lux ante Solem, ante gloriam. 1265.c
 gratia ut lux in speculum conscientie nostræ percutiēs, quomodo ignem excitet. 1266.c
 gratia & peccatum incompatibilia, sicut lux & tenebra. 1282.c
 gratia munera varia obit, sicut aqua in germinibus. 1391.b
 gratia supra carnem, & non in carne splendet. 1461.a
 gratia præueniens quam valida. 1536.c
 gratia præueniens à quatuor partibus venit. 1598.b
 Grati-

Rerum memorabilium.

Gratitudinis exemplum delphinus. 1501.c
 Gradiendi modus triplex. 1079.c
 Græca lingua secundior cæteris. 20.b
 græca lingua quo tempore literas suscepit. 20.b
 græca lingua quare diuini imbuta sit mysterijs. 20.b
 Gulam excitantia sunt fugienda exemplo leopardi. 1570.c
 gula, & ebrietas quantum nocuerint. 1570.c
 gulam & ebrietatem quæ mala insequantur. 1571.a
 H
 Halitus est vitæ sensilis indicium certum. 1083.b
 Hebraea lingua nunc nuncupata ab Heber. 17.c
 hebraea lingua Iffri dicta, & quare. 18.a
 hebraea lingua edita à Deo per Moysen, ex Theodoro. 18.b
 hebraea lingua ab Euphratis transitu dicta, ex Theodoro. 18.b
 hebraei triplici librorum inscriptione vtuntur. 55.a
 hebraica lingua voces habet ambiguas. 59.b
 hebraicus tropus est Vniuersum Egli & terra nomine significare. 306.c
 hebraismus est ponere, Dicere pro decernere, vel iube-
 re. 403.a
 hebraei duplicem annorum, & dierum computationem obseruant. 545.b
 hebraicus textus non minus corruptus Græca, & Latina editione. 583.a
 hebraei voce geminata excellentiam rerum demon-
 strant. 650.a
 hebraica lingua quia inops, ideo sapius eadem repetit verba. 683.a
 hebraei qua anni parte exordium eiusdem sumerent ante ingressum Aegypti, non est compertum. 832.b
 hebraei duplicem in computandis annis seriem habebant post egressum ex Aegypto. 832.b
 hebraicus textus nunc corruptus sit confendus. 1100.b
 hebraica vox, Bara, ex nihilo facere non semper significat. 1109.a
 hebraica vox, Atanim, dracones terrestres, & marinos significat, siue pisces omnes magnos. 1199.b
 Heliotropium Christum imitari nos edocet. 1389.c
 Hemisphærium nostrum in Antica, Antipodum in Po-
 ffica situm. 541.b
 hemisphærio nostro multa collata priuilegia. 541.b
 hemisphærium nostrum primum detectum est. 757.b
 hemisphærii nostri amplitudo, & nobilitas. 757.b
 hemisphærium nostrum Sole illustratum, typus fidelium. 1279.b
 Hæretici quomodo vedire possint ad Ecclesiam. 1379.b
 hæretici ut lucerna sine oleo. 1398.a
 hæretici exeunt ex Ecclesia, sicut corui ex arca. 1475.a
 hæreticorum libri, ut aculeus pastinacæ mortuæ. 1500.c
 hæretici fertilitati comparantur. 1535.c
 hæreticus lupo comparatur. 1570.a
 In heresim cur aliqui labantur, due asseruntur causæ ex exemplo productionis lolij. 1378.b
 heresis causam esse vitæ laxitatem, exemplis tribus demonstratur. 1378.c
 Herinaceus prouidentiae Dei monumentum. 1498.c
 Heroes qui virtute ingenua vitia prostrauerunt plures recensentur. 1050.b
 Herba simplex sunt hominis sobrietatis cibus. 783.b
 herbare, & herbificare, voces non sunt satis latinae. 788.c
 herbae quæ à Deo tertia die sint creatæ. 795.b. & seq.
 herbae omnes etiam noxiae & infrugiferae, tertia die creatæ. 799.a
 herbas, arboresque etiam lethales condidit Deus ege-
 gij de causis. 799.c. & seq. & 804.a
 herbae noxiae plures utilitates asserunt. 801.b. & seq.
 herbae, plantæ, arbores tertia die simul prodierunt. 818.c
 herbarum duplex generis modus. 819.b
 herba rerum humanarum imbecillitatem designat. 1374.b
 herba exitiales vna cum salubribus condita. 1377.a
 Hexameri cognitio imperceptibilis, ex Theophilo An-
 tiocheno. 48.c
 hexameron legere non erat permixtum Iudeis ante tri-
 gesimum annum. 48.c
 Hieronymi nunc sit editio vulgata. 22.a
 hieronymus quot ediderit editiones. 22.b
 hieronymus leoni Samsonis comparatur. 22.c
 hieronymus quare cum leone pingatur. 22.c
 Hieroglyphicum maiestatis Dei quomodo sit Sol. 1156.a
 Hirundinis ars in nido construendo à Christiano imi-
 tanda. 1516.b
 Historia ethnica initium vnde sumant. 112.c
 historici munus est res gestas vtitata vocum signifi-
 catione enarrare. 428.a
 historici munus quid sit. 839.b
 historica expositio quid sit, ex Eucherio. 1208.a
 Homo duplici clauæ conceptus celat, & quibus. 16.a
 homo in ipsa die peccauit, qua Christus mortuus est, ex Gaudentio. 828.c
 hominem, si non peccasset, successere non indignisse, quo-
 modo dubiè Augustinus prodiderit. 1190.c
 homo quare non dicatur procreatus esse secundum ge-
 nus suum. 1190.c. & 1191.a
 homini parum est dilacerari ab animantibus, ex Au-
 gustino. 1202.a
 In homine magis impium est quod caro imperet, &
 anima quiescat, quam quod in Mundo cælum stet, et
 terra moueatur. 1224.b
 homo cur facie recta creatus. 1226.c
 homo quare euehendus ad beatitudinem supernam. 1227.b
 homo quare reparari potuit, & non Angelus, ratione,
 & exemplo ostenditur. 1231.a
 homo arbor euersa, in primo Adam infructuosa; in se-
 cundo fructus reddit, & quare. 1231.c
 homines terreni, terra inanis celestium doctrina, & va-
 cua bonis actionibus. 1233.b
 humana natura ante Christum terra inanis, quia mor-
 talis, & vacua, sine gratia, & gloria. 1236.b
 homo

Index

Homo trahatur à morte per mortem ad mortem. 1245.b.
homo rectius dicitur spiritus Domini tribus de causis. 1250.a
homo discere à Deo debet, in luce opera sua inchoare. 1271.a
homo à Deo primam lucem gignere, gratiam adipisci eruditur. 1271.c
homo discat à rebus insensatis Deo parere. 1272.a
homo Orbis dominus, a quo omne malum. 1275.b
homo examinare debet opera sua Dei exemplo. 1275.c.
homo cur terra & cinis dicatur. 1279.a
homo suscipiens effectum baptismi, à non suscipiente diuiditur, sicut lux à tenebris. 1280.a
hominis lapsus vespere, reparatio mane. 1289.b
In homine quid sit Cælum, & quid hemisphæra sint spiritiualiter. 1293.b
homo exterior, vel anima firmamētum dicitur. 1312.b
homo Mundo secundum omnes partes comparatur. 1312.c.
In homine quomodo spiritiualiter generentur, quæ in sublimi sunt. 1313.a
In homine quomodo Cælorum motus diuini adsint per similitudinem. 1313.b
homo edificat à creaturis nec in apice à Dei mandatis recedere. 1323.c
homo interior in gratia firmatus Cælum. 1327.c
hominis interioris & exterioris simulacrum fuit par tus Rebecca. 1327.c
homo interior à Jacob præfiguratus, exterior verò ab Esau. 1328.a
homo interior sedes Dei, exterior scabellum pedum eius. 1328.c
Ab homine quid agendum, vt ex aqua terrestri fiat celestis. 1333.c
homo in statu innocentie terra, in statu peccati arida, in statu gratie iterum terra. 1349.b
homo vt terra proferre potest herbam virentem, & ligna, genera virtutum perfectiora & imperfectiora, & semina, idest, bonos habitus. 1367.b
hominem quare Deus creauit nudum, & inermem. 1369.a
homo proferre debet semina secundum genus suum, idest, in labore, & sudore. 1372.b
hominis origo, & genealogia duplex, paterna, & materna. 1375.c
hominis ingluuies quanta. 1377.a
homo arbor inuersa, et quomodo. 1382.a
hominis opera, cum in Cælo sit complantatus, in Cælo dirigi debent. 1382.b
homo agricola ex astris mysticè quomodo signa ad bene operandum excerpere debeat. 1410.a
homo agricola que decrescente Luna agere debeat. 1410.c.
homo Dei exemplo edificat animam, que lumen est, in celestibus collocare. 1460.a
hominis duplex natiuitas. 1484.b
homo libidinibus deditus, magis impius, quam

pisces. 1489.e
hominis mystica piscatio. 1505.c
homo piscis est, in cuius faucibus staret inuentus est. 1506.c
homo quomodo exemplo piscia componere debeat vitam. 1507.b
homo Mundi rex quod sceptrum ferre debeat. 1512.b.
humanum genus statua Nabuch comparatur. 1513.a.
homo imperium affectans, qualis esse debeat. 1513.b
homini os sublime datum, vt discat celestia, non terrena indagare. 1555.b
hominis dignitates super bruta que. 1555.b
homo quare rectus à Deo fuerit creatus. 1555.c
hominem cum cæta ad Cælum se erigere compellunt. 1556.a.
humana natura mulier infirmate inclinata. 1556.b
homo vt Virus quomodo à Dæmone capiatur. 1575.a
hominem veterem exuere docemur serpentis exemplo. 1575.b
homo per septem dona spiritus, sicut Mundus per septem dies perfectus & exornatus. 1582.a
homo interior septem virtutibus, quasi septem diebus formatur. 1582.c
humana natura, vt ouum. 1589.c
homo spiritiualis septem gradibus gratie formatur, ad instar Mundi. 1593.c
hominis redemptio quando prædestinata. 1595.b
In homine, vt in microcosmo, Cælum & terra, anima & corpus. 1594.c
homo terrenus nunquam dicit, Sufficit. 1596.c
homo vt figulus carnem quomodo efformare debeat. 1602.b.
homo statua Nabuchdonosor. 1603.e
homo secundum triplicem statum Dei imaginem representat. 1606.a
homo quomodo cantet, & psallat, Deum laudans. 1610.c.
homo vt bene cantet Dei laudes, quid agere debeat. 1611.a.
homo quomodo spiritu canat, & pulset. 1611.b
hominis dignitas. 1615.c
homo potissimum referre Deo gratias debet de creatione. 1618.a
homo in Mundo, tanquam tres pueri in fornace, benedicat Dominum. 1618.b
In primo homine inspirauit Deus spiraculum vite. 1247.c. & seq.
Honores non surripandos merentibus, exemplo formicæ edocemur. 1560.c
Hortus mysticus quis, & qualis. 1373.b
Hospitalitatis exemplum præbent cornices. 1513.c
hospitalitati incumbendum. 1514.a
hospitalitatis exempla ex Scriptura. 1514.a
Humilitatis exemplum quomodo ex radicibus arborum eliciatur. 1379.c
humilitas Basilij & Ambrosij. 1508.b
Humanitas nostra in statu innocentie, aqua fuit dulcis, per

Rerum memorabilium.

per peccatum mare effecta. 1354.c
humanitas nostra tanquam aqua amara dulcescere potest per terram, idest, per Christum. 1354.c
humanitas nostra vt Iordanis flumen. 1355.a
humanitas Christi quomodo luna. 1419.c
Hypocrita vt pisces speciem ferentes auium. 1486.b
hypocrite inanis gloria cupidi, vt simia. 1489.a
hypocrita similes polyo. 1497.c
I.
Jacob à natiuitate, Israël à luctu fuit appellatus. 9.b
Ibis animal luna simile, typus spiritiualis hominis. 1445.c
Ideas separatas malè Plato, & Philo posuere. 164.b
Ieiunij quadragesimalis obseruatio à vulture indicatur. 1522.c
Ignorantia, & impietas præcesserunt illuminationem Christi, vt tenebre lucem. 1237.c
ignoratio Dei apud populum gentilem, erant tenebre super faciem abyssi. 1236.c
De ignis natura diuersæ Peripateticorum, & Platoniorum sententia. 471.c & 472.a
ignis condensatus splendet, nec pabulo indiget, secundum Platonicos. 604.b
ignis quàm ingens sit virtus, ex Basilio. 662.c
ignis nulla excipit specimina. 1060.c
igneam superam regionem animantibus refertam posuit Macharius. 1061.c
igneæ animantia quò capiuntur, ex Machario. 1061.a
Ab igneis animantibus sordidata indumenta igne tantum lauantur, ex eodem. 1061.a
ignis triplex sedes. 1061.b
In igneo Cælo, vel æthere, celestia animantia vitâ transigere qui dicant. 1061.b
In ignis suprema regione an animantia viuant. 1061.c
In igne hoc nostro animantia quedam viuere, qui asserant. 1062.b
In igne animantia edi nequire, & viuere, quibus rationibus conuincatur. 1062.b
Imaginum celestium ad duodecim menses adaptatio, ex Beda. 1001.b
imagines duodecim ad quas temperaturas tîem animi, tum corporis sub se editos ferant, ex Basilio. 1042.a
Impatientis exemplum perdix. 1533.b
Improbi amantes tenebras, similes vesperilionibus. 1282.a
Impij Deo non parentes, quomodo sint gigantes. 1272.a
Inanis gloria vt ros adustus, luridas reddens segetes. 1372.a
In, præpositio quomodo accipiatur in Scripturis. 57.b
In, quando dicat identitatem, & causalitatem. 63.b
Infidelium, & hereticorum secte, maria nuncupatur. 1357.a
Inferni tenebre quare nuncupentur exteriores. 1243.a
In inferno quomodo erit stetus, & stridor dentium. 1243.b
Ingratitudo generis humani erga Deum que, & quantita. 1589.c
Ingratitudo quàm detestanda. 1618.b
Iniustitia nõ est cum iustitia Christi connectenda. 1283.b
Instans primum non mensurauit creationem, sed simul produxit, ex D.Thoma. 76.a

Inspiratio bona ut lux meridiei, mala vt lux aurora. 1277.b
inspiratio bona, & mala quò sint discernenda. 1277.b
inspiratio sancta ex galli cantu declaratur. 1536.b
inspirationis diuinae & galli cantus effectus, inuicem conferuntur. 1537.a
Intellectus humanus quomodo abyssus. 1240.c
intellectus humanus triplici luminari, tanquam Sole, Luna, & Stellis, illustrari potest. 1241.a
intellectus intelligendo, omnia intra se recipit, voluntas amando extra se fertur. 1345.b
intellectus præcticus Luna. 1403.a
intellectus speculatiuus Stella. 1403.a
Intellectionis angelicæ præstantia, & modus. 213.b
Intelligendi modus ex Cæli, & terræ exemplo describitur. 1224.c
Intelligentia literalis vt Boreas, mystica vt Zephirus. 1232.b
Interpretationes quæ sint vitandæ. 342.a
Intuitio duplex. 505.c
Ioannes ante Christum, quomodo lux ante Solem. 1263.a
ioannes quomodo tuba iubei, et vox Christi. 1263.b
Iob notitia imaginis celestium habuisse euincitur. 1035.c
Isrexi, vox Hebraica difficulter Latine verti potest, & significat productionem copiosam. 1065.a
Iudeorum cecitas eclipsi Solis comparatur. 7.a
iudei veros spirituales sensus ignorato Christo percipere non potuerunt. 1208.c
iudei cur non illuminati à Christo vt Gentiles. 1222.b
iudeus et gentilis insiti in duobus hemisphæris. 1317.c
iudei ad fidem conuersi dicuntur anima viuens, Gentiles verò reptile anima viuens. 1547.c
iudei & gentilis plures figure in Scripturis. 1548.b
iudei & gentile Esau & Iacob figurarunt. 1548.b
iudaismi, & gentilitatis plura symbola. 1549.a
iudaicus figuratus in Cain. 1549.c
iudaismus populus Cælum dicitur. 1587.b
Inter iumenta, reptilia, & bestias terræ, quæ differentia. 1166.a
iumentum vnde dicitur. 1180.c
iumentum à iungendo non bene dictum. 1180.c
iumentorum nomine quæ animantia significantur. 1181.c
Iusti celestes homines Cælo comparantur pluribus relationibus. 1226.b
iusti sicut stelle, quæ in Cælo sunt, & in terra splendent. 1226.b
iusti sicut rota, quæ in puncto terram tangunt. 1226.b
iustitia in homine, lux est primaeva condita. 1269.a
iustus vt Phaeton super currum Solis, idest, Christi. 1269.b
iustitiæ diuinae exempla. 1272.c
iustitia vera vt lux in sereno aère, fictitia vt lux in aère vaporibus obducto. 1277.c
iustitia vera à fucata quomodo discernenda. 1277.c
iustitiæ Dei summum exemplum, Angelorum desertorum eiectio. 1278.c
iustorum ab impijs in libro vite separatio, fuit lucis à tenebris diuisio. 1280.c
iustorum casus vespere, respicientia mane. 1291.b
11111 iustis

Index

| | |
|---|---|
| <i>iustus à delicto surgētibus nulla imputatur nox.</i> 1291.c | <i>lex in diebus festis præponit noctem diebus.</i> 538.a |
| <i>iustus in tribulationibus ut rupes in mari, cum inscriptione: Immobiles fidei.</i> 1316.c | <i>lex ante euangelium, fuit lux ante solem.</i> 1263.b |
| <i>iustitia Christiana ut firmamentum inter celestem & terrenam iustitiam.</i> 1322.a | <i>lex quomodo aurora fuit.</i> 1417.a |
| <i>iustitia femita, ut eclyptica.</i> 1324.a | <i>lex euangelica rete aureum, & hamus.</i> 1507.b |
| <i>iustus & pius olea similis in multis.</i> 1385.c | <i>legis duplicis duplex ratio benedictionis.</i> 1539.b |
| <i>In iustitia seruanda tria genera chriscoliarum, sicut tria genera virentium arborum.</i> 1392.c | <i>Leo erga electos vigilantia Dei hieroglyphicum.</i> 1257.b |
| <i>iusti luminaria sunt iustitie lumen proferentia, & qui corum Sol, vel Luna, vel Stella.</i> 1401.c | <i>leo in pluribus typus Christi.</i> 1563.c |
| <i>iusti lucent in firmamento vitæ cælestis, & illuminant improbos.</i> 1418.c | <i>leonis viuificatio Christi resurrectionem designat.</i> 1564.b |
| <i>iustus columna ignea est in nocte lucens Israeli.</i> 1418.c | <i>leonis viuificatio peccatoris spirituales resurrectionem patet facit.</i> 1564.b |
| <i>iusti quomodo ut Luna reflectant ut speculum.</i> 1431.a | <i>Liber vitæ, liber est ille intus & foris scriptus.</i> 1281.b |
| <i>iusti, & impij, stellis errantibus & non errantibus comparantur.</i> 1458.c | <i>Liberalitatem à Deo homo ediscere debet.</i> 1219.b |
| <i>iustus ut bacca oliuæ compressa.</i> 1538.c | <i>Ad liberalitatem cuncta creatura hominem excitant.</i> 1219.b |
| <i>iustis benedicit Deus, ut crescant non in terra, sed super terram.</i> 1544.c | <i>Libido carnis quam detestanda.</i> 1490.a |
| <i>iustitia Dei illuditur quandoque à peccatore.</i> 1566.b | <i>Lilium pudicitia insignis.</i> 1389.c |
| <i>iustitie diuinae symbolum tigris.</i> 1566.b | <i>Lingua duplex, angelica, & humana.</i> 16.a |
| <i>iustitia superna soli, interna luna, externa stellis comparantur.</i> 1600.c | <i>linguarum diuersarum ortus.</i> 16.c |
| <i>iustificatio hominis potior est creatione, & glorificatione.</i> 1594.b | <i>linguæ tres ad diuina mysteria suscipienda.</i> 17.a |
| <i>Iustificatio secum fert iustitiam triplicem.</i> 1600.c | <i>lingua vetusta Adæ quæ fuerit, ex Augustino, & alijs.</i> 17.b |
| <i>In iustificatione duo ad sunt; remissio culpæ, & interna renouatio.</i> 1600.b | <i>lingua hebræa nunc nuncupata ab Heber.</i> 17.c |
| <i>iustificatio triplicem sanctitatem nobis quomodo defertur.</i> 1600.c | <i>lingua hebræa ab Ifri dicta.</i> 18.a |
| <i>iustificati penitentis cor, ut terra producere debet hominem.</i> 1602.a | <i>lingua Syriaca omnibus antiquior, ex Theodoro.</i> 18.a |
| <i>iuuenes vani similes Absaloni.</i> 1390.b | <i>lingua hebræa edita à Deo per Moysen, ex Theodoro.</i> 18.b |
| L. | <i>lingua gentis suæ pueri loquuntur natura exceptis hebræis, ex Theodoro.</i> 18.b |
| <i>Labia spiritus duo forcipe purganda.</i> 1613.a | <i>lingua Græca facundior ceteris.</i> 20.b |
| <i>Laborum duplex genus.</i> 1534.a | <i>lingua græca quo tempore literas suscepit.</i> 20.b |
| <i>Labores qui dulciter ferre possunt.</i> 1534.b | <i>lingua græca quare diuinitis imbuta sit. mysterijs.</i> 20.b |
| <i>Lachryme penitentis quibus comparantur.</i> 1478.a | <i>linguæ latine origo & dignitas.</i> 22.a |
| <i>Lactantij sententia de duobus primis Angelis reprehenditur.</i> 155.b | <i>lingua prisca quæ fuerit non est compertum.</i> 528.c |
| <i>Lac à terra Ecclesie fluens est simplex Scripturarum intelligentia.</i> 1262.b | <i>Litera Moysis, vti facies eius Hebræis tegitur, & Gentilibus.</i> 28.b |
| <i>Lacus insigniores recensentur.</i> 750.c | <i>literarum resolutio, & compositio familiaris Hebræis fuit.</i> 59.a & 60.a |
| <i>Laudatur Deus tripliciter.</i> 1610.b | <i>literals sensus per sancta, mysticus per sancta sanctorum præsignabatur.</i> 147.b |
| <i>Laurus quomodo symbolum penitentis.</i> 1387.b | <i>literals sensus natura & origine prior mystico.</i> 1269.a |
| <i>Leges Moysis, & nature, obtenebratae fuerunt ab euangelio, sicut luna, & stellarum splendor offuscatur à sole.</i> 6.a | <i>literals sensus super testamentum vetus, tenebræ super faciem abyssi.</i> 1240.a |
| <i>In lege Moysis, ut in Zodiaco, nulla via, nisi ratione solis Christi.</i> 6.c | <i>literals sensus nox, mysticus dies appellatur.</i> 1403.c |
| <i>leges gentilium extra Zodiacum sunt, idest extra vitam.</i> 6.c | <i>Loculi hominis quot, & qui.</i> 1346.b |
| <i>lex non aboleuit nature instituta, sicut luna non tollit stellarum lucem.</i> 6.a | <i>Lolium & zizania symbolum Hereticorum.</i> 1378.b |
| <i>lex Moysis non viuificabat, sicut luna radius non calefacit.</i> 6.b | <i>Luciferum supremum fuisse Angelorum qui Patrum dixerint.</i> 435.b |
| <i>lex Moysis, lex iustitie.</i> 10.a | <i>luciferum supremum fuisse Angelorum quæ rationes, & auctoritates euincant.</i> 438.a |
| <i>lex Christi lex misericordie.</i> 10.b | <i>luciferum terrestris ordinis principem fuisse qui Patrum tradant.</i> 438.b |
| | <i>lucifer cum esset supremus Angelorum, quare Cberub, & non Seraph appellatus.</i> 440.a |
| | <i>luciferi deflectionis causa.</i> 440.a |
| | De |

Rerum memorabilium.

| | |
|--|--|
| <i>De lucifero qui Patres interpretentur locum illi Scripturæ: Qui dicebas in corde tuo.</i> 440.c | <i>dinales, & Morales in intellectu practico.</i> 1423.θ |
| <i>lucifer quid appetierit, cum à Deo defecit.</i> 440.c | <i>luminaria magna & stelle in firmamento, Christus, Deipara & sancti in Cælo.</i> 1424.a |
| <i>lucifer fieri ut Deus cupere non potuit.</i> 440.c | <i>luminaria & stelle, Pontificia, & Imperatoria potestas.</i> 1425.a |
| <i>lucifer peccatū in voluntate fuit, nō in intellectu.</i> 447.b | <i>luminaria & stelle; pax superna, & interna.</i> 1425.c |
| <i>lucifero & Angelis nullum præceptū indictum.</i> 448.a | <i>luminaria magna & stelle; sapientia cælestis, & humana, & naturalis.</i> 1426.b |
| <i>lucifer excelsitati humani generis in Christo inuidit.</i> 448.b | <i>luminaria magna et stelle, diuinitas, et humanitas Christi, beati & sancti in Empyreo splendentes.</i> 1426.c |
| <i>lucifer infestus Christo hostis perpetuus.</i> 449.a | <i>Post luminaria educunt aquæ partus suos, quia post Christū, & Ecclesiā gigni debebant fideles.</i> 1468.a |
| <i>luciferi peccatum quodnam fuerit.</i> 449.b | <i>luminaria quarto die congesta, sapientia donum designant.</i> 1582.b |
| <i>lucifer pluribus peccatorum generibus deliquit.</i> 457.a | <i>luminaria tria in Empyreo anagogicè quid sint.</i> 1605.c |
| <i>In luciferi peccato triplex consideratur ordo.</i> 457.b | <i>lunam ex demerito effectam fuisse minorem Sole, Talmudisti pueriliter asseruerunt.</i> 958.b |
| <i>luciferi maius crimen superbia.</i> 457.b | <i>lunā Angeli ala obscuratam fuisse, Maumetani fabulantur.</i> 959.a |
| <i>luciferi peccatum primum complacentia sui.</i> 457.b | <i>lunam non esse in luce parem Soli creatam.</i> 959.b |
| <i>luciferi maius peccatorum apostasia, & ingratiitudo.</i> 457.b | <i>luna minus luminare nomine.</i> 973.b |
| <i>lucifer quomodo draconis comparatur.</i> 460.b | <i>luna vnde dicta ex Platone, & alijs.</i> 973.b |
| <i>luciferi apostasia causa deflectionis aliorum Angelorum.</i> 459.a | <i>luna minus luminare excellentia.</i> 973.c |
| <i>lucifer in quem locum detrusus fuerit.</i> 465.a | <i>luna & stelle, nū propria luce splendeant.</i> 973.c et seq. |
| <i>lucifer stella quomodo Ioānes Baptista fuerit.</i> 1449.a | <i>luna an impertita sibi luce à Sole tantum splendeat.</i> 976.a & seq. |
| <i>Lucas, quare dixerit, Qui fuit Dei.</i> 56.b | <i>luna adeo exili suo pollet lumine, ut totam lucem à Sole vendicare dicatur.</i> 978.c |
| <i>Lumina duo supernaturalia, fides, & gloria.</i> 1264.b | <i>luna in plenilunio Sole coruscantior non est.</i> 978.c |
| <i>luminis vocamine in Psalmo quid intelligendum.</i> 1607.c | <i>luna quare in deliquio rubea cernatur.</i> 978.c |
| <i>Luminaria quare quarto die condita sint.</i> 841.c | <i>luna quomodo lucem mutuet à Sole.</i> 979.b |
| <i>luminaria efficiuntur quarto die secundam ideam prima die productam, ex Philone.</i> 759.a | <i>luna semper illustratur parte versa ad Solem.</i> 981.c |
| <i>luminaria producuntur quarto die, cum prima die lux, idest, Angelus emanarit.</i> 859.b | <i>luna cur vicissitudines lucis suscipiat.</i> 982.b |
| <i>luminaria, vel ex igne iuxta Nyssenum, vel iuxta Hugonem ex nube primo die producta, quarto die congesturunt.</i> 806.c & 861.c | <i>luna Eclipsis quid sit secundū antiquorum sententiam.</i> 984.b |
| <i>luminaria i quo firmamento dicantur postea 895.c et seq.</i> 953.c | <i>lunam umbra terra obiectu obscurari, communis est sententia.</i> 984.b |
| <i>luminaria magna duo facta sunt, quia duæ partes temporis erant illustrande.</i> 953.c | <i>lunam umbra terra non obscurari quare D. Hieronymus prodiderit.</i> 984.c |
| <i>luminaria magna quō dicantur Sol, et luna.</i> 954.b et seq. | <i>luna magnitudinis varia sententia.</i> 985.a |
| <i>luminaria esse creata, ut præessent, siue ut essent in dominium, vel principatum, vel potestatem, id ipsum sunt.</i> 960.c | <i>lunam minorem esse terra, quia ratione euincatur.</i> 987.c |
| <i>luminarium magnitudo duplex.</i> 988.b | <i>luna quanto minor sit Sole, & terra.</i> 987.c |
| <i>luminaria bona cur Deus laudet.</i> 1028.b & seq. | <i>luna quibus stellis sit maior, & quibus minor.</i> 988.c |
| <i>luminaria magna, & stelle; diuinitas, & humanitas, & Spiritus Sancti charismata in Christo.</i> 1419.c | <i>luna maior astris lumine, & apparentia.</i> 988.c |
| <i>luminaria magna, & stelle, Christus, Moyses, & ceteri Prophete in firmamento synagoga.</i> 1420.c | <i>luna compactione orbis imperfectior Sole.</i> 989.a |
| <i>luminaria magna, Euangelium, & lex: & stella, naturalis ratio.</i> 1420.c | <i>De luna natura ex quanam constata sit materia, varia sententia.</i> 989.a & seq. |
| <i>luminaria magna testamentū nouum, & vetus; & stelle, traditiones.</i> 1421.b | <i>luna omnibus numeris quantum ad materiam, Sole imperfectior.</i> 990.c |
| <i>luminaria magna, & stelle, allegoricus, literalis, & tropologicus sensus in firmamento Scripturarū.</i> 1421.b | <i>luna humiditatis nutritrix.</i> 991.b |
| <i>luminaria magna & stelle in firmamento, Deus, homo, Angelus in natura spirituali.</i> 1422.a | <i>lunæ vis efficax est, & conspicibilis.</i> 991.c |
| <i>luminaria magna & stelle in firmamento, apprehensio vespertina, & matutina in Angelo.</i> 1422.c | <i>luna quomodo præest nocti.</i> 992.a |
| <i>luminaria magna & stelle in Cælo, beatifica scientia, reuelata, & naturalis in anima.</i> 1423.b | <i>luna nū in plenilunio, nū in nouilunio creata sit.</i> 992.c |
| | <i>luna siue in nouilunio, siue in plenilunio apparuerit, perfectior erat, ex Augustino.</i> 994.c |
| | <i>lunā i plenilunio conditā dicere, probatior est sententia.</i> 995.c |
| | <i>luna sub Sole supposita, siue opposita, dimidia sua parte splendet.</i> 996.c |
| | <i>luna in coniunctione splendidior, & perfectior.</i> 996.a |
| | <i>lunam Soli oppositam in fine Mundi remansuram existimant.</i> 996.a |

Index

| | | | |
|--|---------------|---|------------------|
| <i>Stimetur.</i> | 996.b | <i>De lucis substantia tres celebres sententiae.</i> | 494.e |
| <i>luna quomodo dicitur praesse.</i> | 996.c & seq. | <i>lux corpus non est, nec defluxus corporis, sed qualitas.</i> | 494.b. |
| <i>luna hieroglyphicum aeternitatis Dei.</i> | 1256.c | <i>De lucis in aere existentia varia sententiae.</i> | 495.b |
| <i>luna Eclipsis quid mystice significet in aia.</i> | 1268.c. | <i>lux ante Solem effecta fuit, quod verum confusio in chaos id expeteret.</i> | 495.b |
| <i>luna typus filij Dei.</i> | 1398.c | <i>lux prisca num facta ex materia praeciare, num ex nihilo.</i> | 496.c. & 497.a.b |
| <i>luna prognostica signa de Ecclesia quomodo verificentur.</i> | 1407.c | <i>lux prisca cuncta illustrabat ex Basilio, & alijs.</i> | 497.c |
| <i>luna nitida seu crassa quid de Ecclesia mystice declarer.</i> | 1408.a | <i>Vel superna tantum illuminabat, ex Augustino, & alijs.</i> | 498.e |
| <i>luna signum mutabilitatis mundanarum rerum.</i> | 1408.a | <i>lux prisca quomodo Mundum conditum illustrare possit.</i> | 499.a.b |
| <i>luna symbolum evidens, efficax, ac perpetuum instantiae humanarum rerum.</i> | 1408.b | <i>lucem Deus creavit, tenebras tantum ordinavit.</i> | 499.c |
| <i>luna ad stultitiam comparationes.</i> | 1409.c | <i>lux pulchra, non ex proportione, sed sua natura, ex Basilio, & Ambrosio.</i> | 500.c |
| <i>luna transmigratio in Christi morte quid significavit.</i> | 1436.b. | <i>lux bona dicitur secundum hominem non secundum Deum.</i> | 509.c |
| <i>luna unde dicta.</i> | 1441.a | <i>lux creata videtur bona in luce increata.</i> | 510.a |
| <i>luna & stellarum encomia, & qua commoda nobis praesent.</i> | 1465.b | <i>lucem creare, & ipsam secernere id ipsum fuit.</i> | 511.a |
| <i>Lupi maximelapides timet, et qd hoc significet.</i> | 1570.b | <i>lucis & tenebrarum triplex genus, ex Augustino.</i> | 511.c. |
| <i>Lucis encomia.</i> | 412.c | <i>lucis a tenebris segregatio, est separatio formae a primatone, ex Augustino.</i> | 511.c. & 512.a |
| <i>lucis nomine praclare res in Scripturis insigniuntur.</i> | 413.b. | <i>lucem a tenebris dividere est naturam harum impermixtam facere.</i> | 512.b |
| <i>lux quare prima omnium condita sit.</i> | 413.c | <i>lux distincta est a tenebris causa, loco, tempore, subiecto.</i> | 512.c |
| <i>lux ceteras res dignitate praecellit.</i> | 414.b | <i>lux prima qua serie dies & noctes gigneret.</i> | 514.b |
| <i>lux specimen est, & decus Universi.</i> | 415.b | <i>lux prisca qua Celi parte effulsit.</i> | 541.b |
| <i>lux communis, tam supernis, quam infernis rebus.</i> | 416.b. | <i>lux prisca prius in hemisphaerio nostro, quam in altero effulsit.</i> | 541.b |
| <i>lux generale instrumentum causarum caelestium.</i> | 417.a | <i>lux prima in ortu emicuit.</i> | 541.c |
| <i>Sine luce nil conspici potest.</i> | 417.c | <i>lux triduo primo expansa diuinitatem quomodo significat, & Sol Christum, ex Anastasio.</i> | 864.e |
| <i>lucis nomine qui Patrum Angelum intellexerint.</i> | 418.c. | <i>lux tridui primi fuit miraculosa, reliquorum fuit naturalis.</i> | 908.b |
| <i>lucis nomine intelligendus est Angelus, ex Augustino.</i> | 419.c | <i>lux vnde caussetur.</i> | 947.b |
| <i>lucis nomine quare Angeli non sint intelligendi.</i> | 427.c. | <i>lux ex conspissatione globorum oritur.</i> | 948.a |
| <i>lucis tum spiritalis, tum corporea, eodem momento facta est segregatio, ex Hugone</i> | 429.a | <i>lux prima terram non illustrabat.</i> | 949.b |
| <i>lux prisca corporea fuit.</i> | 470.c | <i>lux prima super aquas effundebatur, non super terram.</i> | 949.b. |
| <i>lux illa ignis emicans, ex Nysseno & alijs.</i> | 470.c | <i>lux tridui primi figuravit fidem, & Sol beatificam visionem.</i> | 1243.e |
| <i>lux prisca nubes fuit lucida ex Nysseno, & alijs.</i> | 472.b | <i>lux primo die effecta, fuit Christus incarnatus.</i> | 1258.a |
| <i>lucem prisca non fuisse nubem quibus rationibus euincatur.</i> | 475.a | <i>lucis prima ad Christi plures comparationes.</i> | 1258.c |
| <i>lux prisca nubes potuit esse, & caelestis, & elementaris.</i> | 475.c | <i>lux prima fuit Christus fuit resurgens.</i> | 1260.c |
| <i>lux primo producta fuit empyrei splendor, ex Brunone & alijs.</i> | 480.b | <i>lux prima fuit Angelus gloria redimitus.</i> | 1261.b |
| <i>Vel lux ipsa Solis sine globo, ex Tertulliano, & pluribus alijs.</i> | 481.c. | <i>lux ante Solem, Ioannes ante Christum.</i> | 1263.a |
| <i>Et luce hodierna Solis coruscantior, ex Appollinario & alijs.</i> | 485.c. | <i>lux ante Solem, fuit lux ante Euangelium, vel testamentum vetus ante nouum, vel Moses ante Christum.</i> | 1263.c |
| <i>Vel exilior, & pallidior, ex Ambrosio, & alijs.</i> | 486.b | <i>lux ante Solem fuit fides ante gloriam.</i> | 1264.a |
| <i>lux prisca non fuit lux Solis, sed lux miraculosa, ex Burgense.</i> | 487.c | <i>lux in microcosmo homine quomodo efficiatur.</i> | 1270.a |
| <i>De luce prisca quae sententia sit praestantior.</i> | 487.c | <i>lux quadruplex fulget beatis, & quae.</i> | 1270.c |
| <i>lucis primaue informitas, descripta a D.Dyonisio male interpretata a Nuperis.</i> | 490.b | <i>lux bonae vitae post baptismum commendanda.</i> | 1273.c. |
| <i>lux prisca num fuerit Sol & quomodo.</i> | 476.c. & seq. | <i>lux an bona videndum, id est inspiratio an sancta, an diabolica.</i> | 1277.b |
| <i>lux prisca lux Solis fuit, sed sine globo.</i> | 491.b | | lux |
| <i>lux primo die effecta non de Deo, sed a Deo prouenit, ex Augustino.</i> | 493.c | | |

Rerum memorabilium.

| | | | |
|---|---------------|---|----------------|
| <i>lux an bona videndum, id est an lux iustitiae sit vera, an simulata.</i> | 1277.b | <i>mare Tiberiadis Ecclesia est.</i> | 1357.b |
| <i>lucem iustitiae sequitur vesperatationis.</i> | 1294.a | <i>mare mens hominis.</i> | 1357.b |
| <i>lux tribus diebus expansa a figura diuinitatis.</i> | 1396.b | <i>mare cor impij delicijs fluidum.</i> | 1357.b |
| <i>lux coagulata in sole quarto die, Christum humanatum significat, ex Anastasio.</i> | 1396.b | <i>mare amarum praecipua aspera nuncupari possunt.</i> | 1359.a |
| <i>lucis primaue ad diuinitatem collationes.</i> | 1396.b | <i>mare quomodo bonum.</i> | 1359.b |
| <i>lux primo die condita scientiam designat.</i> | 1582.b | <i>maris commoda & encomia.</i> | 1359.b |
| <i>lux splendens beatis, ut lux prima diei, & quae sit.</i> | 1604.b | <i>Martyrum choros in Cancro micantes Stella quomodo representent.</i> | 1450.b |
| <i>lux aeterna quid vere sit, & in quibus differat a luce nostra.</i> | 1604.c | <i>Materia prima quid sit, ex Augustino.</i> | 126.c |
| <i>Lychnis lapis dum crescit luna sonum reddens, quomodo figura peccatoris.</i> | 1446.a | <i>De materia prima quid inuestigent Philosophi.</i> | 127.b |
| <i>Lyra hominis spiritualiter quid sit, & quomodo pulsatur.</i> | 1285.b | <i>materiam unam caelestium, & sublanarium constituentes.</i> | 127.c |
| | | <i>materia caelestis praestantior sublanari.</i> | 129.c |
| | | <i>materiae informitas explicatur ab Augustino.</i> | 324.b |
| | | <i>materia prima quare terra, aqua, & abyssus nuncupentur.</i> | 325.b |
| | | <i>materia prima confusio tenebrae nuncupari potest.</i> | 345.c |
| | | <i>materia prima aquae comparatur ex Augustino.</i> | 387.a |
| | | <i>materiam spiritualem astringere commentitium est.</i> | 1082.b |
| | | <i>materia prima quid, et quae eius munera.</i> | 1613.c |
| | | <i>Mathaeus verbo, Genuit, & Lucas verbo, Fuit, in genealogia Christi quare vtiuntur.</i> | 56.a |
| | | <i>Mathematici cur ponant eccentricos.</i> | 1023.c |
| | | <i>Matres pietatem in filios edificant a piscibus.</i> | 1489.a |
| | | <i>matrum in filios impietas redarguitur.</i> | 1489.b |
| | | <i>Matrimonium duplicem a Deo sumpsit benedictionem.</i> | 1592.b |
| | | <i>matrimonij institutio vetustissima.</i> | 1592.b |
| | | <i>Mel ex terra Ecclesia fluens est arcana Scripturarum intelligentia.</i> | 1362.b |
| | | <i>Memoria pisces polleere approbat Augustinus.</i> | 1087.c |
| | | <i>Mens quo puritatis candore sacras Scripturas adire debet, ex Basilio.</i> | 1211.c |
| | | <i>mens oculo similis.</i> | 1212.b |
| | | <i>mentem duo offuscant, ne contemplari possit.</i> | 1212.b |
| | | <i>mens, & sensus, & intellectus modus, quomodo per Caelum & terram notificentur.</i> | 1224.c |
| | | <i>mens nostra ut luna diuersas suscipit facies.</i> | 1239.c |
| | | <i>In mente triplex fieri potest commotio, sicut in mari.</i> | 1357.b |
| | | <i>mens hominis quomodo mare.</i> | 1357.b |
| | | <i>Menses in diluuiio recensiti, quomodo supputentur.</i> | 833.b |
| | | <i>menses quare non memorati fuerint a Mose.</i> | 942.a |
| | | <i>mensis est annus lunaris, ex Augustino.</i> | 940.b. & 942.a |
| | | <i>Merita pro futura vita nobis praeparare edocent nos plura animantia.</i> | 1559.b |
| | | <i>Merachephet hebraicum nomen quot significationes habeat.</i> | 360.c |
| | | <i>Meteorologica quando fuerint creata.</i> | 839.c |
| | | <i>meteorologicorum genera enarrantur, & describuntur.</i> | 840.a.b |
| | | <i>meteorologica quid homini spiritualiter conferant</i> | |
| <i>Machine mundialis quadruplex dispositio.</i> | 615.c | | |
| <i>machine Mundi figurae quatuor deliniatae, & earum expositiones.</i> | 616.a | | |
| <i>Magister Sententiarum centonarius immerito dictus.</i> | 201.a | | |
| <i>Mala punica quomodo Ecclesiae simulachrum.</i> | 1385.a | | |
| <i>malum misilicum symbolum monialium.</i> | 1387.a | | |
| <i>mala misceri bonis fructuosum fuit Vniuerso, ex Ambrosio.</i> | 800.b | | |
| <i>malorum tria genera per peccatum hominis exorta.</i> | 1275.b | | |
| <i>Mane & vespere vnde dicantur.</i> | 529.b. & seq. | | |
| <i>Manichaei terram animatam asserabant.</i> | 1159.c | | |
| <i>Mandragera an libidinem excitet.</i> | 1573.a | | |
| <i>Mare esse altius terra ex quibus Patribus habeatur.</i> | 725.b | | |
| <i>mare num sit eminentius terra.</i> | 736.a | | |
| <i>mare terra prominere problema est dialecticum in via Patrum.</i> | 740.c | | |
| <i>Ex mari in acervum coactio, potentia, & prouidentia Dei magnificatur.</i> | 740.c | | |
| <i>mare quomodo eminere dicatur secundum Scripturas.</i> | 741.b | | |
| <i>mare quod terra promineat asserere sententia est magis pia.</i> | 742.c | | |
| <i>mare per antonomasiam locus vnus dictus est, ex Basilio.</i> | 743.b | | |
| <i>mare num amarum & salsum ab origine fuerit.</i> | 748.c | | |
| <i>maris salfedinis quae sit causa ex Aristotele.</i> | 749.b | | |
| <i>maris salfedinis causae plures recensentur.</i> | 750.b | | |
| <i>marium diuersorum enumeratio.</i> | 750.c | | |
| <i>maria ex continuatione vnus dicuntur.</i> | 773.a | | |
| <i>mare vnde sit dictum.</i> | 774.c. & seq. | | |
| <i>mare quomodo bonum, id est pulchrum, ex Basilio, & Ambrosio.</i> | 776.c | | |
| <i>mare quomodo bonum, id est vtile & proficuum, ex iisdem.</i> | 777.a.b.c | | |
| <i>maris utilitates sex.</i> | 778.a | | |
| <i>mare Mundus, in quo extumuit insula Ecclesia.</i> | 1356.b | | |
| <i>maria nuncupantur sectae infidelium, & haereticorum.</i> | | | |

Index

| | | | |
|---|-------------|--|-------|
| vant. | 840. b | no. | 4. a |
| Milleuariorum sententia reprobat. | 465. b | moses apud Gentiles illustris, ex Iustino. | 4. b |
| Miles Christianus vt Achilles tantum in pede vulnerari potest. | 1295. b | moses à Indæis Deus vocatus, ex eodem. | 4. b |
| Mineralia omnia tertia die creata. | 838. c | moses antiquitas, ex Theodoro, & ex Cyrillo. | 5. a |
| Mineralium quare natalia non expresserit Moses. | 839. a. b | moses luna comparatur, & Christus Soli. | 5. c |
| Men ex Hebraica significatione indicat decretum, & normam, vel similitudinem. | 791. b | moses legem à Deo tulit, sicut luna lucem nutuat à Sole. | 6. b |
| Minutorum animantium variae origines. | 1187. a | moses uti luna splendescit, in quantum Christum vt Solem respicit. | 6. b |
| Miracula Deum Mundi dominum indicant. | 1412. b | moses Christo comparatus non emicat, sed cæteris Prophetis collatus insignior spectatur. | 7. a |
| miracula quomodo signum nuncupari queant literarum Dei. | 1412. a | mosis dignitas ex quatuor numeribus desumitur. | 7. a |
| Misericordiae & iustitiae Dei, figura, & monumenta. | 1278. b | moses dux preclarus. | 7. b |
| misericordiae insignis monumentum hominis reparatio. | 1279. a | moses legislator eximius. | 7. c |
| Ad misericordiam que nos impellant. | 1368. c | moses pontificis munera cuncta absoluit. | 7. c |
| Montium, & vallium diuersitas quantum proficit. | 735. a | mosis profapia. | 7. c |
| Ex montium, & vallium varietate, Dei prouidentia magnificatur. | 735. c | mosis lex, lex iustitiae. | 10. a |
| montes illustriores enumerantur. | 760. c | mosis elogium, seu vita. | 10. b |
| montium commoditates, & laudes. | 1360. a | mosis patria que. | 10. b |
| Monstra quot de causis prodeant. | 1177. c | moses quo anno Mundi natus sit. | 10. b |
| Mortificatio que esse debeat, ex cortice arborum indicatur. | 1380. a | mosis mater que. | 10. c |
| mortificationis sequenda monumentum testudo. | 1501. c | moses vnde dictus. | 10. c |
| Mors duplex, & que. | 1242. a | mosis nomina diuersa. | 10. c |
| mors nemini parcat, nec diuitibus. | 1346. b | moses dictus regina Thermuræ filius. | 11. a |
| mortis tempus præcauendum brutorum exemplo. | 1559. a | moses diadema regum conculcauit. | 11. a |
| Morus prudentiam docet. | 1388. c | moses quibus discipulis imbutus. | 11. b |
| Moses auctor Pentateuchi. | 1. c | moses dux contra Aethiopes. | 11. b |
| moses genere Chaldaeus, ex Clemente Alexandrino. | 1. c | moses Meroë urbem expugnat. | 11. b |
| mosis natiuitas, educatio, & nomina, ex eodem. | 2. a | moses serpentes offensos bibicibus retudit. | 11. b |
| moses quibus scientijs eruditus fuerit. | 2. b | moses dix Hebraeorum sanctus, & quibus signis. | 11. b |
| moses solo verbo occidit Aegyptium, ex Clemente Alexandrino. | 2. b | mosis gesta summam narratur. | 11. c |
| moses è carcere diuinitus apertus, astitit dormienti regi, ex eodem. | 2. b | moses quot miracula edidit, & victorias retulit. | 12. a |
| moses mortuum regem reuocauit ad vitam, ex eodem. | 2. b | mosem in Cælum fuisse raptum, qui asserant. | 12. a |
| moses in eruditione Platoni comparatus, ex eodem. | 2. b | moses diuino afflatu Pentateuchum scripsit. | 12. b |
| moses Platonem vitæ probitate antecelluit, ex Cyrillo. | 2. c | moses quo reuelationis genere Pentateuchum scripsit. | 12. c |
| moses Dei nuncius literas Dei detulit, ex Chryso-stomo. | 2. c | moses Deum vidit raptim, & per transennam. | 12. c |
| moses regio more educatus, ex Basilio. | 3. a | mosis ad Christum comparatio. | 13. a |
| moses Deum vidit, ex Basilio. | 3. a | moses tres congressus cum Deo habuit. | 13. b |
| moses regium abdicauit fastum, ex Ambrosio. | 3. b | moses miracula exhibuit sub Cælo. | 13. b |
| moses gloriam Dei vidit facie ad faciem, ex Ambrosio. | 3. b | moses cur in caligine Deum alloqueretur. | 13. c |
| moses Propheta insignis, ex Gregorio Magno, & ex Chryso-stomo pariter. | 3. c & 7. b | mosis facies splendescens, & manus arida quid significarent. | 13. c |
| moses Rex, Philosophus, Legislator, Pontifex, & Propheta, ex Philone. | 3. c | mosis & Christi antitheton, ex Eusebio. | 14. b |
| moses summus Sacerdos, & Pontifex, ex Nazianzeno. | 3. c | mosis detractores qui. | 14. c |
| | | mosis propugnatores qui. | 14. c |
| | | moses non ex Berosi, seu Chaldaeorum traditione scripsit. | 15. a |
| | | moses ante Berosum quot annis extiterit. | 15. c |
| | | mosis antiquitatem qui Patres enarrant. | 15. c |
| | | moses lingua chaldaica scripsit, ex Philone. | 18. c |
| | | moses lingua Hebraea legem edidit, ex Hieronymo. | 18. c |
| | | moses num characteribus vetustis, vel nuper inditis legem scripsit. | 19. a |
| | | mosis volumen in captiuitate Babylonica num perierit, necne. | 19. c |
| | | moses auctor inscriptionum librorum Pentateuchi, ex Philone. | 25. b |
| | | mosis | |

Rerum memorabilium.

| | | | |
|---|-------------------------|---|-------------------|
| Mosis facies splendida est ipsa | Mundi natalis narratio. | mundus hominis liber. | 47. b |
| 27. a | 27. a | mundus conditus propter hominem, ex Chryso-stomo, Augustino, & alijs. | 47. b |
| mosis cornua duo, emanationum duo genera significat. | 28. c | mundus & tempus congenera sunt, ex Basilio & alijs. | 74. c. |
| mosis ingressio in caliginem quid significet. | 33. a | mundus natura præcedit tempus. | 77. a |
| moses in sua narratione elementa producta supponit. | 276. b. | In mundi exordio non fuit motus. | 77. c |
| moses in Mundi opificio tropos humanos Deo ascripsit, & quare, ex Chryso-stomo. | 404. b | mundus exordium capit in exordio primi diei, & cum tenebris. | 81. a |
| moses quam sphaera positionem sibi præscripserit in narratione opificij Mundi. | 540. a | mundus manauit in tenebris ante omnem diem, ex pluribus Patribus. | 81. b |
| moses Deo artificis partes ascribit, cum narrat Mundi opificium. | 780. c | mundus rudis rude tempus suscepit. | 87. c |
| moses in historia de Mundi opificio multa prætermisit, quæ facile ex dictis capi possent. | 839. b | mundus non est æternus, ex Philone, & alijs. | 95. b |
| moses repetit astrorum munera, vt ea non numina, sed in nostrum obsequium creata demonstrat. | 1025. c | mundi creatio eminentissimus fidei articulus. | 98. a |
| moses quare repetat illuminandi astrorum munus. | 1026. b. | An mundum ab æterno Deus condere potuerit. | 98. b |
| mosem liberalibus artibus instructum Philo asserit, quanquam Iustinus id renuat. | 1035. c | mundum non esse æternum pluribus rationibus demonstratur. | 111. b |
| moses memorat in quinto die reptilia, cete, & volatilia, ad indicandam creatricem Trinitatem, ex Ruperto. | 1113. a. | mundi emanatio non fuit à Deo sicut radij à Sole. | 112. a |
| moses an precatus sit, vt deleteretur de libro vite. | 1281. b. | mundus non fuit à Deo, sicut umbra à corpore. | 112. b. |
| moses vt nubes è mari exurgens. | 1310. a | mundi æternitatem quæ absurda sequantur. | 112. b |
| Motabilis res est quæ statur de esse ad non esse, vel potius motabilis res est, quæ est mobilis de loco ad locum. | 1119. a. | mundi æternitas tollit Dei prouidentiam, ex Philone. | 114. a. |
| Motio recta simplex non est secundum Platonicos. | 604. b. | mundi vniuersalis emanatio ex nihilo fit. | 119. a |
| Mulieres virorum mores etiam prauos ferre debent. | 1495. b. | mundus non prodijt casu & fortuna, ex Basilio, & Ambrosio. | 130. b |
| Mulos non toto genere steriles esse dubitatur. | 1179. c | mundi principia non plura, sed vnum contra Philosophos. | 131. b |
| Mullus piscis mortificati typus. | 1502. c | De mundi genesi, & eius regione, variae sententiæ. | 250. b. |
| Mundus num characteribus vsus sit ante diluuium. | 16. c | mundum vni momento promanasse Patrum qui asserunt. | 251. b |
| mundi narratio est ipsa facies Mosis splendida. | 27. a | mundi creationis, & restorationis idem modus. | 253. c. |
| mundi narratio à Deo est ex beneplacito. | 38. b | mundum vni momento conditum quæ rationes suadeant. | 253. c |
| mundus quare non ante, vel post creatus sit, indagare dementia est, ex Clemente, Augustino, Gennadio, & Eucherio. | 38. b | mundum Deus non effecit more nature vel artis. | 254. a. |
| In mundi structura, quid vnaquæque persona contulerit. | 39. b | mundum sex dierum spatio conditum, qui Patrum asseruerint. | 254. c |
| mundi creatio, cum opus sit Trinitatis, cur Patri attribuat. | 40. a | mundum lapsu temporum conditum esse quibus rationibus euincatur. | 259. b |
| mundus conditus vt diuina sapientia effulgeret. | 43. c | mundi restitutio non in momento fiet. | 262. a |
| mundi ordo sanctissimam essentiae vnitatem, & personarum diuinitatem representat. | 43. c | mundus non est vnitatis vt Deus, sed dualitate, & principijs constat. | 306. a |
| mundus triplex: maximus, magnus, & paruus. | 44. a | mundus vnus est, & finitus. | 312. a |
| mundus maximus declaratur, ex Philone. | 44. a | mundus pulcherrimus liber est. | 408. c |
| mundi maximi cognitio ex comparatione huius conspicabilis indagatur. | 44. b | mundi plagas sex Moses attendere potuit. | 540. b |
| mundus magnus Dei vestigium. | 44. c | mundans Machine dispositio duplex. | 588. b |
| mundus paruus quid sit. | 45. b | mundus quare spherica figura sit compactus. | 614. a |
| mundus conditus à Deo, vt regia, Regnum, & theatrum esset hominis. | 47. a | mundus duplicem structuram sortitus est. | 652. c. & 653. c. |
| mundus hominis domus. | 47. a | mundi structura non secundum naturam elementorum, sed in gratiam viuentium est disposita. | 652. c |
| mundus hominis imperium. | 47. a | In mundo aquæ superuenient igni, vt in homine cerebrum coram. | 668. c |
| | | mundi structura tribus diebus fuit distincta. | 702. b |
| | | mundus ante diluuium non caruit montibus & vallibus. | 735. a |
| | | mundus | |

Index

mundus quo tempore anni fuerit conditus. 822.b
mundus autumnali æquinoctio conditus, iuxta nonnullos. 822.c
mundum conditum verno tempore, qui afferuerint. 825.c
mundus eadem die conditus, qua Christus resurrexit, ex Gaudentio. 828.c
mundi primus dies quis fuerit, ex Beda, & Theophilo. 829.b
mundus ut animal ab ortu in Ariete suam exorsus est motionem. 830.a
mundus conditus, reparatusque eodem die. 830.b
mundum conditum verno tempore, quæ rationes assignant. 830.a.b
mundum congestum Iulio mense, vnus Gherardus mercator asseruit. 830.c
mundus & Vere, & Autumno conditus dici potest. 831.c
mundus respectu regionis nostræ, verno tempore conditus est. 831.c
mundus quo tempore sit creatus, vsus Gentium non demonstrat. 832.c
mundi conflagrationis causa que futura sit iuxta Stoicos. 868.c
mundò incongesto exilis lux congruebat. 947.a
mundum conditum æquinoctio vernali, pñ est credendum. 996.b
mundus repletus fuit animantibus, ne homo vacuum intraret. 1173.b
mundus sua perfectione non caret, vel à Mundo idea li deficit, si minorum animantium speciebus non est semper refertus. 1189.b
mundus ut hominis regia describitur. 1217.b
mundus quibus de causis censendus sit maximum Dei munus. 1219.a
mundus liber est Dei maiestatem exprimens, & quomodo. 1255.b
De Mundo hieroglyphico plura, & quid sit. 1255.c
mundus Aegyptius, in quo Israelite, idest, Christiani lumine perfunduntur, & infideles, ut Aegyptij, tenebris obruantur. 1279.b
mundi conceptus, & natalis describitur. 1302.c
mundi infantia narratur. 1302.c
mundi pueritia describitur. 1331.b
In mundo mixta sunt bona malis: in Cælo tantum bona, in inferno tantum mala comperiuntur, & quomodo. 1348.b
mundus mare, ex quo exiliunt bestie à Daniele recensita, & quomodo. 1356.b
mundus mare, in quo extumuit insula Ecclesia, & quomodo. 1356.b
mundi adolescentia ut es resonans, & quomodo. 1394.a
mundanarum rerum mutabilitas, ex motu, luce, & aspectu Luna quomodo excipiat. 1408.b
mundi iuuentus describitur. 1466.a
mundus theatrum, in quo bruta suas scænicas exercent operationes. 1556.c
mundi ætates septē diebus aptate à Patribus. 1583.c
Murena cum serpente congregiēns, symbolum simulatè baptizati. 1472.c
Mysticus sensus est in literali, sicut rota in medio rote. 1208.b
mysticus sensus quomodo à literali prodeat. 1208.c
mysticum sensum manu pedem literalis tenere, sicut Isaac Esau, quid significet. 1209.b
mysticus sensus quare benedictionem literali surripuit, sicut Isaac Esau. 1209.b
In mystico sensu est spiritalis vita, in literali spiraculum vite. 1210.b
mystici sensus incunditates, & utilitates. 1211.a
mysticus sensus flumen à paradiso egrediens. 1211.a
& seq.
mystica intelligentia vnum pluribus locis Scripturæ figuratum. 1313.b

N

Narcissus iuuentutis imbecillitatem representat. 1390.b
Nascentium diuersis ætatibus conformes esse euentus demonstratur. 1044.a.b
Natus & volatus in quibus conueniant. 1093.c
Natura & legis tempus, nox symbolica. 5.c
natura instituta lex non aboleuit, sicut luna non tollit stellarum lucem. 6.a
natura legis ante Moysi legem, sicut stella que splendens quandoque ante Lunam. 6.a
natura lumen speculum est, in quo Deum reflexè quomodo videmus. 30.b
natura ordo sequitur præcepti ordinem in stirpium generatione. 791.c
natura finem suis gestis, imponit Autumni tempore. 825.b
natura ante Christum erat inuisibilis, hoc est, indigna, ut à Deo uideretur. 1229.a
natura humana quomodo scabrosa reddita sit. 1229.b
natura humana pulcherrima structura, sed lateritia, & cadens in Adam, destructa remansit vsque ad Christum. 1229.c
natura humana sua commoda recepit ex incarnatione Verbi, & quæ. 1236.b
natura, legis tempora nox, Euangelij dies nuncupantur. 1286.a
natura diuina ut Sol. 1422.b
natura quomodo tanquam Luna vicissitudines lucis subierit. 1422.b
Nathanael sub ficu, typus fuit generis humani. 1278.b
Nautica ars spiritalis describitur. 1411.a
Naui exemplo ostenditur, qua arte peccator è profundi educatur. 1234.b
Naui & armamenta pro piscatu mystico. 1485.c
Nebula in chaos aqua nuncupata est, ex Hugone. 389.c
Nil vetustius est quam terra sit inanis, & vacua, idest, res terrene transeant, & non satient. 1234.c
Nili casus ex Catadupa, quid nobis significet de Christo. 1241.b
Noctua similes sunt sapientes seculi. 1534.c

N

Rerum memorabilium.

noctua Christi erga gentiles miserationem significat. 1535.b
Noë astronomiam calluisse qui dicant. 1034.c
Novissimorum memoria, lanceola tumentem plagam perfodiens. 1599.a
Nox symbolica tempus nature, & legis. 5.c
nocti cur luna, & siderum lumen fuerit tributum. 529.a
noctis commoda, & incommoda. 529.a
nox proficua ad plura, ex Patribus. 910.c
sequen.
nox humiditatis est nutrit. 912.a
noctem primam fuisse luminosam credendum est. 996.a
In nocte legis quid significaret ignea columna, in die gratie quid columna ut nubes. 1264.a
Noxia animantia ante peccatum homini nocere non poterant, ex pluribus Patribus. 1192.a
noxia in Mundo miscenda erant cum proficiis, ut homo ex rebus repugnantibus est compositus. 1195.a
Nubes cunctam lucem Solis retundere nequeunt. 86.a
nubecula in luna quid sit. 990.a
nubes duplices; aërea, idest, Propheta, celestes Apostoli. 1240.b
Numerus quartus non amplius dammandus, cum in ipso emanarint res præstantes, ut astra sunt. 1032.c
Nuptijs diuinitatis, & humanitatis quid Patriarchæ mystice obtulerint. 1432.b

O

Otio quare nil turpius. 1292.b
otium euitare cuncta in Mundo nos edocent. 1292.c
Oceani variæ denominationes. 747.c
oceanus australis ceteris maribus est connexus contra Tostatum. 774.a
Octaua sphaera, seu Zodiacus, generationis & corruptionis non sunt prima causa, sed potius Sol. 703.a
Oculi dextri, & sinistri in Scriptura quid significant. 1209.c
oculi interni abluendi cum consideramus Christum Solem. 1428.a
Olea mansuetudinis monumentum. 1389.a
Oliua exemplum perfecti Christiani. 1385.c
Opera singula sex dierum nūm vnico momento manarint, nūm per diei spatium. 685.a
opera Dei momento effecta in die facta dicuntur ad nostram capacitatem. 704.c
opera in peccato facta disponunt ad gratiam, sed nil merentur pro vita aeterna. 1271.c
opera bona in peccato peracta sunt ut flores in hyeme nascentes. 1271.c
opera bona in solo proposito Deo placent. 1274.b
opera nostra, quomodo à nobis examinanda, & quibus regulis. 1276.b
operum perfectio vespere, exordium dicitur mane, & quomodo. 1292.a
operum nostrorum, varietas. 1367.b
opera nostra in tuto collocanda. 1509.b
opera nostra humilitate munienda docet ciconia. 1533.a
Orbes celestes quot, & qui eorum motus. 45.a
orbis terrarum genesis. 750.c
orbis terrarum nūm cunctus simul Dei virtute, an particulatim Solis, & venti ope detectus fuerit. 756.c
& seq.
orbis terrarum breuissima descriptio. 760.b
orbis terrarum descriptionem qui ediderint. 760.c
orbis ut annulus in Dei manibus. 898.b
orbis celestes quanquam amplissimi, facile cientur, quia naturaliter. 1019.b
orbis celestes quomodo dicuntur vnum firmamentum ex corporis continuatione. 1023.b
orbis terrarum quamuis montibus, & syluis refertus, bonus. 1359.c
orbis terrarum ut hortus à Deo constitus pro homine. 1373.b
Ordo sacramentum gignit nobis luminaria, & stellas. 1591.c
ordo in Mundo conferendo describitur ab Augustino. 846.a
ordinem pictoris quomodo Deus in deliniando Mundo obseruauerit. 1217.a
ordo quomodo splendat cunctis in rebus. 1480.b
Organa musica in Dei laudibus à Dauid enumerata. 1609.b
organa musicalia recensita à Dauid mystice quid sint. 1611.c
Origenis hexapla quomodo ordinata essent. 21.b
origenis opinio de astris animatis late explicatur. 878.b
origenis placitum de astris animatis execrandum. 889.c
originem Theophilus Alexandrinus heresum hydræ appellat. 889.c
Or hebraica vox lucem, & lumen significat. 412.a
Ostreum oppressæ animæ à corpore symbolum. 1502.b
Oth hebraica vox signum qualecumque significat. 912.c
Oza tangens arcem, & corruens quid significat. 147.b

P

Palma quomodo Ecclesie patrocinium representet. 1365.a
palma symbolum patientiæ. 1386.b
palma symbolum iustorum. 1387.a
Parochia dicitur ouis, parochiani agni. 1569.b
Paradisi plantæ nūm cum fructibus condite. 834.c
paradisi terrestris situs non adhuc exploratus. 834.c
paradisi plantæ præstantissime, varioque tempore fructus præbent. 835.b
Parentum in filios pietas natura demonstrat. 1517.a
Pardus prauus habitus exemplar. 1564.b

m m m m patriar-

Index

- Patriarcha & Propheta, qui Trinitatis mysterium penetrarunt.** 147.c
Patrum loca de Trinitate, & internis manationibus. 35.c
Patris persona quomodo constituitur. 36.b
patri cur attribuitur potentia. 39.b
patres qui contra Mundi aeternitatem scripserunt. 98.b
patres contra materiam ingentiam disputantes. 123.b
patres qua loca sanctissimam Trinitatem inuentia adnotarint. 148.b
patres solent Deo naturae auctori ascribere, quod Philosophi naturae attribuerunt. 320.b
patrium diligentia in explicandis locis ab hereticis falsò interpretatis. 340.b.c
patrum loca quae de millenariorum sententia mentionem habent. 465.b
Paupertas a quo animo toleranda hirundinis exemplo. 1515.b
paupertas diuitijs nobilior. 1516.b
pauperis vita plures habet praerogatiuas quam diuitijs. 1516.a
Pauo exemplar mundanae & spiritualis gloriae. 1531.b
Peccatum nullum genus rerum aboleuit. 799.a
peccatum hominis reparandum, non Angelis, ex Anastasio. 1230.b
peccati tenebrae ante lucis redemptionem quomodo formatae fuerint in Scripturis. 1238.b
peccatum non creatum à Deo, qua ratione & exemplo euincatur. 1242.c
peccati tempus & gratiae dies quò appelletur. 1287.a
peccata dicuntur opera tenebrarum. 1287.b
peccatis seruandis apparet cor aridum ad fructificandum aptum. 1341.c
peccatores lutea uasa sunt à Deo figulo sapienter reparata. 1320.b
peccator recidens, ut canis ad vomitum reuersus. 1487.b
peccator orationes suas in Christo offerat, ut exaudiat. 1510.b
peccator mortis memoria respiciens, mergo comparatur. 1510.a
peccatores mortis memoria à saeculi curis non se abdicantes, fulicae comparantur. 1510.b
peccator quomodo diuinam illudat iustitiam. 1566.c
peccator quomodo vitam reparare possit exemplo serpentis. 1575.c
peccatorum nouissima quam immania futura sint. 1597.b
peccator ut Petrus in carcere, & eius iustificatio, ut liberatio Petri. 1598.c
Pelles quibus induti sunt praeparentes, qui fuerint. 1139.a
Pelicanus Christi in cruce exemplar. 1530.a
pelicanus femella quare pullos suos interficiat. 1530.b
Pentateuchus quatuor gesta complectatur. 1.b
pentateuchus quot annorum gesta contineat. 1.b & 26.c
pentateuchi partitiones plures iuxta Rabbinos. 25.b
pentateuchi librorum inscriptiones à Septuaginta interpretibus editae fuere. 25.b
pentateuchus ceteris bibliorum libris insignior. 25.c & 26.b
Perfica arbor ex Persia in Italiam confusa, humani generis ex Adam in Christo proficuae insertionis monumentum. 1389.b
Perdix calliditatis sanctae exemplar. 1530.c
perdix calliditas à Patribus ad bonum & malum sensum trahitur. 1531.a
Peripatetica distinctio de calido formaliter, & virtualiter, inanis. 875.b
Perfecti similes Indice aui. 1481.b
Personae diuinae causa Mundi efficiens, exemplaris, & finis. 39.b
personis diuinis quae functiones in creando Mundo particulatim attribuantur. 683.a
Peregrinatio in Caelum ex piscibus ediscenda. 1493.b
peregrinatio hominis cum peregrinatione piscium confertur. 1494.c
Petrus & Paulus cum socijs, stellis in Geminis sitis comparantur. 1450.b
Phaleg nomen cur impositum filio Heber ante linguarum confusionem. 17.e
Phenicem se comburere, & ita proliferare, nunc commentitium sit. 1141.c
phoenix exemplum resurrectionis Christi. 1529.a
De phenicis vita variae sententiae. 1529.b
phenicis exemplum ad quod Patres rapuerint. 1529.c
Philonis sententia de Ideis obscura, & peregrina. 323.b
Philo sensuum mysticorum emulor. 1208.c
Philosophi Mundum aeternum statuentes. 96.b & 98.a
philosophi quid de Mundi aeternitate existimauerint, recensetur ex Philone, & alijs. 96.c
philosophi materiam ingentiam adstruunt. 122.c
philosophorum doctrinae paludes. 1214.c
philosophi pavonibus comparantur. 1289.a
Phoca somno dedit exemplar. 1502.b
Picus diaboli fraudulentiam denotat. 1532.b
Pictoris, pingendique artis partes quomodo in formando Mundo Deus sit prosequutus. 1216.a.b
Pietas filiorum in patres senes, ciconiae exemplo demonstratur. 1514.b
Pinus detruicata & exusta in quercetam mutata, exemplum mutationis carnalis vitae in spiritualem. 1384.b
Piorum, & impiorum dispar in morte exitus. 1393.c
pij in mane pereunt, impij uero in sero. 1394.a
pij quare spectaculum sint Mundi. 1414.a
Pisces, ex aqua sola productos, qui asserant. 1072.a
pisces ex quatuor elementis primum congestos, qui dicantur. 1073.c
pisces ex aqua producti dicuntur ex affinitate, quia in ipsa uiuunt. 1073.c
In piscium complexione praedominatur aqua. 1074.b
pisces quatuor ex elementis primum compactos esse, quibus rationibus euincatur. 1075.a
pisces & aues ex humo producti, sed diuerso modo. 1075.b
pisces animantium terrestrium genera excedunt. 1075.c
pisces

Rerum memorabilium.

- pisces quare animantia excedant, plures causas.** 1076.b
piscium genera omnia reptant, vel semper, vel ut plurimum. 1077.c
pisces omnes pedibus carent, vel eos habent exiguos. 1078.c
piscibus naturalis gradiendi modus est reptare. 1079.a
pisces quare uocentur reptilia animae uiuentis. 1083.a
pisces respirare qui asseruerint. 1084.c
pisces non respirare qui asserant. 1085.a
pisces carent pulmone. 1085.a
pisces non respirare, quibus rationibus euincatur. 1085.c
In piscibus imbecilliores sunt sensus, quam in animalibus. 1086.a
pisces memoria se uere carent, ex Basilio. 1086.a
pisces hebetiores habere sensus, & aliquibus carere, demonstratur. 1087.b
pisces plures quinque cohaerere sensibus probatur. 1087.b
pisces mortuos qui steterint. 1087.c
pisces non carere phantasia & memoria, quanquam rudi, quibus rationibus demonstratur. 1088.b
pisces quare animantibus sint imperfectiores, plures rationes redduntur. 1088.c
piscium & auium consimilitudines. 1090.c
pisces producuntur ante aues, quia imperfectiores. 1091.b
pisces & aues unico momento producti sunt. 1092.a
pisces ex humido aequo frigido, & aues humido uaporali calido gignuntur. 1096.c
pisces immanes ad usum & commodum hominis ueniunt. 1114.b
In piscibus, et auiibus quid sit producere secundum species suas. 1121.b
piscium uaria genera, & differentiae recensentur à Basilio, & Ambrosio. 1121.b
pisces cuncti etiam exitiales, boni sunt censendi. 1124.c
pisces & aues quare benedicantur, non germina. 1131.c & seq.
pisces corpus dicuntur cum anima; animantes animae regentes corpus. 1160.b
piscibus, auiibus, & terrestribus animalibus quare una collata sit benedictio. 1205.a
piscium diuersae naturae diuersas Christianorum repraesentant affectiones. 1483.a
piscatio mystica. 1485.b
pisces speciem ferentes auium, hypocritas portendunt. 1486.b
pisces qui animantium speciem gerunt, mutatos mores conuersi peccatoris demonstrant. 1486.c
pisces magni uisiperi, perfectos Christianos designant. 1488.b
pisces non spirantes, symbolum carnalium, animantes spirantes spiritualium. 1490.c
pisces nunquam alios à suis sedibus pellentes quid edoceant. 1492.c
pisces magni potentiae Dei monumentum. 1501.a
piscatio hominis mystica. 1505.c
piscium & auium uirtutes bona est homini. 1537.b
piscium & auium uarietas sapientiam, potentiam, misericordiam, atque iustitiam Dei indicat. 1537.c
Inter pisces, & aues benedictas fuisse ceterae, & aues carniuoras, quid designet. 1542.c
pisces simplices Christiani, aues perfecti. 1543.c
piscium & auium productio spirituum pietatis demonstratur. 1582.c
Piscatorum alij ad dexteram, alij ad sinistram nauis piscantur. 1507.a
Planetis nomina tributa sunt à Gentilibus. 490.b
planetae omnes Soli quomodo deseruiant. 967.c
planetarum nomina, & ordo, & motus recensentur ex Damasceno, & Beda. 998.c
planetarum stelle à ceteris luce non differunt. 999.b
planetarum quibus uehi dicantur. 1041.c
planetis fortuito à Gentilitate nomina fuere imposita. 1041.c
planetae sub se nascentes ad quas qualitates trahantur. 1041.b
planetae septem, diaconos septem, uel septem uirtutibus praeditos sanctos significant. 1452.b
Plantae cur ante animantia sint productae. 783.c
plantae ante arbores non emerferunt. 818.b
plantae non minus perfecta floridae, quam fructibus onustae. 834.b
Plato Deum uerbis esse inexplicabilem dixit, ex Clemente Alexandrino. 33.a
platonis sententia de Mundo, ex Clemente Papa, & alijs. 96.c
platonis sententia de Caelo defensari potest. 604.b
platonis sententia de Caeli substantia diuersè uelata. 592.b
platonica Philosophia Patribus accepta est. 875.b
platonis de astrorum anima sententia. 880.a
Pena damni in Daemonibus qualis. 1462.c
penae omnes congregabuntur in inferno. 1605.a
Post penitentiam qui reptilia, uel bestiae efficiantur. 1602.b
penitens genere debet cum turture, & meditari cum Columba. 1601.c
penitens in satisfactione producit ut aqua pisces, & aues. 1601.b
penitens quomodo piscis similitudine, pietatis operibus incumbere debeat. 1601.b
penitens per orationem fit aui similis. 1601.c
penitentia congregantur aqua in locum unum, in Christum. 1599.c
penitentiae sacramentum fons. 1428.b
penitentes sunt ut stella in scorpione. 1451.a
penitens quomodo mutetur. 1487.a
penitens per scarum piscem significatur. 1491.c
penitentia post mortem nulla. 1510.c
penitentiae sacramento proyiciuntur aquae peccatorum ab Ecclesia. 1591.a
Pontifex Romanus Sol consistens ad praecipuum Iosue. 1386.c

m m m m 2 Pontifex

Index

| | | | |
|---|----------|---|--------|
| Pontificia auctoritas in stirpe Leui, vt Luna emicuit. | 1297.b | exitialia creant. | 1376.b |
| pontificia auctoritas Romana vt Sol rutilat. | 1297.b | prouidentia Dei mira in piscibus. | 1494.b |
| pontifices Romani quomodo petra supra petram. | 1311.b | prouidentia Dei monumentum echinus. | 1498.c |
| pontifices Romani renunciandi sine disidijs, vt lapides templi Salomonis. | 1311.b | prouidentia Dei circa Mundi dispositionem quam praclara. | 1616.b |
| Populus hypocritae symbolum. | 1388.b | Prudentia in quo plaustrum Planetarum sedeat. | 1388.c |
| Porci maris Iudaeis non retiti, Gentiles significabant. | 1487.b | Prosperitas diei, aduersitas nocti pluribus comparatur. | 1295.a |
| Potentia Dei in Mundo quomodo emicet. | 46.b | prosperis qui abutuntur, cum Phetonte, & Icaro cadunt. | 1296.b |
| Prelati lucent in sede auctoritatis, & illuminant subditos. | 1418.b | prosperis esse semper iniuncta aduersa demonstrant rotas vallata spinis. | 1382.c |
| prelati quales esse debeant ex arborum similitudine. | 1366.b | prudencia vt firmamentum quoddam. | 1315.b |
| prelatus qualis esse debeat ex similitudine aquarum caelestium describitur. | 1321.b.c | prudencia typus grues, & quomodo. | 1315.c |
| prelatus sedens in sede Christi, Caelum. | 1327.b | prudenciam a grue edocemur. | 1533.b |
| prelati vt sedes Spiritus Sancti, quomodo septem eius donis agi debeant. | 1327.c | Psallens voce tantum, similis illis oribus Christi. | 1611.a |
| prelati auctoritas vt reguli apum aculeus. | 1525.a | Pueritia Mercurij rbeda ferri dicitur, sicut infantia Luna. | 1331.b |
| prelati correctio vt ensis versatilis in manu Angeli. | 1525.a | Pulchritudo hominis, & elementorum in quo differant. | 502.b |
| prelatorum vigilantia in canibus ostenditur. | 1567.a | Purpura Christi sanguinis, & meriti praclarum exemplum. | 1504.b |
| prelati canes, & quomodo. | 1567.b | | |
| prelatorum munera quae sint. | 1567.b | | |
| prelatorum duplex genus; corporeum, & spirituale. | 459.c | | |
| prelium spirituale multiplex. | 459.c | | |
| Precepta aspera, mare amarum. | 1359.a | | |
| Principium esse quomodo competat Patri, & Filio. | 1299.a | | |
| principiorum cognitio in scientijs firmamentum. | 1308.c | | |
| Principes vt luminaria splendent in firmamento aucto ritatis, & illuminant subditos. | 1419.a | | |
| principum auctoritas firmamento comparatur. | 1419.a | | |
| principes vt astra illuminant legibus vt luce, agunt pacis vt motu. | 1419.b | | |
| principes vt Sol. | 1419.c | | |
| principes magni, cete grandia. | 1482. | | |
| Primogeniturę duplex ratio. | 8.a | | |
| Producant aquae, duplici modo exponitur. | 1075.b | | |
| producere secundum genus suum, est secundum sanctorum imitationem operari. | 1552.b | | |
| Propheta quare externa voce utantur, cum ad insensibilia verba habent. | 406.b | | |
| propheta tanquam stella matutine, Christum praefere. | 1397.c | | |
| Propositum emendationis in penitente firmamentum. | 1322.c | | |
| propositum bonum quomodo pino coparetur. | 1370.b | | |
| propositum solidum in peccatore, firmamentum est secundo die effectum. | 1599.b | | |
| Prouidentia Dei ablata, quanta absurda sequantur. | 114.a | | |
| prouidentia quomodo mulier est amicta Sole. | 1037.b | | |
| prouidentia hieroglyphicum erat Astra. | 1037.b | | |
| prouidentia diuina non calumnianda, quod germina | | | |

Rerum memorabilium.

| | | | |
|--|----------|---|--------|
| raptores quatuor trucidata mortis genera facile subeunt. | 1492.b | res ad extra simul a tota Trinitate producta. | 675.e |
| raptorem artes in cancro mirifice explicantur. | 1498.a | rerum nonnulla delapsu temporis creatę sunt, nonnullg. momento. | 685.c |
| raptores & auari, antropofagi nuncupari queunt. | 1543.a | res tantum bonę, quantum Dei opus sunt. | 1125.a |
| Rationes ex numerorum symmetria desumpta, imbecilles. | 1059.a | res preclara Mundi quomodo euauerint. | 1235.a |
| ratio inter spiritum & carnem, quomodo firmamentum. | 1314.a | rerum quedam sunt sub Sole, & sunt caduce; quedam supra Solem, & sunt aeternę. | 1235.c |
| ratio quomodo efficienda, vt firmamentum, inalterabilis. | 1314.c | res in melius commutata, nouo nomine sunt decorandę. | 1329.a |
| In Rebus publicis labores, honoresque communes esse debent. | 1512.c | rerum sex genera, tanquam sex gradus throni Salomonis. | 1613.c |
| Regnum sacerdotale in veteri lege, sacerdotium regale in noua, cur vocentur. | 10.a | rerum anima carentium laudes. | 1614.c |
| regandi libido quae mala intulerit in Mundo. | 1347.a.b | rerum dispositio ad sui conseruationem, quantum Dei prouidenciam indicet. | 1616.b |
| Regalis dignitas cur non semper in Iuda stirpe. | 9.a | Resurrectio corporum diuinam potentiam, sapientiam, & bonitatem quomodo patefaciat. | 1298.b |
| regalis auctoritas sacerdotali superior in lege. | 9.c | resurrectio mortuorum pluribus anim exemplis demonstratur. | 1526.c |
| regularis vita sciuncta a laicorum conuersatione, apparet mortificata. | 1343.a | resurrectionis exempla plura in natura. | 1527.b |
| regularibus claustra, vt aggeres maris. | 1343.b | Ad resurrectionem nos properare docet phenix. | 1528.a |
| regularibus claustrum, vt desertum. | 1343.b | Reuelatio quinque modis fieri contingit. | 12.b |
| regularis vita quomodo patiat. ea, quae in deserto passunt sunt Israelite. | 1343.c | Romani cur a media nocte diem suppugnent. | 543.b |
| regulares quae communia habeant apum exempla. | 1523.c | Rose spinis vallatę, prosperitatem, sine aduersitate esse non posse indicant. | 1382.b |
| regularem nobilitatem quae sit. | 1523.c | Rota est Scriptura, quatuor facies, quatuor sensus generens. | 1207.c |
| regulares qualiter a claustro exire debeant. | 1523.c | Rubrum mare est altius Aegypto, nec ipsam inundat. | 723.c |
| regulus apum, prelati claustraliu typus. | 1524.b | | |
| regularem prelatum, vt apum regulus, quibus dotibus fulgere debeat. | 1524.c | | |
| regularem fructus, apum fetus demonstrant. | 1525.b | | |
| regulares, vt apes, mel et ceram spiritualiter conficiunt. | 1525.c | | |
| Regio triplex; vita, mortis, & vmbrae mortis, & quae. | 1267.b | | |
| Remota charitatis viues portendit. | 1499.c | | |
| Renouatio spiritualis quoad tria. | 1520.a | | |
| Repetitio vsitatur a Scripturis non ociose. | 1172.c | | |
| Reptile dicitur quasi sine pedibus, seu apodes. | 1067.a | | |
| Vel a reptando. | 1067.b | | |
| reptilia aquarum dicuntur pisces, quia in aquis ferę omnes repunt. | 1077.b | | |
| reptilium terrestrium tria genera. | 1182.c | | |
| Rerum gradus quot, & qui. | 41.c | | |
| rerum genera quatuor, quatuor fluminibus paradisi comparata. | 42.a | | |
| rerum gradus quinque, & quae eorum diuersitas. | 42.b | | |
| rerum catena homerica pulchre effingitur. | 43.a | | |
| res insigniores a dditamento vocis Dei nuncupantur in Scriptura. | 370.b | | |
| res tantum bonę, quantum de Deo participant, ex Rupto. | 509.c | | |
| rerum nuncupationes ad perfectam earum distinctionem sunt additae. | 524.a | | |
| res effectae in vno momento, temporum delapsu in gratiam ineruditorum effectae traduntur. | 532.a | | |
| | | Sabbathi celebratio erat commemoratio sabbathi primi. | 533.b |
| | | Sabbatho die quę mirabilia euenerint. | 1301.a |
| | | Sabbathi dies, dies Iudaicus. | 1302.a |
| | | Sacramentis & charismatibus congregatis in anima ipsa, apparet vt terra digna Dei intuitione. | 1342.b |
| | | sacramenta non proficiunt, nisi fide viu imbutis. | 1342.c |
| | | sacramenta quomodo fontes. | 1577.c |
| | | sacramenta vbera Ecclesię lac non habuerunt, id est, gratiam ante Christum. | 1587.a |
| | | sacramenta quomodo spirituali bello deseruiant. | 1590.c |
| | | Sacerdotium perpetuum in stirpe Leui, quid designarit. | 8.b |
| | | sacerdotium aeternum Ecclesię Romanae praefiguratum in sacerdotio stirpis Leui. | 8.c |
| | | sacerdotium summum non contulit Deus Christi consanguineis, & quare. | 8.c |
| | | sacerdotialis dignitas eminentior regali. | 9.c |
| | | sacerdotium imperfectum fuit in lege, perfectum post Christum. | 10.a |
| | | sacerdote extendente manu super penitentem, tanquam Moise super mare, consistunt aquae, id est, peccata. | 1323.a |
| | | sacerdotis verba: Indulgentiam, & absolutionem, & remissionem, quid conferant. | 1600.b |
| | | Salamandram in igne vitam ducere, falsum est. | 1062.b |
| | | | |

Index

| | | | |
|---|--------|--|--------|
| <i>Salomandra igni cur resistat.</i> | 1062.c | <i>Scriptura auctoritas omni humanae rationi anteferenda.</i> | 287.a |
| <i>Salomonis diuinitas, & gloria qua.</i> | 1235.b | <i>Scripturae loca asserentia terram fundatam super aquas.</i> | 317.b |
| <i>Sannaam vox Hebraica Caelos astrigeros etiam indicat.</i> | 588.a | <i>Scriptura non detorquenda, ut natura instituta probetur.</i> | 654.c |
| <i>Sanctorum virtutes consideranda.</i> | 1552.c | <i>Scripturae auctoritas summa veneratione amplexanda.</i> | 741.b |
| <i>Sancti qui fuerint ut aues.</i> | 1547.c | <i>Scripturae cur astris motum tribuant, Caelo nequaquam.</i> | 1019.b |
| <i>Sancti sunt ut voliga inter pisces.</i> | 1544.a | <i>Scriptura sacra vota comparatur.</i> | 1207.c |
| <i>Sancti firmati in gratia, hydrae lapideae sunt.</i> | 1320.b | <i>Scripturarum sensuum quatuor ratio.</i> | 1208.a |
| <i>Sanctitatis quatuor genera.</i> | 1340.b | <i>Scripturarum regulam triplicem Hieronymus dixit.</i> | 1208.a |
| <i>Sanctificati templum Salomonis de cedris congestum.</i> | 1387.c | <i>In scripturis quomodo fiat tonitruum.</i> | 1210.c |
| <i>Sancti stellae quomodo sint in astrologia mystica declaratur.</i> | 1448.a | <i>Scriptura fons mysticus quibus fontibus comparatur.</i> | 1212.a |
| <i>Sancti cum Christo resurgentes in leone fuerunt micantes stellae.</i> | 1450.c | <i>Scriptura sacra cella vinaria.</i> | 1213.a |
| <i>Sancti pugnantes pro libertate Ecclesiae, stellae in capricorno.</i> | 1451.c | <i>Scriptura sacra fons est paradisi, fons Iacob, Moysi Elim.</i> | 1214.a |
| <i>Sanctorum exempla stellae sunt.</i> | 1458.c | <i>Scriptura sacra fons Solis, & Epyri.</i> | 1214.b |
| <i>Sanctorum vita lectio est hortus, vel paradisus terrestris.</i> | 1459.a | <i>Scripturae sacre ut aqua vberitas, claritas, dulcedo, salus, & potus.</i> | 1217.b |
| <i>Sanctis aduersantia eorum augent meritum.</i> | 1538.a | <i>Scripturas contemplantium qui lambunt Dea placeant.</i> | 1214.c |
| <i>Sapientia aeterna ut drachmam reperiret, id est hominem, totam domum subuertit, nempe Mundum.</i> | 1227.c | <i>Scriptura sacra heliotropio similis.</i> | 1222.c |
| <i>Sapientia aeterna spiritus domini non est appellanda.</i> | 377.a | <i>Ex scripturis hauriendi sensus ea arte, qua artifices metallata hauriunt.</i> | 1223.b |
| <i>Sapienter quomodo dicitur dominari astris.</i> | 1049.a | <i>Scriptura quomodo lucerna.</i> | 1267.c |
| <i>Sapientia duplex, caelestis & terrena.</i> | 1049.a | <i>Scripturae auctoritas inconcussa firmamentum.</i> | 1309.b |
| <i>Sapientia caelestis & terrena in quibus differant. ibid.</i> | 1049.b | <i>Scripturarum approbatio ab Ecclesia facta, diuina est existimanda.</i> | 1310.c |
| <i>Sapientiam terrenam sectans, in duas incidit clades.</i> | 1049.b | <i>Scriptura approbata ab Ecclesia, Caelum dicenda.</i> | 1326.b |
| <i>Sapientes quomodo oculos in capite, stulti in pedibus gerant.</i> | 1049.b | <i>Scripturae sacrae ad Caelum collationes.</i> | 1326.b |
| <i>Sapientia Mundi est puteus.</i> | 1338.b | <i>Scripturarum contemplatores quomodo se gerere debeant, dum scripturae studijs incumbunt.</i> | 1326.b |
| <i>Sapientia duplex vera & fucata, Phaebo, & Phaetonti comparantur.</i> | 1409.b | <i>Scriptura sacra mare, sed mare Genesareth.</i> | 1355.c |
| <i>Sapientes seculi noctuae similes.</i> | 1534.c | <i>In scriptura sacra, tanquam in mare Genesareth, non piscandum nisi cum nauis, & rete Petri.</i> | 1355.c |
| <i>Sapientum seculi conuersatio perniciofa.</i> | 1535.a | <i>Scripturarum sensus fecerere, exemplo erudimur formicae.</i> | 1561.a |
| <i>Scala Iacob, & eius gradus quid importent.</i> | 1604.a | <i>Scripturae literalis sensus ut fursus, mysticus ut farina.</i> | 1561.b |
| <i>Sciitae vnde suam antiquitatem probarent.</i> | 757.c | <i>Ad scripturas, seu ad sacramenta accedentes deponant peccata, & odia.</i> | 1577.b |
| <i>Scientiae nullae in intellectu, sunt tenebrae ignorantiae super abyssum.</i> | 1240.c | <i>Secundae diei opus quod fuerit.</i> | 585.b |
| <i>Scientia diuina ut fons scatens, humana ut cisterna.</i> | 1250.b | <i>In secundis rebus, & non in primis firmamentum.</i> | 1330.b |
| <i>Scientia naturalis & reuelata in homine, respere & mane.</i> | 1285.a | <i>De secundis rebus plura Scripturae mysteria.</i> | 1330.b |
| <i>Scientiae naturales ut lumen stellarum, fides ut aurora.</i> | 1289.a | <i>Secundus dies secundam praesignat aetatem Mundi.</i> | 1331.a |
| <i>Scientiae tres; naturalis, moralis, & mathematica, Soli, Lunae, & stellis comparantur.</i> | 1308.c | <i>Seetae & Theologiae gentilium quae, & quomodo congregate.</i> | 1336.b |
| <i>Scientiae humanae aquae terrestres, diuinae caelestes dicuntur.</i> | 1309.a | <i>Sedes Romana lapis Iacob oleo perfusus.</i> | 1311.b |
| <i>Scientia reuelata & humana, irriguum superius, & inferius.</i> | 1339.b | <i>Sementis dicitur frugum, semen vero hominum, & animalium.</i> | 820.a |
| <i>Scientia triplex.</i> | 1423.b | <i>Sensuum Scripturarum genera quatuor.</i> | 1207.c |
| <i>Scripturae impuritatis duplex genus.</i> | 23.c | | |
| <i>Scripturae filius infans Christus.</i> | 25.a | | |
| <i>Scripturarum cortex, vti velum templi, nobis scissus.</i> | 28.c | | |

Rerum memorabilium.

| | | | |
|--|-----------------|--|---------------|
| <i>sensum scripturarum Augustinus quadruplicem fecit.</i> | 1208.a | <i>nus humanum.</i> | 843.b |
| <i>sensuum scripturarum quatuor ratio.</i> | 1208.a | <i>sol condendus non erat, nisi a Sole superno.</i> | 851.a |
| <i>sensus scripturae duplex, literalis, & scripturalis.</i> | 1208.b | <i>sol non primo die effectus est.</i> | 857.a |
| <i>sensuum diuisionem in literalem, & spirituales, D. Paulus edocet.</i> | 1208.a | <i>sol non potuit quarto die nascisci potiore virtutem ad influendum.</i> | 858.b |
| <i>sensus literalis & mysticus in vtero scripturarum, ut Isaac, & Iacob.</i> | 1209.a | <i>In Sole Deus primo formam, deinde materiem produxit, ex Nazianzeno.</i> | 864.a |
| <i>sensus scripturarum plura documenta profert.</i> | 1209.b | <i>solem lampada vocat Tertullianus.</i> | 865.a |
| <i>Sententiae exponentes, Caelum & terram, summam colliguntur.</i> | 180.a | <i>solem quarto die congestum qui Patrum testantur.</i> | 865.a. & seq. |
| <i>De sententijs magistrorum Ecclesiae, periculosum est iudicare.</i> | 193.c | <i>sol quomodo calefaciat.</i> | 875.b |
| <i>Septies cur dicatur in creatione rerum: Vidit Deus quod bonum.</i> | 836.b | <i>sol quare calefaciat, apud Peripateticos est inexploratum.</i> | 876.b |
| <i>Septem miracula Mundi quae.</i> | 1235.b | <i>sol quare spiritus dicatur.</i> | 892.c |
| <i>septem dona spiritus in Christo, sicut septem oculi in lapide.</i> | 1244.b | <i>sol diem & noctem diuidit praesentia, & absentia.</i> | 900.a |
| <i>Septimana vsus septem dies creationis portendit.</i> | 260. & 264.c | <i>sol & astra fulgent magis, quam prima lux.</i> | 946.b |
| <i>Seraphin cur potius quam Cherubin clament: Sanctus, Sanctus.</i> | 111.a | <i>sol, & Luna quomodo dicantur luminaria magna.</i> | 959.b |
| <i>seraphin alae sex quid significant.</i> | 111.b. & 122.c | <i>sol & Luna stellas mole superant quantum ad apparentiam, superant etiam luce & virtute.</i> | 957.c |
| <i>Severus verbum Hebraicum ambiguum habet significacionem.</i> | 1066.b | <i>solis encomia.</i> | 961.a |
| <i>severus verbum Hebraicum vberitatem piscium significat.</i> | 1075.c | <i>solis nominis etymologia plures.</i> | 961.c |
| <i>Serpens ieiunij hominis sputo interficitur.</i> | 1571.a | <i>sol quadragesimae ascribitur Poetae, ex Fulgentio.</i> | 961.c |
| <i>serpens carnalis hominis typus.</i> | 1575.c | <i>sol luminare maius dignitate, & eius praeconia.</i> | 962.a. b |
| <i>serpentis exemplo docemur veterem hominem exuere.</i> | 1575.c | <i>sol luminare maius amplitudine orbis.</i> | 963.c |
| <i>Seostris, & Darius desistere a connectendo Aegyptio cum Indico mari.</i> | 723.c | <i>sol superexcedit Lunam & astra, & terram mole globi.</i> | 963.c |
| <i>Sex dierum proportio ventilatur.</i> | 1059.c | <i>sol quantum terra maior & Luna.</i> | 965.b |
| <i>sex gradus throni Salomonis.</i> | 1218.b | <i>sol lucis fons.</i> | 965.c |
| <i>Signorum varia sunt genera.</i> | 929.b | <i>sol virtute, & efficacia praestantior ceteris astris.</i> | 966.c |
| <i>In signa esse, & tempora, dies, & annos, quibus astris competat.</i> | 942.c. & 943.c. | <i>sol in rerum generatione pater est, Luna mater.</i> | 966.c |
| <i>signa futuri iudicij quomodo in iudicio particulari impiorum contingant.</i> | 1412.c | <i>sol immensam distantiam tribuit Deus, ut proficius esset.</i> | 966.c |
| <i>Simia typus hypocrite.</i> | 1445.c | <i>solem Deus ne Mundum torreret, in volubili Caelo locauit.</i> | 967.a |
| <i>Ad sobrietatem quomodo nos inuitent Scripturae, & natura.</i> | 1377.b | <i>A Sole quae bona proveniant.</i> | 967.c |
| <i>sobrietatis exempla.</i> | 1377.b | <i>sol nunc in medio Planetarum confideat.</i> | 968.a |
| <i>Pro sobrietate vnum tantum os homini datum.</i> | 1377.c | <i>sol ab eclipctica nunquam discedit.</i> | 969.b |
| | | <i>sol quomodo praesentis diei.</i> | 970.a. & seq. |
| <i>Solis obscuratio in Christi passione mysteriosa.</i> | 7.a | <i>sol & Luna reges militiae caelestium luminum.</i> | 972.b |
| <i>Sol Dei hieroglyphicum.</i> | 27.b | <i>solis deliquij plures causas, ex opinione antiquorum.</i> | 983.c |
| <i>Sol in primordijs cum Caelo, & terra manauit.</i> | 85.c | <i>solem interiectu Luna eclipsari quis primus dixerit.</i> | 984.a |
| <i>Sol quarto tantum die conditus.</i> | 488.b | <i>sol retrocedens in horologio per decem lineas, quomodo Christum figuravit.</i> | 1248.c |
| <i>sol, lux, dies, in quo differant.</i> | 488.c | <i>sol hieroglyphicum vnitatis Dei.</i> | 1256.b |
| <i>solem facilius quam reliqua Gentiles adorabant.</i> | 491.c | <i>sol hieroglyphicum secunditatis Dei.</i> | 1257.a |
| <i>sol ibi primum apparuit, vbi post Mundi excidium consistet.</i> | 542.a | <i>sol in die resurrectionis antecurrit horam cursus sui.</i> | 1261.a |
| <i>sol in ortu non est imperfectior, quam in meridie.</i> | 546.a | <i>sol typus Dei Patris, & quomodo.</i> | 1358.c |
| <i>sole, Luna, & astris nil magis ad idololatriam rapit gesensum.</i> | | <i>solis prognostica Euangelica quomodo ad Christum spiritaliter referantur.</i> | 1404.c |
| | | <i>sol sapientis, Luna stulti quomodo signa sunt.</i> | 1408.c |
| | | <i>solis & sapientis collationes.</i> | 1409.a |
| | | <i>sole nil praestantius & incundius.</i> | 1464.b |

Index

| | | | |
|--|--------|---|--------|
| Somniculosi exemplum Phoca. | 1502.b | Spiritus Domini qui ferebatur super aquas, & Spiritus sancti lati super Apostolos effectus conferuntur. | 1336.b |
| Spes in medio aduersitatum quomodo firmamentum. | 1316.a | Spiritus sanctus eisdem artibus construxit Mundum, & Ecclesiam. | 1337.b |
| Spes ut anchora Christo lapidi appendenda. | 1316.b | Spiritus sancti effectus diuersi in sanctis diuersis, qui, & quales. | 1391.a |
| Sphaera recte dispositionem respexit Moses. | 540.b | Spiritus noster sola voluptate potest enervari exempla Vri. | 1574.c |
| Sphaera duplex: recta & obliqua. | 540.a | Status hominis duplex innocentie & culpa, quomodo secum tulerit duplicem rationem prosperitatum, & aduersitatum. | 1382.c |
| Sphaera octaua firmamentum dicta. | 566.a | Steubi sententia de Empyreo pluribus reprobat. | 246.c |
| Sphaericum inter corpora bysoperimetra simplicissimum, capacissimum, & perfectissimum. | 614.a | Strabo, & Beda disseminatores nominis Empyreii. | 238.c |
| Spina circa rosas post peccatum forte emerferunt. | 799.c | Stellae nonnullae maiores Luna. | 955.a |
| Spirituales homines aues, carnales pisces. | 1475.c | Stellae conditae quarto die. | 998.a |
| Spiritus sanctus quomodo prodeat a Patre, & Filio. | 38.a | Stella vnde dicitur. | 998.b |
| Spiritus nominis diuersae significationes, & quae. | 362.b | Stellae numerum innumerabiles. | 999.c |
| Spiritus vitalis Mundi, Spiritus Domini ex Augustino. | 363.a | Stellarum aliae spectabiles, aliae non. | 1002.a |
| Spiritus Domini nomine quid intelligitur. | 363.a | Stellae omnes innumerabiles sunt. | 1002.b |
| Spiritus nomine aërem significari probatur eo loco: Et Spiritus Domini. | 371.a | Stellae spectabiles ad certum numerum redigi possunt. | 1002.c |
| Per Spiritum Domini latum super aquas, Spiritum sanctum intellexere viginti ferè Patres. | 372.a | Stellarum imagines quot. | 1002.c |
| Spiritus sancti symbola apud Ethnicos. | 378.b | Stellarum imagines cognite etiam a Scriptura. | 1002.c |
| Spiritus sancti in creatione munus duabus metaphoris explicatur. | 379.b | Stellae in media die quando prospicere possimus. | 1003.a |
| Spiritus sanctus tanquam auis viuificauit ouem Mundi. | 379.b | Stellae innumerabiles cur creatae in firmamento. | 1003.a |
| Spiritus sanctus tanquam artifex non necessitate, vel indigentia, sed amore Mundi superferebatur. | 379.c | Stellae innumerae creatae ad cognoscendum gradationes, & retrogradationem Planetarum, vel ad prouidentiam Dei indicandam. | 1005.c |
| Spiritus sanctus quomodo super chaos ferebatur. | 379.c | Stellae maiores Luna. | 1006.a |
| Spiritus in rerum creatione memoratur. | 380.a | Stellarum classes sex, & quot stellae in singula classe. | 1006.b |
| Spiritus sancti cur in creatione fiat mentio. | 380.c | Stellae cuiuscumque magnitudinis quando maiores terrae, vel minores. | 1006.b |
| Spiritus sanctus fouebat aquas ad similitudinem alicuius incubantis, ex Basilio, & alijs. | 383.a | Stellae sua natura quoquo modo fulgent, sed luce solis rutilant. | 1006.c |
| Spiritus sanctus ferebatur super aquas non contentus, sed continens, sicut lux superfertur rebus illuminatis, ex Augustino, & alijs. | 383.b | Stellae cadent de Caelo, quomodo intelligendum. | 1019.a |
| Spiritus sanctus ferebatur super aquas non contentus, sed continens, sicut lux superfertur rebus illuminatis, ex Augustino, & alijs. | 384.a | Stellas positae esse in firmamento quomodo intelligendum. | 1020.b |
| Spiritus sanctus distinxit elementa, & quomodo. | 385.b | Stellis numerum conueniat nocti praesentis. | 1026.e |
| Spiritus sanctus distinxit elementa, & quomodo. | 385.b | Stellae dicuntur praesentis non lucis eminentia, sed praesentia & virtute. | 1027.b |
| Spiritus sanctus distinxit elementa, & quomodo. | 385.b | Stella noua apparuit transacta aestate, & quid de ipsa iudicatum sit. | 1045.b |
| Spiritus sanctus distinxit elementa, & quomodo. | 385.b | Stella Dei prouidentiae hieroglyphicum. | 1257.a |
| Spiritus sanctus distinxit elementa, & quomodo. | 385.b | Stella quomodo typus Spiritus sancti. | 1399.a |
| Spiritus sanctus distinxit elementa, & quomodo. | 385.b | Stellarum diuersi ortus diuersa tempora, quibus sancti floruerunt, indicant. | 1449.a |
| Spiritus sanctus distinxit elementa, & quomodo. | 385.b | Stellarum triplex ortus triplicem sanctorum cum Christo congressum demonstrat. | 1449.b |
| Spiritus sanctus distinxit elementa, & quomodo. | 385.b | Stellarum choreae in duodecim Zodiaci signis celestibus quomodo diuersos sanctorum catus demonstrant. | 1449.c |
| Spiritus sanctus distinxit elementa, & quomodo. | 385.b | Stellae in signa sanctos etiam praecelarios denotant. | 1452.c |
| Spiritus sanctus distinxit elementa, & quomodo. | 385.b | Stellarum | |

Rerum memorabilium.

| | | | | |
|--|----------|-------|--|----------------|
| Stellarum diuersi aspectus diuersa sanctorum vitae genera significant. | 1453.b | 350.b | tenebrarum super abyssum nomine quid intelligendum. | |
| Stellarum diuersi cursus diuersa sanctorum instituta portendunt. | 1453.b | 345.a | tenebrae in chaos fuit simplex lucis destitutio, ex Nazianzeno & alijs. | 347.c |
| Stellarum tempus diuersum quo splendent, diuersum & tempus, quo sancti emicauerunt, patefacit. | 1454.a | | tenebrarum duplex genus. | 350.b |
| Stellarum progressus diuersi diuersos sanctorum ordines indicant. | 1454.b.c | | tenebrae in Mundi exordio quae fuerint. | 350.b |
| Stellae sunt sancti, quas Deus numerat, & vocat. | 1455.c | | tenebras ex opacitate primi Caeli, & lucem empyrei secludentis, enatas esse qui asserant. | 350.c |
| Stellae errantes, & non errantes, iustorum, & impiorum symbolum. | 1458.c | | tenebrae non fuerunt natura aliqua mala, ut haeretici putarunt. | 353.c |
| Stultorum quomodo infinitus numerus. | 1409.c | | tenebrae quare ante lucem. | 353.c |
| Succesio, & fluxus rerum duplex. | 92.b | | tenebrarum nomine horribiles res declarantur. | 413.c |
| Succinum mala consuetudinis symbolum. | 1392.a | | tenebrarum duplex genus duplicem peccatorum cecitatem quomodo demonstrat. | 1241.c |
| Sydereos Caelos esse Dei sedem qui Patrum arbitrentur. | 234.b | | tenebrae symbolum peccati, quia increatum peccatum sicut tenebrae. | 1242.b |
| Ex syderum coitionibus non sunt indaganda futura. | 1041.b | | tenebrae super faciem abyssi, idest inferni, quae sint. | 1243.a |
| Synagoga luci primae comparatur, Christus, & Ecclesia Soli, & Lune. | 1460.c | | tenebrae inferni quare nuncupentur exteriores. | 1243.a |
| Synderefsis in vultu Titij cor diripiente demonstratur. | 1533.b | | tenebras diffusas in Aegypto insequuta mors primogenitorum, quid spiritualiter demonstrat. | 1284.a |
| | | | tenebras insequuta mors Christi quid spiritualiter indicet. | 1284.a |
| | | | tenebrae super faciem abyssi in peccatore quae sint. | 1597.b |
| | | | Tentatio vesperae comparatur. | 1294.b |
| | | | tentatio sequitur comparatam iustitiam. | 1294.c |
| | | | tentationis modus in Aedae tentatione figuratus. ibid. | |
| | | | tentationes asperitate vitae retundere Herinaceus edocet. | 1565.c |
| | | | tentationis duplex genus. | 1576.c |
| | | | Terminus cognitionis humanae firmamentum. | 1320.c |
| | | | Terrae elementum tantum in creatione recensitum a Mose qui Patrum existiment. | 301.b |
| | | | terrae nominis significationes. | 296.b |
| | | | terra proprium elementum terrae significat. | 296.c |
| | | | terra tantum creatio traditur a Mose, elementorum reliquorum insinuat. | 305.b |
| | | | terrae natura non temere inuestiganda. | 315.c |
| | | | terram fundatam super aërem qui asserant. | 316.a |
| | | | terram extensam super aquas qui dicant. | 316.b |
| | | | terra suo pondere librata consistit in centro Mundi. | 318.b |
| | | | terra in medio Mundi consistit Dei mandato, & virtute, ex Iustino & alijs. | 318.c |
| | | | terra nomine quomodo chaos rude describitur, ex Nysseno & alijs. | 326.b |
| | | | terra in chaos quare inuisibilis erat. | 330.a |
| | | | terra in chaos incomposita quare appellatur. | 331.b |
| | | | terra in chaos quare inanis appellatur & vacua. | 332.a |
| | | | terra in chaos non fuit purum elementum, ut voluit Caietanus. | 335.c |
| | | | terra in chaos ut labilis iactabatur inter antra. | 336.a |
| | | | terram deformem cur Deus creauit. | 336.c. & 337.a |
| | | | terra nomen elementi est, non materiae ingenitae. | 339.a |
| | | | terra erat ex quo facta est non ab aeterno, ex Tertuliano. | 329.b. |
| | | | n n n n n terra | |

Index

terra ruditas describitur, non materia ingenita, ex Ter-
tulliano, & alijs. 340 c
terra sub aquis in chaos qualis esset. 392 a
terra nūm ab initio, vel tertio die, an in diluuiō sit facta
inaequalis. 733 a
terra ab initio susceptos specus tertio die collisione a
quarum patentiores prebuit. 736 a
terra diametrum quantum 742 b
terra apparitio quomodo effecta fuerit. 756 b
Terra non potuit primum virtute Solis areseri 759 b
terra primum relicta est arefacta, non madida. 761 b
terra primo die creata, & terra tertio die creata quomo-
do differant. 766 b & seq.
terra cubo significatur, iuxta nonnullos. 770 c
terra vnde dicta. 770 c & seq.
terra plura nomina, & eorum etymologia. 771 a
terra iuxta idiomata, tum Hebraicū, tum Græcum, & te-
rendo. 771 b
terra bona, id est, pulchra, & utilis. 778 b
terra nomina apud diuersas nationes. 778 b
terra utilitates sex. 778 c
terra cur à Deo laudata antequam exornata. 779 b
terra duplex imperfectio sublata est tertio die. 787 b
terra germinauit primum Solis ardore confusa. 792 b
terra nūm germinarit vnicō Dei verbo, tanquam caus-
sa agente. 792 c & seq.
terra sexto die profert animantia, & quare 1145 c
terra cur postremo ornatur. 1145 c & seq.
terram Solis asplatu genuisse animantia, qui prodant.
1152 c.
terram decreta virtute sibi à Deo, animantia actiue pe-
perisse, qui dicant. 1153 c
terram Dei virtute vt caussa effectrice peperisse animā
tia, qui asserant. 1154 c
terra anima prædita non est, ex Basilio. 1159 a
terra cur Moses triplex genus memoret animantium,
aëris verò vnum. 1165 a, b
terra sicut aqua sua habet reptilia. 1182 b
terra similitudo duplex Ecclesie adaptatur. 1221 b
terra etymologia aptatur Ecclesie. 1351 c
terra primeua germinatio resurrectionis & eiusdem or-
dinis simulacrum. 1364 a
terra quanta bona suppeditet. 1365 c
A terra discenda opera misericordie. ibid.
A terra discenda liberalitas. 1372 c
terra sexta luce producit fetus suos, in figurā, quod in
fine Mūdi Iudaismus ad fidē sit reuersurus. 1546 c
terra productio donum intellectus innuit. 1582 c
terra motus dum Christus penderet in cruce cur fa-
ctus sit. 1228 c
Tertia die quid verè effectum sit. 711 b
tertia die cur dicitur; Viditque Deus quod bonum. 779 c & seq.
Tertullianus nūm Deum corporeum asseruerit. 407 a
Testamenta duo, Seraphin duo clamantes, Sāctus. 55 b
testamenti veteris & noui vnum canticum Christus
55 b.
testamentum vetus secundum literam inane, & va-
cuum. 1232 b

testamentum vetus, vt aluearium sine apibus. 1232 b.
testamentum vetus quomodo abyssus. 1240 a
testamentum vetus oleo Spiritus Sancti contemplan-
dum. 1267 c.
testamentum vetus firmamentum. 1469 c
testamentum vetus vt terra producit exempla vitio-
rum, & virtutum, & indifferentia. 1554 c
testamentum vetus vt terra. ibid.
Testudo symbolum baptizatorum desidiosam vitam a-
gentium. 1472 c
testudo mortificationis sequendæ monumentum. 1501 c.
Thamar partus creationis Angelicæ, & corporeæ ty-
pus. 196 b
D Thomas defensor. 195 b
D Thomas sententia de opere secundæ diei dubia. 564 b
Thou, & Bohu hebraicæ voces quomodo plura signifi-
cent. 321 a
Thob hebraica vox quid significet. 500 a
Titulus crucis cur tribus linguis fuerit insculptus.
17 a.
Todsē hebraica vox quid significet. 1150 c
Toreumata ex vna parte nauem iactatam, ex alia ean-
dem in placidis vndis monstrantia, quid indicent.
1413 b.
Tres dies tenebrarum in Aegypto, etates natura, legis,
& Prophetarum indicant. 1238 b
Triduum primum tres leges tribus Mūdi temporibus
latas indicat. 1395 c
Trinitatis splendor in Mosis litera quomodo apparet,
ex Augustino. 28 b
trinitas in Angelis quomodo resplendet. 44 c
trinitas in corporibus celestibus quomodo præsigne-
tur. 45 a
trinitas in rebus materiatis quomodo emittet. 45 b
Trinitatis sacramentum hebræi rudes non agnoue-
runt. 147 c
trinitatis mysterium Abraham assequutus est 147 c
trinitas sanctissima completè indicatur, cum dicitur, Vi-
dit Deus, ex Augustino, & alijs. 506 b
trinitas sanctissima denotatur dum dictum est; fiat, fe-
cit, factum est. 812 a
trinitatis sanctissima cognitio parum refulsit vsque ad
Christum. 1398 b
trinitatis sanctissime cognitio triplex luminare quarto
die conditum. ibid.
trinitatis symbola in creaturis. 1398 b
trinitas quomodo significetur in luminaribus quarto die
effectis. 1398 c
trinitas figurata in ijs quæ residebant in arca. 1399 a
Triumphus hominis ordo exposcebat, vt imperfectiora
præcederent. 1058 c
Tribulatio est vt flumen, & quomodo. 1253 b
tribulatio est vt Boreas in glaciem mortificationis ver-
tens electos. 1254 a
tribulationes à Deo immisse, aquæ dicuntur celestes, &
Mundo aquæ terrestres. 1316 b
tribulationum duo genera. 1316 c
tribula-

Rerum memorabilium.

tribulatio comparatur recessioni ramorum diuersorum.
1380 b.
tribulationes produunt viros emendatos & non emen-
datos. 1479 c
tribulatio debet nobis esse grata. 1505 b
Tropologia quid sit, ex Eucherio. 1208 a
Tuba duplex in ore Dei 254 a
Turtur vidualem pudicitiam significat. 1521 a
Tyranni vt cete. 1482 b

V

Vanitas hominum in agris comparandis quanta sit.
1346 b.
V baldi corpus mirificum. 1388 b
Venatio mystica. 1555 a
venationis mysticæ instrumenta quæ. 1555 a
Ventus ex aëre solo effici nequit. 370 b
venti tribulationum quomodo insequuti sint Lunæ my-
stica, id est Ecclesie, mutationem. 1446 c
venti quæ beneficia nobis tribuant. 1465 c
Veneris dies, naturæ dies dicitur, & amoris. 1301 c
In veneris die quæ mysteria contigerint. 1301 a
Ver Mūdi exordium maximè representat. 830 a
ver generationi est magis propitium quàm Autum-
nus. 835 c
In verno tempore quæ mirifica contigerint, ex Theodo-
reto. 827 b
Verus hebraicum nomen quid significet. 360 c
Verbum incarnatum petra, ex Nazianzeno. 30 a
verbum quomodo generetur. 36 c
verbum coaternum Patri comparatione Solis & ra-
dijs. 37 a
verbum imago Patris. 37 b
verbum consubstantiale Patri. 37 c
verbi æterni nomina plura. 66 c
verbi æterni attributa. 377 b
verbum duplex internum & externum. 396 c
verbo omnia facta esse, qui Ethnicorum agnouerunt.
396 c.
verbo distincta & formata sunt omnia. 398 a
verbo omnia effecta quomodo dicantur. 401 a
verba illa, Dixit, Fecit, Vidit, quomodo plura indicent.
410 a.
verbo Fiat denotatur Dei imperium, ex Ambrosio.
559 b.
verbo omnia facta sunt, ex Hilario. 673 a
verbum Dei causa agentis vices egit in germinatione
plantarum. 794 c
verbo Dei occisime omnia obtemperant, ex Chryso-
stomo. 1063 b
verbum Dei subsistentiam rebus est elargitum, ex Chry-
sostomo. 1063 c
verbo Creauit vtitur Moses, cum dicit: Creauit Deus ce-
te &c, ex eminentia rerum creaturarum 1111 c
A verbo perpetuitatis donum tantum elargitur.
1134 b.
verbo Dei solo terra producere animantia potuit, ex
Cyrillo. 1151 b
A verbo Dei non tantum origo animantium, sed suc-

cessio perfecta est, ex Basilio. 1151 c
verba prolata in Cruce à Christo, fuerunt septem dono-
rum Spiritus Sancti monumenta. 1244 c
Ad verbum æternum deprecatoria conuersio.
1583 a
Vestis nuptialis quid ostendat. 1342 c
Vespere & mane vnde dicantur. 529 b & seq.
vespere & mane quid significant, ex Augustino & a-
lijs. 531 a & seq.
vespere & mane varie significationes. 544 b
vespere & mane nūm sint diei partes, vel noctis.
544 c.
vespere & mane Moses accepit pro fine diei & no-
ctis. 544 c
vespere & mane secundæ diei quid significet. 703 c
vespere & mane tertiæ diei quid significet. 837 a
vesper & mane Lunæ quartædecimæ celeberrima pro-
pter mysteria quæ in ipsa contigerunt. 1039 c
vespere quandoque decidentiam rerum, vel nihil, vel
materiam, & mane speciem significare possunt, ex
Augustino. 1142 c
vesper duplex in Scripturis, & quid significet.
1291 c.
vesper aduersitatis prius decurrit, quàm mane prospe-
ritatis. 1295 c
Vespertioni Hæretici comparantur. 1535 b
Vetus testamentum nouum insequitur, sicut rota ani-
malia. 1210 b
Videre verbum geminam habet significationem, ex
Vielmio. 500 c
videre Dei quod lux bona, quid significet. 501 c &
seq.
videre Dei est laude dignum declarare. 507 c
videre Dei est per nos videre. 508 a
videre Dei quid sit. 836 c
Viduitas commendatur. 1521 a
viduitas spiritualis Turturis exemplo commendatur.
1522 a.
Ex vipera & Murene exemplo mutua beneuolen-
tia viri, & vxoris commendatur. 1495 b
vipera venenum typus peccati, Pastinacæ verò hære-
sis. 1500 c
Virgula erecta sub Sole mystico spiritualiter quid por-
tendant. 1406 a
Viri asperitatem in vxores deponere debent. 1495 c
Virgines choreas stellarum in Virginitas represen-
tant. 1450 c
Virtus Altissimi, & Verbum dicitur, & Spiritus San-
ctus. 1248 b
virtutes morales Deo non acceptæ, ut Christianæ.
1274 a.
virtutes quomodo vestiant, & arment. 1287 c
virtutes morales, vt arma Saulis, cum quibus Dauid
nescit incedere. 1288 a
virtutes in prosperis pereunt, in aduersis roborantur.
1296 b
virtutum genera tria. 1424 a
virtutes septem quomodo septem planetarum officia
peragant. 1452 b

Index

| | | | |
|--|--------|--|--------|
| <i>virtus, meritum, Christus, in vita austeritate consistunt.</i> | 1503.c | <i>vite labores lascivia exemplo dulciter tolerandi.</i> | 1533.c |
| <i>virtutum & vitiorum imagines in animantibus insita.</i> | 1556.c | <i>Vmbra quid sit.</i> | 350.c |
| <i>virtutes septem diebus septem creationis respondent.</i> | 1583.b | <i>vmbra conditiones quae.</i> | 350.b |
| <i>virtutum Christianarum, & Ethnicarum differentiae.</i> | 1588.b | <i>vmbra in triduo primo à quo fuit.</i> | 705.b |
| <i>Ad visionem quatuor necessariò requiruntur.</i> | 332.b | <i>vmbraum duo genera, duo peccatorum genera, lethalis, & venialis, quomodo portendant.</i> | 1283.a |
| <i>visio beatorum secundum triplicem contemplationem quomodo luminaria quarto die effecta.</i> | 1605.b | <i>vmbraum diuersitas sub Sole Christo, signum diuersorum statuum gratiae.</i> | 1406.b |
| <i>Vitium serpenti comparatur.</i> | 1573.c | <i>vmbraum diuersitas secundum diuersitatem climatum diuersos Christianorum status quomodo ostendat.</i> | 1407.a |
| <i>Viuere est primus actus animae, moueri secundus.</i> | 1119.c | <i>vmbra esse à tergo, siue ante, quid spiritualiter indicet.</i> | 1407.b |
| <i>vita nostra vna est dies, & quomodo.</i> | 1232.c | <i>Vnitatis Ecclesiae symbola plura.</i> | 1333.b |
| <i>vita nostra vt flos, & quomodo.</i> | 1233.a | <i>Vnctio extrema nos ad quietem quasi septimo die perducit.</i> | 1593.b |
| <i>vita duplex, & duplex mors, & quae.</i> | 1239.b | <i>Vocare Dei sumitur in Scriptura pro facere.</i> | 765.b |
| <i>vita in innocentiae statu rosa sine spinis.</i> | 1275.b | <i>vocationum Dei octo genera, sicut octo flagella Aegypti.</i> | 1242.b |
| <i>vita nostra post peccatum rosa cum spinis, id est malis circumseptae.</i> | 1275.b | <i>vocatio Dei spiritus est Domini qui fertur super aquas.</i> | 1598.a |
| <i>vita praesens prospera & aduersa habet, sicut regio nostra diem, & noctem.</i> | 1288.b | <i>vocationis symbola plura ex Scripturis.</i> | 1598.b |
| <i>vita futura erit cum solis prosperis, vel cum solis aduersis.</i> | 1288.b | <i>Voluptatum dissipatio in ciconijs serpentes diripientibus indicatur.</i> | 1533.a |
| <i>vita duplex, caelestis & terrena.</i> | 1322.a | <i>Volumen Moysi non fuit compertum post captiuitatem Babylonicam.</i> | 19.b |
| <i>vita terrena varijs affectionibus affici potest, & quibus.</i> | 1322.b | <i>Votum in corde vt herba nymphaea.</i> | 1370.b |
| <i>vite caelestis optime qualitates, ex comparatione aquarum caelestium.</i> | 1322.b | <i>Vox Dei est ipsa lex naturae.</i> | 791.b |
| <i>vita nostra quomodo vt herba.</i> | 1375.a | <i>Vocum & characterum necessitas vnde orta.</i> | 16.b |
| <i>vita nostra quomodo vt vmbra.</i> | 1375.b | <i>Vultures an sine connubijs gignant.</i> | 1522.b |
| <i>vite Christianae cultus ex vitis cultura eleganter excipitur.</i> | 1383.b | <i>Vulpes Daemonis, Heretici, & Hypocrite exemplar.</i> | 1578.a |
| <i>vita asperitatem sequi docent nos pisces.</i> | 1494.b | <i>vulpis calliditas.</i> | 1578.a |
| <i>vita asperitas vt mare aquilonium.</i> | 1494.b | | |
| <i>vita cum cordis puritate suavis Deo est, vt cygni cantus.</i> | 1525.c | | |
| <i>vita improbae insuavis Deo est cantus, vt apum.</i> | 1526.b | | |

FINIS.



Errata omnia, quae in exarandis libris irrepere solent, aut accentuum, interpunctionumque varietate, aut characterum vocumque additione, vel subtractione, mutatione, vel transpositione contingere possunt: horum, alia orthographiam deprauant, alia orationem ipsam falsam reddunt, sed non adeò, vt sensum immutent; alia tandem ipsam dilacerant, & sensum vel immutant, vel ambiguum inordinatumque efficiunt. Nos propterea primi, & alterius generis erratis praetermissis, vt pote qui eruditos Lectores, & ea cognituros, & praesens facile veniam daturòs existimemus, postremi tantum generis erratorum loca adnotauimus.

ERRATA.

CORRECTIONES.

| Pag. | lin. | ERRATA. | CORRECTIONES. |
|-------|--------------|--|---|
| 12 | 29 | Per annos duo millia trecentos septuaginta duos. | Per annos duo millia quadringentos nonaginta tres. |
| 15 | 46 | Anno bis millesimo & quinquagesimo primo. | Bis millesimo quadringentesimo, & quinquagesimo tertio. |
| 26 | 32 | Amorum centum & quadraginta. | Amorum centum quadraginta sex. |
| | 34 | Quartus amorum viginti peregrinationis. | Quartus amorum triginta nouem ferè peregrinationis. |
| | 37 | Quadragesimorum, ac octuaginta septem. | Quadragesimorum ac nonaginta trium. |
| 31 | In Postilla. | Deus non contemplatur. | Deum non contemplamur. |
| 591 | 31 | Hac tandem Ecclesia idipsum diffinire visa est ille. | Hac ille. Tandem Ecclesia idipsum diffinire visa est. |
| 716 | 26 | Imperfectiores, formae tanquam. | Formae tanquam imperfectiores. |
| 731 | 26 | Centrum hoc terrae confideat. | Centrum hoc aquae confideat. |
| 748 | 11 | Oddicum ad Sueuicum enare. | Bodicum, & Sueuicum mare. |
| 912 | 18 | Dies augetur, nox autem imminuitur. | Nox augetur, dies autem imminuitur. |
| 955 | 16 | Amplificauerunt tantum eam. | Amplificauerunt minime eam. |
| 1055 | 3. & 5. | Ita haec crassa aëris nomine. | Ita haec crassa aquae nomine. |
| 5. | In postilla. | Sap. 11. | Sap. 18. |
| 9. | In postilla. | Habuit ius. | Habuerit ius. |
| 78 | 7 | Quasi gemini. | Quasi geminos. |
| 87 | 16 | Exorditos. | Exordios. |
| 114 | 10 | Virtutum vel criminum. | Virtutum remunerator, vel criminum. |
| 123 | 15 | Hieremias Philosophus. | Hermias Philosophus. |
| 126 | 8 | Definiunt eos. | Definit eos. |
| 187 | 9 | Morulas saltem duas. | Morula saltem duas. |
| 301 | 39 | Indigenas. | Indigenas. |
| 347 | 36 | Quatuor elementum in chaos. | Quatuor elementorum in chaos. |
| 492 | 46 | Assertio qui lucem. | Assertiones, qui lucem. |
| 576 | 33 | Cum prius. | Cum prius. |
| 589 | 20 | Formam sunt insequuta. | Formam est insequuta. |
| 649 | 44 | Gratiarum actionem. | Gratiarum actiones. |
| 692 | 28 | Cuncti perinde hebraici. | Cunctos perinde hebraicos. |
| 763. | b. & 29. | Vocauit Deus. | Vocauerat Deus. |
| 785 | 23 | Permeabile. | Permeabile. |
| 875 | vt. | Primo enim lumen. | Primo enim si lumen. |
| 972. | 3. & 19. | Numinum. | Luminum. |
| 1039. | In postilla. | Esset reum. | Esse Deum. |
| 1061 | 15 | Aegyptijs. | Aegyptius. |
| 1079. | In postilla. | Gradiendi eius. | Gradiendi genus. |
| 1331 | 45 | Miserabiles eorum. | Miserabiles eorum mugitus. |
| 1411 | 21 | Iactatus. | Iactata. |
| 584 | 31 | Tandem Vicinius. | Maluit tandem Vicinius. |

PATAVII, Apud Laurentium Pasquatum,
Typographum Almæ Vniuersitatis Iuristarum.

✠ ✠ ✠



Anno ab effracto serpentis capite M.D.XCVII.

✠ ✠ ✠

Superloribus facultatem impertientibus.

